This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Patrologiae cursus completus

Jacques-Paul Migne

Laurentii extra muros Urbis in agro Verano anno 1551, et in bibliothecam Vaticanam translata. 2. Expansio cycli Paschalis S. Hippolyti annorum 112 per VII heccedecaeteridas. Passus est S. Hippolytus ad Ostia Tiberina sub Severo Alexandro imp. XI Kal. Septembris.

Digitized by Google



Digitized by Google

Paul.

Æ

OECONOMICA
SIASTICORUM,

O LATINIS

ODECIM PRIORA

COLLATAS,

ATA;
ABSOLUTAS

MOMENTI

RGINEM SUPERIOREM

DITIONEM

NERALIBUS, ALTERO
M UNUSQUISQUE
NSPICIATUR;
TRES ET
SUS,

TERUM NITIDITAS,
UM VARIETAS
CONSTANTER
NOLOGICA,
UM,

RÆCÆ

EDITORE

ÆCO-LATINA; LATINA,
FRANCIS VENIT. GRÆCA
IS COMPLECTITUR, ET
EXHIBET IDEOQUE IN-
OCTO, UNUMQUODQUE
CIO FRUATUR EMPTOR,
USQUE VOLUMINIS AM-

S. HIPPOLYTUS
ALII.

BEM,
ENFER NOMINA

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS X.

ROMANI PONTIFICES SÆCULI IV INEUNTIS. S. GREGORIUS THAUMATURGUS, S. HIPPOLYTUS PORTUENSIS, DIONYSIUS ALEXANDRINUS, JULIUS AFRICANUS, ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

BR
60
.M2
t. 10
cop. 1

Digitized by Google

SÆCULUM III.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. GREGORII,

COGNOMENTO *THAUMATURGI*,

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDUNT

S. ZEPHIRINI, S. CALLISTI I, S. URBANI I, PONTIANI, ANTERI, S. FABIANI, PONTIFICUM ROMANORUM; S. HIPPOLYTI PORTUENSIS, S. DIONYSII ET S. THEONÆ ALEXANDRINORUM, S. ALEXANDRI HIEROSOLYMITANI, S. ANATOLII LAODICENSIS, S. PHILEÆ THMUITANI, EPISCOPORUM; S. ARCHELAI MESOPOTAMIÆ EPISCOPI; S. PAMPHILI ECCLESIÆ CÆSARIENSIS PRESBYTERI ET MARTYRIS, MALCHIONIS ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTERI, CAII ROMANI PRESBYTERI, PIERII CATECHISTÆ ALEXANDRINI, THEOGNOSTI ALEXANDRINI, JULII AFRICANI, ASTERII URBANI MACARII MAGNETIS,

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

1273

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO X CONTINENTUR.

S. ZEPHIRINUS PONTIFEX ROMANUS.

Epistolæ. 11

CAIUS PRESBYTER ROMANUS.

Fragmenta ex Dialogo sive Disputatione adversus Proclum, sectæ Cataphrygarum patronum. 25. — Fragmenta ex Parvo Labyrintho sive ex libro adversus Artemonis hæresim, 25. — Fragmentum acephalum de Canone sacrarum Scripturarum, 33.

JULIUS AFRICANUS.

Epistola ad Origenem de historia Susannæ et Origenis responsum, 51. — Epistola ad Aristidem, super genealogia quæ in sacris Evangeliis est, 51. — Fragmenta ex quinque libris Chronographiæ, 63. — Passio S. Symphorosæ et septem filiorum ejus, 93.

SPURIA. — Narratio de iis quæ Christo nato in Persia acciderunt. 97

S. CALLISTUS I, PONTIFEX ROMANUS ET MARTYR.

Epistolæ. 121

S. URBANUS I, PONTIFEX ROMANUS.

Epistola ad omnes Christianos. 135

ASTERIUS URBANUS.

Fragmenta ex libris III contra Montanistas ad Abercium Marcellum. 145

PONTIANUS PAPA.

Epistolæ. 159

ANTERUS PAPA.

Epistola de mutatione episcoporum. 167

S. FABIANUS PAPA.

Epistolæ, 183. — Decreta, 199.

S. ALEXANDER HIEROSOLYMITANUS EPISCOPUS ET MARTYR.

Fragmenta epistolarum. 203

S. ANATOLIUS ALEX., LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPUS.

Canon paschalis. 209

Fragmenta ex libris *Arithmeticorum*. 231

THEOGNOSTUS ALEXANDRINUS.

Fragmenta. 239

PIERIUS CATECHISTA ALEXANDRINUS.

Fragmenta. 243

MALCHIO ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTER.

Epistola ex persona Antiochenæ synodi scripta, adversus Paulum Samosatenum. 249

S. HIPPOLYTUS PORTUENSIS EPISCOPUS, MARTYR ET ECCLESIÆ DOCTOR.

OPERUM PARS I. — *Exegetica.*

Fragmenta in Hexaemeron, 585. — Fragmenta in Genesim, 585. — In Numeros et Reges, 605. — In Psalmos, 607. — In Proverbia, 615. — In Canticum canticorum, 627. — In Isaiam prophetam, 629. — In Jeremiam et Ezechielem, 631. — In Danielem, 633. — Scholia in Danielem, 669. — Fragmenta in Susannam, 689. — Fragmenta alia, 697. — In Matthæum, 699. — In Lucam, 699. — In Joannis Evangelium et Apocalypsin, 701. — Fragmenta dubia in Pentateuchum, 701. — In Psalmos, 711. — Fragmenta alia in Psalmos, 721.

OPERUM PARS II. — *Dogmatica et historica.*

Demonstratio de Christo et Antichristo, 725. — Demonstratio adversus Judæos, 787. — Liber adversus Græcos, 795. — Contra hæresin Noeti cujusdam, 803. — Contra Beronem et Heliconem, 829. — Sermo in sancta Theophania, 851. Fragmenta sermonum sive homiliarum, 861. — Fragmenta ex aliis scriptis, 867. — Apostolica de charismatibus traditio, 869. — Narratio de virgine Corinthiaca et de quodam Magistriano, 871. — Canon paschalis et catalogus operum ejusdem S. Patris, 871.

Appendix ad partem II Opp. S. Hippolyti, dubia et supposititia complectens. 901

Oratio S. Hippolyti de consummatione mundi, de Antichristo, et secundo adventu Domini nostri Jesu Christi, 903. — De duodecim apostolis, 951. — De LXX apostolis, 953. — Capita canonum Abulidis sive Hippolyti quibus Æthiopes utuntur, 957. — Canones Ecclesiæ Alexandrinæ, 959. — Chronicon cujusdam anonymi, 961.

S. GREGORIUS NEOCÆSARIENSIS EPISCOPUS, COGNOMENTO THAUMATURGUS.

OPERUM PARS I. — *Genuina.*

Expositio fidei, 983. — Metaphrasis in Ecclesiasten Salomonis, 987. — Epistolæ Canonicæ, 1019. — Oratio prosphonetica ac panegyrica in Origenem, 1049.

OPERUM PARS II. — *Scripta nonnullis dubia.*

Expositio fidei, quæ *Fides secundum partem* dicta est, 1103. — Fragmentum ejusdem expositionis fidei, 1123. — Fragmentum ex sermone de Trinitate, 1123. — Capitula duodecim de fide, 1127. — Disputatio de anima ad Tatianum, 1137. — Homiliæ quatuor, 1145. — Fragmentum in Evangelii secundum Matthæum cap. VI. vers. 22, 23, 1169.

OPERUM CORONIS. — Sermo in omnes sanctos, 1191.

S. DIONYSIUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Fragmenta ex libris II *De promissionibus*, 1237. — Fragmenta ex libris *De natura*, 1249 — Fragmenta ex libris adversus Sabellium, 1269. — Fragmenta ex quatuor libris ad Dionysium Romanum pontificem, 1271. — Epistolæ, 1271. — Exegetica in sacram Scripturam, 1343.

MACARIUS MAGNES.

Notitia et Fragmenta. 1343

S. ARCHELAUS MESOPOTAMIÆ EPISCOPUS.

Acta disputationis S. Archelai cum Manete. 1429

S. PAMPHILUS ECCLESIÆ CÆSARIENSIS PRESBYTER ET MARTYR.

S. Pamphili expositio capitum Actuum apostolorum, 1549. — Apologia pro Origene, 1557.

S. PHILEAS THMUEOS EPISCOPUS ET MARTYR.

Excerptum ex epistola ad Thmuitas, 1561. — Epistola ad Meletium episcopum Lycopolitanum, 1565.

S. THEONAS EPISCOPUS ALEXANDRINUS.

Epistola ad Lucianum cubicularium. 1569

ADDENDA.

Commentarium Dionysii Alexandrini in principium Ecclesiastæ, 1577. — Interpretatio ejusdem in S. Evangelii secundum Lucam cap. XXII, vers. 42-48. 1589. — Fragmenta duo, 1603. — Versio nova Actorum S. Hippolyti, 1605.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

S. ZEPHYRINUS

PONTIFEX ROMANUS

NOTITIA EX LIBRO PONTIFICALI DAMASI PAPÆ.

(Mss. *Concil.*, I, 727. — Varias lectiones ad hunc locum libri pontificalis vide *Patrologiæ Latinæ* tom CXXVII, col. 1305.)

Zephyrinus (1) natione Romanus, ex patre Abundio, sedit annos octo, menses septem, dies decem (2). Fuit autem temporibus Antonini et Severi, a consulatu Saturnini et Gallicani, usque ad Præsentem et Stripam consules. Hic constituit, ut præsentibus clericis et laicis fidelibus, sive clericus, sive Levita, sive sacerdos ordinetur. Et fecit constitutum de ecclesia, ut patenas vitreas (3) ministri ante sacerdotes portarent, dum episcopus missam celebraret, et ut sacerdotes omnes astarent, dum sic missæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros XIII, diaconos VII, episcopos per loca XIII. Qui sepultus est in cœmeterio suo, non longe a cœmeterio Callisti, via Appia, septimo Kalendas septembris. Et cessavit episcopatus dies sex.

(1) *Zephyrinus.* Anno Severi imperatoris nono, A lib. VI *Hist. eccles.*, cap. 15, neque plures neque
[illegible] Christi redemptoris nostri 203, octavo die pauciores computari possunt. Martyrem obiisse
Augusti, postquam sedes pontificia undecim diebus Martyrologium refert, fortasse ex ea causa quod
vacasset, Victori Zephyrinus pontifex, natione Ro- Elagabalo omnium etiam Christianorum religionem
manus, successit. Euseb. lib. V *Hist. eccles.*, cap. 27. sub cultu Dei sui referre volenti, contradixerit.
Sub hoc quinta Christianorum generalis persecutio Baronius prædicto anno num. 2. Ib.
dicta imperatoris decreta est : cujus sævitiam ca- (3) *Ut patenas vitreas.* Sicut his temporibus vi-
pitolici quidam subterfugientes, a Montano ejusque treas patenas in usu fuisse hinc constat, ita etiam
sectatore Tertulliano immerito redarguuntur. Per calicem vitreum, ligneum, atque etiam argenteum,
hunc pontificem Cataphrygæ, disputatione publica, hoc tempore usitatum fuisse, aliunde probatur. De
cui Caius vir apprime disertus ac pius præerat, calice vitreo scribit S. Greg. papa lib. I *Dial.*,
convicti, una cum Marcione, Praxea, Sabellio, Va- c. 7, sanctum Donatum Aretinæ Ecclesiæ in Galliis
lentino, et cæteris anathemate damnati sunt. Hie- episcopum ac martyrem, vitreum calicem a paga-
ronym. *De scriptor. eccles.* in *Caio* ; Euseb. lib. VI nis fractum orando instaurasse. Hieron. epist. 4 ad
Hist., cap. 15; Optat. Milevit. Natalius confessor a Rusticum : *Nihil*, inquit, *illo ditius, qui corpus Do-*
Theodoti Coriarii hæresim largitione pecuniæ *mini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro* De
adactus, postquam ad resipiscendum frequenter eodem Cyprian. Gallus in *Vita* Cæsarii episcopi
admonitus, et ab angelis graviter cæsus fuisset, Arelatensis : *Annon*, inquit, *in vitro habetur sanguis*
eadem cilicio indutus, cineribus conspersus, *Christi?* Epiphanius in *Panar.*, hæresi 34, refert
atque cum mœrore ac lacrymis ad pedes Zephy- B Marcum hæresiarcham, apostolorum temporibus
rini pontificis et ad genua clericorum ac laicorum proximum, calice vitreo, quo in sois sacris pera-
provolutus, supplex in ecclesiam et ad pœnitentiam gendis utebatur, populum dementasse sic, ut colo-
recipi petens, ab hoc eodem pontifice benigne rem vini albi, qui foris apparebat in vitro, populus
susceptus. Euseb. lib. V *Hist.*, cap. 27. Hujus arte magica et præstigiis illusus rubrum judicaret,
tempore, Agrippino Carthaginensi episcopo auctore, atque ita vinum in sanguinem conversum esse cre-
hæreticorum rebaptizantium a secta exorta, et con- derent. Hisce etiam temporibus ante Christianos
tra Miltiadem reprobata, de quo infra, comprobata imperatores fuisse in Ecclesia sacra vasa argentea,
est, ut constat ex Cypr. epist. 71. Edictum, quod constat ex *Vita* S. Urbani apud librum Pontificalem
adversus Montanum hæresim aliorumque pseudopa- infra : et ex epistola 165 Sancti Augustini, ubi ex
storum lapsis pœnitentiam denegantium, auctore actis proconsularibus refert, Christianos temporibus
Zephyrino fulmen, quo lapsos, etiamsi mœchi Diocletiani habuisse calices aureos duos, argenteos
et fornicarii fuerint, ad pœnitentiam invitat ac sex, etc. Gregorius Turonensis *De gloria mart.*,
recipit. Tertullianus Christianus transfuga lib. I cap. 58, scribit sub eodem Diocletiano vasa sacra
de Pudicit. recusat et impugnat. Verba edicti, quæ ministerialia argentea e cryptis, in quibus sancti
ejus exstant, hæc sunt : *Pontifex maximus, epi-* martyres sacra peragentes delitescebant, effossa
scopus episcoporum, dicit : Ego et mœchiæ et forni- esse. Lignetum calicem usurpatum esse expresse
cationis delictis, pœnitentia functis dimitto. Plura dicitur can. Vasa, de consecrat. dist. 1, idemque
hac de re apud Roman. ab anno Christi 205 usque ad 221. aperte colligitur ex concilio Triburiensi, cap. 18.
Scr. Bin. C ubi prohibebatur sacerdotes, *ne in ligneis vasculis*
ullo modo conficere præsumant. Quia tamen propter
(2) *Sedit annos* 8, *menses* 7, *dies* 10. Annis 18 et fragilitatem vitri, usus vitrei calicis periculosus
diebus totidem sedisse auctor est Euseb. in *Chro-* est, tandem circa tempora Caroli Magni, in concilio
nico, quem sententiam, tanquam Vaticanis indicio Remensi statutum est, *ut calix Domini cum patena,*
magis confirmatam, sequitur Baron. anno 221, *si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis au-*
num. 1, et merito, quia ab anno Severi imperatoris *tem tam pauper est, addatur, saltem vel stanneum*
duodecimo, quo pontificatum inivisse est, usque ad se- *calicem habeat.* Vide Baron. in notis ad Martyrolog.
cundum Antonini Elagabali, cujus anno secundo Rom. die 7 Augusti. Ib.
vita et pontificatus finitum esse Euseb. testatur

Digitized by Google

NOTITIA ALTERA.

(D. Coustant, *Epistolæ Rom. Pont.*, tom. I et unic., p. 107.)

Licet hujus pontificis nomen in Bucheriano catalogo desideretur, in eo tamen tempus, quo illum Ecclesiæ præfuisse arbitratus est catalogi hujus scriptor, sub Victoris nomine indicatur, scilicet *a consulatu Saturnini et Galli usque Præsente et Extricato*, hoc est ab anno Christi 198 ad 217. Eadem consulari nota mendose expressa initium ac finem pontificatus Zephyrini liber Pontificalis designat. In antiquo Corbeiensis codicis catalogo *annos* XVIII, *menses* VII, *dies* X, sedisse adnotatur. Eusebius vero lib. V *Hist.*, c. 28, eum *Severi imperatoris anno circiter nono*, hoc est Christi circiter 202 ordinatum scribit: tum lib. VI, c. 21, eumdem, *cum per annos octodecim sacerdotium obtinuisset, primo Antonini Heliogabali imp. anno* vita functum tradit. Unde sequitur, ut mors ejus anno Christi 219 aut 220, quo A anno re ipsa idem Eusebius in *Chronico* Callistum ei successisse notat, illiganda sit. Sed in hoc ipso *Chronico* primus Heliogabali imp. annus ad annum Christi 218 refertur. Et eum quidem 7 die Junii prædicti anni 218 imperatorem renuntiatum fuisse aliunde notum est. Denique Zephyrini mors in Hieronymi aliisque antiquioribus Martyrologiis Decembris 20 die, in cæteris 26 Augusti, quo nunc celebratur ipsius festivitas, recolitur. Si igitur ipsum cum Eusebio Antonini Heliogabali imp. primo anno, et cum vetustioribus Martyrologiis 20 Decembris die obiisse ponamus, sub exitum anni 218 mors ejus consignanda erit.

Ad ejus epistolas quod attinet, nihil in eis est cur a reliquis Isidori mercibus separentur. B

S. ZEPHYRINI PAPÆ
EPISTOLÆ.

[1] EPISTOLA PRIMA.

AD EPISCOPOS OMNES SICILIENSES.

De judiciis episcoporum, et majoribus Ecclesiæ causis in sede apostolica terminandis.

Romanæ urbis archiepiscopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam constitutis episcopis in Domino salutem.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus [2], quæ nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale (4) provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, et in quadam sacerdotum ejus speculatione constituti, prohibeamus illicita et sequenda doceamus. Sicut stellas cœli non exstinguit nox [3], sic mentes fidelium, firmamento inhærentes [4] sanctæ Scripturæ, non obscurat mundana iniquitas [5]. Idcirco meditari vos oportet, et Scripturas et præcepta divina quæ in Scripturis continentur diligenter attendere, ne transgressores legis Dei, sed C impletores appareatis.

Patriarchæ vero vel primates, accusatum discutientes episcopum [6], non ante sententiam proferat finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocentes et regulariter examinatos convincatur testes [7]; qui minori non sint numero, quam illi discipuli fuerunt, quos Dominus ad adjumentum apostolorum eligi præcepit, id est, septuaginta duo. Detractores quoque [8-9], qui divina auctoritate eradicandi sunt, et auctores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione vel testimonio: nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat [10]. Neque in re dubia [11], certa judicetur sententia; nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero [12] nemo judicetur, quia et divinæ et humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum, omni careant suspicione [13], quia columnas suas Dominus D

[1] Hæc cum seq. Ant. Aug. aliisque viris eruditis supposititia habetur. [2] Hilari papæ sancti Leonis successoris ep. 3. [3] Distinct. 38: Sicut stellas cœli. [4] Adhærentes. [5] Prosperi sentent. 120, ex S. Aug. in Ps. XCIII. [6] 2. q. 1: Primat. accusat.; et in Felicis I; et in decr. Ivon., lib. IV. [7] Anianus in const. I, tit. 40, lib. IX Cod. Theod. [8-9] Adrian., coll. 68; 3. q. 4: Detractores quoque. [10] Desperet. [11] Greg. ep. 30, lib. VIII, et 52, XI. [12] 3. q. 9: Absens vero. [13] Adrian. coll. 15.

(4) *Ad fastigium sacerdotale.* Pontificatum summum intelligit, cui simul oves et agni (id est, episcopi, ut Pares exponunt), cum reliquis clericis et tota plebe commissi sunt, Joan. cap. XXI. Ideoque hic recte pontificatum suum sacerdotale fastigium nominat, cujus sacerdotium, dignitate et officio simul, supra omnium sacerdotum et episcoporum longe emineat. Sev. Bin.

Digitized by Google

firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullem namque eorum sententia, non suo judice dicta [14], constringat, quia et leges sæculi idipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim judices [15], quilibet episcopus accusatus [16], si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus causa juste judicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter vocato, ad suorum primo conventum episcoporum, per eos ejus causa juste audiatur, et rationabiliter discernatur. Finis vero ejus causæ ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus [17], maxime tamen ab oppressis, appellandum est, et concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, et a suis oppressionibus releventur, quia *non potest* nec debet *mater oblivisci filium suum* [18]. Judicia enim episcoporum, majoresque Ecclesiæ causæ, a sede apostolica, et non ab alia, sicut apostoli et sancti successores eorum statuerunt, cum aliis episcopis [19] sunt terminandæ: quia licet in alios transferantur episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est: *Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlis; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis* [20]. Et reliqua privilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, et in constitutis apostolorum (5), eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. Septuaginta [21] enim apostoli sententias præfixerunt (6), cum aliis quamplurimis episcopis, et servandas censuerunt. De occultis enim alieni cordis temere judicare [22], peccatum est; et eum cujus non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum, quæ hominibus sunt incognita, solus Deus judex sit. Ipse vero novit abscondita cordis [23], et non alius. Injusta enim judicia ab omnibus cavenda sunt; maxime tamen a servis Dei. *Servum autem Dei non oportet litigare* [24], nec quemquam damnare. Episcopi namque a plebibus et clero, et domini a servis ferendi sunt [25], ut sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, et liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Job dicatis: *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum. Justitia indutus sum, et vestivi me vestimento et diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam* [26]: et reliqua. Vos ergo, qui in specula a Domino estis positi, comprimere et repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones et scandala excitant [27]. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen Deum [28]. Ideo hos repellere, et ab his vos cavere oportet, quatenus exstincta funditus hujusmodi caligine, Lucifer eis resplendeat [29], et lætitia oriatur, sanctissimi fratres. Data duodecimo Kalend. Octobris, Saturnino et Gallicano [30] viris clarissimis consulibus [31].

EPISTOLA II.

AD ÆGYPTI PROVINCIÆ EPISCOPOS.

Charissimis fratribus per Ægyptum Domino militantibus ZEPHYRINUS Romanæ urbis archiepiscopus.

Tantam a Domino, hujus sanctæ sedis et apostolicæ Ecclesiæ fundatore, et beato Petro principe apostolorum, accepimus fiduciam [32], ut pro universali Christi sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu [33], et omnibus Domino famulantibus succurramus, et cunctis pie viventibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt pie vivere [34], necesse est ut ab impiis et dissimilibus patiantur opprobria, et despiciantur tanquam stulti et insani, ut meliores et purgatiores efficiantur qui bona temporalia perdunt, ut percipiant æterna. Eorum vero despectio et irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt et contumeliis afficiunt, cum et abundantia eorum in egestatem, et superbia transierit in confusionem.

[14] Cod. const. unica, l. IV, tit. 16. [15] 5. quæst. 4: Duodecim judices. [16] IV Carth., 10, et III, 7. [17] 2, q. 6: Ad Romanam Ecclesiam. [18] Isai. XLIX, 15. [19] Vox, *episcopis*, abest a ms. [20] Matth. XVI, 19. [21] Al. sexaginta, ut in ms. Just.; al. quinquaginta, dist. 16: Sexaginta sententias. [22] Prosperi sent. 21, ex S. Aug. in Ps. CXVIII. [23] Ps. XLIII, 22. [24] II Tim. II, 24. [25] Prosperi sent. 34, ex S. Aug. in Ps. CXXIV. [26] Job XXIX, 13 seqq. ex vers. vulgata. [27] Nutriunt. [28] Sixti sent. 176. [29] Steph. Dorensis consult. 2, syn. Later. sub Martino I. [30] Gallo. [31] Saturninus hic et Gallus coss. fuerunt an. 198, vivente adhuc Victore. [32] S. Leo, ep. 24. [33] Effectu. [34] S. Prosperi sent. 32, ex S. Aug. in Ps. CXXII.

(5) *Et in constitutis apostolorum.* 73 Canonem apostolorum intelligit, quo constitutum est, ut episcopales causæ non nisi ab episcopis superioribus, conciliis, aut Romano pontifice dijudicentur. Vide quæ diximus ibi in notis ad prædictum canonem 73. SRV. BIN.

(6) *Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt.* Alia quædam lectio habet, sexaginta, alia quinquaginta; quovis modo legatur, verum est, quod per has sententias, canones apostolorum intelligat; quorum numerus, licet quinquagenarius tantum fuerit, ut supra in notis nostris ibidem ostendimus, tamen, quia uno canone quandoque plures sententiæ comprehenduntur, 60 aut 70 sententiarum apostolicarum numerus, quinquagenario apostolorum canonum numero, nihil obstat aut præjudicat. ID.

Digitized by Google

I.

De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.

Nuntiatum est enim sedi apostolicæ per apocrisarios vestros [35] (7), quosdam fratrum nostrorum, episcoporum videlicet, ab Ecclesiis et sedibus propriis pelli, suaque eis auferri supellectilia, et sic nudos et exspoliatos ad judicia vocari; quod omni ratione caret, cum constituta apostolorum, eorumque successorum, et præcepta imperatorum [36] ac constitutiones legum, idipsum prohibeant, et apostolicæ sedis auctoritas idipsum fieri vetet. Præceptum est [37] ergo in antiquis statutis, episcopos ejectos [38], atque suis rebus exspoliatos, Ecclesias proprias recipere, et primo sua omnia eis reddi : et tum demum, si quis eos juste accusare voluerit, æquo periculo facere, judices esse decernentes, episcopos recta sapientes, et in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur : nec prius eos respondere debere [39], quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum Dominum nostrum usque ad mortem sint persecuti. Ipsæ tamen persecutiones patienter portandæ sunt, ut ejus dicipuli esse cognoscamini, pro quo et patimini. Unde et ipse ait : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* [40]. His fulti suffragiis, non multum debemus timere opprobrium hominum [41], neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus jubet per Isaiam prophetam, dicens : *Audite me qui scitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne timeatis* [42], considerantes quod in Psalmo scriptum est : *Nonne Deus requirat ista? Ipse enim novit abscondita cordis* [43], *et cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt* [44]. *Vana autem locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala. Sed disperdet Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam. Qui dixerunt : labia nostra a nobis sunt; quis noster Dominus est* [45]? Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim probabili et paterna doctrina hoc faciunt [46], sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum namque est : *Via stulti recta in oculis ejus.* Et : *Sunt viæ, quæ videntur homini justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem* [47]. Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique secundum opera ejus [48]. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens : *Mihi vindicta, ego retribuam* [49]. Vos enim in recta fide, et opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam *in hoc*, ait Dominus, *cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem* [50]. Unde et ipse per Prophetam loquitur, dicens : *Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum* [51]. Spiritali dico habitaculo et concordia [52], quæ in Deo est, et unitate fidei, hujus delectabilis secundum veri tatem habitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque sacerdotibus [53] induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, et usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem et æternam vitam promisit Dominus. Hujus igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo (secundum vulgarem fabulam) excutere palum. Absit! Non sunt ista nostra. Hæc enim avertat Divinitas. Justo judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas [54], qua sanctos ipsius persequantur, ut qui Spiritu Dei juvantur et aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Ipsis tamen, qui eos persequuntur, et exprobrant, atque detrahunt, erit procul dubio væ. Væ, væ illis qui detrahunt servis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet [55], cujus ministerium agunt et vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ, qui neminem perire aut labiis suis pollui volumus, eorum oribus imponi, et verbum minime nocivum concipere, aut ore proferre. Unde et Dominus per Prophetam loquitur, dicens : *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea* [56]. Dominus omnipotens, et ejus unigenitus Filius, et Salvator noster Jesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, quibuscunque tribulationum molestiis laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, et eorum (ut dignum est) injurias vestras æstimetis; maximum adminiculum eis verbis et factis præbeatis, ut ejus discipuli inveniamini veri, qui fratres, ut se, omnibus diligere præcepit.

[35] In decr. Ivonis, l. IV. [36] Ethnicorum utique et Ecclesiæ persecutorum. [37] 2, quæst. 2 : Præceptum est. [38] Adr. coll. 13, ex Trip. VII, c. 12. [39] Adr. coll. 5, ex syn. III, Rom., sub Symmacho. [40] Matth. V, 10. [41] Martinus consult. 3, conc. Lateranensis. [42] Isai. LI, 7. [43] Psal. XLIII, 22. [44] Psalm. XCIII, 11. [45] Psalm. II, 3, 4, 5. [46] Idem Martinus. [47] Prov. XII, 15, 28. [48] Matth. XVI, 27. [49] Rom. XII, 19. [50] Joan. XIII, 35. [51] Psalm. CXXXII, 1. [52] Pauli ep. CP. epist. consult. 4, conc. Later. sub Martino I. [53] Sacerdotalem ; ita et ms. [54] S. Prosperi sent. 23, ex S. Aug. in Ps. CXVIII. [55] Greg. ep. 52, lib. XII. [56] Psalm. XXXVIII, 1.

(7) *Apocrisarios vestros.* Apocrisarii dicuntur legati episcoporum, et velut eorum locum tenentes, qui res Ecclesiæ gubernant, negotia singulorum audiunt, et ad episcopos referunt. Dicuntur igitur apocrisarii, id est, responsales, ab ἀποκρίνομαι, id est, respondeo. Horum fit mentio in capite Significasti, de elect, et apud Justinianum Novell. Quomodo oporteat episcopos, cap. 12, et de sanctissimis episcopis § Reverendiss. Albericus per apocrisarios nuntios papæ intelligit. SEV. BIN.

Digitized by Google

II.

De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.

Ordinationes vero presbyterorum [57] et Levitarum, tempore congruo et multis coram astantibus, solemniter agite, et probabiles et doctos viros ad hoc opus provehite [58], ut de eorum societate et adjumento plurimum gaudeatis. Ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei [59], et enarrate hæc et cætera divina verba in progenies alteras, *quoniam hic est Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula* [60]. Data 7 Idus Novembris, Saturnino et Gallicano [61] viris clarissimis consulibus.

[57] Distinct. 75. Ordinationes presbyterorum. [58] Constituite. [59] Gelasius, ep. 9. [60] Psalm. XLVII, 15. [61] Gallo.

ANNO DOMINI CCXIV.

CAIUS
PRESBYTER ROMANUS

NOTITIA.

(GALLAND, *Biblioth. Patrum*, tom. II, Proleg., p. XXVIII.)

I. *Caius, sancti Irenæi contubernalis, an domo Corinthius? Ecclesiæ Romanæ presbyter et episcopus gentium. De Caii presbyteratu et episcopatu Dodwellus et Fabricius minus belle opinati esse videntur. Rectius Bacchinius.*

II. *Quo tempore claruit auctor, vir disertissimus. Disputationem scripsit adversus Proculum Cataphrygarum sectatorem. Ex veterum et recentiorum sententia opus eidem asseritur*, Parvus Labyrinthus *inscriptum.*

III. *Scripsisse quoque Caius* De Canone sacrarum Scripturarum *existimatur: in ea fortasse disputatione quam habuit adversus Proculum Montanistam. Hujusce argumenti fragmentum acephalum, haud ita pridem vulgatum, adducitur; ipsique variis conjecturis tribuitur ab editore Muratorio* V. C., *cujus monitum exhibetur.*

IV. *Observationes nonnullæ tum in allatum fragmentum, tum in monitum Muratorianum subjiciuntur.*

I. Caius, vel Gaius, una cum sancto Irenæo conversatus fuisse, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ, ex subscriptione Actorum martyrii S. Polycarpi existimatur [62]. Ex qua quidem subscriptione fuisse ipsum domo Corinthium, et cum Irenæo Romam profectum conjicit Moynius [63]: sed præter rem, ut censent eruditi *Historiæ litterariæ Gallicæ auctores* [64]. Illud certius ex Photio [65], fuisse Caium Romanæ Ecclesiæ presbyterum, ordinatumque et gentium episcopum. Τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας· χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐθνῶν ἐπίσκοπον. Mirum sane Dodwellum conjectasse [66], Caium Romanæ Ecclesiæ *presbyterum*, propter ipsas *traditiones* quas conservarit, appellatum: cum præter Photii testimonium, Eusebius quoque *virum ecclesiasticum*, ἐκκλησιαστικὸν ἄνδρα, illum nominet [67]. Neque minus mirari subit visum fuisse Fabricio [68], apud Photium pro ἐθνῶν ἐπίσκοπον legendum esse Ἀθηνῶν: adeo ut, hac lectione fidenter admissa, fuisse Caium Atheniensem episcopum securus pronuntiet. Quis porro nesciat ab initio rei Christianæ in more positum institutoque majorum fuisse, ut episcopi crearentur qui nulli certæ Ecclesiæ præsiderent? « In Ecclesiis ex gentibus tantum fundandis (verba sunt Bacchinii V. C.[69]) Petrum successoresque pontifices priores, id servasse compertum, ut episcopi crearentur, antequam gentiles quibus illi præesse debebant, converterentur. Id ex veteribus et sincerioribus Ecclesiarum monumentis liquido constat. Missi sunt plures episcopali charactere insigniti a Petro et successoribus in Italiæ Hispaniarum, Britanniæ, Africæ, Galliarum regiones, qui Ecclesias sibi constituerent, gentilibus ad veritatis lumen conversis. Ita in Oriente ubi Judæi frequentes degebant, conversis ex circumcisione et præputio dati sunt episcopi: in Occidente, ubi Judæi vel rari vel eorum nullus, epi-

[62] Vide tom. V nostr. Biblioth. [63] Moyn. ad Var. sacr. pagg. 937, 940. [64] Hist. littér. de la France, tom. I, part. I, pag. 356. [65] Phot. Bibl., cod. 48. [66] Dodw. Dissert. 3 Iren. § 31, p. 284. [67] Euseb. Hist. eccl., lib. II, cap. 25. [68] Fabric. Bibl. Gr., tom. V, pag. 267. [69] Bacchin., De eccl. hierarch. origin., part. I, cap. 3, § 19, pag. 266.

Digitized by Google

scopi creati qui gentiles converterent. Ibi Ecclesiæ episcopos receperunt : hic episcopi, quas regerent Ecclesias fundarunt. Ordinatos propterea primis Ecclesiæ temporibus in Occidente, non modo certæ gentis quæ in fide erudiri deberet, sed etiam creatos non certæ gentis nec certæ regionis episcopos novimus, qui gentibus prædicantes, ubi consisterent ibi certam sibi sedem fundarent. Ejus rei, et post apostolica tempora in moribus positæ, et ab apostolis procul dubio fluentis, certum documentum exhibet Photius [70]...Id nempe ab initio obtinuerat, ut hujusmodi Evangelii emissariis, orbis gentilium ad Christum converteretur, qui Romanæ sedis tanquam metropolis colonias fundarent in Occidente, de quibus Innocentius I epist. ad Decentium Eugubinum hæc habet : *Legant si in his provinciis alius apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legant, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc sequi quod Romana Ecclesia custodit, a qua eos initium accepisse non dubium est.* » Hactenus vir doctus. Sed hac de re Tillemontium quoque consulas [71] velim.

II. Claruit Caius, vir disertissimus, λογιώτατος ἀνήρ [72], sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, ut post Eusebium [73] tradit sanctus Hieronymus [74], Antonino Caracalla imperante, id est, sæculo III ineunte, sive circa æræ vulgaris annum 212. Inter ejus scripta celebratur Disputatio adversus Proculum Montani sectatorem, quam *valde insignem* Doctor maximus; *accuratam*, σπουδαίαν, Photius appellat [75] : cujus fragmenta ex Eusebio descripsimus.

Stylum item strinxisse Caius adversus Artemonis hæresim, suamque lucubrationem *parvum Labyrinthum* inscripsisse, ex veterum monumentis perhibetur. Hujus quidem scripti tria insignia fragmenta nobis servavit Eusebius [76]; qui tamen tum auctoris nomen, tum operis titulum reticet. Hinc nonnulli apud Theodoretum [77] Origeni opus perperam tribuisse noscuntur. Sic enim ille : Κατὰ τῆς τούτων αἱρέσεως ὁ *σμικρὸς* συνεγράφη *Λαβύρινθος*, ὃν τινες Ὠριγένους ὑπολαμβάνουσι πόνημα· ἀλλ' ὁ χαρακτὴρ ἐλέγχει τοὺς λέγοντας. « Contra istorum (Artemonis et Theodoti coriarii) hæresim conscriptus est *parvus Labyrinthus*, quem nonnulli Origenis opus esse putant : sed eos qui hoc dicunt, stylus redarguit. » Neque aliter Photius. Plerique tamen recentiorum genuinum fetus parentem Caium agnoscunt. Jamque rem confecisse videtur Pearsonius his verbis [78] : « Quin scriptor qui adversus Artemonis hæresim sub Zephyrino scripsit, idem fuerit cum eo qui sub Antonino Severi filio disputationem cum Proculo Montanista iniit, nempe Caius, dubitari non debet. Quamvis enim Eusebius nec nomen auctoris nec libri titulum ex quo excerpta verbatim transcripsit, commemoret, titulum tamen libri cognoscimus *μικρὸν Λαβύρινθον* fuisse. Nam non tantum Nicephorus affirmat [80], τὸν *μικρὸν* εἰρημένον *Λαβύρινθον* redarguisse absurditatem Artemonis et Theodoti, quam beatus Victor depugnavit ; sed et Theodoretus [81] trium pericoparum a Eusebium summam ex *parvo Labyrintho* deducit, de Theodoto agens. *Parvum* autem hunc *Labyrinthum* Photius Γαΐου πόνημα agnoscit [82], τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ συντεταχότος, *quod re vera ille composuit*, qui et διάλεξιν contra Proculum Montanistam edidit. » Hactenus vir eruditus. Haud velim tamen omittas quæ in eamdem sententiam observant doctissimi viri, Tillemontius [83], *Historiæ litterariæ Gallicæ* auctores [84], nec non Wesselingius [85].

III. Tribus hujusce operis excerptis Eusebianis quæ cum notis Valesii et Coutantii protulimus, fragmentum acephalum *de Canone sacrarum Scripturarum* addidimus, haud ita pridem a cl. Muratorio evulgatum : cujus proinde monitum hic apponere operæ pretium existimamus. Sic autem se habet [86] : « Asservat Ambrosiana Mediolanensis bibliotheca membranaceum codicem, e Bobiensi acceptum, cujus antiquitas pæne ad annos mille accedere mihi visa est. Scriptus enim fuit litteris majusculis et quadratis. Titulus præfixus omnia tribuit Joanni Chrysostomo, sed immerito. Mutilum in principio codicem deprehendi.... Ex hoc ergo codice ego decerpsi fragmentum antiquissimum, ad Canonem divinarum Scripturarum spectans. Nulli diligentiæ peperci ut ejus auctorem detegerem, simulque rescirem num hactenus editum fuerit. Nisi me fefellerunt oculi, aut complurium librorum defectus quem non semel doleo, nusquam deprehendi evulgatum ; ac propterea spes mihi superest, fore ut libentius a lectoribus excipiatur, ac præcipue quod antiquitatem redoleat maxime venerabilem. Si conjecturam meam exserere fas est, in illam opinionem feror, tribuenda hæc esse *Caio Ecclesiæ Romanæ presbytero, qui sub Victore et Zephyrino pontificibus*, teste Photio [87], hoc est, qui circiter annum Christi 196 floruit. Disputationem Caii istius, *disertissimi viri, habitam Romæ temporibus Zephyrini adversus Proclum quemdam Cataphrygarum hæresis propugnatorem*, memorat Eusebius Cæsariensis [88] ; in qua ille dum adversariorum in componendis novis Scripturis temeritatem et audaciam sugillat, τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεκατριῶν μόνων ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς· ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τι-

[70] Phot. Bibl. cod. 48, ubi de Caio, cujus loci verba modo retulimus. [71] Tillem., Mém. tom. II, pag. 233, art. 5e, sur la persécut. d'Adrien. [72] Euseb. Hist. eccl. lib. VI, cap. 20. [73] Id. ibid. lib. II, cap. 25. [74] Hieron., De vir. illustr., cap. 59. [75] Phot. l. c. [76] Euseb., Hist. eccl. lib. V, cap. 28. [77] Theodor., Hæret. fab. lib. II, cap. 5, p. 200. [78] Phot., l. c. [79] Pearson., opp. post. Dissert. 2, cap. 1, § 3, pag. 148. [80] Niceph., Hist. eccl. lib. IV, cap. 20. [81] Theodor., l. c. [82] Phot. l. c. [83] Tillem., Mém., t. III, pag. 176. [84] Hist. littér. de la France, tom. I, part. I, pag. 359. [85] Wesseling., lib. *Probabil.* cap. 21, pagg. 175, 177. [86] Murat., Antiqq. Ital. med. æv., tom. III, pag. 851 seqq. [87] Phot., Bibl. cod. 48. [88] Eusеb., Hist. eccl. lib. VI, cap. 20.

Digitized by Google

σιν, οὐ νομίζεται τοῦ Ἀποστόλου τυγχάνειν: *tredecim tantum divini Apostoli recenset Epistolas, eam quæ ad Hebræos inscripta est, cum reliquis non adnumerans. Sane hæc epistola Etiamnum a quibusdam Romanis Apostoli esse non creditur.* Sanctus Hieronymus totidem fere verbis, de Caio isto loquens [89], reddidit sententiam Eusebii: nisi quod addit, *disputationem a Caio habitam sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, id est sub Antonino Severi filio;* ac propterea secundum illum Caius hæc scripserit circiter annum vulgaris epochæ 212. Addit etiam de eadem epistola: *Sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli Apostoli non habetur;* cum tamen Eusebius tantum scripserit *apud quosdam Romanos.* Photius quoque l. c. auctor est, Caium *tredecim duntaxat beati Pauli Epistolas enumerasse, non recepta in censum quæ est ad Hebræos.* Ille quoque hæc ab Eusebio hausit. Cæterum non est hujus loci recensere, quibus auctoribus et rationibus in Canonem sacrarum Scripturarum merito recepta deinde ab omnibus fuerit Epistola ad Hebræos, de qua idem sanctus Hieronymus ad Evagrium scribens, dicit: *Quam omnes Græci recipiunt et nonnulli Latinorum.* Ita quæstionem hanc jam diu versarunt ac illustrarunt viri doctissimi, ut rursus eamdem agitare velle, supervacaneum foret.

« Illud quod ad me spectat, arripio. Hippolytus quoque Portuensis episcopus, Caii supra laudati æqualis, Photio teste [90], sensit *Epistolam ad Hebræos non esse Pauli apostoli.* Imo ne temporibus quidem sancti Hieronymi Romana Ecclesia illam inter canonicas Apostoli Pauli Epistolas receperat. Cum ergo eam omiserit Caius presbyter Romanus, scriptor antiquissimus, cæteras recensens; veri videtur simile eidem Caio tribuendum esse fragmentum infra evulgandum, in quo prætermissam plane videas Epistolam ad Hebræos [91]. Accedit et alterum robustius argumentum. Memorat hic scriptor [92] celebrem Hermæ librum, titulo *Pastoris* inscriptum, his verbis: *Pastorem vero* NUPERRIME TEMPORIBUS NOSTRIS *in urbe Roma Herma conscripsit, sedente in cathedra urbis Romæ Ecclesiæ Pio episcopo, fratre ejus.* Jam inter eruditos constat, Hermam floruisse ad dimidium sæculi a Christo nato secundi. Et certe si tunc Romanam cathedram tenuit Pius I papa, illius frater, is librum *Pastoris* scripsisse dicendus est circiter annum Christi 150. At nos supra vidimus, Caium Romanum presbyterum vixisse circiter annum 196, et nihil obstat, quin antea hæc scripserit. At quando fragmenti auctor testatur, Hermam *nuperrime temporibus nostris* librum Pastoris conscripsisse, quemnam opportunius quam eumdem Caium fragmenti ipsius parentem fuisse conjicias? Tandem scribit fragmenti auctor [93]: *Apocalypsim etiam Joannis et Petri, tantum recipimus, quam quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt.* Recte hæc in Caii tempora conveniunt. Eusebius enim *Apocalypsim Petri* inter dubios quidem libros recenset [94], non tamen abjicit velut hæreticorum fetum. Eodem quoque testante, Clemens Alexandrinus eadem Apocalypsi est usus, non secus ac Epistola Barnabæ. Sozomenus pariter nos monuit [95], hanc Apocalypsim *in quibusdam Ecclesiis Palæstinæ usque adhuc singulis annis semel legi.*

« Temporibus etiam Caii ipsius circumferebatur epistola spuria Pauli apostoli *ad Laodicenses*, a sancto Hieronymo et Theodoreto explosa, quam Marcion hæresiarcha in subsidium sui delirii adhibuit, uti nos docet sanctus Epiphanius [96]. At præter hanc ex ipso fragmento nunc discimus, alteram Paulo suppositam fuisse, nempe *ad Alexandrinos*, cujus nescio an quisquam alius meminerit. Cum vero *Apocalypsim Pauli*, ab Augustino et Sozomeno memoratam, scriptor hic nequaquam recenseat; confirmatur sententia Joannis Ernesti Grabii, qui censuit [97] erupisse hanc imposturam sæculo duntaxat Ecclesiæ Christianæ IV. Hic quoque videas memorari *librum Psalmorum* a Valentino hæresiarcha elaboratum. Unus Tertullianus, quod sciam, istos indicavit, scribens [98]: *Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem apostatæ et hæretici et Platonici Valentini, sed sanctissimi et receptissimi prophetæ David.* Quis vero fuerit *Miltiades* ille hæreticus, sive *Miltiades* cujus est mentio in hoc fragmento, divinent alii. Profecto non fuerit *Miltiades* rhetor, ab Eusebio ac Hieronymo laudatus, qui sub Antonino Commodo multa scripsit pro catholica Ecclesia. Age vero jam proferamus fragmentum ipsum e vetustissimo codice Ambrosiano decerptum, atque illud eruditorum omnium examini subjiciamus, nullum demendo ex erroribus, quibus librariorum imperitia scripturam saturavit atque fœdavit, quanquam nihil ii obstent quominus pretium rei intelligamus. » Huc usque doctissimus Muratorius.

IV. Post tanti viri judicium liceat et nobis nonnullas observationes adjicere, quibus ejus sententia magis magisque firmetur. Et primum quidem illud advertimus, fragmenti auctorem ex eo quod haud recenseat inter Scripturas canonicas Epistolam ad Hebræos, apprime referre sive sodalem sive discipulum Irenæi, Caium nimirum Ecclesiæ Romanæ presbyterum, ut superius ostendimus. Siquidem sanctus ille Lugdunensis antistes, teste Stephano Gobaro tritheita apud Photium [99], eamdem Epistolam perinde non admittebat. Hic tamen haud omittendum edicere, a primis Christianæ religionis temporibus Clementem Romanum Pauli apostoli συνεργόν [1], adeoque Romanam Ecclesiam, canonicam illius Epistolæ auctoritatem agnovisse [2]: quod miror sacros interpretes hactenus præteriisse. Si ejusmodi fragmentum incunte hoc sæculo in lucem fuisset editum, nullus dubito quin illud in suos usus con-

[89] Hieron. De vir. illustr., cap. 59. [90] Phot., Bibl. cod. 121. [91] Vid. infr. col. 33, § 3. [92] Ibid. § 4. [93] Ibid. § 4. [94] Euseb., Hist. eccl. lib. III, cap. 25. [95] Sozom., Hist. eccl. lib. VII, cap. 19. [96] Epiph. Hær. 42. [97] Grab., Spicil. tom. I, p. 84. [98] Tertull., lib. De carn. Chr., cap. 20. [99] Phot., Bibl. c. 232. [1] Philip. IV, 3. [2] Clem. Rom., epist. I ad Corinth., 36

Digitized by Google

vertisset eruditus Humfredus Hodius, dum *librorum biblicorum numerum ac ordinem* juxta sæculorum seriem pertexere studebat [3].

Illud quoque animadversione dignum occurrit, ut modo monebat noster editor, quod fragmenti scriptor § IV *Miltiadis* hæretici mentionem injiciat. ut propterea æquum fuerit existimare, excerptum istud ad illam disputationem pertinere, quam adversus Proculum Cataphrygarum sectatorem Caius instituit. Asterius enim Urbanus apud Eusebium [4] sub ipsum initium operis quod adversus Cataphrygas composuit, Miltiadis hæresim nominat. Unde confirmatur Eusebii lectio, ut et Nicephori eam exscribentis [5], a Valesio et Lango sollicitata, qui loco *Miltiadis* substituendum *Alcibiadem* existimant. Neque aliter Dodwellus [6], licet aliam hujus loci causam et rationem ineat.

Sunt præterea notatu plane dignissima, quæ eodem § IV, memoriæ prodidit fragmenti auctor : Pastorem, inquit, *nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma conscripsit, sedente cathedra urbis Romæ Ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus.* Quibus verbis vim inesse maximam jure censuit eruditissimus editor. Sed, ut vere dicam, est in loci hujus interpretatione Muratoriana, quod non satis assequor. Videtur enim ipse allata verba de Herma viro apostolico accepisse, ejusque respexisse opus quod etiamnum superat, titulo *Pastoris* inscriptum. In hanc autem sententiam ex eo potissimum adducor, quod V. C. illum Hermæ librum *celebrem* vocet, ut vere est *Pastoris* opus cujus auctor Hermas, antiquis Patribus summis laudibus celebratum. Si ejusmodi sit Muratorii sensus et opinio, in nihilum abit ejus *argumentum robustius* : siquidem apostolicus Hermas neque *Pii I frater* exstitit, neque *ad dimidium sæculi a Christo nato secundi* floruit ; qui nimirum centum ante annos sub Clementis Romani pontificatu vixisse comperitur, ut ad volumen I Bibliothecæ nostræ præfati sumus [7]. Alius igitur quærendus Hermas vel Hermes, qui sæculo II clarus, Pii I frater fuerit, quique librum *Pastoris* titulo scripserit : quo semel posito, fragmenti acephali auctorem Caium esse constet. Jam vero vir eruditione præstans Justus Fontaninus luculenter ostendit [8], Hermetem sancti Pii fratrem plane diversum esse ab Herma, qui opus litteris consignavit *Pastor* inscriptum. Docet igitur Fontaninus ex Catalogo Bucheriano, Anastasio aliisque, Hermetem Pii fratrem librum scripsisse, nunc deperditum, *de Paschate* die Dominico celebrando, *in quo mandatum continebatur quod ei præceperat Angelus, cum venit ad eum in habitu pastoris.* Unde illi ab angelico *Pastore* cujus visum in suo *de Paschate* libro enarravit, postea cognomentum adhæsit, dictusque inde

Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus,

ut canit vetustissimus scriptor poematis in Marcionem sub finem libri III. Hæc aliaque plura in eamdem sententiam laudatus vir eruditus. Habemus igitur Hermem Pii I fratrem, cognomento *Pastorem*, qui librum *de Paschate* scripsit.

At enim fragmenti auctor non Hermam cui nomen inditum *Pastor*, sed Hermam *Pastoris* scriptorem appellat. Cui quidem objectioni ut fiat satis, illud unum reponimus quod de Hermæ *Pastore* nos alibi dixisse meminimus. Nimirum, quemadmodum viri apostolici opus antiquis Patribus *Pastor* seu *liber Pastoris* appellatus fuit, inde fortasse derivata denominatione hujusmodi, quod in toto ferme opere Pastor inducitur Hermam alloquens et informans : ita quoque contigerit, ut et Hermetis liber *de Paschate* fuerit, nonnullis saltem, *Pastor* nominatus ; quia illius auctor *de iis scripsit, quæ ei præcepit Angelus, cum venit ad eum in habitu Pastoris*, ut habet Catalogus II Henschenianus : unde non solum scriptori, sed ejus etiam libro *Pastoris* nomen inhæserit. Hæc tantum in præsentiarum habemus, quibus propositæ difficultati occurramus. Verum eruditorum arbitrio rem definiendam dimittimus.

Cæterum doleo equidem ejusmodi fragmentum esse fœdis deformatum erroribus. Sed, ut cum magno Baronio loquar [9], *quidquid antiquitas offert, sive corrosum mendosumve sit, accipi tamen grato animo solet.*

De alio autem opere Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, quod a se scriptum in fine *Labyrinthi* testatur Caius apud Photium loco superius citato, præter ea quæ infra dicenda sunt ubi de Hippolyti scriptis, consulas velim præ ceteris Tillemontium [10], nec non auctores *Historiæ litterariæ Gallicæ* [11], sed in primis Dodwellum [12].

[3] Hod., de Biblior. textib. origin. lib. IV, cap. 4, pag. 644, seqq. [4] Euseb., Hist. eccl. lib. V, cap. 26. [5] Niceph., Hist. eccl. lib. IV, cap. 23. [6] Dodw. Dissert. 4 Iren., § 38, pag. 371. [7] Prolegom. ad Bibl. PP. tom. I, cap. 2, §§ 1 et 2, pagg. 26, 28 (Patr. Gr., t. II). [8] Fontan., Hist. litt. Aquil., lib. II, cap. 1, §§ 1 et 2, pagg. 53 seqq. [9] Baron., ad ann. 431, § 27. [10] Tillem., Mém., tom. III, pag. 176. [11] Hist. litt. de la France, tom. I, part. I, pag. 359. [12] Dodw. Dissert. 6 Iren., § 18, pag. 403 seqq.

Digitized by Google

CAII ROMANI PRESBYTERI

FRAGMENTA

Ex Dialogo sive Disputatione adversus Proclum, sectæ Cataphrygarum patronum.

(GALLAND. *Biblioth. vet. Patr.*, II, 203.)

—

I.

Apud Eusebium Hist. eccl. lib. II, *cap.* 25.

Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν Ἀποστόλων (1) ἔχω δεῖ- A Ego vero apostolorum tropæa possum ostendere.
ξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν (2), Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam
ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum, qui
ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν. Ecclesiam illam fundaverunt.

II.

Idem, lib. III, *cap.* 28.

Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος ὁ δι' ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ Sed et Cerinthus per revelationes quasdam a se
Ἀποστόλου μεγάλου γεγραμμένων, τερατολογίας tanquam a magno quodam apostolo conscriptas,
ἡμῖν ὡς δι' ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένας ψευδόμενος, portenta quædam quasi ab angelis sibi ostensa
ἐπεισάγει λέγων, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπίγειον εἶναι commentus nobis introducit, affirmans post resur-
τὸ βασίλειον τοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν ἐπιθυμίαις καὶ rectionem regnum Christi in terris futurum, ac
ἡδοναῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν σάρκα πολιτευομένην rursus homines Jerosolymis degentes cupiditatibus
δουλεύειν. Καὶ ἐχθρὸς ὑπάρχων ταῖς Γραφαῖς τοῦ et voluptati corporis obnoxios fore. Additque ho-
Θεοῦ, ἀριθμὸν χιλιονταετίας ἐν γάμῳ ἑορτῆς, θέλων stis ille divinarum Scripturarum, mille annorum
πλανᾷν (3), λέγει γίνεσθαι. spatium in nuptialibus festis transactum iri, quo
B facilius imperitos homines decipiat.

III.

Ibid., cap. 31.

Μετὰ τοῦτο (4) δὲ προφῆτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου Quatuor posthæc Philippi filiæ prophetides fue-
γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ τά- runt Hierapoli Asiæ civitate, ubi etiam earum et
φος αὐτῶν ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. patris Philippi sepulcrum visitur.

CAII ROMANI PRESBYTERI

UT VIDETUR

Fragmenta ex *Parvo Labyrintho* sive ex libro Adversus Artemonis hæresim.

—

I.

Apud Eusebium Hist. eccl. lib. V, *cap.* 28.

Φασὶ γὰρ (5) τοὺς μὲν πρότερους ἅπαντας, καὶ C Affirmant enim priscos quidem omnes, et ipsos
αὐτοὺς τοὺς Ἀποστόλους παρειληφέναι τε καὶ δεδι- apostolos, ea quæ ab ipsis nunc dicuntur, et acce-

(1) *Τὰ τρόπαια τῶν Ἀποστ.* Hieronymus in epistola ad Marcellum : *Est quidem ibi sancta Ecclesia; sunt tropæa apostolorum et martyrum.* VALES. in *Addend.*

(2) *Ἐπὶ τὸν Βατικανόν.* Mirum est in omnibus nostris codicibus uno consensu haberi Βασικανόν : nec aliter legitur in *Chronico* Georgii Syncelli. In sequentibus verbis ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, omnes nostri codices Ὀστίαν habent. Verum in hoc dissentiunt, quod Mazarinus quidem et Medicæus codex cum leni spiritu habent Ὠστίαν : Regius autem et Fuketianus asperum adhibent spiritum. Porro Vaticanus quidem ad B. Petrum referri debet, qui sepultus est in Vaticano. Ostiensis autem via Paulum denotat, qui sepultus est in via Ostiense.

(3) *Θέλων σπλανᾷν.* Sic in editione Rob. Stephani, nescio quo casu, excusum est : quem typographorum errorem secuti sunt postea Genevenses. Nos vero ex manuscriptis codicibus, et ex Nicephori libro veram hujus loci scripturam restituimus, θέλων πλανᾷν.

(4) *Μετὰ τοῦτο.* Hic locus excerptus quidem est ex Caii disputatione ; sed sunt Procli verba, a Caio litteris consignata. Sic enim Eusebius l. c. : « Præterea in dialogo Caii, Proclus adversus quem instituta est disputatio, de Philippi ejusque filiarum exitu, sic ait : *Quatuor posthæc*, » etc.

(5) *Φασὶ γὰρ*, κ. τ. λ. Nicephorus in lib. IV, cap. 21, hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse dicit : Μικρὸν λαβύρινθον. Photius

Digitized by Google

pisse et docuisse; ac prædicationis quidem veritatem esse custoditam usque ad Victoris tempora, qui tertius decimus a Petro Romanæ urbis episcopus fuit; a Zephyrini autem temporibus qui Victori successit, adulteratam fuisse veritatem. Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ, deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt : Justinum intelligo, et Miltiadem, et Tatianum, ac Clementem, aliosque quamplurimos : in quorum omnium libris Christi divinitas astruitur. Nam Irenæi quidem et Melitonis et reliquorum scripta quis est qui ignoret, in quibus Christum Deum simul atque hominem prædicarunt? Psalmi quoque et cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. Cum igitur tot abhinc annis ecclesiastica doctrina prædicata sit, qui fieri potest, ut omnes usque ad Victoris tempora eam quam isti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujusmodi calumniam adversus Victorem concinnare, cum certo sciant, Theodotum coriarium, qui defectionis illius Deum abnegantis parens et auctor fuit, primusque Christum nudum esse hominem asseruit, per Victorem a communione Ecclesiæ ejectum fuisse? Nam si, ut aiunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet impietas, cur Theodotum opinionis illius auctorem ab Ecclesia removit?

A δαχέναι ταῦτα, ἃ νῦν οὗτοι λέγουσι· καὶ τετηρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος μέχρι τῶν Βίκτορος χρόνων, ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος· ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος καὶ ἑτέρων πλειόνων, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται (6) ὁ Χριστός. Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι (7) τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. Πῶς οὖν ἐκ τοσούτων, ἐτῶν καταγγελλομένου τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἐνδέχεται τοὺς μέχρι Βίκτορος οὕτως ὡς οὗτοι λέγουσι κεκηρυχέναι; Πῶς δὲ οὐκ αἰδοῦνται ταῦτα Βίκτορος καταψεύδεσθαι· ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι Βίκτωρ τὸν σκυτέα Θεόδοτον τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας, ἀπεκήρυξε τῆς κοινωνίας, πρῶτον εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστόν; Εἰ γὰρ Βίκτωρ κατ' αὐτοὺς οὕτως ἐφρόνει, ὡς ἡ τούτων διδάσκει βλασφημία, πῶς ἂν ἀπέβαλλε Θεόδοτον τὸν τῆς αἱρέσεως ταύτης εὑρετήν;

B

II

Id. *Ibid.*

Facinus nostra ætate gestum, multis fratrum nostrorum in memoriam revocabo : quod quidem si Sodomis admissum fuisset, ipsos, ut arbitror, incolas ad pœnitentiam provocare potuisset. Erat quidam Natalis nomine, confessor, qui non ita pridem, sed nostra ætate vixit. Hic forte in fraudem inductus est ab Asclepiodoto, et altero quodam Theodoto argentario. Ambo autem isti discipuli erant Theodoti illius coriarii, qui primus ob hanc

C

Ὑπομνήσω γοῦν πολλοὺς τῶν ἀδελφῶν πρᾶγμα ἐφ' ἡμῶν γενόμενον· ὃ νομίζω ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγεγόνει, τυχὸν ἂν κἀκείνους ἐνουθέτησε. Νατάλιος ἦν τις (8) ὁμολογητὴς οὐ πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενόμενος καιρῶν (9). Οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου· ἦσαν δὲ οὗτοι ἄμφω Θεοδότου τοῦ σκυτέως μαθηταί, τοῦ πρώτου ἐπὶ ταύτῃ τῇ φρονήσει, μᾶλλον δὲ ἀφροσύνῃ, ἀφορισθέντος τῆς κοινωνίας ὑπὸ Βί-

Bibliotheca, cap. 48, Caium hujus libri auctorem facit, τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας, συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως, etc. Hic est ipse liber, cujus fragmenta hic profert Eusebius, quem tamen a *Labyrintho* Photius aperte distinguit. Sed Nicephori sententiam confirmat Theodoretus in lib. II *Hæreticarum fabularum*, capite 5, ubi agens de Theodoto coriario, eamque de Natale episcopo referens historiam quam hic narrat Eusebius, ex libro qui *Parvus labyrinthus* dicitur illam esse depromptam testatur.

D

(6) *Θεολογεῖται.* De vi ac notione verbi θεολογεῖν, Justino M. primitus usurpati, videsis nostræ hujus Bibliothecæ tom. VI, in Indice Græco. Aliorum veterum Patrum complura loca in eamdem sententiam profert Svicerus in *Thes. eccl.* tom. I, pag. 1355, § 2.

(7) *Ψαλμοὶ δὲ καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι.* Scribendum est ἀπ' ἀρχῆς, ut habet codex Med., Fuk., Savil. et Nicephorus. Porro ex his verbis apparet morem fuisse antiquissimum in Ecclesia, hymnos et psalmos in honorem Christi componere. Certe Plinius in epistola ad Trajanum auctor est, Christianos in unum convenientes Christo hymnos canere consuevisse. De his psalmis et hymnis intelligendus videtur Hippolytus in oratione de consummatione mundi sub finem : Τὸ στόμα ἡμῶν πρὸς δοξολογίαν καὶ αἶνον καὶ ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς πνευματικὰς ἠύτρέπισα λαλεῖν. Hujusmodi hymnus in honorem Jesu Christi a Clemente Alexandrino compositus exstat ad finem ejus librorum, qui *Pædagogi* inscribuntur.

(8) *Νατάλιος ἤν τις.* Nescio, an hic sit Cæcilius Natalis, qui disputatione Octavii Januarii coram Minutio Felice Romæ habita, ad Christi fidem conversus est, ut scribitur in dialogo Minutii Felicis (cap. 16). Nomen certe convenit, et tempus atque professio.

(9) *Ἐπὶ τῶν ἡμετέρων καιρῶν.* Ad litteram Græcam, *nostris temporibus;* qua locutione se non rem præteritam ex aliorum memoria narrare, sed recentem, quam ipse oculis perspectam habere potuerit, et quam proxime dixerat ἐφ' ἡμῶν γενόμενον, testari noster auctor significat. Constant, *Epistt. Rom. pontiff.* pag. 109, ubi hujusmodi Caii fragmentum in medium profert.

Digitized by Google

κτος, ὡς ἔφην, τοῦ τότε ἐπισκόπου. Ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ ἐπίσκοπος (10) κληρωθῆναι (11) ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν πεντήκοντα. Γενόμενος οὖν σὺν αὐτοῖς, δι' ὁραμάτων πολλάκις ἐνουθετεῖτο (12) ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ὁ γὰρ εὔσπλαγχνος Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (13), οὐκ ἐβούλετο ἔξω Ἐκκλησίας γενόμενον, ἀπολέσθαι μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν (14). Ἐπὶ δὲ ῥαθυμότερον τοῖς ὁράμασι προσεῖχε, δελεαζόμενος τῇ τε παρ' αὐτοῖς πρωτοκαθεδρίᾳ, καὶ τῇ πλείστους ἀπολλυούσῃ αἰσχροκερδείᾳ, τελευταῖον ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων ἐμαστιγώθη, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς οὐ σμικρῶς αἰκισθείς· ὥστε ἑωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ σποδὸν καταπασάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν· συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον Ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ· πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον, δείξαντά τε τοὺς μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν (15), μόλις κοινωνηθῆναι (16).

A doctrinam, seu potius insaniam a Victore, ut dixi, tunc temporis episcopo ab Ecclesiæ communione remotus est. Hi persuaserunt Natali, ut accepto salario hæresis illius episcopus crearetur, ea scilicet conditione, ut menstruos centum quinquaginta denarios ab illis acciperet. Sociatus igitur illorum partibus, sæpe a Domino reprehendebatur in visis. Clementissimus enim Deus ac Dominus noster Jesus Christus, eum qui passionum suarum testis exstiterat, perire extra Ecclesiam nolebat. Sed cum visis illis obtemperare negligeret Natalis, utpote honore primæ apud illos sedis, et turpis lucri cupiditate (quæ multis mortalibus exitio est) inescatus, tandem a sanctis angelis per totam noctem flagris cæsus et gravissime verberatus est : adeo ut primo diluculo consurgens, saccum induerit, et cinere conspersus confestim cum lacrymis ad pedes Zephyrini episcopi sese abjecerit, non solum clericorum, verum etiam laicorum vestigiis advolutus ; et Christi misericordis Ecclesiam ipsam quoque misericordem fletibus suis commoverit, atque concusserit ; multisque precibus usus, ostensis etiam vibicibus plagarum quas pertulerat, vix tandem ad communionem admissus est.

B

III.

Id. *Ibid.*

Γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥαδιουργήκασι· πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι· Χριστὸν δὲ

Sacras quidem Scripturas audacter adulteraverunt, primitivæ autem fidei regulam rejecerunt,

(10) *Ἔπίσκοπος κληθῆναι.* Ita scriptum præfert codex Regius, cui consentit Rufini interpretatio. Sed quatuor reliqui codices, Maz., Med., Fuk. et Savil. scriptum habent, κληρωθῆναι.

(11) *Κληωθῆναι.* Non displicet, quod apud Rufinum, *nominaretur ;* ex quo et liquet eum Græce legisse κληθῆναι. Neque vero obscurum est, Natali vanum episcopi sine re nomen indultum fuisse, cum non esset inter illos hæreticos episcopus qui ei ordinationem conferre posset. Hinc non alicujus urbis, sed *hæresis illius* episcopus nuncupatus est. Quocirca et infra dicitur *prima cathedra* insignitus, non quia episcopis aliquibus, sed quia toti hæresi præsideret. Coustant.

(12) *Δι' ὁραμάτων.... ἐνουθετεῖτο.* Rufinus vertit, *admonebatur in somniis.* Valesius vero, *corripiebatur in somnis ;* et infra, *sed cum nocturnas ejusmodi visiones negligeret ;* quo in loco Rufinus non addidit *nocturnas.* In utroque loco placuit litteræ Græcæ adhærere, in qua nihil est, unde somniantine an vigilanti hæc visa ostensa sint, conjecterimus. Imo Petrus Gillius in *Lexico* observat τὸ ὅραμα, quo constanter utitur noster auctor, de visis vigilantium proprie dici. Id. — De hujusmodi visis, ex probatissimis Ecclesiæ monumentis antiquioribus complura profert exempla Dodwellus *Dissert.* 4, *Cyprian.*, pag. 37 seqq.

(13) *Θεός.... I.* X. Nemo dixerit *Dei* nomen (a Caio qui Artemonis hæresim refutat) hic improprie Christo attribui : siquidem illum ab Artemone Deum negari non patitur, quem a majoribus, contra hæreticos hujus mendacia, Deum assertum esse, Justini, Miltiadis, Tatiani, Clementis, Irenæi et Melitonis scriptis evincit. Coustant.

(14) *Μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν.* Apud Rufinum, *martyrem suum qui sibi in multis passionibus exstiterat.* Id.

(15) *Μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν.* Valesius post Rufinum addidit, *pro Christi confessione.* Et hic hærendum Græco duximus : maxime cum flagellorum quibus Natalis a sanctis angelis cæsus est, proxima mentio, plagas pro Christi desertione potius, quam *pro Christi confessione* acceptas, hic intelligi postulet. Id.

(16) *Μόλις κοινωνηθῆναι.* Hujusmodi indulgentia non solum iis qui a catholica fide abscesserant et ad eam postmodum redierant, sed et mœchis pœnitentibus impertita, Tertulliano valde displicuit. Eam ob causam in lib. *De pudicit.*, n. 13, episcopum cujus nomen reticet, sic sugillat : *Et tu quidem pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in ecclesiam inducens, conciliatum et concineratum, cum dedecore et horrore compositum, prosternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacinias invadentem, omnium vestigia lambentem, omnium genua detinentem ; inque eum hominis exitum, quantis potes misericordiæ illecebris, bonus pastor et benedictus papa concionaris, et in parabola ovis capras tuas quæris, tua ovis ne rursus de grege exsiliat.* Quæ verba hic describere visum est non tantum ob consensionem illorum cum iis quæ (a Caio) proxime relata sunt, aut ut ea quæ tunc temporis circa pœnitentes vigeret disciplina, exemplo altero firmaretur : sed et maxime quia nonnulli, nominatimque Paschasius Quesnellus *Dissert. 1 de vita et gestis Leonis*, cap. 12, n. 6, papam illum de quo hæc Tertullianus eloquitur, Zephyrinum interpretantur. De ipso quoque Baronius ad annum 216, n. 4, dictum intelligit illud ejusdem lib. 1, cap. 1 : *Audio etiam edictum esse propositum, et quidem peremptorium : pontifex scilicet maximus quod est episcopus episcoporum, edicit : Ego et mœchiæ et fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto.* Neque ambiguum est, quin si denotetur Zephyrinus his cap. 1 verbis, idem quoque superioribus cap. 13 carpatur. Non desunt tamen qui utrumque locum ad episcopum Carthaginiensem referant ; adeo ut is per exaggerationem Tertulliano non insolentem, *pontifex maximus* dictus sit et *episcopus episcoporum.* Verum sive is, sive quivis alius intelligatur,

C

D

Digitized by Google

Christum ipsum denique ignoraverunt: non inquirentes quid sacræ doceant Scripturæ, sed cujusmodi syllogismorum figura ad confirmandam impietatem suam reperiatur, assidue meditantes. Quod si quis aliquem divinæ Scripturæ locum eis objiciat, examinant utrum connexum an disjunctum syllogismi genus ex eo confici possit. Relictisque atque abjectis sacris Dei Scripturis, geometriæ student; quippe qui terrestres sint et loquantur terrena, et illum qui de cœlo advenit ignorent. Euclidis igitur geometria apud nonnullos eorum studiose excolitur; Aristoteles vero et Theophrastus summa admiratione suscipiuntur; Galenus autem a quibusdam etiam adoratur. Proinde istos qui infidelium artibus ac disciplinis ad stabiliendam hæresis suæ opinionem abutuntur, et subtili impiorum hominum versutia simplicissimam divinarum Scripturarum adulterant fidem, remotissimos esse a fide quid attinet dicere? Hinc est, quod divinis Scripturis audacter manus intulerunt, eas a se emendatas esse dicentes. Atque id a me non falso eis objici, quisquis voluerit, facile cognoscet. Nam si quis exemplaria illorum undique conquisita simul inter se contulerit, inveniet profecto, illa inter se plurimum dissentire. Certe Asclepiodoti exemplaria non conveniunt cum illis quæ sunt Theodoti. Multa porro hujusmodi exemplaria nancisci licet, propterea quod discipuli illorum studiose perscripserunt ea quæ a magistris suis, ut ipsi

A ἠγνοήκασιν· οὐ τί αἱ θεῖαι λέγουσι Γραφαὶ, ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὑρεθῇ σύστασιν, φιλοπόνως ἀσκοῦντες· κἂν αὐτοῖς προτείνῃ τις ῥητὸν Γραφῆς θεϊκῆς, ἐξετάζουσι πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον (17) δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ· καταλιπόντες δὲ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Γραφὰς, γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν· ὡς ἂν ἐκ τῆς γῆς ὄντες καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλοῦντες, καὶ τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον (18) ἀγνοοῦντες. Εὐκλείδης γοῦν παρά τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος θαυμάζονται· Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται (19). Οἱ δὲ ταῖς τῶν ἀπίστων τέχναις εἰς τὴν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν γνώμην ἀποχρώμενοι, καὶ τῇ τῶν ἀθέων πανουργίᾳ τὴν ἁπλῆν τῶν θείων

B Γραφῶν πίστιν καπηλεύοντες, ὅτι μηδὲ ἐγγὺς πίστεως ὑπάρχουσι, τί δεῖ καὶ λέγειν; Διατοῦτο ταῖς θείαις Γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι. Καὶ ὅτι τοῦτο μὴ καταψευδόμενος αὐτῶν λέγω, ὁ βουλόμενος δύναται μαθεῖν. Εἰ γάρ τις θελήσει συγκομίσας αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζειν πρὸς ἄλληλα, κατὰ πολὺ ἂν εὕροι διαφωνοῦντα· ἀσύμφωνα γοῦν ἔσται τὰ Ἀσκληπιάδου (20) τοῖς Θεοδότου. Πολλῶν δὲ ἔστιν εὑπορῆσαι, διὰ τὸ φιλοτίμως ἐγγεγράφθαι τοὺς μαθητὰς αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι, κατ· ωρθωμένα, τουτέστιν ἡφανισμένα. Πάλιν δὲ τούτοις τὰ Ἑρμοφίλου οὐ συνάδει. Τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐστιν σύμφωνα. Ἔνεστι γὰρ συγκρῖναι

C

tum hujus edicto, tum Zephyrini, imo et Dei Natalem lapsum ad pœnitentiam non una ratione provocantis auctoritate, prædamnata est Novatiani duritia, qua lapsis etiam pœnitentibus veniam negari voluit. COUTANT.

(17) *Πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον.* Quid sit συνημμένον, et quid διεζευγμένον, docent dialectici. Pronuntiata quæ Stoici ἀξιώματα vocant, alia sunt simplicia, ut illud: *dies est;* alia non simplicia. Ex his quæ non sunt simplicia, alia sunt συνημμένα, id est *connexa*, quæ constant ex duobus diversis pronuntiatis, ut illud, *Si dies est, lux est.* Alia διεζευγμένα, seu *disjuncta*, ut illud, *Aut dies est, aut nox est.* Vide Diogenem Laertium in Zenone. Sextus Empiricus τὸ συνημμένον definit, τὸ συνεστὼς ἐξ ἀξιώματος διαφορουμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διὰ τοῦ *εἰ* ἢ *εἴπερ* συνδέσμου. Et exemplum connexi quod fit ex pronuntiato διαφορουμένῳ hoc affert: *Si dies est, dies est.* Ex quo

D corrigendus est Diogenes Laertius in Zenone hoc modo, ἐξ ἀξιώματος μετὰ διαφορουμένου, οἷον, Εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστίν. Porro tam apud Sextum, quam apud Laertium mallem scribere διφορουμένου, quemadmodum legitur apud Alexandrum Aphrodisiensem in priora *Analytica*. Nam διφορούμενον, idem est quod δὶς λαμβανόμενον. Et hæc quidem de harum vocum interpretatione dicta sufficiant. Quod vero spectat ad hujus loci interpunctionem, scripti codices inter se dissentiunt. Nam Regius quidem codex quem secutus est Robertus Stephanus, post vocem διεζευγμένον, virgulam habet appositam; ut scias, voces illas συνημμένον καὶ διεζευγμένον, referendas esse ad τὸ ῥητὸν quod præcessit: non autem ad σχῆμα συλλογισμοῦ quod proxime sequitur. Sed reliqui codices, Maz. et Med. cum Fuk. et Saviliano, post vocem διεζευγμένον, nullam adhibent distinctionem, sed tantum post vocem συνημμένον. Quam distinctionem secutus Rufinus et reli-

qui interpretes, *connexum* ac *disjunctum*, duo syllogismorum genera esse existimarunt. Mihi prior distinctio magis placet.

(18) *Τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον.* Christophorsonus vertit: *Christum qui de cœlo venturus est, penitus ignorant.* Quam interpretationem equidem non damno. Sic enim loqui solent sancti Patres de supremo adventu Christi, quo mundum judicaturus est; non quasi de futuro, sed tanquam de præsenti: ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Ita Hegesippus in martyrio sancti Jacobi, et alii passim ab Eusebio citati. Possunt tamen hæc verba etiam de primo Christi adventu intelligi, quomodo accepit Rufinus.

(19) *Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται.* Galenus enim de figuris syllogismorum et tota philosophia libros conscripserat, ut ex librorum ejus indice cognoscimus. Est autem illustre hoc testimonium de Galeno, quippe quod auctoris sit antiquissimi, et Galeni temporibus pene æqualis. Nec vero ex hoc tantum scriptore, verum etiam ex aliis quampluribus idem colligere licet, qui Galenum Aristoteli ac Theophrasto, ipsique adeo Platoni æquare non dubitarunt. Certe Alexander Aphrodisiensis, in librum octavum *Topicorum* non procul ab initio, satis indicat, ita omnes de Galeno existimasse. Postquam enim docuit, problematum alia ἔνδοξα esse, alia ἄδοξα, et ἔνδοξα quidem in duplici esse differentia, alia enim esse ἁπλῶς, alia ὡρισμένως, hæc subjunxit: ὡρισμένως δ' ἔνδοξα, τὰ τῷδε τινὶ τῶν ἐνδόξων ἑπόμενα· οἷον, Πλάτωνι, ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαληνῷ.

(20) *Τὰ Ἀσκληπιάδου.* Apud Nicephorum scribitur Ἀσκληπιοδότου, quomodo etiam legit Rufinus. Paulo post, ubi legitur τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου, restituendum est Ἀπολλωνίδου ex Theodoreto in libro II *Hæretic. fabularum*, cap. 5, et ex Nicephoro ac Rufino.

Digitized by Google

τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα (21), τοῖς ὕστερον πάλιν ἐπιδιαστραφεῖσι, καὶ εὑρεῖν καταπολὺ ἀπᾴδοντα. Ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, εἰκὸς μηδὲ ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἁγίῳ Πνεύματι λελέχθαι τὰς θείας Γραφὰς, καὶ εἰσὶν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπάρχειν· καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν; Οὐδὲ γὰρ ἀρνήσασθαι δύνανται ἑαυτῶν εἶναι τὸ τόλμημα, ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν χειρὶ ᾖ γεγραμμένα· καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν (22) μὴ τοιαύτας παρέλαβον τὰς Γραφάς· καὶ δεῖξαι ἀντίγραφα, ὅθεν αὐτὰ μετεγράψαντο, μὴ ἔχωσιν. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν οὐδὲ παραχαράσσειν ἠξίωσαν αὐτὰς, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας (23) προφάσει χάριτος, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ὄλεθρον κατωλίσθησαν.

A dicunt emendata, hoc est corrupta fuerant. Jam Hermophili exemplaria cum illis quæ dixi, minime consentiunt. Ea vero quæ dicuntur Apollonidis, ne secum quidem ipsa concordant. Nam illa quæ prius ediderat, cum illis quæ postea invertit atque luxavit, conferre quilibet potest, atque inter se dissonantia deprehendere. Quantæ porro audaciæ sit ejusmodi facinus, ne ipsos quidem ignorare credibile est. Aut enim sacras Scripturas a sancto Spiritu dictatas esse non credunt, ac proinde infideles sunt: aut semetipsos Spiritu sancto sapientiores esse existimant, ac proinde quid aliud sunt quam dæmoniaci? Neque enim negare possunt, hoc facinus a se admissum esse, cum ipsorum manu descripta sint exemplaria; neque ab illis a quibus in B Christiana fide instituti sunt, ejusmodi codices acceperint: nec ostendere possint exemplaria, ex quibus sua illa descripserunt. Quidam autem ex ipsis ne adulterare quidem Scripturas dignati sunt: sed legem ac prophetas absolute repudiantes, per illegitimam et impiam doctrinam, sub obtentu gratiæ in altissimum exitii gurgitem delapsi sunt.

CAII EJUSDEM

UT VIDETUR

Fragmentum acephalum de Canone sacrarum Scripturarum (24).

(Apud L. A. Muratorium V. C. *Antiqq. Ital. med. æv.* tom. III, col. 854.)

—

I. —— quibus tamen interfuit, et ita posuit. Tertio Evangelii librum *secundo Lucam*. Lucas iste medicus post ascensum Christi, cum eo Paulus quasi ut juris studiosum secundum adsumsisset, nomine suo ex opinione conscrisset. Dominum tamen nec ipse vidit in carne; et idem prout assequi potuit, ita et a nativitate Johannis incipet *dicere*. Quarti Evangeliorum *Johannis* ex discipulis. *Cohortantibus* condiscipulis et episcopis suis dixit: *Conjejunate mihi hodie triduo, et quid cuique fuerit* [illegible] C revelatum Andreæ ex apostolis, ut recognoscentibus cunctis, Johannes suo nomine cuncta describeret. Et ideo licet varia singulis Evangeliorum libris principia doceantur, nihil tamen differt credentium fidei, cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia de nativitate, de passione, de resurrectione, de conversatione cum discipulis suis, et de gemino ejus adventu, [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

suis proferat dicens in semetipso : *Quæ vidimus oculis nostris, et auribus audivimus, et manus nostræ palpaverunt, hæc scripsimus.* Sic enim non solum visorem, sed auditorem, sed et scriptorem omnium mirabilium Domini per ordinem profitetur.

II. *Acta* autem omnium *apostolorum* sub uno libro scripta sunt *Lucæ* optime *Theophile* comprehendit, quia sub præsentia ejus singula gerebantur, sicut et semote passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli ab Urbe ad Spaniam proficiscentis.

III. *Epistola* autem *Pauli*, quæ, a quo loco, vel qua ex causa directe sint, voluntatibus intelligere, ipse declarant. Primum omnium Corinthiis schisma hæresis interdicens, deinde Callactis circumcisionem. Romanis autem ordine Scripturarum, sed et principium earum esse Christum intimans, prolixius scripsit, de quibus singulis necesse est a nobis disputari; cum ipse beatus apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem Ecclesiis scribat ordine tali: *Ad Corinthios* prima, *ad Ephesios* secunda, *ad Philippenses* tertia, *ad Colossenses* quarta, *ad Galatas* quinta, *ad Thessalonicenses* sexta, *ad Romanos* septima. Verum Corinthiis et Tessalonicensibus licet pro correbtione iteretur, una tamen per omnem A orbem terræ Ecclesia diffusa esse denoscitur. Et Johannes enim in Apocalypsi licet septem ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit. Verum *ad Philemonem* una, et *ad Titum* una, et *ad Timotheum* duas pro affectu et dilectione; in honore tamen Ecclesiæ catholicæ, in ordinatione ecclesiasticæ disciplinæ sanctificatæ sunt. Fertur etiam *ad Laudecenses*, alia ad *Alexandrinos* Pauli nomine fictæ ad hæresem Marcionis; et alia plura quæ in catholicam Ecclesiam recipi non potest. Fel enim cum melle misceri non congruit.

IV. *Epistola* sane *Judæ*, et superscripti *Johannis duas* in Catholica habentur. Et *Sapientia* ab amicis *Salomonis* in honorem ipsius scripta. *Apocalypsis* etiam *Johannis* et *Petri*, tantum recipimus, quam B quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt. *Pastorem* vero NUPERRIME TEMPORIBUS NOSTRIS in urbe Roma *Herma* conscripsit, sedente cathedra urbis Romæ Ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet; se publicare vero in Ecclesia populo, neque inter prophetas completum numero, neque inter apostolos in finem temporum potest. *Arsinoi* autem seu *Valentini*, vel *Miltiadis* nihil in totum recipimus; qui etiam novum *Psalmorum librum* Marcioni conscripserunt, una cum Basilide Assianum Catafrygum constitutorem (25).

(25) Vidistin', quot vulnera frustulo huic antiquitatis inflixerit librariorum incuria atque ignorantia? MURATOR.

ANNO DOMINI CCXXII.

JULIUS AFRICANUS

—

NOTITIA

(FABRIC., *Bibliotheca Græca*, ed. HARLES, tom. IV, p. 241. Hamburgi, 1795, in 4°.)

—

SEXTUS (1) JULIUS AFRICANUS, Syrus, ex Emaunte, C sub Antonino Helogabalo et Alexandro Severo claruit (2). Zachariæ Lundii commentarium ms. in Africani *Cestos* servari, accepi Hasniæ a Wolfio, regiæ biblioth. custode. In illis fragmentis cap. 29 auctor testatur, vidisse se Bardesanem Parthum, quem diversum mihi esse persuadeo a Bardesane scriptore. Nam et huic minus convenit illa jacu-

(1) *Sextum* unus vocat Suidas. FABRIC. *Σέκτωρ* scribitur, forsan operarum vitio, ab Eudocia. HARL.

(2) Circa ann. Chr. 221. Vid. Saxii *Onom. lit.* I, pag. 552 sq., aut a. C. 228. Vid. Hambergeri *zuverl. Nachrichten*, tom. II, pag. 525 sq. Uterque plures citat, qui de Africano egerunt. HARL.

(3) Quod ζωγραφῆσαι βέλεσιν vocat Africanus, apud Philostratum lib. II *De vita Apollonii*, cap. 28, pag. 81, dicitur σκιαγραφῆσαι βέλεσιν. Magisque lando pingendi sagittarumque ictibus formam ejus, quem vellet, pulchre describendi solertia (3), quam in suo Africanus prædicat, et hic Parthus fuit, alter Babylonius. Denique qui sub Antonino vixisse scriptorem docent Porphyrius et Eusebius, si Elagabalum, non Marcum Philosophum intellexissent, perinde ut Hieronymus cap. 63, ubi de Africano disserit, nota quadam addita Antonini nomen distin-

admirandum hoc, quam quod in veteri inscriptione apud Gruterum pag. DLXII, de Sorano Batavo :

Emissumque arcu dum pendet in aere telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.

Vel quod de Domitiano Sueton. cap. 19, *In pueri procul stantis præbentisque pro scopo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.*

Digitized by Google

xissent. [Africanus sub Antonino Elagabalo et Alexandro Severo clarus, ait Saxius l. c. argumento Hieron. *De scriptor. eccles.*, cap. 63, sive quod *Chronographiæ* suæ opus, h. e. libros v *De temporibus* ab orbe condito usque ad A. C. 221 perduxit, ratiocinatore Pagio in *Critic. Baron.*, ad a. Chr. 220, n. II, pag. 464, tom. II, sive quod Κεστοὺς suos Alexandro, Juliæ Mammææ filio, inscripsisse dicitur.]

Thevenoti collectio pag. 275—316 exhibet, sed Græce tantum, opusculum in capita 77 distinctum, sub titulo: JULII AFRICANI ΚΕΣΤΟΙ (4); sed neutiquam est opus illud Africani integrum, quod sub *Cestorum* titulo Alexandro Mammææ ab Africano dicatum constabat libris IX (5), ut tradit Syncellus pag. 359, licet Photius cod. XXXIV libros XIV, vel Suidas *in* Ἀφρικανὸς [et Eudocia in *Violario* pag. 73], atque ex eo auctor recens scholiorum Græcorum ad *Anthol.* epigramm. lib. VII, pag. 610, plane libros XXIV numerent. In hoc opere, cujus Eusebius quoque VI, 31 *Hist. eccles.* et Nicephorus IV, 21, meminerunt, Africanus ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμευτικῶν admirandas δυνάμεις complexus fuerat, ut testatur Syncellus, et apparet e fragmentis quæ ex Africano in *Hippiatricis* et *Geoponicis* (6) occurrunt, et quæ in Mich. Pselli libro inedito θαυμασίων ἀκουσμάτων ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν obvia, publici juris fecit Lambecius Commentar. pag. 222-224 [pag. 472-479 edit. Kollarii, cujus notas conferes]. Suidas: Εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικὰ ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν καὶ γραπτῶν τινων χαρακτήρων ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν. Quæ sub nomine Κεστῶν Africani Parisiis prodiere, atque de re militari potissimum (7) rebusque variis et inventis, ad eam felicius gerendam repertis, atque partem ex medicorum, chemicorum, magorum, physicorum et geometrarum officina, petitis, dissecuerunt, instruuntque duces et milites, et cap. 25 sq. pag. 298 sq. quædam aspergunt rem rusticam spectantia, qualia etiam in *Geoponicis* leguntur; hæc, inquam, non sunt ipsum Africani opus, sed excerpta ex Africani *Cestis* et aliis scriptoribus, sive antiquioribus, ut Æneæ Tactico, e quo integra capita descripta pridem notavit Casaubonus: sive etiam quibusdam longe junioribus, ut tum alia (8) ad oram paginæ a me notata loca videntur innuere, tum Belisarii (9) mentio aperte docet. Ex libro quinto et sexto *Cestorum* repetita, quæ in bibliothecis Vaticana, Palatina, Barberina, Farnesiana, Monachiensi et regia atque Colbertina Paris. et in aliis Germaniæ, Belgii et Angliæ bibliothecis reperiuntur, notat Gabriel Naudæus II, 8, *De studio militari*, cap. 8, pag. 520. Corruptissima autem in mss. codicibus reperta sunt hæc excerpta, prioribus maxime capitibus; quamobrem nulla etiam Latina versio addi potuit, licet eruditissimus J. Boivinus (10) in suis castigationibus, ad calcem voluminis adjectis, innumera loca feliciter restituerit atque illustraverit (11). Quoniam vero inter vulgaria quædam atque inepta in hoc opusculo leguntur, alia etiam digna notatu, et vix ac ne vix quidem alibi obvia, optandum est, ut in meliores et emendatiores codices incidant viri docti, quibus ad interpretationem hujus opusculi excitentur. Exstant sane in codicibus etiam Cæsarianis [teste Lambecio aliisque, quos excitavi in notitia codd.], it. Bodleianis, e quibus descriptum memini me videre Lipsiæ apud clariss. amicum nostrum Godfridum Olearium, sed, ni fallor, deerant prima capita 29. Non dubito, alia exemplaria in Italiæ posse inveniri bibliothecis, in quibus pridem ea evolvit Politianus cap. 15 *Misc.*, et Rigaltius ad Onosandrum pag. 16, 23, 27 sq., 45, 84. Habet et Leidensis biblioth. inter libros Is. Vossii; quemadmodum bina occurrunt præterea

(4) Κεστός, Veneris acu picta zona, de qua Eustath. ad Iliad. Ξ, 214. Idem ad Iliad. Γ, pag 323, κεστόν interpretatur κεντητὸν καὶ ποικίλον. Itaque Julius Africanus libros suos, quibus de variis argumentis ex variis scriptoribus plurima collegerat, inscripsit *Κεστούς*, quasi στρωματεῖς atque *varias et amœnas lectiones* dixerit. Utitur ipse hoc vocabulo p. 297 b. Τί δὲ θαῦμα εἰ καὶ τοῦτο παρὰ Χαρίτων ἔλαβεν ἡ Ἥρα; καὶ γὰρ παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τοὺς κεστοὺς ἐδανείσατο. Dicti etiam sunt *cesti* lora, quibus pugiles solebant manus et brachia innectere, quo fortius ferire possent, ut videre est in antiqua imagine apud Guil. Choulium libro *De balneis et exercitationibus veterum*, pag. 18. Confer quæ viri docti ad Virgil. V *Æneid.*, v. 69, et Rigaltium ad Onosandrum, pag. 24 sq. 37; Stephanium ad *Histor. Saxonicam* Jo. Grammatici lib. III, fol. 84 sq.

(5) Male XIX excusum in Tillemontii *Mém. ecclés.*, tom. III, parte II, nota I, ad Vitam Africani edit. Bruxell.

(6) Conf. Needhami et Niclasii prolegomena ad *Geoponica*, pag. XLV sqq., ubi varia de Africano docte disputantur. HARL.

(7) Casaubonus ad Æneæ cap. 7, testatur, in quibusdam codicibus inscribi *Πρὸς πολεμίους παρασκευαί*, in aliis *Πολεμικῶν Παρασκευαί*.

(8) Καὶ Ῥωμαίων δὲ αὐτοκράτορες παλαιοὶ, p. 291, capite δ'. Ἐχρήσατο τῇ πείρᾳ ταύτῃ καὶ Σύρμος ὁ Σκύθης, καὶ Βαρδησάνης ὁ Πάρθος, τάχα δέ που καὶ πλείονες. Εἶδον καὶ αὐτὸς Ἐναγκάρου τοῦ Βασιλέως [καὶ] Μάννα τοῦ παιδὸς αὐτοῦ πολλάκις πειράσαντος ἐμοῦ ὑφηγησαμένου, etc., pag. 300, capite κθ'.

(9) Τοῦτο δὲ ἐποίει καὶ Βελησάριος, ἐπεὶ γὰρ ἀντισχεῖν διὰ τὸ πλῆθος, etc., pag. 309 b, capite ξς'. Ποιοῦσι μὲν καὶ οἱ σήμερον Ῥωμαῖοί τε καὶ Ἄραβες, pag. 310, capite ξη'. Videtur Christianus scripsisse, quod legitur pag. 311 b, capite ο', de transfugarum non repudiando matrimonio, εἰ καὶ τιμῶσιν τὰ παρ' ἡμῖν θρησκευόμενα, *si a religione nostra non sint alieni*. Clausula libri innuitur pag. 300, ληγέτω δὲ καὶ τόδε τὸ σύγγραμμα εἴς τι ἀρχαῖον καὶ φιλομαθὲς διήγημα, capite κθ' sive 29.

(10) Ejusdem Boivini Latina versio fuit in *Bibl. Rostgaardiana*, pag. 454; *Daneschioldiana*, p. 402. FABRIC. Boivin. noluit Latine illud vertere, cum de *fontibus, veneno inficiendis*, agant, et his talibus, ne durante bello hostes doctos obtrectarent, quasi consultores regi suo, ut inficiatur communibus generis humani usibus destinata aqua. Hæc mihi Boivinus. BENZEL.

(11) Opus valde vitiatum nominat Valcken. in adnotatt. uberioribus ad *Adoniazus*. Theocriti, p. 345 C; et pag. 346 A; notat, cod. Leidens. olim Vossianum habere multa editis longe meliora. HARL.

Digitized by Google

suis proferat dicens in semetipso : *Quæ vidimus oculis nostris, et auribus audivimus, et manus nostræ palpaverunt, hæc scripsimus.* Sic enim non solum visorem, sed auditorem, sed et scriptorem omnium mirabilium Domini per ordinem profitetur.

II. *Acta* autem omnium *apostolorum* sub uno libro scripta sunt *Lucas* optime *Theophile* comprehendit, quia sub præsentia ejus singula gerebantur, sicut et semote passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli ab Urbe ad Spaniam proficiscentis.

III. *Epistola* autem *Pauli*, quæ, a quo loco, vel qua ex causa directe sint, voluntatibus intelligere, ipse declarant. Primum omnium Corinthiis schisma hæresis interdicens, deinde Callactis circumcisionem. Romanis autem ordine Scripturarum, sed et principium earum esse Christum intimans, prolixius scripsit, de quibus singulis necesse est a nobis disputari; cum ipse beatus apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem Ecclesiis scribat ordine tali: *Ad Corinthios* prima, *ad Ephesios* secunda, *ad Philippenses* tertia, *ad Colossenses* quarta, *ad Galatas* quinta, *ad Thessalonicenses* sexta, *ad Romanos* septima. Verum Corinthiis et Tessalonicensibus licet pro correbtione iteretur, una tamen per omnem orbem terræ Ecclesia diffusa esse denoscitur. Et Johannes enim in Apocalypsi licet septem ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit. Verum *ad Philemonem* una, et *ad Titum* una, et *ad Timotheum* duas pro affectu et dilectione; in honore tamen Ecclesiæ catholicæ, in ordinatione ecclesiasticæ disciplinæ sanctificatæ sunt. Fertur etiam *ad Laudecenses*, alia ad *Alexandrinos* Pauli nomine fictæ ad hæresem Marcionis; et alia plura quæ in catholicam Ecclesiam recipi non potest. Fel enim cum melle misceri non congruit.

IV. *Epistola* sane *Judæ*, et superscripti *Johannis duas* in Catholica habentur. Et *Sapientia* ab amicis *Salomonis* in honorem ipsius scripta. *Apocalypsis* etiam *Johannis* et *Petri*, tantum recipimus, quam quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt. *Pastorem* vero NUPERRIME TEMPORIBUS NOSTRIS in urbe Roma *Herma* conscripsit, sedente cathedra urbis Romæ Ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet; se publicare vero in Ecclesia populo, neque inter prophetas completum numero, neque inter apostolos in finem temporum potest. *Arsinoi* autem seu *Valentini*, vel *Miltiadis* nihil in totum recipimus; qui etiam novum *Psalmorum librum* Marcioni conscripserunt, una cum Basilide Assianum Catafrygum constitutorem (25).

(25) Vidistin', quot vulnera frustulo huic antiquitatis inflixerit librariorum incuria atque ignorantia? MURATOR.

ANNO DOMINI CCXXII.

JULIUS AFRICANUS

—

NOTITIA

(FABRIC., *Bibliotheca Græca*, ed. HARLES, tom. IV, p. 241. Hamburgi, 1795, in 4°.)

—

SEXTUS (1) JULIUS AFRICANUS, Syrus, ex Emaunte, sub Antonino Helogabalo et Alexandro Severo claruit (2). Zachariæ Lundii commentarium ms. in Africani *Cestos* servari, accepi Hasniæ a Wolfio, regiæ biblioth. custode. In illis fragmentis cap. 29 auctor testatur, vidisse se Bardesanem Parthum, quem diversum mihi esse persuadeo a Bardesane scriptore. Nam et huic minus convenit illa jaculando pingendi sagittarumque ictibus formam ejus, quem vellet, pulchre describendi solertia (3), quam in suo Africanus prædicat, et hic Parthus fuit, alter Babylonius. Denique qui sub Antonino vixisse scriptorem docent Porphyrius et Eusebius, si Elagabalum, non Marcum Philosophum intellexissent, perinde ut Hieronymus cap. 63, ubi de Africano disserit, nota quadam addita Antonini nomen distin-

(1) *Sextum* unus vocat Suidas. FABRIC. Σέκτωρ scribitur, forsan operarum vitio, ab Eudocia. HARL.

(2) Circa ann. Chr. 221. Vid. Saxii *Onom. lit.* I, pag. 552 sq., aut a. C. 228. Vid. Hambergeri *zuverl. Nachrichten*, tom. II, pag. 525 sq. Uterque plures citat, qui de Africano egerunt. HARL.

(3) Quod ζωγραφῆσαι βέλεσιν vocat Africanus, apud Philostratum lib. II *De vita Apollonii*, cap. 28, pag. 81, dicitur σκιαγραφῆσαι βέλεσιν. Magisque admirandum hoc, quam quod in veteri inscriptione apud Gruterum pag. DLXII, de Sorano Batavo :

Emissumque arcu dum pendet in aere telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.

Vel quod de Domitiano Sueton. cap. 19, *In pueri procul stantis præbentisque pro scopo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.*

Digitized by Google

xissent. [Africanus sub Antonino Elagabalo et Alexandro Severo clarus, ait Saxius l. c. argumento Hieron. *De scriptor. eccles.*, cap. 63, sive quod *Chronographiæ* suæ opus, h. e. libros v *De temporibus* ab orbe condito usque ad A. C. 221 perduxit, ratiocinatore Pagio in *Critic. Baron.*, ad a. Chr. 220, n. II, pag. 464, tom. II, sive quod Κεστοὺς suos Alexandro, Juliæ Mammææ filio, inscripsisse dicitur.]

Thevenoti collectio pag. 275—316 exhibet, sed Græce tantum, opusculum in capita 77 distinctum, sub titulo: JULII AFRICANI ΚΕΣΤΟΙ (4); sed neutiquam est opus illud Africani integrum, quod sub *Cestorum* titulo Alexandro Mammææ ab Africano dicatum constabat libris IX (5), ut tradit Syncellus pag. 359, licet Photius cod. XXXIV libros XIV, vel Suidas *in* Ἀφρικανὸς [et Eudocia in *Violario* pag. 73], atque ex eo auctor recens scholiorum Græcorum ad *Anthol.* epigramm. lib. VII, pag. 610, plane libros XXIV numerent. In hoc opere, cujus Eusebius *quoque* VI, 31 *Hist. eccles.* et Nicephorus IV, 21, meminerunt, Africanus ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμευτικῶν admirandas δυνάμεις complexus fuerat, ut testatur Syncellus, et apparet e fragmentis quæ ex Africano in *Hippiatricis* et *Geoponicis* (6) occurrunt, et quæ in Mich. Pselli libro inedito θαυμασίων ἀκουσμάτων ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν obvia, publici juris fecit Lambecius Commentar. pag. 222-224 [pag. 472-479 edit. Kollarii, cujus notas conferes]. Suidas: Εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικὰ ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν καὶ γραπτῶν τινων χαρακτήρων ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν. Quæ sub nomine Κεστῶν Africani Parisiis prodiere, atque de re militari potissimum (7) rebusque variis et inventis, ad eam felicius gerendam repertis, atque partem ex medicorum, chemicorum, magorum, physicorum et geometrarum officina, petitis, dissecuerunt, instruuntque duces et milites, et cap. 25 sq. pag. 298 sq. quædam aspergunt rem rusticam spectantia, qualia etiam in *Geoponicis* leguntur; hæc, inquam, non sunt ipsum Africani opus, sed excerpta ex Africani *Cestis* et aliis scriptoribus, sive antiquioribus, ut Æneæ Tactico, e quo integra capita descripta pridem notavit Casaubonus: sive etiam quibusdam longe junioribus, ut tum alia (8) ad oram paginæ a me notata loca videntur innuere, tum Belisarii (9) mentio aperte docet. Ex libro quinto et sexto *Cestorum* repetita, quæ in bibliothecis Vaticana, Palatina, Barberina, Farnesiana, Monachiensi et regia atque Colbertina Paris. et in aliis Germaniæ, Belgii et Angliæ bibliothecis reperiuntur, notat Gabriel Naudæus II, 8, *De studio militari*, cap. 8, pag. 520. Corruptissima autem in mss. codicibus reperta sunt hæc excerpta, prioribus maxime capitibus; quamobrem nulla etiam Latina versio addi potuit, licet eruditissimus J. Boivinus (10) in suis castigationibus, ad calcem voluminis adjectis, innumera loca feliciter restituerit atque illustraverit (11). Quoniam vero inter vulgaria quædam atque inepta in hoc opusculo leguntur, alia etiam digna notatu, et vix ac ne vix quidem alibi obvia, optandum est, ut in meliores et emendatiores codices incidant viri docti, quibus ad interpretationem hujus opusculi excitentur. Exstant sane in codicibus etiam Cæsarianis [teste Lambecio aliisque, quos excitavi in notitia codd.], it. Bodleianis, e quibus descriptum memini me videre Lipsiæ apud clariss. amicum nostrum Godfridum Olearium, sed, ni fallor, deerant prima capita 29. Non dubito, alia exemplaria in Italiæ posse invenfri bibliothecis, in quibus pridem ea evolvit Politianus cap. 15 *Misc.*, et Rigaltius ad Onosandrum pag. 16, 23, 27 sq., 45, 84. Habet et Leidensis biblioth. inter libros Is. Vossii; quemadmodum bina occurrunt præterea

(4) Κεστός, Veneris acu picta zona, de qua Eustath. ad Iliad. Ξ, 214. Idem ad Iliad. Γ, pag 323, κεστόν interpretatur κεντητὸν καὶ ποικίλον. Itaque Julius Africanus libros suos, quibus de variis argumentis ex variis scriptoribus plurima collegerat, inscripsit *Κεστούς*, quasi στρωματεῖς atque *varias et amœnas lectiones* dixerit. Utitur ipse hoc vocabulo p. 297 b. Τί δὲ θαῦμα εἰ καὶ τοῦτο παρὰ Χαρίτων ἔλαβεν ἡ Ἥρα; καὶ γὰρ παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τοὺς κεστοὺς ἐδανείσατο. Dicti etiam sunt *cesti* lora, quibus pugiles solebant manus et brachia innectere, quo fortius ferire possent, ut videre est in antiqua imagine apud Guil. Choulium libro *De balneis et exercitationibus veterum*, pag. 18. Confer quæ viri docti ad Virgil. v *Æneid.*, v. 69, et Rigaltium ad Onosandrum, pag. 24 sq. 37; Stephanium ad *Histor. Saxonicam* Jo. Grammatici lib. III, fol. 84 sq.

(5) Male XIX excusum in Tillemontii *Mém. eccles.*, tom. III, parte II, nota I, ad Vitam Africani edit. Bruxell.

(6) Conf. Needhami et Niclasii prolegomena ad *Geoponica*, pag. XLV sqq., ubi varia de Africano docte disputantur. HARL.

(7) Casaubonus ad Æneæ cap. 7, testatur, in quibusdam codicibus inscribi *Πρὸς πολεμίους παρασκευαί*, in aliis *Πολεμικῶν Παρασκευαί*.

(8) Καὶ Ῥωμαίων δὲ αὐτοκράτορες παλαιοὶ, p. 291, capite δ'. Ἐχρήσατο τῇ πείρᾳ ταύτῃ καὶ Σύρμος ὁ Σκύθης, καὶ Βαρδησάνης ὁ Πάρθος, τάχα δέ που καὶ πλείονες. Εἶδον καὶ αὐτὸς Ἐναγκάρου τοῦ Βασιλέως [καὶ] Μάννα τοῦ παιδὸς αὐτοῦ πολλάκις πειράσαντος ἐμοῦ ὑφηγησαμένου, etc., pag. 300, capite κθ'.

(9) Τοῦτο δὲ ἐποίει καὶ Βελησάριος, ἐπεὶ γὰρ ἀντισχεῖν διὰ τὸ πλῆθος, etc., pag. 309 b, capite ξς'. Ποιοῦσι μὲν καὶ οἱ σήμερον Ῥωμαῖοί τε καὶ Ἄραβες, pag. 310, capite ξη'. Videtur Christianus scripsisse, quod legitur pag. 311 b, capite ο', de transfugarum non repudiando matrimonio, εἰ καὶ τιμῶσιν τὰ παρ' ἡμῖν θρησκευόμενα, *si a religione nostra non sint alieni*. Clausula libri innuitur pag. 300, ληγέτω δὲ καὶ τόδε τὸ σύγγραμμα εἴς τι ἀρχαῖον καὶ φιλομαθὲς διήγημα, capite κθ' sive 29.

(10) Ejusdem Boivini Latina versio fuit in *Bibl. Rostgaardiana*, pag. 454; *Daneschioldiana*, p. 402. FABRIC. Boivin. noluit Latine illud vertere, cum de *fontibus, veneno inficiendis*, agant, et his talibus, ne durante bello hostes doctos obtrectarent, quasi consultores regi suo, ut inficiatur communibus generis humani usibus destinata aqua. Hæc mihi Boivinus. BENZEL.

(11) Opus valde vitiatum nominat Valcken. in adnotatt. uberioribus ad *Adoniazus*. Theocriti, p. 345 C; et pag. 346 A; notat, cod. Leidens. olim Vossianum habere multa editis longe meliora. HARL.

Digitized by Google

Vindobonæ in thesauro librario potentissimi imperatoris. Fuit etiam in biblioth. Scorialensi, teste Alex. Baruoetiò, qui de illo, *Nescio*, inquit, *an tantum boni opus illud contineat, quantum continet mali : præterquam enim quod sequioris ævi, adeoque styli sit auctor ille, multa habet similia tacticis Leonis, quædam etiam superstitiosa, ac multa ridicula, ut de curatione per Abracadabra, quædam mulomedica, falsa plurima.* Fabric. — In duobus codd. Leidensibus Africano tribuitur lib. *De modo defendendæ urbis obsessæ.*

Africanum *De bellico apparatu* ms., de quo Casaubonus ad Suetonii *Cæsarem*, c. 31, et Salmasius, ep. 123, ad Isaacum Vossium, intellige partem *Cestorum* Africani, tum adhuc ineditam, sed postea Græce Parisiis evulgatam. Eodem refer quod scribit Gassendus ad ann. 1622, Peirescium *obtinuisse tum ex Vaticana, tum ex Ambrosiana Mediolanensi exempla quædam Africani aliorumque tacticorum in gratiam Lud. Machalti viri strenui, auctorumque militarium et mathematicorum studiosi.* Et quod librum septimum *Cestorum*, qui est de re militari, habuisse ms. testatur Holstenius apud Morhofium lib. I *Polyhistoris*, pag. 69. Ex *Cestis* etiam petita sunt quæ sub Africani nomine in *Geoponicis* et *Hippiatricis* Græcis leguntur, ac fortasse nostrum respexit Fulgentius III, 7, *Mythologicon*, ubi Africanum iatrosophistam laudat. Certe in *Cestis* ἰατρικὰς et φυσικὰς δυνάμεις atque lάσεις contineri, jam olim Eusebius in *Chron.* et Suidas in *Ἀφρικανός* notarunt. Inter edita *Cestorum* capita est etiam illud 57, *Περὶ χρυσίας ἐπιστολῶν εἰσπομπῆς*, quod laudat Is. Vossius ad Justini II, 10, quem vide etiam ad Catullum, pag. 30, ubi de Africano quædam erudite observat, et inter alia affirmat, Στρατηγικῶν, quæ supersunt, fragmenta, constituisse sextum ac septimum *Cestorum* librum. *Cestos* Latine vertere cœpit Julianus Puchardus, an. 1705, die 12 Dec., an. ætatis 49 Parisiis denatus, sed non perfecit neque interpretationem suam edere voluit, quod existimaret quædam in illis obvia rectius vulgo ignorari.

Cestos Africani Gallo-Francice vertit Guischardus : *Les Cestes de Jule Africain, traduits pour la première fois d'un manuscrit grec.* Vide tom. III illius Commentariorum : *Mémoires critiques et histor. sur plusieurs points d'antiquités militaires, par Charles Guischard, nommé Quintus Icilius*, Berolini 1774, 4 et 8, IV voll. Harl.

Superest ut referantur a me nomina scriptorum sane paucorum, quos in isthoc opusculo memorari reperi :

Euclidis *Στοιχεῖα*, pag. 295 b. Οἱ τῆς ἐγκυκλίου μετρίως ἐπῄβολοι παιδείας τῶν Εὐκλείδου στοιχείων ἐπιποσὸν ὡς εἰκὸς ἐφήψαντο.

Homerus pag. 292 b : Ἰαμβεῖον ἀρχαῖον, ὡς λυσιτελέστερος πᾶσι τοῦ προπετοῦς ὁ ἀσφαλὴς ἡγεμών, pag. 278.

Versus ipse exstat apud Suetonium, *Augusto*, cap. 25 :

Ἀσφαλὴς γὰρ ἔστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Neptuniani *Physica*, pag. 301 b : Φιλοπονῶν περὶ τὴν τοῦ παρόντος συγγράμματος ἔκθεσιν, ἀνέγνων ἐν τοῖς Νεπτουνιανοῦ φυσικοῖς, etc.

Οἱ Κυντίλιοι. pag. 301 b : Quinctilii fratres, qui sub Commodo imp. clari scripserunt de re rustica.

Eumdem fuisse Sextum (12) Julium Africanum, qui *Chronographiæ* libros V (13) ab orbe condito ad a. C. 221 scripsit, et Julium Africanum, *Cestorum* scriptorem, credemus potius Eusebio, Photio, Syncello, et Suidæ, hoc affirmantibus, quibus Petavius, Vossius, Labbeus, Lambecius, Wetstenius, Tillemontius [Needham, Hambergerus, Saxius, etc.] assentiuntur, quam Jos. Scaligeri et H. Valesii virorum licet maximorum conjecturis contra nitemur. Cæterum, quod *Chronographiæ* et Κεστῶν libros pro uno eodemque opere habuit Petavius XII, 40, *De doctrina temp.*, hoc merito retractavit ipse VIII, 2, *Auctarii diss.* [*Chronographiæ* pars fuit, non peculiaris liber ἐπίτομος, quando legitur in Eusebii *Chron.* Ἀφρικανὸς ἐν ἐπιτόμῳ, uti Fabricius in nota ms. ad Suidam Basileensem apud Niclas ad *Geoponica*, prolegg. pag. XLVII, not. 5, docuit contra Meursium, qui in Biblioth. Græca, pag. 1199, ex illo Eusebii loco singulare Africani opus, ἐπίτομον, exsculpit. Harl.]

Alia de Africano ejusque scriptis apud accuratissimum Tillemontium tom. III, 3, *Mém. ecclés.*, pag. 115, et præstantissimum Caveum [tom. I, pag. 110 sq.] in parte utraque *Hist. litterariæ* lector evolvet, quibus ambobus in mentem venit suspicari, quod *Cestos* forte scripserit Africanus, nondum Christi sacris initiatus : licet in altera parte Caveus malit subscribere eorum sententiæ qui *Cestos* ad alium referunt Africanum. Sed de tota re melius judicare liceret, si opus ipsum exstaret; quod, paucis forte fragmentis exceptis, ut jam notavi, intercidit. Nam et Boivinius prima vix 44 capita Africano audet tribuere, cum 45 usque ad 59 fere ad verbum sint descripta ex Æneæ *Tacticis*, et sexagesimum cum reliquis propter vocabula barbara et styli diversitatem, alium et recentiorem auctorem referant ; e quibus illa *Περὶ φυλαχῶν*, pag. 315, Heronis forte junioris esse idem erudi-

(12) *Sextum* vocat Suidas in Ἀφρικ. et Σωσάννα. Neque assentiendum viris doctis H. Valesio ad Euseb. pag. 127 et Labbeo I *De Script. eccles.*, pag. 659, qui *Cestum* dictum volunt a *Cestorum* opere.

(13) *Jam vero historiam tibi tradituri sumus ex* QUINTO *libro Africani, scriptoris chronici :..... is quæcunque de nostris regibus* (Armeniæ) *narrat, ea deprompsit universa ex tabulario Edessæ, quæ est* Urha : *cujus quidem tabularii libri de fanorum historiis e Nesibi et Sinope Pontica fuere eo advecti*, ait Cheronensis Moses, qui Africani historiam Edessæ excerpsit, pag. 101 edit. Whiston, Londin. 1736. Vid. Niclas ad Needhami prolegom. ad *Geoponicos*, pag. XLVII, n. 5. Harl.

Digitized by Google

tissimus Boivinius conjicit. Cæterum Christianos etiam τερατώδη sectatos, ac superstitionibus quandoque deditos fuisse, vetera convincunt exempla, et *Geoponicon* scriptor (haud dubie Christianus), et Tryphonis martyris exorcismus insectorum hortis vineisque noxiorum apud Lambecium VII, pag. 247, et plura ejusmodi non adeo inobvia futura si quis diligentius inquisierit: inque his frequentata quædam superstitiosa ita publice, ut conciliorum decretis prohibenda fuerint, de quibus *Brunus*, Oratorii Jesu presbyter, parte tertia libri, Gallice ann. 1702, 12, editi, quem inscripsit: *Histoire critique des pratiques superstitieuses qui ont séduit les peuples et embarrassé les savans.* Ex eodem *Geoponicon* scriptore recte colligas, Africanum Christianum fuisse, cum *Cestos* scriberet, in quibus commendavit efficax adversus vini corruptionem remedium, si dolio inscribantur θεῖα hæc verba (*Psal.* XXXIV, 8): *Gustate et videte, quoniam suavis Dominus*, vel, si pomum, his verbis inscriptum, projiciatur in vinum, XIV, 5 Ἀφρικάνου· Ἀμήχανον τραπῆναι τὸν οἶνον ἐὰν ἐπιγράψῃς ἐν τῷ ἀγγείῳ ἢ ἐν τοῖς πίθοις ταῦτα τὰ θεῖα ῥήματα· *Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.* Καλῶς ἃ ποιήσεις καὶ εἰς μῆλον οὕτω γράφων, ἐμβάλλων τὸ μῆλον εἰς τὸν οἶνον. Plura hujuscemodi farinæ ex *Geoponicis* infra libro VI refero, ubi de Hippiatricis quoque dicturus sum, quorum collectio et ipsa ex Africani *Cestis* quædam habet adnotata, uti alius liber ms. Constantini Porphyrogenetæ jussu, ut videtur, collectus, de quo Boivinius in castigationibus ad Africanum, pag. 360. FABRIC.—Add. L. El. du Pin, *Nouv. Bibliothèque*, tom. I, pag. 115. Stolle, *Nachrichten von den Kirchenvätern*, p. 134 sqq., qui alios V. D. laudat, lenæ 1733, 4; J. Fabric. in *Historia Biblioth. Fabric.*, *part.* II, pag. 379, et part. III, pag. 359; J. Christ. Neu, *in* Accessionibus ad Wheari *Relection. hiemales*, pag. 255.

Præcipuum Africani opus fuit *Chronographia*, annorum 5623, sive libri V *De temporibus*, ab orbe condito usque ad a. Chr. 221, olymp. CCL, 1, Grato et Seleuco coss. Ex quo, licet hodie deperdito, multa Eusebius in suo *Chronico* et Syncellus, Jo. Malala [qui octies eum citat, plerumque addito τοῦ σοφωτάτου epitheto], Theophanes, Cedrenus aliique chronologi, atque in his auctor *Chronici paschalis*, quod Alexandrinum vulgo vocant, tum Latino-Barbarus scriptor excerptorum utilissimorum ex Eusebio, Africano et aliis, quæ Scaliger edidit ad calcem Chronici Hieronymiani pag. 58 sq. [Sed fragmenta Africani, Eusebii et Syncelli Scaliger confuse posuit; contra Jac. Goarus sollicite discriminavit in sua editione.] At enim liber *De divisionibus et generationibus gentium* Canisio tom. II *Antiquar. Lection.* pag. 579, atque emendatius Labbeo tom. I *Bibl. novæ mss.*, pag. 298, editus Latine, quem Julii Africani esse suspicati sunt Vossius III *De histor. Latin.* part. IV, cap. 3, pag. 756, et Sandius ad Vossium pag. 279 sq., potius referendus est ad Hippolytum, Portuensem, Africani æqualem. Quanquam Africani etiam Chronicon fuere qui Latine interpretarentur, et fortasse, ut Dodwellus diss. *De successione pontificum*, pag. 98, ex antiquo ms. Latino *Chronici* Eusebiani codice Mertonensi colligit, antequam Eusebii *Chronicon* verteret Hieronymus. Illi interpretes vel etiam librarii, aut qui describendum sibi Africani opus curaverunt, diversis deinde temporibus ad suam cujusque, qua vixit, ætatem continuarunt seriem consulum, aliaque pro suo quisque captu addiderunt vel omiserunt interpolaruntve. Africanum ἐν ταῖς χρονογραφίαις laudat etiam Maximus ad Dionysii Areopagitæ epistolam 4. Alia veterum loca, Africanum laudantia, quoniam a viris doctis, Scaligero et Valesio ad Euseb., Allatio ad Eustath. Antiochen., pag. 5 sq., Labbeo, Tillemontio, Caveo et Wetstenio (in notis ad epistolam ad Origenem de Susanna, pag. 148 sq.) allata sunt, omitto.

Ex eodem Africani opere petita videtur, quam ms. in bibl. Vindobonensi exstare testatur Lambecius, tom. V, pag. 297 [pag. 623 edit. Kollarii], Διήγησις Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Incipit: Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός· οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἅπαντα φιλοπονοῦντας. Ὅσα γάρ κ. τ. λ. (14). Vide et Africani fragmenta apud Lambecium lib. I, pag. 141, et lib. III, pag. 59. [Adde catal. codd. Gr. Venet. D. Marci, pag. 42 fin., et catal. bibl. Monach. Bavar., pag. 55.]

Etiam *Acta martyrii Symphorosæ* filiorumque ejus, sub Adriano passorum, in mss. codicibus Julio Africano tribuuntur et sub ejus nomine a Mombritio Mediolanensi, tom. II *Act. Sanctor.* et in postrema Surii editione ad 18 Julii edita sunt. Vide Baronium ad Martyrolog. Rom. 18 Jul. *Et quidem fieri potuit*, inquit Theodoricus Ruinartus, qui iterum recudi curavit in *Actis selectis martyrum* 20, in *Actis SS. Antwerp.*, ad d. 18 Jul., pag. 358, tom. IV, *ut in Africani libris de Chronographia inserta fuerint.* Sed in temporibus a Christo nato longe breviorem, quam in antecedentibus ætatibus fuisse, testatur Photius cod. XXXIV. Itaque, si verum est Eusebii, quod in iisdem Actis additur, testimonium, quod Africanus acta martyrum, quotquot Romæ et per Italiam passi erant, litteris consignaverit, in alio opere ac in *Chronographia* fecerit.

Denique Hebed Jesu in Catalogo librorum Chaldæorum, n. 15, affirmat, exstare *B. Africani, episcopi Emaüs, commentarios N. T. et Chronicon.*

(14) Opusculum hoc ex duobus codicibus Monacensibus edidit et latinitate donavit J. Chr. Frehern von Aretin, in diario: *Beyträge zur Geschichte und Litterat.* etc., anno 1804, p. II, P. 49, e quo exscribendum curavit et nobis transmisit Dr Henricus Denzinger, Wirceburgensis. EDIT. PATR.

Digitized by Google

Sane Origenes, pag. 244 epistolæ de Susanna Africanum laudat, ut πολλὰς διατριβὰς ἔχοντα ἐν ταῖς ἐξετάσεσι καὶ μελέταις τῆς Γραφῆς. Et Julius quidam subinde in Catenis citatur, et in Catena Corderiana in Joannem vocatur Julius episcopus. Laudatur etiam Julii commentarius in Joannem a Mose Barcepha, Syro, de paradiso. [In Nicetæ Catena sive sylloge interpretum Evang. Lucæ ex Africano quædam esse excerpta, ait Montfaucon in Biblioth. Coisliniana, pag. 63.] Confer Pauli Colomesii de scriptoribus ecclesiasticis Paralipomena.

De *epistola ad Origenem* scripta de *Susannæ historia* et Origenis ad Africanum responsione, quæ Græce et Latine exstat, dictum est abunde in cap. de Origene (15). Meminere illius Euseb. VI, 31, *Hist.*; Hieronymus in *Catalogo*, cap. 63; Photius, cod. XXXIV; Nicephorus V, 21, et Suidas in Ἀφρικανός ac Σωσάννα. — [edita est illius

Epistola ad Origenem de Susanna, cum initio responsionis Origenis, Græce per Dan. Hoeschelium, cum Adriani *Isagoge in sacras Litteras*, Augustæ Vindelic. 1602, 4; — et cum responsione Origenis, Gr. et Lat. cum notis J. Rudolphi Wetstenii, cum Origenis dialogo *contra Marcionitas*. Basil. 1674, 4, pag. 220.—Pars epistolæ Origenis ad Africanum est in cod. Coislin. XXI, olim CCXXXVIII, teste Montfaucon in Bibl. Coislin., pag. 63. HARL.]

Ex *epistola ad Aristidem*, qua Matthæi et Lucæ narrationes *de genealogia Christi* inter se conciliantur, profert nonnulla Eusebius lib. I *Histor.*, cap. 7, atque ex illo Nicephorus lib. I, cap. 11 sq., et Catena ms. in Lucam apud Lambecium III, pag. 62, licet traditionem ab Africano in illa epistola laudatam pro suspecta habeat Dodwellus, pag. 38, ad Irenæum. Laudat illam epistolam Eusebius iterum VI, 31, ac præter Hieronymum, Photiumque ac Nicephorum V, 21, Augustinus II, 7, *Retractationum*.

[Scriptoribus qui de Africani vita et fatis exposuerunt annumerandus est Gallandus in Prolegg. ad *Biblioth. Patr.*, t. II, c. 26, p. XXXVII sq., qui et omnia Chronographiæ ejus fragmenta, quæ apud Eusebium, Basilium, Syncellum et alios occurrunt, juxta ordinem librorum sive pro temporum ratione digesta, una cum *epistola ad Origenem de historia Susannæ*, Origenisque responsione, itemque epistolæ ad Aristidem ῥήσει ab Eusebio servata, eidem *Bibliothecæ* suæ tomo inde a pag. 339-376 inseruit, hisque fragmentis Proleg. p. XLI aliud adhuc addidit ex Euseb. *Prophet. Eclog. de Christo* adhuc inedit. lib. III, cap. ult., depromptum, et a Lambecio in *Comment. de bibl. Vindobon.*, l. I, p. 254 ed. Kollar., in lucem primum protractum. Acta autem martyrii sanctæ Symphorosæ exhibet ejusdem *Bibliotheca*, t. I, p. 329. HARLESS.]

Quæ J. Trithemius ab Africano scripta refert *De S. Trinitate*, *De circumcisione*, *De Attalo*, *De Pascha*, *De Sabbato*, nullus veterum, quod equidem sciam, commemorat.

Commentum absurdum de Abdiæ Babylonici libris ex Hebraico per Eutropium, nescio quem, Græce, atque inde a Julio Africano Latine versis, et quæ in Abdia ipso lib. VI, cap. 20, de Cratonis, discipuli apostolorum, *libris decem actuum apostolicorum*, per Julium Africanum Latine translatis, leguntur, rejectum a me videre, si tanti est, licet in Codice apocrypho Novi Testam. part. II.

Julium nostrum Africanum, *Cestorum* et *Chronologiæ* scriptorem, in duo vel tres præter rem distrahunt viri docti. In longe plures autem Hendreichius in *Pandectis Brandenburgicis*.—Fuere tamen a nostro distincti : 1. *Julius Africanus*, orator, quem concitatiorem, sed in cura verborum cimium et compositione nonnunquam longiorem, ac translationibus parum modicum fuisse, scribit Quinctilianus X, 1; — 2. oratoris nepos, *Julius Africanus*, de quo Plinius VII, 6, Epist.;— 3. *Sextus Cæcilius Africanus*, juriscons., et alter junior, Papiniani discipulus, de quibus dixi in *Bibliotheca Latina*. Illud vero lepidum, quod Africanum poetam, cæcum, ab Ennio laudatum, exsculpit Hendreichius ex Lactantii lib. I *Institutt. divinar.*, cap. 18, cum ibi Lactantius afferat versus Ennii, quibus loquens inducitur Scipio Africanus, jactansque clades generi humano a se illatas, hisce verbis:

Si fas cædendo cœlestia scandere cuiquam est,
Mi soli cœli maxima porta patet.

Quibus deinde Lactantius subjungit : *O quantis intenebris, Africane, versatus es, vel potius poeta* (Enni!), *qui per cædes et sanguinem patere hominibus adscensum in cœlum putas*. Hactenus Fabricius. HARL.

Claudit collectionem Thevenotianam tractatus, Casaubono pridem ad Polybium et Æneam lectus, atque in Barberina aliisque bibliothecis obvius [vid. notitiam codicum supra datam], atque a Parisiensibus itidem Græce tantum editus de obsidione toleranda et repellenda, nescio cujus scriptoris, sed, ut videtur, Christiani, sub titulo : Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάσσεσθαι (16), καὶ οἷοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι, pag. 316-330, et pag. 361-364.

E Polybio, Arriano, Polyæno et Flavio Josepho pleraque ad verbum descripsisse, jam ab editoribus adnotatum est. Archimedes εὐμήχανον σοφίαν laudat, pag. 319, 326 sq. Non valde antiquum esse patet, quod pag. 323 Josephum accenset τοῖς παλαιοῖς. Et Heroni tertio tribui in codice Vindobonensi, jam supra dixi, § VII. [Vid. Lambec. et Kollar. VII *Comment. de bibl. Cæsar.*, pag. 431. Afri-

(15) Vide tom. XI, proxime sequentem. EDIT. PATR.

(16) Est vocabulum militare, Jacobi IV, 6. Plutarchus in *Pyrrho*, tom. II edit. Oxon., pag. 466, ἀντιτάξασθαι μὲν ἐφοβήθησαν, *in aciem procedere timuerunt*. [Conf. Krebs *Obss. in N. T. e Josepho*, pag. 222, et quæ ego notavi ad Demosthenis orat. *De corona*, cap. 88, pag. 547. HARL.

Digitized by Google

caso tribuitur a Rigaltio et in cod. Leid. Anonymus poliorceticum vocat Casaubon. ad I, 8, *Exc.*]

Nunc supplementi loco adscribam ex Africani *Cestis*, de Bardesane (17) quodam, Partho, qui tam probe calluit pictoriam et simul artem jaculandi, ut ictibus telorum potuerit imaginem ejus, quem vellet, describere, quod Africanus festive vocat ζωγραφῆσαι βέλεσιν sive τοξεύειν γραφάς, vel denique γράφειν τοξεύμασι (18). Verba ejus hæc sunt pag. 301 : Ἦν δὲ ἄρα σοφὸς τοξότης Βαρδησάνης εἴπερ τις ἕτερος, οἷδα δὲ ἄνθρωπον τοξεύσαντα οἷα ζωγράφον, ὁ δὲ τρόπος τοιόσδε. Ἄνδρα κατάντικρυ ποτὲ ἔστησε νεανίαν καλὸν καὶ εὔρωστον, ὃν καὶ γραφεὺς ἂν ἐξέκαμε μιμούμενος, προὐβάλετο δὲ τὴν ἀσπίδα ὁ νεανίσκος, τοῦτο γὰρ προσέταξεν ὁ Βαρδησάνης, ἐνδεικνύμενος τὴν τέχνην ἡμῖν θεαταῖς. Ὁ δὲ οἷα ζωγράφος ἀγαθὸς τὸν κατέχοντα μετέθηκεν ἐπὶ τὴν ἀσπίδα· πρώτην μὲν δὴ τὴν κεφαλὴν ἔγραφεν ὀρθοῖς βέλεσι κύκλον κεφαλῆς μιμούμενος. εἶτα τῶν ὀφθαλμῶν τὰς βολάς, χειλέων ἁρμονίας, ῥυθμὸν γενείων, καὶ ὁ λοιπὸς ἄνθρωπος ἠκολούθει τῇ τάξει τοῦ σώματος. Ὁ δὲ ἐσεμνύνετο τοξικῇ γραφικὴν συλλαβών, καὶ γράφων τοξεύμασι καὶ τοξεύων γραφάς. Ἐθαυμάζομεν δὲ ὁρῶντες, ὡς πολεμικὸν ἐπιτήδευμα τὸ τόξευμα ἦν, ἀλλ' ἦν τι καὶ τερπνὸν, καὶ κίνδυνος ἡδονῇ. Ὁ δὲ καταθέμενος τὴν ἀσπίδα, εἶδεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ οἰκείου ὅπλου γεγραμμένον, καὶ ἔχαιρεν γενόμενος στρατιωτικὸν ζωγράφημα. « Erat ergo peritissimus sagittarius Bardesanes, si quis fuit alter, virum dico sagittis picturas delineantem, sicut pictores penicillo fingere solent. Porro jaculandi sic erat modus : Die quadam Bardesanes stabat contra juvenem adeo pulchrum ac robustum, ut pictor effingere frustra conatus esset. Adolescens clypeum opponebat; collineat sagittarius, artem suam nobis spectantibus monstraturus. Ut egregius pictor, clypeum tenentem in umbone depinxit; primo caput delineavit, rectis sagittis, orbem capitis imitando, deinde oculorum acies, labiorum harmoniam, gratiam vultus, ac demum totum juvenem, juxta membrorum ordinem expressit. Superbus ergo adstabat eo quod picturam arti sagittarii jungebat, pingens scilicet sagittarum jactu, picturasque sagittans. Mirabamur vero spectatores, quod cum bellicum sit exercitium ars sagittandi, aliquid tamen suave esset, periculumque ipsum voluptati esset obnoxium. Juvenis autem clypeum cum deposuisset, contemplabatur semetipsum in propriis armis depictum, gaudebatque eo quod effectus esset militaris pictura. »

(17) Alius et antiquior fuit Bardesanes, Babylonius, quem sub Alexandro Severo vixisse (adeoque Africani fuisse æqualem), male affirmat Vossius lib. IV, pag. 483, *De hist. Græc.* Nam licet Porphyrius IV *Περὶ ἀποχῆς* illum scripsisse ait ætate πατέρων, illud tamen latius accipiendum est, et Antonini tempora respicit, ut testatur Porphyrius ipse fragmento de Styge, ubi refert narrationem illam de aqua probationis Tantalia Brachmanum, tradidisse τοὺς ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμεσῶν εἰς τὴν Συρίαν ἀφικνουμένου; Βαρδησάνῃ τῷ ἐκ Μεσοποταμίας εἰς λόγους ἀφικνουμένους. Ex hoc loco colligitur quoque, eumdem esse Bardesanem, qui de Indorum philosophis scripsit, teste Porphyrio et Hieron. II *contra Jovinian.*, et qui dialogum *De fato* ad Antoninum imper. edidit, de quo infra lib. V. Neque difficilia solutu sunt argumenta Friderici Strunzii in *Historia Bardesanis et Bardesanistarum*, quibus contendit duos diversos fuisse. Sub Elagabalo Antonino vixisse contendunt Grabe I *Spicilegii*, pag. 317, et Dodwellus IV, 55, *Diss. ad Irenæum* ex Porphyrii loco de Styge. Fabric.—Fabricio accedit Jac. de Rhoer ad Porphyrium *De abstinentia ab esu animalium* lib. IV, § 17, pag. 356. Porphyrii illud fragmentum publicarunt primus Andr. Schottus ex cod. Augustini, in *Obss. human.*, pag. 229, et post eum Luc. Holsten., emendatius, inter opuscula Porphyrii Rom. 1630, pag. 148-153, ex cod. Vaticano. Post Holstenium Latine eum vertit Tollius in *Fortuitis*, cap. 28. Emendatiorem tamen dedit locum cl. Heeren in Joann Stobæi *Eclog. physicar. et ethic.* libris II, part. prima (Gottingæ, 1792, 8), pag. 140 sqq. et in notis accurate lateque disserit de Bardisane et Babylonio et Syro, cujus nomen in hæretices historia haud obscurum est. Oppugnat autem Fabricium, et docet a Bardisane Syro plane diversum esse Bardisanem Babylonium, quem sequitur Porphyrius in fragmento citato, Vossiique judicio, illum Babylonium floruisse sub Alexandro Severo, adeoque centum circiter annos a Bardisane Syro abfuisse, subscribit, et statuit, τὸν Ἀντωνῖνον, τὸν ἐξ Ἐμεσῶν, non esse Marcum illum philosophum; sed potius Heliogabalum, Alexandri Severi antecessorem, qui, ex urbe Emesa ortus, cum imperator factus esset, Antonini nomen recepit. Concludit igitur, constitui inde ætatem scriptoris, Bardisanis Babylonii, eamque utique ad Heliogabali et Alexandri tempora cum Vossio rejiciendam esse. Harl.

(18) De Gratiani imper. *spiculis semper ferientibus destinata* dictum : τὰ Γρατιάνου βέλη φρένας ἔχειν, Cangius ad Zonaram, pag. 42.

NOTITIA ALTERA.

(Galland., *Bibliotheca veterum Patrum*, II, Proleg., p. xxxvii.)

I. Julius Africanus, Palæstinus, ex oppido Emmaunte, cui postea Nicopolis nomen inditum, ut scribit Eusebius (1), sub Antonino Elagabalo et Alexandro Severo claruit. De hujus scriptoris gestis, Christianorum sane doctissimi, pauca sunt admodum quæ apud veteres legimus. Ex ejus *Chro-*

(1) Euseb. in *Chron.* ad ann. 2237.

Digitized by Google

nographiæ libris tradit episcopus Cæsariensis (2), ipsum Alexandriam contendisse ob maximam omnium famam et existimationem de Heracla ad episcopatum illius Ecclesiæ provecto, philosophia aliisque Græcorum disciplinis præstante. Illudque unum præterea docet (3), ex eoque Hieronymus (4), eumdem chronographum legatione ad Elagabalum pro Nicopoleos instauratione fuisse aliquando perfunctum : qua de re plura Scaliger (5).

Inter Africani scripta quæ utcunque ad nos pervenerunt, licet primas ferat ejus *Chronographia;* præstantia tamen argumenti permoti, Epistolæ de historia Susannæ Origeni inscriptæ primum locum tribuimus; cui alteram quoque Origenis Africanianæ oppositam, ut par erat, addidimus (6). De his Epistolis accipe judicium clarissimi operum Origenianorum editoris (7).

II. Aliam scripsit Africanus epistolam ad Aristidem; *in qua*, inquit post Eusebium (8) Hieronymus (9), *super* διαφωνίᾳ *quæ videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthæum et Lucam, plenissime disputat.* Ejus quoque meminit S. Augustinus, libros XXXII contra Faustum Manichæum retractans (10); ubi verba facit de quæstione, *quomodo potuerit duos patres habere Joseph.* Ibi siquidem ad hanc Africani epistolam respiciens, hæc habet : *Hoc in eorum litteris inventum est, qui recenti memoria post ascensionem Domini de hac re scripserunt. Nam etiam nomen ejusdem mulieris, quæ peperit Jacob patrem Joseph de priore marito Mathan, qui fuit pater Jacob, avus Joseph, secundum Matthæum; et de marito posteriori Melchi peperit Heli, cujus erat adoptivus Joseph, non tacuit Africanus.* Memineruat præterea Photius (11), Zacharias Chrysopolitanus (12), et Nicephorus Callisti (13) Eusebium assectatus; ex quo etiam ejusdem epistolæ fragmenta descripta in medium alibi profert (14). Ea vero ex Eusebio Valesiano cum notis clarissimi interpretis exhibemus.

III. Præcipuum Africani opus, *Chronographia*, sive libri quinque *De temporibus*, ut ait Hieronymus (15) ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένοι, inquit Eusebius (16), *accuratissime compositi.* « Concisus quidem est auctor, judice Photio (17); nihil tamen cognitu necessarium omittit. Incipit a mundi creatione, pervenitque usque ad Christi adventum. Succincte quoque gesta commemorat jam inde a Christi ætate usque ad Macrini imperium : quo tempore, ut idem affirmat, hoc *Chronicon* absolutum est, annorum scilicet quinquies mille septingentorum et viginti trium ». Hæc Photius. Opus jam pridem intercidit: ex quo tamen Eusebius aliique ipsum insecuti chronographi, complura transcripsisse perhibentur.

Jam vero quo hujusmodi Africani opus eximium plane, uberius utcunque dignoscatur, haud otiosum fortasse fuerit huc afferre, quæ Dodwellus in eamdem sententiam observat. « Erant, inquit (18), apud Latinos, antequam Eusebianum *Chronicon* verteret Hieronymus, qui *Africani Chronicon* Latine verterant, Fastisque consularibus aptarant, et diversis deinde temporibus ad suam cujusque, qua vixit, ætatem continuarant. Hoc autem e bonæ notæ *Chronici* Eusebiani codice Mertonensi discimus, ad cujus finem ista subjuncta legimus :

Item, secundum Africanum,

Qui de temporibus et historiis Hebræorum et Græcorum et Persarum et Macedonum cum Alexandrinorum itemque Romanorum V libris omnia complexus est ab Adam usque ad Cataclysmum Noe anni ΠCCXLII. *Item a cataclysmo usque ad Abraham et transmigrationem in terram Chanaan anni MXV. Habitatio omnis generis Israhel in terra Chanaan et in terra Ægypti, anni CCCCXXX. Moyses in heremo anni XL. Hiesus Nave et qui post ipsum presbyteri, an. LV. Judicum et sine principibus et pacis tempore, anni CCCCXC. Sacerdotum et Judicum anni XC. Regum Hebræorum anni CCCCXC. Captivitatis et destructionis Hierusalem anni LXX. Persarum regum anni CCXXX. Macedonum principatus cum Alexandrinis et Ptolemæis anni CCC. Et imperium Romanorum usque ad Salvatorem et Resurrectionem ejus, anni LXXIV. In se omnes anni in tempus supra scriptum anni* V̄DCCXXVI. *Exinde ad imperium Alexandri, hoc est, Moricaviti* (sic), *qui Antoninus cognominatus est, anni CLXXXIV, et in Gallum V, et in Volusianum anni XXXI.*

Fit summa omnis in Cons. SSS. anni (sic) V̄DCCLXLIII *secundum cursum Solis et XII menses; secundum autem Lunares menses et computationem Hebræorum qui facient in se menses XII. D. XI. et quadrantem ad* (sic) *electione facta, qui fiunt anni Lunares CLXXXV. M. IIII. Secundum quam computationem efficiuntur anni in se* V̄DCCCCXX. *M. X. D. IIII. Item ex consule Gallieno secundum et Volusiano usque in consulatum Limenii et Catulini anni CXVIII. Fit summa omnis anni* V̄DCCCXXXVIII, *secundum cursum solis.*

(2) Euseb. *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 31.
(3) Id. in *Chron.* l. c.
(4) Hieron. *De vir. illustr.* cap. 63.
(5) Scalig. *Animadv. ad Euseb. Chron.* pag. 232.
(6) Nos vero utramque epistolam inter Origenis Opera retinuimus; adeat lector tomum proxime sequentem. EDIT. PATR.
(7) Vide eumdem tomum. ID.
(8) Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 31.
(9) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 63.
(10) Aug. *Retract.* lib. II, cap. 7, § 2, Opp. tom. I, pag. 44.
(11) Phot. *Bibl.* cod. 34.
(12) Zachar. Chrysop. *Comment. in Harmon. Ammon.* lib. I, cap. 5, Bibl. PP. Lugd. tom. XIX, pag. 751.
(13) Niceph. Call. *Hist. eccl.* lib. V, cap. 21.
(14) Id. ibid. lib. I, cap. 11.
(15) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 63.
(16) Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 31.
(17) Phot. *Bibl.* cod. 34.
(18) Dodw. *Dissert. sing. ad opp. post. Pearson*, § 8, pag. 98 seq.

Digitized by Google

Itum a Liminio et Catulino usque in consulatum A *Maximini et Nevittæ CONSS. anni XIII.*

Fit in summa omnis anni VDCCCLI.

Errores ipsos repræsentavimus sane fœdissimos imperitissimi librarii. Nec enim vacat impræsentiarum alia adnotare quam quæ faciant ad illam, qua de agimus, causam. Illud itaque in primis constat e Syncello (19), annum ipsum quo *Chronicon* suum terminavit Africanus, fuisse primum Olymp. CCL, quo fuerit archon Philenus, Elagabali III coss. Grato et Seleuco, a primis nimirum coss. pro Africani rationibus, vitiosis tamen illis, DCCXXV. Hæ notæ annum Christi designant CCXXI, pro Ær. vulg. Huc usque igitur *Chronicon* suum tam archontibus quam coss. a primis usque archontum et consulum initiis insignitum deduxisse ipse videtur B Africanus. Et quidem si pro hac forma et reliqua deduxerit, cum annis etiam imperatorum coss. alios illum conjunxisse consentaneum est, cum hos ipsos coss. cum III Antonini Elagabali anno conjunxerit. Nimirum annum illum intelligit, non quo monarchiam Alexander adeptus est, sed quo primum adoptatus est ab Elagabalo, et Cæsar factus, et socius in imperio. » Hactenus Dodwellus.

IV. Ex hoc autem Africani opere qui primus chronologiæ fontes reclusisse comperitur, qui post ipsum floruere veteres chronographos, tantum non omnes, ut modo innuimus, Eusebium in primis, Syncellum, *Chronici Paschalis* auctorem, Jo. Malalam, Theophanem aliosque, hausisse complura C atque in sua scripta derivasse, satis norunt eruditi. Eorum tamen plerique qui loca ex Africano descripserunt, auctoris nomen præteriere: ut proinde haud multa supersint, quæ chronographo nostro sine ulla controversia tribuantur. Maximam ejus operis fragmentorum partem suppeditat Syncellus, quibus passim Africani nomen præfigendum curavit: unum alterumve locum, et quidem insignem, servarunt Eusebius, Hieronymus atque Basilius; *Chronici* quoque *Paschalis* auctor paucula profert. Hæc itaque omnia certo Africaniana, in unum collecta, juxta ordinem librorum sive pro temporum ratione digessimus: reliquis interim utpote dubiis prætermissis.

Quandoquidem vero nonnulla deteximus, ad D eamdem Africani *Chronologiam* pertinentia, cum jam typis consignata essent quæ hactenus summatim recensuimus; operæ pretium fuerit ea hic exhibere, prout exstant apud Lambecium ex codicibus Vindobonensibus manu exaratis descripta.

Auctor igitur *Propheticarum eclogarum de Christo* qui Eusebius Pamphili esse perhibetur (20), in illius operis adhuc inediti libro III, cap. ult., hæc habet: Μόνον ἴσμεν Ἀφρικανὸν ἀκριβέστατα, καὶ μᾶλλον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐπιτετευγμένως τεθεωρηκότα· καὶ δή μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, πρῶτον αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς τόπους διήγησιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, εἶθ' οὕτως ἐπισκέψασθαι, εἴ τι ἄρα καὶ αὐτοὶ δυνάμεθα συμβαλέσθαι τῷ λόγῳ. Γράφει δὴ οὖν ἐν πέμπτῳ τῶν *χρονογραφιῶν* κατὰ λέξιν οὕτως (21).

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.

Ἡ μὲν οὖν περικοπὴ οὕτω πῶς ἔχουσα πολλά τε καὶ παράδοξα σημαίνει. Νῦν δ' ἂν (22) χρεία περί τε τοὺς χρόνους καὶ τὰ τούτους συντείνοντα τὸν λόγον ποιησάμεθα· ὅτι μὲν οὖν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας λέγεται ταῦτα, μετὰ ἑβδομάδας σ' μέλλοντος ἐπιφαίνεσθαι, δῆλον ἐπὶ γὰρ τοῦ Σωτῆρος, κ. τ. λ. Hic vero advertendum, hujusmodi ex Africano excerptum quod Lambecius velut ineditum vulgavit, apud Eusebium et quidem emendatius exstare (23) ipsiusque integram versionem præbere S. Hieronymum (24). Estque initium fragmenti XVI, quod infra suo loco legere est pag. 570. Mirari subit, id præter Lambecium, fugisse quoque Caveum (25) et Fabricium (26).

Pergit porro Lambecius, et alibi hæc refert (27): « Cæterum quod speciatim ad Sextum Julium Africanum attinet, citatur is inter Γνωμικὰς διαφόρων his verbis: Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσὴν, τὰ δεσμὰ διερράγησαν σιδηρὰ ὄντα, καὶ ἔφυγεν. » Secutus hic vir eruditus errantem Suidam, qui Julium Africanum cum Africano Sexto confundit, ut supra notatum § 1. Ipsumque deinde sunt imitati Fabricius et Caveus.

Denique alius fragmenti meminit idem Lambecius (28), quod adhuc ms. in bibliotheca Cæsarea servatur. Est autem ejus inscriptio: Διήγησις Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Incipit: Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός· οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἅπαντα φιλοπονοῦντας. Ὅσοι γάρ, κ. τ. λ. Et ad Africani quidem *Chronographiam* ejusmodi fragmentum spectare merito existimatur. Huic enim gemina tmemata similiter inscripta exhibet Syncellus, ut videre est infra pagg. 572, 574.

His præterea ex Lambecio relatis aliud addimus fragmentum e codice Regio 2441, a V. C. Montfauconio descriptum (29); ubi de Adami sepultura pertractasse Africanus et Athanasius perhibentur his verbis: Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰρηκότες, Ἀφρικανὸς καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος. Hinc in præfat. Montfauc. p. VI, § 18, rescribendum *de sepultura Adami*, ubi *de sepultura Domini* perperam legitur.

(19) Syncell., pag. 212.
(20) Vide Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VI, pag. 57.
(21) Apud Lambec. *Comment.* lib. I, pag. 141.
(22) Edit. ὧν. Et paulo post, τούτοις συντ.
(23) Euseb. *Demonstr. evang.* lib. VIII, cap. 2, pag. 5.
(24) Hieron. *Comment. in Daniel.* IX, 24, Opp. tom. III, pag. 1110 edit. Martian.
(25) Cav. *Hist. litt.* tom. I, pag. 111.
(26) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. V, pag. 169.
(27) Lambec. l. c. lib. III, pag. 39.
(28) Id. ibid. lib. V, pag. 297.
(29) Montf. *Coll. Nov. PP. Græc.*, t. II, p. 105.

Digitized by Google

JULII AFRICANI

QUÆ SUPERSUNT.

—

EPISTOLA AD ORIGENEM

DE HISTORIA SUZANNÆ

ET

ORIGENIS AD AFRICANUM RESPONSUM.

(Vide inter Origenis Opera, tomi XI, proxime sequentis, initio.

AFRICANI

EPISTOLA AD ARISTIDEM (1).

—

(Hujus epistolæ, apud Eusebium acephalæ, magnam partem ex codice Vaticano A. supplevit card. Angelo Mai in *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 231 et 275. Uncis includimus quæ apud Gallandium, qui Eusebium [*Hist. eccl.* I, 7] exscripsit, desiderabantur.)

—

[*Africani super genealogia quæ in sacris Evangeliis est.*

I. Haud accurate quidam aiunt, provide factam esse differentem hanc nominum enumerationem et permistionem sacerdotalium ut putant et regalium virorum, ut ostenderetur merito Christus rex simul atque sacerdos : quasi aliquis de hoc dubitet, aut aliam spem habeat, nempe quin Christus æternus

(1) De hac celebri Africani ad Aristidem epistola videndus in primis Eusebius *Hist. eccl.* lib. I, 7, qui ejus partem ingentem refert, a Nicephoro postea Callisto *Hist.* lib. I, 11, repetitam. Videndi insuper Hieronymus comment. ad Matth. I, 16 ; Augustinus *Retract.* lib. II, 7 ; Photius cod. 34, p. 22 ; denique etiam Zacharias Chrysopol. in Bibl. PP. Lugdun., tom. XIX, pag. 751, in fin. Cæteroqui verus epistolæ, quanquam haud integræ, conservator fuerat hactenus in *Historia ecclesiastica* Eusebius. Nunc nobis feliciter accidit, ut in hac quæstionum Eusebii epitome pars quædam prior ejusdem epistolæ comperta primum sit, nempe ab hoc initio, οὐκ ἀκριβῶς, usque ad ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ, etc., quæ in parte illa ab historico Eusebio relata deest, apud quem incipit ἐπειδὴ γὰρ, etc. Et quidem illud γάρ, *enim*, in codicibus Historiæ Eusebianæ exstare, testatur Valesius, ita ut acephalum fuisse fragmentum satis constaret ; nunc vero a nostra epitome prorsus demonstratur. Quid quod in hoc novo fragmento ea prorsus exhibetur

[Ἀφρικανοῦ περὶ τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις γενεαλογίας.

Α'. Οὐκ ἀκριβῶς μέν τοι τινὲς λέγουσιν, ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία, τῶν τε ἱερατικῶν, ὡς οἴονται, καὶ τῶν βασιλικῶν, ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος· ὥσπερ τινὸς ἀπειθοῦντος ἢ ἑτέραν ἐσχηκότος ἐλπίδα, ὅτι ὁ Χριστὸς

materia, quam Eusebius in integra epistola se legisse significat? En verba Eusebii loc. cit., id est, *Hist.* I, 7 : Φέρε τὴν περὶ τούτων κατελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδῃ γράψων περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις γενεαλογίας ὁ Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε, τὰς μὲν δὴ λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας, ἣν δ' αὐτὸς παρείληφεν ἱστορίαν, τούτοις αὐτοῖς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν· Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν, etc. *De his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam Africanus in epistola ad Aristidem de consensu evangeliorum in stirpe Christi narranda commemoravit. Ubi aliorum quidem opiniones tanquam violentas et falso conflictas coarguit ; ipse vero quam compererat historiam his refert verbis : Nam quia generationum nomina*, etc. Vides itaque alienarum opinionum, utpote violentarum atque falsarum, coargutionem ab Africano factam, nonnisi apud nostram epitomen, statim initio, ut debuit, inveniri. MAI.

Digitized by Google

ἀρχιερεύς ἐστι Πατρὸς, τὰς ἡμετέρας πρὸς αὐτὸν εὐχὰς ἀναφέρων, καὶ βασιλεὺς ὑπερκόσμιος, οὓς ἠλευθέρωσε νέμων τῷ Πνεύματι, συνεργὸς εἰς τὴν τοῦ κόσμησιν τῶν ὅλων γενόμενος· καὶ τοῦτο ἡμῖν προσήγγειλεν οὐχ ὁ κατάλογος τῶν φυλῶν, οὐχ ἡ μίξις τῶν ἀναγράπτων γενῶν, ἀλλὰ πατριάρχαι καὶ προφῆται· μὴ οὖν κατίωμεν εἰς τοσαύτην θεοσεβείας σμικρολογίαν, ἵνα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν ὀνομάτων, τὴν Χριστοῦ βασιλείαν καὶ ἱερωσύνην συνιστῶμεν· ἐπεὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τῇ βασιλικῇ, ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ ἱερατικὴ συνεζύγη, τοῦ Ναασσὼν ἀδελφὴν τὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀξαμένου, καὶ πάλιν Ἐλεάζαρ τὴν θυγατέρα Φατιήλ, καὶ ἐνθένδε παιδοποιησαμένων· ἐψεύσαντο οὖν οἱ εὐαγγελισταὶ, συνιστάντες οὐκ ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰκαζόμενον ἔπαινον· καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν διὰ Σολομῶνος ἀπὸ Δαβὶδ ἐγενεαλόγησεν τὸν Ἰακὼβ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ πατέρα· ὁ δὲ ἀπὸ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ, τὸν Ἡλεὶ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὁμοίως ἄλλως πατέρα· καί τοι ἀγνοεῖν αὐτοὺς οὐκ ἐχρῆν, ὡς ἑκατέρα τῶν κατηριθμημένων τάξις, τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐστὶ γένος, ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ βασιλική· εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν, ἀλλ' οὖν καὶ Σολομὼν, ὅ τε τούτων πατὴρ ἑκατέρου· ἐκ πολλῶν δὲ φυλῶν ἐγίνοντο προφῆται, ἱερεῖς δὲ ἐξ οὐδεμιᾶς (2) τῶν δώδεκα φυλῶν, μόνοι δὲ Λευῖται· μάτην αὐτοῖς ἄρα πέπλασται τὸ ἐψευσμένον· μηδὲ κρατοίη τοιοῦτος λόγος ἐν Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ [κατὰ] ἀκριβοῦς ἀληθείας, ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ· τίς γὰρ οὐκ οἶδε κἀκεῖνον τὸν ἱερώτατον τοῦ Ἀποστόλου λόγον κηρύσσοντος καὶ διαγγέλλοντος τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ διισχυριζομένου τὴν ἀλήθειαν, μεγάλῳ φόβῳ λέγοντος, « ὅτι εἰ Χριστὸν λέγουσί τινες μὴ ἐγηγέρθαι, ἡμεῖς δὲ τοῦτο καὶ φαμὲν καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ αὖθ καὶ ἐλπίζομεν καὶ κηρύσσομεν, καταψευδομαρτυροῦμεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν ὃν οὐκ ἤγειρεν· » εἰ δὲ οὕτως ὁ δοξολογῶν Θεὸν Πατέρα, δέδοικε μὴ ψευδολόγος δοκοίη, ἔργον παράδοξον διηγούμενος, πῶς οὐκ ἂν δικαίως φοβηθείη, ὅτι [l. ὅστις] διὰ ψευδολογίας ἀληθείας σύστασιν πορίζόμενος, δόξαν οὐκ ἀληθῆ συντιθείς; εἰ γὰρ τὰ γένη διάφορα, καὶ μηδὲν καταφέρει γνήσιον σπέρμα ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ, εἴρηται δὲ μόνον εἰς σύστασιν τοῦ γεννηθησομένου, ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἔσται ὁ ἐσόμενος, ἀποδείξεως μὴ προσούσης, ἀλλὰ τῆς τῶν λόγων σεμνότητος εἰς ὕμνον ἀδρανῆ φερομένης, δῆλον ὡς τοῦ Θεοῦ μὲν ὁ ἔπαινος οὐχ ἅπτεται, ψεῦδος ὢν· κρίσις δὲ τῷ εἰρηκότι, τὸ οὐκ ὂν ὡς ὂν κομπάσαντι. Ἵνα οὖν καὶ τοῦτο μὲν τοῦ εἰρηκότος ἐλέγξωμεν τὴν ἀμαθίαν, παύσωμεν δὲ τοῦ μηδένα ὑπ' ἀγνοίας σκανδαλισθῆναι, τὴν ἀληθῆ τῶν γεγονότων ἱστορίαν ἐκθήσομαι.]

sit apud Patrem pontifex, preces nostras ei offerens; rex autem supermundialis, quos liberavit pascens Spiritu, cooperator effectus in omnium rerum ordinatione. Idque nobis exploratum fecit non tribuum catalogus, neque perscriptarum generationum mistio, sed patriarchæ atque prophetæ. Caveamus igitur a minuto hujusmodi religionis artificio, ut nominum permutatione Christi regnum ac sacerdotium comprobare velimus. Nam et alioqui regali Judæ tribui sacerdotalis Levi tribus facta erat affinis, ex quo Naassonis sororem Elisabetam duxit Aaron uxorem [1], rursusque Eleazar Phatihelis filiam [2], prole inde suscepta. Ergo evangelistæ mentiti sunt, dum non veritatem asserunt, sed simulatam laudem: cujus rei causa, alter quidem per Salomonem a Davide Jacobi stirpem traxit, qui fuit Josephi pater; alter autem a Nathano Davidis filio Helim deduxit Josephi pariter, sed alia ratione, patrem. Atqui eos ignorare non oportebat, utrumque numeratorum hominum ordinem, genus esse Davidis, Judæ nempe regiam tribum. Etiamsi enim propheta Nathanus fuit, et quidem etiam Salomon, et horum utriusque pareus (David); ex multis sane tribubus exstitere prophetæ; sed tamen sacerdotes nulli fuerunt ex nulla duodecim tribuum; sed soli Levitæ. Frustra igitur composita ab illis fuit hæc falsitas; neque prævalebit hujusmodi sermo in Christi Ecclesia contra accuratam veritatem, nempe ut mendacium consarcinetur ad Christi laudem atque præconium. Quis vero et illa nescit sacratissima Apostoli verba resurrectionem Servatoris nostri prædicantis atque nuntiantis, reique veritatem magno cum pavore affirmantis dum ait [3]: « Si Christum resurrexisse quidam negant, nos autem asserimus atque credimus, speramus ac prædicamus, falsi testes Dei sumus, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit. » Quod si adeo hic qui Deum Patrem honorat, ne mendax videatur timet, quia rem miram narrat; cur non merito timeat quisquis falso sermone veritatem vult stabilire, non veram sententiam concinnans? Nam si generationes abluderent, nihilque germani seminis ad Josephum conferretur, sed ea res ad fulcimen tantummodo nascituri dicta esset, nempe quod rex atque sacerdos foret is qui venturus erat, deficiente probatione, totoque orationis ornatu in futilem hymnum desinente, nullam hinc laudem Deo accedere exploratum fit, quia totum mendacium est; sed damnationem potius dicenti conflari, quia quod nihil est, aliquid esse jactavit. Quare ut et ita loquentium coarguam inscitiam, et in posterum caveam ne quis in hujusmodi imperitiam incurrat, veram gestarum rerum historiam proferam.]

B (3) Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα (4) τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ

II. Quoniam apud Israelitas generationum nomina

[1] Exod. VI, 23. [2] Ibid. 25. [3] I Cor. XV, 12 sq.

(2) In epitome codex habet omnino οὐ δεῖνες, sed veram nunc vides lectionem ἐξ οὐδεμιᾶς. Mai.

(3) Hic incipit Eusebius.

(4) *Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα.* Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio, et apud Nicephorum in cap. II lib. I.

Digitized by Google

vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur : naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt ; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit : cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione delineabant, ut mortui nomen nullis unquam obliterandum sæculis permaneret. Quoniam igitur eorum qui inter majores Christi recensentur, alii naturali jure, ut filii, parentibus successerunt ; nonnulli vero, cum ab aliis procreati essent, aliis ascripti sunt : ideo utrorumque mentio facta est, tam eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum falsum sit ; cum alterum naturam, alterum legem in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, adeo inter se permistæ sunt, partim reparatione nominis eorum qui sine prole decessissent, partim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscitatione, ut iidem homines diversos patres habuisse merito credantur ; hos quidem fictitios, illos vero naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio absolute verissima, vario quidem linearum contextu, sed accurate ad Josephum usque descendat.

A ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ · φύσει μὲν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ · νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου · ὅτι γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφὴς, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένῃ τὸ ὄνομα τοῦ μετηλλαχότος. Ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο, παῖς πατέρα γνησίως · οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ προσετέθησαν κλήσει · ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη, καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων. Οὕτως οὐδέτερον τῶν Εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον · συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη (5), τό τε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Ναθὰν, ἀναστάσεσιν ἀτέκνων (6), καὶ δευτερογαμίαις καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων (7), ὡς δικαίως τοὺς αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι (8), τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων · ὡς ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις ἀληθεῖς οὔσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μὲν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν.

B

III. Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utriusque stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide

Γ. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν (9) διηγήσομαι. Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶνος

(5) *Συνεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη.* Ita quidem ex codice Medicæo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat ἐπεπλάκη. Postea vero emendatum est paulo recentiore manu, συνεπεπλάκη. Priorem illam lectionem ἐπεπλάκη retinuit Nicephorus, et Joannes Damascenus in oratione 3 de Nativitate B. Mariæ, Codex autem Maz. et Fuk. scriptum habent συνεπεπλάκει, vel, quod idem est, συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus : sic enim vertit : *Reconjunctum namque est sibi invicem genus, et illud per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur*, etc. Ubi vides Rufinum duas illas præpositiones verbi συνεπεπλάκη totidem Latinis exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini editionibus legitur, *conjunctum namque est sibi invicem genus*, etc. Verum in duobus manuscriptis codicibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis Ecclesiæ, et in vetustissimis editionibus legitur *reconjunctum*. Nec tamen probare possum interpretationem Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur duæ familiæ, quæ cum ex eadem gente ortæ sint, mutuis postea connubiis inter se rejunguntur. Sed in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim dicit Africanus, Nathanæos ac Salomonios, qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter se connubiis postea rejunctos fuisse. Verum hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane, tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum, et seminum suscitationes, quæ in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa ἐπὶ in verbo συνεπεπλάκη, non exponenda erat per *re* ; ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem *super*. Ad verbum, συνεπεπλάκη, *superimplexum est*.

C

D

(6) *Ἀναστάσεσιν ἀτέκνων.* Vir doctissimus Joannes Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, hunc locum ita vertit : *Implicata enim inter se sunt genera, et quod a Salomone, et quod a Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent, secundisque nuptiis, ac resuscitatione seminum.* Rufinus vero liberius quidem, sed non sine elegantia ita vertit : *Reconjunctum namque sibi est invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur, per legales substitutiones, quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, et per secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur.* Omisit Rufinus verba illa Africani καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων, quæ certe superflua videntur. Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσεσιν ἀτέκνων rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀναστάσεσιν σπερμάτων, quod unum idemque est, teste Africano in hac ipsa ad Aristidem epistola ? Damascenus quoque in orat. 3 de Nativitate B. Mariæ omisit hæc verba. Cæterum obscurum est, quod hic ait Africanus, reparatione scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent, misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eodem patre natus relictam fratris sui in conjugium ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte frater uterinus viduam fratris sui uxorem duceret, tunc aliqua familiarum permistio nasci poterat. Itaque merito addidit Africanus, καὶ δευτερογαμίαις. Hæc enim præcipua fuit causa permistionis familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex priore matrimonio, ad secundas nuptias transvolabat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo facto, filium ex priore matrimonio natum, uxorem duxisse et improlem postea obiisse fingamus. Tunc si frater illius uterinus viduam in conjugium duxerit, et ex ea liberos sustulerit, in persona liberorum erit aliqua familiarum confusio ; ita ut natura quidem hujus, lege autem illius filii dicantur.

(7) *Καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων.* Apud Nicephorum legitur ἀναστάσει · atque ita in codice Regio prius scriptum fuerat : postea vero emendatum est alia manu, ἀναστάσεσι. Verum Nicephori lectio magis placet, cum paulo ante positum sit ἀναστάσεσι.

(8) *Ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι.* Hæc est scriptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam confirmat. Nostri tamen codices Med., Maz. et Fuk. scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως.

(9) *Τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν.* Hæc est scriptura codicis Regii, quem secutus est Stephanus. Nec, aliter legisse videtur Rufinus, qui sic vertit : *ipsas generationum consequentias enarrabimus.* Reliqui tamen codices Maz., Med., Fuk. ac Savilii præ-

Digitized by Google

τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ τοῦ Ἰωσὴφ τὸν πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ, οὗ υἱὸς ὁ Ἡλὶ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ πατήρ· *Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ* (10), *τοῦ Μελχί*. Σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσὴφ, ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὅ τε Ἰακὼβ ἀπὸ Σολομῶνος, καὶ Ἡλὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος κατάγοντες τὸ γένος· ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὅ τε Ἰακὼβ καὶ Ἡλὶ δύο ἀδελφοί· καὶ πρός γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθὰν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσὴφ ἀναφαίνονται πάπποι. Καὶ δὴ οὖν ὅ τε Ματθὰν καὶ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο· τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν (11), ἤτοι ἀπολελυμένην, ἢ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλῳ γαμεῖσθαι· ἐκ δὴ τῆς Ἐσθὰ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδίδοται, πρῶτος Ματθὰν, ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομῶνος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὤν, ὡς προείπομεν, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἡλί· οὕτω δὴ διαφόρων δύο γενῶν (12) εὑρήσομεν τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡλὶ ὁμομητρίους ἀδελφούς. Ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἡλὶ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσὴφ· κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον. Διὸ καὶ γέγραπται· *Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ*. Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἡλὶ υἱὸς ἦν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἀδελφὸς ὢν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀχυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, *Ἰακὼβ δὲ*, φησὶν, *ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ*. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· *ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο* (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) *τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί*. Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν (13), ἐπισημότερον οὐκ ἦν

per Salomonem generationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Matthan, qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius itidem a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait : *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi* [a]. Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone, quam Heli qui ex Nathan originem ducit; ac præterea, quomodo isti duo, Jacob et Heli, fratres fuerint ; deinde vero, qua ratione horum patres Matthan et Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. Matthan et Melchi cum eamdem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex ea, qui uterini fratres erant, susceperunt : quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua, seu repudiata, seu viro ipsius mortuo, alteri nuberet. Igitur ex Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Matthan qui a Salomone genus ducebat, Jacobum filium sustulit. Post Matthanis autem interitum, Melchi qui ad Nathanem originem referebat, cum ex eadem tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus, uxorem eam sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob et Heli, licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens, tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriptum est : *Jacob autem genuit Joseph* [b]. Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ejus semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac futilis deprehendetur : quam Matthæus quidem recensens, *Jacob*, inquit, *genuit Joseph*. Lucas vero econtrario a filiis ad parentes ascendens : *Jesus*, inquit, *qui erat, ut putabatur* (hoc enim diserte addit), *filius*

[a] Luc. III, 23, 24. [b] Matth. I, 16.

ferunt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem lectionem etiam ad latus codicis Regii ascriptam inveni. Nicephorus autem habet, ἐναλλαγήν, id est *commutationem*. Et Christophorsonus quidem vulgatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam plures et meliores codices exhiberent. Deinde Africanus hoc loco nequaquam recenset seriem utriusque generationis. Neque enim progreditur ultra Matthan et Melchi. Sed tantum exponit ἐπαλλαγὴν, id est commistionem, seu complicationem duarum familiarum in genealogia Christi. Apud Damascenum in oratione citata legitur τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν γενῶν, quod eamdem vim habet.

(10) *Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ, τοῦ Μελχί*. In textu hodierno Luc. III, 23, 24 : Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ, τοῦ Μελχί. Vulg. : *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi*. Ad quem locum Bernardus Lamy in *Harmon.* pag. 28, hæc habet : « Duo illi, *Levi* et *Mathat*, dicuntur inserti a librariis. Divus Irenæus lib. III *Adversus hæreses*, cap. 33, non agnoscit in genealogia Domini secundum Lucam ultra septuaginta duas generationes. Nunc septuaginta et sex numerantur. Ita aliquæ ex his generationibus addititiæ essent : saltem *Levi* et *Mathat* cum *Cainan*, quem viri docti insertum volunt comm. 36 inter Arphaxad et Sale. » Et paulo post pag. 31 : « Non mirandum est, inquit, si Africanus inter Melchi et Heli duas reticeat generationes, nempe *Levi* et *Mathat* : etenim nondum insertæ fuerant in codicem sacrum, ea qua scriptor ille antiquissimus vivebat ætate. » Hactenus vir doctus. Qua de re sub finem hujus capitis adnotat nonnulla in eamdem sententiam cl. Valesius.

(11) *Χηρεύουσαν γυναῖκα*. Hoc loco Africanus χηρεύειν promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt.

(12) *Διαφόρων δύο γενῶν*. Hoc loco γένος sumitur pro familia. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia, verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diversa quidem familia, sed ex una eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica, quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanæorum.

(13) *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν*. Hic vero nimium argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas

Digitized by Google

Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi[a]. Neque enim poterat disertius exprimi fictitia illa generandi ratio, quæ ex lege profecta est. Ideo in hujusmodi liberorum generatione, verbum illud, *genuit*, ad finem usque reticuit, cum ad ipsum usque Adamum, qui fuit Dei, gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset.

A ἐξειπεῖν. Καὶ τὸ *ἐγέννησεν* ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιΐας ἄχρι τέλους ἐσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ (14) κατ' ἀνάλυσιν.

IV. Neque vero id certa ratione destitutum, aut temere conflictum est. Cognati enim Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt : Iatrones scilicet Idumæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis quod ad ipsos urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda captivum duxisse. Cum vero pro redemptione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater Idumæorum more institutoque educatus, postmodum Hyrcani summi Judæorum pontificis amicus effectus est. Mox legatus ad Pompeium missus ab Hyrcano, cum ei regnum quod Aristobulus maxima ex parte occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, curator Palæstinæ promotus. Tandem ab iis qui felicitati ejus invidebant per insidias interfectus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea Antonius et Augustus ex senatusconsulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes, aliique tetrarchæ. Et hæc quidem gentilium etiam historiæ cum Judaica communia sunt.

Δ'. Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν Σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτ' οὖν φανητιῶντες, εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύοντες, παρέδοσαν καὶ ταῦτα· ὡς Ἰδουμαῖοι λῃσταὶ Ἀσκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Ἀπόλλωνος, ὃ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἵδρυτο, Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς (15) ἱεροδούλου παῖδα, πρὸς τοῖς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρῳ ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δύνασθαι τὸν ἱερέα (16), ὁ Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφείς, ὕστερον Ὑρκανῷ φιλιοῦται (17) τῷ τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερεῖ. Πρεσβεύσας δὲ πρὸς Πομπήϊον ὑπὲρ τοῦ Ὑρκανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην, αὐτὸς ηὐτύχησεν ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης χρηματίσαι (18). Διαδέχεται δὲ τὸν Ἀντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὁ υἱὸς Ἡρώδης· ὃς ὕστερον ὑπ' Ἀντωνίου καὶ τοῦ Σεβαστοῦ, συγκλήτου δόγματι τῶν Ἰουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὗ παῖδες, Ἡρώδης οἵ τ' ἄλλοι τετράρχαι. Ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ἑλλήνων ἱστορίαις.

B

V. Cæterum cum ad id usque temporis in tabulariis publicis descriptæ essent origines tam fami-

E'. Ἀναγράπτων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἄχρι προσηλύτων (19)

C

[a] Luc. III, 23, 24.

de Christo dixerit, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ τοῦ Μελχί, etc., Africanus voces illas ὡς ἐνομίζετο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ἰωσήφ, sed etiam ad illa quæ sequuntur, τοῦ Ἡλί. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus ὡς ἐνομίζετο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset, Mariam post mortem Josephi nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ, ὡς ἐνομίζετο, extenduntur ad ea verba τοῦ Ἡλί, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est, cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. Secundo loco notandum est, quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas, tertium esse Melchi : atqui in Evangelio Lucæ tertius nominatur Mathat, avus scilicet Josephi ; Melchi vero quintus, abavus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est : aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus, Melchi scriptum fuisse pro Mathat : quæ est conjectura Bedæ in caput III Lucæ. Certe Gregorius Nazianzenus in carmine 38 de Christi genealogia, Africanum sequens, Melchi pro Mathat posuit ; et Ambrosius in lib. III *Commentariorum* in Lucam.

(14) *Ἕως τοῦ Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ.* Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. particulam interserunt hoc modo, ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet.

(15) *Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινός.* Hæc narratio prorsus fabulosa est et commentitia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem hierodulum templi Apollinis, sed Antipatrum Idumæum, ut scribit Josephus in lib. XIV, cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Judæorum rex præfectum totius Idumææ constituit. Primusque hic Antipater auctor fuisse videtur hujus potentiæ, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam et præfecturam Idumææ gessit, Alexandro et Alexandra regnantibus ; et hospitio atque amicitia cum Ascalonitis et Gazæis et Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit.

(16) *Τὸν ἱερέα.* Improprie sacerdotem vocat, qui erat hierodulus. Longe enim hæc inter se differunt, ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos et hierodulus ; puta si hæc erat conditio D sacerdotii, ut non nisi exuta libertate sacerdotes caperentur.

(17) *Ὑρκανῷ φιλιοῦται.* Hoc quoque in loco nostri codices Regius, Mazarinus, Medicæus ac Fuketianus constanter scriptum habent φιλιοῦται. Quam scripturam nescio cur Robertus Stephanus repudiavit : φιλοῦται enim dicitur, ut ἐχθροῦται.

(18) *Ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης προκόψας.* Antipater Herodis parens, sub Hyrcano Judæorum rege procurationem totius regni gessit, et negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque ἐπιμελητὴς τῆς Ἰουδαίας et ἐπίτροπος vocatur a Josepho in dicto lib. Porro codex Med. et Savil. χρηματίσας scriptum habent, non προκόψας. In Maz. autem et Fuk. legitur χρηματίσαι. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. 9 libri I, ηὐτύχησεν οὗτος ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι. Eleganter Græci dicunt εὐτυχεῖν τὸ γενέσθαι.

(19) *Τῶν ἄχρι προσηλύτων.* Mirum est in codi-

Digitized by Google

ἀναγερομένων, ὡς Ἀχιὼρ τοῦ Ἀμμανίτου, καὶ Ῥοὺθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, Ἡρώδης, οὐδέν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδότι τῆς δυσγενείας κρουόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς (20) τῶν γενῶν· οἰόμενος εὐγενὴς ἀναφανεῖσθαι, τῷ μηδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας, ἢ προσηλύτους (21), τούς τε καλουμένους γειώρας (22) τοὺς ἐπιμίκτους. Ὀλίγοι δὴ τῶν ἐπιμελῶν, ἰδιοτικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφὰς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνομάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναβρύνονται σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας· ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι *δεσπόσυνοι* καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς σωτῆριον γένος συνάφειαν· ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ (24) κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῇ ἐπιφοιτήσαντες, καὶ τὴν προειρημένην γενεαλογίαν (25) ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν Ἡμερῶν (26) εἰς ὅσον ἐξικνοῦντο ἐξηγησάμενοι. Εἴτ' οὖν οὕτως, εἴτ' ἄλλως ἔχει, σαφεστέραν ἐξήγησιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος ἐξευρεῖν,

liarum Hebraicarum, quam eorum qui ad proselytos, id est advenas, genus suum referebant, verbi gratia ad Achior Ammanitem et ad Ruth Moabitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi per matrimonia cum ipsis permisti fuerant; Herodes, priscas illas Israelitarum familias nihil ad se pertinere intelligens, ignobilitatis suæ conscientia stimulatus, omnia illa veterum familiarum monumenta concremavit: ratus, se tum demum nobilem visum iri, cum nemo esset, qui ex publicis monumentis originem generis sui vel ad patriarchas, vel ad proselytos, vel ad permistos Israelitis peregrinos, qui γειῶραι dicuntur [7], posset referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa memoriter callerent, vel ex archivis descriptos penes se habentes, in primis gloriabantur, quod avitæ nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis qua Servatori nostro juncti erant, δεσπόσυνοι appellati. Qui e Naza-

[7] Exod. xii, 19.

cibus nostris Maz., Med., Fuk. ac Savil. scribi τῶν ἀρχιπροσηλύτων. Unde conjicere quis posset, legendum esse τῶν ἀχρι τῶν ἀρχιπροσηλύτων, etc., ut ἀρχιπροσήλυτοι sint principes, et quasi patriarchæ proselytorum; cujusmodi fuit Achior Ammanites, et convenæ illi qui Israelitis ex Ægypto egredientibus sese adjunxerunt. Quæ quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est, ut in editis, ἄχρι προσηλύτων. Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paulo ante nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent εἰς τὸ τότε, cum articulo præpositivo.

(20) *Ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφάς.* Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Josephus in libro de vita sua originem et antiquitatem stirpis suæ commemorans, ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc ætate Josephi publica tabularia, in quibus Judaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est, Herodem ea combussisse. Porro hæc tabularia erant in templo Jerosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba Africani ita vertit: *Omnes Hebræorum generationes descriptæ in archivis templi secretioribus habebantur.*

(21) *Ἢ προσηλύτους.* Mallem scribere ἀρχιπροσηλύτους, ut supra. Neque enim de novitiis ac recentibus proselytis hic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque et antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cujusmodi fuit Achior, de quo in libro Judith sæpe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate, cujus præcipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim, Herodem origines familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset se ab ipsis patriarchis aut a proselytis originem generis sui ducere. Quod si novellos proselytos intelligamus, perit omnis hujus loci sententia; cum Herodis ætate innumerabiles essent in Judæa, qui genus suum ad novellos proselytos referrent, utpote avo nati proselyto; qui profecto archivorum suffragio opus non habebant, ut se ex proselytis oriundos esse approbarent. Huc accedit, quod ex proselytis originem ducere, ignobile potius quam splendidum apud Judæos habebatur, exceptis, ut dixi, antiquis illis proselytis, quorum fides ac religio sacris Litteris nobilitata est.

(22) *Τούς τε καλουμένους γειώρας.* Id verbum legitur in cap. xii, 19, Exodi, ubi Deus Moysi in Ægypto adhuc consistenti loquitur his verbis: Πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ ἔν τε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς. Africanus γειώρας interpretatur τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντας ἐπιμίκτους. Id est convenas, qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi fuerant. Duplex enim hominum genus Judæis ab Ægypto egredientibus sese adjunxit. Alterum Ægyptiorum indigenarum, quos Moyses αὐτόχθονας vocat; alterum convenarum, id est promiscuæ multitudinis, qui γειῶραι dicebantur. Hesychius, γέωρες, γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι. Georæ ergo apud Ægyptios dicebantur homines extranei, qui terram colendam acceperant sub certa pensione; quales erant in Ægypto Judæi, antequam exiissent. Eos cum indigenis Ægyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen refellit Moyses in dicto loco. Utrosque vero, tam georas quam indigenas Ægyptios, uno ἐπιμίκτων nomine comprehendit sacra Scriptura in dicto capite, versu 38, καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς, id est promiscua turba, συμμιγὴς λαός. Origenes tamen libro III *De principiis*, ἐπιμίκτων nomine Ægyptios solos intellexisse videtur, qui Hebræis permisti ex Ægypto egressi sunt. Σκληρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ, πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Drusius in lib. II *De tribus sectis Judæorum*, agens de proselytis, vocem γειῶρα Hebraicæ originis esse dicit, eaque significari proselytum, seu advenam. Idem scribit Hesychius: γειώρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους.

(23) *Γειώρας.* Hac voce usus est ante Africanum Justinus M. in *Dial. cum Tryphone*, cap. CXXII, supra tom. I, pag. 574. Ad quem locum videsis adnotata.

(24) *Ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβά.* Cochaba vicus fuit in Basanitide juxta Decapolim, ut tradit Epiphanius in hæresi Ebionæorum, cap. 2 et 18.

(25) *Τὴν προειρημένην γενεαλογίαν.* Nicephorus habet τὴν προκειμένην· et sic in codice Regio prius scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est προειρημένην.

(26) *Ἐκ τε τῆς βίβλου τῶν Ἡμερῶν.* Per librum Dierum intelligit Africanus ephemeridas, quas paulo ante ἰδιωτικὰς ἀπογραφὰς appellavit. Plerique enim apud Judæos originum suarum studiosi, privatos generis sui commentarios ex archivis publicis descriptos penes se habebant: quemadmodum apud nos etiamnum a nobilioribus fieri videmus. Porro

Digitized by Google

ris et Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi supradictam generis seriem ex ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem judicio, aliorumque qui æqui rerum æstimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta; quando nec meliorem aliam, nec veriorem proferre possumus. Cæterum quin vera sit Evangelii narratio, dubitari non potest.

VI. Matthan a Salomone genus ducens, Jacobum genuit. Mortuo deinde Matthane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere genuit Heli. Quocirca Jacobus et Heli fratres erant uterini. Heli deinde sine liberis defuncto, Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito : qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius fuit. Sic uterque Josephi pater recte dicitur.

Γ'. Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος (28), ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ματθὰν ἀποθανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς, ἐγέννησε τὸν Ἡλί· ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ (29) Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ. Ἡλὶ ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσὴφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἡλί. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ.

JULII AFRICANI

QUÆ SUPERSUNT

EX QUINQUE LIBRIS CHRONOGRAPHIÆ,

Ad rem sacram et ecclesiasticam potissimum spectantia.

—

I. *Apud Georgium Syncellum Chronogr. pag. 17 edit. Paris., 14 Venet.*

De commentitia Ægyptiorum Chaldæorumque Chronologia.

Ægyptii certe de suæ ætatis antiquitate jactan-

Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων μυθώδους χρονολογίας.

Αἰγύπτιοι μὲν οὖν ἐπὶ τῶν κομπωδέστερον (30)

hoc in loco aliquid deesse apparet ex particula τε, quæ in omnibus nostris codicibus, et apud Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur hæc verba καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξίκνοῦντο. Ita certe legisse videtur Rufinus, qui sic vertit : *Ordinem supradictæ generationis partim memoriter, partim etiam ex Dierum libris, in quantum erat possibile, perdocebant.*

(27) *Εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρος.* In codice Regio et apud Nicephorum legitur εἰ καὶ ἀμάρτυρος, quod idem est. Cæterum, quanti facienda sit hæc evangelici loci explicatio, patet ex his Africani verbis : quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri veterum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis, eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita sint, nollem Eusebium in vestibulo *Historiæ* suæ mentionem hujus rei fecisse. Satius profecto fuisset ac consultius hanc Evangeliorum dissonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide nostra alienis, cujusmodi tunc temporis erant quamplurimi, occasio subministraretur de Evangeliorum veritate dubitandi. Certe Julianus Augustus in libro contra Christianos hanc evangelistarum dissensionem nobis objicit, teste Hieronymo in *Commentariis* in Matthæum. Locus Juliani exstat apud Cyrillum in libro octavo contra Julianum. Auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 56, de hac dissonantia loquens, Africani opinionem improbat. Sed ipse aliam affert minus probabilem.

(28) *Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος.* Mira est varietas accentus in hoc nomine. Maz. quidem et Fuk. codex accentum habent in antepenultima. Nicephorus vero et Fuk. codex penultimam circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accentus, tum in penultima, tum in antepenultima syllaba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti codices observant, quoties ambiguum est, quonam accentu notanda sint vocabula, ut denotetur in aliis quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero illum reperiri. Quinetiam nostri codices paulo ante scriptum habent, ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις. Sic enim omnes nostri codices, excepto Regio, qui Σολόμωνος illic habet.

(29) *Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοί.* In hac conciliatione quam refert Africanus, duo sunt quæ nonnihil difficultatis habere videntur. Primum enim dubito, an licuerit uterino fratri viduam fratris sui uxorem ducere, et ex ea liberos procreare in nomen ac familiam fratris sui transituros. Lex enim Deuteronomii cap. xxv loquitur de fratre, qui habitat in eadem domo, et qui est συγγενής. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo, neque ex eodem genere ; cum genus, præsertim apud Judæos, ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus diserte testatur Jacobum et Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere, ἐκ διαφόρων δύο γενῶν. Secundo loco dubitare quis non immerito possit, utrum in generationibus recensendis ratio a Judæis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cujus in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus

(30) *Κομπωδέστ.* Leg. χρόνων κομπωδέστερον φλυαροῦντες. Goar.

Digitized by Google

χρόνων περὶ τὰς περιόδους καὶ μυριάδας ἐτῶν, κατέθεσάν τινα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀστρολογουμένων ἐξέθεντο· ἃς τινὲς τῶν ταῦτα ἀκριβοῦν δοξάντων συστέλλοντες, σεληνιαίους εἶπον ἐνιαυτούς, οὐδὲν ἔλαττον ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἀπονενευκότες συμπίπτουσι ταῖς ἑκτὸν καὶ ἐννέα χιλιάσιν ἐτῶν, ἃς Αἰγυπτίων οἱ παρὰ Πλάτωνι ἱερεῖς εἰς Σόλωνα καταριθμοῦντες οὐκ ἀληθεύουσι. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Τὰ γὰρ Φοινίκων τρισμύρια ἔτη, ἢ τὸν τῶν Χαλδαίων λῆρον, τὸ τῶν τεσσαράκοντα ὀκτὼ μυριάδων, τί δεῖ λέγειν; ἐκ τούτων γὰρ Ἰουδαῖοι τὸ ἀνέκαθεν (31), γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ, ἀρξάμενοι, ἀτυφότερόν τε καὶ ἀνθρωπίνως μετὰ τοῦ ἀληθοῦς διὰ τοῦ Μωϋσέως πνεύματος διδαχθέντες, ἔκ τε τῶν λοιπῶν Ἑβραϊκῶν ἱστοριῶν, ἀριθμὸν ἐτῶν πεντάκις χιλίων πεντακοσίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρίου (32) λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν.

A tius elocuti, per annorum revolutiones et myriades prorogatam quamdam seriem ex astrologicis experimentis statuerunt: quas quidem ii qui se penitius inspexisse arbitrantur, summatim legentes, fabulis nihilo secius addicti, annos hujusmodi lunares putandos commenti sunt, et confictis octo vel novem annorum millenariis, quæ Soloni, velut auctori, Ægyptiorum sacerdotes apud Platonem quondam ascripserunt, a veritate probavere se longe dissitos. *Et quibusdam interjectis:* A Phœnicibus pariter myriades annorum tres jactatas, Chaldæorumque deliria, nec non quadraginta et octo alias myriades, quid memorare necesse est? A Chaldæis enim per Abrahamum patrem orti Judæi, vero Moysis spiritu imbuti, qua decet homines a fastu B alienos, suique memores, modestia, ex relictis sibi Hebræorum monumentis annorum quinquies millium et quingentorum numerum usque ad salutaris Verbi adventum sub Cæsarum imperio mundo evulgatum posteris tradiderunt.

II. *Ibid., pag.* 19, *al.* 15.

Περὶ τῶν ἐγρηγόρων.

Πλήθους ἀνθρώπων γενομένου ἐπὶ τῆς γῆς, ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ θυγατράσιν ἀνθρώπων συνῆλθον. Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, *οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ*. Μυθεύεται δὲ, ὡς οἶμαι (33), ἀπὸ τοῦ Σὴθ, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, οἱ υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται, διὰ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ γενεαλογουμένους δικαίους τε καὶ πατριάρχας, ἄχρι τοῦ Σωτῆρος· τοὺς δ' ἀπὸ Κάϊν ἀνθρώπους ἀποκαλεῖν (34) σποράν, ὡς οὐδέτι θεῖον ἐσχηκότας διὰ πονηρίαν γένους, καὶ διὰ τῆς φύσεως ἀνόμοιον, ἐπιμιχθέντων αὐτῶν, τὴν ἀγανάκτησιν (35) ποιήσασθαι τὸν Θεόν. Εἰ δὲ ἐπ' ἀγγέλων νοοῖτο ἔχειν τούτους, τοὺς περὶ μαγείας καὶ γοητείας, ἔτει δὲ ἀριθμῶν (36) κινήσεως, τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι, ἀφ' ὧν ἐποίησαν τοὺς παῖδας τοὺς γίγαντας, δι' οὓς τῆς κακίας ἐπιγενομένης, ἔγνω πᾶν ἀφανίσαι ζώων γένος ὁ Θεὸς ἐν κατακλυσμῷ ἄπιστον.

De egregoris.

Aucta super terram hominum multitudine, angeli cœli filiabus hominum commisti sunt. In quibusdam exemplaribus legi, *filii Dei*. Indicat, ut reor, Spiritus sanctus a Seth patre Dei filios vocari, ob enatos ex ejus stirpe usque ad Salvatorem justos et patriarchas; Cain vero progeniem, ceu nil divinum referentem, ob generis pravitatem ac confusæ naturæ dissimilitudinem, hominum semen appellat; eisdemque indignationis suæ signa Deum C inflixisse narrat. At si de angelis sermonem fieri sentiamus, magiis et præstigiis deditos accipi necesse est, qui astrorum et numerorum motum, rerumque sublimium vel meteororum notitiam mulieribus tradiderunt, quorum congressu conceperunt illæ gigantes, a quibus scelerum omnium colluvie in universum orbem propagata, perfidum omne viventium genus diluvio perdere Deus decrevit.

III. *Ibid., pag.* 81, *al.* 65.

Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλ' γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ τούτοις ἐπιζήσας ἔτη ψ ἀπέθανεν, ἤτοι δεύτερον θάνατον.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σε' ἐγέννησε τὸν Ἐνώς· ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν μέχρι γενέσεως Ἐνὼς, ἔτη τὰ σύμπαντα υλε'.

Ἐνὼς ὑπάρχων ἐτῶν ριε' (37) γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν.

Cum esset Adamus annorum 230, genuit Seth; tum vero superstes annis 700 luce privatur, hoc est secundam mortem obiit

Seth annis 205 natus genuit Enos; ab Adamo itaque usque ad Enos natalem diem numerantur D anni 435.

Enos annorum 190 genuit Cainan.

mortuus fuisset in Moabitide, et Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximiore agnato jus suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maaloni suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis sed Boozi filius dicitur ab evangelistis, qui Christi prosapiam texuerunt; et in libro, qui inscribitur Ruth. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre duntaxat locutum; Boozum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua jubebatur ut filius ex fratris vidua susceptus ejus nomine appellaretur, ad Boozum non pertinuisse. Deinde dici potest, Boozum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior exstitisset quam Maalon.

(31) *Τὸ ἀνέκαθ.* Leg. γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ τὸ ἀνέκαθεν ἀρξάμενοι. Goar.

(32) *Εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρ.* Observa, Christi natalem diem ἐπιφάνειαν vocari Africani testimonio, qui Antonino Heliogabalo imperante vixit. Id.

(33) *Ὡς οἶμαι.* Leg. ὡς οἶμαι, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, ὅτι οἱ υἱοὶ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Σὴθ προσαγορεύονται. Id.

(34) *Ἀποκαλεῖν.* Leg. ἀποκαλεῖ. Id.

(35) *Τὴν ἀγανάκτ.* Εἰς ἀγανάκτησιν κινήσασθαι. Id. — Locus manifeste vitiosus. Ed. Patr.

(36) *Ἔτει δὲ ἀριθ.* — *Ἐσχολακότας* συνιέναι χρὴ, οὓς τῶν ἄστρων κινήσεως καὶ τῶν μετεώρων τὴν γνῶσιν ταῖς γυναιξὶ παραδεδωκέναι λέγει, ἀφ' ὧν... Id.

(37) *Ἐτῶν* ριε'. Error librarii est ριε', ut lineis superioribus σκε', Græcis codicibus ρι' et σε' legentibus. Id.

Digitized by Google

Cainan autem annorum 170 genuit Malaleel.
Malaleel vero annorum 165 genuit Jared.
Jared ætatis 162 genuit Enoch.
Enoch vero annorum 165 genuit Mathusala : annisque ducentis superstes cum Deo placuisset, non ulterius visus est.
Mathusala annis 187 natus genuit Lamech.
Lamech annis 188 natus genuit Noe.

A Καϊνᾶν δὲ ἐτῶν ρ' γεννᾷ τὸν Μαλελεήλ.
Μαλελεὴλ δὲ ἐτῶν ρξε' γεννᾷ τὸν Ἰάρεδ.
Ἰάρεδ δὲ ἐτῶν ρξθ' γεννᾷ τὸν Ἐνώχ.
Ἐνὼχ δὲ ὑπάρχων ἐτῶν ρξε' γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ εὐαρεστήσας τῷ Θεῷ, ἐπιζήσας ἔτη σ' οὐχ εὑρίσκετο.
Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπη' (38) ἐγέννησε τὸν Λάμεχ.
Λάμεχ ὑπάρχων ἐτῶν ρπη' γεννᾷ τὸν Νῶε.

IV. *Ibid.*, *pag.* 21, *al.* 17. De diluvio.

Universum animantium genus aquis diluvii consummare decrevit Deus, vicesimum et centesimum annum homines non superaturos minatus. Nullus porro dubius hæsitet, aut quæstionem anxius moveat, spatium hoc vitæ quosdam prætergressos contemplatus. Ætatis quippe durationisque vitæ spatium post solos centum annos diluvio instante terminandum, peccatoribus vicesimum jam annum agentibus, in scelerum pœnam, velut lata sententia fuit præfixum. Noe vero ob singularem justitiam sibi gratum arcam construere jussit Deus : eaque absoluta, ingressi sunt in eam ipse Noe et filii, uxor et nurus, et selectæ quædam ad generis eorum cujusvis conservandi fiduciam animantium primitiæ. Imminente porro diluvio annos vitæ sexcentos Noe jam attigerat ; aquis vero subsidentibus, in montibus Ararat, quos esse Parthiæ novimus, quidam licet Celænis, vel in nigra Phrygia contendant exstare (locus uterque mihi de visu notus est), arca constitit. Aquarum hæc inundatio anno integro stetit, ac demum exsiccata est terra. Combinata demum mas et femina, prout reperiri contigit, non ordine quo juxta genus distincta fuerant ingressa, ex arca prodierunt animantia, quæ subinde a Deo prospera benedictionum accessione cumulantur : et eorum quidem, quæ nobis conducunt, nonnihil ista significant.

Ἔγνω πᾶν ὁ Θεὸς ἀφανίσαι ζώων γένος ἐν κατακλυσμῷ, ἀπειλήσας ρκ' ἔτη οὐχ ὑπερβήσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Μηδὲ νομιζέσθω ζήτημα, διὰ τὸ πλείονα χρόνον τινὰς ὕστερον βιῶναι. Τὸ γὰρ διάστημα τοῦ χρόνου γέγονεν ἑκατὸν ἔτη μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν τότε· ἦσαν γὰρ εἰκοσαετεῖς. Τῷ Νῶε διὰ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι κιβωτὸν ὑπέθετο κατασκευάσαι Θεός· καὶ γενομένης, εἰσῆλθον εἰς αὐτὴν, αὐτός τε Νῶε, καὶ οἱ υἱοὶ, ἡ γυνὴ, B καὶ αἱ νύμφαι, καὶ ἀπὸ παντὸς ζώου ἀπαρχὴ, εἰς διαμονὴν τοῦ γένους. Ἦν δὲ ἐτῶν ἑξακοσίων ὁ Νῶε, ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. Ὡς δὲ ἔληξε τὸ ὕδωρ, ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραράτ, ἃ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ (39)· τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας (40) εἶναί φασιν· εἶδον δὲ τὸν τόπον ἑκάτερον. Ἐπεκράτησε δὲ ὁ κατακλυσμὸς ἐνιαυτόν· καὶ τότε ἐξηράνθη ἡ γῆ. Οἱ δὲ ἐξελθόντες τῆς κιβωτοῦ κατὰ συζυγίας, ὡς ἔστιν εὑρεῖν, καὶ οὐχ, ὃν εἰσῆλθον τρόπον, κατὰ γένη, εὐλογοῦνται πρὸς τοῦ Θεοῦ. Τούτων μὲν οὖν ἕκαστον τῶν διαφερόντων τι σημαίνει.

V. *Ibid.*, *pag.* 83, *al.* 67.

Ingruente diluvio 600 annorum erat Noe. Ab Adamo igitur versus Noe et diluvium numerantur anni 2262.

Νῶε ἦν ἐτῶν χ' ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. Γίνεται τοίνυν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ,βσξβ' ἔτη.

VI. *Ibid.*, *pag.* 86, *al.* 68.

Post diluvium Sem genuit Arphaxad.
Arphaxad annis 135 natus genuit Sala, anno 2397.
Sala annis 130 natus genuit Heber, anno 2527.
Heber annis 134 natus, anno 2661, genuit Phalec, sic vocatum, quod ejus ætate divisa fuerit terra.
Phalec annis 130 natus genuit Ragau, et superstes annis 209 morte sublatus est.

C Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξάδ.
Ἀρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλε' γεννᾷ τὸν Σαλὰ, ,βτιζ'.
Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ' γεννᾷ τὸν Ἔβὲρ, βφχζ'.
Ἔβὲρ γενόμενος ἐτῶν ρλδ' γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, ,βχζα'· οὕτως ἐπικληθέντα διὰ τὸν ἐν ἡμέραις αὐτοῦ μερισθῆναι τὴν γῆν.
Φαλὲκ ἐτῶν ρλ' ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ, καὶ ἐπιζήσας ἔτη σθ' ἐτελεύτησεν.

(38) *Μαθουσάλα ἐτῶν ρπη'.* Legendum ρπζ', ex Syncelli testimonio suadeo. Scribit enim pag. 16 : Μαθουσάλα γενόμενος ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Λάμεχ, τῷ χιλιαστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, τῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσιν τὴν γέννησιν Λάμεχ. Οἷς ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας. Goar.

(39) *Ἃ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ.* Imo in Armenia : nisi librarius cunctis auctoribus certior vaticinetur. Cedrenus ex Georgio : Τὰ ὄρη Ἀραρὰτ ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ Ἀρμενίας· τινὲς δέ φασιν ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας. Syncellus ipse inferius : ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἀραρὰτ, τοῦτ' ἔστι τῆς Ἀρμενίας. Id.

(40) *Τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας.* Quod Phrygiæ nigræ mons sit Ararat, ex quo Marsyas fluvius emanat, et, Ortelio teste, ex oraculis Sibyllinis dicatur in eo arca constitisse. Conciliatas de diversis quibus arca resedisse dicitur locis sententias lege inter Allatii notas ad Eustathii 49. Id.

Digitized by Google

VII. *Ibid.*, *pag.*, 93, *al.* 74.

Τῷ ,γσοζ' ἔτει τοῦ κόσμου ἐπέβη Ἀβραὰμ τῆς ἐπηγγελμένης Χανανίτιδος γῆς. A Anno mundi 3277, terram Chananitidem sibi promissam ingressus est Abraham.

VIII. *Ibid.*, *pag.* 99, *al.* 79.

Περὶ Ἀβραάμ.

Ἔνθεν ἄρχεται τῶν Ἑβραίων ἡ προσωνυμία. Ἑβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἑρμηνεύονται, οἳ διεπεράσαντο Εὐφράτην μετὰ Ἀβραάμ· καὶ οὐχ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ Ἔβὲρ τοῦ προειρημένου. Συνάγεται τοίνυν εἰς τὴν ἐπίβασιν τῆς κατηγγελμένης γῆς Ἀβραὰμ, ἀπὸ μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ Νῶε, γενεῶν δέκα ἔτη ,αιε'· ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ γενεῶν εἴκοσι ἔτη ,γσζ' (41).

De Abraham.

Hic primum nomen Hebræorum auditum est. Hebræi namque Transmigrantes exponuntur, qui cum Abraham trajecerunt Euphratem ; et non, ut quidam autumant, ab Heber : de quo alibi sermo habitus. A præterito itaque diluvio, Noeque temporibus, usque ad ingressum Abrahæ in terram promissam, generationum decem anni 1015 colliguntur : ab Adamo vero, generationum viginti anni 3277.

IX. *Ibid.*, *pag.* 100, *al.* 80.

De Abraham et Lot.

Λιμοῦ κατασχόντος τὴν γῆν τὴν Χανανίτιδα κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον Ἀβραάμ· καὶ δεδιὼς μὴ διὰ τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς ἀναιρεθῇ, ἀδελφὸς εἶναι σκέπτεται (41'). Ἐπαινεθεῖσαν δὲ ἠγάγετο Φαραώ· οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι. Καὶ ὁ μὲν δίκας ἔτισε τῷ Θεῷ· ὁ δ' ἅμα τοῖς ἰδίοις Ἀβραὰμ ἔβη πλουτῶν ἀπηλλάσσετο. Ἐν Χαναὰν διεπληκτίσαντο ποιμένες τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Λὼτ, καὶ, δόξαντος αὐτοῖς, ἐχωρίσθησαν, ἑλομένου Λὼτ ἐν Σοδόμοις οἰκεῖν δι' ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα, Γόμορρα, Ἀδαμὰ, Σεβοεὶμ, Σηγὼρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. Τούτοις οἱ πλησιόχωρα τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπολέμησαν, ὧν ἡγεῖτο Χοδολλογόμορ βασιλεὺς Αἰλάμ· συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικὴν, ἣ καλεῖται νῦν θάλαττα Νεκρά. Ἐν ταύτῃ πλεῖστα τῶν θαυμασίων τεθέαμαι· ζώων τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει· καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται, ζῶντες δὲ οὐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιντο. Λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβενύμενοι δὲ καταδύουσιν. Ἐνταῦθα δὲ εἰσὶν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί· φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἄλα ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γάρ ἐστι καὶ διαυγῆ· ἔνθα δ' ἂν καρπὸς εὑρεθῇ, κάπνου πλέον εὑρίσκεται θολερωτάτου. Τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχων τὰ ἐναντία. Εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν τροφὴν, ὡς πορφύραν διατρέφοντα, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἐληξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τοῦ βαλσάμου φυτόν· ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.

Fame per terram Chananitidem grassante, Abraham descendit in Ægyptum : at ne ob uxoris venustam speciem occideretur, fratris nomine simulate accepto servatur. Saram forma laudatam abducit Pharao : hoc quippe nomine reges appellant Ægyptii. Et ille quidem simul cum domesticis pœnas Deo solvit ; Abraham vero cum famulitio multis divitiis auctus dimittitur. Pastores Abraham et Loth rixis pugnisque contendunt ; ipsi tamen communi sententia separantur ab invicem : Loth propter terræ quinque civitatibus Sodomis, Gomorrha, Adama, Seboim et Segor, totidemque regibus insignis, ubertatem et gratam planitiem, Sodomis habitare seligente. His vicini Syrorum reges quatuor, quorum dux præcipuus erat Chodollogomor rex Aelam, bellum intulerunt ; et ad mare Salis, nunc Mortuum, manus conseruerunt. In isto mari quamplurima portenta visu digna observavi. Nullum animans nutrit ejus aqua ; et mortua quidem cadavera in eam cito merguntur, viva vero corpora enatant, nec imum facile petunt ; faces ardentes in ea sursum feruntur, exstinctæ merguntur. In eadem bituminis origo et officina : producit alumen, et paucum salem, nonnihil a reliquis discrepantia ; amara sunt enim et pellucida. Ubicunque circa eam fructus enascitur, turbido tantum fumo turget. Aqua hæc utentibus admodum salubris est, ac more cuilibet aquæ contrario exsiccatur : et nisi Jordanem ad instar conchæ nutritium et continuum humorem subministrantem haberet, ac velut exsiccationis periculo obsistentem, citius quam videatur, defecisset. Circumquaque non minima balsami plantæ copia est ; quam quidem ob vicinorum incolarum improbitatem a Deo dicunt profligatam penitus et exstirpatam.

X. *Ibid.*, *pag.* 107, *al.* 86.

De patriarcha Jacob.

Ἡ ποιμενικὴ (42) σκηνὴ τοῦ Ἰακὼβ ἐν Ἐδέσσῃ

I. Pastorale Jacob tentorium usque ad Antonini

(41) Ἔτη ,γσζ'. Mendosum numerum ,γσζ' in ,γσοζ' commutandum cogit hæc ratio. A mundi ortu ad diluvium numerat Africanus annos 2262, quibus ad Abrahæ natalem diem addit alios 1015. Ex utraque igitur summa collegit ,γσοζ' 3277. Goar.

(41*) Forte σκήπτεται. Edit. Patrol.

(42) Ἡ ποιμεν. Hæc et sequentia de Jacob ab Africano enarrata, exstant apud Syncellum l. c. refertque Scaliger in suis excerptis Græcis Eusebianis pag. 22, tacito Syncelli nomine : quod præteriit Tillemontium *Mém. eccl.* tom. III, p. 253.

Digitized by Google

Romanorum imperatoris Edessæ tempora servatum, fulmine dejectum est.

II. Tristatus Jacob de cæde Sichimorum a Symeone et Levi sororis Dinæ stuprum ulturis perpetrata, cum patrios illius gentis deos a suis coli non ferret, ad petram sub mirabili terebintho, quæ ad hanc usque diem in honorem patriarcharum apud incolas in pretio est, cuncta illa simulacra sepelivit : atque inde migravit in Bethel. Ante terebinthi istius stipitem erat exstructum altare, ad quod protensas et assiduas preces celebrioribus festis et populi conventibus fundebant regionis incolæ : terebinthus autem, licet arderet, nihil tamen damni patiebatur. Ad eam Abraham et Isaac sepultura posita. Baculum unius ex Angelis hospitio receptis ab Abraham, ejus ibi manu plantatum quidam esse affirmant.

A σωζομένη κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου (43) βασιλέως Ῥωμαίων, διεφθάρη κεραυνῷ.

Ἰακὼβ ἀπαρεσθεὶς τοῖς ὑπὸ Συμεὼν καὶ Λευὶ πραχθεῖσιν ἐν Σικίμοις διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς φθορὰν εἰς τοὺς ἐπιχωρίους, θάψας ἐν Σικίμοις οὓς ἐφέρετο θεοὺς παρὰ τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν θαυμασίαν τερέβινθον (44), ἥτις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται, μετῆρεν (45) εἰς Βεθήλ. Ταύτης παρὰ τὸ πρέμνον τῆς τερεβίνθου βωμὸς ἦν, ἐφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον (46) ἐν ταῖς πανηγύρεσι (47) τῆς χώρας ἔνοικοι· ἣ δ' οὐ κατεκαίετο δοκοῦσα πιμπρᾶσθαι (48). Παρὰ ταύτην ὁ τάφος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ. Φασὶ δέ τινες ῥάβδον εἶναι τινὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραὰμ φυτευθεῖσαν αὐτόθι.

B

XI. *Ibid., pag.* 106. *al.* 85.

Ab Adamo usque ad obitum Joseph ex hocce libro generationes quidem 23, anni vero 3563, numerantur.

Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν (49) ἐπὶ τὴν τελευτὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐκ τῆσδε τῆς βίβλου γενεαὶ μὲν κγ', ἔτη δὲ ,γφξγ'.

XII. *Ibid., pag.* 148, *al.* 118, *ex lib.* III *Chronogr. Africani.*

Ex hoc igitur laterculo, Ogygum cui a priori diluvio factum nomen, pluribus e medio sublatis ser-

Φαμὲν τοίνυν ἔκ γε τοῦδε συντάγματος, Ὠγυγὸν (50), ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος (51),

(43) *Ἀντωνίνου.* Heliogabalum intellige, cujus ætate florebat Africanus. Eo sane sensu hæc accepit idem Syncellus, qui statim subdit: ὡς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς, ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀντωνίνου ἱστορήσας.

(44) *Θαυμασίαν τερέβινθον.* De qua copiose Scaliger (in not. ad Græca Euseb. p. 414), imponens etiam lectori, ubi Hegesippum eam superstitem negasse asserit, qui tantum an maneret sibi dixit incertum. Certius de illa disserunt oculati testes, Franciscus Quaresmius in *Eluciaat. terræ sanctæ*, Eugenius Rogerius, et alii de sacris peregrinationibus auctores. Goar. — Videsis Valesium ad Eusebium *De vit. Constant.* lib. III, cap. 53, nott. 3 et 5, qui et alibi ad ejusdem Eusebii *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 6, observat ex S. Hieronymo in cap. XXXI Jeremiæ, exsecrabile fuisse Judæis, mercatum celeberrimum qui quotannis fiebat ad Terebinthum, invisere.

(45) *Μετῆρεν.* Præmittendum censet Goarus ἐντεῦθεν· quod minus necessarium videtur: θάψας... μετῆρεν.

(46) *Ἐφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον.* Ἐκτενὰς se ignorare fatetur Scaliger. Usitat Ecclesia Orientalis : *preces* videlicet *protensiores* a diacono pronuntiandæ, quibus pro cunctis hominum generibus variisque humanæ vitæ necessitatibus Ecclesia diserte et explicate Deum O. M. exorat. Quanti faciendæ ab omni vere Christiano homine, vetustas earum a quatuordecim jam sæculis probata commonet. De illis abunde in nostris Euchologicis. Goar. — Svicerum adi, si placet, in *Thes. Eccl.* tom. I, pag. 1073, v. Ἐκτενής, II. Cæterum Allatius in notis ad Eustathium pag. 293, hæc Africani verba corrupta censet, atque ita ex suo Eustathio restituenda : ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον. Quod minime admittendum videtur. Verba enim Africani παραφράζειν auctor perhibetur, ut mox patebit.

(47) *Ἐν ταῖς πανηγύρεσι.* Ut mercatum ethnicis, ita Christianis sacrum conventum indicat πανήγυρις. Ethnicam solam significantiam memorat Scaliger. Goar.

(48) *Ἡ δ' οὐ κατεκ. δοκ. πιμπρ.* His ceu fide dubia Scaligero nutantibus, et a præviis paginis textus Euseb. 22 rescissis et expunctis, certius testimonium reddit Eustathius ab Allatio editus. Sic enim ille pag. 77 : Ἐν ᾧ τόπῳ ὑπῆρχε καὶ ἡ τερέβινθος, ὑφ' ἣ ἔκρυψεν Ἰακὼβ τοῦ Λάβαν τὰ εἴδωλα· ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν εἰς τιμὴν τῶν προγόνων ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων θρησκεύεται. Ἔστι γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τὸ πρέμνον αὐτῆς βωμὸς, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον· εἶναί τέ φασι ῥάβδον αὐτὴν ἑνὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραὰμ, ἥνπερ τῷ τόπῳ τότε παρὼν ἐνεφύτευσε· καὶ ἐξ αὐτῆς ἡ ἀξιάγαστος αὕτη ἀνεφύη τερέβινθος. Ὑφαφθεῖσα γὰρ ὅλη πῦρ γίνεται, καὶ νομίζεται τοῖς πᾶσιν εἰς κόνιν ἐκ τῆς φλογὸς ἀναλύεσθαι, κατασβεσθεῖσα μέντοι ἀσινὴς ὅλη καὶ ἀκέραιος δείκνυται. Hoc est : « Eo loci (quo Abraham et Jacob et Joseph sepulti) stabat terebinthus, sub qua Labani simulacra Jacob occultavit. Ea etiamnum perseverat; et in majorum honorem a vicinis incolis præcipuo honore colitur. Ad ejus enim stipitem in hodiernum usque diem altare erectum est, ad quod holocausta et hecatombas offerebant. Baculumque unius ex angelis ab Abraham hospitio exceptis eam esse dicunt, quem tunc inibi loci plantans in terram fixit : et ex eo mira illa terebinthus prodiit. Succenso etenim igne tota flammis ardet, et jam jam in cineres vertenda ex flammæ magnitudine apparet. Igne vero sopito, pura omnino et incorrupta demonstratur. » Hac de re insuper habet nonnulla Eusebius *Demonstr. evang.* lib. V, cap. 9, pag. 234. Id.

(49) *Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν.* Eadem repetit ex Africano Syncellus paulo post pag. 111, al. 88, ipsumque annis 110 vel 109 a vero aberrasse, utrobique contendit. Ad hunc autem locum adnotat ista Goarus : « Ut Levi, ita et Joseph ab Adamo soboles 24ª numeratur : qui, ob Cainan ab Africano præteritum, ipsi tertia supra vicesimam recensetur. Observa γέννησιν, haud τελευτήν, hic legendum. »

(50) *Ὠγυγόν.* Ogygum cum Viveto in Solinum, alii Ogygem pronuntiantibus, ubique reddidi. Ὠγυγόν Græce scribunt Josephus *in Apionem*, Eusebius *De præpar.*, cap. 1; Tatianus *Orat. adv. gent.*; Clemens I *Strom.*, et alii. Ogygium etiam Eusebius Latinus ad annum Abrahæ 220. Goar.

(51) *Ὃς... ἐπώνυμος.* Ut ab antiquo malo nomen accepit, ita primis et vetustis malis dedit nomen pa-

Digitized by Google

πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς, κατὰ τὴν Αἴγυπτον τοῦ λαοῦ μετὰ Μωϋσέως ἔξοδον γενέσθαι. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Μετὰ δὲ Ὦγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἐμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ (52), μέχρι Κέκροπος ρπ'. Τὸν μὲν γὰρ Ὦγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶν ὁ Φιλόχορος. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Ἀπὸ Ὠγύγου ἐπὶ Κῦρον, ὅπως ἀπὸ Μωϋσέως ἐπὶ τὸν αὐτοῦ χρόνον, ἔτη ασλε' (53).

A vatum, ævo illo quo cum populo Moyses ex Ægypto profectus est, exstitisse affirmamus. *Et post nonnulla:* Devastato diluvii aquis hominum genere, ad usque Cecropis ætatem et annos 189 post Ogygum, absque regibus Attica nunc dicta regio permansit. Verum enimvero Actæum Ogygum, vel quævis alia ficta nomina nusquam exstitisse Philochorus affirmat. *Aliisque interjectis:* Ab Ogygo usque ad Cyrum, velut a Moyse ad eumdem usque terminum, anni numerantur 1235.

XIII. *Ex eodem libro* III. *Apud Eusebium Præparat. evang. lib.* X, *cap.* 40.

Α'. Μέχρι μὲν Ὀλυμπιάδων, οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι, πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων· αἱ δὲ ἠκρίβωντο πολλοῖς, τῷ μὴ ἐκ πλείστου διαστήματος, διὰ τηρητείας δὲ, τὰς ἀναγραφὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας. Οὗ δὴ χάριν τὰς ἐνδοξοτάτας, καὶ μυθώδεις ἐπιλεξάμενος ἱστορίας, μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπιδραμοῦμαι· τὰς δὲ μετὰ ταῦτα, συζεύξας κατὰ χρόνον ἑκάστας, εἴ τινες ἐπίσημοι, ταῖς Ἑλληνικαῖς τὰς Ἑβραϊκὰς, ἐξιστορῶν μὲν τὰ Ἑβραίων, ἐφαπτόμενος δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, ἐφαρμόσω τόνδε τὸν τρόπον· λαβόμενος μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ, καὶ ταύτης ἐρόμενος, ἀφαιρῶν τε καὶ προστιθεὶς, τίς τε Ἕλλην, ἢ Πέρσης, ἢ καὶ ὁστισοῦν τῇ Ἑβραίων συνεχρόνησεν (54), ἐπισημειούμενος, ἴσως ἂν τοῦ σκοποῦ τύχαιμι.

δοκεῖ, ἀλόγως. Ἑβραῖοι γὰρ ἄγουσι τὸ Πάσχα κατὰ fundamento. Hebræi quippe luna 14 Paschæ cele-
σελήνην ιδ', πρὸ δὲ μιᾶς τοῦ Πάσχα τὰ περὶ τὸν brant. At certe Paschalem solemnitatem die præ-
Σωτῆρα συμβαίνει· ἔκλειψις δὲ ἡλίου σελήνης ὑπελ- eunte quæ passionem spectant a Salvatore tolerata
θούσης τὸν ἥλιον γίνεται. Ἀδύνατον δὲ ἐν ἄλλῳ fuere: solis vero defectus nonnisi luna solem
χρόνῳ, πλὴν ἐν τῷ μεταξὺ μιᾶς καὶ τῆς πρὸ αὐτῆς, subeunte cernitur. Verum cum non alio temporis
κατὰ τὴν σύνοδον αὐτὴν ἀποβῆναι· πῶς οὖν ἔκλειψις momento præterquam eo quod lunæ veteris diem
νομισθείη κατὰ διάμετρον σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς ultimum et renovandæ primum contingit, in ipso
σελήνης ἡλίῳ; Ἔστω δή, συναρπαζέτω τοὺς πολλοὺς B nimirum utriusque sideris congressu eclipsim in-
τὸ γεγενημένον, καὶ τὸ κοσμικὸν τέρας ἡλίου gruere observemus; qua ratione censebitur eclipsis
ἔκλειψις ὑπονοείσθω ἔν τι κατὰ τὴν δύσιν. Φλέγων sole oppositam lunæ cœli partem tenente? Esto
ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ ἔκλει- tamen. Rapiat post se quos volet, et inter alia toti
ψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν ἀπὸ ὥρας ἕκτης, μέχρις orbi manifesta unum hoc solis deficientis ex ocu-
ἐνάτης· δῆλον ὡς ταύτην. Τίς δ' ἡ κοινωνία σεισμῷ, lorum judicio portentum numeretur. Sane luna toto
καὶ ἐκλείψει, πέτραις ῥηγνυμέναις, καὶ ἀναστάσει orbe radiante ab hora diei 6 ad 9 usque integram
νεκρῶν, τοσαύτῃ τε κινήσει κοσμικῇ; Ἐν γοῦν τῷ solis eclipsim Tiberio Cæsare imperante contigisse
μακρῷ χρόνῳ τοιοῦτόν τι συμβὰν οὐ μνημονεύεται· narrat Phlegon: eam utique de qua nobis sermo.
ἀλλ' ἦν σκότος θεοποίητον, διότι τὸν Κύριον συνέβη Verum enimvero quæ tanta est cum terræ motu et
παθεῖν· καὶ λόγος αἱρεῖ ὅτι ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες eclipsi, diruptis saxis, et resurrectioni mortuorum,
εἰς τοῦτον συναιροῦνται τὸν χρόνον ἐν τῷ Δανιήλ. tantæque creaturarum omnium perturbationi so-
cietas? Certe longa retro annorum serie simile quid nulla reperimus accidisse memoria. Erant itaque
novum Dei opus illæ tenebræ, ipso mundi Domino patiente exortæ. Septuaginta vero hebdomades a
Daniele memoratas hoc tempore complendas, et terminum attigisse ratio convincit.

Β. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες C II. Ab Artaxerxis autem imperio ad ætatem usque
εἰς τὸν ἐπὶ Χριστοῦ συντελοῦνται χρόνον κατὰ τοὺς Christi ex Hebræorum computo septuaginta nu-
Ἰουδαίων ἀριθμούς. Ἀπὸ γὰρ Νεεμίου, ὃς ὑπ' Ἀρ- merantur hebdomades. A Neemia quippe qui sub
ταξέρξου τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκήσων ἐπέμφθη, ἐπὶ τὸ Artaxerxe Jerusalem suis incolis instauraturus
εἰκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν τῆς Περσῶν βασιλείας, αὐτοῦ circa imperii Persarum annum vicesimum supra
δ' Ἀρταξέρξου κ' ἔτει, Ὀλυμπιάδος πγ' ἔτει δ', ἐπὶ centesimum, ipsius videlicet Artaxerxis 20, et ab
τούτων τῶν χρόνων, ὃς ἦν Ὀλυμπιάδος σβ', ἔτος δεύ- Olympiadis LXXXIII anno 4, ad hoc usque tempus
τερον, Τιβερίου δὲ Καίσαρος ἡγεμονίας ἔτος ις', et Olympiadis CCII annum 2, Tiberii vero Cæsaris
ἔτει (71*), συνάγεται υοε', ἅπερ Ἑβραϊκὰ υλ' ἔτη γί- annum 16, alii anni 475 putantur: qui Hebræorum
νεται, κατὰ τὸν σεληνιαῖον μῆνα τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐκείνων annis 490, illis nimirum annos lunaribus mensibus
ἐξαριθμουμένων, ὡς ἐστὶ πρόχειρον εἰπεῖν, ἡμερῶν dierum 29, cum medio conflatos, quod demonstrare
κθ', καὶ ἡμισείας. τοῦ κυκλικοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ καθ' facile est, recensentibus, coæquantur: solaris
ἡμῶν ὑπάρχοντος ἡμερῶν τξε', δ', κατὰ σελήνην δω- quippe anni periodus diebus 365 cum quadrantis
δεκάμηνον παραλλάσσειν ἡμέρας ια', καὶ δ'· διὰ appendice conficitur; lunaris autem mensibus li-
τοῦτο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβο- cet 12 composita, diebus 11 et quadrante variare
λίμους ἔτεσιν η' παρεμβάλλουσιν· ὀκτάκις γὰρ τὰ D deprehenditur; quæ causa est ut menses tres insi-
ια' καὶ τέταρτον ποιεῖ τρίμηνον. Τὰ τοίνυν υοε' ἔτη titios annis octo evolutis Græci Judæique interpo-
ὀκταετίαι μὲν γίνονται νθ', καὶ μῆνες τρεῖς, ὡς τρι- nant: octo siquidem per undecim cum quadrante
μήνου ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ προσγινομένου, ἔτη ducta spatium trimestre componunt. Anni ita-
συνάγεται ιε', ταῦτά τε πρὸς τοῖς υοε' ἔτεσιν, ο' que 475 per octennia 59 et menses tres dividuntur:
ἑβδομάδες. Μὴ δή τις ἡμᾶς κατ' ἀστρονομίαν ἀριθ- ex trimestribus itaque unicuique octoeteridi inter-
μῶν ἀπείρους εἶναι νομιζέτω, τξε' ἡμερῶν καὶ τε- calatis anni quindecim colliguntur, quos si annis
τάρτου μορίου προτεταχέναι αὐτήν. Οὐδὲ γὰρ ἀγνοίᾳ 475 addideris, dubio procul hebdomades 70 colli-
τοῦ ἀληθοῦς, διὰ δὲ τὴν λεπτολογίαν τὸ ψηφιζόμενον ges. Nemo itaque nos ceu præceptis astronomiæ
συνετέμομεν. Τοῖς δὲ ἐπ' ἀκριβὲς πάντα πειρωμέ- parum imbutos arguat, qui annum diebus 365 et
νοις ἐξετάζειν, καὶ τοῦθ' ὡς ἐν γραφῇ παρακείσθω. quadrante componi jam statuimus; non ex veri-
tatis quippe inscitia, quinimo exquisitas potius astronomiæ minutias sectati, relatam summam

(71*) Forte leg. ἔτη, vel, ἕτερα. subintellecto ἔτη. Cæterum non purus videtur locus. EDIT. PATROL.

Digitized by Google

in hunc modum subduximus : accuratiorem vero omnium notitiam consequi cupidis, quod sequitur etiam tanquam in tabula repræsentetur.

III. Annorum unusquisque dierum omnino 365 numerum intercipit : diei vero et noctis spatio per decemnovennale distributo, quinariam ejus partem dividentem esse percipimus. Interim vero cum annum diebus 365, et quadrante componi, et ex decemnovennalis quotientis partibus quinque......... post annos 475, dies sex cum quadrante ex æquo respondentes emergunt. Insuper vero mensem lunarem dies 29 et medium ad numerandi exquisitiorem peritiam includere reperimus, dieique ac noctis intervallo in partes 215 distributo harum 71 cum media...... quæ nonagesima quarta tria conficiunt habemus. Et hæc brevi temporis spatio colliguntur. Ab Artaxerxis autem imperii anno vigesimo (cujus Esdras Hebræis laudatus auctor testis est) qui Græcanicæ Olympiadis LXXXIV quartus fuit, ad Tiberii Cæsaris annum decimum sextum, qui Olympiadis CCII anno 4 æqualis est; annos Julianos 475 supra memoratos, qui Hebræos 490 juxta præmissa componunt, numerantur, id est hebdomades 70, post quas Christi adventus a Gabriele Daniel prænuntiatus est. Hebraici vero anni quindecim aliis adjecti, annorum saltem 10 errorem licet nonnemini videantur invehere, certe dubium hoc in medium nihil absurdi proferre indubius sum. At quam commode hebdomas una et altera media (quam ad numeri complementum assumendam conjicimus), de annis 15 quæstioni factæ medeatur, et terminum reddat breviorem, uno verbo consummationem abbreviet, quod prophetiæ symbolis involutæ proferri soleant, omnino manifestum puto.

Γ'. Τὸ μὲν ἔτος ἐπίπαν (72) ἕκαστον ἐστὶν ἡμερῶν τξε', καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς ἐννεακαιδέκατον διαιρεθείσης, μέρη τούτων τὰ πέντε (73). Μεταξὺ δὲ τοῦ λέγειν τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τξε', καὶ τεταρτομορίου, καὶ τῶν ἀπὸ ιθ', τῆς νυχθημέρου μερῶν ε'..... εἰς τὰ υοε', ἡμέραι τὸ παράλληλον εἰσὶ ϛ', καὶ τεταρτομόριον. Ἔτι γε μὴν τὸν τῆς σελήνης μῆνα κατὰ τὴν ἀκριβῆ λεπτολογίαν εὑρίσκομεν κθ', καὶ ἡμισείας ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης εἰς μέρη σε', τούτων τὰ ο', καὶ ἥμισυ..... ἃ γίνεται ἐννενηκοστοτέταρτα (74) τρία. Καὶ ταῦτα περὶ ὀλίγον χρόνον καταγίνεται. Συμβαίνει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀρταξέρξου βασιλείας ἔτους κ' (ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ παρ' Ἑβραίοις ὅπερ καθ' Ἕλληνας ἦν Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς τέταρτον ἔτος, μέχρις ἕκτου καὶ δεκάτου Τιβερίου Καίσαρος, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος σβ' ἔτος δεύτερον, ἐπισυνάγεσθαι τὰ προειρημένα υοε', ἃ γίνεται κατὰ Ἑβραίους ἔτη υϟ', ὡς προείρηται, τοῦτ' ἔστι ἑβδομάδες ο', καθὰ προεφητεύθη τῷ Δανιὴλ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Χριστοῦ παρουσία. Εἰ δέ τῳ δοκεῖ τὰ ιε' ἔτη τὰ Ἑβραϊκὰ πλάνην ἐγγεννᾷν μετ' ἐκεῖνα εἰς ἡμᾶς ἔτη ι' (75) ἐγγὺς, καὶ οὐδὲν ἐν μέσῳ παράδοξον ἱστόρηται. Δύναται δὲ ἡ μία καὶ ἡμίσεια ἑβδομὰς, ἣν ἐπὶ συντελείᾳ παραλαμβάνεσθαι δεῖν ὑπενοοῦμεν, παρηγορεῖν τὸ ἐπιζητούμενον τῶν ιε' ἐτῶν, καὶ κουφίζειν τὸν χρόνον (76), ὅτι τε συμβολικώτερον αἱ προφητεῖαι ἐξενηνεγμέναι τυγχάνουσι δῆλον.

IV. Sane quantum minerva dedit, Scripturam recte me percepisse arbitror : quandoquidem ipsum de visione dictum præcedens calculos omnes in summam redigere videtur, cujus verbis primis ait : *In anno tertio regni Balthasar*[a]; quibus de regni Persarum, Græcorum armis excidio (quorum regnum utrumque arietis et hirci figura designat) vaticinatur : *Sacrificium*, inquit, *tolletur, et sancta in conculcationem deserta fient, quæ diebus* 2300 *circumscribentur*[b]. Die namque in mensem a nobis reputato, prout prophetarum locis aliis dies annorum vice, et iterum alibi diversa ab his ratione sumuntur; diebus pariter superius memoratis in menses redactis, a capta Jerusalem ad Artaxerxis annum vigesimum summam omnem consummatam observavimus. Anni siquidem colliguntur 185, quibus alter, quo Neemias urbi murum circumposuit, addendus. Hebraicos itaque menses 2300, annos computamus 186, quorum octoerides singulæ men-

Δ'. Ὁπόσον δὲ ἐφ' ἡμῖν, ὀρθῶς, οἶμαι, τὴν Γραφὴν ἐδεξάμεθα· ἐπεὶ καὶ συναιρεῖσθαί πως ἡγουμένη τῆς ὀπτασίας περικοπὴ δοκεῖ, ἧς ἡ ἀρχή· *Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ*· ἔνθα περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Περσῶν ἀρχῆς ὑφ' Ἑλλήνων προδηλοῖ, ἣν διὰ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ τράγου προδηλοῖ· *Ἡ θυσία*, φησὶν, *ἡ ἀρθεῖσα καὶ τὰ ἅγια ἐρημωθήσεται εἰς καταπάτημα, ἅπερ εἰς ͵βτ' ἡμέρας περιγραφήσεται*. Εἰ γὰρ εἰς μῆνα τὴν ἡμέραν λογισαίμεθα, ὡς ἀλλαχοῦ κατὰ προφητείαν εἰς ἐνιαυτοὺς αἱ ἡμέραι παραλαμβάνονται, καὶ ἄλλως ἀλλαχόθι, ἀναλύσαντες ὁμοίως τοῖς πρὸ τούτου εἰς μῆνας τοὺς Ἑβραϊκοὺς, εὕρομεν ἂν κ' τῆς Ἀρταξέρξου βασιλείας ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ συντελούμενον τὸν χρόνον. Ἔτη γὰρ συνάγονται ρπε', καὶ ἐνιαυτὸς εἷς ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐτείχισεν ὁ Νεεμίας. Τοὺς οὖν ρπϛ', ἐνιαυτοὺς μῆνας εὑρίσκομεν ͵βτ' Ἑβραϊκοὺς, τῆς ὀκταετίας ἀκολούθως τοὺς πρὸς τούτοις ἐμβολίμους τρεῖς μῆνας προσλαμβανούσης. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου ὅθεν ὁ λόγος

[a] Dan. VIII, 1. [b] Ibid. 13, 14.

(72) *Τὸ μὲν ἔτος ἐπίπαν*. Frequentes per hunc Africani textum respersi errores, Scaligerum ut *Animadv.* pag. 261 scriberet impulerunt : « Ego ista non assequor, neque qui ea somniabat, intelligebat. » Et inferius : « Mira vero discrepantia disputationis hujus cum ea quæ est (ejusdem Africani) in lib. ἀποδείξ., quanquam idem sit argumentum. Omnino hæc, ut hic exstant, nemo assequitur. » [illegible] Africani sententiam, tum hic, tum lib. VIII *De demonstr. evang.*, aliis verbis apud Eusebium expositam testatur. GOAR.

(73) *Τὰ πέντε*. Cod. Barb., τὰ πάντα. ID.

(74) *Ἐννενηκοστοτέταρτα.* Scaliger, ἐννενηκοστά. ID.

(75) *Ἔτη ι'*. Cod. Barb., ἔτη διακόσια. ID.

(76) *Χρόνον*. P. χρόνους. ID.

Digitized by Google

ἐξῆλθεν οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ σ' ἑβδομάδες συντελοῦνται. Ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ Περὶ ἑβδομάδων καὶ τῇδε προφητείας ἀπεδείξαμεν. Θαυμάζω δὲ Ἰουδαίων μὲν μήπω φασκόντων ἐληλυθέναι τὸν Κύριον· τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος δὲ ἀπὸ τῶν προφητειῶν μὴ προηγορεῦσθαι, οὕτω γυμνῶς ὑπ' ἦμιν τῶν Γραφῶν δεικνυουσῶν. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Συνάγονται τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τοῦ Κυρίου παρουσίαν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ τῆς κτίσεως ἔτη ,εφλα', ἀφ' οὗ χρόνου ἐπὶ Ὀλυμπιάδα σν', ἔτη ρλβ', ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται.

A ses tres intercalares ad sese ordine derivant. Cæterum ab Artaxerxis tempore quo de reparandis ædibus Jerusalem edictum promulgatum est, hebdomades 70 complentur. De his vero accuratius in opusculo De hebdomadibus et præfata prophetia privatim tractavimus. Judæos autem Dominum nondum venisse, Marcionis quoque discipulos nusquam ejus adventum prophetiis enuntiatum asserentes, non possum non mirari, tam clare Scripturis rem ob oculos ponentibus. *Et post pauca :* Anni itaque ab Adam condito (76*) ad Christi adventum et ejus resurrectionem 5531 colliguntur : a qua temporis epocha ad Olympiadem CCL, anni 192, ut in præcedentibus declaratum est, intercurrunt.

XIX. *Apud S. Basilium lib. De Spiritu sancto, cap.* 29, § 73, *Opp. tom.* III, *pag.* 61 [*edit. Paris.*

Ἡμεῖς γὰρ (77) οἱ κἀκείνων τῶν ῥημάτων (78) τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν χάριν, εὐχαριστοῦμεν τῷ παρασχομένῳ τοῖς ἰδίοις ἡμῖν Πατρὶ (79) τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα, μεγαλωσύνη σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας.

Nos enim qui et illorum verborum modum didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agimus Patri, qui nobis suis creaturis præbuit universorum Servatorem ac Jesum Christum Dominum nostrum ; cui gloria, majestas, cum sancto Spiritu in sæcula.

Julii Africani fragmentum ex libris *Cestorum* vide supra col. 45.

PASSIO S. SYMPHOROSÆ

ET SEPTEM FILIORUM EJUS

(GALLAND., *Bibliotheca Patrum*, tom. I, Proleg. p. LXXI, et p. 329, ex editis et mss. codd.)

—

ADMONITIO

—

I. *Acta S. Symphorosæ ejusque filiorum, Julio Africano attributa.*
II. *Sub Adriano passi perhibentur ; eorum martyrii occasio.*
III. *Antiquissimus horum martyrum cultus.*

I. Quandoquidem Acta sanctorum martyrum Symphorosæ ac septem filiorum ejus, ex editione Ruinartiana typis excudenda curavimus, præviam proinde V. C. Admonitionem hic describere consultius duximus, quo ejus curam studiumque in iis evulgandis cum *ex editis* tum *ex tribus codicibus mss.* lectores perspectum habeant. Sic autem se habet (80) :

B « B. Symphorosæ filiorumque ejus martyrii Acta quæ hic exhibemus, in mss. codicibus Julio Africano celeberrimo scriptori attribuuntur. Et quidem fieri potuit, ut in ejus libris *De chronographia* quos accuratissime scriptos fuisse testatur Eusebius (81), inserta fuerint, cum in iis præcipuos eventus qui ab orbe condito usque ad Heliogabali imperatoris tempora contigerant,' retulerit. Ve-

(76*) *Ab Adam condito.* In Græco, *ab Adam et creatione.* EDIT. PATROL.

(77) *Ἡμεῖς γάρ.* Hunc locum recitat S. Basilius l. c. sic prælocutus : Ἀλλ' οὐδὲ Ἀφρικανὸν τὸν ἱστοριογράφον τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δοξολογίας παρέλαβε. Φαίνεται γὰρ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τῶν *Χρόνων* ἐπιτομῆς, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγων· Ἡμεῖς, κ. τ. λ. « At nec Africanum historicum talis glorificandi forma præteriit. Siquidem constat in quinta *De temporibus* epitoma, et ipsum ad hunc loqui modum : Nos, etc. » Quo ex loco conjicit Tillemontius *Mém. eccl.* tom. III, p. 256, Africanum quinto suo *Chronographiæ* libro his verbis finem imposuisse.

(78) *Τῶν ῥημάτων.* Tres mss. τῶν ῥητῶν. MARAN.

(79) *Ἡμῖν πατρί.* Sic mss. quinque Editi, ἡμῶν πατράσι. *Qui præbuit nostris patribus omnium servatorem.* Ibidem hæ voces καὶ Κύριον ἡμῶν, desunt in tribus mss. Mox editi, καὶ ἡ μεγαλοσύνη. At codices mss. ut in textu. ID.

(80) Ruinart., *Act. mart.* p. 20 ed. Veron. 1731.

(81) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 31.

Digitized by Google

rum cum id opus jamdudum perierit, an re vera hæc Acta Africano sint ascribenda, asserere non ausim; quamvis de eorum sinceritate nullus videatur dubitandi locus. Ea vero proferimus ex Mombritii, Surii et Carduli editionibus, cum duobus mss. codicibus Colbertinis et uno Sorbonicæ bibliothecæ collatis.

II. « Horum sanctorum neci occasionem præbuit vicinia celeberrimi illius palatii, quod in villa Tiburtina ab Adriano ædificatum fuisse testis est Spartianus. Cum enim imperator hanc regiam domum quam sibi ad delicias construxerat, nescio quibus piacularibus cæremoniis lustrari jussisset, hanc occasionem arripuere sacerdotes Symphorosam incusandi, nihil omnino diis placiturum, nisi prius Symphorosa aut iis sacrificaret, aut ipsa sacrificaretur. Quod ultimum Adrianus, quem superstitiosiorem ex aliis ejus pluribus factis fuisse constat, exsecutus est circiter annum Christi 120, id est sub imperii sui primordia : quo scilicet tempore, ut notat Dio Cassius, iste imperator plurimas cædes fecit.

III. « Cæterum horum martyrum memoria in antiquissimis quibusque Martyrologiis celebratur, quamvis diversis diebus. Romanum quippe cum Notkero eos recolit die 18 Julii, Rabanus die 21 ejusdem mensis, Usuardus et Ado die 21 mensis Junii. In via Tiburtina supersunt adhuc rudera veteris ecclesiæ, ut monet Aringus (82), quæ olim sub eorum nomine Deo consecrata fuerat, quæque hactenus *Ad septem fratres* vocabulum retinet. Eam autem in eo loco constructam fuisse non dubito, quem pontifices in Actis, § IV, *Ad septem Biothanatos*, id est violenta morte peremptos, ut notat Baronius (83), appellarunt. »

Huc usque vir eruditus. Plura vero, præter Tillemontium (84), præstabunt Bollandiani; qui fuse pro more atque accurate satis ea omnia discutiunt (85), quæ ad horum martyrum Acta pertinere noscuntur.

PASSIO S. SYMPHOROSÆ

ET

SEPTEM FILIORUM EJUS.

I. Cum fabricasset Adrianus palatium, et id dedicare vellet ritu illo nefario, cœpissetque sacrificiis idolorum ac dæmonum qui in idolis habitant, flagitare responsa, responderunt et (86) dixerunt: « Symphorosa vidua cum septem filiis suis laniat nos quotidie invocando Deum suum. Ista itaque si cum filiis suis sacrificaverit, promittimus nos omnia præstare quæ petitis. » Tunc Adrianus jussit eam teneri cum filiis, et blandis eos sermonibus hortabatur ut ad sacrificandum idolis consentirent. Cui beata Symphorosa dixit : *Vir meus Getulius* (87), *cum fratre suo Amantio, tribuni tui cum essent, pro Christi nomine passi sunt diversa supplicia, ne idolis consentirent ad immolandum, et quasi boni athletæ dæmones tuos moriendo vicerunt. Elegerunt enim magis decollari quam vinci, passi mortem; quæ pro nomine Christi suscepta, inter homines terrenos quidem ignominiam eis peperit temporalem, inter angelos vero decus et gloriam sempiternam, inter quos nunc gradientes, et tropæa passionum suarum dantes* (88), *cum æterno Rege vita æterna fruuntur in cœlis.*

II. Adrianus imperator dixit ad sanctam Symphorosam : *Aut cum filiis tuis sacrifica diis omnipotentibus, aut te ipsam cum filiis tuis sacrificari faciam.* Beata Symphorosa (89) respondit : *Et unde mihi tantum boni, ut ego merear cum filiis meis offerri hostia Deo?* Adrianus imperator dixit : *Ego te diis meis sacrificari faciam.* Beata Symphorosa respondit : *Dii tui me in sacrificium accipere non possunt : sed si pro nomine Christi Dei mei incensa fuero, illos dæmones tuos magis exuro.* Adrianus imperator dixit : *Elige tibi unum ex duobus : aut sacrifica diis meis, aut malo interitu finieris.* Beata Symphorosa respondit : *Tu existimas quod possit animus meus aliquo terrore mutari, cum ego desiderem cum viro meo Getulio* (90), *quem pro Christi nomine interfecisti, requiescere.* Tunc Adrianus imperator jussit eam duci ad fanum Herculis, et ibi primo alapis cædi, et post hæc capillis suspendi. Sed cum nulla ratione nulloque timore posset eam a bono proposito revocare, jussit eam alligato ad collum ingenti saxo in flumen præcipitari. Cujus corpus colligens frater ejus Eugenius, principalis curiæ Tiburtinæ, in suburbana ejusdem civitatis sepelivit.

(82) Aring., *Rom. subter.* lib. IV, cap. 17.
(83) Baron. ad an. 138, § 5.
(84) Tillem., *Mém. eccl.* tom. II, pagg. 241, 595.
(85) Bolland., Act. SS. Junii tom. IV, pag. 550.
(86) Confer Euseb. lib. II *Vitæ Constantin.*, cap. 50.
(87) Eorum memoriam celebrant Martyrologia ad diem 10 Junii, quo etiam die Surius et Bollandiani eorum Acta exhibent. In ms. Colbertino : *Vir meus Zoticus cum fratre suo Amantio tribuno tuo cum essent ambo*, etc.
(88) Cod. Colbert., *tropæa passionum suarum laudantes.*
(89) Hæc responsio cum sequenti interrogatione deest in cod. Colbertino.
(90) Sur., Cardulus et cod. Colbertin., *Zotico.*

Digitized by Google

III. Alia vero die jussit Adrianus imperator simul omnes septem filios ejus sibi præsentari, quos cum ad sacrificandum idolis provocaret, et nullo pacto eos videret suis minis atque terroribus consentire, jussit circa Herculis templum septem stipites figi, et ibi eos ad trochleas extendi. Et primum Crescentem præcepit in gutture transfigi; secundum Julianum in pectore pungi; tertium Nemesium in corde percuti; quartum Primitivum in umbilico vulnerari; quintum Justinum aversum per dorsum perforari gladio; sextum Stracteum (91) in latere vulnerari; septimum vero Eugenium a summo usque deorsum findi.

IV. Altera vero die veniens Adrianus imperator ad fanum Herculis, jussit corpora eorum simul auferri, et projici in foveam altam: et imposuerunt pontifices nomen loco illi, *Ad septem Biothanatos* (92). Post hæc quievit persecutio anno uno et mensibus sex; in quo spatio omnium martyrum honorata sunt sancta corpora, et constructis tumulis condita cum omni diligentia, quorum nomina descripta sunt in libro vitæ. Natalis vero sanctorum martyrum Christi, beatæ Symphorosæ et septem filiorum ejus, Crescentis, Juliani, Nemesii, Primitivi, Justini, Stractei et Eugenii, celebratur sub die 15 Kalendas Augusti. Eorum corpora requiescunt in via Tiburtina milliario ab Urbe octavo, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

AFRICANI NARRATIO

DE IIS

QUÆ CHRISTO NATO IN PERSIA ACCIDERUNT.

(Ex duobus codicibus Monacensibus edidit et Latinitate donavit J. Chr. von Aretin in diario cui titulus: *Beiträge zur Geschichte und Literatur*, anno 1804, p. II, p. 49.)

ADMONITIO.

Complures eruditi hucusque in ea opinione fuerunt, narrationem Africani de iis quæ Christo nato in Persia acciderunt, binis bibliothecæ electoralis Monacensis, et uno bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis codicibus mss. superstitem, fragmentum esse præstantissimi illius operis, quod Sextus Julius Africanus, sæculi tertii post Christum natum scriptor Christianus, de rerum in universo orbe usque ad Macrini imperium gestarum chronologico ordine elucubravit, atque libris quinque comprehensum Alexandro, Mammææ filio, ad obtinendam patriæ urbis Emmaüntis restaurationem obtulit. Eadem exspectatione, quam Lambecium (93) ejusque compendiatorem Nesselium primum concitasse video, ego quoque accensus maxima cupiditate ad perlustrandos bibliothecæ nostræ electoralis codices, quos una cum omni supellectile libraria principis nostri serenissimi erga litteras amor publico usui prostare voluit, accessi: sed ut vulgari proverbio fertur, carbones pro thesauro inveni. Tantum abest, ut narratio hæc ad scriptorem omnium antiquorum ore celebratum, referri possit, ut ne hilum quidem contineat, Africani chronographi ingenio dignum. Unde cum hic unanimi veterum testimonio vir exquisitæ doctrinæ acerrimique judicii fuerit, auctor vero *Cestorum* (94), qui item Africani nomen præfert, dudum vel anilis credulitatis vel miræ in superstitiones propensionis nota a criticis confixus sit: facile in eorum sententiam concesserim, qui eum a chronographo diversum censent, eique hunc etiam fetum non melioris furfuris adjudicarim. Cæterum, lector amice, perlectis hisce pagellis, si non nefariæ hominis temeritati irasceris, saltem mecum prodigiosas ineptias ridebis, edoctus simul, etiam virorum alias eruditione clarissimorum testimonia non esse tanti facienda, ut quis, si facultas adsit, propria inspectione supersedeat. Vale.

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ

Διήγησις περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐναν-θρωπήσεως τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός. Οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς, ἅπαντα γεγραφὼς ἐν βιβλίοις κδ'. Εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικὰ ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινων χαρακτήρων ἰάσεις τε, καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν.

AFRICANI

Narratio de iis quæ in Persia Domino Deo ac Salvatore nostro Jesu Christo nato acciderunt.

Christus primo omnium e Persia innotuit. Nihil enim gentis illius legisperitos, summo studio cuncta

(91) Cod. Colbertin., *Extacteum*, edit. Carduli, *Stacteum*, quo nomine ab omnibus infra designatur.

(92) In uno cod. Colbertin. et alio ex Sorbona, hic aliqua inserta sunt de morte Adriani, quæ paulo post horum martyrum necem contigisse ibi refertur.

(93) *Commentariorum de Bibl. Vindob.* t. V, p. 297 (p. 625 edit. Kollarii).

(94) De libris *Cestorum* Suidas: Ἀφρικανὸς, ὁ Σέξτος χρηματίσας, φιλόσοφος Λίβυς, ὁ τοὺς *Κεστοὺς* ‹ Africanus, dictus Sextus, philosophus Afer, qui *Cestos* scripsit libris 24 (juxta Eusebium 9, juxta Photium 14). Sunt autem veluti quædam physica, quæ continent remedia ex sermonibus et incantamentis, et quibusdam scriptis characteribus aliisque rebus efficacibus. › Fragmenta passim apud Hippiatricos et Geoponicos occurrunt præter tractatum *De apparatu bellico*, qui hujus operis pars con-

Digitized by Google

investigantes, latet. Quæ igitur aureis annalium laminis ab ipsis insculpta, atque in templis, regum sumptibus exstructis, recondita sunt, enarrabo. Ex iis enim, quæ ibidem sunt, templis et per sacerdotes iisdem præfectos, Christi nomen primitus divulgatum est.

Exstat quippe in Persia Junonis templum, ipsis regiis ædibus magnificentius, a Cyro, rege religiosissimo, ædificatum, qui in eo aureas atque argenteas deorum statuas dicavit, easque lapidibus prætiosissimis exornavit, ne fusiore totius ornatus descriptione sermonem protraham.

Illis itaque temporibus (quemadmodum scripti in laminis aureis annales testantur), cum rex forte ad obtinendam somniorum solutionem templum ingressus esset, Prupupius sacerdos ad eum inquit : Gratulor tibi, domine mi, Juno concepit. Subridens rex respondit : Itane vero Juno mortua concepit? Cui sacerdos : Ita. Juno mortua revixit, et generat vitam. Quid hoc rei? ait rex. Apertius mihi declara. Cui ille : Revera, domine mi, tempus, quo hæc fiant, advenit. Tota enim nocte præterita statuæ omnes deorum tam marium quam feminarum tripudiando pervigilarunt, dicentes inter se : Venite, congratulemur Junoni. Quin ad meipsum quoque dixerunt : Adesdum, propheta! congratulare Junoni. Amata est enim. Quibus ego : Quomodo potest amari, quæ tandiu jam e vivis excessit? Responderunt illi : Revixit, nec amplius Juno vocatur, sed Cœlestis. Sol enim magnus amavit eam. Dixerunt porro feminæ ad mares, manifestius rem explicantes : Scaturigo est amata. Nonne enim Juno fabrum sibi desponsavit? — Responderunt mares : Quod jure etiam Scaturigo appelletur, assentimur. Verum autem ipsius nomen est Myria. Navem enim onerariam, innumeris rebus repletam, in utero tanquam in pelago gestat. Quod si etiam Scaturiginis nomine indigitetur, ita est intelligendum : Scaturigo est, et ea quæ ex Mich. Pselli libro inedito *θαυμασίων Ἀκουσμάτων Ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν* vulgavit Lambecius p. 472-479 edit. Kollarii. Addo hic, Africani opuscula in quibusdam decreti Gelasiani, quod exstat distinct. 15, can. 3, *Sancta*, apographis recenseri inter apocrypha, quod præ omnibus certe huic narrationi convenit.

(95) Ms. uterque, repugnante contextu, γάρ.

(96) Vocem ἀλκλαρίαις, a lingua Græca prorsus alienam, exhibent mss. ambo. Significatio ejus patet ex sequentibus, ubi loco ipsius vocabula πτύχες, πέταλα occurrunt. Origo ex initio videtur Arabica.

(97) Ms. uterque solœce, κεῖνται.

(98) Ms. uterque τὸ γὰρ ἱερὸν τῆς Ἥρας, ὃ ἐστιν ἐπέκεινα, κ. τ. λ. absque verbo, quod ad rectum ἱερόν referretur.

(99) Artaxerxem quemdam, Persarum regem, Parthis subjectum, qui Pompeii et Cæsaris æqualis fuerit, commemorat Lucianus inter longævos libello *Περὶ μακροβίων*. Cyrum hunc, Christo nato supparem, sola harum nugarum auctoritate astruere non ausim. Notum cæteroquin, novam eamque independentem Persarum monarchiam demum quinto Alexandri Severi anno ab Artaxerxe, everso Parthorum imperio, restauratam esse.

(1) Ms. uterque λύσιν ὀνειρατείων δεξόμενος, omissa etiam ab initio constructionis copula, καί.

(2) Codex ordine novo 199, ἐνέζησε. Sinceram lectionem refert codex 61.

(3) Ms. uterque, καιρὸς ἔφθασε τὰ ἐνταῦθα, quod apto sensu caret.

(4) Ms. uterque mendose, συγχωρῶμεν.

(5) Pro πῶς, quod unice huc quadrat, in ms. utroque exaratum τις.

(6) Antithesim quamdam in duobus hisce nominibus Ἥρα et Οὐρανία captat auctor, prioris derivatione facta ab ἔρα, *terra*, ut adeo ἥρα sit quasi *terrestris*.

(7) Sic codex 61. Codex 119 simpliciter, ὁ μὲν γὰρ Ἥλιος.

(8) Optime hæc illustrat locus S. Augustini *De civit. Dei*, lib. XVIII, c. 23 : « Horum Græcorum quinque verborum, quæ sunt Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ, quod est Latine, Jesus Christus Dei Filius Salvator si primas litteras jungas, erit ἰχθύς, id est *piscis*, in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in hujus mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato, esse potuerit. » Cæterum usus mysticæ hujus appellationis Augustini ævo longe antiquior, quod vel ex solo Clementis Alexandrini hymno in Christum patet.

(9) Copula καί in utroque ms. deest.

A φιλοπονοῦντας. Ὅσα γοῦν (95) ἐν ταῖς χρυσαῖς ἀλκλαρίαις (96) κεκόλαπται, καὶ κεῖται (97) ἐν τοῖς ἱεροῖς βασιλείοις, λέξω, ὅτι ἐκ τῶν πρὸς ἑνταῦθα ἱερῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἱερέων ἤκουσται ὄνομα Χριστοῦ.

Τὸ γὰρ ἱερὸν τῆς Ἥρας ἐστὶν ἐκεῖ (98) ἐπέκεινα τῶν βασιλικῶν μελάθρων, ὅπερ Κῦρος ὁ βασιλεὺς (99), ὁ πάσης εὐσεβείας γνώστης, κατεσκεύασε καὶ ἀνέθηκεν ὀνόματα θεῶν, ἀνδριάντας χρυσοῦς καὶ ἀργυροῦς, καὶ ἐκόσμησεν αὐτοὺς λίθοις πολυτελέσιν, ἵνα μὴ ταύτης κοσμήσεως λέγων διασύρω τὸν λόγον.

Κατ' ἐκείνας δὲ τὰς ἡμέρας (ὡς αἱ γεγραμμέναι πτύχες διδάσκουσιν) εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως εἰς τὸ B ἱερὸν καὶ λύσιν ὀνειράτων τινῶν δεξομένου (1), ἔφη αὐτῷ ὁ ἱερεὺς Προυποὺπιος· Συγχαίρω σοι, δέσποτα. Ἡ Ἥρα ἐν γαστρὶ ἔλαβεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μειδιάσας λέγει αὐτῷ· Ἡ θανοῦσα ἐν γαστρὶ ἔχει; Ὁ δὲ ἔφη· Ναί. Ἡ θανοῦσα ἀνέζησε (2), καὶ ζωὴν γεννᾷ. Ὁ δὲ βασιλεύς· Τί τοῦτο; Σαφήνισόν μοι. Ὁ δέ· Ἀληθῶς, δέσποτα, καιρὸς ἔφθασε τῶν τούτων (3). Πᾶσαν γὰρ τὴν νύκτα τὰ ἀγάλματα ἔμειναν χορεύοντα, τά τε ἀνδρικὰ καὶ τὰ γυναικεῖα, λέγοντα ἀλλήλοις· Δεῦτε, συγχαίρωμεν (4) τῇ Ἥρᾳ. Καὶ λέγουσί μοι· Προφῆτα, ὕπαγε, συγχάρηθι τῇ Ἥρᾳ, ὅτι ἐφιλήθη. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Πῶς (5) ἔχει φιληθῆναι ἡ μὴ οὖσα; Ἄτινα λέγουσιν, ὅτι ἀνέζησε, καὶ οὐκέτι λέγεται Ἥρα, (6) ἀλλ' Οὐρανία. Μέγας γὰρ Ἥλιος (7) ἐφίλησεν αὐτήν. Αἱ δὲ θήλειαι πρὸς τοὺς ἄνδρας ἔλεγον, δῆθεν τὸ πρᾶγμα διευτελίζουσαι· Πηγή ἐστιν ἡ C φιληθεῖσα· μὴ γὰρ ἡ Ἥρα τέκτονα ἐμνηστεύσατο; καὶ λέγουσιν οἱ ἄνδρες· Ὅτι μὲν Πηγὴ δικαίως εἴρηται, ἀποδεχόμεθα. Μυρία δὲ αὐτῆς τοὔνομα, ἥτις ἐν μήτρᾳ ὡς ἐν πελάγει μυριαγωγὸν ὁλκάδα φέρει. Ἡ δὲ καὶ Πηγὴ αὕτη, οὕτω νοείσθω· Πηγὴ ὕδατος πηγὴν πνεύματος ἀενναΐζει. ἕνα μόνον ἰχθὺν (8) ἔχουσα, τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ λαμβανόμενον καὶ (9) τὸν πάντα κόσμον, ὡς ἐν θαλάσσῃ διαγινό-

Digitized by Google

μενον, ἰδίᾳ σαρκὶ τρέφοντα (10). Καλῶς ἔφητε· Τέκτονα ἔχει ἐκείνη· ἀλλ' οὐκ ἐκ λέχους ἴσον (11) εἶπε τὸν τέκτονα. Οὗτος γὰρ ὁ γεννώμενος τέκτων, ὁ τοῦ τεκτονάρχου παῖς, τὸν τρισύστατον οὐρανοῦ ὄροφον ἐτεκτόνησε πανσόφοις τέχναις, τὴν τρικάτοικον ταύτην στεγοτίδα (12) λόγῳ πήξας.

A rigo hæc aquæ perennem spiritus scaturiginem profundit, quæ nonnisi unicum in se piscem continet, divinitatis hamo captum, atque universum mundum non secus, ac si in mari esset, carne sua nutrientem. Recte dixistis, ipsam fabro junctam esse. Non tamen ex isto conjugio æqualem ipsi fabrum parit. Iste enim qui nascitur, faber, fabrorum principis est filius, qui infinita sua sapientia supremum cœli tholum fabricatus est, simulque tripliciter distinctam hanc inferiorem habitationem verbo suo firmavit.

Ἐμειναν γοῦν τὰ ἀγάλματα φιλονεικοῦντα περὶ Ἥρας καὶ Πηγῆς καὶ ὁμοφώνως (13) εἶπον· Πληρουμένης τῆς ἡμέρας τὸ σαφὲς πάντες καὶ πᾶσαι γνωσόμεθα. Νῦν οὖν, δέσποτα, παράμεινον τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας. Πάντως γὰρ ἥξει τὸ πρᾶγμα. Τὸ γὰρ ἀνακύψαν οὐκ ἔστι τὸ τυχόν.

Sic itaque statuæ diutius de Junone et Scaturigine altercabantur. Tandem unanimi voce dixerunt: Completa die unusquisque et unaquæque nostrum hæc clare intelliget. Nunc itaque, domine mi, reliquum diei hic exspecta. Omnino enim res ita eveniet, nec vulgare quidquam est, quod modo manifestatur.

B

Μείναντος δὲ τοῦ βασιλέως ἐκεῖ καὶ θεωροῦντος τὰ ἀγάλματα, αὐτομάτως αἱ κινυρίστριαι (14) ἤρξαντο κρούειν τὰς κινύρας (15), αἱ δὲ Μοῦσαι ᾄδειν καὶ ὅσα ἦν ἔνδον τετράποδα καὶ πετεινὰ ἀργυρόχρυσα, ἕκαστον τὴν ἰδίαν ἀπέστειλε φωνήν. Τοῦ δὲ βασιλέως φρικιάσαντος καὶ ὅλου φόβου πλησθέντος ἤμελλεν ἀναχωρεῖν. Οὐκ ἔφερε γὰρ τοῦ αὐτοματισμοῦ τὸν τάραχον. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ ἱερεύς· Ἀνάμεινον, βασιλεῦ. Πάρεστε γὰρ τελεία ἀποκάλυψις, ἣν Θεὸς θεῶν σαρηνίσαι ἡμῖν ἠρετίσατο.

Rege itaque illic manente et statuas observante, sponte sua cinyristriæ cœperunt cinyras pulsare, Musæque cantare, et quotquot in templo erant, quadrupedia et volatilia auro et argento sculpta, unumquodque vocem suam emittere. Rex ad hæc horrore correptus totusque terrore perculsus, cogitabat discessum. Non enim ferebat spontaneæ hujus commotionis tumultum. Ait itaque ad illum sacerdos: Mane, rex! imminet enim modo plena harum rerum revelatio, a Deo deorum nobis pandenda.

Τούτων δὲ οὕτω λεχθέντων διήνοικτο ὁ ὄροφος καὶ κατῆλθεν ἀστὴρ λαμπρὸς καὶ ἔστη ἐπάνω τῆς στήλης τῆς Πηγῆς, καὶ φωνὴ ἠκούσθη τοιαύτη· Δέσποινα Πηγή, ὁ μέγας Ἥλιος ἀπέστειλέ με, μηνῦσαί σοι ἅμα καὶ διακονῆσαι τὰ πρὸς τόκον, ἀμίαντον γάμον ποιούμενος πρὸς σέ, μῆτερ τοῦ πρώτου πάντων τῶν ταγμάτων γινομένη, νύμφη τριωνύμου μοναδείας οὖσα. Καλεῖται δὲ τὸ ἄσπορον βρέφος Ἀρχή, καὶ Τέλος, ἀρχὴ μὲν σωτηρίας, τέλος δὲ ἀπωλείας.

His ita dictis apertum est templi tectum, descenditque stella splendida. Qua supra columnam Scaturiginis stante, hæc vox audita est: Domina Scaturigo! Sol magnus misit me ad indicandum tibi C simulque ministrandum, quæ ad partum spectant, impollutas tecum nuptias initurus, mater primi e cunctis ordinibus, et sponsa unius trinominis divinitatis! Vocatur autem infans a te sine semine concipiendus, Principium et Finis, principium quidem salutis, finis vero interitus.

Καὶ ταύτης τῆς φωνῆς δοθείσης (16) ἅπαντα τὰ ἀγάλματα ἔπεσον ἐπὶ τὸ πρόσωπον, μόνης τῆς Πηγῆς ἱσταμένης, ἐν ᾗ εὕρηται παγὲν διάδημα (17) βασιλικὸν, ἔχον ἐπάνω αὐτοῦ ἐξ ἄνθρακος καὶ σμαράγδου λιθοκόλλητον ἀστέρα. Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς ἵστατο ὁ ἀστήρ.

Emissa hac voce, reliquæ statuæ omnes in facies suas proruerunt, sola Scaturiginis statua restante, cui etiam impositum apparebat diadema regium, affixa antrorsum stella e carbunculo, et smaragdo insigne; desuper vero stella, cœlitus demissa, irradiabat.

Ταχὺ δὲ προστάττει ὁ βασιλεὺς, εἰσενέγκαι πάντας τοὺς σημειολύτας καὶ σοφοὺς, ὅσοι ἦσαν ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Τῶν δὲ κηρύκων ταῖς σάλπιγξιν ἐπισπευδόντων πάντων, παρεγένοντο πάντες ἐν τῷ ἱερῷ. Ὡς δὲ εἶδον τὸν ἀστέρα ἐπάνω τῆς Πηγῆς, καὶ τὸ διάδημα ἅμα τῷ ἀστέρι καὶ τῷ λίθῳ, τὰ δὲ ἀγάλματα ἐπ' ἐδάφους κείμενα, εἶπον· Βασιλεῦ, ῥίζα ἔνθεος καὶ βασιλικὴ ἀνέκυψε, οὐρανίου καὶ ἐπιγείου βασιλέως χαρακτῆρα φέρουσα. Ἡ γὰρ Πηγὴ Μυ-

Quibus factis, confestim rex omnes signorum interpretes omnesque sapientes, quotquot sub ipsius imperio erant, convocari jussit. Præconibus itaque D cunctis cum tubis quaquaversum festinanter digressis, brevi tempore omnes in templum convenerunt. Qui cum stellam Scaturigini imminentem simulque diadema, stella ex lapidibus pretiosis confecta coruscum, ac prostratas humi reliquas omnes deorum statuas vidissent, dixerunt: Rex! proles re-

(10) Pro τρέφοντα ms. uterque exhibet τρέφοντι.

(11) Pro λέχους ἴσον, quod ex conjectura postulante contextu reposui, in utroque ms. comparet monstrum λεχουσῶν.

(12) Vox στεγοτίς, insuitatæ jam terminationis, ab omnibus etiam lexicis, quæ quidem ego inspexi, exsulat; si genuina, certe pessimæ notæ. Intelligit autem auctor per τρικάτοικον στεγοτίδα, id est tripliciter distinctam habitationem, aquam, aerem et terram, ceu totidem orbis terraquei partes, quarum quævis peculiares incolas habet.

(13) Ms. uterque, ὁμοφώνω.

(14) Ms. uterque, κινύστριαι.

(15) Ms. uterque, κιθάρας, apposita in margine nota, legendum esse κινύρας.

(16) Ms. uterque, δοθήσης.

(17) Ms. uterque, διάσημα.

Digitized by Google

gia, divino numine plena, lucem aspexit illius, qui cœlum terramque gubernat, regis charactere insignita. Scaturigo enim Myria, Scaturiginis Bethleemiticæ filia est. Diadema hoc regii ortus signum, stella cœleste indicium est prodigiorum in terra patratorum. Regnum e Juda surrexit, quod omnia Judæorum monumenta delebit. Deorum in terram prostratio honoris, qui ipsis exhibebatur, finem imnuit. Ille enim, qui modo apparuit, cum sit longe antiquioris dignitatis, juniores omnes loco pellet. Nunc itaque, rex, mitte Jerosolymam. Invenies enim Christum Dei omnipotentis, corporaliter corporalibus mulieris ulnis portatum. Mansit autem stella supra Scaturiginem, quæ Cœlestis dicta est, tandiu donec magi egrederentur, tuncque simul cum illis profecta est.

ρία (18) Πηγῆς τῆς Βηθλεεμίτιδος (19) ἐστὶ θυγάτηρ. Τὸ δὲ διάδημα βασιλικὸς τύπος, ὁ δὲ ἀστὴρ οὐράνιόν ἐστι μήνυμα, ἐπὶ γῆς τερατουργούμενον (20). Ἐξ Ἰούδα ἀνέστη βασιλεία, ἥτις ἅπαντα τῶν Ἰουδαίων ἐξαρεῖ (21) τὰ μνημύσυνα. Τὸ δὲ τοὺς θεοὺς ἐδαφισθῆναι, τέλος τῆς τιμῆς αὐτῶν ἔφθασεν. Ὁ γὰρ ἐλθών, πρεσβυτέρας ἀξίας ὤν, πάντας τοὺς νεάζοντας ἀναιρήσει (22). Νῦν οὖν, βασιλεῦ, πέμψον εἰς Ἱεροσόλυμα. Εὑρήσεις (23) γὰρ τὸν Χριστὸν τοῦ παντοκράτορος, σωματικῶς σωματικαῖς ἀγκάλαις γυναικείαις βαστα-ζόμενον. Ἔμεινε δὲ ὁ ἀστὴρ ἐπάνω τῆς Πηγῆς, καλουμένης Οὐρανίας, ἄχρις ἂν ἐξῆλθον οἱ μάγοι, καὶ τότε μετ' ἐκείνων ἐπορεύθη.

Profundo porro vespere apparuit in templo Bacchus, solus absque consueto Satyrorum comitatu, dixitque statuis deorum, ibidem dicatis : Scaturigo non est una de nobis, sed longe nos antecellit, hominem pariens, divinæ sortis participem. Prupupi sacerdos! quid hic diutius moraris? Actio, diu jam scriptis consignata, nobis intendetur, a persona strenua mendaces arguemur. Quæ decepimus, decepimus. Quæ regnavimus, regnavimus. Non amplius responsa damus. Ablatus est a nobis honor, inglorii et contemptibiles facti sumus. Est unus, qui debitum sibi soli cultum a nobis omnibus resumit. Cæterum noli turbari. Non amplius Persæ de terra et aere tributa exigent. Qui enim statuit tributa, ipse adest, actionum tributa ei, qui se misit, reportaturus, antiquam imaginem reformans, imaginem cum imagine conferens, et dissimile simile reddens. Cœli terræ congratulantur, terra ipsa gloriatur, gloriatione cœlitus accepta. Quæ in supernis non sunt facta, facta sunt in infernis. Quem felicium ordo non vidit, infelicium spectat. Illis flamma minatur; his ros ministratur. Myriæ hoc est concessum, ut Scaturiginem in Bethleem pareret gratiamque gratiæ conciperet. Judæa floruit; regio nostra emarcuit. Gentilibus et alienigenis orta est salus, miseris abunde relevatio præstatur. Merito nunc mulieres choreas ducunt, dicentes : Domina Scaturigo! tu, quæ nobis fluenta affers, cœlestis stellæ facta mater, nubes mundum famularum tuarum.

Ἐσπέρας δὲ βαθείας ἐφάνη ἐν τῷ ἱερῷ Διόνυσος οὐ μετὰ τῶν Σατύρων, λέγων τοῖς ἀναθήμασι· Πηγὴ οὐκ ἔστι μία ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμᾶς χρηματίζει, τινὰ γεννῶσα ἄνθρωπον, θείας τύχης σύλλημμα. Ἱερεῦ Προυπούπιε, τί καθίζῃ ἐνταῦθα πράττων; Πρᾶξις ἔγγραφος ἔφθασε καθ' ἡμῶν καὶ μέλλομεν ὑπὸ ἐμπράκτου προσώπου ἐλέγχεσθαι ὡς ψευδεῖς. Ἃ ἐφαντάσαμεν, ἐφαντάσαμεν, ἃ ἤρξαμεν, ἤρξαμεν. Οὐκέτι χρησμοὺς διδόαμεν. Ἤρθη ἀφ' ἡμῶν ἡ τιμή. Ἄδοξοι καὶ ἀγέραστοι γεγόναμεν. Εἷς μόνος, ἐκ πάντων ἀναλαβὼν τὴν ἰδίαν τιμήν. Λοιπὸν μὴ θροβαδεῖ (24), οὐκέτι Πέρσαι γῆς καὶ ἀέρος φόρους ἀπαιτῶσιν. Ὁ γὰρ στήσας αὐτὰ πάρεστι (25), πρακτικοὺς φόρους τῷ πέμψαντι κομίζων, ὁ τὴν παλαιὰν εἰκόνα ἀνακτίζων, καὶ τὴν εἰκόνα τῇ εἰκόνι συντιθεὶς καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐφ' ὁμοίωσιν διδούς. Οὐρανὸς γῇ συγχαίρει, ἡ δὲ γῆ καυχᾶται, οὐράνιον δεχομένη καύχημα. Ἃ οὐ γέγονεν ἄνω, γέγονε κάτω. Ὃν ἡ εὐδαιμονοῦσα (26) τάξις οὐκ εἶδεν, ἡ δυσδαιμονοῦσα θεωρεῖ. Ἐκείνοις φλὸξ ἀπειλεῖ, τούτοις δρόσος παρέστη. Τῆς Μυρίας ἡ εὐτυχία, Πηγὴν κατὰ τῆς Βηθλεὲμ τεκεῖν (27) καὶ χάριν χάριτος συλλαβεῖν. Ἡ Ἰουδαία ἤνθησεν· αὕτη δὲ μαραίνεται. Τοῖς ἐθνικοῖς καὶ ἀλλογενέσι σωτηρία ἦλθε· τοῖς ταλαιπωροῦσιν ἀνάψυξις πλεονάζει. Ἀξίως αἱ γυναῖκες χορεύουσι, λέγουσαι· Κυρία Πηγὴ ναματοφόρε, ἡ οὐρανίου ἀστέρος γειναμένη μῆτερ, ἡ ἀπὸ καύματος δροσίζουσα νεφέλη, μνημόνευε τῶν σῶν οἰκετίδων, δέσποινα.

Rex itaque, nulla mora interjecta, partem magorum, qui sub ipsius imperio erant, cum muneribus misit, stella ipsis viam monstrante. Hi post redi-

Ὁ οὖν βασιλεὺς μηδαμῶς ἀναμείνας ἔπεμψε τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μάγων μετὰ δώρων, τοῦ ἀστέρος αὐτοὺς ὁδηγήσαντος. Ὡς δὲ ὑπέστρεψαν,

adversus æstum irrorans, memento, o domina!

(18) Ms. uterque, Μυρίας.

(19) Ms. uterque corruptissime, τῆς Βηθλεὲμ Ἔτριδος ἐστὶ θυγάτηρ. Quod ulcus revocato genitivo Πηγῆς et adoptata lectione Βηθλεεμίτιδος feliciter sanasse mihi videor. Cæterum per Πηγὴν Βηθλεεμίτιδα intellige stirpem Davidicam, ex qua Mariam, Servatoris nostri matrem, originem duxisse constat.

(20) Sic ms. uterque; præferrem tamen, quod et in versione expressi, genitivum τερατουργουμένων, cum litteræ ejusdem soni a librariis sæpissime inter se commutentur, exemplis evidentissimis vel in his adnotationibus obviis.

(21) Ms. uterque, ἐξάρῃ.

(22) Ms. uterque, depravatissime, ἐν αὐτῇ ἐάσῃ, pro quo substitui ἀναιρήσει. Qui absque subsidio correctioris codicis melius quidquam protulerit, erit mihi magnus Apollo.

(23) Pro εὑρήσεις codex 61 refert εὑρίσης.

(24) Vox hæc, in qua ms. ambo conveniunt, per librarii cujusdam, cui dictabatur, imperitiam ex imperativo θορύβηθι verbi θορυβέω videtur exorta. Suffragatur saltem quædam soni affinitas, in talibus raro spernenda.

(25) Ms. uterque, παρέστη.

(26) Ms. uterque, εὐδαιμονῶσα, ut et δυσδαιμονῶσα.

(27) Ms. uterque, τεχῆν.

Digitized by Google

ἀηγήσαντο τοιαῦτα τοῖς τότε πάλιν (28), ἅπερ καὶ αὐτὰ χρυσοῖς πετάλοις ἀνεγράφησαν οὕτως·

Φθασάντων δὲ ἡμῶν (29) εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ μὲν σημεῖον ἅμα τῇ παρουσίᾳ ἡμῶν πάντας ἐκίνησε. Τί τοῦτο, φασὶ (30), Περσῶν σοφοὺς παρεῖναι μετὰ ἀστεροφανείας; Καὶ ἠρώτων ἡμᾶς οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων· Τί τὸ ἐπόμενον καὶ δι' ὧν πάρεστε; Καὶ εἴπομεν· Ὃν λέγετε Μεσσίαν, ἐτέχθη. Οἱ δὲ ἐθορυβοῦντο καὶ ἀντιστῆναι ἡμῖν οὐκ ἐτόλμων. Οἱ δὲ εἶπαν ἡμῖν· Τὴν οὐράνιον δίκην, εἴπατε ἡμῖν, τί ἴγνωτε. Οἳ εἴπαμεν αὐτοῖς· Ἀπιστίαν νοσεῖτε, καὶ οὔτε χωρὶς ὅρκου, οὔτε μὲθ' ὅρκου πιστεύετε, ἀλλὰ τῷ ἀβουλήτῳ ἑαυτῶν σκοπῷ ἀκολουθεῖτε. Ὁ γὰρ Χριστὸς, ὁ τοῦ Ὑψίστου παῖς, ἐγεννήθη, καταλύων τὸν νόμον ὑμῶν, καὶ τὰς συναγωγάς. Καὶ διὰ τοῦτο ὑπὲρ μαντείας ἀρίστης ὥσπερ κατατοξευόμενοι (31), οὐχ ἡδέως ἀκούετε τὸ ὄνομα τοῦτο, ὅπερ αἰφνίδιον ἐπέστη καθ' ὑμῶν. Οἱ δὲ καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι, παρεκάλεσαν ἡμᾶς, δεξαμένους δῶρα παρασιωπῆσαι τὸ τοιοῦτον ἐκ τῆς τοιαύτης χώρας αὐτῶν, « ἵνα μὴ ἀποστασία γένηται, φασὶν, εἰς ἡμᾶς. » Ἡμεῖς δὲ εἴπαμεν· Δῶρα ἡμεῖς εἰς τιμὴν αὐτοῦ ἠνέγκαμεν, πρὸς τὸ κηρύξαι, ἅπερ ἔγνωμεν ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν, μεγαλεῖα ἐν τῷ γεννᾶσθαι αὐτὸν, καὶ λέγετε λαβόντας ἡμᾶς δῶρα, τὰ ὑπερουράνιου (32) Θεότητος δημοσιευθέντα κρύψαι καὶ τὰ τοῦ ἰδίου βασιλέως ἐντάλματα παριδεῖν; Οἱ δὲ, πολλὰ παρακαλέσαντες ἡμᾶς, ἀπέλυσαν. Τοῦτο δέ τε (33) βασιλεύοντος τῆς Ἰουδαίας μεταστειλαμένου ἡμᾶς, καὶ λαλήσαντος πρὸς ἡμᾶς (34) τινα καὶ ἐρωτήσαντος, ἄτινα εἴπαμεν αὐτῷ, εἰς ἅπερ καὶ ἐχολώθη ὅλος (34*). Ἀπέστημεν δὴ (35), ἀπ' αὐτοῦ, μὴ προσέχοντες αὐτῷ, εἰ μὴ ὡς ἐνὶ εὐτελεῖ.

tum suum iis, qui tum vixerunt, talia narrarunt, quæ etiam aureis laminis inscripta sunt hunc in modum :

Cum Jerosolymam venissemus, signum atque adventus noster universam civitatem commovit. Quid hoc, aiebant, Persarum sapientes adesse, simulque novam super ipsos stellam apparere? Interrogaruntque nos primores Judæorum : Quid sibi hæc volunt, quam ob causam huc venistis? Quibus nos respondimus : Quem vos nominatis Messiam, natus est. Illi, his auditis, tumultuabantur, nec tamen manus nobis injicere audebant. Dixerunt autem ad nos : Cœlestem vindictam obtestamur, ut nobis dicatis, quid de hac re noveritis. Quibus nos : Incredulitate laboratis, et neque juratis, neque injuratis nobis creditis, sed incogitantiæ vestræ inhæretis. Christus, Altissimi Filius, natus est, legem vestram una cum synagogis exterminaturus. Idcirco vos, nuntio hoc exoptatissimo quasi telo perculsi, nomen istud perhorrescitis, quod tam subito cervicibus vestris instat. Illi, collatis inter sese consiliis, hortabantur nos, ut acceptis muneribus, nemini indicaremus, rem talem in hac ipsorum regione accidisse, « ne defectio, aiebant, inter nos oriatur. » Quibus nos respondimus : Nos munera in honorem ipsius attulimus, ad contestanda prodigia quæ ipso nato in regione nostra acciderunt, et vos inducere nos vultis, ut, acceptis muneribus, ea quæ Numen ipsum, cœlo sublimius, nobis manifestavit, silentio premamus, simulque regis nostri mandata transgrediamur! Ast illi, multum adhuc nos cohortati, tandem irrito conatu discessere. Pari modo nos gessimus, cum ipse rex Judæam nos accerseret, atque inter varios sermones nonnulla nos interrogaret, ad quæ ipsi etiam haud gravate respondimus. Discessimus ab illo, non magis ad eum attendentes, quam ad hominem quemdam imæ plebis, licet totus ira ferveret.

Ἤλθομεν δὲ ἔνθα ἀπεστάλημεν, καὶ εἴδομεν τὴν γεννήσασαν καὶ τὸν γεννηθέντα, τοῦ ἀστέρος δεικνύοντος τὸ δεσποτικὸν βρέφος. Εἴπαμεν δὲ τῇ μητρί· Τίς καλῇ, περίφημε μῆτερ; Ἥτις λέγει· Μαρία, δεσπόται. Εἴπομεν δὲ αὐτῇ· Πόθεν ὁρμωμένη; Ἡ δὲ, φησὶ, Ἐκ ταύτης, τῆς Βηθλεωτῶν χώρας. Εἴπαμεν δέ· Οὐκ ἔσχες ἄνδρα τινά; Ἡ δὲ φησί· Μεμνήστευμαι μόνον πρὸς γαμιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἠβουλόμην γὰρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ ὀλιγωρούσης μου, σαββάτου διαφαύσαντος καὶ ἡλίου εὐθὺς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἐξαίφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβηθεῖσα ἀνέκραξα· Μηδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἄνδρα γὰρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστωσέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

Tandem illuc, quo missi fueramus, pervenimus, vidimusque genitricem una cum genita ab ipsa prole, stella nobis Dominicum infantem monstrante. Diximus autem ad matrem : Quomodo vocaris, celeberrima mater? Quæ ait : Maria, domini. Cui nos : Unde orta? Ad quod illa : Ex hacce Bethleemitarum regione. Habesne, inquiebamus, virum? Desponsata tantum sum, respondit illa, in speciem quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quæ ipsius verba ego compavescens exclamavi : Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate parituram.

(28) Ms. uterque, πάλιν, καὶ ἅπερ καί. Primum καί aperte expungendum.

(29) Ms. uterque contra regulas grammaticæ, φθάσαντες δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα.

(30) Ms. uterque solœce, φησί, quod et infra.

(31) Ms. uterque, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ὑπὲρ μαντείας ἀρίστης κατατοξευόμενοι. Vel ita legendum, ut dedi, vel si particula ὡς loco suo relinquatur, ἀρίστης mutandum in κακίστης.

(32) Ms. uterque ὑπουρανίου.

(33) Subintellige ἐποιοῦμεν.

(34) Præpositio πρός in utroque ms. deest.

(34*) Locus turbatus, quem vertendo sanavit interpres. Edit. Patrol.

(35) Ms. uterque, δέ.

Digitized by Google

Diximus autem nos ad illam : Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te prædicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, majorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

Infans porro ipse humi sedebat, secundumque ei annum illa esse aiebat, matri vultu non absimilis. Erat autem ipsa longiusculis manibus, corpore delicatiore, ad frumenti colorem accedente, facie rotunda, comam habens colligatam. Cum vero nobiscum haberemus servum pingendi apprime peritum, amborum imaginem domum retulimus, quæ in primario templo manu nostra cum hac inscriptione dicata est : Jovi Mithræ, Deo magno, regi Jesu, imperium Persicum dedicavit.

Tollentes deinde infantem singuli atque in ulnis gestantes, cum osculati essemus et adorassemus, dedimus illi aurum, myrrham et thus, dicentes : Donis tuis te muneramur, dominator cœli, Jesu. Non bene gubernarentur, quæ gubernationi humanæ non subsunt, nisi tute adesses. Non aliter superna infernis jungerentur, nisi ipse descendisses. Non tantum efficit famulus, a domino missus, quam dominus ipse; non tantum rex, si bellum satrapis demandet, quam si imperio ipse fungatur. Decuit hoc sapientiam tuam, ita cum hominibus agere.

Infans autem exsultabat, et ridebat propter blanditias et sermones nostros. Regressi vero ad matrem, exhibito illi, ut par erat, honore, quem et ipsa nobis exhibuit, reversi sumus in diversorium nostrum. Facto vero vespere astitit nobis terribilis et expavefaciens quidam, dicens ad nos : Confestim exite, ne insidiis opprimamini. Cui nos trementes reposuimus : Quisnam est, qui tantæ legationi insidias struere ausit, divine bellidux! Herodes, aiebat ille. Verum actutum exsurgite, et salvi in pace domum redite.

Nos autem celerrime omni studio nos inde proripuimus et omnia, quæ vidimus, Jerosolymis nuntiavimus. Ecce igitur, hæc vobis de Christo retulimus, et vidimus Christum, Salvatorem nostrum, qui se ut Deum pariter et hominem nobis manifestavit. Ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A Ἡμεῖς δὲ εἴπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἅπαντες οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμακάρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Ὑπερῆρσαι (36) γὰρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναῖκας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνης.

Τὸ δὲ παιδίον ἐν τῇ γῇ ἐκαθέζετο, δεύτερον, ὡς ἔλεγεν αὐτῇ, ἔτος αὐτῷ, μερικὸν τῆς τεκούσης ἔχον τὸν χαρακτῆρα. Ἦν δὲ αὕτη μακρὰς τὰς χεῖρας (37) ἔχουσα, τὸ σῶμα τρυφερώτερον, σιτόχροος, στρογγυλοπρόσωπος, ἔχουσα τὴν χαίτην δεδεμένην. Ἔχοντες δὲ μεθ' ἑαυτῶν εὐφυῆ παῖδα ζωγράφον, ἀμφοτέρων τὴν ὁμοίωσιν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἠγάγομεν, καὶ ἐνετέθη ἐν τῇ χειρὶ ἡμῶν, ᾗ ἐχρηματίζομεν γράφοντες οὕτως (38) ἐν τῷ διοπετεῖ ἱερῷ· Διὶ Ἡλίῳ, Θεῷ μεγάλῳ, βασιλεῖ Ἰησοῦ, τὸ Περσικὸν κράτος ἀνέθηκεν.

B Ἄραντες δὲ τὸ παιδίον ἕκαστος ἡμῶν καὶ ἐν ἀγκάλαις βαστάσαντες, ἀσπασάμενοι αὐτὸ καὶ προσκυνήσαντες, δεδώκαμεν αὐτῷ χρυσὸν, σμύρναν καὶ λίβανον, εἰπόντες αὐτῷ· Σοὶ τὰ σὰ φιλοτιμοῦμεν, οὐρανοδύναμε Ἰησοῦ. Οὐ καλῶς (39) διοικεῖτο τὰ ἀδιοίκητα, εἰ μὴ σὺ παρείης. Οὐχ ἑτέρως ἐμίσγετο τὰ ἄνω τοῖς κάτω, εἰ μὴ αὐτὸς κατέβης. Οὐ τοσοῦτον ἀνύεται διακονία, εἰ τόν τε δοῦλον ἀποστείλῃ (40) τις, ὡς ὅσον ἑαυτὸν παραγενέσθαι, οὐδὲ βασιλεὺς πέμπων ἐπὶ πόλεμον σατράπας, ὡς ὅσον τὸ ἑαυτὸν ἐνδημῆσαι. Ἔπρεπε τοῦτο τῇ σοφῇ σου μεθόδῳ, τοὺς ἀνθρώπους (41) μεθοδεῦσαι τοιούτως.

Τὸ δὲ παιδίον ἐσκίρτα, καὶ ἐγέλα ταῖς κολακείαις καὶ τοῖς λόγοις ἡμῶν. Καὶ συνταξάμενοι τῇ μητρὶ C καὶ αὐτὴ ἡμᾶς τιμήσασα καὶ ἡμεῖς δοξάσαντες, ὡς ἔδει, ἤλθομεν, ἐν ᾧ τόπῳ κατελύομεν (42). Καὶ ἑσπέρας γενομένης ἐπέστη ἡμῖν τις φοβερὸς καὶ ἐκπλαγὴς, λέγων ἡμῖν· Τὸ τάχος ἐξέλθετε (43), μή τινα ἐπιβουλὴν ὑποστῆτε. Ἡμεῖς δὲ μετὰ δειλίας εἴπαμεν· Καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐπιβουλεύων τῇ τοσαύτῃ πρεσβείᾳ, θεῖε στρατηγέ; Ὁ δέ· Ἡρώδης. Ἀλλὰ πάραυτα ἀναστάντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ διασωζόμενοι.

Ἡμεῖς δὲ ταχύναντες ἀπήραμεν ἐκεῖθεν πάσῃ σπουδῇ, καὶ ἅπαντα ἐπηγγείλαμεν, ἃ εἴδομεν, ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἰδοὺ οὖν τοσαῦτα περὶ Χριστοῦ ἐλέξαμεν ὑμῖν καὶ εἴδομεν Χριστὸν, Σωτῆρα ἡμῶν, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον γνωριζόμενον. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

(36) Ms. uterque, ὑπερῆραι.
(37) Ms. uterque, μακρὴν τὴν κῆραν ἔχουσα.
(38) Ms. uterque perturbato prorsus sensu, ᾧ ἐχριματίσθη γράφων οὕτως.
(39) Cod. 199, οὐκ ἄλλως. Leg. διῳκεῖτο.
(40) Ms. uterque, ἀποστείλει.
(41) Ms. uterque ἀντάρτας, *tyrannos*. Quod cum hic locum habere non possit, mutavi in ἀνθρώπους. An forte legendum ἀντεργάτας?
(42) Ms. uterque, κατελύωμεν.
(43) Ms. uterque, ἐξέλθατε.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CCXXIII.

S. CALLISTUS I

PONTIFEX ROMANUS ET MARTYR

NOTITIA

(Mansi, *Concil.* I, 735, ex Libro pontificali Damasi papæ. Vid. *Patrologiæ Latinæ* tom.° CXXVII, col. 1317, in Anastasio Bibliothecario.)

Callistus (1) natione Romanus, ex patre Domitio, de regione urbis Ravennatum, sedit annos 5, menses duos, dies 10 (2). Fuit temporibus Macrini et Heliogabali, a consulatu Antonini et Alexandri. Hic martyrio coronatur (3). Hic constituit (4) jejunium quater in anno fieri, frumenti, vini et olei gratia, secundum prophetiam. Qui sepultus est in cœmeterio (5) Calepodii, via Aurelia, milliario tertio (6), pridie Idus mensis Octobris. Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tiberim. Et fecit aliud cœmeterium via Appia, ubi multi sacerdotes et martyres requiescunt, quod appellatur usque in hodiernum diem cœmeterium Callisti. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 16, diaconos 4, episcopos per loca 8. Quievit episcopatus dies 6.

(1) *Callistus.* Post interregnum 6 dierum, II die Septembris anno Dominicæ incarnationis 221, qui est Antonini Caracallæ secundus, pontificatum gubernandum accipit Callistus, patria Romanus, vigilantissimus Ecclesiæ pastor, miraculis et sanctitate clarus, qui Privatum ulceribus plenum precibus sanavit. Vide Baron. anno 220. Sev. Bin.

(2) *Sedit annos* 5, *menses duos, dies* 10. Cum sub Alexandro imperatore, anno imperii illius tertio, qui est Christi 226, pridie Idus Octobris martyrio affectus sit, ut ecclesiasticæ tabulæ referunt, quinque quidem annis, sed uno duntaxat mense, et diebus 12 sedisse invenitur. Id.

(3) *Hic martyrio coronatur.* De martyrio Callisti Romanum Martyrologium hæc continet : *Romæ, via Appia, natalis beati Callisti papæ et martyris, qui Alexandri imperatoris jussu diutius fame in carcere cruciatus, et quotidie fustibus cæsus, tandem e fenestra domus, in qua custodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demersus, victoriæ triumphum promeruit.* Sed cum Alexander imperator, teste Lampridio in *Alexandro*, Christianam rem non solum non læserit, sed potius plurimum promoverit, Christum inter deos habuerit, eique matutinis horis in larario suo rem divinam fecerit, ac, nisi oraculis deorum dissuasus fuisset, templum eidem erigere decreverit, Christianorum moribus delectatus fuerit, eos provinciarum rectoribus imitandos proposuerit, iisque demum, popinariis expulsis, ad conventus faciendos publicum locum, ex quo olim, regnante Augusto, Christo in Bethlehem nascente, oleum scaturiit, concesserit, ac ibidem per Callistum pontificem templum in honore partus virginei consecratum erigi permiserit : hac, inquam, voluntate optima cum erga Christianos affectus fuerit, Callistum pontificem non ipsius Alexandri imperatoris expresso jussu ac decreto, sed potius consilio ac decreto jurisconsultorum, et imprimis Ulpiani, quem Christianis, velut sacrilegis, infestissimum fuisse, et Lactantio Firmiano lib. v, c. 11 et 12 constat, occisum fuisse verius esse putavimus. Hic enim, teste Lampridio ibidem, Alexandri imperatoris tutorem egit, principi primo loco assedit, præfecturam prætoriam, dignitatem amplissimam, imperatoris concessu administravit, ac scriniorum magister exstitit, adeo ut hujus arbitrio pene cuncta imperator faceret, dicereturque jussu Alexandri accidisse, quod mandato et consilio solius Ulpiani factum fuerat. De quibus vide Baron. anno 225, num. 1, 2, 3, 4, etc.; item anno 226, n. 4. Id.

(4) *Hic constituit.* Hoc decretum exstat epistola ejus prima. Vide quæ dicemus in notis ad illam epistolam. Id.

(5) *In cœmeterio.* Cœmeteriorum, quorum in vitis pontificum apud hunc auctorem diversis in locis mentio fit; quadraginta tria recensentur a Baronio anno Christi 226, num. 8 et 9. Nominantur autem cœmeteria illa loca, in quæ Christiani suorum defunctorum corpora unguentis delibuta sepelienda deferebant : appellabant autem ea loca cœmeteria, quod fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos, interea in Domino obdormire. Tertullianus *De corona militis.* Hæc alibi nominantur interdum areæ, tumbæ, catatumbæ, et ex natura loci, cryptæ arenariæ. His in locis Christianorum duntaxat, non autem ethnicorum gentilium defuncti sepeliebantur, ideoque diebus Dominicis a Christianis frequentari solebant : quod deinceps aliorum imperatorum edictis vetitum, aliorum vicissim Christianis concessum. Vide Baronium anno 130, n. 2; anno 226, n. 10 et 11; anno 260, n. 17; 258, n. 7; item 262, n. 77 et 78. Id.

(6) *Milliario tertio.* Ab Urbe nimirum : lege enim 12 tabularum, teste Cicer. *De leg.* lib. II, vetitum fuerat, defunctum intra mœnia sepelire. Hac igitur lege cogebantur etiam Christiani suos mortuos extra mœnia sepelire, nisi forte quis clanculum (quod sæpius accidit) cadaver martyris sustulisset, ac in domo propria sepelisset. Sub Christianis imperatoribus sanctorum ossa in ecclesias translata sunt. Baron. anno 226, n. 7 et 12.

Digitized by Google

NOTITIA ALTERA.

(D. Coustant, *Epistolæ Rom. pont.*, tom. I et unic., p. 114.)

Post Zephyrinum Callistus, qui et ab Optato et Augustino *Calixtus* nuncupatur, anno Heliogabali primo, circa initium anni Christi 219 ordinatus, quinquennio non penitus elapso, anno 223, Octobris XIV die, quo et festum ejus colitur, martyrio vitam finivit [1]. In Eusebii *Chronico* simpliciter quinque pontificatus anni ei tribuuntur. In catalogo autem Bucheriano, cui et pontificalis suffragatur liber, annos 5, menses 11, dies 10 Ecclesiam gubernasse adnotatur. Sed non cohæret sibi prædictus catalogus, ubi Callisti episcopatum *a consulatu Antonini et Adventi usque Antonino III* (leg. *IV*) *et Alexandro*, hoc est ab anno Christi 218 ad 222, definit. Neque etiam id, quòd in libro Pontificali habetur, *Fuit temporibus Macrini et Heliogabali a consulatu* (leg. *ad consulatum*) *Antonini et Alexandri*, cum Eusebii seu *Chronico* seu *Historia* concordat. Utrobique enim Heliogabalo in Macrini demortui locum imperante, et Zephyrinus obiisse, et Callistus Ecclesiæ regimen suscepisse memorantur.

De decreto, et epistolis Callisto ascriptis.

1. Si vulgato Pontificali libro habenda fides, Callistus *constituit jejunium quater in anno fieri, frumenti, vini et olei gratia, secundum prophetiam.* In Fossatensi ms. nunc bibliothecæ Colb. cum quo et alter reginæ Suecorum apud Bolland. tom. I April. propil. consentit, idem decretum sic enuntiatur : *Hic constituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini et olei, secundum prophetam, quarti mensis, septimi et decimi.* Lectionem utramque perinde componit Isidorus Mercator, ac si legisset : *Jejunium, quod ter in anno fieri solebat, quater fieri constituit.* Ita enim eum scribentem inducit : *Jejunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus.*

2. Quatuor anni temporibus feria quarta, sexta et Sabbato jejunandi morem in Ecclesia Romana saltem quinto sæculo generaliter receptum esse Leonis sermones fidem faciunt. Hunc autem morem a legalibus institutis desumptum etiam apud Christianos apostolica auctoritate perseverasse, idem Leo docet. *Unde merito*, inquit serm. 9 de jejunio decimi mensis, *disposuerunt apostolicæ sanctiones, ut veterum jejuniorum utilitas permaneret : et licet Ecclesiæ consuetudo prolixioribus se castigationibus exercere didicisset, amplecteretur tamen continentiæ sanctificationem ex lege venientem : quibus enim donatum erat posse quod majus est, indecens fuit non celebrare quod minus est.* Et serm. 8 de jejunio septimi mensis, c. 3 ait : *Licet tempus omne* (jejuniis) *sit congruum, hoc tamen habemus aptissimum quod et apostolicis et legalibus institutis videmus electum.* In sermone autem 4, c. 2, hoc jejunium *generale* ac *totius Ecclesiæ* esse tradit : quod saltem de Romana intelligendum. Quocirca serm. 3, c. 2, de eodem prædicat : *Jejunium vero, quod universa Ecclesia suscipit, neminem a generali purificatione sejungit; et tunc fit potentissimus Dei populus, quando in unitatem sanctæ obedientiæ omnium fidelium corda conveniunt.*

3. Callisto Isidorus Mercator duas supposuit epistolas, genuino parenti aliquando cum reliquis ipsius fetibus reddendas.

[1] Euseb. lib. VI cap. 21.

ACTA S. CALLISTI PAPÆ MARTYRIS ROMÆ.

(*Acta Sanctorum Bolland.*, Octobris tom. VI, die 14, p. 401.)

MONITUM.

Callistiani martyrii Acta, cum variis vetustisque mss. collata, magnam partem jam pridem edidit, ac Commentario illustravit Henschenius tom. II Maii, ad diem ejusdem mensis decimum, pag. 498 et seqq. quatuor; non quidem integra, sed eatenus tantum, quatenus SS. Calepodii, Palmatii, Simplicii, Felicis, Blandæ aliorumque martyrum, de quibus illic agebat, gesta continebant; omissa parte reliqua, qua reliqua S. Callisti gesta et S. Asterii, qui S. Callistum tumulavit, et Privati militis martyrium explicatur.

Digitized by Google

Dabimus hæc integra ex eodem, quo usus est Henschenius, manuscripto. Credidit Henschenius Acta hæc per notarios Romanos fuisse conscripta ; secutus, ut opinor, quæ in fronte Ms. leguntur, verba, quæ sunt hujusmodi : « Gesta præclara S. Calixti papæ et aliorum martyrum conscripta per notarios Romanos ; » sed nimium facile : neque enim ea simplicitate, quæ primigeniis sincerisque martyrum Actis propria est, sunt prædita, neque nævis carent qui imputari notariis Romanis nequeant : unde nescire se Sollerius ait in Observatione ad laterculum Usuardinum diei decimi mensis Maii, quid movere Henschenium potuerit, ut in eam abiret sententiam.

At quanquam a notariis Romanis ea Acta conscripta non fuerint, magnæ tamen sunt antiquitatis, ut quæ Bedæ, Adoni, Rabano, qui ipsismet eorum non raro verbis utuntur, præluxere, uti facile fatebitur is, qui eorum textus, quibus de Sanctis Martyribus in Actis S. Callisti memoratis agunt, consuluerit, cum Actisque contulerit : nec enim dici potest, non ex Actis Martyrologorum Annuntiationes, sed ex his Acta fuisse conflata ; quod vel ex Bedæ verbis, Callistiana Acta citantis, refellitur. Posteaquam enim ad diem x Maii hæc de SS. Calepodio, Palmatio et Simplicio scripsit : « Romæ Natale Calepodii senis presbyteri, sub Alexandro imperatore, qui eum fecit occidi a Laodicio, et corpus trahi per civitatem atque in Tiberim jactari die Kalendarum Maiarum. Quod inventum piscatores levaverunt, et narraverunt Calixto episcopo. At ille acceptum condidit cum aromatibus et linteaminibus, et sepelivit eum in cœmeterio ejusdem via Aurelia, milliario ab Urbe tertio VI Idus Maii. Tunc decollatus est ab Alexandro Palmatius consul cum uxore et filiis et aliis quadraginta duobus (cum quibus et Simplicius senator) qui per doctrinam Calixti papæ et Calepodii presbyteri nuper fuerant baptizati : » mox addit : « Scriptum in Passione S. Calixti papæ. » Et vero, quam hæc Bedæ cum Actis verba conformia sint, vide : de Calepodio quidem num. 8 leges : « Quem fecit (Alexander) occidi gladio et corpus trahi per civitatem sub die Kalendarum Maii : cujus corpus jactari fecit in Tiberim . . . Quod inventum levantes (piscatores) de flumine, renuntiaverunt B. Calixto episcopo . . . quod corpus sanctum acceptum condivit cum aromatibus et linteaminibus et cum hymnis, et sepelivit eum in cœmeterio ejusdem, sexto Idus Maii. » De Palmatio vero num. 3 : « Baptizavit (Callistus) autem et omnem domum Palmatii et uxorem et filios promiscui sexus quadraginta duos. » Rursum ad diem XIV Octobris de S. pontifice Beda : « Natale S. Calixti papæ : qui in persecutione Alexandri imperatoris diutius fame cruciatus et quotidie fustibus cæsus, per visionem a presbytero suo Calepodio, qui antea martyrium consummaverat, confortatus et consolatus est : qui in carcere eodem positus quemdam militem, nomine Privatum, ab ulcerum dolore ac fœditate simul et infidelitate curavit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem militem fecit plumbatis deficere : beatum vero Calistum per fenestram domus præcipitari ; et ligato ad collum ejus saxo in puteum demergi, et in eum (*sic*) per rudera cumulari. Post dies vero septemdecim presbyter ejus Asterius, cum clericis noctu veniens, levavit corpus et sepelivit in cœmeterio Calepodii pridie Idus Octobris. » Legesis num. 8 et 9 Actorum, eadem fere verba reperies : idem experiere, si Adonis verba cum Actorum verbis conferre volueris. Unde efficitur, Acta S. Callisti sæculo octavo, quo Beda floruit, esse, et multo quidem fortasse, antiquiora.

Cum enim Beda his Acta antiquiora non repererit, nec vero simile fiat tum recens, cum Martyrologium suum Beda confecit, fuisse exarata, est sane cur jam Bedæ ævo vetusta fuisse, non inficiemur ; quanquam obscurum incertumque admodum sit, quo primum sæculo nata sint. Petrus Morettus ecclesiæ S. Mariæ trans Tiberim Canonicus, tom. I de S. Callisto papa et martyre ejusque basilica, anno 1752 typis Romanis edito, Disquisitione 1, cap. 9, multa erudite congessit, quibus probare contendit, scripta esse (vide citatum cap. num. 67, pag. 212) « cum nondum excidisset memoria gestorum, quippe quæ (S. Callisti Passio, et quidem qualis hodie legitur), ad usum fuerit Romanæ Ecclesiæ primis post concessam Christianæ religioni tranquillitatem sæculis. « Ac proinde, » Maxima hinc, inquit, scriptionis antiquitas nec minor propterea auctoritas. »

ACTA MARTYRII.

1. Temporibus Macrini et Alexandri (1) divino incendio concremata est pars Capitolii a meridiano, et intra templum Jovis ruit manus sinistra aurea et eliquata est. Venerunt autem aruspices et sacerdotes ad Alexandrum, dicentes ut sacrificiis placarentur dii eorum. Hoc audito jussit Alexander fieri petitionem eorum. Et dum sacrificarent, subito cœlo A sereno, mane die Jovis (2), fulmine divino mortui sunt quatuor sacerdotes idolorum, et ara Jovis incendio concremata est (3) : et factus est dies obscurus, ita ut omnis populus Romanus fugeret foras extra muros. Et dum dispergeretur populus per fugam, venerunt trans Tiberim in urbem ad templum Ravennatium (4), et audierunt in quodam cœnaculo

(1) « Hæc, inquit Henschenius, infra non raro citandus, tom. II Maii pag. 501 in Adnotatis ad Passionem S. Calepodii et Soc. MM., claritatis causa ita legenda forent : « *A temporibus Macrini usque ad tempora Alexandri hæc gesta sunt.* » Successit Antonio Caracallæ mense Aprili occiso Macrinus anno 217 : Macrino Heliogabalus extinctus anno 222 die VI Martii ex Pagii calculo ; secundum Henschenium, X. Zephyrinus papa obiit anno 217, die XXVI Julii ; successit Zephyrino Callistus die probabilius secunda Augusti, martyrio coronatus die XII Octobris, anno Alexandri primo.

(2) Videsis dicenda not. 24.

(3) Additur in ms. Ultrajectino : « Anno Domini CCXII. » *Henschenius* cit. Porro nihil hactenus narrata præ se ferunt incredibile, cum et Suetonius his non admodum absimilia in Galba scribat : « Novissimo Neronis anno . . . tacta de cœlo Cæsarum ædes, capita omnibus simul statuis deciderunt : Augustique sceptrum e manibus excussum est. » Ex Moretto in Adnotatis in Passionem S. Callisti.

(4) Verba sunt minus ordinatim collocata : rectius scripsisset auctor : « Venerunt trans Tiberim in urbem Ravennatium ad templum, » in cujus nempe cœnaculo Christianos psallentes Romani ex Urbe fugientes audiverunt. Videtur id templum idem esse, quod a Callisto jam ante sacris Christianorum usibus addictum, ac S. Mariæ dedicatum, Alexander, adhuc forte cæsar, Heliogabalo res publicas parum curante, repulsis popinariis, Christianis adjudicavit.

Digitized by Google

multitudinem Christianorum psallentem : inter quos erat Calixtus episcopus cum clero suo. Audiens autem hoc unus ex consulibus (5), nomine Palmatius, multitudinem Christianorum collectam in quodam loco, nuntiavit Alexandro dicens : Magne Princeps, hoc signum ideo factum est, quia civitas sordescit. Si ergo purificata fuerit, gaudebimus simul de gloria culminis vestri et Respublica fulgebit. Alexander dixit : Purificetur. Tandem declara nobis, quæ est ista purificatio? Respondit Palmatius: Ut profani non sint. Alexander dixit: Qui sunt profani? Respondit Palmatius : Christiani. Alexander dixit : Ego præcepi semel atque iterum, ut ubicunque inventi fuerint, puniantur, aut offerant diis immortalibus libamina (6). Respondit Palmatius, dicens : Per claritatem vestram ego audivi, cum tristis essem propter signum quod factum est, quomodo canticis et incantationibus in quodam loco clamaret in regione trans Tiberim multitudo Christianorum : unde non mirum, si causa hæc fecit hoc signum.

2. Dixit ei Alexander : Accipe potestatem, ut ubicunque eos inveneris, trahas ad sacrificandum, ad placandos deos : aut certe exquisitis eos tormentis affige (7). Tunc Palmatius, accepta potestate, collecta multitudine militum, venit trans Tiberim, ubi collecta erat multitudo Christianorum cum B. Calixto : inter quos erat Calepodius (8), senex presbyter : et venientes in quoddam cœnaculum (9), ingressi sunt decem milites : et cum ingressi fuissent omnes, hi decem milites subito cæci facti sunt. Respondit Calepodius senex presbyter et dixit : Filii mei, quem quæritis? Illi autem clamabant dicentes : Accendite nobis luminaria, quia obscuratus est ante nos locus iste. Dixit autem Calepodius presbyter : Deus qui videt omnia, ipse cæcavit oculos vestros. Tunc palpantes illi descenderunt cæcati. Hæc autem cum vidisset Palmatius, timore territus, fugiens nuntiavit omnia Alexandro. Eodem igitur die Alexander jussit milites, qui cæci facti fuerant, ut in conspectu suo ducerentur. Et dum cognovisset milites, cœpit clamare : O cives optimi! Videte artem magicam (10). Respondit Palmatius, et dixit : Si per magicam artem istud factum est, ubi sunt virtutes deorum nostrorum? Jubeat itaque pietas vestra afferri et immolari diis, ne pereat respublica propter eorum incantationes. Et præcepit Alexander ut immolaretur Mercurio, et responsa cognosceret. Emanavit autem præceptum (11) universo vulgo, ut omnes ad Capitolium accurrerent de urbe Roma, ita ut qui inventi fuissent in habitaculis suis die Mercurii (12), omnes interficerentur; et misso præcone ita declaratum est, ut omne vulgus die Mercurii sine dilatione ad Capitolium cum principe conveniat : qui vero non accurrerit, capite puniendum se esse cognoscat. Occurrente die supradicto omnis populus Romanus ad Capitolium accurrit. Palmatius quoque cum omni domo sua venit ad Capitolium cum porcis et vitulis (13).

3. Et factum est dum occisione pecudum effunderetur sanguis, et incantarent carminibus sacerdotes; virgo templi nomine Juliana, arrepta a dæmonio, clamabat dicens : Deus Calixti, ipse est Deus vivus et verus : ipse indignatus est pollutionibus Reipublicæ vestræ, et conteret regnum mortale vestrum, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, solus cucurrit ad B. Calixtum in regione trans Tiberim in urbe Ravennatium; et misit se præcipitans et introivit in domum ubi collecta erat multitudo Christianorum, et cecidit ante pedes B. Calixti, dicens : Cognovi Jesum Christum esse Deum verum, quem dæmones confessi sunt hodie : per ipsum te adjuro, ut liberes me a cultura dæmonum et lapidum : baptiza me sicut prædicas. Dixit ei Calixtus episcopus : Noli deridere errando veritatem. Respondit Palmatius cum lacrymis, dicens : Domine, non derideo : quia cognovi in cæcitate militum, et in responsione virginis, quia Dominus meus Christus tuus est. Respondit Calepodius senex et dixit ad beatum Episcopum : Beatissime Pater, petenti baptismum noli denegare. Eodem tempore indixit jejunium (14) ei uno die, et

(5) Consules anno 222 ordinarii fuerunt Heliogabalus et Alexander; sed Heliogabalo potuit substitui Palmatius, quod Henschenius, vel id muneris antea gessisse, quod alii censent; vel denique consulis appellatio paulo latius sumitur, quæ aliis etiam dignitatibus in Actis Sanctorum interdum attributa invenitur.

(6) Hujusmodi responsum Alexandri, nullo juris ordine servato, nec ullo speciatim objecto crimine, nisi quod profani, seu Christiani essent, mortis sententiam, nisi diis sacrificarent, ferentis, nimium ab Alexandri humanitate et æquitate abhorret, quam ut ex ejus ore profectum fuerit : illatum quidem S. Callisto cæterisque memoratis in hisce Actis Martyribus mortis supplicium est, sed, Alexandro invito ac in Ulpiani ejusve similium machinationibus, etsi contra animi propensionem, connivente potius, quam jubente.

(7) Idem esto de hoc responso judicium.

(8) Colitur die x Maii, ad quem Passionis ejus et Sociorum Acta illustravit Henschenius supra citatus.

(9) Partem superiorem templi, de quo ad not. 4.

(10) Palmatius quidem, quæ facta fuerant, Alexandro nuntiaverit : at is melius de Christianorum institutis moribusque, probe sibi cognitis, judicabat, quam ut ea magicis Christianorum artibus facta continuo crederet.

(11) Præceptum hujusmodi, ut ex sequentibus patet, et publicum et generale fuisset, saltem respectu Romanorum : at id ab ipsomet Alexandro datum fuisse, difficile creditu est : secus vero datum fuisse ejus nomine ab iis, qui et Christianorum flagrabant odio, et, qua apud imperatorem valebant, auctoritate abutebantur.

(12) Vide infra not. 24.

(13) . . . . . *Mactatur vacca Minervæ,*
Alipedi vitulus, taurus tibi, summe deorum.
Ovid. lib. IV *Metamorphoseon.*

(14) Advertat lector animum ad antiquos ritus in baptismo servatos. *Henschenius cit.* Act. apost. cap. 2 v. 38, Petrus ait : « Pœnitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi. »

Digitized by Google

catechizavit eum : et allatam aquam de lympha putei, qui erat in eadem domo, benedixit . et deposito Palmatio in pelvim (15), dixit ei S. Calixtus episcopus : Credis ex toto corde in Deum Patrem omnipotentem, factorem visibilium et invisibilium? Respondit Palmatius : Credo. Et dixit ei : Et in Jesum Christum, Filium ejus (16)? Et iterum respondit : Credo. Et dixit ei : Et in Spiritum sanctum, Ecclesiam Catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem? Et exclamavit voce magna cum lacrymis Palmatius : Credo, Domine. Eadem hora cœpit clamare et dicere : Vere vidi Dominum Jesum Christum verum lumen, qui me illuminavit (17). Baptizavit autem et omnem domum Palmatii, et uxorem et filios, et promiscui sexus numero quadraginta duos. Ab eadem die cœpit Palmatius omnem facultatem suam pauperibus Christianis erogare, perquirens regiones et cryptas, ut ubicunque inveniret aut in custodia aut absconsos Christianos, de facultatibus suis victum vel tegumentum ministraret.

4. Post dies vero triginta duos (18), requiritur Palmatius ab Alexandro, cui nuntiatum est, quia Christianus est, et aliis suadet. Tunc Alexander jussit eum præsentari. Qui cum tentus fuisset a quodam Torquato tribuno, et missus in custodiam Mamertini (19) ; post triduum (20) indicavit Alexandro Torquatus, Palmatium in custodia mancipatum. Tunc Alexander gaudens jussit eum sibi præsentari. Et vinctus catenis Palmatius ingreditur ante Alexandrum. Quem cum vidisset, jussit eum solvi, et dixit ei : Sic amens factus es, o Palmati, ut deseras deos, et quæras et colas hominem mortuum (21)? Palmatius tacuit. Dixit ei Alexander : Loquere fiducialiter : ne timeas. Respondit Palmatius dicens : Si datis licentiam, loquimur veritatem. Dixit ei Alexander : Excepta deorum injuria, loquere. Dixit ei Palmatius : Optime princeps, si advertas, non sunt dii, sed sunt factura hominum mortalium. Modo quidem cognoscat mansuetudo vestra, qui debent coli : qui sunt aut fabricantur a mortalibus, quales sint, vos judicate. Sed precor ego infelix claritatem vestram : dicas deo tuo ut loquatur, et cum interrogavero, respondeat : et cum hoc factum fuerit, non desero deos tuos, quos tu dicis? Dixit ei Alexander : Et quomodo a cunabulis tuis istos adorasti, et modo relinquis eos? Respondit Palmatius : Feci quasi infelix : modo autem cognovi quod verum est, de qua re precor Dominum Jesum Christum, ut ignoscat mihi, quia ignorans peccavi. Eadem hora subridens Alexander, tradidit eum cuidam Simplicio senatori, dicens : Habe eum penes te sine aliquo timore : et mollibus sermonibus revoca eum ad culturam deorum; talem enim hominem Respublica necessarium habet. Accepto Palmatio, Simplicius senator vestimenta nobilia allata induit eum, et duxit in domum suam. Qui Simplicius præcepit uxori suæ, et majoribus domus suæ, ut omnem domum Simplicii in sua potestate haberet. Tunc Palmatius jejuniis et orationibus vigiliarum vacans, non cessabat cum lacrymis Deum Patrem omnipotentem orare, et Jesum Christum Filium ejus, ut pœnitentiam ageret de errore suo.

5. Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, cujus uxor clinica jacebat annis quatuor in lecto, misit se ad pedes Palmatii, dicens : Confessor Domini nostri Jesu Christi, exora pro ancilla tua uxore mea Blanda, ut liberetur de lecto doloris et ego percipiam baptismum cum ea ; quia diu est, quod morbo paralytico tenetur et jam facultas nostra defecit. Tunc Palmatius, præsente uxore Simplicii, cecidit in terram, et cum lacrymis orare cœpit cum Felice dicens : Domine Deus, qui illuminasti servum tuum, da mihi lucem æternam Jesum Christum : salva ancillam tuam Blandam, et alleva eam de lecto doloris : ut cognoscant omnes, quia tu es creator omnium rerum. Eadem hora venit Blanda pedibus suis currens ad domum Simplicii senatoris et dicens : Baptiza me in nomine Domini Jesu Christi, qui tenuit manum meam et sanavit me. Tunc Felix cœpit urgere B. Palmatium ut baptizaretur. Eadem hora B. Palmatius misit ad S. Calixtum episcopum : et veniens baptizavit Felicem cum uxore sua Blanda. Videns hoc Simplicius, cecidit ad pedes Calixti dicens, ut cum omni domo sua baptizaretur. Tunc B. Calixtus episcopus fiducialiter dixit : Congreget Dominus triticum in horreum suum (22), et catechizavit omnem domum Simplicii, et uxorem et filios et familiam ejus, animas promiscui sexus fere sexaginta octo. B. Calepodius presbyter gaudio repletus, cœpit clamare in domo Simplicii, dicens : Gloria tibi, Domine Jesu Christe, qui de tenebris dignaris ad lucem perducere facturam tuam, et de errore liberare. Hoc audiens Alexander, quia multitudo hominum baptismum percepisset per B. Calixtum episcopum, misit exercitum militum, ac tenuit omnes qui baptismum perceperant, quos præcepit capitis subire sententiam, et per diversas portas urbis Romæ capita eorum suspendi, ad exemplum Christianorum.

(15) Ita Constantinus Magnus apud Anastasium Bibliothecarium in Vita S. Silvestri dedit « pelvim ex argento ad baptismum, pensantem libras viginti. » *Ita idem*. Plura si cupis, vide Morettum cit.

(16) Apud Morettum adduntur hæc: « Et dixit ei: Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine? Respondit Palmatius : Credo. »

(17) Lumen hoc videtur fuisse cœleste et insolitum.

(18) Ms. Vlimerii « viginti duos: » Ado « triginta. » *Hensch. cit.*

(19) Ad radicem Capitolii est locus, nobilitatus vinculis SS. Petri et Pauli et aliorum martyrum, uti sæpius diximus. *Hensch. cit.*

(20) Vide infra not. 24.

(21) Atqui Christum inter deos coluit Alexander ipse : non igitur amentiam Palmatio exprobrarit, nec ita contemptim de Christo locutus fuerit.

(22) Verba hæc, licet in S. Callisti officio olim recitata, ex ejus Actis sumi potuere; nec ex ejus ore magis fortasse processerint, quam ea ex ore Alexandri, de quibus paulo ante.

Digitized by Google

6. Tenuit autem et B. Calepodium, quem fecit (23) occidi gladio, et corpus trahi per civitatem sub die Kalendarum Maii (24): cujus corpus jactari fecit in Tiberim ante insulam Lycaoniam (25). In ipsis diebus fugit B. Calixtus cum decem clericis suis, et abscondit se in domum (26) cujusdam Pontiani noctu, rogans piscatores quærere corpus B. Calepodii presbyteri. Quod inventum levantes de flumine, renuntiaverunt B. Calixto episcopo. Tunc gaudio repletus est. Quod corpus sanctum acceptum condivit cum aromatibus et linteaminibus, et cum hymnis, et sepelivit eum in cœmeterio ejusdem (27), sexto Idus Maii.

7. Ab eodem die (28) cœpit Alexander curiose quærere B. Calixtum episcopum. Et divulgatum est ei, quod esset in domo Pontiani juxta urbem Ravennatium: misitque occulte trans Tiberim et tenuit eum: præcipiens ut in eodem loco fame cruciaretur. Qui tamen cum quarto die nihil victus accepisset, jejuniis et orationibus magis corroborabatur. Hoc audiens Alexander, jussit eum fustibus cædi omnibus diebus, et in eodem loco custodiæ mancipari, ut si quis ad eum noctu veniret, occideretur. Cumque multis diebus (29) in custodia esset maceratus, venit ad eum B. Calepodius noctu per visionem, et consolatus est eum dicens: Firmus esto, Pater: quia corona tua jam perfecta est: ut accipias a Deo condignam laboris tui mercedem. Beatus autem Calixtus insistens orationi, non cessabat Dominum deprecari.

8. Erat autem ibidem quidam miles, Privatus (30) nomine, qui erat ulceribus plenus, et cruciabatur die ac nocte doloribus. Hic misit se ad pedes B. Calixti episcopi, dicens: Salva me ab ulceribus meis, quia credo Dominum Jesum Christum Deum vivum et verum, qui, sicut Blandam liberavit, potens est et me salvare, quia diu est quod consumor in afflictione doloris mei. Respondit B. Calixtus episcopus dicens: Si credis ex toto corde, fili, et in nomine S. Trinitatis baptizatus fueris, mundaberis. Privatus miles respondit: Ego credo, quia liberat et salvat me Dominus in baptismo, per manum tuam. Tunc B. Calixtus eum baptizavit, et ita a vulneribus et morbo, quo tenebatur, mundatus est. Et cœpit clamare dicens: Deus verus et Sanctus est Dominus Jesus Christus, quem prædicat B. Calixtus episcopus: quia idola vana et muta consumentur: Deus enim æternus est Christus. Quod iterum audiens Alexander, iracundia plenus, eo quod militem Privatum baptizasset, mittens fecit Privatum plumbatis cædi et deficere: Calixtum vero episcopum per fenestram domus præcipitari, ligatoque ad collum ejus saxo, in puteum demergi et in eo rudera cumulari (31).

9. Post dies vero decem et septem (32) venit presbyter ejus, nomine Asterius cum clericis noctu, et levavit corpus B. Calixti episcopi et honorifice sepelivit in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, pridie Idus Octobris. Post dies autem sex (33) tenuit Alexander Asterium presbyterum: quem præcepit per pontem præcipitari. Cujus sanctum corpus inventum est in Ostia, et a quibusdam Christianis sepultum in eadem civitate sub die XII Kalendarum Novembris: regnante Domino nostro Jesu Christo qui vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

(23) Martyrologium Bedæ: « Fecit occidi a Laodicio. » HENSCHENIUS.

(24) Scrupulum mihi movit dies prima Maii hic S. Calepodii neci assignata, num scilicet posita hac S. Calepodii necis epocha, quæ hactenus gesta in Actis dicuntur, ab Alexandri imperii principio usque ad Kalendas Maii anni 222 fieri reipsa potuerint. Sic ea Morettus Disq. 1 in Auctario, cap. 9 et 10, p. 248, fere disponit: Imperare Alexander cœpit anno 222 die VI Martii: ab hac die usque ad XIII ejusdem mensis potuit Alexander tabernam meritoriam, jam ante in Christianorum templum conversam, rescripto suo Christianis addicere, et Capitolium tangi fulmine, si non ante annum 222 ista contigerint. Factum fuerit Jovi primum sacrificium (vide num. 1) die XIV Martii, qui eo anno, littera Dominicali F, dies Jovis fuit. Accusari tum cœpti fuerint Christiani, tanquam malorum, quæ acciderant, auctores. Exin die XX Martii, qui dies Mercurii fuit, factum fuerit Mercurio sacrificium alterum, de quo num. 2. Tertius novo prodigio Palmatius baptismum petit: diem posterum (vide num. 3) jejunio transigit: die XXII Martii baptismum recipit. Post dies XXXII (vide num. 4), Palmatium requirit Alexander die Aprilis XXIV; eique sistitur (vide num. 4) triduo post, seu die Aprilis XXVII. Sequenti triduo servatur Palmatius in ædibus Simplicii, Blanda et Simplicius baptizantur: quarto autem post die, seu Kalendis Maii, S. Calepodius ejusque Socii martyrium subeunt.

(25) Seu Tiberinam, nunc *S. Bartholomæi* dictam, ob ædem huic sacram. Ex Henschenio.

(26) Postmodum conversam in ecclesiam, S. Callisto sacram.

(27) Quod nimirum a S. Calepodio, cum junior esset, extrui potuisse Henschenius censet pag. 498.

(28) Quo, audita S. Simplicii ejusque familiæ ad fidem conversione, capi S. Calepodium ejusque Socios jusserat.

(29) Sed non admodum multis: nimirum 17.

(30) Alius a S. Saturo in Hieronymianis Martyrologiis ad diem XII et XIV Octobris annunciato.

(31) Anno probabilius 222, die XII Octobris.

(32) Verosimilius a S. Callisti captivitate numerandos ex Comment. præv. § 3, id est, a die circiter XXVII Septembris.

(33) Verosimilius ex dictis in Comment. præv. num. 53 a nece S. Callisti, seu die Octobris XVIII.

Digitized by Google

S. CALLISTI PAPÆ

EPISTOLÆ (34)

(Mansi, *Concil.* I, 737.—Vide notitiam supra col. 112.)

EPISTOLA PRIMA.

AD BENEDICTUM EPISCOPUM.

De jejuniis quatuor temporum, et ut criminationem adversus doctorem nemo suscipiat.

Callistus archiepiscopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, Benedicto fratri et episcopo, salutem in Domino.

Fraternitatis amore [3] constringimur, et apostolico moderamine cogimur, ut consultis fratrum, prout Dominus dederit, respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus.

[3] Gelasius ep. 9. [3] dist. 76 : Jejunium quod ter.

I.

De temporibus jejuniorum.

Jejunium (35), quod ter [3] in anno (36) apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor (37) volvitur tempora, sic et nos quaternum solemne agamus jejunium, per anni quatuor tempora. Et sicut replemur frumento, vino et oleo ad alenda corpora, sic repleamur jejunio ad alendas animas, juxta prophetæ Zachariæ vocem, qui ait:

(34) Ant. Aug. arch. Tarr. dial. 4, libri 11, de emendatione Gratiani, testatur Calixti epistolas rejectas fuisse a selectis viris qui Romæ operam navarunt in Gratiano corrigendo. Idem sentiunt viri eruditi et res ipsa clamat.

(35) *Jejunium.* Jejunium Quatuor temporum non a Callisto pontifice, sed ab apostolis institutum esse, præter expressum sancti Leonis testimonium, ipse quoque Callistus hac epistola indicat, verbis sequentibus hisce : *quod ter in anno apud nos celebrare didicisti;* affirmans jam ante sua tempora trium temporum jejunia in Ecclesia servari esse solita; a se vero, quarti duntaxat temporis jejunium superadditum esse, ne Judæi, secundum prophetiam Zachariæ capite octavo, quater in anno jejunantes, in virtutis temperantiæ exercitio promptiores et alacriores esse dici possint. Jejunium mensis decembris, quod est unum atque præcipuum ex quatuor, tempore apostolorum, a Christianis observatum esse, indicat Lucas Actor. xxvii, his verbis : *Incipiebat enim periculosa esse navigatio, quia jejunium jam præterierat;* quasi diceret, ut exponunt Chrysostomus et Œcumenius, Quia hiberuum illud decimi mensis jejunium præterierat, incipiebat esse periculosa navigatio, propterea quod hiems ageretur, qua navigantibus gravissima pericula imminent. Hoc igitur jejunium Callistus integrum non instituit : sed institutum ab apostolis scripto confirmavit, et, ut Bellarminus concedit, quarto superaddito saltem ampliavit. Vide Bellarminum *De bon. oper. in part.* lib. II, cap. 19; Baron. ann. Christi 57, num. 6 et 7. Sev. Bin.

(36) *Quod ter in anno.* Baron. anno Christi 226, num. 6, putat legendum esse, *quater*, ex eo quod prophetiam Zachariæ citat, quæ quater in anno jejunandum esse admonet : aliter sentit Bellarm. loco prædicto, cujus expositio textui conformior esse videtur. Id.

(37) *Ut sicut annus per quatuor.* His verbis Callisti pontificis tres causæ jejunii quatuor temporibus observandi indicantur. Prima, ne Christiani Judæis hac in parte remissiores viderentur. Constat enim ex verbis prophetiæ sequentibus Judæos quater in anno jejunasse solemni jejunio : æquum igitur fuit ut Christiani, qui perfectiores Judæis esse debebant, etiam sua quatuor tempora haberent; quibus solemni ac communi jejunio per totum orbem jejunarent. Hanc eamdem rationem instituti jejunii quatuor temporum, reddit etiam sanctus Leo sermone 7 de jejunio septimi mensis. Item sermone 4 et 6 de jejunio decimi mensis. Secunda est, ut his temporibus Deo supplicaremus pro frugibus ac fructibus terræ ac pro iisdem perceptis gratias ageremus. Nam in iis quatuor temporibus, aeris temperies maxime variatur, ac fructus omnes cum frugibus vel seruntur, vel nascuntur, vel maturantur, vel colliguntur. Hanc rationem affert sanctus Leo sermone 2, 5 et 8 de jejunio decimi mensis. Tertia causa est, ut singulis mensibus certum aliquod stativum ac solemne jejunium servetur, sicut singulis annis quadragesimale, singulis hebdomadibus feria sexta et quarta olim, nunc sabbato jejunatur, ac proinde quatuor anni temporibus tribus diebus unius hebdomadæ jejunemus, pro tribus mensibus : nimirum mense Martio jejunamus semel tribus diebus, pro primo, secundo ac tertio mense; mense Junio circa Pentecosten jejunamus per dies tres, pro tribus sequentibus mensibus, Junio videlicet, Julio, et Augusto; mense Septembri, pro septimo, octavo et nono; Decembri, pro decimo, undecimo ac duodecimo mense anni, scilicet pro Decembri, Januario ac Februario. Idque majoris commoditatis gratia factum est. Hæc Leo serm. 9 de jejunio septimi mensis; et serm. 8 de jejunio decimi mensis, Amalarius *De offic. eccles.*, lib. II, c. 2. Quarta causa instituti jejunii Quatuor temporum est ordinatio clericorum : quæ cum his temporibus ordinarie per universam Ecclesiam fiat, omnes et singuli Christi fideles exemplo primitivæ Ecclesiæ, quam Actor. xiii, tempore ordinationis jejunasse constat, merito cum jejunio orant, ut Christus Dominus fideles operarios in vineam suam mittere dignetur. Et quanquam primi summi pontifices, ut perspicuum est ex libro Pontificali, ac testimonio Amalarii lib. II *De offic. eccles.*, cap. I, mense Decembri tantum ordines sacros contulerint, tamen crescente ordinandorum numero, recte institutum est, ut aliis etiam tribus temporibus sacri ordines conferrentur : ita Gelasius epistola prima. Vide Bellarm. prædicto loco. Id.

Digitized by Google

Factum est verbum Domini ad me, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocassent me patres vestri, et non sum misertus; sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Nolite timere. Hæc sunt verba quæ facietis : loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; veritatem et judicium pacis judicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odivi, dicit Dominus exercituum. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, et in lætitiam, et in solemnitates præclaras; veritatem tantum et pacem diligite, dicit Dominus exercituum [4]. In hoc ergo omnes nos [5] unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam, *idipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia* [6], in cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem. Non decet enim a capite membra dissidere [7], sed, juxta sacræ Scripturæ testimonium, *omnia membra caput sequantur* [8]. Nulli vero dubium est (38), quod apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris [9], sic et vos voluntatem vestræ impleatis matris [10], quæ est Ecclesia, cujus caput, ut prædictum est, Romana exsistit Ecclesia. Quidquid ergo [11] sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

II.

De criminationibus doctorum.

Criminationes vero contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum, omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales, sic et hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui et patres vocantur, magis portandi quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli et legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conversationem ducat, accusatori respondeat: quia indignum est, ut doctor stulto et indocto, atque reprehensibiliter viventi, respondeat juxta stultitiam suam, dicente Scriptura : *Non respondeas stulto juxta stultitiam suam* [12]. Non bene vivit, qui non recte [13] credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, et infidelis callide insidiatur, atque fideles et pie ac juste viventes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Et contra sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim [14] catholicum, et præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe Scriptura sancta : *Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere* [15] : multis hujus mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cujus prima est labes superbia, initium transgressionis et origo peccati : quoniam mens sponte avida, nec abstinere novit, nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum [16] inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quidquid ergo [17] irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Nulli imperatori [18] vel cuipiam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Injustum ergo judicium et diffinitio injusta, regio metu aut jussu, aut cujuscunque episcopi aut potentis, a judicibus ordinata vel acta, non valeat. Homini religioso parum esse debet [19] inimicitias aliorum non exercere, vel augere male loquendo, nisi etiam eas exstinguere bene loquendo studuerit. Melior est [20] in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. Omnes vero qui amant [21] vitam beatam, maluni eam tranquillitatis suæ et justitiæ statu currere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. Memor enim sum [22], me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere (39), cujus a Domino nostro Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides omnes semper destruit errores. Et intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Spero autem adfuturam [23] misericordiam Dei, quod cooperante ejus clementia, omnis pestifer morbus, ipso pellente, auferatur. et quidquid ipso inspirante atque auxiliante poterit salubriter fieri, cum tuæ fidei et devotionis laude

[4] Zach. VIII, 1-19. [5] S. Leo ep. 33 et 84. [6] I Petr. III. [7] distin. 12 : Non decet a capite. [8] I Cor. XII. [9] Joan. VI, 38. [10] idem habetur infra in decr. 2 Stephani I et Sixti papæ III. [11] Adrian. coll. 3 et 67. [12] Prov. XXVI, 4. [13] Sixti sententiæ 6, 167, 189, 203. [14] S. Leo ep. 53. [15] Eccl. XVIII, 30. [16] Prosperi sent. 202, ex Aug. in ps. LIV. [17] canon. 9 conc. Nicæni. [18] conc. Rom. VI, sub Symmacho papa, 11, q. 3, Injustum judicium, etc. [19] S. Prosperi sent. 179, ex S. Aug. IX Confess. c. 9. [20] ejusdem ex eodem in ps. XCIII. [21] S. Ambr. ep. 21. [22] S. Leo ep. 32. [23] S. Leo ep. 31, cujus verba ut præcedentium auctorum detractis additisve quibusdam interpolata.

(38) *Nulli vero dubium.* Romanam Ecclesiam matrem et caput esse omnium aliarum Ecclesiarum, evidens testimonium notatu dignissimum hic traditur : plura testimonia vide apud Bellarm. *De Rom. pont.* SEV. BINIUS.

(39) *Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere.* Romanum pontificem successorem Petri esse, hic indicatur. Plura testimonia vide apud Bellarmin. *De Roman. pont.* lib. II, cap. 14, et multis aliis sequentibus. ID.

Digitized by Google

peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ esse non possunt, nisi, quæ ad divini muneris famulatum pertinent, sacerdotalis defendat auctoritas. Data undecimo Kalendas Decembris, Antonino et Alexandro viris clarissimis consulibus [24].

EPISTOLA II.

AD OMNES GALLIARUM EPISCOPOS.

De conspirationibus et reliquis illicitis causis, ne fiant, et de reparatione lapsi post pœnitentiam.

Dilectissimis fratribus per Gallias constitutis, universis episcopis, CALLISTUS.

Plurimorum relatu comperimus [25] dilectionem vestram fervore Spiritus sancti ita Ecclesiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere et regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus igitur gloriantes indiciis, rogamus, ne in illis partibus contra statuta apostolica quidquam fieri sinatis, sed nostra fulti auctoritate, nociva compescite, illicita prohibete.

I.

De iis qui conspirant adversus episcopos, vel qui eis consentiunt.

Conspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis manifestatum [26] est. Cujus criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est: sed etiam inter ethnicos, et ab exteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges: et non solum conspirantes, sed *etiam consentientes eis* [27]. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum, quicunque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut exsistunt clerici, honore, quo utuntur, cadere [28] præceperunt: cæteros vero communione privari, et ab Ecclesia exterres fieri jusserunt; omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt; et *non solum facientes, sed et eis consentientes.* Justum est enim [29], ut qui divina contemnunt mandata, et inobedientes patrum exsistunt jussionibus, severioribus corrigantur vindiciis, quatenus cæteri talia committere timeant, et omnes gaudeant [30] fraterna concordia, et cuncti sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Nam si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem [31] vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus fidelium profecto nocebitur. Ili vero in nullius accusationem sunt recipiendi [32], nec eorum vel anathematizatorum vox, ullum nocere vel accusare potest.

II.

De iis qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.

Excommunicatos quoque a sacerdotibus [33], nullus recipiat ante utriusque partis justam examinationem nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec ave eis dicat: quia quicunque in his vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communicaverit, juxta apostolorum institutionem (40), et ipse simili excommunicatione subjacebit [34]. Ab his ergo clerici et laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite conjungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes, non fideles, sed infideles judicantur. Unde ait Apostolus: *Quæ pars fideli cum infideli? aut quæ participatio justitiæ cum iniquitate* [35]?

III.

Ut nullus episcopus de alterius parochia aliquid præsumat, et de mutationibus episcoporum.

Nemo quoque alterius terminos usurpet [36], nec alterius parochianum judicare aut excommunicare præsumat; quia talis judicatio vel ordinatio [37], aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit; quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur [38]. Unde et Dominus loquitur dicens: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui* [39]. Nullus autem primas vel metropolitanus diœcesani ecclesiam vel parochiam [40], aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio vel judicio: sed hoc observet, quod ab apostolis (41) ac patribus et prædecessoribus nostris est statutum, et a nobis confirmatum: id est [41], si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio ac voluntate omnium comprovincialium episcoporum, extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit: et quod egerit, irritum habeatur et vacuum: sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum et clericorum atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum (42);

[24] ann. 222. [25] Simplicius ep. 1. [26] mandatum [27] Rom. 1, 32. [28] carere: ita et ms. Just. at in Gr. textu concilii Chalced., c. 28, legitur ἐκπιπτέτωσαν. [29] 33, q. 3: Justum est, ut qui. [30] Deus gaudeat. [31] S. Greg. ep. 11, lib. XII. [32] 2, q. 4: Conspiratores in nul. [33] 21, q. 3: Excommunicatos quoque a. [34] Apost. can. 11, 12. [35] II Cor. VI, 14. [36] 9, q. 2: Nullus alterius terminos. [37] Adr. col. 16. [38] Anianus const. 2, tit. 16, lib. IV, Cod. Theod. [39] Prov. XXII, 28. [40] 9, q. 2: Nullus primas, nul. [41] Adr. col. 43.

(40) *Juxta apostolorum institutionem.* Canones apostolorum 11 et 12 intelligit, in quorum notis vide quæ diximus de excommunicatis vitandis. SAV. BIN.

(41) *Quod ab apostolis.* Canone 35 et 36, quibus singulis episcopis apostolica lege præcipitur, ne diœceseos suæ terminos transgrediantur, verum potius singuli intra suos fines sese contineant. Vide quæ diximus in notis ad allegatos canones. ID.

(42) *Comprovincialium agatur pontificum.* Locus notabilis, unde perspicue constat pontificis et episcopi nomen commune fuisse omnibus omnino episcopis Romano dignitate et officio inferioribus; adeoque nemini mirum videri debeat, Romanum pontificem et episcopum, cui maxima cura Eccle-

Digitized by Google

Factum est verbum Domini ad me, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocassent me patres vestri, et non sum misertus; sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Nolite timere. Hæc sunt verba quæ facietis : loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; veritatem et judicium pacis judicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odivi, dicit Dominus exercituum. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, et in lætitiam, et in solemnitates præclaras; veritatem tantum et pacem diligite, dicit Dominus exercituum [4]. In hoc ergo omnes nos [5] unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam, *idipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia* [6], in cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem. Non decet enim a capite membra dissidere [7], sed, juxta sacræ Scripturæ testimonium, *omnia membra caput sequantur* [8]. Nulli vero dubium est (38), quod apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris [9], sic et vos voluntatem vestræ impleatis matris [10], quæ est Ecclesia, cujus caput, ut prædictum est, Romana exsistit Ecclesia. Quidquid ergo [11] sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

II.

De criminationibus doctorum.

Criminationes vero contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum, omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales, sic et hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui et patres vocantur, magis portandi quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli et legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conversationem ducat, accusatori respondeat: quia indignum est, ut doctor stulto et indocto, atque reprehensibiliter viventi, respondeat juxta stultitiam suam, dicente Scriptura : *Non respondeas stulto juxta stultitiam suam* [12]. Non bene vivit, qui non recte [13] credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, et infidelis callide insidiatur, atque fideles et pie ac juste viventes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Et contra sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim [14] catholicum, et præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe Scriptura sancta : *Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere* [15] : multis hujus mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cujus prima est labes superbia, initium transgressionis et origo peccati : quoniam mens sponte avida, nec abstinere novit, nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum [16] inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quidquid ergo [17] irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Nulli imperatori [18] vel cuipiam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Injustum ergo judicium et diffinitio injusta, regio metu aut jussu, aut cujuscunque episcopi aut potentis, a judicibus ordinata vel acta, non valeat. Homini religioso parum esse debet [19] inimicitias aliorum non exercere, vel augere male loquendo, nisi etiam eas exstinguere bene loquendo studuerit. Melior est [20] in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. Omnes vero qui amant [21] vitam beatam, malunt eam tranquillitatis suæ et justitiæ statu currere, quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. Memor enim sum [22], me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere (39), cujus a Domino nostro Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides omnes semper destruit errores. Et intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Spero autem adfuturam [23] misericordiam Dei, quod cooperante ejus clementia, omnis pestifer morbus, ipso pellente, auferatur, et quidquid ipso inspirante atque auxiliante poterit salubriter fieri, cum tuæ fidei et devotionis laude

[4] Zach. VIII, 1-19. [5] S. Leo ep. 33 et 84. [6] I Petr. III. [7] distin. 12 : Non decet a capite. [8] I Cor. XII. [9] Joan. VI, 38. [10] idem habetur infra in decr. 2 Stephani I et Sixti papæ III. [11] Adrian. coll. 3 et 67. [12] Prov. XXVI, 4. [13] Sixti sententiæ 6, 167, 189, 203. [14] S. Leo ep. 53. [15] Eccl. XVIII, 30. [16] Prosperi sent. 202, ex Aug. in ps. LIV. [17] canon. 9 conc. Nicæni. [18] conc. Rom. VI, sub Symmacho papa, 11, q. 3, Injustum judicium, etc. [19] S. Prosperi sent. 179, ex S. Aug. IX Confess. c. 9. [20] ejusdem ex eodem in ps. XCIII. [21] S. Ambr. ep. 21. [22] S. Leo ep. 32. [23] S. Leo ep. 31, cujus verba ut præcedentium auctorum detractis additisve quibusdam interpolata.

(38) *Nulli vero dubium.* Romanam Ecclesiam matrem et caput esse omnium aliarum Ecclesiarum, evidens testimonium notatu dignissimum hic traditur : plura testimonia vide apud Bellarm. *De Rom. pont.* SEV. BINIUS.

(39) *Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere.* Romanum pontificem successorem Petri esse, hic indicatur. Plura testimonia vide apud Bellarmin. *De Roman. pont.* lib. II, cap. 14, et multis aliis sequentibus. ID.

Digitized by Google

peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ esse non possunt, nisi, quæ ad divini muneris famulatum pertinent, sacerdotalis defendat auctoritas. Data undecimo Kalendas Decembris, Antonino et Alexandro viris clarissimis consulibus [24].

EPISTOLA II.

AD OMNES GALLIARUM EPISCOPOS.

De conspirationibus et reliquis illicitis causis, ne fiant, et de reparatione lapsi post pœnitentiam.

Dilectissimis fratribus per Gallias constitutis, universis episcopis, CALLISTUS.

Plurimorum relatu comperimus [25] dilectionem vestram fervore Spiritus sancti ita Ecclesiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere et regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus igitur gloriantes indiciis, rogamus, ne in illis partibus contra statuta apostolica quidquam fieri sinatis, sed nostra fulti auctoritate, nociva compescite, illicita prohibete.

I.

De iis qui conspirant adversus episcopos, vel qui eis consentiunt.

Conspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis manifestatum [26] est. Cujus criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est : sed etiam inter ethnicos, et ab exteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges : et non solum conspirantes, sed *etiam consentientes eis* [27]. Antecessores vero nostri eum plurima turba episcoporum, quicunque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut exsistunt clerici, honore, quo utuntur, cadere [28] præceperunt : cæteros vero communione privari, et ab Ecclesia exterres fieri jusserunt ; omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt ; et *non solum facientes, sed et eis consentientes.* Justum est enim [29], ut qui divina contemnunt mandata, et inobedientes patrum exsistunt jussionibus, severioribus corrigantur vindiciis, quatenus cæteri talia committere timeant, et omnes gaudeant [30] fraterna concordia, et cuncti sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Nam si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem [31] vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus fidelium profecto nocebitur. Ili vero in nullius accusationem sunt recipiendi [32], nec eorum vel anathematizatorum vox, ullum nocere vel accusare potest.

II.

De iis qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.

Excommunicatos quoque a sacerdotibus [33], nullus recipiat ante utriusque partis justam examinationem nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec ave eis dicat : quia quicunque in his vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communicaverit, juxta apostolorum institutionem (40), et ipse simili excommunicatione subjacebit [34]. Ab his ergo clerici et laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite conjungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes, non fideles, sed infideles judicantur. Unde ait Apostolus : *Quæ pars fideli cum infideli ? aut quæ participatio justitiæ cum iniquitate* [35] ?

III.

Ut nullus episcopus de alterius parochia aliquid præsumat, et de mutationibus episcoporum.

Nemo quoque alterius terminos usurpet [36], nec alterius parochianum judicare aut excommunicare præsumat ; quia talis judicatio vel ordinatio [37], aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit ; quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur [38]. Unde et Dominus loquitur dicens : *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui* [39]. Nullus autem primas vel metropolitanus diœcesani ecclesiam vel parochiam [40], aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio vel judicio : sed hoc observet, quod ab apostolis (41) ac patribus et prædecessoribus nostris est statutum, et a nobis confirmatum : id est [41], si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio ac voluntate omnium comprovincialium episcoporum, extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit : et quod egerit, irritum habeatur et vacuum : sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum et clericorum atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum (42) ;

[24] ann. 222. [25] Simplicius ep. 1. [26] mandatum [27] Rom. I, 32. [28] carere : ita et ms. Just. at in Gr. textu concilii Chalced., c. 28, legitur ἐκπιπτέτωσαν. [29] 33, q. 3 : Justum est, ut qui. [30] Deus gaudeat. [31] S. Greg. ep. 11, lib. XII. [32] 2, q. 4 : Conspiratores in nul. [33] 21, q. 3 : Excommunicatos quoque a. [34] Apost. can. 11, 12. [35] II Cor. VI, 14. [36] 9, q. 2 : Nullus alterius terminos. [37] Adr. col. 16. [38] Anianus const. 2, tit. 16, lib. IV, Cod. Theod. [39] Prov. XXII, 28. [40] 9, q. 2 : Nullus primas, nul. [41] Adr. col. 43.

(40) *Juxta apostolorum institutionem.* Canones apostolorum 11 et 12 intelligit, in quorum notis vide quæ diximus de excommunicatis vitandis. SRV. BIN.

(41) *Quod ab apostolis.* Canone 35 et 36, quibus singulis episcopis apostolica lege præcipitur, ne diœceseos suæ terminos transgrediantur, verum potius singuli intra suos fines sese contineant. Vide quæ diximus in notis ad allegatos canones. Ib.

(42) *Comprovincialium agatur pontificum.* Locus notabilis, unde perspicue constat pontificis et episcopi nomen commune fuisse omnibus omnino episcopis Romano dignitate et officio inferioribus ; adeoque nemini mirum videri debeat, Romanum pontificem et episcopum, cui maxima cura Eccle-

Digitized by Google

nec aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait : *Non veni ministrari, sed ministrare* [42]. Et alibi : *Qui major est vestrum, erit minister vester* [43], et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cuncta cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum (qui quamvis aliquo temporum intervallo nos antecesserint, ab uno tamen eodemque puritatis fonte, veritatis et fidei lumen hauserunt, et eodem illustratore et directore spiritu, Ecclesiæ Dei stabilimentum, et omnium Christianorum communem quæsiverunt utilitatem [44]), ut uno animo [45], uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum episcoporum, alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet. et alterius episcopi est parochiæ, super cujusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse dignoscitur ; aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur ; et non solum ille, sed cooperatores, eique consentientes : quia sicut ordinatio, ita eis et judicatio [46], et aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter judicabit ? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit ; quoniam sicut alterius uxor [47], nec adulterari ab aliquo, vel judicari aut disponi, nisi a proprio viro, eo vivente, permittitur : sic nec uxor episcopi (43), quæ ejus Ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, absque ejus judicio et voluntate, alteri judicari vel disponi, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione, ullatenus conceditur. Unde ait Apostolus : *Alligata est uxor legi, quandiu vir ejus vivit ; eo vero defuncto, soluta est a lege viri* [48]. Similiter et sponsa episcopi (quia sponsa uxorque ejus dicitur Ecclesia) illo vivente ei est alligata ; eo vero defuncto, soluta est, et cui voluerit, nubat, tantum in Domino, id est, regulariter. Si enim, eo vivente, alteri nupserit, adultera judicabitur. Similiter et ille, si alteram sponte duxerit, adulter æstimabitur, et communione privabitur. Si autem persecutus fuerit in sua Ecclesia, fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente Domino : *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam* [49]. Si autem utilitatis causa fuerit mutandus [50], non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, et auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed utilitatis.

IV.

De conjunctionibus consanguineorum ; et de iis, qui ex eis nascuntur, et de accusationibus quas leges rejiciunt.

Conjunctiones autem consanguineorum fieri prohibentur [51], quando has et divinæ et sæculi prohibent leges. Leges ergo divinæ hoc agentes, et eos qui ex eis prodeunt, non solum ejiciunt, sed et maledictos appellant. Leges ergo sæculi, infames tales vocant, et ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, et eorum vestigiis inhærentes, infamia eos notamus, et infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi. Nec eos viros, nec accusationes eorum, quos leges sæculi rejiciunt, suscipere debemus. (Quis enim dubitat, leges humanas, rationi et honestati non repugnantes, esse amplectendas, præsertim ubi vel publicæ consulunt utilitati vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur [52] ?) Eos autem consanguineos dicimus [53], quos divinæ et imperatorum, ac Romanorum atque Græcorum [54] leges consanguineos appellant, et in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim conjunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ. (Et si quæ ausu temerario tentatæ sint, auctoritate apostolica rescindendæ veniunt [55].)

V.

Qui non debeant admitti ad accusationem, vel ad testimonium : nec nisi de iis quæ in præsentia acta sunt, testimonium dandum.

Quisquis ergo non est legitime conjunctus [56], vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis, est, et accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi rejiciendi sunt et infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt, fieri

[42] Matth. xx, 28. [43] Marc. x, 15. [44] quæ ansulis clausa sunt, non leguntur in c. Just. Ita et in Luc. [45] Adr. coll. 43, qq. interjectis a superioribus verbis sejuncta. In Decret. Ivon. l. IV. [46] Adr. coll. 16. [47] 7, q. 1 : Sicut alterius uxor. [48] Rom. VII, 8. [49] Matth. x, 23. [50] In Decret. Ivon. l. III. [51] 35, q. 2, 3 : Conjunctiones consanguineorum. [52] absunt a ms. Just. et a Luc. [53] 3, q. 4 : Consanguineorum conjunctiones. [54] inscite hinc arguitur distinctio impp. in Romanos et Græcos. [55] absunt a ms. [56] in Decret. Ivon. lib. IV.

siæ commissa est, qui non tantum universæ plebis, sed etiam totius cleri, omnium sacerdotum et episcoporum pastoralem curam habere debet, discriminis causa atque officio suo convenienter pontificem maximum et episcopum episcoporum appellari. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Zephyrini, et ad epistolam Sixti. SEV. BIN.

(43) *Uxor episcopi.* Sicut virgines per votum emissum, dicuntur Christo nubere ejusque sponsæ, tota causa 27, quæst. 1, ita merito Ecclesia ejus, cui quis per ordinationem ascriptus est, uxor esse dicitur. Unde recte apostolica constitutione, quæ exstat canonibus apostolorum 14, 15 et 16, constitutum est, ne episcopi aliive curata beneficia possidentes diœceses ac parochias suas sine gravi causa majoris utilitatis, sua sponte mutent ; sicut et illud, quod qui post sacros ordines susceptos, quantumvis invalide, matrimonium in facie Ecclesiæ contrahere præsumpserint, interpretativam, quam vocant bigamiam, adeoque irregularitates, aliasque pœnas incurrant, can. Quotquot, 27, quæst. 1. ID.

Digitized by Google

censemus. Hos ergo sæculi leges interficiunt, sed nos, misericordia præeunte, sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per pœnitentiam publicam et Ecclesiæ satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda [57]. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum et eorum, super quorum fide non hæsitatur, minime recipiantur, et in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis [58] omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in judicio [58*] cujus sit conversationis et fidei, is qui accusat, et is qui accusatur, quoniam hi qui non sunt rectæ conversationis ac fidei, et quorum vita est accusabilis, non permittuntur majores natu accusare, nec quorum fides, vita et libertas nescitur. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusationem [59]. Rimandæ vero sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest [60], sed propria voce, et præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem [61]. Nec absente eo [62], quem accusare voluerit, cuicunque accusatori credatur. Similiter testes per quamcunque scripturam testimonium non proferant, sed præsentes, de his quæ viderunt et noverunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores vero consanguinei [63], adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes: sed si voluerint, et invicem consenserint inter se, parentes tantummodo testificentur, et non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur: quia propinquitatis, et familiaritatis, ac dominationis affectio, veritatem impedire solet [64]. Amor carnalis, et timor [65], atque avaritia, plerumque sensus hebetant humanos et pervertunt opiniones; ut quæstum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentiæ. *Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum* [66]. *Fovea alta est os malevoli* [67]. Innocens dum credit facile, cito labitur. Sed iste lapsus, surgit; et tergiversator suis artibus præcipitatur, unde nunquam exsiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Unde bene sacra ait Scriptura: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias* [68]. Nos enim [69] tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia et opera nostra, neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocunque modo fuerit, non perdamus eum [70], sed fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Apostolus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi* [71]. Porro S. David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam [72], et tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit, sed tamen apostolus permansit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: *Peccator in quacunque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius* [73].

VI.

Si possit sacerdos post lapsum ministrare.

Errant enim [74], qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claves disputant [75] et agere videntur, de quibus dictum est: *Quæcunque solveritis in terra, erunt soluta et in cœlo* [76]. Alioquin hæc sententia, aut Domini non est, aut vera est. Nos vero indubitanter, tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles, post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus [77], testante Domino per prophetam: *Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat?* et *qui aversus est, non revertetur* [78]? Et alibi: *Nolo*, inquit Dominus, *mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [79]. Et propheta David pœnitentiam agens, dixit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me* [80]. Ipse namque post pœnitentiam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ Ecclesiæ, si lapsi fuerint, et condignam pœnitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: *Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur* [81]. Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Videns enim Propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitavit, prædicando et Domino libando, curare aliena. Lacrymarum ergo effusio movet animi passionem. Satisfactione autem impleta, avertitur animus ab ira. Qui enim non igno-

[57] S. Isid. III, Sent. 46. [58] Adr. col. 4. [58*] 2, quæst. 7: Quærendum est. Et in Carthag. conc. IV, cap. 96. Adr. 1 col. 5 et 15. [59] 2, q. 8: Accusatorum. [60] 3, q. 9: Absente eo quem. [61] 3, q. 9: Testes per quas. [62] vide cod. Theod. et Anianum aliosque jurisconsultos. [63] 2, q. 3: Consanguinei accusatores. [64] Anian: Veritatis professionem; propinquitatis affectio impedire cognoscitur. [65] S. Ambr. ep. 44, quam legendam moneo. [66] Psal. XXIII, 4. [67] Prov. XXVI, juxta LXX. [68] Tob. IV, 16. [69] S. Ambr. epistola 39. [70] portemus eum, et fr. c. affectu. [71] Galat. VI, 1, 4. [72] S. August. ep. 50 de iisdem Davide et S. Petro. [73] Ezech. XVIII, 21, 22. [74] in Decr. Ivon. lib. IV, [75] S. August. ibid. [76] Matth. XVIII, 18. [77] S. Greg. ep. 54 libri VIII. [78] Jerem. VIII, 4. [79] Ezech. XVIII, 32, et XXXIII, 11. [80] Psal. L, 14. [81] Ibid. 15.

Digitized by Google

scit alteri, quomodo sibi putat subveniri? Superabundant ergo peccata, superabundet et misericordia. *Quoniam apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio* [83]. Penes Dominum omnium abundantia est, quia *Dominus virtutum ipse est et rex gloriæ* [83]. Ait enim Apostolus: *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei; justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore; ut sit ipse justus et justificans eum, qui ex fide est Jesu Christi* [84]. David enim dicit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* [85]. Mundatur ergo homo a peccato, et resurgit gratia Dei lapsus [86], et in pristino manet officio, juxta prædictas auctoritates. Videat ne amplius peccet, ut sententia Evangelii maneat in eo: *Vade, et amplius noli peccare* [87]. Unde ait Apostolus: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ. Humanum dico* [88]. Majus enim peccatum est judicantis [89], quam ejus qui judicatur. *Existimas*, inquit Apostolus, *o homo omnis qui judicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: his quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem, quærentibus* [90] *vitam æternam; his autem, qui ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci. Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum* [91]. Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat [92], non solum tenere, sed et audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocautomatibus et sacrificiis [93]. Consultis vestris breviter respondimus, quia oppressos nimis, et præoccupatos aliis judiciis, litteræ nos invenere vestræ. Data VIII Idus Octobris, Antonino et Alexandro viris clarissimis consulibus [94].

[83] Psal. CXXIX, 7. [83] Psal. XXIII, 10. [84] Rom. III, 23-26. [85] Psal. XXXI, 1. [86] a lapsu [87] Joan. VIII, 11. [88] Rom. VI, 12-19. [89] Sixti sent. 174. [90] Roman. Correct. præferunt verbum *quærunt* participio *quærentibus*. [91] Rom. II, 3, 10. [92] Sixti sent. 328, ex versione Rufini qui obiit an. 411. [93] Marc. XII. [94] an. 222.

ANNO DOMINI CCXXXI.

S. URBANUS I

PONTIFEX ROMANUS

NOTITIA EX LIBRO PONTIFICALI DAMASI PAPÆ

(Mansi, *Concil.*, I, 747, Varias lectiones ad hunc locum Libri pontificalis vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CXXVII, col 1338, in Anastasio Bibliothecario.)

Urbanus (1) natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit annos quatuor, menses 10, dies 12 (2). Hic

(1) *Urbanus*. Cum post martyrium Callisti, sedes sex diebus vacasset, 21 Octobris, anno Christi nati 226, qui est Alexandri imperatoris tertius, Urbanus patria Romanus ei substituitur. Baron. prædicto anno, num. ult. Sub hujus pontificatu Origenem Alexandrinæ Ecclesiæ subditum, spontaneum eunuchum ab Alexandro Hierosolymorum episcopo contra apostolorum canones ordinatum esse Demetrius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus jure meritoque conqueritur, ipsumque Origenem in laicorum ordinem redigendum, et ab exercitio presbyterii suspendendum esse, recte decrevit et admonet; postea tandem excommunicat, quod scripta quædam deinceps ab eo vel evulgata, vel, ut ipse Origenes excusabat, suo nomine edita, multis hæresibus scaterent. Vide Baron. prædicto anno et sequentibus. Sev. Bin.

(2) *Sedit annos* 4, *menses* 10, *dies* 12. Ex Vaticanis indicibus constat eum sedisse annis sex, mens. 7, dieb. 4. Euseb. in *Chron.* graviter errat, dum

Digitized by Google

fecit ministeria sacrata omnia argentea (3), et patenas argenteas 25 apposuit. Hic sua traditione multos convertit ad baptismum et credulitatem; Tiburtium etiam et Valerianum nobilissimum virum, sponsum sanctæ Cæciliæ, quos etiam usque ad martyrii palmam perduxit. Et per ejus monita et doctrinam, multi martyrio coronati sunt (4). Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, episcopos per diversa loca octo. Qui et sepultus est in cœmeterio Prætextati, via Appia, VIII Kalendas Junias, et cessavit episcopatus dies 30.

NOTITIA ALTERA.

(D. Constant, *Epistolæ Rom. pont.* I, 114.)

Hunc papam, Alexandro imperatore, Callisto successisse Eusebius in *Chronico* tradit. Eum Ecclesiæ Romanæ pontificatu *octennio* perfunctum esse idem scriptor *Hist.* lib. VI, c. 23, docet. Et eum quidem *a consulatu Maximi et Æliani usque Agricola et Clementino*, hoc est ab anno Christi 223 ad 230 Ecclesiam rexisse ex Bucheriano catalogo discimus. Maii 25 die, quo et memoriam ejus celebrat Ecclesia, obiisse creditur. Hæc autem omnia inter se, necnon cum iis, quæ de Callisto præmisimus, componi commode possunt, si octennium Eusebianum octo diversos consulatus intelligamus. Nam ab anni 223 mense Octobri, circa cujus exitum Callistus pontifex creatus putatur, ad 25 diem mensis Maii anni 230, quo Urbani mors consignatur, octo re- A censentur consulatus. At in Bucheriano Catalogo non solum annos 8, sed et præterea menses 11, dies 12, in ms. autem reginæ Suec. annos 8, menses 10, dies 12, in Corbeiensi annos 9, menses 1, dies 11 sedisse adnotatur. Sed quia in numericas notas error facile irrepit, adeo ut pro octo Urbani pontificis annis in uno Colbertino IV et in Fossatensi III tantum legantur, hærendum potius videtur consulari notæ, qua Urbani pontificatus a Maximi et Æliani consulatu ad consulatum Agricolæ et Clementini in Bucheriano catalogo definitur.

Urbani nullum ad nos pervenit genuinum scriptum. Ea quippe epistola, quæ nomine illius circumfertur, Isidorum Mercatorem opificem habet: adeoque ab ejus collectione non est distrahenda.

illi annos novem ascribit. Baron. anno 233, num. 1. Sev. Bin.

(3) *Hic fecit ministeria sacrata omnia argentea.* His temporibus Ecclesiam non modo vitreis, sed etiam argenteis calicibus, quibus abundabat, usam fuisse, præterquam quod hic aliud asseratur, ex Gregorii Turonensis commentariolo, quem *De gloria martyrum* scripsit, cognoscere licet, ubi dicit: multa sacra ministerialia vasa ex argento confecta, inventa esse, dum crypta illa, in qua fideles sacra agentes occlusi fuerant, refoderetur. Imo non argenteis tantum, sed et aureis calicibus Romanos pontifices circa hæc tempora incruentum corporis ac sanguinis Domini sacrificium offerre consuevisse, Prudentius in hymno de rebus gestis S. Laurentii indicat, versibus, quibus persecutores S. Laurentium interpellarunt, hisce:

Hunc esse vestris orgiis
Moremque, et artem, proditum est;
Hanc disciplinam fœderis
Libent ut auro antistites,
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem:
Auroque nocturnis sacris
Astare fixos cereos.

Cum igitur hac ex parte Christianæ Ecclesiæ gloria cresceret, regale sacerdotium Christi his fulgoribus et ornamentis illustraretur, non sine Dei B nutu ac consilio accidit ut Alexander imperator templis deorum gentilium, aurum et argentum conferri ægre tulerit, illudque Persii, ut refert Lampridius, frequenter susurrarit:

In templo quid facit aurum?

Et demum singularis divinæ providentiæ opus esse videtur, quod aurum et argentum, templis ethnicorum jam ante collatum, per Maximinum Alexandri successorem istuc auferri, statuas deorum, omnemque materiam nummis condendis idoneam conflari permiserit: adeoque voluerit fieri, quod I Reg. cap. V scribitur, arca scilicet Dei appropinquante, Dagon Philisthæorum deum confringi; illam extolli, hunc dejici; illam gloria et honore affici, hunc vero dejectum universo ornatu et decore exui et spoliari; Christianæ religionis gloriam crescere, gentilitiæ superstitionis honorem minui et penitus obscurari. Baron. anno Christi 233, n. 2 et 3. Vide quæ dixi- C mus supra in notis ad Vitam Zephyrini. Ib.

(4) *Per ejus monita et doctrinam multi martyrio coronati sunt.* Qui Tiburtium, Valerianum et Maximum cum sancta Cæcilia in fide instruxerat, baptizaverat, et adversus ictum gladii hortatu suo obfirmaverat, tandem ipse quoque multa propter Ecclesiam passus, cervicibus abscissis, martyrio coronatus est, anno Christi 233, Alexandri imperatoris 10, vigesimo quinto die Maii. Baron. prædicto loco. Ib.

Digitized by Google

S. URBANI I PAPÆ

(5) EPISTOLA AD OMNES CHRISTIANOS

(Mansi, *Concil. Collect.*, t. I, p. 748.)

De eo quod Ecclesia modo possessiones fidelium recipit, et non pretium earumdem rerum sicut temporibus apostolorum; et cur sedes excelsæ in ecclesiis episcoporum præparentur; et ut eis, quos episcopi excommunicant, nullus communicet; et quos ipsi quoquo modo ejecerint, nullus recipiat.

I. *De vita communi, et quam ob causam Ecclesia possessiones habere cœperit.*
II. *A quibus vel in quos usus res ecclesiasticæ dispensentur, et de invasoribus earum.*
III. *Si quis ab Ecclesia jus possidendi avellere tentaverit.*
IV. *De cathedris episcopalibus.*
V. *Ut nullus communicet iis, quibus episcopus non communicat, vel recipiat quos ille abjecerit.*
VI. *De sponsione in baptismo facta, et de iis qui communem vitam susceperunt.*
VII. *De impositione manus episcopalis.*

URBANUS episcopus omnibus Christianis, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, salutem.

Decet omnes Christianos, charissimi, ut cum imitentur, cujus nomen sortiti sunt. *Quid prodest, fratres mei,* Jacobus apostolus ait, *si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui sapiens et disciplinatus est inter vos, ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ* [1].

I.

Scimus [2] vos non ignorare (6), quia hactenus vita communis inter bonos [3] Christianos viguit, et adhuc gratia Dei viget, et maxime inter eos qui in sortem Domini sunt electi [4], id est, clericos, sicut in Actibus legitur apostolorum : *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi. Et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes, afferebant pretia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum, filius consolationis, Levites et Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum, et attulit pretium ante pedes apostolorum* [5], et reliqua. Videntes ergo sacerdotes summi et alii [6], atque Levitæ, et reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hæreditates et agros quos vendebant, Ecclesiis, quibus præsidebant episcopi, traderent, eo quod ex sumptibus eorum,

[1] Jacob. II, 14. [2] Quæst. : Scimus vos non ign. 37. [3] Omnes. [4] Isid. II De off., c. 1. [5] Actor. IV, 32-37. [6] Quæst. 1 : Videntes autem sacerdotes.

(5) Ficta et supposita apud viros doctos habetur.

(6) *Scimus vos non ignorare.* Docet hoc loco S. Urbanus pontifex, initio Ecclesiæ, juxta testimonium Lucæ Act., cap. IV, consuevisse pios homines possessiones rerum suarum distrahere, earumque pretium Ecclesiis donare : sed quia eo modo præsentibus duntaxat, non autem futuris Ecclesiæ ministris providebatur, decernit magis e re et commodo Ecclesiæ futurum, si ipsæ rerum possessiones Ecclesiæ donentur. Et merito : si enim Levitis veteris testamenti divino jure concessum est, ut urbes ad habitandum, suburbana ad alendum pecora possideant, agros et vineas ex oblationibus populi licite emant, licite etiam distrahant ac vendant, quod Levit. cap. XXV, et III Reg. cap. II, Jer. cap. XXXII, Act. cap. IV, satis aperte indicatur; quo jure, quave ratione hoc sacerdotibus ac clericis novi testamenti interdictum erit? Patriarchæ Jacob filium Levi exhæredantis sententiam ac voluntatem Deus quidem approbavit, ejusque posteris, nullam partem terræ, in 12 duntaxat partes, pro numero 12 tribuum divisæ assignari permisit; sed tamen decimam partem omnium fructuum, sibi tanquam proprio Judæorum regi, loco tributi debitam una cum 48 civitatibus, et suburbanis earum prædiis, illis, tanquam suis hæredibus, donavit. Ridicula sane foret, vehemens illa multorum pontificum et conciliorum decretis, rerum ecclesiasticarum interdicta alienatio, si Ecclesia nullam rem licite hactenus possederit. Quare quod inquit Christus Luc. XIV, non posse esse discipulum suum, nisi qui renuntiaverit omnibus quæ possidet, ita intelligendum est, sicut id quod sequitur : *Si quis venit ad me, et non odit patrem et matrem et uxorem, adhuc autem et animam suam, non potest esse meus discipulus.* Certum est, non ad odium, sed potius ad amorem parentum, filiorum, uxoris, et vitæ propriæ quemlibet hominem divina lege obligari, si horum amor Dei charitati, quem super omnia diligere debemus, nihil obstet aut præjudicet; sic si rerum possessio animum a Dei cultu avocet, mala est, eoque casu plane deserenda; si vero ministris alimenta præbendo, eumdem Dei cultum promoveat, utilissime sane Ecclesia temporalium bonorum dominium ac possessionem sibi retinet et usurpat. Vide quæ diximus supra in notis ad epist. 2 Pii I. Bellarminus lib. I *De clericis*, cap. 26. SEV. BIN.

Digitized by Google

tam præsentibus quam futuris temporibus, plurima et elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quam ex pretio eorum; cœperunt prædia et agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere[7], et ex sumptibus eorum vivere.

II.

Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum, episcoporum, qui locum tenent apostolorum, erant, et sunt usque adhuc, et futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi et fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quam ecclesiasticis, et prædictorum Christianorum fratrum vel indigentium converti: quia vota sunt fidelium[8], et pretia peccatorum (7), ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum, Domino traditæ. Si quis autem (quod absit) secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ et Saphiræ percipiat, et reus sacrilegii efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, de quibus legitur in prædictis apostolorum Actibus: *Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua: et afferens partem quamdam, ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus Ananiæ: Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, et venumdatum erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus, sed Domino. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, et exspiravit. Et factus est timor magnus in omnes qui audierunt. Surgentes autem juvenes, emoverunt eum; et efferentes, sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, et uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introivit. Respondens autem ei Petrus, dixit: Dic mihi, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus* A *autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, et efferent te. Confestim cecidit ad pedes ejus, et exspiravit. Intrantes autem juvenes, invenerunt illam mortuam, et extulerunt, et sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in universam Ecclesiam, et in omnes qui audierunt hæc*[9]. Hæc, fratres, valde cavenda sunt et timenda: quia res Ecclesiæ, non quasi propriæ[10], sed ut communes et Domino oblatæ[11], cum summo timore non in alios quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne pœnam et mortem Ananiæ et Saphiræ incurrant, et (quod pejus est) anathema maranatha fiant[12], et si non B corpore, ut Ananias et Saphira, mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadat, et in profundum barathri labatur. Unde attendendum est omnibus[13], et fideliter custodiendum, et illius usurpationis contumelia depellenda, ne prædia usibus secretorum[14] cœlestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit[15], post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promenda est, perpetua damnetur infamia, et carceri tradatur, aut exsilio perpetuæ deportationis utatur[16]. Quoniam, juxta Apostolum[17], tradere oportet hujusmodi hominem Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini.

III.

C Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum Ecclesiæ[18], quibus episcopi præsident, Domino adminiculante, creverunt, et tantis maxima pars earum abundant rebus, ut nullus sit in eis, communem eligens[19] vitam, indigens; sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipit. Ideo si aliquis exstiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

IV.

Quod autem sedes in episcoporum ecclesiis ex-

[7] Concil. Milev. 25. [8] Julianus Pomerius lib. II De vita contempl., c. 9 et 16. Vide Hincm. epp. 5 et 8, edit. Moguntinæ Busæi. [9] Actor. v, 1-11. [10] 12. Quæst. 1: Res ecclesiæ non quasi. [11] Idem Pomerius qui supra, in opere quod falso a plerisque tributum fuit Prospero Aquitano. [12] 1 Cor. xvi, 22. [13] 17. Quæst. 4: Attendendum est, ne prædia. [14] sacrorum. [15] Cod Theod. lib. xvi, tit. 2, const. 40, quam expende. [16] uratur. [17] 1 Cor. v, 5. [18] Quæst. 1: Videntes autem sacerdot. [19] Degens vel gerens.

(7) *Pretia peccatorum.* Receptissima est expositio, ut hostiæ et eleemosynæ pro peccatis oblatæ, peccata appellentur. Osee cap. IV de sacerdotibus dicitur: *Peccata populi mei comedent.* Quem locum Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus et alii recentiores recte de hostiis interpretantur. Nam Scriptura ita frequenter loqui solet, ut in primis evidentissime patet ex hisce verbis Pauli apost. II Cor., cap. V: *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.* Quia igitur bona temporalia Deo in ministris Ecclesiæ oblata, peccata redimunt, et peccantem ad dignam pœnitentiæ obtinendum disponunt, recte pretia peccatorum appellantur. De hoc peccatorum pretio intelligendum est illud apostoli Pauli: *Impertiunt nobis corporalia, quibus nos spiritualia impertimus.* Hoc idem beatus martyr ac pontifex Alexander I, epist. 1, in principio, hisce verbis: *Ipsi enim,* inquit, *pro populo interpellant, et populi peccata comedunt, quia precibus suis et oblationibus ea delent atque consumunt.* Comedi enim dicuntur in Scriptura, psal. LVIII, quæ consumuntur. Discamus ergo quod qui eleemosynis et oblationibus fidelium fruimur, eas precibus nostris, sicut obligamur, diligentissime compensemus; futurum alioquin, ut de rebus injuste acceptis, coram tremendo judice sæculi, graviter periclitemur. Vide Ruberam in Oseam c. IV, n. 4. SEV. BIN.

Digitized by Google

celsæ constitutæ et præparatæ inveniuntur ut thronus, speculationem et potestatem judicandi, et solvendi atque ligandi, a Domino sibi datam materiam docent. Unde ipse Salvator in Evangelio ait : *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlo; et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo* [20]. Et alibi : *Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt* [21].

V.

Ideo ista prætulimus, charissimi [22], ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini, et eos ut animas vestras diligatis; et quibus illi non communicant, non communicetis; et quos ejecerint, non recipiatis. Valde enim timenda (8) est sententia episcopi [23], licet injuste liget aliquem; quod tamen summopere prævidere debet.

VI.

Vos autem hortantes, monemus omnes, qui Christianitatem suscepistis, et a Christo vocabulum Christiani sumpsistis [24], ne in aliquo Christianitatem vestram irritam faciatis, sed sponsionem, quam Domino in baptismo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi, sed condigni coram eo inveniamini. Et quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, et vovit [25] nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat [26] : sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat; quoniam satius est non vovere, quam votum, prout melius potest, non perficere. Gravius enim puniuntur qui votum fecerunt [27], aut fidem perceperunt, et votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi qui vitam sine voto finierunt, aut sine fide mortui sunt, et tamen bona egerunt opera. Ad hoc enim sensum rationabilem naturæ munere [28], et secundæ nativitatis reparationem suscepimus, ut secundum Apostolum, *magis quæ sursum sunt, sapiamus, non quæ super terram* [29] : *quia sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum* [30]. Quid autem suadet, charissimi, sapientia hujus sæculi, nisi nocitura quærere, et amare peritura, negligere salutaria, pro nihilo reputare perpetua ? Cupiditatem commendat, de qua dicitur : *Radix omnium malorum est cupiditas* [31]. Quæ inprimis hoc malum habet, quod dum ingerit transitoria, abscondit æterna. Et dum a foris posita conspicit, intra se latentia non introspicit, et dum aliena quærit, sectatori [32] suo semetipsum alienum facit. Ecce quid suadet sæculi sapientia ? vivere in deliciis. Unde dicitur : *Vidua quæ in deliciis est, vivens mortua est* [33]. Suadet ergo mollissimis suavitatibus, peccatis, vitiis et flammis nutrire carnem, cibi et vini intemperantia animam premere, ac vitam spiritus intercludere, et contra se hosti suo de se gladium ministrare. Ecce quid suadet sæculi sapientia ? ut qui boni sunt, mali esse malint, et per errorem mentis, fieri etiam studeant peccatores, et non cogitent illam terribilem Dei vocem, cum *exurentur peccatores sicut fenum* [34].

VII.

Omnes enim fideles [35] per manus impositionem (9) episcoporum Spiritum sanctum post baptismum ac-

[20] Matth. xvi, 18. [21] Joan. xx, 22, 23. [22] 11. Quæst. 3 : Quibus episcopi non communicant. [23] S. Greg. hom. 26, in Evangelia. [24] Isid. vii Orig., 14. [25] 12. Quæst. 1 : Scimus vos non ign. votum pauperlatis. [26] Conc. Parisiensis an. 829 cap. 10 libri ii alludere videtur. [27] Eucher. aut quis alius hom. in die Pentecostes, quam vide. [28] Coloss. iii, 2. [29] I Cor. iii, 19. [30] I Tim. vi, 10. [31] Factori leg. est. [32] I Tim. v, 6. [33] Psalm. xci, 8. [34] De conseer. dist. v · Omnes fideles Confirmationis sacramentum.

(8) *Valde enim timenda.* Duplex est excommunicatio : una justa, in qua nulla debita circumstantia desideratur; altera injusta est, cui una vel plures requisitæ circumstantiæ desunt. Hæc posterior, si invalida sit, puta si excommunicans potestatem et auctoritatem non habeat, vel si propter bonum opus eam ferat, vel denique si solemnia debita (de quibus cap. *Statuimus*, et cap. Constit. 2, de sent. excommunicat. lib. vi) non observaverit, conscientiam fidelium non obligat, adeoque talis nunquam timenda foret, nisi forte ratione alicujus scandali, ab hominum consortio, et sacramentorum perceptione abstinendum foret, donec populo nullitas latæ excommunicationis innotuerit. Quæ vero aliunde excommunicato injusta videtur, ex eo nimirum quod judicem non recta intentione judicasse putet, vel se innocentem esse existimet, merito singulis fidelibus extimescenda est : cum omnium judicio certum sit, talibus fructum orationis et suffragiorum communium a reliquis fidelibus licite applicari non posse, neque debere; imo si excommunicato de sua innocentia non evidenter constet, tenetur etiam sub gravi peccato sententiæ latæ parere, et usque ad absolutionem ab hominum consortio et sacramentorum perceptione abstinere. De tali igitur excommunicationis sententia, quæ scilicet probabili judicio judicis, tametsi non re ipsa, causam justam habeat, intelligi debet quod hac epistola dicitur; sicut et illud, quod hom. 26 in Evangelia scribit Gregorius : *Sententiam pastoris sive justa, sive injusta sit, timendam esse.* Valent. tom. IV, disp. 7, quæst. 17, punct. 2. Vide quæ diximus supra in notis ad can. apost. Sev. Bin.

(9) *Omnes fideles per manus impositionem.* Ab Urbano sacramentum confirmationis institutum esse, si qui ex hoc loco probari posse existimant, graviter errant. Apostoli enim, qui Act. viii et xix super baptizatos manus imposuerunt, ut Spiritum sanctum acciperent, hoc sacramentum confirmationis administrarunt. Accedit quod Tertullianus Urbano antiquior confirmationis pluribus in locis meminerit. In lib. *De resurrectione carnis : Caro*, inquit, *abluitur, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima consecretur.* Et lib. *De bapt. : Deinde manus imponitur, per benedictionem advocans et invitans Spiritum sanctum.* Et in lib. *De præscript.* loquens de diabolo, qui imitatur baptismum et confirmationem nostram : *Tingit*, inquit, *et ipse quosdam utique credentes et fideles suos; signat illic in frontibus milites suos.* De hoc sacramento S. Dionysius Areopagita apostolorum temporibus æqualis cap. 2, parte ii *Eccles. hierarchiæ*, sic ait : *Baptizatum indutum alba veste ad pontificem ducunt, ille divino ac deifico prorsus unguento virum signat.* Et infra cap. 4, part. iii : *Sed et ipsis qui sacratissimo regenerationis mysterio consecrantur, adventum*

Digitized by Google

cipere debent, ut plene Christiani inveniantur : quia cum Spiritus sanctus infunditur [35], cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. De Spiritu sancto accipimus, ut efficiamur spirituales : *quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei* [36]. De Spiritu sancto accipimus [37], ut sapiamus inter bonum malumque discernere, justa diligere, injusta respuere, ut malitiæ ac superbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diversis illecebris, et fœdis indignisque cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto accipimus, ut amore vitæ et gloriæ ardore succensi, erigere a terrenis mentem ad superna et divina valeamus [38]. Data Nonis Septembris, id est, quinto die ejusdem mensis, Antonino [39] et Alexandro viris clarissimis consulibus.

[35] Idem Eucherius loco citato. [36] I Cor. II, 14. [37] Ista etiam infra habentur in decreto Melchiadis papæ. [38] Hactenus Eucherius quem consule. [39] An. 222, vivente adhuc Callisto, cui Urbanus successit anno 224.

Spiritus sancti consummans unguenti inunctio elargitur. Similia hac de re duo Clementes, alter Romanus in suis *Apost. constit.* libris, alter Alexandrinus, Justinus martyr aliique plures de hoc sacratissimo sacramento scripserunt, longe ante Urbani pontificis tempora. Quomodo igitur sigillum Domini et sacratum hoc unguentum ab Urbano institutum esse potuit, quod prædictorum testimonio a Christo institutum est, et ab apostolis usurpatum, et universæ Ecclesiæ traditum est? Vide Bellarm. lib. II *De confirm.*, c. 5 et 6, et IV *De Roman. pontif.*, c. 8. SEV. BIN.

ANNO DOMINI CCXXXII.

ASTERIUS URBANUS

NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, Proleg., III, XI.)

I. *Auctor trium librorum adversus Cataphrygas, Asterius Urbanus asseritur.*
II. *Episcopus fuisse demonstratur. Episcopi antiquitus vocati quandoque presbyteri. Zoticus Otrenus, alius a Comanense videtur.*
III. *Quo tempore scripserit auctor, inquiritur. Iniqua viri docti censura retunditur.*

I. Veterum sententiam de trium librorum auctore adversus Cataphrygas, quos Avircio Marcello nuncupatos memorat Eusebius (1), haud unam esse comperimus. Hieronymus enim opus illud modo Rhodonem, modo Apollonium litteris consignasse tradit (2). Rufinus (3) et Nicephorus (4) Claudium Apollinarem, Eusebii nimirum mentem minus recte assecuti. Sed ejusmodi opiniones non esse admittendas, alibi uberius exposuimus (5). Nunc vero post viros doctissimos, Valesium (6), Tillemontium (7), Longuerueum (8) et Dodwellum (9), qui tamen postea sententiam mutavit (10), Asterium Urbanum eorum librorum scriptorem existimamus.

Objici quidem potest, ab hujusce operis scriptore mentionem fieri Asterii Urbani ; ut proinde non auctor fuerit ipsemet noster Asterius. Sic enim ille (11) : Καὶ μὴ λεγέτω ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν, τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα. Sed quis non videat verba intermedia seriem orationis turbare, rescribendumque : Καὶ μὴ λεγέτω τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, *nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus?* Hinc merito censuit Valesius, verba illa quæ interseruntur, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανόν, scholion esse quod vetus quidam scholiastes, vel si mavis, Eusebius ipse, ad marginem libri sui apposuerat, ad verba quæ paulo ante occurrunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ. Quod quidem scholion, ut fieri assolet, fuerit deinceps a librariis in textum illatum : importunum illud quidem, sed eo saltem nomine commodum, quod hinc demum cum ipso viro docto colligamus, Asterium Urbanum trium librorum adversus Cataphrygas habendum esse auctorem, non autem Claudium Apollinarem, ut post Rufinum complures re-

(1) Euseb., *Hist. eccl.* lib. v, cap. 16.
(2) Hieron., *De vir. illustr.*, capp. 37 et 40.
(3) Rufin., interpr. Euseb. l b. v, cap. 15.
(4) Niceph. Call., *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 23.
(5) Prolegom. ad Bibl. PP. vol. I, cap. 25, § 2, et vol. II, cap. 12, § 2.
(6) Vales., ad Euseb. lib. v, cap. 16.
(7) Tillem., *Mém.*, tom. II, pagg. 430, 441, et 670, not. 7, sur les Montan.
(8) Longuer., *Dissert. de Montan.*, § 14, pag. 265.
(9) Dodw., Dissert. 4 Cypr., § 11, pag. 44.
(10) Id., Dissert. 4 Iren., § 38, pag. 369.
(11) Aster. Urb., Fragm. 4 infr., col. 151.

Digitized by Google

centiores statuerunt. Porro Valesiana conjectura Tillemontio (12) præ cæteris atque Pearsonio (13) arrisisse perhibetur.

II. Quis autem qualisve fuerit noster Asterius, non liquet. Episcopum vero ipsum fuisse, illa suadere satis videntur quæ ab eo Ancyræ in Galatia peracta noscuntur. Cum enim illius urbis Ecclesiam Montani ejusque feminarum pseudoprophetiis turbatam comperisset, collecto fidelium cœtu pluribus diebus disseruit, eosque in veritate fidei magnopere confirmavit, adversarios vero Deique hostes in fugam convertit (14) : quo quidem munere fungi, virum in primis episcopali honore insignitum decebat.

Præterea testatur auctor (15) tunc adfuisse dum loqueretur, Zoticum Otrenum quem vocat suum B συμπρεσβύτερον, quin et Zoticum Comanensem et Julianum Apamenum, ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, *viros probos et episcopali dignitate ornatos* : ut propterea non solum in presbyterorum collegium cooptatus fuisse videatur Asterius, sed et ipsemet episcopus fuerit, qui nimirum tribus aliis astantibus episcopis ad populum in ecclesia verba fecerit. Neque vero quis jure collegerit, nostrum Asterium adeoque Zoticum Otrenum in presbyterii gradu fuisse tantummodo collocatos, quod Zoticum ipsum *compresbyterum* suum appellet : haud enim insolens in ecclesiasticæ antiquitatis monumentis, episcopos vocari consuevisse presbyteros. Unum afferam exemplum, et quidem ter inculcatum, ex C epistola Irenæi ad Victorem (16) : « Sed et presbyteri illi, inquit, qui ante Soterem Ecclesiæ præfuerunt, quam nunc gubernas. » Et mox : « Verum qui te præcesserunt presbyteri. » Paucisque interjectis, de Aniceto verba faciens : « Cum hic, ait, presbyterorum qui ante se fuerant, consuetudinem retinendam esse diceret, » etc. Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι, οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας ἧς ἀφηγῇ . . . . ἀλλ' οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι . . . . λέγοντα (τὸν Ἀνίκητον) τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Plura suppeditabit Svicerus (17), quem profecto mirari subit illustrem hunc locum præteriisse.

Cæterum haud existimaverim equidem cum Lequienio (18) V. C. unum eumdemque fuisse Zoti- D cum Otrenum et Comanensem, quorum divisim meminit auctor : cum inconsonum videatur, uni episcopo duas Ecclesias longe inter se dissitas fuisse commissas. Otrys enim in Bithyniæ finibus collocatur a Strabone; Comanorum vero urbs (ut hic de Comanis Ponticis taceam) Cappadociæ, Ptolemæo teste, attribuitur. In notitiis episcopatuum, prior diœceseos Asianæ putatur, Ponticæ autem posterior.

III. Jam vero quæ superant ex tribus libris Asterii, ætatem satis declarant qua ille scribebat. Sic enim ait (19) : *Ab obitu Maximillæ usque in hanc diem, plus quam tredecim anni jam elapsi sunt : nec tamen ullum aut particulare bellum, aut universale in terris fuit. Imo Christianis, præcipua quadam Dei misericordia, pax stabilis et firma permansit.* Et iterum (20) : *Ostendant nobis* (Cataphryges) *quinam inter ipsos Montano et mulierculis successerint : etenim prophetiæ donum in omni Ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere, auctor est Apostolus. Sed nullum prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartus decimus hic agatur annus ab obitu Maximillæ.* Ex quibus sane verbis, subductis rationibus, colligit Tillemontius (21) ista scripsisse Asterium circa Domini annum 231, imperii vero Alexandri XI. Et jure quidem : nam Alexander, Herodiano teste (22), εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον ἐλάσας τῆς βασιλείας ἔτος, ἀνατμωτὶ ἦρξεν, *annis quatuordecim citra sanguinem gessit imperium* : ut proinde quiete agere permissi fuerint Christiani eo imperante; adeoque *pax* illa, qua sub Antonino Caracalla, sub Macrino, nec non sub Elagabalo fruebatur Ecclesia, sub Alexandri quoque imperio *stabilis et firma permansit*, ut scribit noster auctor.

Ex iis porro quæ huc usque de Asterio Urbano edisseruimus, in primis vero de illius acri studio in Christiana religione ab hæreticorum fraudibus vindicanda; quis demum æquo animo ferat eo usque processisse virum criticum, ut scribere non dubitarit (23), *quæ* ab Apollonio, Asterio, Miltiade aliisque illius ævi Montanistarum oppugnatoribus, *retulit* Eusebius, *adeo esse plena declamatoriæ vanitatis, ut eo faciant fidei minus, quo magis affirmant?* Itane vero? Ita quidem vir ille censet; quo nimirum Montanum sive purget sive laudet, suumque proinde Tertullianum ab Ecclesiæ unitate sejunctum ac Montanistis addictum.

(12) Tillem., l. c., pag. 671.
(13) Pears., *Vindic. Ignat.*, part. II, pag. 164.
(14) Aster. Urb., Fragm. 1, col. 145.
(15) Id. ibid., et Fragm. 4, col. 151.
(16) Iren., apud Euseb. *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 24.
(17) Svicer., *Thes. eccl.*, v. Πρεσβύτερος, tom. II, pag. 826.
(18) Lequien., *Oriens Christ.*, tom. II, pagg. 447, 847.
(19) Aster., Fragm. 5, infr., col. 151.
(20) Id., Fragm. 10, infr., col. 155.
(21) Tillem., *Mém.*, tom. II, pag. 441.
(22) Herodian., *Histor.* lib. VI, sub init.
(23) Rigalt., præfat. ad Tertull.

Digitized by Google

ASTERII URBANI

QUÆ SUPERSUNT

FRAGMENTA EX LIBRIS III CONTRA MONTANISTAS AD ABERCIUM MARCELLUM.

(Galland., *op. cit.*, tom. III, p. 273, ex Eusebio, *Hist. eccl.* lib. v, capp. 16 et 17.)

I. *Exordium operis.*

Ἐκ πλείττου ὅσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου, ἀγαπητὲ Ἀουίρκιε Μάρκελλε (24), ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην (25) λεγομένην αἵρεσιν (26), ἐφεκτικώτερον πῶς (27) μέχρι νῦν διεκείμην· οὐκ ἀπορίᾳ τοῦ δύνασθαι ἐλέγχειν μὲν τὸ ψεῦδος, μαρτυρεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δεδιὼς δὲ καὶ ἐξευλαβούμενος, μή πη δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου Καινῆς Διαθήκης λόγῳ· ᾧ μήτε προσθεῖναι μήτ' ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτὸ πολιτεύεσθαι προῃρημένῳ. Προσφάτως δὲ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ Πόντον Ἐκκλησίαν (28) ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοί φασι προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον ὡς δειχθήσεται ψευδοπροφητείας διατεθρυλλημένην (29)· καθόσον δυνατὸν, τοῦ Κυρίου παρασχόντος, περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ' αὐτῶν ἑκατά τε (30) διελέχθημεν ἡμέραις πλείοσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς τὴν μὲν Ἐκκλησίαν ἀγαλλιασθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιῤῥωσθῆναι· τοὺς δὲ ἐξεναντίας πρὸς τὸ παρὸν ἀποκρουσθῆναι, καὶ τοὺς ἀντιθέ-

A Cum jamdudum id mihi munus injunxeris, Avirci Marcelle charissime, ut adversus Miltiadis hæresim opus aliquod componerem, anceps tamen atque animo dubius hactenus substiti : non quod aut mendacium refellere, aut veritati patrocinari minime valerem : sed quod verebar ac reformidabam, ne forte quibusdam viderer evangelicæ Novi Testamenti doctrinæ quidquam scribendo addere, et denuo statuere voluisse : cui tamen neque adjici quidquam neque adimi fas est, ab eo præsertim qui ex Evangelii præceptis vitam agere instituerit. Nuper vero cum essem Ancyræ in Galatia, et Ecclesiam illius loci nova illa, non ut ipsi dicunt, prophetia, sed ut po tea demonstrabitur, pseudoprophetia turbatam deprehendissem; quantum fa-
B cere potui, Deo juvante, tum de his ipsis, tum de reliquis omnibus quæ ab illis proponebantur, singillatim in ecclesia disserui pluribus diebus : adeo ut Ecclesia quidem incredibili gaudio affecta, et in veritate fidei magnopere confirmata sit ; adversarii vero tunc quidem fugati, et Dei hostes non medio-

(24) *Ἀουίρκιε Μάρκελλε.* Rectius in codice Maz., Med. et Fuk. scribitur Ἀουίρκιε. Apud Nicephorum in lib. IV legitur Ἀβέρκιε. In Menologiis Græcorum ad diem 22 Octobris mentio fit τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβέρκιου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, τοῦ θαυματουργοῦ. Cujus Vitam Græce edidit P. Halloixius in tom. II *De illustribus orientalis Ecclesiæ scriptoribus.* Est autem id nomen Latinum, ut opinor, cum nullam habeat Græcæ originis notam.

(25) *Τῶν κατὰ Μιλτιάδην.* Nicephorus addit ἴσον δ' εἰπεῖν Μοντανόν, quod scholii vice a Nicephoro additum esse non dubito. Sed cur hic, quisquis est innominatus auctor, hæresim Cataphrygarum, Miltiadis potius quam Montani sectam appellaverit, obscurum est. Non enim hic Miltiadem illum intelligit, de quo Eusebius in sequenti capite loquitur. Is enim pro catholica veritate adversus Cataphrygas scripsit. Itaque Joannes Langus, vir doctissimus, qui Nicephorum interpretatus est, hoc loco Alcibiadem pro Miltiade emendavit. Certe Alcibiades inter præcipuos auctores sectæ Cataphrygarum memoratur ab Eusebio supra in cap. 3 hujus libri. Aut igitur hic legendum est *Alcibiades*, aut illic scribendum *Miltiades*.

(26) *Εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην . . . αἵρεσιν.* Hujus loci versionem Valesianam notat Douwellus *Dissert. 4 in Irenæum*, § 38, p. 370, ejusque censura probatur Fabricio *Bibl. Gr.* tom. V, p. 192. Cæterum *Miltiadem* quemdam hæreticum nunc primum agnoscimus ex Fragmento Caii, ut videtur, Romani *de Canone sacrarum Scripturarum*, § 4, hujus tomi col. 35 relato.

(27) *Ἐφεκτικώτερον πῶς.* In codice Regio ac Mediceo πως accentum rejicit in ultimam syllabam antecedentis vocabuli. Quod ideo notare volui, quia ad marginem editionis Genevensis idipsum indicatur paulo obscurius. In codice quoque Maz. et Fuk. πως accentum rejicit in antecedentem vocem.

(28) *Τὴν κατὰ Πόντον Ἐκκλησίαν.* Longe præferenda est codicis Regii scriptura, quam confirmat etiam Nicephorus in lib. IV, cap. 25, τὴν κατὰ τόπον Ἐκκλησίαν, id est, Ecclesiam illius loci, ut habet Latinus interpres, Ancyræ scilicet. Sic in
C inscriptione epistolæ Smyrnensium ad reliquas Ecclesias, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις. Et infra τῶν κατὰ τόπον πρεσβ.

(29) *Διατεθρυλλημένην.* Id est *personantem ac perstrepentem.* Tota enim Ecclesia illius loci rumore novæ prophetiæ personabat, cum ob tantæ rei novitatem cuncti de ea re loquerentur. Ex quo apparet donum prophetiæ jam tum illis temporibus in Ecclesia rarum atque inusitatum fuisse, quippe cum exorta Montani prophetia tantos tumultus tunc temporis in Ecclesia excitaverit. Quod certe non contigisset, si solemne tunc ac pervulgatum in Ecclesia fuisset prophetiæ donum. Porro διατεθρυλλημένην Langus vertit *decantatam.*

(30) *Ἑκαστά τε.* Amplector emendationem Christophorsoni, qui ἑκάστοτε correxit, id est *assidue, quotidie.* Et sic Savilius ad oram libri sui emendavit.

Digitized by Google

cri dolore perculsi fuerint. Cum vero ejus loci presbyteri postularent, ut eorum quæ contra veritatis adversarios dicta fuerant, commentarium ipsis scriptum relinquerem : astante etiam compresbytero nostro Zotico Otreno, id quidem minime præstiti ; sed simul atque huc rediissem, scripturum me omnia, et ad ipsos quamprimum missurum, Deo favente, promisi.

τους (31) λυπηθῆναι. Ἀξιούντων οὖν τῶν κατὰ τόπον πρεσβυτέρων, ὅπως τῶν λεχθέντων κατὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ ὑπόμνημά τε καταλίπωμεν· παρόντος καὶ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Ζωτικοῦ τοῦ Ὀτρηνοῦ (32), τοῦτο μὲν οὐκ ἐπράξαμεν· ἐπηγγειλάμεθα δὲ ἐνθάδε γράψαντες, τοῦ Κυρίου διδόντος, διὰ σπουδῆς πέμπειν αὐτοῖς

II. *Ex libro* I.

Igitur obstinata illorum coitio adversus Ecclesiam et nova perniciosi schismatis hæresis, hanc habuit originem. Vicus quidam esse dicitur in Mysia contermina Phrygiæ, nomine Ardaba : in quo, aiunt, Montanum quemdam ex iis qui fidelium numero recens ascripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum sub Grato Asiæ proconsule adſtum in se adversario spiritui præbuisse : et dæmone repletum, subito quodam furore ac mentis excessu concuti cœpisse, et nova quædam atque inaudita proloqui ; hariolantem ac prædicentem futura, præter morem atque institutum Ecclesiæ a majoribus traditum, et continua deinceps successione propagatum. Porro ex his qui tunc temporis adulterinos hominis sermones audierant, alii quidem ut abreptitium et dæmoniacum ac spiritu erroris actum, turbasque in populo excitantem indignabundi objurgabant, et loqui ulterius prohibebant : quippe qui in mente haberent discrimen a Domino prænotatum, minasque quibus jubemur adventum falsorum prophetarum vigilanter ac sollicite observare. Alii vero velut sancto Spiritu et prophetiæ gratia elati inflatique mirum in modum, et distinctionis a Domino præmonstratæ penitus obliti, illum infatuantem et adulatorem vulgique seductorem spiritum ultro ad loquendum provocabant, capti ejus illecebris et in fraudem inducti. Hac igitur arte seu potius fraude ac versutia diabolus adversus eos qui dicto Domini audientes non erant, exitium machinatus, cum ab illis immerito

Ἡ τοίνυν ἔνστασις αὐτῶν καὶ ἡ πρόσφατος τοῦ ἀποσχίσματος αἵρεσις πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην. Κώμη τις εἶναι λέγεται ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ (33), καλουμένη Ἀρδαβαῦ τοὔνομα· ἔνθα φασὶ τινὰ τῶν νεοπίστων πρώτως, Μοντανὸν τοὔνομα κατὰ Γράτον Ἀσίας ἀνθύπατον, ἐν ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτρῳ φιλοπρωτείας δόντα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀντικειμένῳ, πνευματοφορηθῆναί τε καὶ αἰφνιδίως ἐν κατοχῇ τινι καὶ παρεκστάσει γενόμενον ἐνθουσιᾷν· ἄρξασθαί τε λαλεῖν καὶ ξενοφωνεῖν, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς Ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντα. Τῶν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῶν νόθων ἐκφωνημάτων ἀκροάσει γενομένων, οἱ μὲν ὡς ἐπὶ ἐνεργουμένῳ καὶ δαιμονῶντι καὶ ἐν πλάνης πνεύματι ὑπάρχοντι, καὶ τοὺς ὄχλους ταράττοντι ἀχθόμενοι ἐπετίμων, καὶ λαλεῖν ἐκώλυον· μεμνημένοι τῆς τοῦ Κυρίου διαστολῆς τε καὶ ἀπειλῆς, πρὸς τὸ φυλάττεσθαι τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν ἐγρηγορότως παρουσίαν. Οἱ δὲ ὡς ἀγίῳ Πνεύματι καὶ προφητικῷ χαρίσματι ἐπαιρόμενοι, καὶ οὐχ ἥκιστα χαυνούμενοι, καὶ τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, τὸ βλαψίφρον καὶ ὑποκοριστικὸν καὶ λαοπλάνον πνεῦμα προὐκαλοῦντο· θελγόμενοι καὶ πλανώμενοι ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὸ μηκέτι κωλύεσθαι σιωπᾷν· τέχνῃ δέ τινι, μᾶλλον δὲ τοιαύτῃ μεθόδῳ κακοτεχνίας ὁ διάβολος τὴν κατὰ τῶν παρηκόων (34) ἀπώλειαν μηχανησάμενος, καὶ παρ' ἀξίαν ὑπ' αὐτῶν τιμώμενος, ὑπεξήγειρέ τε καὶ προσεξέκαυσεν αὐτῶν τὴν ἀποκεκοιμημένην (35) ἀπὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν

(31) *Καὶ τοὺς ἀντιθέτους.* Malim ἀντιθέους, ut legitur ad marginem editionis Genevensis. Cum enim jam dixerit τοὺς ἐξεναντίας ἀποκρουσθῆναι, ineptissima esset repetitio, si τοὺς ἀντιθέτους iterum nominaret. Verum ἀντιθέους, quod longe gravius est, appellat Montanistas, id est Dei adversarios, eo quod novum Paracletum inducerent. Atque ita in codice Fuk. et Savil. scriptum habetur. Si quis vero ἀντιθέτους retinere maluerit, non repugnabo. Infra enim dicuntur ἀντιδιατεθέμενοι, ut et apud Gregor. Nyssenum lib. I contra Eunomium, et Paulum in II ad Timoth.

(32) *Τοῦ Ὀτρηνοῦ.* Male apud Nicephorum legitur Ὀστρηνοῦ. Distinguendus autem videtur hic Zoticus Otrenus a Zotico Comanensi episcopo, cujus infra meminit hic auctor. Nam et Comanensis ille antiquior fuit.

(33) *Ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ.* Rufinus vertit : *Vicus quidam esse dicitur apud Phrygiam Mysiæ civitatem :* ineptissime. Nec melius Musculus et Christophorsonus interpretantur, *apud Mysiam Phrygiæ.* Quid enim, amabo, sibi vult Mysia Phrygiæ? Duplex olim fuit Mysia, sicut et Phrygia, teste Strabone in libro XII. Alia major, quam Olympenem vocat Strabo ; alia minor, quam Hellespontiam vocat Ptolemæus. Utraque porro Phrygiæ contermina fuit. Unde natum proverbium apud Græcos, Χωρὶς τὰ Μυσῶν. Fuit et altera Mysia in Europa, Thraciæ contributa, quam Latini quidem Mœsiam vocant, Græci vero semper Μυσίαν. Ad hujus ergo distinctionem, ἡ κατὰ Φρυγίαν Μυσία hic dicitur Mysia Phrygiæ contermina, seu Asiatica. Porro vicus iste in codice Maz. dicitur Ἀρδαβᾶ6.

(34) *Κατὰ τῶν παρηκόων.* Rufinus *indisciplinatos* vertit, Musculus *immorigeros*, non male. Intelliguntur enim ii qui præceptum Domini, quo præmoniti fuerant ut a falsis prophetis caverent, negligebant ; τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, ut supra loquitur hic innominatus scriptor. Pessime Christophorsonus.

(35) *Τὴν ἀποκεκοιμημένην.* Metaphora est a mulieribus, quæ relicto mariti toro furtim ad mœchum transeunt. Nam κοιμᾶσθαι, seu dormire, de hujusmodi adulteriis dici solet, ut in libris sacris occurrit non semel. Quod cum non intelligeret Christophorsonus, *erroris somno consopitam* vertit.

Digitized by Google

πίστεως διάνοιαν· ὡς καὶ ἑτέρας τινὰς δύο γυναῖκας ἐκπεῖραι, καὶ τοῦ νόθου πνεύματος πληρῶσαι· ὡς καὶ λαλεῖν ἐκφρόνως καὶ ἀκαίρως καὶ ἀλλοτριοτρόπως ὁμοίως τῷ προειρημένῳ· καὶ τοὺς μὲν χαίροντας (36) καὶ καυχωμένους ἐπ' αὐτῷ, μακαρίζοντος τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους τῶν ἐπαγγελμάτων ἐκφυσιοῦντος· ἔσθ' ὅπη δὲ καὶ κατακρίνοντος στοχαστικῶς καὶ ἀξιοπίστως αὐτοὺς ἀντικρυς, ἵνα καὶ ἐλεγκτικὸν (37) εἶναι δοκῇ· ὀλίγοι δ' ἦσαν αὐτῶν τῶν Φρυγῶν ἐξηπατημένοι· τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίαν βλασφημεῖν διδάσκοντος τοῦ ἀπηυθαδισμένου πνεύματος, ὅτι μήτε τιμὴν μήτε πάροδον εἰς αὐτὴν τὸ ψευδοπροφητικὸν ἐλάμβανε πνεῦμα. Τῶν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πιστῶν πολλάκις καὶ πολλαχῆ τῆς Ἀσίας εἰς τοῦτο συνελθόντων (38), καὶ τοὺς προσφάτους λόγους ἐξετασάντων καὶ βεβήλους ἀποφηνάντων καὶ ἀποδοκιμασάντων τὴν αἵρεσιν, οὕτω δὴ τῆς τε Ἐκκλησίας ἐξεώσθησαν, καὶ τῆς κοινωνίας εἴρχθησαν.

A colerentur, mentes eorum a vera fide secubantes somnoque oppressas excitavit paulatim ac vehementius inflammavit. Quippe duas alias mulierculas suscitavit, et adulterino spiritu replevit; adeo ut ipsæ quoque, perinde ac supra memoratus ille, insana quædam et importuna atque aliena loquerentur. Et eos quidem qui ea re delectabantur atque intumescebant, spiritus ille beatos prædicabat et promissorum magnitudine supra modum inflabat. Interdum tamen conjecturis et fide dignis argumentis utens, palam eos condemnabat, quo scilicet etiam objurgatorius videretur. Hi perpauci erant Phryges, hujusmodi fraude decepti. Universam vero quæ per orbem terrarum sparsa est, Ecclesiam, idem ille arrogantissimus spiritus male-
B dictis appetere eos docebat, eo quod nec honorem nec aditum ullum ad ipsam pseudopropheticus spiritus reperiri. Nam cum fideles qui in Asia erant, sæpius et in plurimis Asiæ locis ejus rei causa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent et profanam atque impiam judicassent, damnata hæresi, isti ab Ecclesia et fidelium communione expulsi sunt.

III. *Ex libro* II.

Ἐπειδὴν τοίνυν καὶ προφητοφόντας ἡμᾶς ἀπεκάλουν, ὅτι μὴ τοὺς ἀμετροφώνους (39) αὐτῶν προφήτας ἐδεξάμεθα· τούτους γὰρ εἶναί φασιν οὕσπερ ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν ὁ Κύριος· ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν, πρὸς Θεοῦ· ἔστι τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅσας ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη; Οὐδείς. Οὐδέ γε τις αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος (40) ἀνεσταυρώθη; Οὐ γὰρ οὖν· οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τις ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ λιθοβολήθη; Οὐδαμόσε οὐδαμῶς. Ἀλλὰ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα. Τούτους γὰρ ὑπὸ πνεύματος βλαψίφρονος ἑκατέρους ὑποκινήσαντος, λόγος ἀναρτῆσαι ἑαυτοὺς, οὐχ' ὁμοῦ, κατὰ δὲ τὸν τῆς ἑκάστου τελευτῆς καιρὸν φήμη πολλή· καὶ οὕτω δὲ τελευτῆσαι καὶ τὸν βίον καταστρέψαι, Ἰούδα προδότου δίκην. Καθάπερ καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν πρῶτον τῆς κατ' αὐτοὺς λεγομένης προφητείας οἷον ἐπίτροπόν (41)

Quando igitur prophetarum nos interfectores vocarunt, propterea quod loquaces ipsorum prophetas non admisimus (hos enim esse affirmant, quos Dominus populo se missurum esse promiserit), respondeant nobis, quæso, per Deum, estne aliquis eorum, qui jam inde a Montano et mulierculis garrire primum cœperunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab impiis trucidatus? Nemo certe.
C Nec vero ullus eorum pro Christi nomine prehensus, in crucem actus est; sed neque ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæsa, aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec unquam. Imo longe alio mortis genere interiisse dicuntur Montanus et Maximilla. Ambo enim, ut fama est, ab insano spiritu incitati, laqueo sibi gulam fregerunt; non quidem simul, sed suæ quisque mortis tempore: atque ita instar proditoris Judæ vitam finierunt. Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum quasi procurator quidam

(36) *Καὶ τοὺς μὲν χαίροντας.* Hæc periodus connectenda est cum illa sequenti, τὴν δὲ καθόλου, etc. Sic enim sensus integer absolvitur, quod interpretes non animadverterunt. Tamen acumen interpretis in hoc præcipue elucet, ut verborum ac
D sensus ἀκολουθίαν diligentissime consectetur. Porro hic locus in codice Maz., Med., Fuk. et Savil. ita legitur, καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ χαυνουμένους ὑπ' αὐτῶν, etc.

(37) *Ἵνα καὶ ἐλεγκτικόν.* Sciebat Montanus, seu dæmon qui per Montani os loquebatur, olim a Domino prædictum fuisse, fore ut Spiritus Dei in adventu suo mundum argueret de peccato. Itaque dæmon ille, ut verum Dei Spiritum se esse auditoribus confirmaret, eos interdum arguebat et objurgabat. Vide Ambrosium in Epist. ad Thessal. cap. v, cujus verba hic merentur ascribi: *Hinc est, inquit, etiam et Joannis apostoli Epistola: « Nolite, inquit, omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt: » quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei adversum est, promat, sciatur non esse Spiritus sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquii quædam spiritalia, quædam vero carnalia, quia omnis error carni deputatur; aut certe commento quodam astutiæ bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memoravi: quemadmodum in Montano et Priscilla et Maximilla prophetis Cataphrygum spiritus mundi imitationem boni simulabat, ut per multa verisimilia, nec non et vera, mentiretur se esse Spiritum sanctum.*

(38) *Εἰς τοῦτο συνελθόντων.* Christophorsonus legisse videtur εἰς ταὐτό.

(39) *Ἀμετροφώνους.* Alludit ad epithetum illud, quo Homerus in *Iliade* Thersitem affecit, ἀμετροεπής, quod idem est ac falsiloquus. Nam qui mentiuntur, nullum in dicendo modum servare solent.

(40) *Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος.* In Nicephoro legitur, ὑπὲρ τοῦ νόμου, quod non probo; subaudiTur enim τοῦ Χριστοῦ, ut Rufinus et Christophorsonus supplevit. Sic apud Eusebium lib. v, cap. 18, loquitur Apollonius, ubi de Alexandro.

(41) *Οἷον ἐπίτροπον.* Rufinus hæc verba non agnoscit. Sic enim vertit, *veluti primogenitum prophetiæ ipsorum, Theodotum nomine.* Omnes tamen codices et Nicephorus hanc vocem agnoscunt. Erat

Digitized by Google

fuit, plurimorum sermone perhibetur falso mentis excessu abreptus fuisse, perinde ac si levaretur aliquando et assumeretur in cœlum; cumque se totum fraudulentissimo spiritui permisisset, ab eo in altum jactatus miserabili exitu periisse. Et id quidem ita factum esse narrant. Sed quoniam ipsi non vidimus, nequaquam existimamus nos quidquam eorum certo cognoscere. Nam forte hoc, forte etiam alio mortis genere Montanus ac Theodotus e mulier illa jam a nobis nominata occubuerunt.

A τινα Θεόδοτον, πολὺς αἱρεῖ λόγος (42), ὡς αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανοὺς, παρεκστῆναί (43) τε καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι· καὶ διασκευθέντα, κακῶς τελευτῆσαι. Φασὶ γοῦν τοῦτο οὕτως γεγονέναι. Ἀλλὰ μὴ ἄνευ (44) τοῦ ἰδεῖν ἡμᾶς, ἐπίστασθαί τι τῶν τοιούτων νομίζομεν, ὦ μακάριε. Ἴσως μὲν γὰρ οὕτως, ἴσως δὲ οὐχ' οὕτως τετελευτήκασι Μοντανός τε καὶ Θεόδοτος καὶ ἡ προειρημένη γυνή.

IV.

Nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus (prout in eodem Asterii Urbani libro relatum est): «Arceor tanquam lupus ab ovibus. Non sum lupus, sed verbum, spiritus et potentia.» Verum potentiam illam in spiritu evidenter ostendat et approbet, faterique et assentiri per spiritum cogat eos qui tunc aderant, ut garrulum illum spiritum alloquerentur et examinarent; viros probos et episcopali dignitate præditos, Zoticum scilicet Comanensem et Julidnum Apamenum. Quibus Themison aliique os obturantes, mendacem illum et vulgi seductorem spiritum ab illis coargui vetuerunt.

Καὶ μὴ λεγέτω (ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν) (45) τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, «Διώκομαι ὡς λύκος ἐκ προβάτων. Οὐκ εἰμὶ λύκος· ῥῆμά εἰμι καὶ πνεῦμα καὶ δύναμις.» Ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δειξάτω καὶ ἐλεγξάτω· καὶ ἐξομολογεῖσθαι διὰ τοῦ πνεύματος καταναγκασάτω τοὺς B τότε παρόντας, εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ Κομάνης (46) κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας, ὧν οἱ περὶ Θεμίσωνα (47) τὰ στόματα φιμώσαντες, οὐκ εἴασαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι.

V.

Nonne etiam hoc mendacium omnibus manifestum apparuit? Etenim ab obitu Maximillæ usque in hunc diem plusquam tredecim anni jam elapsi sunt: nec tamen ullum aut particulare bellum, aut universale in terris fuit. Imo Christianis præcipua quadam Dei misericordia pax stabilis et firma permansit.

Καὶ πῶς οὐ καταφανὲς ἤδη γέγονε καὶ τοῦτο τὸ ψεῦδος; Πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐξ οὗ τετελεύτηκεν ἡ γυνή· καὶ οὔτε μερικὸς, οὔτε καθολικὸς κόσμῳ γέγονε πόλεμος· ἀλλὰ καὶ Χριστιανοῖς μᾶλλον εἰρήνη διάμονος ἐξ ἐλέους Θεοῦ.

C

apud Montanistas arca quædam, in quam sodales stipem conjiciebant ad prophetarum alimoniam. Primus Theodotus hujus arcæ curam gessit, quem idcireo procuratorem prophetiæ hic scriptor vocat, quod reditus illorum et prædia procuraret. Erat alioqui Montanus eum suis prophetissis magnus æruscator, qui pecuniam undique corraderet oblationum specie: salaria etiam præbere solitus iis, qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius apud Eusebium lib. v, cap. 17. Arcam igitur seu fiscum habuerit necesse est, et procuratorem ærarii, qui salaria, id est pecunias, numeraret iis quibus Montanus decreverat.

Cypriani ecstases furorem et alienationem mentis interpretatus est. Non ita Hieronymus, cujus hæc sunt verba ad Suniam et Fretelam: *Aliter enim Latinus sermo* ἔκστασιν *exprimere non potest, nisi mentis excessum.* Ita etiam Tertullianus in libro *De anima*, cap. 45: *Hanc vim ecstasim dicimus, excessum, sensus et amentiæ instar.* Idem tamen ecstasim absolute amentiam interpretatur, atque spiritalem esse vim, qua constat prophetia. Sic in libro *De anima*, cap. 21, et in libro IV *Contra Marcionem*, cap. 22. Verum hæc a Tertulliano scripta sunt, Montani erroribus jam decepto.

(42) *Πολὺς αἱρεῖ λόγος.* In codice Med., Maz. et Fuk. legitur ἐρεῖ. Apud Eusebium tamen in lib. VIII, bis ita scribitur, ut hoc loco scriptum vides, πολὺς αἱρεῖ λόγος, ubi αἱρεῖ idem valet ac κρατεῖ.

(43) *Παρεκστῆναι.* Male interpretes omnes hunc locum cepere: παρεκστῆναι est *falso mentis excessu abripi.* Sic παρέκστασις supra sumitur, id est falsa ecstasis. Sunt enim veræ ecstases in Ecclesia, cujusmodi fuit Petri apostoli in Actibus cap. X et XI, ubi Petrus vidisse dicitur in ecstasi visionem. Talis item fuit ecstasis Pauli apostoli, eum ad tertium usque cœlum abreptus est. Puerorum quoque ecstases in testimonium adducuntur a Cypriano in epistola 9. Sunt item falsæ ecstases apud hæreticos, quæ παρεκστάσεις eleganter dicuntur ab hoc scriptore. Eodem modo, quo παραδιορθώσεις falsæ emendationes dicuntur a Porphyrio in *Quæstionibus Homericis.* Et hæ quidem falsæ ecstases propius ad furorem accedunt, utpote a dæmone procuratæ. Illæ vero quæ a divino Spiritu immittuntur, placidæ sunt, nec statum mentis ullo modo perturbant, ut docet Epiphanius in hæresi Cataphrygarum, et hic auctor innominatus. Quare fallitur Nicolaus Rigaltius, qui in Notis suis ad epistolam 9

(44) *Ἀλλὰ μὴν ἄνευ.* In codice Regio, Maz., Fuk., Savil. et Med. scriptum reperi, ἀλλὰ μή. Quam lectionem veriorem esse existimo; eamque secutus est Musculus. At Christophorsonus hæc per interrogationem dici existimavit.

(45) *Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανόν.* Hæc verba scholion esse mihi videntur, quod vetus quidam scholiastes, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui adnotaverat ad verba quæ paulo ante præcesserunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησὶ λόγῳ Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium librorum adversus Cataphrygas; non autem Apollinarem, ut credidit Rufinus et Christophorsonus.

(46) *Κομάνης.* Oppidum videtur fuisse Pamphyliæ. Certe Ephesius episcopus Comaneus memoratur in epistola episcoporum Pamphyliæ provinciæ ad Leonem Augustum, quæ refertur in parte tertia concilii Chalcedonensis, pag. 391.

(47) *Οἱ περὶ Θεμίσωνα.* Illustris hic fuit inter Montanistas, qui se confessorem et martyrem jactabat: aususque est epistolam catholicam exemplo Apostoli scribere ad Ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius apud Eusebium *Hist. eccl.* lib. v, cap. 25.

Digitized by Google

VI. *Ex libro* III.

Ὅταν τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐλεγχθέντες, ἐκφεύγωσιν, ἐπὶ τοὺς μάρτυρας καταφεύγειν πειρῶνται· λέγοντες πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας, καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον πιστὸν τῆς δυνάμεως τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. Τὸ δέ ἐστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἱρέσεών τινες, πλείστους ὅσους ἔχουσι μάρτυρας· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δήπου συγκαταθησόμεθα, οὐδὲ ἀλήθειαν ἕξειν αὐτοὺς ὁμολογήσομεν. Καὶ πρῶτοί γε οἱ ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως Μαρκιωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὅσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τόν γε Χριστὸν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν οὐχ ὁμολογοῦσι. A

Postquam vero in omnibus quæ supra posui convicti, nihil habent quod respondeant, ad martyres confugere conantur, asserentes multos se martyres habere, idque potentiæ prophetici illius qui apud ipsos est spiritus, certissimum esse documentum. Sed hoc meo quidem judicio, nihilo verius est. Nam et aliarum hæreseon sectatores plurimos se habere martyres prædicant : neque idcirco tamen eis assentiemur, nec veritatem penes illos esse fatebimur. Primi certe qui Marcionis hæresim sequuntur, vulgo Marcionitæ cognominati, quamplurimos habere se dicunt martyres Christi. Et tamen Christum ipsum re vera minime confitentur.

VII.

Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὰν οἱ ἐπὶ τὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τύχωσι μετά τινων τῶν ἀπὸ τῆς τῶν Φρυγῶν αἱρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονταί τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκαταθέσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. Καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι, πρόδηλον. B

Quamobrem quotiescunque Ecclesiæ viri ad martyrium pro vera fide subeundum vocati, una cum quibusdam de Phrygum hæresi qui martyres dicuntur, casu quodam coierint, semper ab illis dissentiunt : et communionem eorum sollicite vitantes, gloriosum martyrii exitum consequuntur; quippe qui Montani et muliercularum spiritui assensum commodare nefas ducant. Atque id verum esse constat ex iis quæ nostra ætate in urbe Apamea quæ ad Mæandrum sita est, gesta sunt a Caio et Alexandro martyribus, oriundis Eumenia.

VIII.

Ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι (48), ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην. C

Hæc ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat, non decere prophetam in ecstasi loqui, in compendium redegi.

IX.

Ἀλλ' ὅ γε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει (49)· ᾧ ἕπεται ἀδεια καὶ ἀφοβία· ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἐκου-

Pseudopropheta autem in falso mentis excessu cujus comes est licentia et audacia, a spontanea qui-

(48) *Τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι.* Nescio quo fato Alcibiadis nomen pro Miltiade et Miltiadis pro Alcibiade substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Hic contra, Alcibiades pro Miltiade irrepsit. Certe apud Nicephorum Μιλτιάδου legitur, quanquam nec Nicephorus nec Christophorsonus hunc locum intellexit.

(49) *Ἀλλὰ ὅ γε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει.* Male Rufinus et Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumpta esse existimarunt. Neque enim hic innominatus auctor quidquam citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum; quod non animadverterunt interpretes. Est autem hic hujus loci sensus, magnum esse discrimen inter veros prophetas et falsos. Veri enim prophetæ qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicebant futura. Pseudoprophetæ vero, qualis erat Montanus, cum furore et insania loquebantur. Certe Catholici hoc præcipue objiciebant Montanistis, qui se prophetico spiritu plenos esse jactabant, quod in ecstasi prophetarent : cum tamen nec in Novo, nec in Vetere Testamento prophetas in ecstasi unquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversus eos scripsit hoc titulo : Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν. Et Epiphanius adversus hæresim Montanistarum cap. 2 : Ὅσα γὰρ οἱ προφῆται εἰρήκασι, μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο, et cap. 4, ac sequen- D

tibus, hanc veræ ac spiritalis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicunt. Similiter Joannes Chrysostomus homilia 29 in Epistolam I ad Corinthios, ubi discrimen affert inter divinationem, et prophetiam : *Hoc enim*, inquit, *proprium est vatis seu divinatoris, emotæ esse mentis, pelli, trahi, raptari tanquam furentem, Propheta vero non ita : sed mente sobria, et cum modesta ac temperata animi constitutione; et quæ loquitur intelligens, dicit omnia.* His adde Hieronymum in Præfatione *Commentariorum* in Nahum : *Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus et Prisca Maximillaque delirant; sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis universa quæ loquitur.* Idem in præfatione *Commentariorum* in Habacuc. Idem in libro secundo *Commentariorum* in Epist. ad Ephesios : *An igitur juxta Montanum, patriarchas et prophetas in ecstasi locutos accipiendum, et nescisse quæ dixerint? Aut si hoc impium est (spiritus quippe prophetarum prophetis subjectus est), intellexerunt utique quæ locuti sunt*, etc. Porro notandum est hunc anonymum scriptorem nunquam ecstases appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper parecstases, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe ecstases fere in bonam partem sumuntur a Cypriano et Tertulliano, et viris sanctis immissæ leguntur a Deo, ut Adamo et Petro apostolo. At parecstasis semper in malam partem accipitur.

Digitized by Google

dem imperitia initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam desinens. Hujusmodi vero spiritu nullum unquam nec in Vetere nec in Novo Testamento prophetam afflatum poterunt demonstrare : non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, nec plures quoque alios qui nihil ad ipsos pertinent, prædicabunt.

A σίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον, οὔτε τινὰ τῶν κατὰ τὴν Παλαιὰν, οὔτε τῶν κατὰ τὴν Καινὴν πνευματοφορηθέντα προφήτην δεῖξαι δυνήσονται· οὔτε Ἄγαβον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδράτον, οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους (50) μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται.

X.

Nam si quidem, ut prædicant, post Quadratum et Ammiam Philadelphensem mulieres illæ Montani in prophetiæ gratiam successerunt, ostendant nobis quinam inter ipsos Montano ac mulierculis successerint. Etenim prophetiæ donum in omni Ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere, auctor est Apostolus. Sed nullum B prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartus decimus hic agatur annus ab obitu Maximillæ.

Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν· δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέχρι τὸν τελείας παρουσίας ὁ Ἀπόστολος ἀξιοῖ· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι (50*) τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς.

(50) *Οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους.* In codice Med., Maz. et Fuk. et apud Nicephorum legitur οὔτε τινάς, etc.

(50*) Aliquid deesse videtur. Ed. Patrol.

ANNO DOMINI CCXXXIV

PONTIANUS PAPA

—

NOTITIA

(Mansi, *Concil.*, I, 735, ex Libro pontificali Damasi papæ. — Varias lectiones ad hunc locum Libri pontificalis vide in Anastasio Bibliothecario, *Patrologiæ Latinæ* t. CXXVII, col. 1337.)

—

Pontianus (1) natione Romanus, ex patre Calfurnio, sedit annos 9, menses 5, dies 2 (2); martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, a consulatu Pompeiani et Pelagiani. Eodem tempore Pontianus episcopus et Philippus presbyter in exsilio ab Alexandro (3) sunt deportati in Sardiniam, in insulam Buccinam, Severo et Quintiano consulibus. In eadem insula afflictus, defunctus est XIII Kalend. Decembris. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos per diversa loca sex. Quem beatus Fabianus adduxit cum clero navigio, et sepelivit in cœmeterio Callisti via Appia. Et cessavit episcopatus a die depositionis XI Kalend. Decembr. dies 13.

(1) *Pontianus.* Post interregnum 30 dierum, octavo Kalend. Julii, anno Christi 233, Alexandri imperatoris 10, Pontianus Urbano subrogatur. Sub hoc pontifice Origenes Cæsareæ philosophiam docens, Gregorium Magnum, cognomento Thaumaturgum, discipulum habuit. Hoc pontifice sexta persecutio Christianorum, et maxime præsulum Ecclesiæ, a Maximino imperatore publico edicto promulgata est, propterea quod dii gentiles, ut spargebant, Christianorum moribus et religione contempti, ideoque ad iracundiam ac vindictam provocati, universam orientalem plagam gravissimis terræ motibus acerbissime exagitassent. Hac eadem persecutione Pontianus, jussu Alexandri in Sardiniam relegatus, Maximini imperatoris mandato fustibus verberatus, martyrium ibidem consummavit 19 die C mensis Novembris, anno Christi nati 237. Corpus illius postea a Fabiano papa Romam translatum, in cœmeterio Callisti sepultum est. Baron. prædicto anno, n. 5, 6 et 10. Sev. Bin.

(2) *Sedit annos* 9, *menses* 5, *dies* 2. Annos 4, menses 4, dies 25, sedisse ex die ingressus et obitus colligitur. Id.

(3) *Eodem tempore Pontianus*, etc., *in exsilio ab Alexandro.* Quod non tam religionis causa, quam aliqua potius calumnia a gentilibus circumventum Pontianum Alexander relegaverit, ipsius erga Christianos affectus, et familia Christianis hominibus referta indicat. Euseb., lib. VI *Hist.*, c. 21. Ob quod facinus, Deo vindice, a militibus Alexandrum imperatorem occisum esse, non vana conjectura dici poterit. Baron. anno 237, n. 1. Id.

Digitized by Google

NOTITIA ALTERA

(D. Coustant, *Epistolæ Rom. pont.*, tom. I et unic., p. 115.)

1. In Bucherianо Catalogo, ut et in Fossatensi et altero reginæ Suecorum, de Pontiano hæc habentur: *Pontianus annis quinque, mensibus duobus, diebus septem. Fuit temporibus Alexandri a consulatu Pompeiani et Peligniani. Eo tempore Nepotianus* (leg. *Pontianus*) *et Hippolytus presbyter exsules sunt deportati in insulam nocivam Sardiniam Severo et Quintiniano consulibus. In eadem insula discinctus est* IV *Kalendas Octobris, et loco ejus ordinatus est Anteros* XI *Kalendas Decembris, consulibus SS.*, hoc est supra scriptis.

2. Quid illic *discinctus* sibi velit, etsi inter eruditos non convenit, illi tamen hoc verbo Pontiani mortem enuntiari non dubitant. Et vero si *discingere* id est apud grammaticos, quod *officio et dignitate privare*, non inepte dicitur *discinctus* papa, quem mors pontificia dignitate privavit. Hoc autem posito, sequitur ut Pontianus anno 230, Julii 22 die, feria quinta ordinatus, anno 235, Septembris 28 die una cum vita susceptam amiserit dignitatem. Nec obstat quod anno 230 non Pompeianus et Felignianus, sed Agricola et Clementinus consulatum gesserint. Sic enim hactenus, uti jam in Telesphoro observavi, compositus est Bucherianus catalogus, et ad ejus imitationem cæteri, ut qui illum conscripsit, consules quibus quisque pontifex vitam finierit, semel notasse contentus, eosdem in successorum initio designando repetere caverit. Ac licet plerosque iisdem consulibus, quibus decessores obierunt, iis successisse constet, horum tamen initium non ab iisdem, sed a sequentibus consulibus consignare consuevit. Prædicto autem calculo secum conciliatur Eusebius, qui Pontianum in *Chronico* quidem *annis quinque*, in *Historia annis sex* episcopatum tenuisse scribit. Nam et annis quinque completis, et sex incompletis Ecclesiam administravit. In transcursu hic monco in Victoriano canone apud Bucherium, p. 34, Pompeiano consuli non Pelignianum, sed Felicianum collegam adjungi. Verum iste canon non modo ex Romanorum pontificum catalogo, sed et ex antiquo fastorum consularium fragmento apud eumdem Bucherium pag. 247 est corrigendus.

De Origenis damnatione, et de Pontiani epistolis.

1. Postquam Origenem Demetrius Alexandriæ episcopus damnavit, hujus sententiæ subscripsit Roma. Hieronymi ea de re verba Rufinus *Invect.* lib. II sic refert [1]: *Damnatur a Demetrio episcopo* (Origenes)... *In damnationem ejus consentit urbs Roma. Ipsa contra hunc cogit senatum, non propter dogmatum novitatem, non propter hæresim, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant; sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterant.* Hæc porro invidiæ labes Alexandrino, non Romano antistiti ab Hieronymo inuritur. Nec immerito ad Romanum pontificem ejusque clerum vir religione et eruditione clarus id accommodat, quod Augustinus [2] de altera, sed simili causa dixit: *Creditum est litteris concilii; neque enim aliter oportebat... Salva enim conscientia litteris concilii crediderant: neque enim ab hominibus de aliis hominibus aliquid incredibile dicebatur, aut eis contra Evangelium credebatur...* Sane concordia Ecclesiarum postulat, quemadmodum concilium Nicænum, can. 5, subinde sanxit, ut a proprio episcopo quis excommunicatus, ab aliis non recipiatur, nisi aliunde comperta habeatur ejus innocentia, quoad ipsius causa de integro discussa absolvatur. Hinc præterea excusatur Romanorum cum Demetrio in Origenis damnationem consensio, quod, teste Rufino *Apol. pro Orig.*, Romam delati fuerant libri Origeni supposititi, imo, ut Hieronymus epist. 65 ad Pammach., c. 5, narrat, quidam ipsius proprii non satis castigati, in quibus nonnulla erant reprehendenda, quæque Origenem, ut ipsemet postea in epistola ad Fabianum fassus est, scripsisse pœnitebat. Cum autem Demetrii mors anno 231 labente, vel ut serius anno 232 consignetur, hæc Origenis damnatio Pontiano pontifice, et primis quidem illius annis, contigisse dicenda est. Hac de re Pontianus non solus, sed cum senatu, hoc est cum clero, pronuntiavit. Neque male cœtus ille cleri, quem *presbyterium* vocare veteres solent, *senatus* ab Hieronymo appellatus est. Latine quippe *senatus* Græcæ voci πρεσβυτέριον apte respondet. Cæterum cœtus ille *presbyterium* a digniori parte nuncupatur, quamvis etiam presbyteris inferiores clerici convenire in eum consueverint.

Pontiani duæ exstant epistolæ Isidoro architecto concinnatæ, adeoque in earum classem, quas ille pariter conflavit, amandandæ.

[1] Apud Hieron., nov. edit. tom. IV, pag. 450. [2] Lib. De unit. Eccl., c. 25, n. 18.

Digitized by Google

PONTIANI PAPÆ EPISTOLÆ (4)

(Mansi, *Concil. collect.*, I, 735. — Vide notitiam, col. 158.)

EPISTOLA PRIMA

AD FELICEM SUBSCRIBONIUM.

De honore quo sacerdotes prosequendi sunt.

Pontianus episcopus Felici subscribonio salutem.

Oppido cor nostrum charitati vestræ congaudet, quod studium sanctæ religionis summopere adimplere studetis [1], et fratres mœrentes ac destitutos, in fide et religione confortatis. Unde Redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua nobis in omnibus gratia suffragetur, et effectu implere tribuat A quod velle concessit. In hoc itaque bono, tanto commoda retributionis accrescunt, quanto et studium laboris augetur. Et quia in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est [2], omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoramus, quatenus [3] hæc vobis semper operanda bona et velle tribuat, et posse concedat, atque in ea vos via, cum fructu boni operis, quam se Pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agi potest, per ipsum implere bona, quæ cœpistis, valeatis. De sacerdotibus (5) autem Domini, quos vos audivimus contra pravorum ho-

[1] S. Greg. ep. 99, lib. VII, consule. [2] Symm. in conc. Rom. VI. [3] ad.

(4) Fictæ itidem ac suppositæ doctis viris habentur ex Gregorii et Sixti præsertim laciniis consutæ.

(5) *De sacerdotibus*, etc. Docet sacerdotibus Dei ministris summum honorem deferendum esse, ideo quod Dei maximi ministri sint, quodque inter Deum et hominem quasi mediatores exsistant, imaginem Dei gestent, ac demum pro Christo legatione fungantur. Cum igitur injuria et contemptus legatorum cedat in ignominiam superioris legantis, honor legato exhibitus ipsi regi aut superiori exhibeatur; recte hic decernitur sacerdotium Christi in Ecclesiam translatum, venerandum esse ministerium, ejusque gubernatores, qui sunt episcopi et sacerdotes, maximo honore colendos esse. Addo, regale Christi sacerdotium et regnum in apostolos, eorumque successores, ut supra alibi diximus, translatum, non modo omnibus regnis, imperiis ac principatibus dignius et præstantius esse, verum etiam quoslibet reges ac principes quibusvis sacris ministris inferiores esse, adeoque Christi sacerdotes longe majore honore ac reverentia dignos esse. *Sacerdotium*, inquit S. Ignatius epist. ad Smyrnenses, *est omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, apex;* quidni igitur maxime honorandum? Animam corpore, res divinas humanis præstantiores esse, omnium hominum una communis est sententia. Sacerdotium est velut anima, ejusque regnum spirituale est et divinum. Nam *vos*, inquit Gregor. Nazianz. orat. ad cives Nazianzen., *quoque meæ potestati, meisque subselliis lex Christi subjicit; imperium enim nosipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius et perfectius, nisi vero æquum est spiritum carnis fascibus submittere, et cœlestia terrenis cedere.* Et pulchre Ambros. *De dignit. sacerd.* cap. 2: *Honor*, inquit, *et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, et principum diademati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla ac principum submitti genibus sacerdotum; exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communiri.* In eamdem sententiam hæc Chrysost. in verb. Isaiæ hom. 4 et 5: *Alii sunt termini regni, alii sacerdotii; sed hoc illo majus est, neque enim ex gemmis et auro æstimari debet. Ille quæ sunt in terris sortitus est; sacerdotii B jus a supernis descendit. Regi, quæ hic, commissa sunt, mihi cœlestia. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ; major hic principatus; propterea rex caput submittit manui sacerdotis.* Sacerdotium igitur, *cujus arma non sunt carnalia*, ut inquit Paulus II Corinth. cap. X, *sed Deo potentia*, scilicet *ad faciendam vindictam in nationibus, et increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis*, hoc, inquam, sacerdotium quolibet humano imperio præstantius esse, nemo non videt. Unde recte sancti Patres jubent, ut post Deum, episcopi et sacerdotes supra reges ac principes majorem potestatem habentes, ac demum tertio loco sæculares principes ac magistratus honorentur; sic enim ait Ignatius epist. prædicta: *Honora Deum, ut omnium auctorem et dominum; episcopum, ut principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem; Dei quidem propter principatum, Christi vero propter sacerdotium. Honorare oportet et regem, nec enim rege quisquam præstantior, aut quisquam ei similis in rebus omnibus creatis. Nec episcopo quidquam majus in Ecclesia*, etc. Et ut significet, quo loco, quove ordine et honore singuli in Ecclesia habendi sint, ibidem subjungit: *Omnia igitur vestra decenti ordine perficiantur in Christo. Laici, e quorum numero sunt omnes etiam C reges Christianissimi, diaconis subjiciantur; diaconi presbyteris; presbyteri episcopo; episcopus Christo, ut ipse Patri.* Sanctus Chrysostomus homil. 33 in Matthæum, diaconos altaris ministros allocutus hæc ait: *Si dux igitur quispiam, si qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac coerce; majorem tu illo habes potestatem.* Docuit hoc idem exemplo sanctus Martinus episcopus, qui cum a Maximo imperatore convivio exceptus, rogaretur pateram a ministro oblatam, tanquam dignior prius acceptare et regi præbibere, obtemperavit regis petitioni, sumpsit poculum ac præbibit. *Sed Martinus ubi bibit* (verba Sulpitii in *Vita Martini*, cap. 23, sunt), *pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui a rege erant proximi, presbytero prætulisset.* Vide quæ diximus in notis ad can. apostol. 73 et 74. Baron. anno Christi 57, n. 31 et 32. Sev. Bin.

Digitized by Google

minum insidias adjuvare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad serviendum ascivit, et familiares intantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibique reconciliaret. Ipsi quoque proprio ore corpus Domini (6) conficiant[5], et populis tradunt. De illis enim dictum est: *Qui vos contristabit, me contristabit; et qui vobis faciet injuriam, recipiet id quod inique gessit*[6]. Et alibi: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum qui me misit*[6]. Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In his quoque Dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi et portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus; sed et a summis pontificibus constringantur, et non a sæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratris vestri transitu vos contristari audivimus[7], non modico compulsi sumus mœrore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut suæ vos gratiæ aspiratione consoletur, vosque et a malignis spiritibus, et a perversis hominibus, cœlesti protectione custodiat. Nam et si quos post illius obitum tumultus quorumdam adversantium sustinetis, nolite mirari, si vos, qui frui bonis in terra vestra, id est, in terra viventium quæritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita præsens; et qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiamsi blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam quæritis, inter suspiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppressionis exsurgere. Quod mira omnipotentis Dei dispositione agitur, ut dum veritas per amorem vocat, mundus præsens a seipso animum vestrum per tribulationes, quas ingerit, rejiciat; tantoque facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto et impellitur, dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione et lacrymis instantissime laborate, eleemosynis, quas semper amastis, jam nunc largius atque uberius date operam, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreverit studium laboris.

Præterea, salutantes paterna dulcedine bonitatem vestram[8], petimus ut in bonis, quæ cœpistis, ne deficiatis. Neque ullus vos ab eis avertere possit, sed in cunctis affectum vestræ charitatis, clerici et servi Dei, ac cuncti Christiani, qui in illis partibus commorantur, amore Christi et S. Petri pleniter inveniant, et favoris vestri solatiis, quocunque modo necesse fuerit, potiantur; quatenus vestra cuncti ope defensi atque adjuti, et nos vobis gratiarum possimus exsistere debitores[9], et Christus Jesus Dominus noster æternam gloriam compenset, et beatus apostolus Petrus apostolorum princeps, in quorum vos causis impenditis, ipsius gloriæ januam aperiat. Data x Kalend. Feb. Severo et Quintiano viris clarissimis consulibus[10].

EPISTOLA II.

AD OMNES EPISCOPOS.

De fraterna dilectione et vitandis malis.

PONTIANUS sanctæ et universalis Ecclesiæ episcopus, omnibus recte Dominum colentibus et divinum cultum amantibus, salutem.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis[11]. Hæc verba, charissimi, non hominum sunt, sed angelorum; et non humano sensu excogitata, sed ab angelis in ortu Salvatoris annuntiata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi potest, quod non malæ voluntatis hominibus, sed bonæ, pax sit a Domino data. Unde Dominus per Prophetam loquitur dicens: *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde! Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia æmulatus sum contra iniquos, pacem impiorum videns*[12]. De bonis vero ipsa per se Veritas ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*[13]. Mundi enim non sunt corde, qui mala cogitant, aut nociva adversus fratres suos; quia nihil mali vult, qui fidelis est[14]. Fidelis ergo homo magis diligit audire quæ

[5] Hier. ep. 1 et 85. [6] Zach. II, 8. [6] Luc. X. 16. [7] S. Greg. ep. 70, lib. IX, paucis pro more susque deque versis. [8] Idem ep. 21 lib. VII. [9] Idem ep. 72 ejusdem libri. [10] an. 235. [11] Luc. II, 14. [12] Psalm. LXXII, 1, 2, 3. [13] Matth. V, 8. [14] Sixti sent. 205, et ibi.

(6) *Proprio ore corpus Domini conficiunt.* Qui hanc ob causam Pontianum velut blasphemum accusant, iidem sanctum Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, aliosque plures Ecclesiæ catholicæ Patres orthodoxos de crimine notant, in quo nullum sane crimen demonstrare possunt. Hieron. in epist. ad Heliodorum: *Absit*, inquit, *ut de his quidquam sinistrum loquar, qui apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos et nos Christiani sumus, qui claves regni cœlorum habentes, quodammodo ante judicii diem judicant.* Augustinus epist. 122, ad Victorianum, ubi de feminis captivis inter barbaros: *Ora*, inquit, *Deum pro eis, et roga, ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia S. Asarias inter cætera in oratione et confessione fudit ad Deum; sic enim sunt illæ in terra captivitatis suæ, quomodo erant illi in terra, ubi nec sacrificare more suo poterant Domino, sicut nec istæ possunt vel ferre oblationem ad altare Dei, vel invenire ibi sacerdotem, per quem offerant Deo.* Sanctus Chrysost. lib. III *De sacerdotio*, comparans sacerdotium novæ legis cum sacerdotio veteris legis, postquam dixisset Judæorum sacerdotes non lepram purgasse, sed de purgata duntaxat judicasse: *Nostris*, inquit, *sacerdotibus, non corporis lepram, sed animæ sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.* Quod igitur Pontianus hic scribit, per sacerdotes corpus Domini confici, aliorum hostias a Deo recipi, peccata hominum dimitti, etiam probatissimi auctores prædicti scripserunt, ideoque quod Magdeburgenses in Pontiano reprehendunt, nihil est aliud quam mera calumnia. Bellarm. lib. VI *De Roman. pontif.*, cap. 8. SRV. BIB.

Digitized by Google

oportet, quam dicere quæ non oportet. Et si quis fidelis est, videat ne malą loquatur, aut cuiquam insidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii Dei et filii diaboli. Filii namque Dei semper cogitant et agere contendunt quæ Dei sunt, et fratres indesinenter adjuvant, et nulli nocere volunt. Filii autem diaboli econtra mala et nociva semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur Dominus per Jeremiam prophetam, dicens: *Loquar judicia mea cum eis, super omni malitia eorum* [15]. *Propterea judicio contendam adhuc vobiscum, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo* [16]. *Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem* [17]. Hæc, fratres, valde sunt timenda, et ab omnibus cavenda; quoniam super quem judicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo unusquisque prævideat ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipse pati noluerit. Et nec in suspicionem veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Unde suspectos, aut inimicos [18], aut facile litigantes, et eos qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, et qui rectam non tenent et docent fidem, accusatores esse et testes, et antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate, et nos submovemus, atque futuris temporibus excludimus, ne libenter labi possint, quos nos tenere et salvare debemus: ne (quod absit) prædictum Dei judicium, non tantum super utrosque veniat, sed et nos eorum vitio (quod Deus avertat) pereamus. Scriptum est enim: *Rectorem te posuerunt? curam illorum habe, ut lætetis propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis* [19]. Verbum enim nequam immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum et malum, vita et mors, et dominatrix est eorum assidue lingua. Pro talibus prædicti vitandi admodum sunt, et priusquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones, et ab illis alieni inveniantur, non sunt suscipiendi, quoniam *sacrificium salutare est, attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate; et laudatio, recedere ab injustitia* [20]. Quoniam scriptum est: *Dilige proximum, et conjungere fide cum illo. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, et non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, et maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum abjiciet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur. Novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum. Multa odivi, et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, super ejus caput cadet, et playa dolosa dolosi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam; et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in ilto. Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur; et non cognoscet unde adveniet illi. Illusio et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira et furor, utraque exsecrabilia sunt; et vir peccator continens erit illorum* [21]. *Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur Altissimum? Ipse cum caro sit, reservat iram, et propitiationem petit a Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento novissimorum, et desine inimicari; tabitudo enim et mors imminent mandatis* [22]. *Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo. Memorare testamenti Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescet; et secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit; et secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis festinans effundet sanguinem, et lingua testificans* [23] *adducet mortem. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis ardebit; et si exspueris super illam, exstinguetur, et utraque ex ore proficiscuntur. Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem. Civitates diritum munitas* [24] *destruxit, et domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viratas* [25] *ejecit, et privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habitabit cum requie* [26]. *Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii; sed non sic, quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum ejus, et vinculis ejus non est ligatus. Jugum enim illius jugum ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima; et utilis potius infernus quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, et* [27] *flamma sua non comburet justos.*

[15] Jerem. I, 16. [16] Jerem. II, 9. [17] Jerem. XVIII, 11. [18] Sixti ejusdem sent. 108 et 169. 3, q. 5: Suspectos autem ini.; et 2, q. 7: Quærendum est; et in decret. Ivon. lib. IV. [19] Eccli. XXXII, 1, 2, 3. [20] Eccli. XXXV, 2, 5. [21] Eccli. XXVII, 18-33. [22] in mandatis ejus. [23] festinans. [24] muratas. [25] veridicas [26] habebit amicum in quo requiescat. [27] in.

Digitized by Google

Qui derelinquunt Dominum incident in illum, et exardescet in illis, et non exstinguetur; et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet eos. Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam; et ori tuo facito ostia, et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis ad mortem [28]. *Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in divitiis injustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omni via; sic enim peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui, et scientia; et prosequatur te verbum pacis et justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas; et cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati; lingua imprudentis, subversio ipsius. Non appelleris* A *susurro; et in lingua tua ne capiaris, et confundaris. Super furem enim est confusio et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem. Susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia. Justifica pusillum et magnum similiter* [29]. *Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua super stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdet, qui se habet, et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum* [30]. Charissimi, oppressos erigere studete, et necesse habentes semper adjuvate; quoniam qui fratrem afB flictum relevat, apprehensum eripit [31], mœrentem consolatur, ab illo sibi retribui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* [32]. Taliter enim bona indesinenter agere studete, ut fructum boni operis et hic consequamini, et in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus cœlestis regni aulam introire postea mereamini. Data IV [33] Kal. Maii, Severo et Quintiano viris clarissimis consulibus [34].

[28] Eccli. XXVIII. [29] Eccli. V. 8-18. [30] Eccli. VI, 1-4. [31] S. Greg. ep. 125 lib. VII. [32] Matth. XXV, 40. [33] III, ut etiam ms. [34] anno 235.

ANNO DOMINI CCXXXV

ANTERUS PAPA

NOTITIA

(Mansi, *Concil.*, I, 761 ex Libro pontificali Damasi papæ. — Vide tomum *Patrologiæ Latinæ* supra citatum, col. 1331.)

Anterus (1) natione Græcus, ex patre Romulo, sedit annos 12, mensem unum (2), dies 12. Martyrio coronatur temporibus Maximini et Africani consulum. Hic gesta martyrum (3) diligenter a notariis exquisivit, et in ecclesia recondidit. Propter quod a quodam Maximo præfecto martyr effectus est. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, et unum episcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniæ. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, III Nonas Januarii. Et cessavit episcopatus dies 13.

(1) *Anterus.* Postquam sedes 13 diebus vacasset, C tertio Decemb. an. Christi 237, qui est primus Julii Maximini imperatoris, Anterus Urbano subrogatur. Errant igitur recentiores chronologi, qui post Pontianum, Cyriacum quemdam, cujus neque apud Latinos, neque apud Græcos historicos pontificum seriem contexentes, ulla mentio invenitur, Urbano successisse, male asserunt. Baron. anno prædicto n. 11. Sev. Bin.

(2) *Sedit annos* 12, *mensem unum*, etc. Vix mensem unum in pontificatu sedisse, præter auctoritatem Eusebii, consulatus eorum sub quibus martyrio affectus esse scribitur, hic indicat. Qui enim tertio Decembris in sedem pontificiam elevatus, ab ea per violentum persecutoris gladium, tertia die Januarii, ut ex tabulis ecclesiasticis constat, dejicitur, ultra unum mensem pontificiam sedem tenuisse non potest. Id.

(3) *Hic gesta martyrum.* Clemens Romanus pontifex certos constituit notarios, qui res a martyribus privatim aut publice gestas describerent, eorumve publice dicta aut facta notis quibusdam consuetis celerrime in tabulis adnotarent; quæ vero privatim intra cancellos coram solis judicibus in proconsularia acta relata erant, ab iisdem data pecunia redimerent, et inter Acta martyrum sedulo asservarent. Tanta eorum in excipiendis dictis, etiam prolixis orationibus velocitas erat, ut prius illi sententiam dicendam notassent, quam a dicente et loquente pronuntiata esset. De qua scribendi celeritate Martialis lib. XIV hoc distichon:

Currant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Digitized by Google

NOTITIA ALTERA

(D. Coustant, *Epistolæ Rom. pont.*, I, 118.)

Anterus, uti jam e catalogis Fossatensi, Bucherianо (in quo *Anteros* appellatur), et reginæ Suecorum audivimus, XI *Kalendas Decembris, Severo et Quintiniano consulibus*, hoc est anno 235, mensis Novembris 21 die, *ordinatus est*, atque ut in iisdem catalogis legitur, *mense uno ac diebus decem* in pontificatu exactis, *dormiit* III *Nonas Januarii Maximo* (leg. *Maximino*) *et Africano consulibus*, hoc est anno 236, Januarii tertio die, quo etiam memoria illius in Martyrologiis recolitur. Ut autem iste unius mensis ac decem dierum, qui Antero tribuuntur, calculus plane quadret, IX *Kalendas Dec.* pro XI *Kalendas Dec.* legendum, et ordinationis A sicut et mortis Anteri dies numerandos non esse Tillemontius observat. In vetusto Corbeiensi codice mensis unus ac dies undecim Antero ascribuntur. Eusebius quidem unum duntaxat mensem memorat : sed nihil inde adversus illos dies conficitur. Quemadmodum enim historicus ille in aliis pontificibus quot quisque annos apostolicam sedem tenuerit, non adjunctis mensibus aut diebus, indicare satis habet, ita et hic ubi dies omittit, nihil ab hoc more suo alienum facit.

Anteri circumfertur unica epistola, quæ Isidorum parentem habuit.

ANTERI PAPÆ

EPISTOLA (4)

De mutatione episcoporum [*sedium episcopalium*].

Charissimis fratribus per Bœticam atque [1] Toletanam provincias episcopis constitutis, Anterus episcopus in Domino salutem.

Optarem, fratres charissimi, semper dilectionis et pacis vestræ sinceritatis gaudia audire [2], ita ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia juvarentur, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret : qui *ab initio mendax* [3], inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut decipere, se ante decepit, pudicitiæ adversarius, luxuriæ magister ; crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur ; odit jejunia, ministris suis prædicantibus, dum B dicit esse superflua, spem non habens de futuris, et Apostoli sententia repercussus, dicentis : *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur* [4]. O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia! Ipse enim hortatur odia, et fugat concordiam. Et quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur [5], volens magis per spatiosam viam ambulare, quam arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora, et semper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere discipuli Domini esse inveniamini.

De mutatione ergo episcoporum (5), unde[b] san-

[1] non probat. Ant. Aug. in cap. 62 coll. Adriani papæ. [2] Siricius ep. 2. [3] Joan. VIII, 44. [4] I Cor. XV, 32. [5] idem Siricius.

Exstat etiam elegans epigramma Ausonii ad notarium suum velociter excipientem, his versibus contentum :

Quam præpetis dextræ fuga
Tu me loquentem prævenis!
Quis, quæso, quis me prodidit?
Quis ista jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum absolverit?

Quæ igitur Acta martyrum, jussu Clementis, per notarios fideliter conscripta fuerant, ea Anterus pontifex diligenter conquisivit, et ne vel interirent, vel ab ethnicis corrumperentur, in ecclesia recondidit. Quamobrem ad Julium Maximinum imperatorem, qui sacerdotibus cruentum bellum indixerat, delatus, per Vitalianum aut Sabinum Maximini præ- C fectos martyrio afficitur die 3 Januarii, coss. Maximino et Africano, quorum consulatus cum anno Christi 238 et anno 2 imperii Maximini coincidit. Sev. Bin.

(4) Suspecta pariter viris doctis vel ex unius Hieronymi segmentis.

(5) *De mutatione episcoporum.* Pontifex de sedibus episcopalibus transferendis et transmutandis consultus, hac epistola docet, et exemplo Petri apostoli aliorumque plurium probat translationem sedis episcopalis licitam esse, si utilitate et necessitate alterius Ecclesiæ exigente fiat cum superiorum episcoporum cognitione et consensu ; si vero vel ex avaritia, vel ambitione aut præsumptione, ac sola propria voluntate episcopus sedem mutet, illicitum est, et apostolica lege, quæ exstat canon. apostol. 14, interdictum. Unde cum tempore Nicæni concilii ex Antiochenis, alii Eusebium Cæsarie sem, alii Eustachium Beroensem antistitem non sine turba totius populi expeterent, sacrosancta synodus sanctissime id, quod ab apostolis constitutum jam ante fuerat, confirmavit, ne episcopi, presbyteri atque

Digitized by Google

etiam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cujusquam aut dominatione. Petrus, sanctus magister noster et princeps apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius [7] quoque (6) de quadam parva civitate, apostolica auctoritate, mutatus est [8] Alexandriam. Similiter Felix [9] de civitate, qua ordinatus erat electione civium, propter doctrinam et bonam vitam quam habebat, communi episcoporum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio, translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, qui non suo libitu aut ambitu hoc facit, sed utilitate quadam aut necessitate aliorum[10], hortatu et consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori civitate ad majorem qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non superbe, sed cum humilitate, ab aliis translatus et inthronizatus est; quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et Dominus per Prophetam loquitur dicens: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt* [11]. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem. Nec mutat civitatem, qui non sua sponte, sed consilio et electione aliorum mutatur [12]. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiæ causa, nec sponte dimittit suam; sed (ut jam dictum est) aut pulsus a sede sua aut necessitate coactus, aut electione et exhortatione sacerdotum et populorum, translatus est ad alteram civitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes [13], sic quoties utilitas aut necessitas coegerit [14], supradicto modo et mutare et inthronizare potestatem habent. Hæc ut petiistis, licet vobis incognita[15] non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorumdam, meliora et utiliora vitentur, et inutiliora sumantur, sicut in sancto legitur Evangelio: *Væ vobis, hypocritæ, quia decimatis mentham, et anethum, et cuminum, et reliquistis quæ graviora sunt* A *legis, judicium, et misericordiam et fidem. Hæc oportuit facere, et illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes*[16]. Quod licet non licet [17]; et quod non licet, licet[18]. Quemadmodum Jannes et Mambres restiterunt veritati, sic et illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum, quod licet, docent non licere, id est, episcopos migrare de civitate ad civitatem, prætaxato modo; quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis qui episcopum non habent, et sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui: et episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradicunt etiam sacræ Scripturæ [19], quæ B testatur *malle Deum misericordiam quam judicium* [20].

(Quæ, precor, major charitas, aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a quoquam alicui impendi, quam si ignorantiæ tenebras et imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitionem, sed ad eruditionem et ædificationem reficiat! Tanquam enim mutilo fit manus, *claudo pes, oculus cæco* [21], qui ignorantiæ tenebris obvoluto, sapientiæ et scientiæ thesaurum reserat, et candorem lucis viasque Domini benigniter aperit [22].)

Utrisque autem, id est et famem verbi Dei patientibus, et episcopis necessitatem, quando inthronizantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus, non modica exhibetur misericordia. Ne- C gantes autem hæc, licet *speciem habeant pietatis, virtutem tamen ejus abnegant* [23]. Nam in tali negotio prosapiam [24] non agnosco [25]; si quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis hujus procella aliis sociavit auctoribus, facinorum participatione maculatur, splendor sapientis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia quoque est causa utilitatis et necessitatis, et alia avaritiæ et præsumptionis, aut propriæ voluntatis. Avaritiæ quoque causa [26], vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt epi-

[6] 7. q. 1: Mutationes episcoporum. Et in decr. Ivon. lib. III. [7] ignotus viris doctis. [8] in. [9] ignotus iisdem. [10] apostol. can. 14. [11] Psalm. XCXIII, 11. [12] χρίσει πολλῶν ἐπισκόπων. [13] 7. q. 1: Mutationes episcoporum. [14] exposcerit; ita et Luc. [15] ignota, ita in Luc. [16] Matth. XXII, 23, 24. [17] II Tim. III. [18] Ennodius in Apol. pro Symmacho papa. [19] Osee VI, 6. [20] sacrificium. [21] Job. XXIX, 15. [22] in eodem ms. desunt quæ ansulis clausa. [23] II Tim. III, 5. [24] propriam prosapiem. [25] idem Ennodius loco supra citato. [26] 7. q. 1: Mutationes episcoporum.

diaconi de ecclesia in qua ordinati sunt, in aliam transferantur, nisi necessitas vel evidens Ecclesiæ utilitas illud requirat. Nam ut alicui sedi ab hæreticis pessumdatæ, insignis aliquis alterius Ecclesiæ episcopus præficiatur, id non modo non sancta synodus prohibuit, sed e contra potius id faciendum esse exemplo edocuit, cum Eusebio Nicomediensi et Theognide Nicæno episcopis Arianis insignioribus depositis, in sedem ipsorum aliarum sedium antistites suffecerunt. Et quia Eusebii Nicomediensis hominis inquieti et ambitiosi (qui post duas sedes mutatas Constantinopolim se transferri curavit) exemplo, frequenter ab Arianis fiebat, ut qui humanæ gloriæ libidine incitati, muneribus ad majores sedes provehi laborarent, iis episcopis qui majoribus civitatibus præerant, negotium facesserent; ideo Patres sacrosancti œcumenici concilii D Sardicensis decreverunt, ut tales deinceps, non tantum inter episcopos non numerarentur, sed ab omni penitus ordinis ecclesiastici gradu dejecti, inter laicos commorarentur, imo ne laica quidem communione in fine vitæ impartirentur. Baron ann. Christi 324, num. 155; anno 325, num. 153; item anno 347, num. 46. Sev. Bin.

(6) *Eusebius quoque.* Hic est ille Eusebius Alexandrinus episcopus, qui scripsit 18 sermones nuper in vetustissimo libro bibliothecæ Cryptæ ferratæ, ut testatur Turrianus cap. 12, libro II, inventos, in quorum uno quem de Ascensione Domini scripsit, usus est verbo *Homousii*, quod sanctus Athanasius in epist. ad Africanos ait non fuisse in synodo Nicæna inventum, sed prius fuisse etiam ab episcopis Alexandriæ usurpatum, ad asserendam contra hæreticos consubstantialitatem Filii Dei.

Digitized by Google

scopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis et necessitatis. Quod nemo negat, nisi hi de quibus dictum est: *Erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium* [37]. Nam si enarrando cogerer aperire transacta [38], ostenderem vobis nullum evenire solatium de comparatione factorum. Cæterum *state*, charissimi, *super vias, aspicientes et interrogantes de semitis Domini antiquis* [39], *et videte quæ est via bona et recta, et ambulate in ea, et invenietis requiem animabus vestris* [40]. Et ut juxta Sapientiæ vocem dicamus: *Diligite justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum; quoniam invenitur ab his qui non tentant illum; apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perversæ enim cogitationes separant a Deo, probata autem virtus coripit insipientes. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledictum* [41] *a labiis suis; quoniam renum illius testis est Deus, et cordis ejus scrutator est verus, et linguæ illius auditor. Quoniam Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad Dominum veniet, et ad correptionem iniquitatum illius; quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest; et a detractione parcite linguæ; quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum; quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent, omnia, et sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium. Justitia perpetua est et immortalis; injustitia autem mortis est acquisitio. Impii autem manibus et verbis accersierunt illam; et æstimantes eam amicam, defluxerunt, et sponsiones posuerunt ad illam; quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius* [42]. *Dixerunt enim, apud se cogitantes non recte: Exiguum est, et cum tædio, tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Quoniam ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus afflatus* [43] *est in naribus nostris, et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum; qua exstincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus effundetur, tanquam mollis aer. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est a radiis solis, et a calore illius aggravata. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum. Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertetur* [44]. Propterea unicuique prævidendum est, ut summopere se custodiat, et utiliter se prævideat, ut cum dies extrema finisque vitæ advenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam. Facta enim subditorum judicantur a nobis [45], nostra vero judicat Deus. Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi depravantur [46], quatenus proclivius cadant qui sequuntur. Capite languescente, cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Caveat unusquisque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes [47], id est ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. *Sedens*, inquit, *adversus fratrem tuum loquebaris, detrahendo, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum* [48], etc. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos; et sciant, quia cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed et linguam. Nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per vos unquam noverit. Habeant omnes simplicitatem columbæ [49], ne cuiquam machinentur dolos; et serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ, judicare de cæteris, et de ministris Ecclesiarum sinistrum quidpiam dicere. Absit, ut quidquam sinistrum de his loquar [50], qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni cœlorum habentes, ante judicii diem judicant. Veteri quidem lege habetur [51], quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali animadversione truncatur, et ejectus ab Ecclesia, rabido dæmonum ore discerpitur [52]. Oportet enim ut qui Deum hæreditate possident [53], absque ullo impedimento sæculi Deo serviant, ut dicere possint: *Dominus pars hæreditatis meæ* [54]. *O quam bonus et suavis est Spiritus tuus, Domine, in omnibus* [55] Par-

[37] Isa. xxviii, 7. [38] idem Ennodius mox laudatus. [39] synodica Martini I. [40] Jer. vi, 16. [41] maledicum. [42] Sap. I. [43] ac flatus. [44] Sap. II, 1-5. [45] 9. q. 3. Facta subditorum. [46] Isid. III, sent. 38, 42. [47] S. Hier. ep. 2 ad Nepotianum. [48] Psalm. xlix, 20. [49] idem Hier. ep. 13, tum ep. 4, necnon I ad Heliodorum. Unde arguitur Mercatoris mangonium putidissimum. [50] 11. q. 3. Absit ut quidquam. [51] Deuter. xvii. [52] Hactenus Hier. Antero multis annis posterior. [53] Isid. II Off. I. [54] Psal. xv, 5. [55] Sap. xii, 1

Digitized by Google

eis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui animas amas. *Ideoque hos, qui exerrant partibus, corripis; de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malitia, credant in te, Domine* [46]. *Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati* [47]. *Spiritus timentium Dominum quæretur ab eo, et in respectu illius benedicentur* [48]. *Quapropter, fratres charissimi, omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus est ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus, et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia* [49]. *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi; et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia non nominetur in vobis, sicut et decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate (fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate), probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri, subjecti invicem in timore Christi* [50]. *State itaque, fratres, et tenete traditiones* apostolorum et apostolicæ sedis, *ut Dominus noster Jesus Christus, et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et in sermone bono* [51]. *De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini currat et clarificetur, sicut et apud vos, et ut liberemur ab importunis et malis hominibus; non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet a malo* [52]. *Quapropter* [53] *ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei, et resistite semper malis, et enarrate hæc,* juxta vocem Prophetæ, *in progenies alteras, quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula* [54]. Unde vos, qui in specula a Domino estis constituti, comprimere et repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones et scandala excitant. Facile est enim hominem verbo fallere [55], sed non Dominum. Ideo hos reprehendere, et ab his vos avertere oportet, quatenus, extincta funditus hujusmodi caligine [56], Lucifer eis resplendeat, et lætitia oriatur in cordibus eorum. *Confidimus autem de vobis,* fratres, *in Domino, quoniam quæ præcepimus, et facitis, et facietis* [57]. Quanto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tanto majorem vicissitudinem ab omnipotenti Deo [58], cui serviunt [59], exspectatis. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat [60], honoremque et præceptum servare concedat, et gloria honorque Deo Patri omnipotenti, ejusque unigenito Filio Salvatori nostro, cum Spiritu sancto sit in sæcula sæculorum. Amen. Data [61] XII Kal. Aprilis Maximiano et Africano viris clarissimis consulibus.

[46] Sap. XII, 2. [47] Sap. XV, 1, 2. [48] Eccli. XXXIV, 14. [49] Ephes. IV, 29-31. [50] Ephes. V, 1-21. [51] II Thess. II, 14, 15, 16. [52] II Thess. III, 1, 2, 3. [53] Gelasius ep. 9. [54] Psal. XLVII, 14, 15. [55] Sixti sent. 176. [56] Steph. Dorensis in libello oblato an. 649, in synod. Rom. cons. 2. [57] II Thess. III, 4. [58] S. Greg. ep. 52, lib. IX. [59] servitis. [60] Greg. ep. 50, lib. IV. [61] ex ms. Justelli.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CCIXXXVI.

S. FABIANUS PAPA

NOTITIA

(Mansi, *Concil.* I, 769, ex Libro pontificali Damasi papæ. — Vide Patrologiæ Latinæ tom. CXXVII, col. 1341.)

Fabianus (1) natione Romanus, ex patre Fabio, sedit annos 14, mensem unum, dies 11 (2), martyrio coronatur (3) XIV Kalend. Februarias. Fuit autem temporibus Maximini et Africani, usque ad Decium secundo et Gratum. Hic regiones divisit diaconibus (4), et fecit septem subdiaconos, qui (5) septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integrum colligerent; et multas fabricas per cœmeteria (6) fieri præcepit. Post passionem vero ejus, Moses et Maximus presbyteri (7), et Nicostratus diaconus, comprehensi sunt et in carcerem missi. Eodem tempore (8) supervenit Novatus ex Africa, et separavit

(1) *Fabianus.* Anno Christi 238, Maximini secundo, post interregnum tredecim dierum, XVI Januarii, Fabianus judicio Spiritus sancti in specie columbæ super caput ejus descendentis eligitur, et in pontificia sede, uno animorum omnium consensu collocatur, et ex ea difficillimis temporibus Ecclesiam universam gubernat. Euseb. lib. VI, cap. 22. Post Maximinum utrimque a militibus occisum, pacato Ecclesiæ statu, Privatum hæreticum, a concilio Africano 90 episcoporum condemnatum, ipse et Donatus Carthaginensis episcopus ecclesiastica communione privarunt. Baronius anno 241, num. 2. Philippum imperatorem a Pontio martyre Christi fide imbutum, ut ex Martyrologio et Actis illius constat, ecclesiam in profesto Paschæ ingredi, ejusque preces participare volentem, non prius admisit, quam peccatorum suorum confessionem et exhomologesim prius edidisset, proque iis debitam pœnitentiam persolvisset. Euseb. lib. VI, cap. 27; Baron. anno 246, num. 5 et sequentibus. Item anno 249, num. 2 et seqq. Hujus pontificatu Helchesaitarum, Valesiorum, aliorumque hæreticorum immortalitatem animæ negantium hæreses exortæ, prope sui initio pontificis gladio, conciliorum aliorumque doctorum virorum eam fortiter impugnantium impetu jugulatæ sunt. Baronius anno 249, num. 6, 7, etc. Donato Carthaginensi episcopo defuncto, Cyprianus rhetor eloquentissimus a Cæcilio ad fidem conversus, ab ethnicis per contemptum deinceps Coprianus, id est Stercorarius, nominatus, summo cleri ac totius populi consensu, uno Felicissimo presbytero infeliciter adversante, ejusdem sedis episcopus eligitur, consulibus duobus Philippis, qui est Christi nati 250, Fabiani 12, Philippi imperatoris 5. Sev. Bin.

(2) *Sedit annos* 14, *menses* 11, *dies* 11. Qui XVI Januarii anno 238 pontificatum auspicatus, XX Januarii anno 253, cum Decius secundum consulatum ageret, et initium imperii auspicatus esset, martyrio coronatus est, annis 15 et 4 diebus sedisse oportuit. Baron. ann. 253, num. 5 et 6.

(3) *Martyrio coronatur.* Initio omnium atrocissimæ persecutionis illius, quam Decius imperator, ex eo quod sub Philippis longe lateque divina prædicatio pervagata, ingentem numerum ubique ad fidem Christi aggregasset, et gentilis superstitio in dies magis languesceret, ira et invidia incitatus indixit, quamque Deus, teste Cypriano libro *De lapsis*, ob Christianam disciplinam corruptam, permisit. Baronius prædicto loco.

(4) *Hic regiones divisit diaconibus.* Sicut Evaristus, ut supra diximus in notis ad Vitam Evaristi, diaconis id muneris injunxit, ut etiam episcopo Evangelium prædicanti assisterent, ita et Fabianus hic addidit, ut iidem quatuordecim urbis regionibus præessent, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Ideoque ex officio *diaconi regionarii* appellati sunt, qui in concilio Romano II sub Silvestro, cap. 6, diaconi *cardinales* etiam nominati reperiuntur; ideo quod, licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiæ, ejusdemque primariæ *cardine* continerentur. Vide quæ ibi dicemus, item Baron. anno 112, num. 8 et 9.

(5) *Fecit septem subdiaconos, qui.* Ut major sit auctoritas Actorum a notariis conscriptorum, subdiaconos eidem muneri præfecit. Vide notas ad Vitam Clementis et Anteri, ibique Baronium.

(6) *Multas fabricas per cœmeteria.* Cum a tertio anno Fabiani usque ad ultimum exclusive pontificatus sui annum Gordianus et Philippus imperassent, sub quibus omni ex parte persecutione cessante Dei Ecclesia tranquille agebat, Fabianus pontifex non modo Christianam religionem propagare, sed etiam propagatam ædificiis supra sepulcra martyrum in cœmeteriis et cryptis erectis pro viribus illustrare studuit, quæ deinceps frequenter orandi causa a fidelibus, ut supra dixi, frequentata sunt. At non Fabianus tantum hoc tempore pacis, Romæ ecclesias exstruxit; verum etiam Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocæsareæ in Ponto, de quo Gregorius Nyssenus scribit, quod cum immensum civium numerum convertisset ad fidem, populo pecuniam et operam conferente, nobilissimam exstruxit ecclesiam, altaribus pulcherrime ornatam, quam Deus, quod a tali viro ædificata ac divino cultui consecrata esset, a maximi terræmotus impetu, quo urbs ipsa funditus eversa fuit, et quod miraculosum, a Diocletiani omnes omnino ecclesias et sacra altaria demolientis furore ac sævitia, usque ad Gregorii Nysseni tempora illæsam conservavit. Baron. anno Christi 245, num. 2.

(7) *Moses et Maximus presbyteri.* Romanæ Ecclesiæ presbyteros ac confessores, eosque ultra annum in carcere detentos, misere afflictos fuisse, litteræ Cypriani ad hosce confessores, et confessorum ad Cyprianum, testantur. Vide epistolas Cypriani 16, 23, 26, 31.

(8) *Eodem tempore.* Nempe quo prædicti confes-

Digitized by Google

Novatianum de Ecclesia, et quosdam confessores, postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses 11 (9). Et sic multi Christiani fugerunt (10). Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros viginti duos, diaconos septem, episcopos per diversa loca undecim. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, XIII Kalendas Februarii. Et cessavit episcopatus dies sex (11).

NOTITIA ALTERA

(D. COUSTANT, *Epistolæ Rom. pontif.*, tom. I et unic., p. 118.)

1. Cum fratres omnes in ecclesia essent congregati, ut eum qui Antero successurus erat ordinarent, subito illapsu columbæ, quæ Fabiani vertici insedit, permotus populus Fabianum episcopatu dignum esse conclamavit, statimque comprehensum sacerdotali cathedræ imposuit. Ordinationem ejus Eusebius in *Chronico* post Maximini mortem recenset; sed ibi non est accuratus. Nam et ipso anno, qui Maximini necem excepit, Anteri ordinationem et obitum, Fabianique electionem consignat, licet hæc tria Maximino superstite contigerint, atque alio anno Anterus ordinatus, et alio vita functus fuerit.

2. In Bucheriano aliisque antiquis catalogis hæc legimus: *Fabianus annos* 14, *mensem* 1, *dies* 10. *Fuit temporibus Maximini et Gordiani et Philippi, e consulatu Maximini et Africani usque Decio II* (leg. *Decio I*) *et Grato* (hoc est ab anno Christi 236 ad 250). *Passus est* XII (apud Boll. XIII; in Fossat. ms. XIV) *Kalendas Februarii*. Ex hoc calculo si auferatur mensis unus, et præferatur lectio codicis in quo Fabianus XIII *Kal. Febr. passus* adnotatur, sequetur ut is papa anno 236, Januarii decimo die, qui in Dominicam incidebat, ordinatus, anno 250, Januarii 20 die martyrii coronam adeptus sit: quo quidem die in omnibus antiquis monumentis, nominatimque in libro *Sacramentorum* S. Gregorii festum ejus ascribitur.

3. De beato Fabiani exitu Cyprianus cleri Romani litteris certior factus, mox rescribens [1] hujus sancti pontificis elogium his paucis complexus est: *Cum de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres charissimi, et opinio dubia nutaret, accepi a vobis litteras ad me missas per Clementium hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso ejus exitu instruerer. Et exsultavi satis, quod pro integritate administrationis ejus, consummatio quoque honesta processerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri et illustri testimonio prosequamini, ut per vos innotesceret nobis, quod et vobis esset circa præpositi memoriam gloriosum, et nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum periculosa res est ad sequendum lapsum ruina præpositi, in tantum utile est et salutare, cum se episcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.* Ea fuit beatorum illorum temporum fides, ut cum boni et utilis pastoris jactura luctum et lacrymas ab ipsius grege exprimere, et ab amico consolatorias litteras exigere debere videretur, et Romani et amicus eorum Cyprianus animos in mutuam gratulationem effunderent; certi nimirum nihil Ecclesiæ ereptum, cui præclarum præstitum sit fidei ac virtutis exemplum.

[1] Apud Pamelium, epist. 4.

sores in carcere detinebantur, et quo in locum Fabiani jam ultra annum martyrio affecti, post annum interregnum pontificium, Cornelius suffectus erat. Nam qui hæc verba ad tempus Fabiani adhuc viventis referunt, graviter errant; cum non tantum Liber pontificalis hic in Vita Fabiani, et infra in Vita Cornelii, verum ipse quoque Cypr. epistol. 49, 52 et 76, aperte scribant Novatianum non ante a Novato seductum fuisse, nisi post schisma adversus Cornelium conflatum. Unde quid de epistola Fabiani prima, qua Novatianus a Novato ejus tempore seductus esse scribitur, sentiendum sit, in notis ad primam epist. dicemus infra. Baron. anno 238, num. 9 et seqq.

(9) *Postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses* 11. Cum sede adhuc vacante ad Mosen, Maximum et Nicostratum, postquam in carcere ultra annum detenti fuissent, sanctus Cyprianus epistolam scripserit, quæ est 16 editionis Pamel., fuerintque tunc adhuc pace et unitate concordes (quorum Maximus et Nicostratus post creatum Cornelium, ab eodem, ut ex Eusebio constat, in schismate divisi sunt), certissimum est non sex diebus, ut infra auctor Pontificalis scribit, neque etiam sex mensibus tantum, quod alii asserunt, sed ultra integrum annum hoc tempore sedem pontificiam vacasse. Baron. anno 253, num. 28. Quem auctor hic in carcere defunctum esse insinuat, ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochen. quam infra ex Eusebio huc inferemus, constat glorioso martyrio publice in omnium conspectu coronam martyrii adeptum esse. Ita Baron. anno 255, num. 39.

(10) *Et sic multi Christiani fugerunt.* Indictio persecutionis atrocissimæ adeo Ecclesiam universam concussit, ut complures, licet fortissimi, se subduxerint, et quidem inter alios sanctissimus Cyprianus, divino prope Spiritu impulsus, Dionysius Alexandrinus, ac Paulus eremita: qui deinceps in spelunca, quam tunc temporis nactus est, solitariam vitam agens, exemplum vitæ monasticæ præbens, permansit ad annum ætatis 113, qui est Constantii imperatoris 7 inchoatus. Baronius anno 253.

(11) *Cessavit episcopatus dies* 6. Ultra annum sedem pontificiam vacasse, constat ex iis quæ supra dixi, verbis *Postquam Moses*; qua de re plura dicemus infra.

Digitized by Google

De epistolis et constitutionibus ad Fabianum attinentibus.

1. Origenes, Eusebio teste [1], ad Fabianum apologeticam scripsit epistolam, qua se orthodoxum probare nitebatur. Hanc notans Hieronymus [2]: *Ipse Origenes*, inquit, *in epistola quam scribit ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, pœnitentiam agit, cur talia* (ob quæ in ejus damnationem Roma sub Pontiano consenserat) *scripserit, et causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto edita in publicum protulerit.*

2. Cyprianus epist. 55 ad Cornelium docet, Privatum Lambesitanum episcopum in ipsa Lambesitana colonia, ob multa et gravia delicta, nonaginta episcoporum sententia damnatum, *Fabiani et Donati litteris severissime notatum fuisse.* Quod ita intelligi potest, ut Fabianus Lambesitani concilii litteris tum de Privati delictis et hæresi, tum de sententia in eum lata certior factus, ad Privatum ipsum scripserit, eumque severissime corripuerit; vel, quod probabilius videtur, ad synodum quæ ad se scripserat rescribens, gravissimam huic hæretico notam inusserit. Neque tamen quievit versipellis homo; sed post Fabiani, ut colligere est [3], mortem, spe inductus decipiendi cleri ejus, quemdam e nequitiæ suæ cohorte vexillarium Romam misit, *qui furto et fraudulenter litteras pacis elicere curaret.* Simul et Cyprianus eidem clero cavens, *rem sollicitam* ipsi nuntiavit, hoc est vel de qua sollicitus erat clerus Romanus, vel potius, mea quidem sententia, de qua sollicitus erat ipse Cyprianus, ne videlicet Privatus Romanis imponeret. Verum vigilantissimo clero imponere non valuit emissus a Privato perfidiæ consors callidus. Nam et antequam Cypriani in Urbem litteræ pervenirent, *nec quis esset latuit, nec litteras quas volebat accepit.*

3. Verba ista Bucheriani Catalogi de Fabiano: *Hic regiones divisit diaconibus, et multas fabricas per cœmeteria fieri jussit*, in Fossatensi et altero reginæ Suecorum sic interpolata legimus: *Hic regiones divisit diaconibus, et fecit septem* (apud Boll. *sex*) *subdiaconos, qui septem notariis immanerent, ut gesta martyrum fideliter colligerent;* ac deinde omittitur, *et multas fabricas per cœmeteria fieri jussit.* Tempus pacis, qua Ecclesia Philippo imperante fruebatur, locum Fabiano dedit, ut in cœmeteriis, in quibus conventus celebrare ac sacra facere solebant fideles, fabricas fieri vel augeri præciperet. Idem quoque tempus, ut quemdam regendæ Urbis commodiorem ordinem instituerct, ei permisit. Quocirca cum Bucheriani catalogi in Liberio desinentis antiquitas, tum ipsa temporis ratio id nobis facile persuadent, quod in eo catalogo de regionibus singulorum diaconorum curæ commissis ac multis fabricis Fabiani jussu constructis scribitur.

4. Sed quia par non est antiquitas eorum librorum, in quibus Fabianus et septem subdiaconos, qui totidem notariis ad conscribenda martyrum gesta imminerent, constituisse legitur, neque etiam par videtur additamenti hujus auctoritas. Præterea ex eo, quod Gregorius, ab Eulogio Alexandrino episcopo rogatus ut quæ Eusebius collegerat martyrum gesta ad se transmitteret, lib. VIII, epist. 29, respondet: *Nulla in archivo hujus nostræ Ecclesiæ vel in Romanæ urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quædam in unius codicis volumine collecta;* de veritate gestorum, quæ ut Romæ conscripta circumferuntur, nonnulli dubitant. Verbis tamen Gregorii pressius insistendum non est. Eo enim antiquior et rerum historicarum peritior Gelasius epist. 33, n. 6, agnoscit ac recipit *gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis irradiant.* Verum ubi addit idem papa: *Ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur*, prædicti additamenti fidem multum imminuit. Nihil quippe ad gestorum illorum αὐθεντίαν defuisse videretur, si Romani pontificis auctoritate a septem notariis, quibus præpositi fuissent totidem subdiaconi, conscripta essent. Ut ut est, Eusebius lib. VI *Hist.*, c. 43, fidem facit, sub Fabiani successore Cornelio in Romana Ecclesia septem diaconos totidemque subdiaconos exstitisse: ac probabile est Fabianum eo ipso tempore, quo singulis diaconis officia partitus est, sua etiam subdiaconis, quævis illa sint, assignasse. Tunc vero Roma in quatuordecim regiones dividebatur; ex quo sequitur, ut singulis diaconis duæ attributæ fuerint, quo facilius pauperes quosque dignoscere, eisque subvenire possent.

De aliis epistolis ac decretis Fabiano ascriptis.

1. Isidorus Mercator tribus epistolis Fabiani nomine confictis, ideoque alium in tomum rejiciendis, collectionem suam auxit. Ex una illarum ea fluxit opinio, qua Fabianus, ut chrisma per singulos annos, vetere incenso, in Cœna Domini conficeretur, constituisse creditur. Quocirca levi sane ac sublesta auctoritate nititur hujusmodi opinio. Illam autem expendendi aptior dabitur occasio, ubi ea, in qua istud asserit Isidorus, epistola edetur.

2. Præterea eidem papæ in editionibus Conciliorum decem attribuuntur decreta e Gratiano et altera compilatione collecta, sed neque majori fide digna. Et horum quidem primum sic enuntiatur: *Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usquedum gratanti animo satisfactionem recipiat.* Neque id a Gratiano tantum dist. 90, c. 10, sed et ab Ivone par. 13, c. 60, et Burchardo lib. x, c. 59, eodem nomine laudatur. Verum priora ejus verba expressa sunt ex Basilii *Regula*, in cujus capite 74 ista ex interpretatione Rufini præmittitur

[1] Euseb. lib. VI, c. 26. [2] Hier. epist. 65 ad Pammach. et Ocean., c. 4. [3] Cypr. in fine ep. 30.

Digitized by Google

quæstio : *Quid si satisfaciente eo qui contristavit, noluerit reconciliari is qui contristatus est?* Ex alia autem Regula, vel ad imitationem Regulæ alicujus, architectus decreti hujus propositæ quæstioni responsionem de suo subjecit. In Pachomii *Regula*, cap. 18, legimus : *Si quis iracundus vel tristitiam vel invidiam tenet contra proximum suum, ut tempus tenuerit, ita erit pœnitentia ejus, in pane et aqua.* Cui *Regulæ* affine est decretum, quod Ivo par. 13, c. 16, rursum velut ex Fabiano nostro citat : *Si quis non vult reconciliari fratri suo quem odio habet, tandiu in pane et aqua pœniteat, usquedum reconcilietur ei.*

3. Alterum, secundum Gratianum VI, quæst. 11, c. 18, et Ivonem par. 12, c. 65, in hunc modum profertur : *Quicunque sciens se pejeraverit quadraginta dies in pane et aqua, et septem sequentes annos pœniteat; et nunquam sit sine pœnitentia, et nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen posthac recipiat.* Cui non absimile est illud, quod Gratianus XXII, quæst. 5, c. 4, Gelasio, Ivo autem p. 12, c. 66, ut et Anselmus, Polycarpus ac Burchardus Pelagio attribuunt : *Si quis se perjuraverit, et alios sciens in perjurium duxerit, quadraginta dies in pane et aqua, et septem sequentes annos pœniteat, et nunquam sit sine pœnitentia. Et alii si conscii fuerunt, similiter pœniteant.* Porro hæc duo decreta ex eodem fonte fluere non levis suspicio est. Quem vero fontem illum opinemur, nisi Theodori Cantuariensis *Pœnitentiale*, ex quo et apud Burchardum lib. XII, c. 11, et apud Ivonem p. 12, c. 68, id conceptis verbis laudatum legimus : *Si quis suspicatur quod ad perjurium ducatur, et tamen ex consensu jurat, quadraginta dies pœniteat, et nunquam sit sine gravi pœnitentia?* Imo et id, quod supra Fabiani nomine refertur, apud Reginonem lib. II, c. 324, ut ex *Pœnitentiali*, et apud Jac. Petitum tom. I, pag. 72, ut ex *Theodori Pœnitentiali* sic decurtatum legitur : *Quicunque sciens perjuraverit, septem annos pœniteat, et posthac communionem accipiat.* Ei autem parti, qua perjurus nunquam in testimonium recipiendus præcipitur, consentiunt Matisconense I concilium, can. 17, et capitulare Caroli Magni cap. 39 apud Baluz. pag. 518, quo cavetur : *Qui semel perjuratus fuerit, nec testis sit post hæc.* Vide et vulgatum Rabani Mauri librum III *De pœnitentium satisfactione*, c. 39, et Halitgarii librum IV, c. 28.

4. Illud : *Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed si contractum fuerit, non separentur*, quod Gratianus XXXII, quæst. 7, c. 26; et Ivo par. 8, c. 168, ut Fabiani decretum laudant, a Reginone lib. II, c. 129, rectius citatur ut ex *lege Romana*. Est enim Julii Pauli lib. II, tit. 19, sententia postremis verbis mutatis. Pro his quippe Paulus dixit, *sed contractum matrimonium furore* (postmodum accedente) *non tollitur;* quod minus ambiguum. Vide *Digest.* lib. XXIII, tit. 2, leg. 10, et Ivonem par. 13, c. 87 et 88, necnon Reginonem lib. II, c. 130.

5. Gratianus XXXV, quæst. 2 et 3, c. 3, ut ex Fabiano exscribit illud : *De propinquis, qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur; in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter vir conjungatur in matrimonio eis quæ sibi consanguineæ sunt, et uxoris suæ consanguineis post mortem suæ uxoris.* Verum novissimi Gratiani editores e Theodori *Pœnitentiali* excerptum docent. Illud reipsa in ea *Pœnitentialis* Theodori parte, quam Coislianus codex a 700 annis exaratus asservat, reperimus sub titulo *De quæstionibus conjugiorum*. Neque vero sibi constat Gratianus, quippe qui ibid. c. 13, una cum Ivone par. 9, cap. 43, et Burchardo lib. VII, c. 7, postremam decreti hujus partem Julio papæ ascribit. De hac autem matrimoniorum circa affines lege ann. 1216, in concilio generali Lateranensi, quod Decret. Gregorii IX, lib. IV, tit. 14, c. 8, refertur, derogatum fuit.

6. Superiori decreto Gratianus subjicit istud velut ad eumdem Fabianum pertinens : *Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt et separantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur.* Unde conjicere licet, ex eo ipso libro, ex quo superius, exscriptum fuisse, adeoque Theodoro Cantuariensi esse restituendum.

7. Gratianus XXXV, quæst. 6, c. 1; Ivo par. 9, c. 57, et Burchardus lib. VIII, c. 21, ut *ex Fabiani decretis, cap.* 8, id proferunt : *Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, id est pater et mater, soror et frater, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, episcopus canonice perquirat; et si inventa fuerit propinquitas, separentur.* Quod satis inconcinne expressum esse liquet ad imitationem legis 2, tit. 7, lib. IX Cod. Th. ex interpretatione Anniani, ubi cavetur : *In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui ad quorum notam pertinet, hoc est frater germanus, frater patruelis, patruus et consobrinus.*

8. Quod Gratianus de consecr., dist. 2, c. 16; Ivo par. 2, c. 27, ac Burchardus lib. V, c. 17, Fabiani nomine ita efferunt : *Ut si non frequentius, vel ter laici homines communicent in anno, nisi forte quis majoribus criminibus impediatur, id est in Pascha et Pentecoste et Natali Domini :* hoc ex canone 50 concilii Turonensis III, anno 818 celebrati, ad verba *id est*, exscriptum fuit. Illud porro additamentum, *id est in Pascha, Pentecoste et Natali Domini*, expressum est ad imitationem concilii Agathensis, can. 18, ubi statuitur : *Sæculares vero, qui in Natali Domini, Pascha et Pentecoste non communicaverunt, Catholici non credantur.* Integrum

Digitized by Google

vero ac totidem verbis, quot illud Gratianus, Ivo et Burchardus referunt, a Reginone lib. I, c. 195, laudatur ut ex libro II Capitularium, ubi et exstat c. 45, sed sine additamento *id est*, etc., quomodo habetur in concilio Turonensi III.

9. *Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur*, etc., quod apud Burchardum lib. II, c. 10, et Ivonem p. 6, c. 30, Fabiani nomine insignitur, et cujus initium Gratianus dist. 78, c. 1, Bonifacio papæ ascribit, merus est canon 11 Neocæsariensis concilii ex interpretatione Martini Bracarensis episcopi, cap. 20 descriptus.

10. *Decernimus ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris et mulieribus fiat tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur*, ex canone 4 concilii Matisconensis II, anno 585 celebrati, descriptum est, uno verbo *liberentur* excepto, cujus loco *careant* concilium præfert. Perperam igitur in codice librorum 16, lib. V, c. 7, apud Burchardum lib. V, c. 24, et Ivonem p. 2, c. 34, Fabiano ascribitur. Quod quidem Ivonem non advertisse mirum est, cum subinde cap. 41 eorumdem verborum summam perstringens, ea concilii Matisconensis agnoscat.

11. *Non est accipiendum sacrificium de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones et reliquas observationes in missa secundum ritum implere non potest*, codex 16 librorum, lib. V, c. 9; Burchardus lib. V, c. 30, et Ivo p. 12, c. 44, Fabiano tribuunt, ætatem tamen redolet hoc papa recentiorem. Et vere Theodori Cantuariensis esse fidem facit vetus codex Coislianus, in quo cum pluribus aliis *Pœnitentialis* ejusdem archiepiscopi capitulis exhibetur.

S. FABIANI PAPÆ
EPISTOLÆ

EPISTOLA PRIMA (12).

AD UNIVERSOS ECCLESIÆ CATHOLICÆ MINISTROS.

Qui non debeant admitti (13) *ad excusationem, et non esse communicandum excommunicatis.*

Dilectissimis ubique Catholicæ Ecclesiæ comministris, FABIANUS salutem in Domino.

Divinis præceptis (14) et apostolicis monemur [1] institutis, ut pro cunctarum Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Unde consequens est, debere vos scire quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam, ut ejus sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini, quæ vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos (15) in urbe Roma per septem regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, habemus, qui per singulas hebdomadas et Dominicos dies, atque festivitatum solemnia, cum subdiaconibus et acolythis, ac sequacium [2] ordinum ministris, injuncta sibi observant ministeria, et parati omni hora sunt ad divinum officium, et quidquid eis injungitur, peragendum. Similiter et vobis, prout opportunum fuerit, per singulas civitates est faciendum, ut divinum absque ulla mora et negligentia studiose ac solemniter agatur officium. Denique septem similiter subdiaconos (16)

[1] S. Leo ep. 4. [2] sequentium.

(12) Tres illæ ep. suppositæ ac spuriæ viris doctis habentur, et merito.

(13) De errore Novati et Novatiani.

(14) *Divinis præceptis*, etc. Hæc epistola aliis spuria, nisi a quibusdam mendis et erroribus expurgetur; aliis non a Fabiano, sed potius a Cornelio scripta esse videtur: eo quod infra de Novato et Novatiano hæc referat: *Insuper et illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus, præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quærens quem devoret* (I Petr. v, 8), *supervenit Novatus ex Africa, et separavit de Ecclesia Christi Novatianum, et quosdam alios Christi confessores, et convertit in pravam doctrinam.* Quæ sane non ante Cornelii pontificis creationem contigisse, testimonio Libri pontificalis et Cypriani satis est manifestum. Adde quod Pacianus, epist. 3 ad Sympronianum, cum Novatiani meminit, de iis quæ ante sedem Cornelii gesserat, commendat ejus catholicam fidem; sic enim scribit: *Cur igitur Novatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos, longe antequam Cornelius Romæ episcopus fieret, antequam sacerdotio illius invideret, hæc suasit? Habes Cypriani testimonium*, etc. Et post reliqua: *At hanc ipsam hæresim Novatiani quando cæperunt? Audite, quæso, et totum ordinem erroris vestri advertite. Cornelius jam Romæ episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat, et illa qua fuit præditus castimonia virginali crebras persecutiones nati principis sustinebat. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa*, etc., *Romam venit*, etc. Itaque ob hanc causam liceret firma conjectura statuere, auctorem hujus epistolæ Cornelium potius quam Fabianum fuisse, nisi infra mentio fieret septem subdiaconorum, quos, ut ex Vita ejusdem apud Librum pontificalem constat, notariis Acta martyrum colligentibus et conscribentibus, Fabianus, non Cornelius, omnium sententia præfecit. Tutius igitur ac verius esse videtur, prædicta de Novato et Novatiano ab aliquo sciolo superaddita fuisse, ideo, quod putarit hæc verba Libri pontificalis, *eodem tempore supervenit Novatus*, ad Fabiani sedis pontificiæ tempus referenda esse, cum revera ad ea quæ auctor proxime dixerat, *post passionem vero ejus*, referri debeant. Baron. anno 238, num. 9 et seqq. SEV. BIN.

(15) *Septem ergo diaconos.* Vide quæ diximus supra in notis in Vitam Clementis, Evaristi, Anteri et Fabiani. Ib.

(16) *Denique septem similiter subdiaconos.* Hic colligitur hujus epistolæ auctorem esse Fabianum pontificem, et quod illi fidem derogat, surreptitium esse, adeoque expungendum, vel saltem adnotandum. Ib.

Digitized by Google

ordinavimus [8], qui septem notariis imminerent, et gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioque oriatur; quoniam *omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* [4]. Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inveniatur, ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur. Unde et charitatem vestram paterna dulcedine petimus [5], ut in cunctis affectum vestræ charitatis sancta modo Ecclesia inveniat, et favoris vestri solatiis, quocunque necesse fuerit, potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de se nobis certitudinem præbet, ut in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis, ut sapientibus filiis Ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter commendemus; ita postpositis opportunitatis occasionibus, vestra efficacia elaborare enixius debet, atque modis quibus possibile fuerit [6], omni studio abigere contumelias [7]. Hortamur etiam vos, juxta dictum Apostoli, *stabiles esse et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino* [8]. Et alibi : *Vigilate et orate, et state in fide. Viriliter agite, et confortamini. Omnia vestra in charitate fiant* [9]. Insuper et illud vos scire desideramus (17), quia nostris temporibus [10] præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper *ut leo rugiens circuit* [11], *quærens quem devoret*, supervenit Novatus ex Africa, et separavit de Ecclesia Christi [11*] Novatianum et quosdam alios Christi confessores, et convertit in pravam doctrinam. A quibus vos, fratres, avertite, et cavete ab omnibus qui alteram fidem et doctrinam tenent, quam apostoli et successores eorum tenuerunt et docuerunt, ne, quod absit, post eum abeuntes, in laqueum Satanæ cadatis, et compedibus ejus detineamini. [11**] Unde fraternitatis vestræ charitatem intimis obsecramus precibus, ut nostræ parvitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes ac deprecantes Dominum cœli, ut tam nos quam sancta mater Ecclesia Christi pretioso sanguine redempta, a laqueis venantis Satanæ, et ab importunis et malis hominibus liberetur, et sermo Dei currat et clarificetur, et prava eorum et omnium perversa docentium corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiam, ut pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, ut *Deus et Dominus noster Jesus Christus, qui vult omnes homines salvos fieri et neminem perire* [11***], sua ingenti omnipotentia reverti faciat corda eorum ad sanam doctrinam et catholicam fidem [12], quatenus *resipiscant a diaboli laqueis* [13], quibus capti tenentur, et aggregentur filiis matris Ecclesiæ. Reminiscentes quoque fratrum vestrorum, miseremini illorum, quibus potestis bonis studiis vestris, ne perdantur, sed ut precibus et aliis bonitatis vestræ studiis Domino [14] salventur. Ita ergo in his agite, ut obedientes filii et fideles sanctæ Dei Ecclesiæ appareatis, et ut mercedis præmia percipiatis. Hi, et omnes qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, et a sinu sanctæ matris Ecclesiæ, apostolico mucrone, usque ad rectam conversationem et reversionem eorum abscissi. Unde apostolica auctoritate, cum omnibus ejusdem apostolicæ atque universalis Ecclesiæ filiis statuentes sancimus, ut omnes qui in catholica fide suspecti sunt in accusatione recte credentium non suscipiantur; quia suspiciones semper sunt amovendæ [15]. Merito ergo eorum reprobatur accusatio qui in recta fide suspecti sunt [16]. Nec eis omnino est credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes [17], quos sanctorum Patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant, submovemus et ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus, et justi ab injustis; quoniam infideles et malevoli, modis quibus possunt, semper infestant fideles et perdere nituntur; et ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi, et procul abjiciendi, ne perdere fideles aut infamare possint. Quapropter, charissimi, cavete talium foveam, in quam multos cecidisse cognovimus. Cavete talium jacula [18], et antiqui hostis tentamenta, per quæ etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium, quibus notos et commilitones strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repellite eos. *Estote*, juxta Veritatis vocem, *prudentes ut serpentes, et simplices ut columbæ* [19]. Videte, ne in vacuum quoque curratis, aut laboretis, sed alterutrorum fulti precibus et orationibus, voluntatem Dei facere contendite, et a memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter ab omnibus quos Apostolus commemorat dicens : *Cum eis nec cibum sumere* [20]; quia et illi, sicut et isti, sunt repellendi [21], et ante satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi; quoniam illi,

[8] Vide Pontificalem librum in *Clemente* et *Antero*. [4] Rom. xv, 4. [5] S. Greg. ep. 21, lib. vii. [6] S. Greg. ep. 95, lib. vii. [7] agere contendatis. [8] I Cor. xv, 58. [9] I Cor. xvi, 13, 14; Matth. xxvi, 41. [10] Greg. lib. xii, ep. 32. [11] I Petr. v, 8. [11*] Hoc sub Cornelio contigit defuncto jam Fabiano, ut pluribus Baronius ad an. 238, n. 9. [11**] S. Bonifacii A. Mog. ep. 6, quam consule. [11***] I Tim. ii, 4. [12] II Petr. iii. [13] II Tim. ii, 26. [14] omnino. [15] Suspecti omnes semper sunt amovendi et non recipiendi : ita in Luc. [16] Adrian. coll. c. 4. [17] q. 4 : Omnes quos sanctorum. [18] S. Bonif. ep. 19, pluribus modis interpolata. [19] Matth. x, 16 ; Phil. ii. [20] I Cor. v, 11. [21] 6. q. 1 : Omnes illi sunt ab.

(17) *Insuper et illud vos scire desideramus.* Hæc integra periodus surreptitia est, et ab aliquo sciolo superaddita, qui existimavit ea quæ in Vita Fabiani de Novato et Novatiano scribuntur, temporibus Fabiani accidisse, ideoque in hanc epistolam inferenda esse. Vide quæ diximus verbo, *Divitis præceptis*.

Digitized by Google

cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem a reliquis fratribus [22]. Quamobrem non debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio, usque ad jam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjaceant; quoniam sic apostoli statuerunt [23] dicentes : Cum excommunicatis non est communicandum [24]. Et si quis cum excommunicatis, avertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit aut oraverit, ille communione privetur [25]. Tales ergo in omnibus sunt cavendi, et non suscipiendi, quia juxta Apostolum, *non solum qui faciunt damnantur, sed et qui consentiunt facientibus* [26]. Unde et beatus apostolorum princeps, Petrus, in ordinatione Clementis allo- B quens populum, inter cætera ait [27] : Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis [28], vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat : Cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque commonitione obsecundare, et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus non est, et locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei Ecclesiam volunt : et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos C est. Et est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit et Ecclesiam dispergit ac vastat. Ideoque, charissimi, his apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta [29] certior charitas vestra, sollicitius deinceps agere studeat et cautius, ne pervérsi et infideles homines, lædendi fideles et benevolos habeant facultatem : *quoniam spes talium et omnium impiorum, tanquam lanugo est, quæ a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, et tanquam fumus, qui a vento diffusus est, et tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis* [30]. Summopere, charissimi, tales cavendi sunt, D et avertendi atque rejiciendi, si nocentes apparuerint; quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges se [31] nocentes non suscipiunt, sed repellunt. Unde scriptum est : *Os impiorum devorat iniquitatem* [32]. Et Dominus per Prophetam loquitur, dicens : *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris; et cum electo electus eris, et cum viro innocente innocens eris* [33]. Et Apostolus inquit : *Pervertunt bonos mores colloquia mala* [34]. Idcirco, ut jam prælibatum est, mali sunt semper cavendi, et bonis atque benevolis est inhærendum [35] ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus. Et ne pestis hæc latius divulgetur [36], severitate qua possumus, abscindamus; quoniam non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est [37] diligentia pietatis. Agat semper [38] unusquisque vestrum, hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, et fraterna dilectione, et sancta religione, mores proprios conservare, et in commune alterutrum adjuvare, et in charitate permanere, et in Dei voluntate indesinenter studeat inhærere, ut simul laudantes B Dominum, indefessas semper illi gratias agamus. Valete in Domino, charissimi, et prædicta, ut melius potestis, Domino opem ferente, adimplere studete. Data Kalendis Julii, Maximino [39] et Africano viris clarissimis consulibus [40].

EPISTOLA II (18).

AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut chrisma omni anno renovetur consecrando et vetus in ecclesiis ponatur cremando; de accusatione sacerdotum, et ut oves pastorem suum, nisi in fide erraverit, reprehendere non audeant.

I. *Ut per annos singulos novum chrisma conficiatur, et vetus incendatur.*

II. *De episcopis non accusandis ac obtrectationibus lacerandis.*

FABIANUS episcopus urbis Romæ, omnibus Orientalibus episcopis et cunctis fidelibus, in Domino salutem.

Exigit dilectio vestra sedis apostolicæ consulta, quæ vobis denegare non possumus nec debemus. Hoc autem et prædecessores nostros multarum regionum episcopis egisse liquet; et nos, qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere fraterna charitas et obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestræ sollicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus ordinata, et instigante sancto Spiritu instituta [41], nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc, quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire; ita quod diffinitum est, non debet violari.

I.

Litteris vestris vero inter cætera insertum invenimus [42], quosdam regionis vestræ episcopos (19)

[22] Fidelibus. [23] 11. q. 3 : Sicut apostoli statuerunt. [24] can. 11. [25] can. 11 apost. interp. Dionysio. [26] Rom. I, 32. [27] dist. 63 : Si inimicus. [28] epist. I Clementi tributa ex versione Rufini *Patr.* t. I. [29] S. Leo ep. 2. [30] Sap. v, 15. [31] abest, *se*, a ms. [32] Prov. XIX, 28. [33] Psal. XVII, 26. [34] I Cor. XV, 33. [35] S. Leo ep. 4. [36] idem ep. 2. [37] idem ep. 2. [38] S. Bonif. [39] Maximo. [40] an. 236. [41] S. Greg. epist. 117, lib. VII. [42] de consecr. dist. 3 : Litteris vestris.

(18) Apocrypham nonnullis videri testantur B II., Poss. aliique Catholici, et multa probant.

(19) *Episcopos.* Indicatur materiam sacramenti confirmationis esse chrisma, quod est unguentum ex oleo et balsamo mistum, et ab episcopo consecratum. Ex eo enim quod scribit, Christum ritum conficiendi apostolos docuisse, utique aliquam formam benedicendi et consecrandi tradidisse, dubium non est. Unde præterquam quod sanctissimi Patres, Clemens, Dionysius, Irenæus, Urbanus ponti-

Digitized by Google

a vestro nostroque ordine discrepare, et non per singulos annos in Cœna Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum una confectio chrismatis abundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim qui talia excogitant [43.44], et mente vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus (20) Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, et lavit eorum pedes, sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti chrismatis unctione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, et de anno in annum renovanda, et fidelibus tradenda; quia novum sacramentum est per singulos annos et jam dicto die innovandum, et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana Ecclesia, et Antiochena a tempore apostolorum custodit; hæc Hierosolymorum et Ephesinorum tenet. In quibus apostoli præsidentes, hæc docuerunt, et vetus chrisma incendi, et non amplius quam uno anno uti, permiserunt, atque deinceps novo frui, et non veteri, jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare tentaverit, omnem sibi per vos [45], et per omnes recte intelligentes [46], indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia pravissimarum mentium perversa doctrina, dum indulgentius frenis utitur [47], in prævaricationem præsumptionis delabitur; et nullatenus eruitur, nisi prudentium sustentatione et correctione liberetur. Illa autem, quæ circa divina mysteria et erga [48] baptizandos, in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum supervacuis intentionibus et superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt, quam illudendi [49]. Ad nostram enim lætitiam benefacta perveniunt, et mœroris aculeis nos, quæ fuerint male facta, pungunt [50]. Hic [51] vero inter manus latronum et dentes luporum furentium, utcunque versamur, et contumaces sunt subditi atque oves. Nam latratu canum [52], baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. [53] Illa vero quæ fomentis non sanantur vulnera, ferro abscindi necesse est. Nec silere [54] possumus, ut cum hic ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocemur instinctu, in speculis a Domino constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, et quæ coercenda sunt resecemus [55], et quæ observanda sunt censeamus [56].

II.

Consulere etiam nos, ut in prædictis litteris vestris invenimus, super accusatione sacerdotum voluistis, quæ oppido apud vos, ut in eisdem apicibus reperimus, crebrescit. Significastis insuper [57], plerosque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus et sacramentis [58] quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliviscuntur: qui et multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt, non faciunt; et traditorem suum tolerans, usque in finem etiam ad evangelizandum cum cæteris misit. Nam apostoli

[43.44] De consecr., dist. 3 : Litteris vestris. [45] nos. [46] Siricius ep. 1, c. 7. [47] Innoc. ep. 25 ad Milev. PP. [48] Cæl. ad Gallos cap. 12. [49] idem ep. 2, cap. 1. [50] compungunt. [51] S. Aug. de pastoribus, cap. 7. [52] S. Hier. ep. 83. [53] Siric. mox cit. [54] Cæl. ep. 2, c. 1. [55] servemus. [56] sentiamus. [57] 1. q. 1 : Significastis insuper. [58] S. August. lib. L hom., hom. ult., cap. 13.

lex epistola sua, etc., hoc alibi sanctum chrisma, alibi unguentum sanctificatum nominent, conciliis Florentino et Tridentino nunc aperte definitum est, quod universæ Ecclesiæ, ex institutione Christi, ab apostolis traditum erat. Bellarm., Suarez, Valent. de sacram. confirm. Hanc epistolam Possevinus in *Apparatu sacro*, verbo *Fabianus*, a quibusdam, nescio quibus, velut apocryphum rejici asserit. Qui confirmationem a Melchiade institutam esse aiunt, et hac et præcedentis Urbani epistola satis refutantur. Sev. Bin.

(20) *In illa die Dominus.* Ut chrisma conficiatur et consecretur feria quinta in Cœna Dominica, ab apostolis institutum esse ait, ideoque ab ea consuetudine nequaquam recedendum esse decernit. Hunc ritum eodem tempore observatum fuisse indicat Cyprianus, vel quisquis auctor est ejus libri, serm. de unct. chrism., his verbis : *Hodie in Ecclesia* (loquitur de die Cœnæ Domini) *ad populum acquisitionis sanctificandum, in participatione dignitatis et nominis sacrum chrisma conficitur, in quo mistum oleo balsamum, regiæ sacerdotalis gloriæ exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis, divinitus est unctio instituta.* Eadem consuetudo colligitur ex Isidoro, Alcuino, Ruperto et aliis antiquis divinorum officiorum scriptoribus. Unde in concilio Meldensi, c. 46, expresse præcipitur, *ut nemo sacrum chrisma, nisi in quinta feria majoris hebdomadæ, conficere præsumat.* Et hanc ob causam in cap. *Quoniam*, de sent. excomm., in 6, dicitur, chrisma esse conficiendum in die Cœnæ Domini, etiamsi terra interdicta exsistat. Errant igitur qui putant fuisse aliquando usitatum in Ecclesia, ut quolibet anni tempore chrisma conficeretur. Quod dicitur cap. *Omni tempore* de consecr., dist. 4, item conc. Tolet. 1, cap. 20, licere episcopo omni tempore chrisma conficere, intelligendum est non simpliciter de omni tempore : sed accommodate, de omni tempore annuali, quod ad conficiendum chrisma præscriptum est. Accedit quod concilia non aliquam temporis, sed potius certi ministri determinationem præfinire intendant, quasi dicerent : Soli episcopo, non presbytero, liceat omni tempore consueto sacrum chrisma conficere. Nam concilium Tolet. expresse intendit prohibere abusum quorumdam presbyterorum, qui confectionem chrismatis sibi usurpabant. Vide Suarez tom III, disp. 38, sect. 1

Digitized by Google

talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt; similiter et successores eorum, quanquam multa de talibus, prævidentes Spiritu Dei futura, statuerunt. Porro, ut legitis in Actibus apostolorum, *erat eo tempore inter fideles cor unum et anima una, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia* [59]. Nulla enim inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec unquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente Domino : *Quod tibi non vis fieri, alteri non facias* [60]. Et idem : *Diliges proximum tuum sicut teipsum* [61] ; et : *Dilectio proximi malum non operatur* [62]. Ipsi ergo apostoli et successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti [63], vel qui heri, aut nudiustertius, vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, et qui non sunt bonæ conversationis [64], vel quorum vita est accusabilis, aut dubii in recta fide. Similiter quorum fides [65], vita et libertas nescitur, vel qui infamiæ maculis sunt aspersi, aut sceleribus irretiti [66]. Neque eos, sacerdotes debere vel posse aut clericos accusare, qui rite sacerdotes fieri non possunt, nec sui sunt ordinis; quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a sæcularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione. Et sicut isti ab illis [67], ita et illi ab istis non recipiantur; quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione, ita et litigatio; *quia servum Dei non oportet litigare* [68]. Tales, charissimi fratres, accusationes, et injustas aut nocivas æmulationes, pro viribus prohibete, quia contentio [69] summopere est vitanda. *Septies enim cadet justus in die, et resurget, impii autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus*, ait Salomon, *ne gaudeas, et in ruina ejus non exsultet cor tuum ; ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. Non contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum exstinguetur. Nec æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinam meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquuntur* [70]. Hæc cavete, charissimi. Hæc meditamini, et fratribus in omnibus solatium præstate : quia *in hoc cognoscent omnes*, ut ipsa per se Veritas ait, *quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem* [71]. Si enim in rebus [72] sæcularibus suum cujusque jus et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? Quod ista observatione observabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Unde constat episcopos locorum singulorum, omnium qui sub eorum degunt [73] moderamine, curam habere sollicitam, et causas utilitatesque eorum cum Dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, ut alii quilibet, omissis suis, se illorum causis admisceant. Sed illi eorum vitam et judicium competenti regularique debeant moderamine disponere, qui eos in sacerdotium ordinant, et a quibus jam ordinati sunt; quoniam, ut lex loquitur, *maledictus omnis est qui transfert terminos proximi sui. Et dixit omnis populus : Amen* [74]. Deus ergo, fratres [75], ad hoc præordinavit vos, et omnes qui summo sacerdotio funguntur, ut injustitias removeatis, et præsumptiones abscindatis, et in sacerdotio laborantibus succurratis, et [76] opprobriis et calamitatibus eorum locum non præbeatis; sed ei, qui calumniam et opprobrium patitur, adjutorium feratis, illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis, et Domino in suis sacerdotibus opem feratis. Sacerdotes quoque Dominus sibi elegit, ut sacrificent ei, et offerant oblationes Domino. Levitas quoque sub eis esse jussit in ministeriis eorum. Unde ad Moysen loquitur, dicens : *Princeps autem principum Levitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores ecclesiæ sanctuarii* [77]. De his enim locutus est Dominus ad Moysem : *Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israel, et pecora Levitarum pro pecoribus eorum, eruntque Levitæ mei. Ego Dominus* [78]. Si Levitas suos esse Dominus voluit, quanto magis sacerdotes sibi ascivit? De quibus ait : *Si quis externorum accesserit, morietur* [79]. Omnia vero quæ Domini sunt, caute tractanda sunt, et non leviter præcipitanda; quoniam et inter homines pro fidelibus habentur, qui dominorum suorum causas bene custodiunt, et fideliter tractant, atque præcepta dominorum suorum bene custodiunt, et non transgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui dominorum suorum causas incaute et negligenter tractant, et præcepta eorum despiciunt, et non, ut debent, custodiunt. Ideo hæc præmisimus, ut cognoscatur ab his, quibus incognitum est, quod et sacerdotes quos sibi Dominus de omnibus ascivit, et suos esse voluit, non sunt leviter tractandi, nec lacerandi, nec temere accusandi aut reprehendendi, nisi a magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, et suo judicio vindicari. Nam in his et in aliis præceptis Domini, et fideles cognoscuntur, et infideles reprobantur. Tolerandi enim hi sunt potius a fidelibus, quam exprobrandi, veluti palea cum tritico, usque [80] ad ultimum ventilabrum, sicut pisces mali cum bonis, usque ad segregationem, quæ futura est in littore, hoc est, in fine sæculi. Nullatenus ergo potest [81]

[59] Act. IV, 32. [60] Matth. VII, 12; Luc VI. [61] Tob. IV, 16; Matth. XXII, 39; Marc. XII, 31; Luc. X, 27. [62] Rom. XIII, 10. [63] Ambr. ep. 64. [64] Adrian. coll. 15. [65] 3. q. 5 : Suspectos autem inimic. [66] Adrian. coll. 19. [67] 2. q. 7 : Sicut sacerdotes. [68] II Tim. II. [69] Adrian. coll. 5. [70] Prov. XXIV, 17 seqq. [71] Joan. XIII, 35. [72] S. Greg. ep. 121 lib. VII. [73] Idem ep. 66 ejusdem libri. [74] Deuter. XXVII, 17. [75] 3. q. 1 : Deus ergo fratres. [76] Proclus ep. ad Domninum Ant. [77] Num. III, 32. [78] Ibid. 45. [79] Num. I, 51 [80] S. August. IV advers. Cresc., 26, et de utilitate pœnitentiæ, cap. 12. [81] Const. M. coll. Adr. c. 51.

Digitized by Google

condemnari, humano examine, quem Deus suo judicio reservavit, ut propositum Dei, quo decrevit salvare quod perierat, fiat immobile. Et ideo, quia voluntas ejus non immutatur, nullus præsumat ea quæ sibi non sunt concessa. Unde est illud quod Apostolus loquitur dicens : *Jam quidem omnino delictum est, quia judicia habetis vobiscum.* [83] *Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini* [83]? Ad illud redeatur quod Dominus ait : *Si quis voluerit tunicam tuam tollere, et in judicio tecum contendere, dimitte ei et pallium* [84]. Et alio loco : *Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas* [85]. Sunt autem quædam, quæ levissima putarentur, nisi in Scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis unquam dicentem fratri suo : Fatue, reum gehennæ putaret, nisi ipsa Veritas [85*] diceret? Illi vero [86] qui illa peccata perpetrant, de quibus Apostolus ait : *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur* [87], valde cavendi sunt, et ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi; quia infamiæ maculis sunt aspersi, et in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subventum fuerit. Similiter et illi de quibus ipse ait : *Cum hujuscemodi hominibus nec cibum sumere* [88]; qui infamia sunt notati antequam sacerdotali auctoritate sanentur, et in gremio sanctæ matris Ecclesiæ reintegrentur; quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Manifestum est enim, quod hi extra nos sunt, et a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. Similiter et omnes personæ, quibuslibet turpitudinibus ac scurrilitatibus subjectæ, infames sunt effectæ; et omnes [89], qui adversus patres armantur, infames efficiuntur. *Arenam vero et salem et massam ferri facilius est portare, quam hominem imprudentem et fatuum atque impium* [90]. *Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania; et vir imprudens et errans, cogitat stulta* [91]. *Multos enim supplantavit suspicio illorum, et in vanitate deliruit sensus illorum. Cor durum male habebit in novissimo; et qui amat periculum, in ipso peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, et pravi cordis in* [92] *illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum* [93]. Talia cogitantes sancti apostoli, eorumque successores [94], Spiritu Dei repleti malos homines prævidentes, et simplices considerantes, difficilem, aut nunquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne a malis potuissent everti aut submoveri : quia si hoc facile concederetur sæcularibus et malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent; quoniam semper fuit, et est, et, quod pejus est, nimis viget, ut mali bonos persequantur, et carnales spirituales infestent. Idcirco, ut prædictum est, statuerunt, ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorum fieret accusatio, et a quibus, ut supra dictum est, non præsumeretur, neque a propriis sedibus aut Ecclesiis episcopi ejicerentur [95]. Quod si quomodo præsumptum fuerit antequam et proprius locus, et sua omnia eis legibus [96] redintegrarentur, nullatenus a quoquam accusarentur aut criminarentur, et nisi sponte elegerint, cuiquam pro talibus non [97] responderent; sed postquam, ut præfixum est, restituti fuerint, et sua omnia eis legibus redintegrata, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium, tractandi causa, eis concederetur; et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati, venirent ad causam; et si justum visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum responderent. Nulla enim permittit ratio [98], dum ad tempus eorum bona vel Ecclesiæ atque res ab æmulis aut a quibuscunque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quisquam potest eis quoquo modo quidlibet majorum vel minorum objicere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis. Similiter statutum est [99], et nos eadem statuta firmantes, statuimus, ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero, curiæ [1] tradatur, cui diebus vitæ suæ deserviat, et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. Nec ullus unquam præsumat, accusator simul esse et judex vel testis : quoniam in omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, judices electos, et accusatores, ac defensores, atque testes. Similiter statuentes, apostolica auctoritate jubemus, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant [2], nisi in fide erraverit, reprehendere audeat : quia facta præpositorum, oris gladio [3] ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super magistrum, dicente Veritatis voce : *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum* [4]. *Odibilis autem coram Deo et hominibus est superbia, et exsecrabilis omnis iniquitas. Perdidit Deus memoriam superborum, et reliquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum. Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum, rector illorum in honore; et qui timent Dominum, erunt in oculis ejus. Fili,* ait Salomon, *in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem, cui honor competit* [5]. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; et cum interrogaveris, corripe juste. Priusquam audias, ne respondeas verbum; et in medio seniorum ne adjicias loqui* [6].

[83] S. August. Enchir. c. 78 et 79. [83] 1 Cor. vi, 7. [84] 6. q. 2 : Illi qui. [85] Galat. v, 4. [85*] Matth. v, 40. [85] Luc. vi, 30. [85*] Matth. v, 22. [86] 1 Cor. v, 11. [87] Proclus ad Domninum. [88] Eccli. xxii, 18. [89] Eccli. xvi, 23. [90] pravum cor in. [91] Eccli. iii, 26 seqq. [92] Idem infra in decr. Steph. [93] 3. q. 1 : Episcopi si a propriis. [94] Conc. Rom. v sub Symmacho. [95] Adrian. coll. 5. [96] 3. q. 1 : Episcopi si a propriis. [97] 11. q. 1 : Statuimus, ut si quis clericorum. [1] Curia hæc valde suspecta est Ant. August. in cap. 38 Coll. Adr. [2] Conc. Rom. v sub. Symmacho. [3] S. Greg. Past. p. II, c. 5. [4] Matth. x, 24; Luc. vi, 40. [5] Eccli. x, 7, 23, 24, 31. [6] Eccli. xi, 7, 8.

Digitized by Google

Exemplo Cham filii Noe [7], damnantur qui patrum suorum culpas in publicum produnt [8], aut eos accusare vel detrahere præsumunt : veluti Cham, qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Similiter et illi exemplo Sem et Japhet justificantur [9], qui reverenter operiunt, et non produnt ea quæ patres suos excessisse cognoscunt. Si enim a fide deviaverit episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis. Quod si incorrigibilis, quod absit! apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos, aut ad sedem apostolicam. Pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus ab ovibus et subditis suis, quam accusandus, aut publice derogandus; quia cum in eis a subditis delinquitur [10], ejus ordinationi obviatur, qui eos ei prætulit, dicente Apostolo : *Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit* [11]. Qui vero omnipotentem Deum metuit [12], nec contra Evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas vel sanctorum Patrum instituta, aliquid ullo modo agere consentit. Sacerdotes ergo honorandi sunt, non lacerandi vel exprobrandi sunt. Legitur in Ecclesiastico : *In tota anima tua time Deum, et sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, et ministros ejus non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotem, et propurga te cum brachiis. Da illi partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum, et de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificationis offeres Domino, et initia sanctorum; et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua* [13]. Hæc non tantummodo vobis, sed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo nihil per contentionem nobis [14], neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed Deo Salvatori nostro placentes. Cui est honor et gloria in sæculorum sæcula. Amen.

EPISTOLA III.

AD HILARIUM EPISCOPUM.

Ut peregrina judicia respuantur atque accusatus in suo loco causam suam peragat, et ut omnis qui crimen objicit, scribat se probaturum, et si non probaverit quod objicit, pœnam quam intulerit, patiatur.

I. *Qui non debeant admitti ad accusationem.*
II. *De peregrinis judiciis.*
III. *De pulsatis.*
IV. *Si quis iratus crimen objecerit, vel objecta non probaverit.*
V. *Si episcopus accusatus sedem apostolicam appellavit.*

Dilectissimo fratri Hilario episcopo Fabianus.

Divinæ circa nos gratiæ memores [15] esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, A ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, et in quadam sacerdotum ejus specula constituti, prohibeamus illicita et sequenda doceamus. In tantum enim in occiduis partibus, quibus moraris, audivimus astutiam diaboli sævire in populum [16] Christianum, atque multiplici deceptione prorumpere, ut non solum laicos sæculares, sed ipsos quoque Domini sacerdotes premat atque vexet. Unde, in grandi mœrore positi, dissimulare non possumus quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera capitis peste nihil possit [17], sed segnius tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis, involvat pariter sauciatos et medentes. B

I. Ob id ergo statuentes decernimus ut hi [18], qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita et libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, ne viles personæ ad accusationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversum majores natu non habeant accusandi; quia suspiciosa vox et inimica veritatem solet opprimere.

II. Peregrina vero [19] judicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est ab externis, ut judicetur, qui provinciales et a se electos debet habere judices, C nisi fuerit appellatum. Unde oportet [20], si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui sunt in provincia episcopis, quia non oportet accusatum alicubi, quam in foro suo, audiri. Si quis vero judicem adversum sibi senserit [21], vocem appellationis exhibeat [22]. Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriare custodia; sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sententia destinarit.

III. Pulsatus ante suum judicem causam dicat [23]; et D ante non suum judicem, pulsatus, si voluerit, taceat; et ut pulsatis, quoties appellaverint, induciæ dentur [24].

IV. Si quis ergo iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit [25], convicium non est pro accusatione habendum; sed, permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit [26], per scripturam se probaturum esse fateatur; ut, si fortasse resipiscens, quæ præ

[7] Genes. IX. [8] Isid. III, sent. 39. [9] Sup. habetur idem in epist. Anacleti ultima. [10] S. Gregor., Past. III, c. 5. [11] Rom. XIII, 2. [12] 11. q. 3 : Qui omnipotentem. [13] Eccli. VII, 31-36. [14] Innoc. I, ep. 2, c. 13. [15] Hilarius papa S. Leonis successor, ep. 3. [16] Felix III, ep. 7. [17] captis peste non prosit. Hæc ad finem usque epistolæ habentur etiam in decr. Sixti III. [18] Adr. coll., c. 15. [19] idem Adr. cap. 17, ex Cod. Theod., lib. IX, tit. 1, const. 10. [20] 3. quæst. 6 : Si quis episcoporum. [21] 1, quæst. 6, Si quis jud. [22] Vide Adr. coll. c. 27, 32, 33, 34, ex interpr. Aniani in const. 2, 15 et 20, tit. 30, libri XI Cod. Theod., necnon notata Ant. Aug. [23] 3. q. 1 : Pulsatus ante. [24] Adr. coll. c. 56. [25] 1. q. 6, Qui crimen. [26] Adr. coll. 47, ex Aniano in const. 5, tit. primi lib. IX Cod. Theod.

Digitized by Google

iracundia dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo, qui crimen objicit [37], scribat se probaturum. Revera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse patiatur.

V. Placuit etiam, ut si episcopus accusatus appellaverit ad apostolicam sedem [38], id statuendum quod ejusdem sedis pontifex censuerit. Hæc tamen omnino in sacerdotum causa forma servetur, ne quemquam sententia, non a suo judice dicta, constringat [39]. Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum et miserorum subsidio [40], quo valeant, ex revelatione alienæ vindictæ, a se Dei removere vindictam [41]. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. Unde scriptum est: *Frater fratrem adjuvans exaltabitur* [42]. Ecclesia enim Dei sine macula et ruga debet existere, et ideo non oportet eam a quibusdam conculcari aut maculari, quia scriptum est: *Una est columba mea, perfecta mea* [43]. Hinc iterum Dominus ad Moysem ait: *Est locus penes me, et stabis super petram* [44]. Quis est locus [45], qui non sit Domini, dum cuncta in ipso, per quem creata sunt, continentur? Est tamen locus apud Deum, videlicet sanctæ Ecclesiæ unitas, in qua supra petram statur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Te, frater, et omnes fratres nostros Ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes, monemus, ut omnes a præcipitio, in quo fratres et Domini pastoribus detrahendo et persequendo, verbis et factis labuntur, laqueis quibus potestis, retentetis, et lacerari eos [46] in hamo [47] iræ non permittatis, quia scriptum est: *Ira enim viri justitiam Dei non operatur* [48]. Hinc [49] rursum dicitur: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram.* Hæc autem vos, Deo auctore, omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris desideriis et operibus me furtive subjungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis etiam admonens additur, jam non soli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos et omnes fideles diligere invicem, et non detrahere aut accusare alterutrum; scriptum est enim: *Dilige proximum, et conjungere fide* [50] *cum illo. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui: et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, et non eum capies. Non illum sequaris quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, et maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperativ est animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo non abjiciet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit* [51] *os suum, et super sermones tuos admirabitur: Novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiri* [52], *et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet; et plaga dolosa, dolosi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam; et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti consilium nequissimum, super ipsum devolvetur; et non agnoscet unde adveniet illi. Illusio et improperium superborum, et vindicta, sicut leo insidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu justorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira et furor, utraque exsecrabilia sunt; et vir peccator, continens erit illorum* [53-54]. *Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam; et peccata illius servans, servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur Altissimum? Ipse, dum caro sit, reservat iram et propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum, et desine inimicari. Tabitudo enim, et mors imminent in mandatis ejus. Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo. Memorare testamenti Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescet; et secundum virtutem hominis, iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis festinans effundet sanguinem, et lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit; et si exspueris super illam, exstinguetur, et utraque ex ore proficiscuntur. Susurro et bilinguis, maledictus; multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem. Civitates muratas divitum destruxit, et domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus, qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum ejus, et vinculis ejus non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est: et vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima; et utilis potius infer-*

[37] idem c 48, ex Aniani interpr. in const. 11, ejusdem tituli. [38] Adr. coll. c, 21. In decret. Ivon., lib. IV. [39] Cod. Theod. lib. IV, tit. 16, const. 2, [40] consilio. [41] conc. Tol. VIII, c. 2. [42] Prov. XVIII, 19. [43] Cant. VI, 8. [44] Exod. XXXIII, 21. [45] S. Greg. ep. 64 libri VII. [46] labi eos. [47] In imo. [48] Jacob. I, 20. [49] Greg. ep. 128 lib. VII. [50] conjunge fidem. [51] condulcabit. [52] odivi. [53-54] Eccli. XXVII, 18-33

Digitized by Google

nus, quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum. In flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt Dominum, incident in illam ; et exardescet in illis, et non exstinguetur ; et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam, et ori tuo facito ostia, et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem [45]. Ista caveant omnes, *et cohibeant linguam suam a malo, et labia eorum ne loquantur dolum* [46]. *De cætero*, charissimi, *confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus. Induite vos, armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli ; quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei* [47]. Hæc, frater, quæ tibi scripsimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ ceteros tangunt; omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, et reliquos fratres nostros, ubique consistentes, protegat usque in finem [48], qui cunctum mundum dignatus est redimere, Jesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen. Data decimo septimo Kalend. Novembr. Africano et Decio [49] viris clarissimis consulibus.

[45] Eccli. XXVIII, 1-30. [46] Psal. XXXIII, 14. [47] Ephes. VI, 10-17. [48] S. Greg. ep., 54, lib. VII. [49] mendosa adnotatio.

Decreta S. Fabiani ex Decreto Gratiani desumpta, nec prioribus inserta.

I. *Inediis maceretur acerrimis qui fratri suo reconciliari non vult.*

(*Dist.* 90, *Si quis contristatus* ; Basil. *in Reg.*, c. 74.)

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

II. *Infamis efficitur qui sciens pejerare præsumit.*

(6, q. 1, *Quicunque sciens;* Regino ex lib. Pœnitentiali.)

Quicunque sciens se pejeraverit, quadraginta dies in pane et aqua, et septem sequentes annos pœniteat ; et nunquam sit sine pœnitentia ; et nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post hoc percipiat

III. *Furiosus et furiosa matrimonium contrahere non possunt.*

(32, q. 7, *Neque furiosus.* Et in *Decret.* Ivo. lib. VI. Affert Regino ex lege Rom.)

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Sed si contractum fuerit, non separentur

IV. *Affines in quinta generatione copulari possunt, et in quarta, si fuerint inventi, non separentur.*

(35, q. 2 et 3, *De propinquis.* Est ex Pœnitentiali Theodori.)

De propinquis, qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur ; in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter vir conjungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, et uxoris suæ consanguineis, post mortem suæ uxoris.

Ad titulum immediate præscriptum.

(Eodem cap., ex eodem Pœnitentiali.)

Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt et separantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur.

V. *Consanguinei tantum, vel, si progenies defecit, antiqui et veraces, propinquitatem in synodo computent.*

(35, q. 6, *Consanguineos extraneorum.* Et in *Decret.* Ivo. lib. VII.)

Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater et mater, soror et frater, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus quibus eadem propinquitas nota est, episcopus canonice perquirat : et si inventa fuerit propinquitas, separentur.

VI. *Ter in anno quisque fidelium communicet.*

(*De consecr.* dist. 2, *Etsi non.* Et in *Decr.* Ivo. lib. I.)

Etsi non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur, in Pascha videlicet, et Pentecoste, et Natali Domini.

VII. *Ante annos* 30 *presbyter non ordinetur.*

(Dist. 78, *Si quis*, 30; et in *Decr.* Ivo. lib. III; ex Martino Bracar., cap. 20.)

Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus; quia et ipse Dominus triginta

Digitized by Google

annorum baptizatus est, et sic cœpit docere. Non oportet ergo, qui ordinandus est, usque ad hanc ætatem legitimam consecrari.

—

Ejusdem decreta ex Codice Decretorum sexdecim librorum, libro quinto, capite septimo et nono.

I. *Ut oblatio altaris singulis diebus Dominicis fiat.* A

Decernimus, ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris et mulieribus fiat, tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur.

Ut presbyter illitteratus missam celebrare non audeat.

Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones et reliquas observationes in missa secundum ritum implere non potest.

ANNO DOMINI CCLI.

S. ALEXANDER

HIEROSOLYMITANUS EPISCOPUS ET MARTYR.

—

NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, II, Proleg., pg XXVII.)

—

I. *Alexander primum in Cappadocia episcopus, quamnam Ecclesiam rexerit. Ad sedem Hierosolymitanam translatus divinitus.*

II. *Post iteratam fidei confessionem illustrem, vir decora senectute conspicuus in carcerem martyr occubuit anno Domini 252 cum Ecclesiam Hierosolymitanam administrasset annis circiter 40.*

III. *In Ælia urbe bibliothecam insignem instruxit Alexander. Varias quoque scripsit epistolas: ad Antinoitas, ad Antiochenses, ad Origenem, et pro Origene contra Demetrium. Harum fragmenta ex Eusebio deprompta.*

Alexandrum prius in Cappadocia episcopum B fuisse ordinatum scribit Eusebius (1) qui tamen urbis in qua ille sederit nomen reticet. Neque aliter Hieronymus (2). Flaviadis episcopum fuisse Alexandrum statuunt Valesius et Tillemontius (3), ex jure Græco-Romano (4): cujus tamen textus verba ita corrupta existimavit Wesselingius (5), ut ipsi ambigendum non videatur, quin hac in parte non sit peccatum. Utcunque sit, « Antonini Caracallæ anno 2, Christi 213, » ut habet Eusebius in *Chronico* (6), « Alexander tricesimus quintus Hierosolymorum episcopus ordinatur adhuc vivente Narcisso, et cum eo pariter Ecclesiam regit. » Rem fusius alibi enarrat idem episcopus Cæsariensis. « Interea, inquit (7), cum Severus decem et octo annis imperium tenuisset, Antoninus (Caracalla) filius (ejus) in ejus locum successit. Qua tempestate Alexander, unus ex eorum numero qui in persecutione (Severi) fortiter certaverant, et qui post gloriosa confessionis certamina divina Providentia fuerant reservati, quem nos Hierosolymorum episcopum fuisse paulo ante retulimus, ob insignem Christianæ fidei confessionem ad supra dictum episcopatum promotus est, Narcisso qui prius ibi fuerat episcopus, adhuc superstite. » Et paulo post (8) : « Verum cum propter extremam senectutem ministerium suum obire (Narcissus) amplius non posset, supra dictum Alexandrum alterius Ecclesiæ episcopum divina dispensatio per revelationem quamdam quæ illi in somnis apparuerat, ad participandum cum Narcisso sacerdotis officium evocavit. Hac igitur visione tanquam divino admonitus oraculo Alexander, cum ex Cappadocia in qua primum episcopus fuerat ordinatus, Hierosolyma profectus fuisset, tum orandi, tum locorum visendorum gratia, fratres illius Ecclesiæ humanissime eum excipientes, reverti posthæc in patriam non siverunt, » etc.

II. Nonnullis demum interjectis hæc subdit (9): « In Palæstina autem Alexander Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad præsidis tribunal adductus, cum ex secunda hac confessione (sub Decio), magnam gloriam retulisset, Cæsareæ in carcerem conjectus est : vir decora senectute

(1) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 11
(2) Hieron., *De vir. illustr.* cap. 62.
(3) Tillem., *Mém.* tom. III, pag. 413.
(4) *J. Gr. Rom.*, tom. I, pag. 295.
(5) Wessel., *Probabil.* lib., cap. 13, pagg. 106 seqq.
(6) Euseb., *Chron.* ad ann. MMCCXXVIII.
(7) Id., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 8.
(8) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 11.
(9) Id., ibid. cap. 39.

Digitized by Google

et veneranda canitie conspicuus. Qui cum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præsidiali judicio edītam tandem in custodia animam exhalasset, Mazabanes in ejus locum episcopus Hierosolymorum renuntiatus est. » Hactenus Eusebius. De martyrio ipsius Alexandri eadem refert Dionysius Alexandrinus ad Cornelium papam scribens : « Quod, inquit (10), ad Alexandrum spectat, is in carcerem conjectus beato exitu defunctus est, » μακάριος ἀνεπαύσατο; sive ut Hieronymus (11), « martyrio coronatur. » Pretiosa ejus mors consignatur anno Domini 252 in *Chronico* Eusebiano (12) : ut proinde Hierosolymitanam Ecclesiam administrarit annis circiter 40.

III. Pietate ac doctrina præstans Alexander inter cætera clarissima monumenta nobilem bibliothecam in Ælia urbe, quam regebat, exstruxit, in quam præsertim congessit virorum ecclesiasticorum epistolas, qui ea tempestate litteris excellentes florebant : quæ quidem bibliotheca Diocletiani incendio haud conflagrasse comperitur, ut advertit Baronius (13) : nam testatur Eusebius (14) ad sua usque tempora integram adhuc perdurasse, atque inde uberrimam materiam ad suam Historiam ecclesiasticam contexendam se collegisse grato animo profitetur.

Neque vero suis etiam scriptis Ecclesiam illustrare destitit Alexander. Aliquot enim epistolas scripsit ad Antinoitas, ex quarum una fragmentum recitant Eusebius (15) atque Hieronymus (16). « Scripsit et aliam ad Antiochenses per Clementem presbyterum Alexandriæ, » dum vinctus in carcere detineretur : « nec non ad Origenem, et pro Origene contra Demetrium; » verba sunt Hieronymi l. c. Harum epistolarum fragmenta, prout exstant apud Eusebium (17), cum notis cl. Valesii suo loco in medium adduximus.

S. ALEXANDRI

Primum Cappadocum, deinde Hierosolymitani episcopi et martyris,

FRAGMENTA EPISTOLARUM.

I.

Epistola ad Antiochenses. Apud Eusebium Hist. eccl. lib. VI, *cap.* 11.

Alexander, servus Dei et vinctus Jesu Christi, beatissimæ Antiochensium Ecclesiæ in Domino salutem. Expedita mihi ac levia vincula Deus effecit custodiæ meæ tempore, postquam comperi, Asclepiadem virum fidei merito maxime idoneum, sanctissimæ Ecclesiæ vestræ episcopatum divina providentia suscepisse. Porro has litteras, domini fratres, per beatum presbyterum Clementem ad vos misi, virum virtute præditum et probatum : quem vos et nostis jam, et amplius cognoscetis. Qui quidem Dei nutu ac providentia, dum hic apud nos præsens esset, Ecclesiam Christi et confirmavit et magnopere auxit.

Ἀλέξανδρος, δοῦλος (18) καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐλαφρά μοι καὶ κοῦφα τὰ δεσμὰ ὁ Κύριος ἐποίησε κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰρκτῆς (19), πυθομένῳ τῆς ἁγίας ὑμῶν τῶν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπιτηδειότατον κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς (20) ἐγχειρισμένον. Ταῦτα δὲ ὑμῖν, κύριοί μου ἀδελφοί, τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου (21), ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου· ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε· ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ Δεσπότου, ἐπεστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν.

(10) Dionys. Alex., apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 46.
(11) Hieron., *De vir. illustr.*, cap. 62.
(12) Euseb., *Chron.* ad ann. MMCCLXVII.
(13) Baron., ad ann. 253, § 125.
(14) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 20.
(15) Id. ibid., cap. 11.
(16) Hieron., l. c.
(17) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, capp. 11, 14, 19.
(18) *Δοῦλος Κυρίου* (sic). In codice Med., Maz. et Fuk. inscriptio hujus epistolæ aliter legitur, hoc modo : Ἀλέξανδρος ὁ δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ· quibus consentit Rufini interpretatio.
(19) *Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰρκτῆς.* Hanc epistolam scripsit Alexander fervente adhuc persecutione, cum esset in vinculis, necdum ad episcopatum Hierosolymorum ascitus, ut ex his verbis apparet. Hinc est, quod in inscriptione epistolæ appellat se *vinctum Jesu Christi*. Ex quo conficitur, male in *Chronico* Eusebii Asclepiadis ordinationem conferri in annum primum Antonini Caracallæ. Nam Asclepiadis ordinatio contigit eodem tempore, quo Alexander ob Christiani nominis confessionem in carcerem conjectus est. Id autem accidisse principatu Severi ipse Eusebius testatur in *Chronico*.
(20) *Κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς.* Rectius Nicephorus, κατ' ἀξίαν τῆς πίστεως, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισμένον. Quod sive ex libro, sive ex conjectura Nicephorus ediderit, omnino probum videtur.
(21) *Διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου.* De Clemente Alexandrino hic loqui Alexandrum putavit Hieronymus in *Catalogo*. Certe Clemens Alexandrinus usque ad Severi tempora vitam produxit, et in his regionibus peregrinatus est, ut ipsemet testatur in lib. I *Stromatei*. Sed et Alexandri episcopi familiaris fuit; cui etiam librum dicavit *De ecclesiastica regula*, seu adversus Judæos, ut

Digitized by Google

II.

Ex epistola ad Antinoitas. Ibidem.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν (22), ἑκατὸν δεκαὲξ ἔτη ἡνυκώς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ φρονῆσαι (23). A Salutat vos Narcissus, qui ante me episcopalem hujus Ecclesiæ sedem tenuit, et qui nunc mihi conjunctus est in orationibus, annos natus sexdecim supra centum, hortaturque vos mecum ut idem omnes sentiatis.

III.

Ex epistola ad Origenem. Ibid., cap. 14.

Τοῦτο γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ, ὡς οἶδας, γέγονεν, κ. τ. λ. (24). Hæc enim Dei voluntas fuit, ut nosti, etc.

IV.

Ex epistola ad Demetrium episcopum Alexandrinum. Ibid., cap. 19.

Προσέθηκε δὲ (25) τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν· οὐκ οἶδ' ὅπως (26) προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. Ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφούς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος· καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου· καὶ ἐν Συνάδοις (27) Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικοῦ, τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι. Quod vero in litteris tuis adjecisti, nunquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionarentur; in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Nam sicubi reperiuntur qui fratribus prodesse possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur, ut ad populum conciones habeant. Sic Evelpis Larandis rogatus est a Neone; Paulinus Iconii a Celso; Theodorus apud Synnada ab Attico, fratribus nostris beatissimis. Idque etiam alibi fieri credibile est, quamvis nos ignoremus.

scribit Eusebius *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 13. Paulo post nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent, τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν, sicut legit etiam Hieronymus.

(22) *Συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν.* Pessime hunc locum verterunt Rufinus et Christophorsonus. Recte autem Hieronymus, licet non ad verbum, interpretatur hoc modo: *Salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eumdem orationibus regit.* Hoc enim sibi vult Alexander, Narcissum in orationibus duntaxat, non in reliquo episcopali munere, sibi collegam fuisse. Quocirca addit eumdem Narcissum annos centum ac sexdecim natum esse. Ex quibus apparet, Alexandrum non tam adjutorem quam episcopum in locum Narcissi, utpote jam decrepiti, factum fuisse; Narcissum vero nudum nomen episcopi atque honorem retinuisse.

(23) *Ὁμοίως ἐμοὶ φρονῆσαι.* In codice Med. ac Maz. et Fuk. et apud Nicephorum scribitur, ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι, rectius procul dubio, ut ex Rufini et Hieronymi interpretatione convincitur.

(24) *Τοῦτο γάρ*, κ. τ. λ. Fragmentum istud *Origenianis* intexuit nuperus Origenis cl. editor tom. I, pag. 6. — (*Patrologiæ* nostræ t. XI, quem videsis. Edit.)

(25) *Προσέθηκε δέ.* Alloquebatur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἁγιότης, *sanctitas tua.* Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus. B

(26) *Οὐκ οἶδ' ὅπως.* Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viro disertissimo: unde singulari numero loquitur, οὐκ οἶδα, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine litteras scribat.

(27) *Ἐν Συνάδοις.* Scribendum est Συννάδοις. Certe Rufinus vertit *apud Synnadam.* Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta ἀπὸ τοῦ Συνναίειν, id est Συνοικεῖν, eo quod multi ex Macedonia illuc ad incolendum confluxerint. Unde primo quidem dicta est Συνναία, postea vero corrupto vocabulo Σύνναδα a finitimis vocata est. Stephanus in lib. *De urbibus*: Τὸ μὲν πρῶτον Συναία (scribe Συνναία) ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι. Ex his apparet, Σύνναδα cum duplice ν scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Exstat apud Joannem Tristanum nummus Caracallæ cum hac inscriptione, CYNNAΔΕΩΝ, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet, Synnadenses fuisse Dorionas, id est Dorienses, Ionibus permistos. Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses; verum in medio Ioniæ siti.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CCLX-CCLXX.

SANCTUS ANATOLIUS

ALEXANDRINUS

LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPUS.

—

NOTITIA

(Galland., *Bibliotheca veterum Patrum* III, Proleg., p. xxxvii.)

—

i. *Anatolius, domo Alexandrinus, quo tempore floruit. Quantus vir. Omni scientiarum genere excultus. Patria relicta, in Syriam pergit. Consecratur episcopus. Anno* 270 *Ecclesiæ Laodicenæ regendæ præficitur.*

ii. *Externis sacrisque litteris in primis imbutus, illustria doctrinæ suæ monumenta reliquit. Celebratur præ cæteris ejus* Canon Paschalis.

iii. Canonis *Anatoliani antiqua versio. Ejus auctor inquiritur. Rufino asseritur. Hinc ejusdem* Canonis *veritas confirmatur. Versio Rufiniana integra hic exhibetur, Græcis Eusebianis intextis. Additus commentarius doctissimi Ægidii Bucherii.*

I. Probo et Caro imperantibus, teste Hieronymo (1), floruit Anatolius, domo Alexandrinus, Laodicenus episcopus : cujus eximias laudes persequitur his verbis Eusebius (2) : « Hic tum in liberalibus disciplinis tum in philosophia principem inter doctissimos nostri temporis viros locum sine controversia tenuit, τὰ πρῶτα τῶν μάλιστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμένος. » Qua de causa ab Alexandrinis suis rogatus est, ut Aristotelicæ successionis scholam illic institueret, instar successionis Platonicæ, cujus celeberrima schola jampridem Athenis fuerat constituta. Plurimæ quoque res ab eo præclare gestæ referuntur : adeo ut apud omnes magnam sui nominis famam, atque inter civitatis suæ proceres præcipuam honoris prærogativam omnium consensu fuerit adeptus.

Relicta deinde Alexandria, post solutam Bruchii obsidionem, in Syriam migravit : ubi Theotecnus, inquit idem Eusebius (3), Cæsareæ Palæstinæ episcopus primus illi manus imposuit, eumque episcopum ordinavit, successorem Ecclesiæ suæ despondens. Verum Antiochiam evocatus ad synodum Pauli Samosateni causa coactam, dum per urbem Laodiceam iter faceret, a fratribus illius loci, mortuo tunc Eusebio, detentus est : bonus, quod aiunt, boni viri successor : διάδοχος ἀγαθὸς, φασὶν, ἀγαθοῦ, καθίσταται. Supremum autem diem obiit Eusebius ejus decessor anno 270, quo adversus Samosatenum habita est posterior synodus Antiochena. Quandiu vero sederit in cathedra Laodicensi Anatolius, haud liquet.

II. Non admodum multos composuisse libros Anatolium discimus ex episcopo Cæsariensi (4) : Οὐ μὲν ἐσπουδάσθη πλεῖστα τῷ Ἀνατολίῳ συγγράμματα : qui tamen, postquam ejus *Canones paschales* et decem libros *Institutionum arithmeticarum* memoravit, multa quoque alia suæ in sacris litteris diligentiæ atque doctrinæ monumenta ipsum nobis reliquisse tradit : καὶ καταλέλοιπεν ὁ αὐτὸς... ἄλλα δείγματα τῆς περὶ τὰ θεῖα σχολῆς τε αὐτοῦ καὶ πολυπειρίας.

Et exstant quidem hodieque inter θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς Græce edita Parisiis 1545, quædam excerpta ex libris Anatolii *Institutionum arithmeticarum*, ut monuit Valesius ad Eusebium ; eaque recenset Fabricius (5), qui et nonnulla ἐκ τῶν Ἀνατολίου διάφορα, ex Peiresciano codice ab Holstenio descripta, Græce vulgavit.

Scripsit præterea Anatolius, ut modo innuimus, volumen *De paschate* ; ex quo, inquit Hieronymus (6), *ejus ingenii magnitudinem intelligere possumus.* Præclarum hujusce operis fragmentum nobis servavit Eusebius (7) ; qui et ipse in eo auctoris eloquentiam simul et multiplicem ejus eruditionem, ὁμοῦ τό τε λόγιον καὶ πολυμαθὲς, admiratur.

III. Antiquam versionem Latinam *Canonis paschalis*

(1) Hieron., *De viris illustr.* c. 73.
(2) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VII, c. 32.
(3) Id. ibid.
(4) Id. ibid.
(5) Fabric., *Bibl. Gr.* tom. II, p. 274.
(6) Hieron., l. c.
(7) Euseb., l. c.

Digitized by Google

lis Anatoliani primus edidit ac doctissimo commentario illustravit ad calcem Victorii Aquitani, Ægidius Bucherius (8). Rufino passim tribuitur illius Canonis versio, Eusebianæ ejus historiæ fortasse adjungenda, ut conjicit cl. Fontaninius (9). Novimus enim, Rufinum Eusebii Cæsariensis *Historiam* Latine quidem vertisse, sed etiam interpolasse. Quod in primis videre est in iis quæ litteris tradidit (10) de sancto Gregorio Thaumaturgo : ubi præter nonnulla præclara ejus gesta a Gregorio Nysseno enarrata, celebrem præterea ipsius *Fidei expositionem* intexuit. Alium quoque locum interpolatum adducit Jacobus Usserius (11), ut laudatus Fontaninius advertit. Cum itaque *Canonis* Anatoliani longum excerptum in sua *Historia* retulisset Eusebius, integrum illud Latine reddiderit Rufinus. Neque nos demum hac de re dubitare sinunt omnino, quæ habet idem Rufinus in sua Eusebianæ *Historiæ* versione (12), ad Anatolii *Canonem* pertinentia. Si enim ea conferantur cum iis quæ apud veterem interpretem Bucherianum Græco textui respondent, omnia plane Rufiniana esse perhibentur : ut proinde merito arguendum videatur, reliqua pariter quæ præcedunt et quæ subsequuntur, ab eadem Rufini manu e Græco in Latinum fuisse translata. Quod quidem mirari subit, Bucherium, Caveum, Fontaninium in primis, aliosque viros eruditos præteriisse.

Atque hinc etiam illud emolumenti accedit, quod ex Eusebiano excerpto Rufinianæ versionis comprobetur integritas : et ex ea rursum *Canonis* Anatoliani αὐθεντία confirmetur; quam tamen nulla codicum mss. auctoritate, nullis veterum testimoniis adductis, nullaque ratione reddita, quin et invito Eusebio atque obnitente Rufino, elevare ausus est Dupinius. Ut illud hic omittamus, eumdem Anatolii *Canonem* passim laudari a Beda iis in locis, quæ inferius a Bucherio excitata videas (13).

Hunc itaque sancti Patris nostri genuinum fetum exhibemus ex accurata unica Bucherii editione, adjectis Græcis Eusebianis cum Latina interpretatione notisque Valesii. Ad hæc accedit Commentarius ejusdem Bucherii, quo *Canon* Anatolianus maxime illustratur.

S. ANATOLII ALEXANDRINI

CANON PASCHALIS

E veteri ms. primum in lucem editus et brevi commentario illustratus ab Ægidio Bucherio Soc. Jesu.

—

Cap. I. *Diversi diversorum circuli. Hippolyti cyclus. Periodus* LXXXIV *annorum. Locus Origenis de Paschate.*

De ratione ordinationis temporum ac vicissitudinum mundi dicturi, diversorum computariorum scita ponemus. Qui lunæ tantummodo cursu computato, solis ascensum descensumque relinquentes, diversos circulos sibique contrarios, et in calculo veræ computationis nunquam inventos, adjectis quibusdam problematibus, construxerunt, cum certum sit, computationis rationem, absque his ambobus simul concurrentibus, non esse probandam. Nam et in veteribus exemplaribus, id est Hebræis et Græcis voluminibus, non tantum lunæ cursum, sed etiam solis non solum gressus, sed et singula ac minutissima horarum momenta, quæ in suo tempore, cum ratio poposcerit, proferemus, invenimus computata. E quibus Hippolytus XVI annorum circulum, quibusdam ignotis lunæ cursibus composuit. Alii XXV, alii XXX, nonnulli LXXXIV annorum circulum computantes, nunquam ad veram Paschæ computandi rationem pervenerunt. Verum majores nostri, Hebræorum et Græcorum librorum peritissimi (Isidorum, et Hieronymum, et Clementem dico), licet dissimilia mensium principia pro diversitate linguæ senserint; tamen ad unam eamdemque Paschæ certissimam rationem, die et luna et tempore convenientibus, summa veneratione Dominicæ resurrectionis, consenserunt. Sed et Origenes omnium eruditissimus, et calculi componendi perspicacissimus (quippe qui et χαλκευτὴς vocatus), libellum *De Pascha* luculentissime edidit. In quo annuntians de die Paschæ, non solum lunæ cursum et æquinoctii transitum intuendum, sed et solis transcensum, omnium tenebrarum tetras insidias et offendicula auferentis, et lucis adventum ac totius mundi elementorum virtutem et inspirationem afferentis, esse servandum, ita dicit : *In die*, inquit, *Paschæ non dico observandum ut dies Dominica inveniatur, et lunæ* VII (14) *dies transeundi, sed*

(8) Bucher., *De doctr. temp.*, p. 439-449.
(9) Fontan., *Hist. litter. Aquil.* lib. v, c. 15, § 1, p. 590.
(10) Rufin., *Hist. eccl.* Euseb. lib. VII, c. 25.
(11) Usser., *Synt. de LXX Interp.*, c. v, p. 50.
(12) Rufin., *Hist. eccl.* Euseb. lib. VII, c. 28.
(13) Vid. infr. col. 221.
(14) *Lunæ* VII. Forte *lunæ* XIV. BUCHER.

Digitized by Google

ut sol divisionem illam, lucis scilicet et tenebrarum, in exordio mundi, Domini dispensatione æqualiter compositam, transcendat; et ab una in duas, a duabus in tres, a tribus in quatuor, a quatuor in quinque, a quinque in sex horas, luce in solis ascensu crescente, tenebræ decrescant. a (15).., *et vicesimi numeri adjectione completa,* XII *partes in uno eodemque die suppleantur.* Sed et ego, si aliquid stillicidii, post quorumdam exuberantia eloquentiæ scientiæque flumina, tentassem inferre; quid aliud credendum esset, nisi jactantiæ, et, ut verius dicam, dementiæ ab omnibus esse aseribendum, nisi nos paulisper orationum tuarum pollicitarum animaret auxilium? quia credimus orationi ac fidei tuæ nihil esse impossibile. Qua confidentia roborati, profundissimum obscurissimæ computationis et improvisum pelagus, consurgentibus undique quæstionibus ac problematibus intumescentibus, ingrediemur verecundia contempta.

II. *De novilunio primi mensis.*

Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est XIX annorum circuli principium; secundum Ægyptios quidem mensis Phamenoth XXVI die; juxta Macedones vero Dystri mensis XXII die; secundum Romanos vero Martii mensis XXIII, id est VIII Kalendas (16) Aprilis. In qua die non solum invenitur sol conscendisse primam partem, verum etiam quadram lunam (*lege* quartam diem) jam in ea die habere, id est in prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula prima ex XII vernale est æquinoctium; et ipsa est initium mensium, et caput circuli, et absolutio cursus stellarum, quæ planetæ, id est vagæ, dicuntur, ac finis XII particulæ, et totius circuli terminus. Et ideo dicimus, non parum delinquere eos, qui ante hoc initium novi anni Pascha putant esse celebrandum.

Ἔχει τοίνυν (17) ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἥτις ἀπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐνεακαιδεκαετηρίδος· τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ (18) ἕκτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι· ὡς δ' ἂν εἴποιεν Ῥωμαῖοι, πρὸ ἑνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλίων. Εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημόριον καὶ ἰσημερινὸν, καὶ μηνῶν ἀρχὴν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, καὶ ἄφεσιν (19) τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον καὶ τμῆμα δωδέκατον καὶ τελευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. Διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας (20), οὐ μικρῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν.

III. *Antiquorum Judæorum opinio.*

Sed nec a nobis primis exordium sumit hæc ratio: antiquis Judæis fuisse comprobata monstratur et ante adventum Christi observata. Sicut evidenter docet

Ἔστι δ' οὐχ ἡμέτερος οὗτος ὁ λόγος· Ἰουδαίοις δὲ ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ· ἐφυλάττετό τε πρὸς αὐτῶν (21) μάλιστα. Μαθεῖν δ' ἔστιν ἐκ τῶν

H. Valesii interpretatio.

II. Habes igitur in primo anno novilunium primi mensis, quod caput est totius circuli novemdecim annorum: secundum Ægyptios quidem die vicesima sexta mensis Phamenoth; juxta Macedones vero die vicesimo secundo mensis Dystri, ut autem Romani dicerent, ante diem undecimum Kalendarum Aprilium. Porro in supradicta die vicesima sexta mensis Phamenoth, sol reperitur non modo primum ingressus segmentum, verum etiam quartum in ea diem percurrens. Hanc partem primum dodecatemorium, et æquinoctium; et mensium initium, et caput circuli, et carceres cursus planetarum vocare solent. Quæ vero hanc partem proxime antecedit, finis mensium, et segmentum duodecimum, et ultimum dodecatemorium, et terminus circuitus planetarum vocatur. Quamobrem, qui primum mensem in ea statuunt, et quartam decimam paschalis festi ex ea deducunt, eos non mediocriter errare affirmamus.

III. Atque hæc opinio non a nobis primum excogitata est; sed a priscis Judæis etiam ante Christi adventum cognita, et ab iis diligenter observata est. Idque ex Philonis, Josephi ac Musæi verbis licet cognoscere. Neque ex his duntaxat, verum etiam ex aliis antiquioribus: duobus scilicet Agathobulis, qu

(15) *A* . . . . In ms. erat *accc*. Nescio an sit, *ac cc*. an *ac c*. Bucher.

(16) *Id est* VIII *Kalendas*. Ita expresse ms. codex, licet conformiter ad præcedentes numeros legendum esset XI. Credo esse verum antiqui textus vestigium. Id.

(17) *Ἔχει τοίνυν*. Hic subaudiri aliquid manifestum est. Christophorsonus quidem festum paschale subaudiri existimavit; quod est absurdum. Neque enim Pascha incidit in novilunium primi mensis. Ego vero existimo scribendum esse ἔχεις: vel certe ἔχε in imperativo. Vales. — Græca hæc Anatoliana servavit nobis Eusebius *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 32. Ea sistimus inter veterem interpretem Bucherianum, et recentiorem Valesium.

(18) *Τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ*. In cod. Med., Fuk. et Mazar. legitur τήν. Sed omnino legendum est τῇ, ut sequentia demonstrant. Bucher.

(19) *Καὶ ἄφεσιν τοῦ δρόμου*. Hanc vocem non intellexerunt interpretes. Ἄφεσις proprie est transenna, ex qua emittuntur quadrigæ, ut recte notavit Scaliger in notis ad Manilium pag. 126. Primum igitur dodecatemorium vocabatur ἄφεσις, quod ab illo tanquam a carceribus inciperet cursus planetarum. Ἄφεσις ergo idem est quod ἀφετηρία. Vales.

(20) *Κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας*. Omnino scribendum est κατ' αὐτό, ut jam pridem conjeceram. Atque ita emendavit Petavius in animadversionibus ad Epiphanium, pag. 190, ubi hunc Anatolii locum diligenter exponit. In quo etiam exponendo egregiam operam navavit Ægidius Bucherius. Id.

(21) *Πρὸς αὐτῶν*. Legeram πρός. Nunc vero in quibusdam schedis videtur esse πρό . . . . Ita in emendand. ad calcem edit. Cantabr.

Digitized by Google

ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων· ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων (22) τῶν ἐπίκλην Διδασκάλων· Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ (23), ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι Γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν· οὗτοι τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν Ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δὲ εὑρίσκεται, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιακοῦ, ἢ ὥς τινες αὐτῶν ὠνόμασαν, ζωοφόρου κύκλου διεξιόντος ἡλίου.

A Philo et Josephus, sed et iis antiquiores Agathobulus, et ab eo eruditus Aristobulus ex Paneade; qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerunt a pontificibus ad Ptolemæum regem, Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percunctantique responderunt. Ipsi ergo, cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium vernale transiret.

IV. *Quid præterea Aristobulus.*

Ὁ δὲ Ἀριστόβουλος προστίθησιν, ὡς εἴη ἐξ ἀνάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. Τῶν γὰρ ἰσημερινῶν τμημάτων ὄντων δύο, τοῦ μὲν ἐαρινοῦ, τοῦ δὲ μετοπωρινοῦ, καὶ διαμετρούντων ἄλληλα· δοθείσης τε τῆς τῶν διαβατηρίων ἡμέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἑσπέραν, ἐστήξεται μὲν ἡ σελήνη τὴν ἐναντίαν καὶ διάμετρον τῷ ἡλίῳ στάσιν· ὡσπεροῦν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁρᾶν· ἴσονται δὲ ὁ μὲν κατὰ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερινὸν ὁ ἥλιος τμῆμα· ἡ δὲ ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη.

Aristobulus etiam hoc addit: in die Paschæ non solum observandum esse, ut sol æquinoctium vernale transcendat, verum etiam et luna. Cum enim duo sint æquinoctia, inquit, veris et autumni, æquis spatiis dirempta; et decima quarta die mensis primi ad vesperum sit statuta solemnitas: quando soli opposita (luna) e regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet; invenitur utique vernalis æquinoctii partem sol obtinens, luna vero econtrario autumnalis. B

V. *Certior Christianorum sententia.*

Οἶδα πλεῖστα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα· τοῦτο μὲν πιθανά· τοῦτο δὲ κατὰ τὰς κυριακὰς ἀποδείξεις (24) προϊόντα· δι' ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν, δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Παρίημι δὲ τὰς

Scio et alia multa ab iisdem tradi, partim probabilia, partim certissimis demonstrationibus conclusa; quibus se putant evidenter ostendere, Pascha et festum Azymorum omnino post æquinoctium esse celebrandum. Verum hujusmodi de-

H. Valesii interpretatio.

Magistri cognominati sunt; et Aristobulo viro præstantissimo, qui unus fuit ex illis septuaginta viris, qui sacra Hebræorum volumina in Ptolemæi Philadelphi et parentis ipsius gratiam Græco sermone interpretati sunt: et qui libros explanationum legis Mosaicæ iisdem regibus nuncupavit. Hi, dum solutiones afferunt quæstionum in Exodum, aiunt cunctos pariter Pascha immolare debere post æquinoctium vernum in medio primi mensis. Id autem contingit, cum sol primam partem solaris, aut, ut quidam nominant, zodiaci circuli percurrit.

IV. Addit præterea Aristobulus, in celebranda paschali festivitate necessario id requiri, ut non modo sol, sed et luna segmentum æquinoctiale percurrat. Nam cum duo sint segmenta æquinoctialia, alterum vernum, alterum autumnale; eaque ex diametro sibi vicissim opposita; cumque quarta decima dies mensis ad vesperum paschali festo assignata sit: luna quidem ex adverso soli consistet, quemadmodum videre est in pleniluniis. Ac sol quidem vernum æquinoctiale segmentum obtinebit: luna vero segmentum autumnalis æquinoctii necessario occupabit.

(22) Ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων. Duos fuisse Agathobulos cognomento Doctores, scribit Anatolius. Sed quod eos Philone et Josepho vetustiores facit, vereor ne opinione sua falsus sit. Nam Agathobulus philosophus floruit temporibus Adriani, ut scribit Eusebius in *Chronico*, et ex illo Georgius Syncellus. VALES.

(23) Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ. Rufinus *Aristobulum ex Paneade* interpretatur, gravi errore. Sed Rufinum nihil moror, cujus versio innumeris mendis referta est. Miror Scaligerum, qui animadversionibus Eusebianis, pag. 130, Anatolii verba ex prava Rufini interpretatione corrigenda esse censuit. Beda quoque in lib. *De ratione computi*, pravam Rufini interpretationem secutus ita scribit: *Sicut eorum antiquiores Agathobulus, et ab eo eruditus Aristobulus et Paniada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerant a pontificibus*, etc. Videtur Beda existimasse Paniadam nomen fuisse proprium scriptoris Judæi: quia scilicet in codice Rufini quo utebatur, scriptum erat *Aristobulus et Paneada*, quomodo etiam legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ qui penes me est, et in Corbeiensi non minoris vetustatis codice, qui nunc est in bibliotheca S. Germani. Cæterum quod hunc Aristobulum unum fuisse ex Septuaginta senioribus scribit Anatolius, id jam pridem refutavit Scaliger in eo loco quem citavi. Porro hic Aristobulus διδάσκαλος etiam cognominatus est, ut scribitur in lib. II Machabæorum cap. 1, eo quod Ptolemæi regis magister fuisset. Neque enim assentior Scaligero, qui hunc Aristobulum cujus mentio fit in historia Machabæorum, distinguit ab illo Peripatetico philosopho, qui suos in legem Moysis commentarios Ptolemæo Philometori nuncupavit. ID. C

(24) *Κυριακὰς ἀποδείξεις*. Christophorsonus vertit *ratas*: sic κυρίαι δόξαι dicuntur a Græcis. Rufinus *validissimas assertiones* vertit. ID.

Digitized by Google

monstrationum copiam exigere prætermittimus, quibus velamen Mosaicæ legis ablatum est : et quibus revelata jam facie Christum, Christique doctrinam et passionem tanquam in speculo deinceps intueri licet. Cæterum primum mensem apud Hebræos circa æquinoctium incipere manifeste convincitur, vel ex iis præceptis quæ in libro Enoch leguntur.

τοιαύτας τῶν ἀποδείξεων ὕλας ἀπαιτῶν (25), ὧν περιῄρηται μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως νόμῳ κάλυμμα· ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ λοιπὸν ἤδη Χριστὸν καὶ τὰ Χριστοῦ ἀεὶ κατοπτρίζεσθαι μαθήματά τε καὶ παθήματα. Τοῦ δὲ τὸν πρῶτον παρ' Ἑβραίοις μῆνα περὶ ἰσημερίαν εἶναι, παραστατικὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνὼχ (26) μαθήματα.

VI. *Pascha non nisi post transactum æquinoctium celebrandum.*

Et ideo in hac concordatione solis et lunæ Pascha non est immolandum, quia quandiu in hoc cursu deprehenduntur, tenebrarum potestas non est victa; et quandiu æqualitas inter lucem et tenebras perdurat, nec a luce diminuta, Pascha non esse immolandum ostenditur. Idcirco ergo post æquinoctium Pascha immolari præcipitur, quia XIV luna ante æquinoctium, et in æquinoctio totam noctem non implet. Post æquinoctium vero luna XIV una die adjecta, quod est æquinoctii transgressus, licet ad verum lumen, id est ortum solis et diei principium non pertenderit; tamen post se tenebras non derelinquet. Ideo ergo septem dies azymorum ad immolandum Pascha Moysi a Domino custodiri jubentur, ut in ipsis nulla tenebrarum potestas lucem supergredi inveniatur. Et licet quatuor noctium initium tenebrescat, id est XVII et XVIII et XIX, et XX, tamen vigesima luna tenebras extendi usque ad noctis medium ante exorta non permittit.

VII. *Pascha immolari luna* XXII *non vult Anatolius.*

Nobis autem, quibus impossibile est ut hæc omnia uno eodemque tempore apte veniant, id est luna XIV et dies Dominica, æquinoctio transacto; et quos necessitas Dominicæ resurrectionis constringit, ut in die Dominica Pascha immolemus; conceditur ut usque ad vicesimam lunam principium nostræ solemnitatis extendamus. Quia vicesima luna licet totam noctem non impleat, tamen in secunda vigilia exorta majorem noctis partem illuminat. Certe si usque ad duarum vigiliarum terminum, quod est noctis medium, ortus lunæ tardaverit, non lux tenebras, sed tenebræ lucem superant. Quod certum est in Pascha non esse possibile, ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur: quia solemnitas Dominicæ resurrectionis lux est; et non est communicatio luci cum tenebris. Et si in tertia vigilia luna scanderit, non est dubium lunam XXII vel XXIII lunam exortam, in qua verum Pascha non est possibile immolari. Nam qui hac ætate lunæ Pascha definiunt posse celebrari, non solum illud auctoritate divinæ Scripturæ affirmare non possunt, sed et sacrilegii et contumaciæ crimen, et animarum periculum incurrunt; dum affirmant veram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum, quæ omnibus dominetur.

VIII. *Contra quosdam Galliæ computistas, qui luna* XXI *et* XXII *Pascha legitimum sanciebant.*

Igitur non est huic assertioni contrarium, sicut quidam Galliæ partis computarii affirmant, illud quod in Exodo legitur: *Primo mense,* XIV *die mensis primi ad vesperum comedetis azyma, usque ad vicesimum primum diem mensis ad vesperum. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris* [1]. Unde affirmant Pascha in vicesima prima luna posse immolari; intelligentes, quod si luna XXII adjecta fuerit, VIII dies azymorum inveniantur. Quod in Veteri quidem Testamento non potest probabiliter inveniri, Domino per Moysem præcipiente : *Septem diebus comedetis azyma* [2]. Nisi forte ab eis decimus quartus dies in azymis cum Paschæ immolatione non annumeretur; contra Evangelii dictum, dicentis: *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum* [3]. Quin dubium non est, quin XIV dies sit, in quo discipuli Dominum interrogaverunt secundum morem antiquitus sibi constitutum : *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Sed ideo hanc adjectionem affirmant, qui in hoc errore decipiuntur, quia nesciunt, XIII et XIV, XIV et XV, XV et XVI, XVI et XVII, XVII et XVIII, XVIII et XIX, XIX et XX, XX et XXI, lunam probatissime in uno die inveniri. Omnis namque dies in lunæ computatione, non eodem numero quo mane initiatur, ad vesperum finitur : quia dies quæ

[1] Exod. XII, 18, 19. [2] Ibid. 15; Levit. XXIII, 6. [3] Matth. XXVI, 17; Marc. XIV, 12; Luc. XXII, 7.

(25) Ὕλας ἀπ' αὐτῶν. Nostri quinque codices uno consensu scriptum habent ὕλας ἀπαιτῶν· sed in codice Regio eadem manu adnotatur, scribendum esse ἀπ' αὐτῶν. Certe ἀπ' αὐτῶν legendum esse, ex sequentibus apparet. Nisi enim ita legeris, quo referes ea, quæ sequuntur verba, ὧν περιῄρηται, etc.? Sed nunc re attentius examinata, scribendum censeo ὕλας ἀπαιτῶν· ᾧ περιῄρηται, etc. Idque et sensus, et syntaxeos ratio postulat. VALES.

(26) Ἐν τῷ Ἐνώχ. Liber Enoch citatur a Juda in Epistola canonica. Erat liber apocryphus, nec inter canonicos Hebræorum libros receptus. Sed tamen apostoli, eorumque exemplo antiqui Patres, testimonia ex apocryphis proferre non dubitarunt: ea scilicet, quæ ad astruendam veritatem facerent, ex iis eligentes. Vide Georgium Syncellum in *Chronico*, ubi luculentum fragmentum affert ex libris Enoch. ID.

Digitized by Google

mane in luna, id est usque ad sextam et dimidium horæ, XIII annumeratur, eadem ad vesperum XIV invenitur. Unde ergo et Pascha usque ad XXI in vesperum extendi præcipitur; quæ mane sine dubio, id est usque ad eum quem diximus horarum terminum, XX habebatur. Computa ergo a fine XII lunæ, quod est initium XIV, ad finem vicesimæ, unde et XXI principium inchoatur; et invenies septem tantum dies azymorum, in quibus verissimum Pascha Domini ducatu præfinitum est immolari debere.

IX. *Contra eos qui tres ante Cæsaris æquinoctium dant Paschati dies.*

Sed quid mirum, si in XXI luna erraverint, qui tres addiderunt dies ante æquinoctium, in quibus Pascha immolari posse definiunt? Quod certum omnimodis est putari absurdum, cum apertissimis Judæorum historiographis, et LXX Senioribus evidenter definitum sit, Pascha in æquinoctio celebrari non posse.

X. *Asiaticorum mos Pascha* XIV *luna celebrandi quavis feria, contra Petri et Pauli auctoritatem. Victor et Irenæus.*

Sed illis nihil arduum fuit, quibus licitum erat omnibus, quando XIV luna post æquinoctium advenisset, Pascha celebrare. Quorum exemplum sequentes usque hodie omnes Asiæ episcopi (quippe qui et ipsi ab auctore irreprehensibili, Joanne scilicet evangelista, et pectoris Domini incubatore, doctrinarum sine dubio spiritalium potatore, regulam susceperunt), indubitanter omnibus annis, quando XIV luna adfuisset, et agnus apud Judæos immolaretur, æquinoctio transvadato, Pascha celebrabant: non acquiescentes auctoritati quorumdam, id est Petri et Pauli successorum; qui omnes Ecclesias in quibus spiritalia Evangelii semina severunt, solemnitatem resurrectionis Domini in die tantum Dominica posse celebrari docuerunt. Unde et contentio quædam exorta est inter eorum successores, Victorem scilicet Romanæ urbis eo tempore episcopum, et Polycratem qui tunc in episcopis Asiæ primatum gerere videbatur. Quæ ab Irenæo tunc Galliæ partis præsule rectissime pacata est; utriusque partibus in sua regula perseverantibus, nec a cœpto antiquitatis more declinantibus. Illi quidem in XIV die mensis primi diem Paschæ observabant, secundum Evangelium, ut putabant, nihil omnino extrinsecus addentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. Hi autem Dominicæ passionis diem transeuntes, ut tristitia ac mœrore repletum, confirmant, ne liceat aliquando, nisi in die Dominica in qua resurrectio Domini a morte facta est, et in qua nobis exorta est sempiternæ causa lætitiæ, Dominicum Paschæ celebrare mysterium. Aliud enim est secundum quod ab Apostolo, imo a Domino præceptum est, cum contristato contristari, et cum cruce passo compati, ipso dicente : *Tristis est anima mea usque ad mortem* [4]; aliud cum victore inimicum antiquum triumphante, ac summo triumpho devicto adversario lætante collætari, ipsomet præcipiente : *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quam perdideram* [5].

XI. *Gemina luna* XVI *et* XVII *in Christi resurrectione.*

Illud autem quod modo nobis innuunt, quod transeuntes lunam XIV principium Paschæ lucidum celebrare non possumus, nos non movet neque conturbat. Licet enim, usque ad vicesimam lunam principium Paschæ extendi, illicitum esse definiant; tamen usque ad XVI et XVII, quæ in eadem die eveniunt in qua Dominus resurrexit a mortuis, protelari debere, negare non possunt. Sed nos usque ad XX lunam propter diem Dominicam melius extendi Pascha decernimus, quam propter XIV lunam diem Dominicam anticipare; in qua nobis in principio lux, et nunc in fine omnium bonorum præsentium commoda et auspicia futurorum ostensa sunt. Quia non minore laude Dominus diem vicesimum prosequitur, quam decimum quartum. In Levitico namque ita præcipitur : *Mense primo, decimo quarto die mensis hujus ad vesperum phase Domini est. Et decimo quinto die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus et sanctus. Omne opus servile non facietis in eo. Dies autem septimus erit vobis celebrior et sanctior. Omne opus servile non facietis in eo* [6]. Et idcirco confirmamus, nihil culpæ contraxisse eos ante tribunal Christi, qui in hunc diem initium solemnitatis Paschæ extendi debere censuerunt. Maxime cum tribus angustiis coarctamur; id est ut in die Dominica solemnitatem Paschæ venerantes, æquinoctio transvadato, XX lunam non excedamus.

XII. *Quorumdam objectio, non posse Pascha spatio* XIX *annorum semper in Dominica inveniri. Anatolii responsio.*

Sed hoc ab aliis sapientibus et acutissimis viris impossibile esse definitur, quod in illo angusto et brevissimo XIX annorum circuli spatio, Pascha verissimum, id est in die Dominica, æquinoctium transgrediens inveniatur. Sed nos ut manifestius fiat hoc, quod illis incredulitatem inducit, illum quem diximus annorum circulum, cum lunæ cursibus ponemus; computatis ante diebus, quibus reciprocis cursibus involvitur annus, in Kalendis, et Idibus, et Nonis, et solis ascensu et descensu.

XIII. *Lunæ ætas in Kalendario Juliano expansa.*

Januarius in Kalendis, una dies, luna prima. In Nonis quinta dies, luna 5. In Idibus, 13 dies, luna 13. In pridie Kalendas Februarii, 31 dies, luna 1. In Kalendis Februarii, 32 dies, luna 2. In Nonis, 36 dies, luna 6. In Idibus, 44 dies, luna 14. In pri-

[4] Matth. XXVI, 38. [5] Luc. XV, 6 [6] Levit. XXIII, 5-7.

Digitized by Google

die Kalendas Martii, 59 dies, luna 29. Kalendis Martii, 60 dies, luna 1. In Nonis, 66 dies, luna 7. In Idibus, 74 dies, luna 15. In pridie Kalendas Aprilis, 90 dies, luna 2. Kalendis Aprilis, 91 dies, luna 3. In Nonis, 95 dies, luna 7. In Idibus, 103 dies, luna 15. In pridie Kalendas Maii, 120 dies, luna 5. Kalendis Maii, 121 dies, luna 4. In Nonis, 127 dies, luna 10. In Idibus, 135 dies, luna 18. In pridie Kalendas Junii, 151 dies, luna 3. Kalendis Junii, 152 dies, luna 5. In Nonis, 153 dies, luna 9. In Idibus, 164 dies, luna 17. In pridie Kalendas Julii, 181 dies, luna 5. Kalendis Julii, 182 dies, luna 6. In Nonis, 188 dies, luna 12. In Idibus, 196 dies, luna 20. In pridie Kalendas Augusti, 212 dies, luna 5. Kalendis Augusti, 213 dies, luna 7. In Nonis, 217 dies, luna 12. In Idibus, 225 dies, luna 19. In pridie Kalendas Septembris, 243 dies, luna 7. Kalendis Septembris, 244 dies, luna 8. In Nonis, 248 dies, luna 12. In Idibus, 256 dies, luna 20. In pridie Kalendas Octobris, 273 dies, luna 8. Kalendis Octobris, 274 dies, luna 9. In Nonis, 280 dies, luna 15. In Idibus, 288 dies, luna 23. In pridie Kalendas Novembris, 304 dies, luna 9. Kalendis Novembris, 305 dies, luna 10. In Nonis, 309 dies, luna 14. In Idibus, 317 dies, luna 22. In pridie Kalendas Decembris, 334 dies, luna 10. Kalendis Decembris, 335 dies, luna 11. In Nonis, 339 dies, luna 15. In Idibus, 347 dies, luna 23. Pridie Kalendas Januarii, 365 dies, luna 11. Kalendis Januarii, 366 dies, luna 12.

XIV. *Tabula paschalis Anatolii.*

Nunc autem post computationem dierum et lunæ cursum ostensum, quibus in finem usque volvitur totus, annorum circuli principium inchoandum est. *Hoc Pascha a* VI *Kalendas Aprilis, usque in* IX *Kalendas Maii.*

	ÆQUINOCTIUM.	LUNA.	PASCHA.	LUNA.
1.	*Sabbato.*	XXVI.	XV. *Kalend. Maii,*	XVIII.
2.	*Dominica.*	VII.	*Kalendis Aprilis.*	XIV.
3.	II. *Feria.*	XVIII.	XI. *Kalendas Maii.*	XVI.
4.	III. *Feria.*	XXIX.	*Idibus Aprilis.*	XIX.
5.	IV. *Feria.*	X.	IV. *Kalend. Aprilis*	XIV.
6.	V. *Feria.*	XXI.	XIV. *Kalend. Maii.*	XVI.
7.	*Sabbato* (27).	II.	VI. *Kalend. Aprilis.*	XVII.
8.	*Dominica.*	XIII.	*Kalendis Aprilis.*	XX.
9.	II. *Feria.*	XXIV.	XVIII. *Kalend. Maii.*	XV.
10.	III. *Feria.*	V.	VIII. *Idus Aprilis.*	XV.
11.	IV. *Feria.*	XVI.	IV. *Kalend. Aprilis.*	XX.
12.	V. *Feria.*	XXVII.	III. *Idus Aprilis.*	XV.
13.	VI. *Feria.*	VIII.	III. *Nonas Aprilis.*	XVII.
14.	*Sabbato.*	XX.	IX. *Kalend. Maii.*	XX.
15.	*Dominica.*	I.	VI. *Idus Aprilis.*	XV.
16.	II. *Feria.*	XII.	II. *Kalend. Aprilis.*	XVIII.
17.	IV. *Feria* (28).	XXIII.	XIV. *Kalend. Maii.*	XIX.
18.	V. *Feria.*	IV.	II. *Nonas Aprilis.*	XIV.
19.	VI. *Feria.*	XV.	VI. *Kalend. Aprilis.*	XVII.

XV. *Cæsariensis synodi limes ab Anatolio rejectus.*

Hic circulus XIX annorum a quibusdam Africanis rimariis qui ampliores circulos conscripserunt, non probatur, quia eorum suspicationibus ac opinionibus videtur satis esse contrarius. Quippe qui has in suo numero rationes probatissimas componunt, principium quoddam Paschæ finemque componentes, id est ne ante XI Kalendas Aprilis, nec post vicesimam primam lunam et XI Kalendas Maii, Pascha immolandum esse. Quos terminos non solum non sequendos, sed etiam detestandos ac succidendos esse decernimus. Cum in veteri quidem lege hoc solum custodiri debere decernitur, uti ne ante transgressum vernalis æquinoctii in quo autumnalis novissima pars vincitur, decima quarta die mensis primi, qui non diei sed lunæ orsibus computatur, Pascha immoletur. Quod quidem, ut Domini jussione sancitum est et catholicæ fidei conveniens in omnibus, anticipari illicitum ac periculosum esse, omni sapienti non dubium est. Et idcirco hoc solum satis est omnibus sanctis et catholicis viris custodire, ut plurimorum diversis opinionibus prætermissis, intra terminos quos exposuimus, solemnitatem Dominicæ resurrectionis concludant.

XVI. *De solis ascensu ac descensu. Quatuor anni cardines ex Anatolii sententia Cæsarianis respondent.*

Cæterum quod tuæ epistolæ subjeceras, ut solis ascensum descensumque qui in diminutione dierum ac noctium conficitur, huic opusculo insinuare conarer, hoc modo inchoatur atque consumitur. Per XV dies et horæ dimidium sole ascendente per singula momenta, id est per IV in una die, ab VIII Kalendas Januarii, in VIII Kalendas Aprilis hora

(27) *Sabbato.* Hic primum Anatolius bissextum admittit. Bucher.

(28) *IV Feria.* Bissextum secundum hic agnoscit Anatolius. Id.

Digitized by Google

diminuntur, in qua consumuntur XII horæ et assis, id est prima pars ex XII particulis. In qua die ad vesperum, si luna XIV accidisset, agnus apud Judæos immolabatur. Sin autem excedens numerus, XV vel XVI luna fuisset inventa, in vespere ejusdem diei in XIV die secundæ lunæ eodem mense natæ ad vesperum Pascha celebrabatur ; septem diebus comedentes azyma, usque ad diem XXI in vesperum. Nobis ergo similiter si eveniat, ut VII Kalendas Aprilis et dies Dominica et luna XIV inveniatur, XIV Pascha celebrandum est. Sed et si XV vel XVI, et usque ad XX luna fuerit inventa, pro reverentia Dominicæ resurrectionis quæ in die Dominica facta est, nobis similiter celebrandum est ; ita tamen ut principium Paschæ finem solemnitatis eorum, id est vicesimam lunam, non excedat. Et ideo non parum deliquisse diximus eos, qui anticipare vel excedere hunc numerum divinæ insertum Scripturæ ausi sunt. Et ab VIII Kalendas Aprilis in VIII Kalendas Julias per XV dies hora diminuitur ; per duo momenta et dimidium, et sextam partem momenti, sole ascendente per singulos dies. Et ab VIII Kalendas Julias in VIII Kalendas Octobris similiter per XV dies, et quatuor horas, hora diminuitur ; descendente sole in unaquaque die per eumdem numerum momentorum ; et spatium quod superest, usque in VIII Kalendas Januarii, simili numero horarum ac momentorum finitur. Ita ut VIII Kalendas Januarii horam et horæ dimidium hora habeat. Eo usque namque dies et nox diminuuntur. Et XII horæ quæ in vernali æquinoctio in principio Domini dispensatione constitutæ sunt, in VIII Kalendas Julii nocte diminutæ, sole ascendente per singulos quos supra diximus gradus XVIII, in duodecimo longiori spatio reperiantur adjunctæ. Et iterum XII horæ quæ in autumnali æquinoctio solis descensu repleantur, in VIII Kalendas Januarii sex horæ in XII divisæ inveniantur disjunctæ, nocte XVIII in XII divisas tenente. Quæ in VIII Kalendas Julii similiter VI in XII partitas tenebat.

XVII. *Operis conclusio.*

XVII. Hoc autem non ignores, quod ista quatuor quæ diximus temporum confinia, licet mensium sequentium Kalendis approximentur, unumquodque tamen medium temporis, id est verni et æstatis, autumni et hiemis teneat. Et non exinde temporum principia inchoantur, unde mensium Kalendæ initiantur. Sed ita unumquodque tempus inchoandum est, ut a prima die veris tempus æquinoctium dividat ; et æstatis VIII Kalendas Julii, et autumni VIII Kalendas Octobris, et hiemis VIII Kalendas Januarii similiter dividitur.

ÆGIDII BUCHERII

In S. Anatolii Alexandrini Canonem Paschalem Commentarius.

CAPUT PRIMUM.

Sitne genuinus Anatolii Canon Paschalis, *Græce scriptus, a Rufino Latine redditus. Rationes cur ejusmodi* Canon *Anatolii non videatur. Ipsum Anatolio tribuunt Eusebius, Beda, Colmannus, Wilfridus. Beda ex hoc* Canone *complura ad verbum citat.*

Anatolium, genere Alexandrinum, Græce *Canonem* suum scripsisse nemo dubitat. Et dubium omne eximit Eusebius, qui bonam hujus partem Græce citat. Versionem hanc Latinam Rufino æque omnes ascribunt, eoque parum accuratam, nec satis fidam existimant. Sane Græca, quæ libro VII, cap. 26 (32) *Historiæ* suæ *ecclesiasticæ* feliciter inseruit Eusebius, et Rufinianis uberiora sunt, et aliter subinde clariusque concipiuntur ; ut vel prima comparatione cuivis perspicuum est. Hoc nomine non nego, labem nonnullam in hujusce *Canonis* textum irrepere potuisse. Sed quæstio est an textus iste, seposita Rufini parum certa interpretatione, genuinus alias ac verus sit Anatolii fetus, quem Eusebius *Canonem de Paschate*, Hieronymus *Volumen super Pascha*, vocant.

Ex principiis quidem sane paradoxis, præterque communem eorum qui de Paschate Christiano scripserunt opinionem constitutis, quæ *Canon* hic præ se fert, videri forte possit adulterinus et suppositius ; et alterius potius quam Anatolii tam laudati, tam catholici scriptoris. Ut ex multis hic interim pauca seligam : Paschæ Dominicam luna quarta decima nullo scrupulo indicit, in quo cum Quartadecimanis, seu Tessareskædecatitis ab Ecclesia rejectis, facit : etsi id illi perpetuum non sit ; nec nisi ter toto decemnovennali cyclo recurrat. Præterea eamdem Paschatis Dominicam a XIII luna, saltem exeunte, in XX duntaxat diffundit ; tametsi Scriptura, et cum ea Alexandrini inter quos studuit Anatolius, a XIV in XXI aperte propagent ; Latini in vicesimam quoque secundam extendere nihil vereantur. Ad hæc litteras Dominicales et bissextum, aliave pleraque tam confuse constituit, ut non docti alicujus et sancti Patris, qualem supponunt omnes Anatolium ; sed rudis et ignari, forteque a veritate catholica devii scriptoris potius esse videatur. De quo plura mox capite tertio.

Germanum nihilominus Anatolii partum fortius hæc evincunt. Primo Eusebii Cæsariensis qui eum videre potuit, auctoritas, quique non exile *Canonis* hujusce fragmentum Anatolii nomine profert, plane huic opusculo conforme, nisi ubi fides vacillat interpretis. Idem facit et Beda, initio libelli *De æquinoctio et de ratione temporum*, capite quarto. Deinde Colmannus Scotorum episcopus, apud eumdem Bedam libro III *Historiæ Anglorum ecclesiasticæ* capite 25, Anatolium virum, ut ait, sanctum et in historia ecclesiastica laudatissimum, ab XIV luna ad XX Pascha celebrandum tradidisse asserit. Quod etiam catholicus Anglorum presbyter Wilfridus, contra Colmannum pro Paschate Alexandrino disputans, non modo admittit, sed et insuper ab XIII luna ad vesperum subinde Pascha Scotos inchoare

Digitized by Google

exprobrat, quod ex hujusce *Canonis* Anatoliani rationibus nonnunquam effici necessum est. Denique Beda ipse pleraque ad verbum ex hoc *Canone* sæpius exscribit, et Anatolio attribuit. Nam primum toto fere de æquinoctio libello, ita de Anatolii in figendo æquinoctio sententia disputat, ut quivis facile pervideat, isthæc eum non aliunde quam ex hoc etiam mendoso corruptoque Canone Latino haurire potuisse. De quo nos uberius capite sequenti. Rursum idem Beda *De ratione temporum*, capite 40, disertissime saltum lunæ abs Anatolio, non in fine vel capite cycli decemnovennalis, sed anno ejus decimo quarto qui est ultimus ogdoadis, collocari scribit: *Faciens*, inquit, *illam ascendere* (seu saltare) *in æquinoctio, de octava in vigesimam.* Quod idem plane *Canonis* hujus exhibet diagramma.

Denique clarissime idem Beda, eodem libro *De ratione temporum*, cap. 33, *Canonem* hunc Anatolianum verbis hisce confirmat: *Sed et homo Ecclesiæ sanctus Anatolius, in opere suo paschali, cum de æquinoctiis et solstitiis, deque horarum ac momentorum incrementis subtilissime disputasset, ita disputationem suam, simul et ipsum libellum terminavit: « Hoc autem non ignores, quod ipsa quatuor quæ prædiximus, temporum confinia, licet mensium sequentium Kalendis approximentur, unumquodque tamen medium temporum, id est veris et æstatis, autumni et hiemis teneat: et non exinde temporum confinia inchoentur, unde mensium Kalendæ initiantur. Sed ita unumquodque tempus inchoandum est, ut a prima die veris tempus æquinoctium dividat; et æstatis,* VIII *Kalendas Julii; et autumni,* VIII *Kalendas Octobris; et hiemis,* VIII *Kalendas Januarii similiter dividat.* » Hæc ille. Quæ plane eadem et extrema sunt hujusce Canonis nostri verba, cui proinde non parvam fidem astruunt.

Quæ autem hic in contrarium afferuntur argumenta, infra capite tertio commodius excutientur.

CAPUT II.

Quo Martii Juliani die æquinoctium figat Anatolius. Putant plerique fixisse XI *Kal. Aprilis. Verius tamen fixisse demonstratur cum Cæsare* VIII *Kal. Aprilis. Refellitur ratio contraria. An Anatolius ex Ptolemæi opinione loquatur. Videntur Alexandrini æquinoctium civile* VIII *Kal. Aprilis cum Cæsare retinuisse, usque ad Nicænam synodum circiter.*

Quæstionem nanc non hodie primum, sed ab antiquis jam inde temporibus motam, satis intelligimus ex Bedæ De æquinoctio vernali libello. *Sunt*, ait, *qui contendunt Anatolium in hac sententia* (nempe de æquinoctii die) *nequaquam undecimum, sed octavum Kalendarum Aprilium diem posuisse.* Et tamen ex hodiernis scriptoribus vix unum videas, qui non pro indubitato supponat, æquinoctium ex Anatolii mente, XI Kalendas Apriles, seu XXII Martii Juliani committi. Probant verbis ipsius: *Est ergo in primo anno initium primi mensis* (paschalis scilicet) *quod est* XIX *annorum circuli principium, secundum Ægyptios quidem, mensis Phamenoth,* XXVI *die; juxta Macedones vero, Dystri mensis* XXII; *ut autem Romani loquuntur, undecimo Kalendas Apriles*, etc. Sed verba hæc esse corrupta jam ostendam.

Dico igitur, Anatolii sententiam hic, Cæsaris sive Sosigenis esse planissime; diem nimirum æquinoctii committi, Phamenoth XXIX, Dystri XXV, VIII Kalendas Apriles, seu Martii XXV. Id tribus maxime claris et incorruptis textus ipsius Anatolii locis efficitur. Primo dicit: *Isto die* XXVI *Phamenoth sol non modo primum Signiferi segmentum ingressus reperitur, sed etiam quartam jam in illo diem percurrisse.* Sane Anatolii ævo, circa annum Christi vulgarem et hodiernum 276, quo hæc ab eo elucubrata existimo, astronomicum veris æquinoctium, seu ipsam circulorum zodiaci et æquinoctialis intersectionem, in XXI aut XXII Martii Juliani diem (qui cum XXV et XXVI Phamenoth concurrunt), incurrisse nemo negaverit. Quomodo ergo sol, ex Anatolii sensu tam clare hic expresso, quartam in Ariete diem tunc percurrisse potuit? At si pro XXVI Phamenoth, seu Martii XXII, substituas, ut decet, XXIX Phamenoth, Martii XXV, plane verum erit, solem in primo zodiaci segmento, quod Arietem appellamus, quartam jam diem omnino percurrisse, aut quintam percurrere. Et Anatolii sensus erit, ipsam circulorum intersectionem Martii XXI potius quam XXII committi, quod ab Alexandrinis, ut reor, hauserat, qui paucis post annis id publice tenuerunt.

Secundo, addit hoc eodem opusculo, § 8: *Sed quid mirum, si in* XXI *luna erraverint, qui tres addiderunt dies ante æquinoctium, in quibus Pascha immolari posse definiunt? Quod certum est omnimodis etiam putari absurdum.* Per eos, *qui tres ante æquinoctium dies addiderunt*, Cæsariensis in Palæstina concilii Patres Anatolius hic intelligit. Qui licet diem æquinoctii civilis in Martii vicesimo quinto et ipsi agnoscerent; tres tamen prævios dies quibus Christus post institutum venerabile sacramentum comprehensus, passus et sepultus fuit, extra limitem paschalem excludi noluerant. Nec enim alii de quibus id dici possit, occurrunt. Nam Judæi et Christianorum primi, Latini saltem, qui ad Martii XVIII, ut dixi, primum solis in Arietem incessum affixerant, non tantum tres, sed septem dies addiderant. Anatolium igitur, si absurde, ita enim innuit, prævios tres ad hactenus usurpatum civile æquinoctium dies additos existimat, in prisco Cæsaris æquinoctio, quod cum XXV Martii componebatur, hærere necessum est, non illud Martii XXII deligere. Quod argumentum sane validum, Beda quoque suo illo de Æquinoctii die opusculo profert, et quidem ex eorum qui jam tum nobiscum sentiebant, objectione ac sensu.

Tertius isque palmaris, Anatolii locus est § 8, ibi enim per omnes cycli sui decemnovennalis annos, æquinoctii quoque sui diem feriamque determinans, semper ad Martii XXV, nunquam ad XXII fixus ac firmus hæret, ut in ejus tabula videre potes. Cumque sæpius repetat, Pascha nunquam nisi transmisso jam æquinoctio rite celebrari posse, id ipse tanta religione peneque superstitione observat, ut citimum Pascha Dominicum non VII seu postridie æquinoctii Cæsariani, sed VI primum Kalendas Apriles indicat. Credo, quo certius æquinoctii diem in Paschatis sui sanctione transmitteret, tantoque lux tenebris dominaretur. Ita nihil certius, quam æquinoctium cum Martii XXV abs Anatolio compositum.

Adversariorum ratio, ex Anatolii verbis hausta, satis jam olim ab aliis, teste Beda, rejecta est, cum dixerunt, *Eusebium* (seu quem alium) *cum hanc Anatolii lucubrationem in* Historia ecclesiastica *refert, diem pro die mutasse; et quod cætera bene posita videret, uno verbo corrigere voluisse, quod in ea minus perfecte dictum conspexerat. Ne illum videlicet quem laudare proposuerat, palam notabilem monstraret, si ejus pura verba, et, ut ipse scripserat, suis inderet Historiis.* Scio Bedam istud sibi de Eusebio persuadere non posse. Sed nos similia multa Græculorum fuisse scimus ingenia, hæresi præsertim infectorum, cujusmodi fuisse Eusebium clare docet Baronius. Neque magis urget, quod subdit idem Beda: mirum, si Victorem Capuanum, qui et ipse XI, non VIII Kalendas Apriles in Anatolio legit, talis impostura latuerit. Nam non Victorem modo, in ea adhuc ætatis illius caligine, sed et plerosque acutissimos hujus ævi doctissimi scriptores eadem impostura fefellit. Anatolium laudare volebat Eusebius. Non poterat, nisi aut æquinoctium male ab Nicæna synodo fixum diceret; aut

Digitized by Google

Anatolii textum ad synodi sententiam saltem proxime revocaret. Posterius priore facilius et acceptius credidit. Nec vero desunt etiamnum aliqua corruptionis illatæ vestigia. Nam codex manuscriptus ex quo hæc exscripsimus, VIII *Kalendas Aprilis*, ex vera ac prima lectione, non XI, clare exhibet. Tametsi XXII Dystri diem ex prava correctione retineat.

Cæterum cur Eusebius, aut si quis alius, Anatolium corrigere aggressus, XXII potius, quam XXI Martii, pro XXV substituerit, non satis pervideo. Nicæna siquidem synodus ad Martii XXI seu XII, non XI Kalendas Apriles æquinoctium affixit, et ita deinceps Ecclesia retinuit. Quin ita quoque sensisse videtur Anatolius, quando ipsa Martii XXV, qua suum ille civile figit æquinoctium, solem in primo dodecatemorii segmento, quartam jam diem διαπεφυγμένον seu prætergressum esse ac superasse aperte scribit, innuens quintam tunc percurrere. Neque satisfaciet, qui dicet Ptolemæi opinionem videri secutum Anatolium. Cur enim ille, si scriptoris ethnici et 130 annis anterioris opinionem sequeretur, solem XXV Martii quartam dodecatemorii primi partem jam *percurrisse*, et non potius ex ejusdem sensu *percurrere* dixisset? An tantus vir in tam acri studio ad cœli et horologiorum motus non attenderit? Verum quidquid de hoc subsit (parum enim interest), certum est Anatolium non in primo primi segmenti gradu æquinoctium civile constituere; sed vel in quinto, ut nos quidem probabilius existimamus; vel certe, ut alii, in quarto; sicut Cæsarem et Metonem in octavo, et Eudoxum ex Gemini sententia in sexto constituisse, supra in tractatu *De Judæorum anno* capite tertio declaravimus.

Priusquam caput hoc finio, consideret hic mecum lector, num Alexandrinæ scholæ doctores æquinoctium civile in Martii XXV huc usque non retinuerint, quando, qui inter eos non infimus erat Anatolius, tam tenaciter eo die retinet; tametsi quinto (saltem quarto) primi dodecatemorii gradui respondere pervideat. Quod si est, tunc quoque dicendum Alexandrinum patriarcham Dionysium, vix undecim annis ante hanc Anatolii lucubrationem fato functum, octaeteridem suam paschalem ad hunc æquinoctii Cæsariani, non Nicæni aut Ptolemaici, diem adaptasse: siquidem ante æquinoctium et ipse Pascha celebrari non vult, ut supra monuimus.

CAPUT III.

Termini paschales et aliquot paradoxa Anatolii. Paradoxa in sole; in litteris Dominicalibus; in luna. Principium cycli illius diversum; item saltus lunæ. Diversus aureorum numerorum situs; diversa lunæ ætas. Quid hic Beda opinari videatur. Diversum caput et finis mensis primi seu paschalis. Anatolii Dominica paschalis a XVI *luna ad* XX. *Putavit Anatolius annis* XIX *ut lunam, ita et Dominicam paschalem in se revolvi. Cyclus Anatolii cum Alexandrinorum Latinorumque cyclis aureisve numeris compositus. Cycli Anatoliani in Kalendario dispositio.*

A cæteris computistis, tam Latinis quam Alexandrinis, in sole et luna multum differt Anatolius.

In sole quidem: 1° quia æquinoctium civile, non ut Alexandrini et Nicæna synodus, in Martii XXI, aut, ut Latini prisci cum Judæis, in XVIII, sed in XXV cum Cæsare decernit, ut jam vidimus. Nec ante illud, nec in illo, sed nec postridie quidem illius Pascha celebrari vult: tanta inest illi æquinoctii etiam civilis certo transiliendi sollicitudo. *Quandiu* (ait § 6) *æqualitas inter lucem et tenebras perdurat, nec a luce diminuta, Pascha non esse immolandum existimatur. Idcirco ergo post æquinoctium Pascha immolari præcipitur, quia* XIV *luna ante æquinoctium, et in æqui.octio totam noctem non implet. Post æquinoctium vero luna* XIV, *una die adjecta* (nota) *quod est æquinoctii transgressus; licet ad verum lumen, id est ortum solis, et diei principium non pertenderit, tamen post se tenebras non derelinquit.* Ita ille; quibus citimam suam paschalem Dominicam nonnisi secundo ab æquinoctio commisso die, seu Martii XXVII, constituit.

2° Litteras Dominicales et bissexta longe alia ratione dispensat. Nam e novemdecim annis bissextiles duntaxat duos ponit, VII scilicet et XVII, ut in tabula ejus paschali videre est. Atqui XIX annis quatuor, ut minimum, subinde quinque conveniunt. Cumque septuaginta sex annis bissextiles omnino XIX imputentur, ex ejus doctrina nonnisi octo competerent. Ita annum solarem ab Juliano diversum tantoque breviorem facit. ac proinde paschales Dominicas veris difformes, quæque sæpius in ferias simplices incurrunt, instituit. Certe nonnisi quatuor prioribus enneadecaeteridos suæ annis, item septimo et octavo cum veritate consentit, nisi forte casu juvetur.

In luna vero magis etiam differt: 1° Quia qui enneadecaeteridos primus ipsi est annus, Alexandrinis est undecimus, Latinis et Victorio nostro secundus. Ab anno siquidem vulgaris Christi epochæ 276 cyclum suum orditur, octo ante Alexandrinum annis, ut deinceps, ac præsertim capite 4 demonstramus.

2° Differt in saltu lunæ. Hunc enim Alexandrini anno cycli sui decemnovennalis XIX. qui est Romanorum hodiernorum primus, constituunt; Latini et Victorius XVI suo, ipse XIV item suo ut ex ejus tabula patet; quæ eo anno ab VIII in XX saltum facit. De quo etiam Cyrillus aliquid § 4 et 7 sui Prologi, tametsi suppresso Anatolii nomine, insinuat; expressius autem Beda *De ratione temporum*, cap. 40: *Denique*, ait, *Anatolius, qui verissime in æquinoctio verno initium mensium et caput circuli totius terminumque decernit, non ipse hanc in capite*, ut Romani scilicet, *vel fine*, ut Ægyptii, *sui circuli decemnovennalis, sed in* XIV *ejus anno, qui est ultimus ogdoadis, mutationem lunæ posuit: faciens illam ascendere de* VIII *in* XX. Hæc ille. Hinc fit, ut aurei numeri Anatoliani a XVI ad XIX sursum uno die in Kalendario Juliano promoveantur.

3° Dissidet in ipso aureorum numerorum situ, et, quod inde sequitur, in ætate lunæ determinanda. Nam cum XXX Martii die cyclum suum primum bis expresse componit, semel textus sui § 11, rursus in tabulæ suæ anno primo. Qui cum respondeat cyclo Alexandrinorum XI, Latinorum secundo, illum triduo, biduo hunc prævertat necessum est. Idem de cæteris annis judicium est; quorum situs et ætas tam ex comparatione cum primo jam dicto, quam ex tabulæ paschalis Anatolii versu perpendiculari quarto et ultimo perinde colligitur; saltu tamen ad posteriores sex canonis annos adjuncto. Quo fit, ut Anatolii lunæ Alexandrinas plerumque biduo triduove, Latinas uno saltem die, nonnunquam biduo, rarissime triduo præcurrant. Cycli quidem Anatolii XII, XIV et XV, tam tertium, quintum, et sextum Alexandrinorum, quam Latinorum XIII, XV et XVI, triduo anticipant. At IX et XVII Anatolii, Alexandrinos XIX et VIII quatriduo, Latinos X et XVIII nonnisi biduo prævertunt, ut nostra ad capitis hujusce finem tabula demonstrat. Magna, fateor, disparitas; et difficilioris de tanto viro fidei. Sed lunæ ætas singulis tabulæ Anatolianæ annis bis expressa, fidem istam vel ab invitis extorquet.

Beda quidem *De ratione temporum*, c. 4, annum cycli Anatoliani XIV cum ultimo ogdoadis, id est, ut reor, octavo Alexandrinorum, ut paulo ante audivimus, ac proinde primum cycli illius cum horum XIV componit: atque ita lunas Anatolii cum Alexandrinis et Latinis pene cœvas instituit. Sed cur minus illi credam, ut maxime vellem, tria obstant. 1° Saltum lunæ Beda ipse cum Cyrillo, ut jam dixi, in XIV cycli Anatolii anno expresse statuit. Id cum

Digitized by Google

altero stare nequit; sic enim lunæ saltus ad annum tabulæ Anatolianæ XIV rite positus, in ejusdem XVII (qui cum Alexandrino VIII primum concurrit) contra suppositionem transferendus esset. 2° Obstat ætas lunæ, tam exserte abs Anatolio, sive in ipso æquinoctii die, Martii XXV, sive in Paschatis die notata; quæ huic Bedæ dicto nulla ratione quadrare potest, ut per se liquet. 3° Obstant litteræ Dominicales, bis item hic signatæ. Nam quamvis eas nonnisi tabulæ prioribus annis, item VII et VIII veras agnoscam, aliis semper erroneas; eas tamen ejusmodi planissime manuscriptus codex exhibet: prorsus ut vel hunc vel Bedam falli necesse sit. Ego codici magis assentior, et per se fido constantique, et expressis Anatolii verbis conformiori. Hic enim § 6 fine, et æquinoctium et plenilunium in Paschate plane transmittenda sciscit, ut omnem tenebrarum potestatem lux superet. Quod et Cyrillus Prologi sui § 4 innuit; cum tam de Latinorum quam Anatolii saltu agens, supputationem eorum inconvenientem esse, *nimisque properare*, plane ex codicis nostri sententia subjungit.

Non nego tamen, visos aliquando mihi aureos Anatolii numeros, in Martio et Paschali mense, a librario uno sursum die male protrusos; idque ex § tractatus ejus 11 satis colligi posse videbatur, ubi aureus numerus primus cum primo Martii die componitur. Ac licet ex lunæ ætate XXVI ad æquinoctii Anatoliani diem notata, cum ultimo Februarii, uno scilicet citius die, componi videatur, hoc tamen potius mendosum docent 59 dies, quos Anatolius, ut cæteri, a primo Januarii ad ultimum Februarii recte numerat; quæ justa est duorum lunæ mensium quantitas. Hinc quoque rectius aureus numerus 1 in Martii primum et ultimum diem devolvendus videbatur; ut luna hæc anni tertia, tricenaria non minus quam prima, juxta naturalem alternationem, esse possit; non ad Martii XXX, seu penultimum relinquenda; licet et in tabula paschali, et § 11 ex parte sciscat Anatolius. Accedebat præterea, his admissis, jam lunas Anatolii Latinorum et Alexandrinorum lunis coæviores utcunque fieri, uno certe minus die præcurrere. Quare, ut ita facerem, omnino pendebam. Verum adverti me tum in majus incommodum impingere. Lunas paschales XIV ter Anatolius ternis suæ tabulæ annis, II, V et XVIII definivit. Si aureos ejus numeros uno die devolvimus, eæ jam non decimæ quartæ, sed decimæ tertiæ erunt; quod ejus rationibus adversatur. Idem est de ternis quoque vicesimis paschalibus ejus lunis judicium. Priori igitur sententiæ potius insistendum, et dicendum Anatolium sui hic in tam intricata re oblitum (nisi forte librarium, quod non puto) se lectoremque confundere.

4° Differt Anatolius in capite et fine primi mensis; quem Latini a Martii die quinto, Alexandrini ab octavo ineunt. Ipse omnium tardissime ab decimo, quia tardissime quoque figit æquinoctium. Anno cycli sui XI Dominicam paschalem indicit IV Kalendas Apriles, seu Martii XXIX luna, sua XX, ac proinde lunam istam ab X Martii orditur. Anno quidem cycli XIX citimam paschalem suam Dominicam notat VI Kalendas Aprilis, seu Martii XXVII. Verum cum lunam istam XVII duntaxat numeret, plane primam nonnisi a Martii XI deducit, postridie ineuntis lunæ jam dictæ. Ubi id notandum venit, Anatolium illam Alexandrinorum et Ecclesiæ hodiernæ regulam nihil morari, paschalem eam esse quartam decimam, quæ vel in ipsum æquinoctium, vel proxime post ipsum incurrit. Nam æquinoctium ipse cum XXV Martii componit. Imo unum præterea diem, nempe Martii XXVI (quem æquinoctii transgressum appellat), ante legitimam Paschatis citimi functionem transmitti vult, ut tanto tenebras lux superet. Ita nulla illi aut perexilis est neomeniarum et terminorum paschalium ratio, sed Dominicarum duntaxat, quæ a Martii XXVII ad Aprilis XXIII inclusive repe- A riuntur: dummodo nec infra XIV nec supra XX lunæ diem contingant; idque sive terminus paschalis, qui est XIV luna, æquinoctium præcurrat, sive subsequatur, sive in illud incurrat. En ejus verba, et unica omnisque regula: *Hoc Pascha a* VI *Kalendas Aprilis, usque in* IX *Kalendas Maii*. Ergo Dominicam suam paschalem citimam VI Kalendas Aprilis, seu Martii XXVII expresse affligit, anno cycli sui XIX seu ultimo, littera Dominicali sua eaque erronea B, luna item sua XVII. Remotissimam autem, IX Kalendas Maii, seu Aprilis XXIII, littera Dominicali erronea A, anno cycli sui XIV, luna sua XX. Quare Dominicalium paschalium cancellos diebus XXVIII duntaxat concludit, a Martii XXVII ad Aprilis XXIII, atque adeo Pascha in solo mense Ægyptiorum Pharmuthi, a 1 ejus die, ad 28, nunquam in Phamenoth admittit. Nisi forte quis præterea diem Martii XXVI, qui est ultimus seu tricesimus Phamenoth, quem æquinoctii transgressum ab eo vocari jam B diximus, huic etiam limiti quadam ratione accensendum putet. Sic enim dies XXIX conficientur, quod non existimo. Verum tam Latini prisci quam Alexandrini, ex natura rei, triginta quinque; et Victorius triginta quatuor assignat, tota hebdomade diffusiores; quos ipse proinde rejicit. Imo ne Patrum quidem Cæsariensium limitem, tametsi XXXI dierum duntaxat, admittere vult, cum § 15 ita loquitur: *Quidam Africani rimarii has in suo calculo rationes probant, principium quoddam Paschæ finemque componentes; id est, nec ante* XI *Kalendas Apriles, nec post* XXI *lunam et* XI *Kalendas Maii Pascha immolandum esse. Quos terminos non solum non sequendos, sed et detestandos ac succidendos esse decernimus.* Ita ipse.

5° Differt in lunæ ætate Dominicæ paschali assignanda. Latini Dominicam Paschæ citimam non ante lunam suam XVI, Alexandrini non ante XV, indicunt. Ipse etiam luna XIV admittit, ut patet annis C cycli ipsius II, V et XVIII, in quo cum Quartadecimanis facit. Hinc fit ut eamdem Paschæ Dominicam nunquam ultra XX lunam diffundat, cum Alexandrini ad XXI, Latini ad XXII etiam propagent. Cur id faciat, rationem ipse reddere conatur, § tractatus sui 8. Et in hoc Scoti prisci cum eo sentiebant, si Bedæ fides, lib. III *Historiæ Anglorum ecclesiast.*, cap. 25. In ultimo tabulæ Anatolii perpendiculari versu qui lunæ ætatem in paschali Dominica designat, tres anni, nempe VIII, XI et XIV, lunam XX exhibent, nullus XXI aut XXII.

6° Denique differt Anatolius in ipsa paschalis cycli revolutione; quam cum nonnisi annis 532 absolvi certum sit, lunari cyclo scilicet in solarem ducto, seu XIX annis in XXVIII, ipse tamen eam annorum XIX intervallo concludit; ratus, opinor, pares esse quartadecimarum et Dominicarum paschalium revolutiones, quæ toto cœlo differunt. Hinc ipse § 12: *Sed hoc*, inquit, *ab aliis sapientibus et acutissimis viris impossibile esse definitur; quod in illo* D *angusto ac brevissimo* XIX *annorum circuli spatio, Pascha verissimum, id est in die Dominica, æquinoctium transgrediens inveniretur. Sed nos, ut manifestius fiat, quod illis incredulitatem inducit*, etc. Rursum § 13: *Hic circulus* XIX *annorum a quibusdam Africanis rimariis, qui ampliores* (nota) *circulos conscripserunt, non probatur, quia eorum suspicationibus videtur satis esse contrarius.* Verum si Africanos istos rimarios secutus fuisset, bissextiles annos rariores admittere, litterarumque Dominicalium seriem ita succidere ac confundere coactus non fuisset; quando vere illa tam brevi circulo concludi non potest.

Hæc omnia Anatolii placita, quam paradoxa sint, nemo non videt: ex illis quidem magnam in lectoris intellectu confusionem oriri necessum est. Prorsus ut an Anatolii tanti viri esse possint, non immerito quæsiverimus. Sed tot Bedæ, adeoque Eusebii testimonia, quæ eadem verba referunt, et manuscriptus

Digitized by Google

codex dubitare vetant, ut supra vidimus. Ego quidem vix in usum inductum existimo, nisi forte ad paucos annos Laodiceæ ubi Anatolius fuit episcopus, aut viciniis etiam locis. Diu enim subsistere non potuisse, vel solæ litteræ Dominicales tanto errore collocatæ satis arguunt. Et facile illum excluserit Eusebii Cæsariensis episcopi cyclus, non ita multo post usurpari cœptus, ut supra diximus : adeo ut iste, quia confusior, a posteris clariore scientia jam perfusis nullo pene loco sit habitus; primumque statim locum Eusebio concesserit. Ego hic Anatolii mentem perspectam reddere conatus sum, non immemor illius, *nihil inventum simul et perfectum*. Primus ille enneadecaeterida lunarem ad Christiani Paschatis inventionem aptare tentavit, nullius, ut reor, ante solo tritam. Quid mirum, si veritatis scopum non statim attigerit?

Sed nos jam tabellas duas exhibeamus; quarum prima cyclum Anatolii cum Alexandrinorum Latinorumque cyclis aureisve numeris comparet : altera in Kalendario Juliano etiam methodice, ex ejus tamen erronea sententia, disponat.

Cyclus Anatolii.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyclus Alexandrinorum.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Cyclus Victorii et Latin.	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1

CYCLI ANATOLIANI IN KALENDARIO DISPOSITIO.

MARTIUS.

Dies Martii.		Litteræ Dominicales.	Menses Ægyptiorum.		Cyclus Anatolii.	Cyclus Alexandrinorum.	Cyclus Latinorum et Victorii.
Kal.	1	d	5	*Phamenot.*		III	13
VI	2	e	6		9		2
V	3	f	7		17	XI	
IV	4	g	8				10
III	5	A	9		6	XIX	18
Prid.	6	b	10		14	VIII	
Non.	7	c	11				
VIII	8	d	12		3	XVI	
VII	9	e	13			V	15
VI	10	f	14		1		4
V	11	g	15		19	XIII	
IV	12	A	16			II	12
III	13	b	17		8		1
Prid.	14	c	18		16	X	
Idib.	15	d	19				9
XVII	16	e	20		5	XVIII	17
XVI	17	f	21			VII	
XV	18	g	22		13		6
XIV	19	A	23		2	XV	
XIII	20	b	24			IV	14
XII	21	c	25		10		3
XI	22	d	26		18	XII	
X	23	e	27			I	11
IX	24	f	28		7		19
VIII	25	g	29		15	IX	
VII	26	A	30				8
VI	27	b	1	*Pharmuthi.*	4	XVII	
V	28	c	2			VI	16
IV	29	d	3		12		5
III	30	e	4		1	XIV	
Prid.	31	f	5		9	III	13

APRILIS.

Dies Aprilis.		Litteræ Dominicales.	Menses Ægyptiorum.		Cyclus Anatolii.	Cyclus Alexandrinorum.	Cyclus Latinorum et Victorii.
Kal.	1	g	6	*Pharmuthi.*	17		2
IV	2	A	7			XI	10
III	3	b	8		6		18
Prid.	4	c	9		14	XIX	
Non.	5	d	10			VIII	7
VIII	6	e	11		3	XVI	
VII	7	f	12		11	V	15
VI	8	g	13		19		4
V	9	A	14			XIII	
IV	10	b	15		8	II	12
III	11	c	16		16		1
Prid.	12	d	17			X	
Idib.	13	e	18				
XVIII	14	f	19				
XVII	15	g	20				
XVI	16	A	21				
XV	17	b	22				
XIV	18	c	23				
XIII	19	d	24				
XII	20	e	25				
XI	21	f	26				
X	22	g	27				
IX	23	A	28				
VIII	24	b	29				
VII	25	c	30	*Pachon.*			
VI	26	d	1				
V	27	e	2				
IV	28	f	3				
III	29	g					
Prid.	30	A					

Digitized by Google

CAPUT IV.

A quo hodiernæ Christi epochæ anno Canonis *sui ducat initium Anatolius. Hervartius cyclum Anatolii ab anno Christi vulgari* 277 *inchoat. Potius ab anno* 276. *Argumentis Hervartii respondetur.*

Vix ullum dubitare existimo, quin *Canonem* suum decemnovennalem Anatolius ante Alexandrinos ediderit. Quis enim sibi persuadeat, potuisse tam confusum edere, si tam ordinatum, cujusmodi est Alexandrinus, ante oculos habuisset? Adde, Eusebium, Timotheum, Cyrillum, Victorium, Bedam et alios id scriptis suis satis innuere : moxque clare patebit.

Georgius Hervart, *Novæ Chronologiæ* cap. 236, *Canonis* hujus Anatoliani initium a vulgari anno Christi 277, Probi imperatoris secundo, deducit, duasque rationes profert : *Primo, quia tot diversarum gentium anni tam diversi, ad eum annum in Eusebii* Chronico *appositi, anno indubie primo cycli paschalis Anatolii sunt accommodati. Post enumerationem enim horum annorum mox in Eusebii* Chronico *subsequitur : Anatolius Laodicenus episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, multorum sermone celebratur.*

Secundo, scribit Anatolius anno cycli sui primo, mensis primi neomeniam quæ totius enneadecaeteridos initium est, in Phamenoth XXVI, *Dystri autem* XXII *et Martii* XXIII, *incurrere. Id autem secundum astronomicam veritatem anno Christi* 277, *melius quam octo annis tardius, nempe anno Christi* 285, *convenit.* Ita Georgius Hervart.

Sed nos ex jam dictis, necessario ab anno ante- A cedente 276 ordiendum opinamur : 1° Quia Anatolianum ejus anni Pascha ita postulat, sive lunarem sive solarem illius cyclum consideres ; eodem nempe die, Aprilis XVI indictum, quo et Alexandrini et Latini indicunt, tametsi omnes in lunæ ætate dissentiant. Non est autem verisimile, Anatolium recte in primo anno deviasse. 2° Conveniunt et trium proxime sequentium annorum litteræ Dominicales, ut et annorum septimi et octavi. Quod si paschales Dominicæ subinde diversæ sunt, id ex diversis Anatolii placitis oritur : verbi gratia, quod luna XIV Pascha legitimus sanciat; quod æquinoctium ante Martii XXV et citimam Paschæ Dominicam ante XXVII non agnoscat; quod neomenias ante alios indicat, et similia. Et tamen adhuc anno cycli sui quarto, cum utrisque Dominicum Pascha Idibus Aprilis rite sciscit.

Nec Hervartii argumenta valde premunt. Qui enim anno 277 floruit, potuit et 276 floruisse, imo tunc maxime cœpisse. Et qui cyclum anno 277 in B lucem emittit, eoque editionis annum diversis characteribus insignit ; nihil obstat, quin ejus initium ab anteriore etiam anno bene deducere possit, si rationes ita forte exigant. Denique possunt diversi isti diversarum gentium anni pro Manichæanæ hæreseos ortu, qui in annum istum 277 a sanctis Patribus rite confertur, tanto magis adnotari, quanto ea confusiore Anatolii cyclo celebrior est. Quod et ex parte Scaliger ante nos advertit. Neque verum est, Anatolium enneadecaeteridos suæ principium in XXII, sed potius in XXV et XXVI Martii referre ; ut patet ex capite secundo hujus Commentarii, et clarius etiam ex ipsa Anatolii tabula paschali, imo et ex ipsius textu, cum primi mensis neomeniam Martii XXX defigit.

FRAGMENTA

Ex Anatolii Alexandrini libris *Arithmeticorum*

(Fabric. *Bibliotheca Græca*, ed. Harles.,tom. III, Hamburgi, 1793, p. 462.)

Quid sit mathematica?

Aristoteles consistere omnem philosophiam in theoria et practica opinatur, practicam quidem dividens in ethicam et politicam, theoriam vero in theologiam, physicam et mathematicam ; clarissime et doctissime philosophiæ partem esse mathematicam demonstravit.

Quod Chaldæi quidem astronomiam, Ægyptii vero geometriam et arithmeticam (invenerunt)....

A quo mathematica sic nominata fuit?

Peripatetici quidem affirmant in rhetorica, poetica, summatimque musica vulgari quemque posse versari, quamvis non didicerit : quæ autem appellata sunt mathematica, neminem scientiam illorum ullam capere posse, nisi prius didicerit. Propterea istarum scientiarum theoriam vocari mathematicam existimabant. Pythagorici autem imposuisse dicuntur hoc nomen proprie soli geometriæ et arithmeticæ. Antiquitus enim, separatim cuique suum nomen proprium erat; commune autem nomen nullum erat ambabus. Quas quidem sic mathematicæ nomine vocavit Archytas, quod scientiam hominum captui accommodam in illis inveniebat; nam circa æterna, immutabilia,

C Τί ἐστι μαθηματική ;

Ἀριστοτέλης συνεστάναι τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐκ θεωρίας καὶ πράξεως οἰόμενος, καὶ τὴν μὲν πρακτικὴν διαιρῶν εἰς ἠθικὴν καὶ πολιτικήν, τὴν δὲ θεωρίαν εἰς τὸ θεολογικὸν καὶ τὸ φυσικὸν καὶ τὸ μαθηματικόν, μάλα σαφῶς καὶ ἐντέχνως φιλοσοφίαν οὖσαν τὴν μαθηματικὴν ἀποδείκνυσι.

Ὅτι Χαλδαῖοι μὲν ἀστρονομίαν, Αἰγύπτιοι δὲ γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικήν (ἐξεῦρον).....

Ἀπὸ τίνος δὲ μαθηματικὴ ὠνομάσθη

Οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φάσκοντες ῥητορικῆς μὲν καὶ ποιητικῆς, συμπᾶσι τε τῆς δημώδους μουσικῆς δύνασθαί τινα συνεῖναι καὶ μὴ μαθόντα. Τὰ δὲ καλούμενα ἴδια μαθήματα οὐδενὸς εἴδησιν λαμβάνειν, μὴ οὐ πρότερον ἐν μαθήσει γενόμενον τούτων. D Διὰ τοῦτο μαθηματικὴν καλεῖσθαι τὴν περὶ τούτων θεωρίαν ὑπελάμβανον. Θέσθαι δὲ λέγονται τὸ τῆς μαθηματικῆς ὄνομα ἰδιαίτερον ἐπὶ μόνης γεωμετρίας καὶ ἀριθμητικῆς οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου. Τὸ γὰρ πάλαι χωρὶς ἑκατέρα τούτων ὠνομάζετο. Κοινὸν δὲ οὐδὲν ἦν ἀμφοῖν ὄνομα. Ἐκάλεσε δὲ (Ἀρχύτας) οὕτως, ὅτι τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ πρὸς μάθησιν ἐπιτηδείως ἔχον εὑρίσκων ἐν αὐταῖς, περὶ γὰρ ἀΐδια καὶ ἄτρε-

Digitized by Google

τα καὶ εἰλικρινῆ ὄντα ἀναστρεφομένας ἑώρων, ἐν οἷς μόνα ἐπιστήμην ἐνόμιζον. Οἱ δὲ νεώτεροι περιέσπασαν ἐπὶ πλεῖον τὴν προσηγορίαν, οὐ μόνον περὶ τὴν ἀσώματον καὶ νοητὴν ὕλην ἀξιοῦντες πραγματεύεσθαι τὸν μαθηματικόν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐφαπτομένην τῆς σωματικῆς καὶ αἰσθητῆς οὐσίας. Θεωρητικὸς γὰρ ὀφείλει εἶναι, καὶ φορᾶς ἄστρων καὶ τάχους αὐτῶν μεγέθων τε καὶ σχημάτων καὶ ἀποστημάτων. Ἔτι δὲ ἐπισκεπτικὸς τῶν κατὰ τὰς ὄψεις παθῶν, ἐρευνῶν τὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ οὐχ ὁποῖα καὶ πηλίκα τὰ ὑποκείμενα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐκ παντὸς διαστήματος θεωρεῖται, τηροῦντα μὲν τοὺς πρὸς ἄλληλα λόγους, ψευδεῖς δὲ φαντασίας καὶ τῆς τάξεως καὶ τῆς θέσεως ἐμποιοῦντα. Τοῦτο μὲν κατ' οὐρανὸν καὶ ἀέρα, τοῦτο δὲ ἐν κατόπτροις καὶ πᾶσι τοῖς λείοις, κἂν τοῖς διαφανέσι δὲ τῶν ὁρωμένων καὶ ταυτοτρόποις σώμασι. Πρὸς τούτοις μηχανικὸν εἶναι τὸν ἄνδρα δεῖν ᾤοντο καὶ γεωδέτην καὶ λογικόν. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τὰς αἰτίας τῆς ἐμμελοῦς κράσεως τῶν φθόγγων καὶ τῆς περὶ μέλος συνθέσεως ἀσχολούμενον, ἅπερ σώματά ἐστιν, ἢ τήν γε ἐσχάτην ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν αἰσθητὴν ὕλην ποιεῖται.

A puraque eas versari, videbant Pythagorici, in quibus solummodo consistere scientiam opinabantur. Recentiores vero philosophi hoc nomen extensius dilatavere, ita ut non tantum circa incorpoream et spiritualem substantiam versari mathematicum voluerint, sed etiam circa substantiam corpoream et sensibili materiæ proximam. Debet enim nosse theoriam siderum cursus, velocitatis, magnitudinum formarum ac distantiarum; debet etiam examinare quomodo oculos afficiant astra, investigando cur cum qualia, aut quanta sint sidera observata, non talia tantaque ex omni distantia conspiciantur, cum hæc astra quidem servent mutuas rationes, sed mendaces aspectus sive ordinis, sive posituræ efficiant. Aspectus tales siderum, modo cœli et aeris B status determinat, modo specula, aut omnis superficies polita, vel translucentia, vel alia hujusmodi corpora constituunt. Machinarum insuper hominem peritum esse volebant nec non geometram ac dialecticum; quin etiam symphoniæ vocum, ac compositionis musices causis operam impendere debet; quæ quidem omnia corpora sunt, vel summam quidem cum sensibili materia relationem habent.

Τί ἐστι μαθηματική

Μαθηματική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῷ νοήσει τε καὶ αἰσθήσει καταλαμβανομένῳ πρὸς τὴν τῶν ὑποπιπτόντων δόσιν. Ἤδη δὲ χαριεντιζόμενός τις ἅμα καὶ τοῦ σκοποῦ τυγχάνων μαθηματικὴν ἔφη ταύτην εἶναι,

Quid sit mathemathica?

Mathematica est scientia theorica rerum quæ intelligentiæ et sensuum captu percipiuntur, earum ut aliis notitia tradatur. Facetus quidam, successu elatus, mathematicam dicit esse hanc scientiam, quæ

Ἠ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρα καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. C
Hom. *Iliad.* IV, 442 et 443.

Parva metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.
(Virg. *Æneid.* IV, 176, 177).

Ἄρχεται μὲν γὰρ ἀπὸ σημείου καὶ γραμμῆς, εἶτα ἐξ ἐπιπέδων τὴν οὐρανοῦ καὶ συμπάντων ἀσχολεῖται πραγμάτων.

Incipit enim a puncto et linea, mox cœlum ipsum ac omnia amplectitur.

Πόσα μέρη μαθηματικῆς;

Τῆς μὲν τιμιωτέρας καὶ πρώτης ὁλοσχερέστερα μέρη δύο ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρία. Τῆς δὲ περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀσχολουμένης ἓξ· ἡ λογιστική, γεωδεσία, ὀπτική, κανονική, μηχανική, ἀστρονομική. Ὅτι δὲ τὸ τακτικὸν καλούμενον οὔτε τὸ ἀρχιτεκτονικόν, οὔτε τὸ ἠμῶδες μουσικόν, ἢ τὸ περὶ τὰς φύσεις, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὁμωνύμως καλούμενον μηχανικόν, ὡς οἴονταί τινες, μέρη μαθηματικῆς εἰσι, προϊόντος τοῦ λόγου σαφῶς τε καὶ ἐμμεθόδως δείξομεν.

Quot mathematicæ partes?

Nobilioris quidem et prioris mathematicæ partes præcipuæ duæ sunt: arithmetica scilicet et geometria. Mathematicæ vero quæ sensibilia amplectitur sex partes adsunt, scilicet computatio, geodesia, optica, musica, mechanica, astronomia; quod autem neque tactica, neque architectura, neque vulgaris musica, neque physica, neque etiam ars illa quæ homonyme vocatur mechanica, mathematicæ sint partes, ut D quidam credunt, infra sermonis lucidus ordo demonstrabit.

Ὅτι ὁ κύκλος ἔχει στερεὰς μὲν η', ἐπίπεδα δὲ ἕξ, γωνίας δὲ δ'.

Quod circulus habet solida octo, superficies sex, angulos quatuor.....

Τίνα τίσι προσεγγίζει τῶν μαθημάτων;

Συνεγγίζει μᾶλλον τῇ μὲν ἀριθμετικῇ ἡ λογιστικὴ καὶ ἡ κανονική· καὶ γὰρ αὕτη ἐν ποσότητι λαβοῦσα κατὰ λόγους, ἀριθμοὺς καὶ ἀναλογίας πρόσεισι. Τῇ δὲ γεωμετρίᾳ ἡ ὀπτικὴ καὶ ἡ γεωδεσία. Ἀμφοτέραις δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ἡ μηχανικὴ καὶ ἡ ἀστρολογική.

Quæ quibus mathematicæ partibus proxima?

Arithmeticæ propiores sunt computatio et musica; hæc enim quantitatis particeps secundum rationes, numeros et analogiam illi appropinquat. Geometriæ vero viciniores optica et geodesia. Ambabus autem proximæ mechanica et astrologia.

Ὅτι ἡ μαθηματικὴ τὰς ἀρχὰς μὲν ἔχει ἐξ ὑπόθεσεως καὶ περὶ ὑπόθεσιν. Λέγεται δὲ ὑπόθεσις τριχῶς

Quod mathematica principia habet ab hypothesi et circa hypothesin. Dicitur hypothesis triplex, vel

Digitized by Google

etiam multiplex. Juxta primum modum hypotheseon dramatica peripetia est : sic Euripidis tragœdiæ hypotheses esse dicuntur. Juxta secundam significationem in rhetorica reperitur rerum in specie disquisitio, secundum quam sophistæ dicunt ponendam esse hypothesin. Juxta tertiam significationem hypothesis dicitur principium demonstrationis, petitio rerum in probationem alicujus argumenti. Sic, ut perhibent, Democritus hypothesi usus est, atomis scilicet et vacuo ; Asclepiades materia et poris ; mathematica ergo juxta tertium sensum hypotheseon accipitur.

Quod arithmeticam non solus coluit Pythagoras, sed etiam celeberrimi ejus discipuli, qui dicere solebant :

Omnia conveniunt numero....

Quod finem quidem habet proximum principaliter arithmetica scientiarum theoriam, qua nullus finis major aut pulchrior est. Consequens autem finis est colligere simul quidquid in substantia definita invenitur.

Quis aliquid invenit inter mathematicos?

Ut Eudemus narrat, in *Astrologia* sua, Œnopides invenit primus zodiaci circulum, et anni magni conversionem ; Thales solis eclipsim, et cursum ejus inter tropicos, semper sui dissimilem ; Anaximander terram esse corpus libratum in aere, et circa mundi axem moveri ; Anaximenes lunam a sole lumen accipere, et modum defectus ejus ; cæteri vero his olim inventis inventa alia addiderunt.

Quod primo sidera fixa moventur circa axem per polos transeuntem ; secundo quod errantia sidera circa perpendicularem axem zodiaci sese fugiunt ; quod demum fixorum et errantium siderum axis, pentedecagoni latus est, quod habet gradus viginti quatuor.

A ἡ καὶ πολλαχῶς. Καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἡ δραματικὴ περιπέτεια, καθ' ὃν λέγονται εἶναι ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου δραμάτων. Καθ' ἕτερον δὲ σημαινόμενον ἡ ἐν ῥητορικῇ τῶν ἐπὶ μέρους ζήτησις, καθ' ὃν λέγουσιν οἱ σοφισταὶ θετέον ὑπόθεσιν. Κατὰ δὲ τρίτην ὑποβολὴν ὑπόθεσις λέγεται ἡ ἀρχὴ τῆς ἀποδείξεως, αἴτησις οὖσα πραγμάτων εἰς κατασκευήν τινος. Οὕτω μὲν λέγεται Δημόκριτον ὑποθέσει χρῆσθαι ἀτόμοις καὶ κενῷ, καὶ Ἀσκληπιάδης ὄγκοις καὶ πόροις. Ἡ οὖν μαθηματικὴ περὶ τὴν τρίτην εἴληται.

Ὅτι τὴν ἀριθμητικὴν οὐ μόνος ἐτίμα Πυθαγόρας, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτου γνώριμοι ἐπιλέγοντες·

.... *ἀριθμῷ δὲ τε παντ' ἐπέοικεν.*

B

Ὅτι τέλος μὲν ἔχει ἀκόλουθον ἀριθμητικὴ κυρίως μὲν, τὴν ἐπιστημονικὴν θεωρίαν ἧς οὐδὲν τέλος οὔτε μεῖζον οὔτε κάλλιόν ἐστιν. Ἑπομένως δὲ, συλλήβδην καταλαβεῖν πόσα τῇ ὡρισμένῃ οὐσίᾳ συμβέβηκεν.

Τίς τι εὗρεν ἐν μαθηματικοῖς ;

Εὔδημος ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἀστρολογίαις, ὅτι Οἰνοπίδης εὗρε πρῶτος τὴν τοῦ ζωδιακοῦ διάζωσιν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου ἐνιαυτοῦ περίστασιν. Θαλῆς δὲ ἡλίου ἔλλειψιν καὶ τὴν κατὰ τροπὰς αὐτοῦ περίοδον, ὡς οὐχ ἴση ἀεὶ συμβαίνει. Ἀναξίμανδρος δὲ ὅτι ἐστὶν ἡ γῆ μετέωρος καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον. Ἀναξιμένης δὲ, ὅτι ἡ σελήνη ἐκ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς καὶ τίνα ἐκλείπει τρόπον. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐξευρηC μένοις τούτοις ἐπέταξαν ἕτερα.

Ὅτι οἱ ἀπλανεῖς κινοῦνται περὶ τὸν διὰ τῶν πόλων ἄξονα μένοντα, οἱ δὲ πλανώμενοι περὶ τὸν τοῦ ζωδιακοῦ πρὸς ὀρθὰς ὄντα ἄξονα αὐτῷ ἀπέχουσιν ἀλλήλων· ὅτι τὸν τῶν ἀπλανῶν καὶ τῶν πλανωμένων ἄξονα πεντεκαιδεκαγώνου πλευρὰν οἵ εἰσι μοῖραι εἰκοσιτέσσαρες.

CIRCA ANNUM DOMINI CCLX

THEOGNOSTUS ALEXANDRINUS

NOTITIA

(Galland., *Bibliotheca veterum Patrum*, III, Proleg. pag. xlix.)

I. *Cur Theognosti haud meminerint Eusebius et Hieronymus. Ejus tamen meminit cum laude Athanasius.*

II. *Scholæ Alexandrinæ præfuit post Pierium. De tempore quo claruit, disseritur. Sacrorum librorum interpretem egit. Scripsit* Hypotyposeon *libros* VII, *jam dudum deperditos. Horum summaria capita ex Photio proposita.*

III. *Iniqua de Theognosto Photii censura diluitur. Gregorii Nysseni de eodem scriptore locus expensus. Integra Theognosti fides prædicatur. Ejus* Hypotyposeon *fragmenta ex magno Athanasio descripta et exhibita.*

I. De Theognosto Alexandrino nihil Eusebius, nihil item Hieronymus. Et Hieronymum quidem tacentem haud mirari subit : qui videlicet *decem ecclesiasticæ Historiæ libros* ab Eusebio Pamphili con-

Digitized by Google

scriptos *maximo sibi adjumento fuisse* profitetur (1) in iis viris illustribus recensendis, qui ante sua tempora in Ecclesia floruere; ut propterea silente Eusebio siluerit et doctor maximus. At episcopi Cæsariensis suspectum videtur esse silentium; quippe, qui Arianorum fautor ac patronus, præterire consueverit quæ illius sectæ dogmata utcunque infringere potuissent, ut superius ex Photio (2) demonstravimus; adeoque immerito Caveo (3) et Fabricio (4) visum est iniquum Baronii judicium, quo Eusebium Theognosti, theologorum celeberrimi, nomen et scripta dolo malo prætermisisse pronuntiavit (5); quod nimirum τοῦ ὁμοουσίου strenuus fuisset assertor. Ejus tamen cum honoris præfatione semel iterumque meminit magnus Athanasius; cui dicitur (6) ἀνὴρ λόγιος, *vir disertus*, et (7) Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος, *admirandus ille ac studiosus Theognostus*.

A

II. Scholæ catecheticæ Alexandrinæ præfectum fuisse Theognostum post Pierium, ex Philippo Sidete (8) comperimus; adeoque pro Dodwelli rationibus (9) Caro imperante claruisse circa annum CCLXXXII. Origenis vero ipsum fuisse discipulum, vel saltem ejus operum studiosissimum, satis innuere Photius videtur (10). Proxime certe post Origenem exstitisse Theognostum ex eo colligimus, quod sanctus Athanasius utrumque conjungens, παλαιοὺς ἄνδρας, *priscos viros*, appellat (11).

Scripsit autem auctor noster plena dictione ac stylo perspicuo libros VII Institutionum theologicarum, jam diu deperditos; quorum inscriptionem ita refert idem Photius (12): Τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως καὶ ἐξηγητοῦ, Ὑποτυπώσεις. *Beati* Theognosti *Alexandrini, sacrorum librorum interpretis, Hypotyposes*. Et illam quidem vocem ἐξηγητοῦ scholæ catecheticæ præfecturam docendique munus publicum denotare, ipsumque operis titulum Ὑποτυπώσεις a Clemente decessore sumpsisse Theognostum, cum Dodwello existimamus. Singulorum vero librorum argumenta, eodem Photio recensente, sunt ejusmodi. Primo libro de Deo Patre egit, eumque esse rerum opificem, neque materiam illi coæternam esse demonstravit. Secundo necessitatem existentiæ Filii ostendit. Tertio Spiritum sanctum esse, argumentis evicit. Quarto de angelis et dæmonibus pertractavit. Quinto et sexto de Incarnatione Dei, eamque possibilem esse arguit. Ultimum denique *de Dei creatione* inscripsit.

B

C

D

III. Porro hæc referens Photius, complura in Theognosto reprehendit; quod Origenem assectatus, haud pauca ex ejus libris Περὶ ἀρχῶν hauserit, erronea plane atque a veritate aliena. Verum ab hac Photiana censura scriptorem nostrum vindicarunt viri docti, Georgius Bullus (13) et Prudentius Maranus (14): quorum prior et illud advertit, Photium præ acerrimo adversus Origenem odio, et in Theognostum ejus asseclam et defensorem fuisse iniquum; propterea que scripta ejus in malam partem accepisse, seu potius ab aliis accipi voluisse.

Non solum vero in Photii reprehensionem incidit Theognostus, sed in eo nonnulla quoque displicuisse Gregorio Nysseno compertum habemus. Sic enim ille contra Eunomium scribens (15): Καὶ οὐ μόνος ἐν τούτῳ πεπλάνηται κατὰ τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος Εὐνόμιος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τοῖς Θεογνώστῳ πεπονημένοις τὸ ἴσον εὑρεῖν, ὃς φησὶ τὸν Θεὸν τόδε τὸ πᾶν κατασκευάσαι, πρῶτον τὸν Υἱὸν οἷόν τινα κανόνα προϋποστήσασθαι. Id est: « Neque in hoc solus aberravit ad absurdam sententiam Eunomius; sed idem etiam reperire est in libris Theognosti, qui Filium a Deo, cum hoc universum constituere vellet, primum, veluti quamdam opificii normam, præsuppositum fuisse dicit. » Et hæc quidem Nysseni censura potior Photiana existimanda videtur. At illam diluit alter nostri catechetæ Alexandrini patronus (16): tum quia Theognostus ab Athanasio ut *Consubstantialis* defensor et testis, citatus est; tum quia ipsum illud testimonium quod refert Gregorius, Verbum describit, ut ideam illam et regulam, cujus ad exemplar omnia creavit.

Sed, ut dicta demum concludamus, quæ nonnulli veterum in Theognosto reprehensione digna putarunt, nihil de præclaro magni Athanasii judicio detrahere valent; qui hunc scholæ Alexandrinæ præfectum *virum admirandum* appellat, adeoque apprime orthodoxum fuisse perhibet. Ea enimvero quæ ex ejus libris deprompsit sanctus ille præsul Alexandrinus, quæque ex eo descripta suo loco protulimus, evincunt ejus testimonio premi Arianos, ipsumque palam prædicantem Filium ὁμοούσιον demonstrant.

(1) Hieron., præf. ad lib. *De viris illustr.*
(2) Phot., *Bibl.* cod. 127.
(3) Cav. *Hist. litt.* ad an. 283, tom I, pag. 147.
(4) Fabric., *Bibl. Gr.* tom. IX, pag. 408.
(5) Baron. ad ann. 109, § 59.
(6) Athan., *De Decret. Nic. syn.* num. 25, Opp. tom. I, part. I, pag. 250.
(7) Id. epist. 4, ad Serapion., num. 9, tom. I, part. II, pag. 702.
(8) Phil. Sid., Hist. Serm. 24 apud Dodw. ad Dissert. Iren. pag. 488.
(9) Dodw., l. c. in not. ad fragm. Phil. Sid., pag. 511.
(10) Phot. *Bibl.* cod. 106.
(11) Athan., l. c. pag. 702.
(12) Phot. l. c.
(13) Bull., *Defens. fid. Nic.* sect. II, cap. 10 §§ 7-9, pag. 135, seq.
(14) Maran., *Divin. J. C.* lib. IV, cap. 24 §§ 1 et 2, pag. 551, seq.
(15) Greg. Nyss., lib. III contr. Eunom.
(16) Maran. l. c. cap. 25 § 1, pag. 557.

Digitized by Google

THEOGNOSTI FRAGMENTA

Ex libris VII *Hypotyposeon.*

I.

(*Ex libro* II. *Apud Athanasium De decret. Nicænæ synodi*, § XXV, *ex edit. BB. Paris.* 1698, *t.* I, *part.* I, *pag.* 230.)

Non extrinsecus adinventa est Filii substantia, neque ex nihilo educta; sed ex Patris substantia nata est, ut lucis splendor et aquæ vapor. Neque enim splendor aut vapor, ipsa aqua vel ipse sol est; neque rursus aliquid est alienum, sed est aliquid emanans ex Patris substantia; ita tamen ut nullam divisionem eadem Patris substantia sit perpessa. Ut enim sol idem manens, radiis ab ipso profluentibus non minuitur; ita neque Patris substantia mutationem ullam patitur, cum Filium suum ipsius imaginem habet.

Οὐκ ἔξωθέν (17) τις ἐστὶν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ Υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμίς. Οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμὶς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος· οὔτε ἀλλότριον, ἀλλ' ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομεινάσης τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. Ὡς γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς, οὐ μειοῦται ταῖς ἐκχεομέναις ὑπ' αὐτοῦ αὐγαῖς· οὕτως οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ Πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν, εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν Υἱόν.

II.

Apud Athanasium epist. 4, *ad Serapionem*, § 11, *tom. I, part.* II, *pag.* 703.

Theognostus autem hæc adjicit: Qui primum et secundum terminum transgressus est, minori supplicio dignus videri possit: qui autem tertium contempserit, non ulterius veniam consequetur. *Primum autem terminum et secundum ait, doctrinam de Patre et Filio acceptam; tertium vero, verbum in initiatione et in participatione Spiritus traditum. Quod confirmare volens, adducit illud discipulis a Salvatore dictum:* « *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus sanctus, docebit vos* [1]. »

Ὁ δὲ Θεόγνωστος καὶ αὐτὸς προστιθεὶς φησὶ ταῦτα· Ὁ πρῶτον παραβεβηκὼς ὅρον καὶ δεύτερον, ἐλάττονος ἂν ἀξιοῖτο τιμωρίας· ὁ δὲ καὶ τὸν τρίτον ὑπεριδὼν, οὐκέτι ἂν συγγνώμης τυγχάνοι (18). *Πρῶτον δὲ ὅρον καὶ δεύτερόν φησι τὴν περὶ Πατρὸς* (19) *καὶ Υἱοῦ κατήχησιν· τὸν δὲ τρίτον, τὸν ἐπὶ* (20) *τῇ τελειώσει καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος μετοχῇ παραδιδόμενον λόγον. Καὶ τοῦτο βεβαιῶσαι θέλων, ἐπάγει τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον τοῖς μαθηταῖς·* « *Ἔτι* (21) *πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὔπω δύνασθε χωρεῖν. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διδάξει ὑμᾶς.* »

III.

Ibidem.

Deinde ait (Theognostus): Sicut eos qui perfecta nondum capere possunt alloquitur Salvator, ad illorum sese parvitatem demittens; cum perfectis autem Spiritus sanctus versatur; neque tamen quis ideo dixerit, Spiritus sancti doctrinam Filii doctrinam superare; sed quod Filius quidem sese demittat ad imperfectos, Spiritus vero sanctus si-

Εἶτά φησιν· Ὥσπερ τοῖς μηδέπω χωρεῖν δυναμένοις τὰ τέλεια διαλέγεται ὁ Σωτὴρ, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ σμικρότητι· τοῖς δὲ τελειουμένοις συγγίνεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδέπου τοῖς ἐκ τούτων ἂν φαίη τὴν τοῦ Πνεύματος διδασκαλίαν ὑπερβάλλειν τῆς τοῦ Υἱοῦ διδαχῆς· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς συγκαταβαίνει τοῖς ἀτελέσι, τὸ δὲ Πνεῦμα σφραγίς ἐστι τῶν

[1] Joan. XVI, 12, 13.

(17) *Οὐκ ἔξωθεν.* Huic fragmento sequentia præmittit Athanasius: Μάθετε τοίνυν, ὦ Χριστομάχοι Ἀρειανοὶ, ὅτι Θεόγνωστος μὲν, ἀνὴρ λόγιος, οὐ παρητήσατο τὸ *ἐκ τῆς οὐσίας* εἰπεῖν. Γράφων γὰρ περὶ Υἱοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν *Ὑποτυπώσεων*, οὕτως εἴρηκεν· *Οὐκ ἔξ.* « Discite igitur, o Christi hostes Ariani, Theognostum virum eruditum minime refugisse ab hac ipsa dictione *ex substantia.* Nam in secundo *Hypotyposeon* hæc de Filio scribit: *Non extrinsecus*, » etc.

(18) *Τυγχάνοι.* Sic codd. mss. Regius et Seguerianus. Basiliensis vero, τυγχάνῃ. Editi, τύχοι. MONTF.

(19) *Περὶ Πατρός.* Reg. et Seguer., περὶ τοῦ Πατρός. ID.

(20) *Τὸν ἐπὶ.* Τὸν deest in Reg. et Seguer. Mox Regius, Seguer., Angl., Gobler. et Felckmanni I, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος. Editi, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ Πνεύματος. ID.

(21) *Ἔτι.* Reg. et Seguer., ἐπεί. Paulo post in iisdem δέ deest post ὅταν. Ibidem Reg., Seguer., Gobler. et Felckmanni I, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Editi, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Hic autem Scripturæ locus, quoad sententiam tantum, non ad verbum ab Athanasio affertur. ID.

Digitized by Google

τελειουμένων· οὕτως οὐ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱὸν ἄφυκτός ἐστι καὶ ἀσύγγνωστος ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς ἀτελέσιν ἐστὶ συγγνώμη, ἐπὶ δὲ τοῖς γευσαμένοις τῆς οὐρανίου (22) δωρεᾶς καὶ τελειωθεῖσιν (23), οὐδεμία περιλείπεται συγγνώμης ἀπολογία καὶ παραίτησις.

A gillum sit perfectorum; sic non propter excellentiam Spiritus sancti præ Filio, inexpiabilis et citra veniam est blasphemia in Spiritum; sed quia imperfectis datur venia; iis vero, qui donum cæleste gustaverunt et initiati sunt [a], nulla veniæ relinquitur excusatio vel deprecatio.

Hebr. VI, 4.

(22) *Οὐρανίου*. Reg. et Seguer., ἐπουρανίου. Id.

(23) *Τελειωθεῖσιν*. Heb. VI, 4, quo procul dubio hic respexit Theognostus, legimus φωτισθέντας καὶ γευσαμένους, *eos qui fuerunt illuminati et gustaverunt*, etc. Hinc putaverim equidem eodem sensu dixisse Theognostum τελειωθεῖσιν, quo Apostolum φωτισθέντας, scilicet de baptizatis seu *illuminatis* locum esse accipiendum. Hac enim significatione utrumque verbum φωτίζεσθαι et τελειοῦσθαι fuisse a Patribus usurpatum, neminem latet. Vide sis Svicerum in *Thes. eccl.* v. Τελειόω et Φωτίζω.

CIRCA ANNUM DOMINI CCLX.

PIERIUS

CATECHISTA ALEXANDRINUS.

NOTITIA.

(Apud S. Hieronymum, lib. *De scriptoribus eccles.*, cap. 76.— Routh., *Reliquiæ sacræ*, t. II.)

Pierius, **Alexandrinæ** Ecclesiæ presbyter sub Caro et Diocletiano principibus (1), eo tempore quo eam Ecclesiam **Theonas** episcopus regebat, florentissime docuit populum (2), et in tantam sermonis diversorumque **tractatuum** (3), qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut *Origenes junior* vocaretur. Constat hunc **miræ ἀσκήσεως** et appetitorem voluntariæ paupertatis (4), scientissimumque dialecticæ et rhetoricæ

(1) Carus præfuit imperio ann. 282, 283. Diocletianus ab an. 284 ad 305. Theonas qui an. 265 Dionysio in episcopatu Alexandrino successit, defunctus est an. 300. Fabricius.

(2) Eusebius de Pierio, VII, 32: Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς σπανιωτάτους γενομένους ἴσμεν, τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον· Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο· ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι. καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος. Ὁ δὲ Μελέτιος, etc. Post Dionysium scholæ catecheticæ Alexandrinæ præfectum fuisse Pierium tradit Philippus Sidetes in fragmento quod ad calcem diss. in Irenæum publicavit H. Dodwellus. Et Photius cod. 119: Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν φασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων, καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἠγήσασθαι παιδευτηρίου. Fabricius. — De isthac vero Pierii præfectura dubitare se profitetur cl. Lardnerus, *De Fide hist. evang.*, p. II, lib. I, c. 24, propterea quod sileant de ea Eusebius et Hieronymus. Eidem viro cl. incerta quoque videtur Photii narratio, mox a me afferenda, qua dicitur Pierius, quem quidem Hieronymus Romæ siccam mortem obiisse significat, martyrium una cum Isidoro fratre subiisse suo. Vid. et de hac re Tillemont. in *Mém. eccl.* ad ipsum finem vol. IV. In litteris quidem Dionysii Alexandrini ad Fabium, scriptum exstat, Isidorum quemdam Ægyptium in vexatione Deciana pro Christo passum esse; utrum vero hujus Pierii is frater fuerit, necne, ignoro; certe, si res ita haberet, eodem simul tempore fratres martyrium haud passi sunt, cum Pierius Dionysio superstes fuerit. Atque fieri potest, ut templum illud domusque (hæ sunt, ni fallor, ædes sacræ minus amplæ), quæ Pierio atque Isidoro constructa fuisse narrat Photius, cod. 118, in illius quidem Isidori memoriam sacrata fuerint, in alius autem cujusdam Pierii honorem erecta, qui martyr esset. Ecclesiam quidem Alexandriæ exstitisse, quæ Pierii et Serapionis nominibus dicabatur, memorat Epiphanius hæres. 69, ab Hœschelio ad Photii locum indicatus. Serapionis autem martyris mentionem facit Dionysius in epistola jam laudata. Verumtamen omnes Ecclesias Alexandrinas martyrum nominibus appellatas fuisse, prohibet nos credere eodem loco Epiphanius, qui Ecclesias Dionysii et Theonæ episcoporum, non martyrum, inter alias recensuit. Itaque nuncupari Pierii ecclesia posset, etsi ille martyr non fuerit, et, Hieronymo id narrante, persecutioni, hæc est ultima illa, supervixerit.

(3) Ex his fuere duodecim libri Pierii de quibus Photius cod. 119, Palladius in *Lausiaca*, c. 12, narrat Ammonium plura potuisse memoriter recitare ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii. Fabricius.

(4) Euseb.: Ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο. Id.

Digitized by Google

artis, et post persecutionem (5) omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee (6), quem in vigilia Paschæ habitum ipse sermo demonstrat.

—

Fragmentum ex scripto quodam (7) Pierii in priorem S. Pauli ad Corinthios Epistolam. Hoc brevissimum attulit S. Hieronymus fragmentum in epist. 2 ad Pammachium, pro libris suis adversus Jovinianum.

Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc Epistolam (Ep. I ad Cor.), interpretati sunt; quorum Pierius, cum sensum Apostoli ventilaret atque edissereret, et proposuisset illud exponere : *Volo autem omnes esse sicut meipsum,* adjecit: Ταῦτα λέγων Παῦλος, ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. Tom. IV, pag. 243 ed. Benedictin.

—

De Pierii scriptis hæc Photius in Bibliotheca, cod. 119, p. 300, ed. Hœschel. Rothomagi 1653.

Πιερίου πρεσβυτέρου λόγοι διάφοροι

Lectum est Pierii presbyteri (quem una cum Isidoro fratre germano martyrii pro Christi nomine certamen subiisse, Pamphili quoque martyris in sacrarum litterarum studio doctorem, atque Alexandrinæ scholæ præfectum fuisse, ferunt), *volumen librorum duodecim.* Stylus illi clarus, ac perspicuus, et quasi sponte fluens, nihil exquisitum præ se fert, sed velut ex tempore fusus, placide ac leniter, sensimque decurrit. Enthymematis autem, si quis alius, maxime abundat. Plurima quoque præter ea quæ in Ecclesia hodie obtinent, veteri fortassis more, tradit. De Patre tamen et Filio pie credit, nisi quod substantias duas, totidemque naturas esse dicit; substantiæ et naturæ nomine (quantum ex iis, quæ hunc locum antecedunt et consequuntur, colligitur), pro hypostasi usus; non ita vero, ut qui Ario adhærent. Verumtamen de Spiritu sancto periculose nimis, atque parum pie docet; dum hunc inferioris

A Ἀνεγνώσθη βιβλίον Πιερίου πρεσβυτέρου, ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ (8) Ἰσιδώρῳ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαι φασιν ἀγῶνα· Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων· καὶ τοῦ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. Λόγους δὲ τὸ βιβλίον περιεῖχε δώδεκα. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ λαμπρὸς, ὥσπερ ῥέων τῷ λόγῳ, μηδέν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος. Ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμαλῶς τε καὶ λείως ἠρέμα φερόμενος. Τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος, γονιμώτατος. Πολλὰ δὲ ἔξω τῶν νῦν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καθεστηκότων, ἀρχαιοτρόπως ἴσως, ἀποφαίνεται, ἀλλὰ περὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εὐσεβῶς πρεσβεύει· πλὴν ὅτι οὐσίας δύο καὶ φύσεις δύο λέγει· τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὀνόματι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν ἐπομένων καὶ προηγουμένων τοῦ χωρίου, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ὡς Ἀρείῳ προσανακείμενοι, χρώμενος. Περὶ μέντοι τοῦ

B Πνεύματος ἐπισφαλῶς (9) λίαν καὶ δυσσεβῶς δογμα-

(5) Decennalem illam a Diocletiano incœptam.

(6) Scribit S. Hieronymus in Præfat. Osee.: *Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio hujus prophetæ die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali et diserto sermone profudit.* In epist. *Multa*, contra Vigilantium: *et in vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur.* In Matth. XXV: *Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum, unde reor et traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat exspectantes adventum Christi, et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem.* Adamantii autem et Pierii exemplaria citat Hieron. in Matth. c. XXIV. H. Gravius. — Jam diu autem est cum et ista in Oseam et cæteræ lucubrationes Pierii omnes interciderunt. Fabricius.

(7) *Et scripto quodam Pierii in priorem S. Pauli*, etc. Censet cl. Lardnerus in op. *De fide hist. evang.*, part. II, lib. I, cap. 54, nullum in Pauli Epistolam a Pierio scriptum commentarium, sed tantum ῥῆσιν Paulinam hic commemoratam in aliquo opere Pierium fusius sermone exposuisse. Fabricius autem in *Bibl. Græc.* lib. V, cap. 35, ubi de scriptoribus in Photii *Bibliotheca* censuræ subjectis agit, haud dubitare se ait, ex duodecim illis a Photio memoratis Pierii λόγοις fuisse hunc tractatum. Vid. paulo infra. Sed hæc Fabricii conjectura de Pierii quidem λόγοις incerta videtur.

(8) *Ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ*, etc. De Pierio hæc scripserat statim ante Photius in cod. 118, in quo recensetur Pamphili M. atque Eusebii *Apologia pro Origene :* Ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου. Μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ, τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφάνων, οἷς, ὥς φασι, καὶ νεὼς καὶ οἶκοι ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ἱδρύνθησαν. Sed de Pierii rebus adisis illa ad Hieronymum *De viris ill.* modo notata. Inscriptio interea seu titulus ejus operis, quod mox memorabitur, in duodecim tomos partiti, nisi idem illud Οἱ Λόγοι appellatum fuerit, intercidisse videtur.

C (9) *Περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς*, etc. Guillelmus quidem Berriman. in *Concionibus sacris de historia controversiæ Trinitariæ* lingua vernacula præclare scriptis, serm. 3, p. 134, Pierium defendens, negat hoc verisimile esse, in gravem ullum errorem de Spiritu sancto incidisse eum, qui de Filii quidem natura verum doceret. Opinatur porro secutus Bullum vir idem doctus, scripsisse Pierium, Spiritum S. minorem esse Patre et Filio eadem ratione, qua ipse Filius Patre minor a catholicis agnoscitur, nempe originis respectu. At vero, ut dicam quod res est, an Photium censemus, qui, quidquid ἀρχαιοτρόπως docuisset de Filii natura Pierius, nihil reprehendit in eo, voluisse eidem dicam scribere, quod periculose admodum et impie de Spiritu S. doceret, nisi revera in errore aliquo saltem verbo tenus Alexandrinus iste versatus esset? Quod quidem dixit, Spiritum S. *gloria* inferiorem esse Patre et Filio, hoc sequi existimare potuit Pierius, non respectu originis tantum, sed etiam ex œconomia, quæ dicitur redemptionis; sed aliqua tamen in scriptis ejus vereor exstitisse ab eo dicta perperam de Spiritu; neque id mirandum in eo, qui Origenem imitari vellet; cum periculose admodum circa Spiritum Dei philosophatum esse decus illud Alexandrinæ scholæ, probe norint omnes, qui in scriptis

Digitized by Google

τίζει. Ὑποδεδηκέναι γὰρ αὐτὸ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποφάσκει δόξης. Ἔχει δὲ χρῆσιν εἰς τὸν Λόγον (10), οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν*, δι' ἧς ἔστι παριστᾶν· ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ καὶ ἀτιμία, τοῦ πρωτοτύπου ἐστὶ τιμὴ ἢ πάλιν ἀτιμία. Ὑπαινίττεται δὲ οὗτος, κατὰ τὸν Ὠριγένους ὕθλον, καὶ προϋπαρξιν ψυχῶν. Ἔχει δὲ καὶ ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα καὶ τὸν Ὠσηὲ λόγῳ, περί τε τῶν ποιηθέντων χερουβὶμ τῷ Μωϋσεῖ, καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης (11)· ἐν οἷς τὴν μὲν ποίησιν αὐτῶν ὁμολογεῖ, οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα (12)· ὡς οὐδὲ τύπον ἄλλον ἔφερε μορφῆς, ἀλλὰ μόνον πτερύγων κενολογεῖ φέρειν αὐτὰ σχῆμα.

A esse gloriæ, quam sit Pater, et Filius, affirmat. Habet item testimonium quoddam in eo libro qui inscribitur *In Evangelium Lucæ*, ex quo demonstrare licet, imaginis honorem et irreverentiam prototypi esse honorem, sive irreverentiam. Obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas, indicat animas præexsistere. In eo vero libro, quem in Pascha et Oseam prophetam scripsit, agit quoque de cherubim a Moyse factis, et de Jacobi lapide, ubi factos quidem illos fatetur, at divinæ tantum providentiæ ratione fuisse concessos nugatur; quasi aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud [saltem illa fuerint] quæ facta sunt, neque enim, inquit, vestigium aliud præferebant alicujus formæ, [concessum esse nugatur, hæc in nulla re exstitisse aliorum instar, quæ facta sunt; cum neque effigiem aliam præ se ferrent formæ;] sed alarum duntaxat speciem fabulatur illos ferre.

legendis ejus versati sint. Hic ipse tamen Origenes in operibus suis, utinam Pierii quoque volumina ad nos pervenissent, non tantum sæpe de Spiritu S. conjuncte cum duabus alteris τῆς προσκυνητῆς Triadis personis (ipsius voces sunt in *Comment. in S. Joan. Evang.*) locutus est, verum etiam in loco, quem hic designabo, τὸ συναΐδιον Spiritus docuit. Cons. Origenis loc. apud Euseb. lib. I, *adv. Marcellum*, c. 4, p. 22 ed. Paris. Notabilia sunt verba Origenis de sanctis principiis, sive sermonibus de divinis personis, in homil. 5, in Jerem.

(10) *Εἰς τὸν Λόγον*. H. e. unum ex tomis ejus libri, qui a Photio lectus est; idemque venit dicendum de tractatu in Osee statim post memorato, etsi de hoc, tanquam si separatus et justus quidam liber esset, Hieronymus in libro *De viris ill.* locutus est.

(11) *Χερουβὶμ... τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης*. De cherubim opere Moysis adi capp. XXXV et XXXVII Exodi, de lapide vero a Jacobo posito post visos ab eo angelos ascendentes et descendentes, consulendum est cap. XXVIII Genesis. Hac in re quoque imitatus erat Pierius Origenem, duos illos seraphim apud Isaiam indicare Christum et Spiritum S. statuentem; quinimo interdum allegorias, ut alibi dixi, ita vecorde sectantem, ut veritatem litteræ,

B quæ vocatur, sacræ Scripturæ in rerus procul dubio vere gestis subvertat. Hoc tamen an fecerit Pierius magistrum suum secutus, an contra in perscrutando mystico, seu spirituali, nonnullarum certe Scripturarum sensu, pie ac sobrie versatus fuerit, nescio. Sed etiam Hieronymum video tantum insaniisse, ut scriberet ad Nepotianum in epistola *De vita clericorum*, historiam Davidis et Abisæ Sunamitis *figmentum esse de mimo vel Atellanarum ludicro*, si sequeris litteram. Apage vero hasce allegoristarum nugas, quibus propter nonnulla vere typica in sacra Scriptura, et alia quædam vel tropice prolata, vel ambiguæ interpretationis, magni alioqui viri, dum alios captare volebant, suam ipsorum famam læserunt. Mysterium autem hujusmodi expositionis videas ab Origene traditum cum alibi tum in lib. IV *De principiis*, cap. 1, § 15, sive cap. primo *Philocaliæ*, pag. 12 ed. Spenceri.

(12) *Ὡς οὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα*. Hœschelius vult legere ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερα, τ. γ. Atque additur istud, ὡς ἕτερον ἦσαν, in codicibus, quos affert in notis Hœschelius. Sed fortasse locus sanus est, cujus ibidem Latinam addidi interpretationem. In verbis sequentibus, ὡς οὐδὲ τύπον, particulam ὡς delet Hœschelius, quæ abest a quatuor codicibus.

Digitized by Google

CIRCA ANNUM DOMINI CCLX.

MALCHIO

ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTER.

NOTITIA.

(Galland., *Bibliotheca veterum Patrum*, III, Proleg. p. xxxix.)

I. Malchion, vir disertissimus, quo tempore claruit. Doctrina et eruditione præstans. Ecclesiæ Antiochenæ presbyter ordinatur. Acriter disputat adversus Paulum Samosatenum. Ejus memoria in Græcorum Menologiis recolitur.

II. Tempus inquiritur quo celebrata fuit posterior synodus Antiochena, ubi habita Malchionis disputatio. Pearsonii sententia de uno concilio Antiocheno evertitur.

III. Epistolam synodicam Malchion litteris consignasse perhibetur. Quo anno illam perscripserit auctor. Eadem ex Eusebio exhibita. Fragmenta ex Actis disputationis Malchionianæ subjecta.

I. Malchion, vir disertissimus, inquit Eusebius (1), ἀνὴρ τά τε ἄλλα λόγιος, circa Christi annum CCLXX claruisse comperitur. Græcorum litteris vehementer excultus, scholæ sophisticæ apud Antiochiam præfuit, sive, ut loquitur Hieronymus (2), *in eadem urbe rhetoricam florentissime docuit.* Neque vero doctrina solum et eruditione sæculari excelluit vir egregius, sed etiam ob eminentem Christianæ fidei sinceritatem, presbyterii honorem in ejus loci Ecclesia est consecutus : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως γνησιότητα, πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος.

Synodo Antiochenæ posteriori, quam postremam vocat Eusebius (3), τελευταίας συγκροτηθείσης — συνόδου, interfuit Malchion; in eaque adversus Paulum Samosatenum qui Ecclesiæ Antiochenæ episcopus Artemonis hæresim instaurarat, acriter disputavit, excipientibus cuncta notariis; solusque omnium occultos hominis sensus ac fraudes detegere valuit. Qua quidem ex confutatione tantam gloriam retulit noster auctor, inquit Valesius (4), ut ea de causa in Menologiis Græcorum die XXVIII Octobris consecrari meruerit.

II. Ex hac autem in tabulis Græcis consignata Malchionis memoria, existimaverim equidem celebratam fuisse hanc synodum anno CCLXIX desinente atque insequente prorogatam. Confirmatur vero A hæc temporis notatio ex epistola ejusdem concilii Dionysio pontifici Romano inscripta, sed reddita Felici ejus successori, quod ille supremum diem obierit sub finem Decembris ejusdem anni CCLXIX, ut superius ostensum (5). Idque iterum astruitur ex citata epistola synodica, ubi Patres de Firmiliano Cappadociæ antistite verba facientes : *Nunc quoque*, inquiunt (6), *venturus erat Firmilianus; et jam Tarsum usque pervenerat. Sed cum nos jam convenissemus, interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum exspectamus, abiit e vita.* Atqui Græci in Menologio die XXVIII Octobris S. Firmiliani Cæsareæ in Cappadocia episcopi festum diem agunt. Quare, ut jure arguit Pagius (7), si eo die Firmilianus ad superos transiit, tunc jam congre- B gata erat synodus Antiochena.

Atque ex his enimvero longo aberrasse Pearsonium colligimus, qui unicum tantum concilium Antiochenum in causa Samosateni coactum anno CCLXVI agnoscit; a quo propterea merito dissident vel sui contribules, Bullus (8) et Dodvellus (9), ut Tillemontium (10) aliosque omittamus. Neque advertit vir cætera doctus, hanc synodum qua de agimus, Eusebio *postremam* eapropter dictam ut modo vidimus, quod primæ videlicet meminisset (11), in qua *maxime eminuerunt Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus, Gregorius Thaumaturgus* aliique;

(1) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 29.
(2) Hieron., *De vir. illustr.*, cap. 71.
(3) Euseb., l. c.
(4) Vales. in not. ad Euseb., l. c.
(5) Prolegom., cap. 12; § 1.
(6) Epist. conc. Antioch., § 1. Vid. infr., pag. 558.
(7) Pagi, *Crit.* ad ann. 271, § 2.
(8) Bull., *Judic. Eccl. cath.*, cap. 3, § 7, pag. C 28.
(9) Dodw., Dissert. sing. ad opp. Pears. cap. 6, § 18, pag. 71.
(10) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. IV, not. 4 sur Paul de Samos., pag. 666.
(11) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 28.

Digitized by Google

quorum tamen alter mortem oppetierat, quo tempore coacta fuit *postrema*; alter vero in ejusdem actis nuspiam comparet, tum et ipse fortasse defunctus. Nimirum in priore, anno Christi CCLXIV celebrata, Samosatenus dogmatis sui novitatem occultare adnisus, indemnis evasit; in posteriore autem circa annum CCLXX habita, Ecclesiæ communione interdictus atque ab episcopali sede dejectus fuisse perhibetur.

III. Damnato itaque Paulo et Domno suffecto, Patres Antiocheni *unum*, ait Eusebius (12), *ex communi sententia ad Dionysium Romanæ urbis episcopum et ad Maximum Alexandrinum scripserunt epistolam*. Hanc autem epistolam synodicam litteris consignasse Malchionem, testis est luculentus Hieronymus (13): *Sed et alia*, inquit, *grandis epistola ex persona synodi, ab eo scripta ad Dionysium et Maximum, Romanæ et Alexandrinæ Ecclesiæ episcopos, dirigitur*. Neque mirum sane, antistites Antiochenos id muneris Malchioni detulisse, viro scilicet disertissimo; quique *suscepta disputatione adversus Paulum*, ut scribit Eusebius (14), *solus omnium occultos hominis sensus fraudesque detegere valuit*; ut propterea minime audiendi sint Caveus (15) et Fabricius (16), qui Hieronymi auctoritatem quodammodo elevare aggrediuntur: licet posterior melius consultus, sententiam deinceps mutarit, Malchionem ejusdem epistolæ synodicæ auctorem agnoscens (17). In quam quidem sententiam concessisse quoque cl. Harduinum (18), duce procul dubio Hieronymo, novimus.

Cæterum, cum tradat Eusebius (19), postremum istud Antiochenum concilium celebratum fuisse *temporibus Aureliani imperatoris*, quem quidem anno CCLXX circa mensem Aprilem Claudio II successisse cum Tillemontio (20) censemus; propterea eodem anno currente perscriptam fuisse a Malchione hanc synodicam epistolam existimamus, cum Dionysii Romani pontificis obitus nuntium Antiochiam nondum pervenisset.

Porro ejusmodi ecclesiasticæ antiquitatis monumentum ex Eusebio Valesiano descripsimus, additis quoque fragmentis ejusdem, ut videtur, epistolæ quæ apud Leontium Byzantium servantur (21). Præterea subjecimus ex eodem Leontio et Petro Diacono (22), quæ superant ex Actis disputationis habitæ a Malchione contra Samosatenum, cujus paulo ante meminimus.

MALCHIONIS
ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTERI
EPISTOLA

Ex persona Antiochenæ synodi perscripta, adversus Paulum Samosatenum.

—

I.

Apud Eusebium Hist. eccl. lib. VII, *cap.* 30.

Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, Ἕλενος καὶ Ὑμέναιος καὶ Θεόφιλος καὶ Θεότεκνος καὶ Μάξιμος· Πρόκλος· Νικόμας καὶ Αἰλιανός (23)· καὶ Παῦλος καὶ Βώλανος καὶ Πρωτογένης καὶ Ἱέραξ καὶ Εὐτύχιος καὶ Θεόδωρος καὶ Μαλχίων καὶ Λούκιος· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες

Dionysio et Maximo, et omnibus per universum orbem comministris nostris, episcopis, presbyteris et diaconis; et universæ Ecclesiæ catholicæ quæ sub cœlo est, Helenus et Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paulus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus et Malchion et Lucius; et reliqui omnes qui nobiscum sunt vicinarum urbium et provinciarum epi-

(12) Euseb., *Hist. eccles.* lib. VII, cap. 30.
(13) Hieron., *De vir. illustr.*, cap. 71.
(14) Euseb., l. c. cap. 29.
(15) Cav., *Hist. litt.* ad ann. 270, tom. I, pag. 136.
(16) Fabric., *Bibl. eccl.* in not. ad Hieron., pag. 161.
(17) Fabric., *Bibl. Gr.* tom. XI, pag. 346.
(18) Harduin., Concil. tom. I, edit. Venet. pag. 911, not. 1.
(19) Euseb. l. c. cap. 30.
(20) Tillem., *Hist. des emp.*, tom. III, not. 3 sur Aurel., pag. 532.
(21) Leont. Byz., lib. III contr. Nestor., sub fin.
(22) Petr. Diac., lib. *De incarnat.* ad Fulgent., cap. 6.
(23) Αἰμιλιανός. In codice Mazar., Fuket., Savil. et Med. Αἰλιανὸς legitur. Rufinus quoque Ælianum vocat, atque ita fere Nicephorus et Syncellus. Cæterum Athanasius, in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*, testatur in hac synodo 70 fuisse Patres, qui Paulum Samosatensem deposuerunt. VALES.

Digitized by Google

scopi, presbyteri ac diaconi, et Ecclesiæ Dei, charissimis fratribus in Domino salutem.

κλησίαι (24) τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

I. *Paucis deinde interjectis hæc subjungunt:* Scripsimus etiam ad complures episcopos longius dissitos; eosque hortati sumus, ut ad exitialis doctrinæ morbum curandum accederent. Nam et ad Dionysium Alexandrinum, et ad Firmilianum Cappadociæ antistitem, beatæ recordationis viros, litteras dedimus. Quorum ille scripsit quidem ad Antiochiam; sed erroris ducem ne salutatione quidem dignatus est; neque ad eum nominatim, verum ad universam Antiochensium Ecclesiam litteras suas direxit, quarum etiam exemplum hic subjecimus. Firmilianus vero cum bis Antiochiam venisset, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut testamur nos qui adfuimus, et alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutaturum se sententiam promisisset; credens ei Firmilianus, speransque sine ullo religionis nostræ probro atque dispendio rem optime posse constitui, distulit sententiam suam; deceptus scilicet ab homine, qui Deum ac Dominum suum negabat, et qui fidem quam antea profitebatur violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, et jam Tarsum usque pervenerat; quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam convenissemus, interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum exspectamus, abiit e vita.

A οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι· καὶ αἱ Ἐκ-

Τούτοις μετὰ βραχέα, ἐπιλέγουσι ταῦτα· Ἐπεστέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρεκαλοῦμεν πολλοὺς καὶ τῶν μακρὰν ἐπισκόπων, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας· ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας· καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, τοὺς μακαρίτας· ὧν ὁ μὲν ἐπέστειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας· οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ (25), ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ· ἧς καὶ τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν. Ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος, κατέγνω μὲν τῶν ἐκείνου καινοτομουμένων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι, καὶ B ἄλλοι πολλοὶ συνίσασιν· ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι, πιστεύσας καὶ ἐλπίσας ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας (26) τὸ πρᾶγμα εἰς δέον καταστήσεσθαι, ἀνεβάλετο παρακρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον ἀρνουμένου, καὶ τὴν πίστιν ἣν καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε μὴ φυλάξαντος. Ἔμελλε δὲ καὶ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διαβήσεσθαι· καὶ μέχρι γε Ταρσῶν ἦκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου αὐτοῦ κακίας πεῖραν εἰληφώς· ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνελθόντων ἡμῶν καὶ καλούντων καὶ ἀναμενόντων ἄχρις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔσχε τοῦ βίου.

II. *Deinde paulo post, cujusmodi fuerit hominis vita, exponunt his verbis:* Sed quoniam a fidei regula recedens, ad spuriam et adulterinam doctrinam se transtulit, hominis ab Ecclesia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus esset, nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepisset, aut artis ullius exercitio sibi comparasset; nunc ad incredibilem opulentiam pervenit per scelera ac sacrilegia, fratrumque concussiones; dum injuria affectos de-

Μεθ' ἕτερα δ' αὖθις τὸν βίον τοῦ αὐτοῦ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς, διαγράφουσιν ἐν τούτοις· ὅπου δὲ C ἀποστὰς τοῦ κανόνος (27) ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα δι δάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν· οὐδὲ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχός, καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν, μήτε ἐκ τέχνης ἤ τινὸς ἐπιτηδεύματος κτησάμενον, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν ταὶ ἱεροσυλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφοὺς (28), καταβραβεύων τοὺς ἀδικου

24) *Ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι.* Notanda est in primis hujus epistolæ inscriptio, quæ non solum episcoporum, sed presbyterorum et diaconorum, atque adeo plebis ipsius nomen præfixum continet; eodem plane modo in Actis Carthaginiensis synodi cui præfuit Cyprianus: *Cum in unum Carthagine convenissent episcopi plurimi, cum presbyteris et diaconis, præsente etiam plebis maxima parte*, etc. Idem legitur in concilio Eliberitano. VALES.

(25) *Οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ.* Falsa est igitur ac supposititia epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum Samosatensem, quæ edita est in tomo XI Bibliothecæ sanctorum Patrum una cum 10 propositionibus Pauli Samosatensis, et Dionysii ad eas responsionibus. Nam Patres quidem Antiocheni concilii affirmant Dionysium non dedisse litteras ad Paulum, sed tantum ad Ecclesiam Antiochensem. In illa autem epistola quæ Dionysii nomine publicata est, Dionysius bis Paulo scripsisse dicitur. Sed nec stylus illius epistolæ ac responsionis reliquis Dionysii scriptis respondet. Itaque opus illud adulterinum esse, ob eas quas dixi rationes mihi persuadeo, licet Baronius eam epistolam pro vera ac germana habuerit. ID.

(26) *Ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας.* Male hunc locum vertit Christophorsonus, qui Rufinum recte præeuntem sequi noluit. Vertit enim, *sine ulla verborum contumelia*, cum vertendum esset, *sine ulla religionis nostræ contumelia.* ID.

(27) *Ἀποστὰς τοῦ κανόνος.* Sic vocant Patres regulam fidei. Ita Eusebius in lib. IV, cap. 23, de Dionysio Corinthiorum episcopo loquens, τῷ τῆς D ἀληθείας παρίστατε κανόνι. ID.

(28) *Σείει τοὺς ἀδελφούς.* Duplici ratione concussionis crimen admittitur; aut cum terrore potestatis, magistratus vel miles aliquid exigit; aut cum per fraudem et calumniam, suffragii prætextu aliquid a quopiam elicitur, ut in lege 1, de calumniatoribus. Hoc secundum genus concussionis intelligunt Patres concilii Antiocheni. De primo genere concussionis loquitur Maximinus in epistola ad Sabinum, quam refert Eusebius in lib. IX, cap. 9. Nescio autem, cur tantopere refugerit Christophorsonus voces *concutere* et *concussiones*, cum tamen sint Latinæ, et a veteribus jurisconsultis crebro usurpatæ. Sed et in Evangelio ea vox habetur, ubi Joannes militibus ita præcipit: *Neminem concutiatis; contenti estote stipendiis vestris.* Apud Græcos antiquissimus est usus vocis σείειν eo sensu pro

Digitized by Google

μένους (29) καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ· ψευδόμενος δὲ καὶ τούτους, καὶ μάτην καρπούμενος (30) τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων· πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν (31). Οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ (32) καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδύμενος· καὶ δουκηνάριος (33) μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι· καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων ἅμα (34) βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος, τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δὲ ἑφεπομένων πολλῶν τὸν ἀριθμόν· ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας· οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερατείαν, ἣν μηχανᾶται δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν· καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιούτοις ἐκπλήττων· βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν (35) ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητής· σήκρητον δὲ (36), ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων· παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν, καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσί· καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις (37), μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις, ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις· τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν· καὶ ἐνορίζων· καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μεγαλορρημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης· ψαλμοὺς δὲ

cipit, promittens quidem sese illis accepta mercede opem laturum; fallens autem ipsos, et ex facilitate litigantium, qui, ut negotio liberentur, quidvis dare parati sunt, lucrum inaniter captans; et pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu et arrogantia supra modum elatus sæculares gerit dignitates, et ducenarius vocari quam episcopus mavult, per forum magnifice incedens; epistolas legens, ac dictans inter ambulandum palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine, partim præeuntium, partim subsequentium: adeo ut ex illius fastu et arrogantia, incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit. Neque item attinet examinare ambitiosam hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni studio consectatur; nihil aliud quam inanem gloriam captans, et pompam affectans atque hujusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam et tribunal et sublimem thronum, non ut Christi discipulus, sibi ipse construxit, et secretum, perinde ac sæculares magistratus, ita appellatum habuit. Ad hæc femur manu percutere, et tribunal pedibus pulsare solitus. Eos vero qui non laudarent, nec ut in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent; sed cum gravitate ac modestia, sicut in domo Dei decet, audirent, increpabat et contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis nostræ doctores jam vita functos petulanter in concione

calumniari. Sic enim Aristophanes et Teleclides loquuntur, teste Suida in voce σεῖσαι. Vales.

(29) *Καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους*. Langus vertit, *præmia accipiens*, non male. Utitur hac voce Paulus in Ep. ad Colossenses cap. III. Id.

(30) *Μάτην καρπούμενος*. Vox μάτην referenda est non ad Paulum ipsum qui hac arte pecuniam corradebat, sed ad litigantes, qui pecuniam suam quam Paulo dederant ut suffragium suum ipsis commodaret, perdebant absque ullo fructu. Id.

(31) *Πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν*. Hæc verba desumpta sunt ex Epistola I ad Timotheum cap VI. Id.

(32) *Οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ*. In vetustissimo codice Mazar., Fuk. et Medic. legitur, καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ. Sed rectior est vulgata scriptura, quam Regius codex et Syncellus et Nicephorus confirmant. Hæc enim verba pendent ex superioribus. Id.

(33) *Δουκηνάριος*. De procuratoribus ducenariis vide quæ scripsit Salmasius in notis ad Historiam Augustam. Sic dicebantur procuratores, qui ducenta sestertia annui salarii nomine accipiebant a principe, ut clare docet Dio in lib. LIII, pag. 506. Id.

(34) *Ὑπαγορεύων ἅμα*. Post hanc vocem punctum in summo notatur tum in codice Regio, tum apud Nicephorum et Syncellum. Sed cum in codice Med. et Maz. nulla hic notetur distinctio, malim legere uno ductu, ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, etc. Certe Rufinus hunc locum ita legit atque intellexit, ut ex ejus versione apparet: *Nam et incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas relegens, atque in auditu omnium et oculis dictans*. Id.

(35) *Βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλόν*. Reprehendunt Patres Antiocheni concilii in Paulc episcopo Antiochiæ, non quod thronum habuerit. Hoc enim insigne erat episcoporum, ut in throno seu cathedra sederent. Qui mos jam inde an apostolicis temporibus invaluerat in Ecclesia. Certe Jacobi fratris Domini thronum Hierosolymis adhuc sua ætate servatum fuisse, testatur Eusebius in lib. VII, cap. 18. Id igitur in Paulo damnant memorati Patres, quod tribunal sibi exstrui curasset in ecclesia, et in eo thronum sublimem sibi statuisset. Recte itaque Rufinus hunc locum ita vertit: *In ecclesia vero tribunal sibi multo altius quam fuerat, exstrui, et thronum in excelsioribus collocari jubet*. Episcopi quidem sedebant in cathedra paulo altiore quam reliqui presbyteri, ut dicemus ad librum X. Sed tribunal non habebant. Postea vero invaluerunt absidæ gradatæ et exhedræ, de quibus Ambrosius loquuntur et Augustinus: quæ quidem a tribunali parum differebant. Id.

(36) *Σήκρητον δέ*. Hunc locum non intellexerunt interpretes Musculus et Christophorsonus. Secretum proprium erat magistratuum et majorum judicum: locus scilicet interior prætorii, cancellis munitus ac velis obpansis inclusus, in quo magistratus sedebant, dum reorum causas cognoscerent. Vide quæ notavi ad Amm. Marcellini lib. XV, pag. 87. In codice Mazar., Med. et Fuket. legitur σήκρητόν τε rectius, ut opinor. Sed mox legendum est παίων δέ, non ut vulgo editum est τε. Id.

(37) *Κατασείουσι ταῖς ὀθόναις*. Solebant olim in theatris spectatores in signum favoris oraria concutere. Vide quæ notavit Casaubonus ad Vopiscum in Aureliano, ubi Vopiscus dicit Aurelianum primum omnium oraria dedisse populo Romano ad favorem. Aurelianus igitur id acceperat ab Orientalibus, qui longe ante ipsum orariis ad eam rem utebantur, ut docet hic locus, et Philostratus in cap. 5 lib. I *De vita Apollonii*, loquens de Tarsensibus, et Dio libro LXI, in fine. Id.

Digitized by Google

lacerabat : de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam et impostor. Quinetiam psalmos in honorem Domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos et a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno Paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum et civitatum, nec non et presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent.

A τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις ῥῖξειεν. Οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν (38) τε καὶ πόλεων καὶ πρεσβυτέρους, ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι διαλέγεσθαι.

III. Etenim Filium Dei e cœlo descendisse, nobiscum confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertione nostra, sed ex ipsis quæ ad vos misimus Gestis non semel declaratur : maxime vero, ubi dicit Jesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in ejus honorem psalmos canunt, et coram populo eum deprædicant, ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e cœlo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet; sed interest ipse, cum dicuntur. Quid hic referre attinet subintroductas, ut Antiocheni vocant, mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est et quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat; utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquitur, accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei causa ab iis qui talia concupiscunt, amatur atque suspicitur. Quid, inquam, attinet hæc scribere? Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum et universum clerum bonorum operum exemplum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum contubernio partim in præceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiam si quis concesserit, ni-

B Τὸν μὲν γὰρ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων (39) δείκνυται πολλαχόθεν· οὐχ' ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν (39*). Οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγχωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι. Καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος. Τὰς δὲ συνεισάκτους (40) αὐτοῦ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας, ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ· ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν· ἐφ' ᾧ πρὸς τῶν τὰ τοιαῦτα ζηλούντων φιλεῖται καὶ θαυμάζεται· τί ἂν ταῦτα γράφοιμεν; Ἐπιστάμεθα δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων· καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον· οἱ δ' ὑποπτεύθησαν· ὥστ' εἰ καὶ δοίη (41) τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται. Πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυ-

C

D

(38) *Ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν.* Chorepiscopos intelligere videtur. Eos enim distinguit epistola ab episcopis urbium. Hos igitur in concionibus ad populum, similia ac mulieres illas psaltrias, de Paulo dixisse asserunt Patres : quod Christophorsonus non intellexit. VALES.

(39) *Ὑπομνημάτων.* Quod supra observavimus, errare vulgo interpretes in hujus vocis explicatione, id perspicuum fit hoc loco. Nam et Langus et Musculus et Christophorsonus *commentarios* interpretati sunt; cum *acta* seu *gesta* vertere debuissent. Acta autem illa synodi Antiochenæ nihil aliud erant, quam disputatio Malchionis adversus Paulum Samosatenum, quæ a notariis excepta fuerat, ut supra dixit Eusebius. Ex iis Actis testimonia quædam profert Leontius Byzantius in libro III contra Nestorium, eaque distinguere videtur a disputatione Malchionis contra Paulum : ubi etiam doctus interpres *commentarios* vertit. ID.

(39*) Supple γεγενῆσθαι. EDIT. PATROL.

(40) *Συνεισάκτους.* Quid essent συνείσακτοι mulieres, jam pridem notavit Joannes Langus, vir doctissimus, ad librum VI Nicephori, cap. 30, et post illum B. Rhenanus ad lib. VII Rufini. Quorum doctis observationibus nihil est, quod addamus. Hujusmodi mulieres a clericis vulgo sorores vocabantur. Id me docuit canon 3 concilii Nicæni, qui in vetustissimo codice Corbeiensi hanc habet inscriptionem : *De subintroductis, id est adoptivis sororibus.* Ex quibus explicanda est lex Honorii 44, in codice Theodos. de episcopis et clericis. *Eum, qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet*, etc. Sic etiam devotæ Deo virgines quosdam sibi extraneos adjungebant, quos fratres vocare consueverant. Quam nequitiam perstringit Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis : *Frater sororem virginem deserit. Cælibem spernit virgo germanum; fratrem quærit extraneum. Et cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spiritale solatium, ut domi habeant carnale commercium.* Dicebantur etiam commanentes ejusmodi mulieres. Sic enim inscribitur canon ille concilii Nicæni in vetustissimo codice C. Justelli *De commanentibus.* Agapetas quoque eas vocabant, teste Hieronymo in dicta epistola, ubi acerrime in eas invehitur. VALES.

(41) *Ὥστε καὶ εἰ δοίη.* Rectius in codice Maz., Fuk. et Med. legitur ὥς τ' εἰ καὶ δοίη. Atque ita Nicephorus et Syncellus, nisi quod apostrophen non habent. ID.

Digitized by Google

ναικὶ, μὴ ὀλισθῇ φυλαττόμενον ὡς γέγραπται (42)· ὅστις μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ ἐτρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ· κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει· καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιπλάμενος (43);

A hil ab eo turpe committi, suspicionem tamen quæ inde nasci solet, vitari oportebat; ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. Quo enim modo increpabit alium et admonebit, ut a frequentiori mulieris consuetudine ab

sineat, ne forte corruat, sicut scriptum est, is, qui unam quidem jam dimisit, duas vero ætate florentes et forma conspicuas secum habet, et quocunque proficiscitur, circumducit; idque delicii s diffluens et epulis sese ingurgitans?

Οὐκ ἐνεκα στενάζουσι μὲν καὶ ὀδύρονται πάντες καθ' ἑαυτούς· οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηνται, ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾷν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς προειρήκαμεν, εὔθυνεν ἄν τις τὸν ἄνδρα, τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα, καὶ συγκαταριθμούμενον ἡμῖν· τὸν δὲ ἐξορχησάμενον (44) τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύοντα (45) τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ (τί γὰρ οὐ χρὴ μόλις τὸν πατέρα αὐτοῦ δηλῶσαι;) οὐδὲν δεῖν ἡγούμεθα τούτων τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν.

IV. His de causis omnes quidem apud se privatim ingemiscunt atque suspirant; sed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accusare illum non audeant. Verum de his, sicut antea diximus, examinaverit fortasse aliquis et in judicium vocaverit hominem catholicæ professionis, nobisque fidei ac ministerii societate conjunctum. Ab hoc B vero, qui prodito atque ejurato religionis nostræ mysterio, et ad exsecrandam transgressus hæresim Artemæ (quidni enim parentem illius vobis tandem

indicemus?) in ea se plurimum jactavit; ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam esse non existimamus.

Εἶτ' ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς, ταῦτ' ἐπιλέγουσιν· Ἠναγκάσθημεν οὖν ἀντιτασσόμενον αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ μὴ εἴκοντα ἐκκηρύξαντες, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον, Θεοῦ προνοίᾳ ὡς πεπείσμεθα. τὸν τοῦ μακαρίου (46) Δημητριανοῦ καὶ ἐπιφανῶς προστάντος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροικίας υἱὸν Δόμνον, ἅπασι τοῖς πρέπουσιν ἐπισκόπῳ καλοῖς κεκοσμημένον· ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, καὶ τὰ παρὰ τούτου κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα (47). Τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ C οὕτως ἐπιστελλέτω· καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες τούτῳ κοινωνείτωσαν.

V. *In fine autem epistolæ hæc adjiciunt:* Hunc igitur Deo bellum indicentem, nec cedere volentem, cum a communione nostra abdicassemus, necesse habuimus alium ejus loco Ecclesiæ catholicæ episcopum ordinare, non absque divina, ut credimus, providentia: Demetriani scilicet beatæ memoriæ episcopi qui ante hunc magna cum laude eamdem rexit Ecclesiam, filium Domnum; virum omnibus quæ episcopum decent, dotibus exornatum. Quod quidem idcirco vobis significavimus, ut et ad eum scribatis, et ab eo communicatorias litteras accipiatis. Hic vero ad Artemam scribat, si lubet; et qui Artemam sectantur, cum eo communicent.

(42) *Ὡς γέγραπται.* Intelligit locum, qui habetur in cap. XXV Ecclesiastici, aut certe locum ex cap. VI Proverbior. VALES.

(43) *Ὑπερεμπιπλάμενος.* Melius in codice Maz. et Fuk. scribitur ὑπερεμπιμπλάμενος, quam vocem non intellexerunt interpretes. Arguunt Patres Paulum, quod formosas mulieres semper secum haberet; idque luxu diffluens, et vino atque epulis sese ingurgitans, quæ libidinis incentiva sunt. ID.

(44) *Ἐξορχησάμενον.* Valesius ita interpretatur quasi in aliquo codice legisset ἐξορχισάμενον. *Ex corrigendis ad calcem edit. Cantabr.*—Lectionem quidem vulgatam exhibent quoque Syncellus et Nicephorus: sed vim vocis ἐξορχησάμενον satis expressit Valesius verbis illis *prodito mysterio.* Interpretationem confirmat Budæus ex Luciano, et Synesio in *Comment.* L. G. v. Ἐξορχεῖσθαι. De aliis hujus vocis acceptionibus vide sis Hesychium edit. noviss. v. Ἐξορχήσομαι, ubi tamen præter rem ex nostra epistola synodica locus iste laudatur. Neque omittas velim Harpocrationem v. Ἐξορχησάμενος· ad quem item locum plura noster Valesius. Adi quoque, si lubet, Suidam v. Ἐξορχησάμην.

(45) *Ἐκπομπεύσαντα.* Nicephorus et Syncellus habent ἐμπομπεύσαντα. Sed in codice Maz., Fuk. ac Medic., ἐμπομπεύοντα scribitur rectius. Cæterum in hujus loci versione corrigendus est Rufinus hoc modo: *Hic vero, qui abjurato fidei mysterio ad pollutissimam se Artemæ hæresim contulit.* Et paulo post ubi leguntur hæc verba: *Hic vero, qui indignus habitus est esse in Ecclesia catholica, anathema scribatur.* Lego *Artemæ scribat,* ut fere scriptum habent duo vetustissimi codices. Ex quibus etiam sequentia corrigenda sunt in hunc modum: *Artemæ scribat, et illius hæresis sectatores ei communicent.* Sic enim habet Græcum exemplar epistolæ, ex quo hæc conversa sunt. Atque ita diserte scriptum habet vetustissimus codex Rufini in bibliotheca S. Germani. VALES.

(46) *Τοῦ μακαρίτου.* In codice Med., Fuk. et Maz. et apud Nicephorum et Syncellum legitur τοῦ μακαρίου, nec multum refert, utro modo scribatur. ID.

(47) *Παρὰ τούτου τὰ κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα.* Communicatorias litteras vocant Latini, quarum usus est antiquissimus in Ecclesia. Easdem etiam *formatas* dixerunt, ut testatur Augustinus in D epistola 163. Duplex autem fuit earum genus. Aliæ enim clericis et laicis peregrinaturis dabantur, ut a peregrinis episcopis ad communionem admitterentur. Aliæ erant, quas episcopi testandæ communionis suæ causa ad alios mittebant episcopos, et quas ipsi vicissim ab aliis accipiebant: de quibus hic loquitur synodus. Eæ autem paulo post ordinationem mitti solebant a recens ordinatis episcopis. De his intelligendus videtur Augustinus in epistola 162, Cyprianus in epistola ad Cornelium pag. 92, denique epistola synodica concilii Sardicensis. Si quis tamen cuncta hæc loca de formatis etiam intelligere voluerit, equidem non repugnabo. Porro notanda est hoc loco diligens cautela sanctorum Patrum, qui deposito hæretico sacerdote, nomen catholici episcopi qui in ejus locum substitutus fuerat, cunctis episcopis significant; ut scilicet sciant a quo ecclesiasticas litteras accipere, et ad quem scribere debeant. Eamdem ob causam Cyprianus misit Cornelio papæ nomina catholicorum epi-

Digitized by Google

II.

Fragmenta Epistolæ, ut videtur, ejusdem *Synodi Antiochenæ*, ejus videlicet partis quam constat fuisse ab Eusebio prætermissam.

Apud Leontium Byzantium, lib. III *contra Nestor., sub finem.*

Ait igitur in commentariis (de Paulo loquuntur) servare dignitatem sapientiæ.

Et post alia :

Si autem secundum formationem et generationem copulatus erat, homini hoc accidere. *Et rursus :* Non enim congeneratam fuisse cum humanitate A sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundum qualitatem.

Et post alia :

Quid autem vult dicere aliam esse et diversam formationem Christi a nostra, volentibus nobis in hac maxima una re differre ipsius constitutionem a nostra, quod scilicet in ipso sit Verbum quod in nobis homo interior (48).

Et postea :

Si dicere habitasse in eo sapientiam, sicut in nullo alio, hoc modum quidem inhabitationis eumdem declarat, mensura vero et multitudine excellit : verbi gratia, duplo plus, aut quomodocunque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso a sapientia. Hoc autem nolunt catholici et ecclesiastici canones, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos ; ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse.

Et post alia :

Ac dicunt, non esse duos filios. Si autem Filius est Dei Jesus Christus ; Filius vero etiam sapientia ; et aliud est sapientia, et aliud Jesus Christus : duo sunt filii.

Et postea :

Copulationem (49) vero cum sapientia aliter intellige, secundum disciplinam et participationem ; B non autem secundum substantiam in corpore formatam.

Et post alia :

Neque Deus qui corpus humanum ferebat et induerat, passionum humanarum principaliter expers erat ; neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat, et per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre ; et secundario (50) Deus erat in ventre συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id est, copulata substantia ejus cum homine.

III.

Ex Actis disputationis habitæ a Malchione contra Paulum Somosatenum.

Apud Petrum Diaconum lib. De Incarnat. ad Fulgentium, cap. 6.
Inter opera S. Fulgentii epist. 16.

Ex simplicibus (1) fit certe compositum, sicut in Christo Jesu, qui ex Deo Verbo et humano corpore quod est ex semine David, unus factus est, nequaquam ulterius divisione aliqua, sed unitate subsistens. Tu vero videris mihi secundum hoc nolle compositionem fateri ; ut non substantia sit in eo Filius Dei, sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quia sapientia dispendium patiatur, et ideo composita esse non possit : nec cogitas, quod divina sapientia sicut antequam se exinanisset, indiminuta permansit ; ita et in hac exinanitione quam gessit misericorditer, indiminuta atque C indemutabilis exstitit. Et hoc etiam dicis, quod sapientia habitaret in eo, sicut habitamus et nos in domibus, ut alter in altero (52) ; sed neque pars domus nos sumus, nec nostri pars domus est.

IV.

Ex iisdem Actis apud Leontium l. c.

Nonne ante dicebam, quod non concedis Filium unigenitum qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto Salvatore οὐσιῶσθαι, id est, unitum esse secundum substantiam ?

scoporum totius Africæ, ut scribit in epistola citata ad Cornelium. Patres quoque Sardicensis concilii eamdem adhibuerunt diligentiam. Sed et quoties mortuis episcopis alii in eorum locum fuerant ordinati, eorum nomina reliquis episcopis indicare consueverat ordinator, ut scirent ad quos scribere, et a quibus pacificas litteras accipere deberent, ut discimus ex Theophili epistolis paschalibus. VALES.

(48) *Nos dicimus, quod sicut homo exterior et interior sunt una persona ; sic Deus Verbum et humanitas assumpta sunt una persona, quod negat hic Paulus.* CAN.

(49) *Συνάφειαν, humanitatem aiebat Paulus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem.* CAN.

(50) *Secundario.* Κατὰ δεύτερον λόγον. TURRIAN.

(51) *Ex simplicibus.* Huic fragmento ista præmittit Petrus Diaconus : « Hinc etiam a sanctis Patribus adunatione ex divinitate et humanitate Christus Dominus noster compositus prædicatur. Quod nolens Paulus Samosatenus confiteri, damnatus est ab Antiocheno concilio, Malchione presbytero ejusdem Antiochenæ Ecclesiæ, viro per omnia eruditissimo, et ab universis sacerdotibus qui contra eumdem Paulum convenerant tunc electo ; qui summum disputationis certamen a concilio memorato suscipiens, ita eumdem hæreticum inter cætera redarguit, dicens : *Ex simplicibus,* » etc.

(52) *Ut alter in altero.* Editi Lovan. et Basil. *ut alter in altera.*

Digitized by Google

ANNO DOMINI CCLX.

S. HIPPOLYTUS

PORTUENSIS EPISCOPUS

MARTYR ET ECCLESIÆ DOCTOR

—

PROLEGOMENA

—

PRÆFATIONES EDITIONIS FABRICIANÆ

(Opp. S. Hippolyti, Hamburgi 1716-1718, 2 vol. in-fol.)

—

THEOLOGO CELEBRATISSIMO AC SUMME VENERANDO PRÆSULI
D. HENRICO PIPPINGIO
A CONSILIIS ECCLESIASTICIS ET CONCIONIBUS SACRIS PRIMARIIS
IN AULA REGIA ATQUE ELECTORALI DRESDENSI
S. D. JOANNES ALBERTUS FABRICIUS.

Etsi per quinquennium jam abes a communi patria nostra Lipsia, evocatus ex eadem magni Geieri exemplo in illud fastigium, unde velut de specula jam sub divina Christi statoris ἐπισκοπῇ *invigilas saluti tot Ecclesiarum; non dubito tamen te subinde adhuc meminisse natalis soli et dulcis patriæ, quæ te dimisit invita, nec non cum illa tibi quandoque redire in memorium quoque veteres amicitias, atque in his pristinum musarum contubernium, in quo per multos annos a primis fere unguiculis tam in scholis quam in academia conjuncti et iisdem usi doctoribus olim viximus, et non impigre una, præfiscini sit dictum, ad edita virtutis ac doctrinæ templa serena contendimus. Magna quibus jamdiu dividimur terrarum spatia non permittunt nobis tam frequentibus exinde litteris ut pridem coram sermonibus invicem colloqui; at amori et obsequio in te meo hinc nihil quidquam detractum, confido nec tuæ in me benevolentiæ, quam ab optimo sene parente tuo τῷ μακαρίτῃ, a quo e sacro baptismate susceptus ante hos septem et quadraginta annos sum, velut hæreditate acceptam mihi usque integram conservasti, atque porro, ut certissime mihi persuadeo, conservabis. Cum autem publicum aliquem vellem tibi, ac fide, teque dignum prædem sistere mei in te animi, antiquum constanter obtinentis tibique deditissimi, et monumentum aliquod statuere non tralatitium, ac propagaturum fortassis etiam ad posteros memoriam nostræ amicitiæ; sanctissimum antistitem ad hoc delegi Hippolytum, quem tu episcopus episcopum, nec annis magis quam doctrina ac meritis gravem, et sacro præterea quod pro Salvatore suo alacris obiit martyrio toti Ecclesiæ Christi venerabilem neutiquam aspernaberis. Ad Deum ter opt. max. precibus advolvor, ut Ecclesiæ prospiciat, patriam tueatur, te servet prosperetque lætis Ecclesiæ rebus et patriæ, tuisque ac tuorum.*

Scripsi Hamburgi III *Kal. Mart. anni* CIↃIↃCCXVI.

AD LECTOREM.

—

Cum ante hos quatuor annos in volumine quinto *Bibliothecæ* meæ *Græcæ* inter primæ ætatis venerandos Ecclesiæ doctores pervenissem ad S. Hippolytum, ejusque scriptorum traditurus notitiam, attentius ea perlustrassem, venit in mentem admirari, quare nemo adhuc lacera illius membra collegisset, et quod tot aliis longe inferiorum et temporum et meritorum scriptoribus impensum est multa cum laude studium, idem non datum esset huic S. Irenæi discipulo, et doctori tantæ vetustatis, tantæ auctoritatis. Ab illo tempore descendi eam in cogitationem, posse me hanc ab aliis neglectam spartam tentare, præ-

Digitized by Google

cipue postquam non sine dolore intellexi ven. ac præclarissimum virum, Joannem Millium, qui illam ornandam sibi sumpserat, poteratque egregie ornare, a vix in lucem emissa sacrorum Novi Fœderis librorum editione, admirandæ industriæ et judicii opere, spiritum emisisse et ex hac vita emigrasse. Itaque ratus spem omnem Hippolytea a Millio recognita et illustrata videndi, ipso defuncto, jam decollasse, et ignarus quousque vir ille egregius processisset, vel num intra voluntatem tantummodo ac conatum, morte superveniente, ipsius institutum substitisset, bibliopolæ nostro fui auctor, ut S. Hippolyti Opera sumptu suo excuderet, eique promisi studium ad illa recensenda et editionem eorum curandam meum haud defuturum. Cum addixisset, manumque admovissemus operi, et jam belle res procederet, ecce ex Anglia mihi nuntiatur clarissimum Leucoreæ academiæ doctorem Joannem Guilelmum Janum schedas Millianas spisso exaratas volumine, cum Oxoniæ superiore anno versaretur nactum, Hippolyti scriptis colligendis, expoliendis atque evulgandis insudare. Quid facerem? cum mihi jam non esset integrum amplius desistere ab incœpto, quod statim totum omississem et Millianis manibus libenter cessissem, præstantissimique Jani ingenio et industriæ lampada tradidissem gratulabundus, si in tempore de ejus consilio edoctus fuissem. Neque enim alia quæ agam mihi desunt, et cupidissime faveo famæ ipsius, ejusque similium, ac nihil magis jam pridem studeo evitare, quam ne cuiquam labore et studiis meis, si quis possit meliora in medium proferre, obstem vel remoram injiciam. Quod itaque necessario facere debui, telam quam cœperam texere, quanto valui intra tempus antenundinale, studio deduxi ad finem, et quæcunque potui reperire beati episcopi ac martyris λείψανα in hoc volumen congessi.

Primum locum dedi libro *De Antichristo*, cujus editionem Combefisianam recensui ad primam Parisiensem Gudianam anni 1661, e qua non pauca emendasse me, qui conferet reperiet. Multa enim operæ peccaverant, integrum quandoque comma omittendo. Combefisii notis, ineditas quasdam ejusdem Gudii (quem Gutbierium vocat, memoriæ errore vel calami vir clariss. Mich. le Quien ad Damascenum t. II, p. 781), et Tanaquilli Fabri quæ in epistolis ipsius exstant castigationes, cum paucis meis notulis adspersi. Veterum de illo libro testimoniis S. Hieronymi, Photii, auctoris Catenæ in prophetam Jeremiam, quæ pag. 1 seq., et Andreæ Cæsariensis, Aretæ, Nicephori, Honorii, Freculphi, etc., quæ pag. 34 exhibui, addes hoc S. Germani archiepiscopi CPol. in *Μυστικῇ θεωρίᾳ*, tomo II *Auctarii* Ducæani, pag. 148 : Τοῦτο καὶ Ἱππόλυτος Ῥώμης καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος λέγουσιν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λόγοις αὐτῶν, ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πενταχοσιοστῷ ἔτει τὴν μέλλουσαν παρουσίαν ἔσεσθαι. *Id et Hippolytus e Roma, et S. Cyrillus affirmant in libris suis de Antichristo, anno sexies millesimo quingentesimo futurum* (Christi) *adventum fore*. Illud item Joannis Damasceni in *Sacris paralletis* p. 781 : Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου, ἀλλὰ τούτων, etc.

Proximo loco sequitur monumentum illud marmoreum celeberrimum, in Romani portus vicinia anno 1551 effossum, quod inter præcipua ornamenta bibliothecæ Vaticanæ merito jampridem numeratur, ex quo in eam auspiciis Marcelli Cervini, cardinalis, postea inter pontifices max. Marcelli II nomine noti, relatum fuit. Hoc monumentum S. Hippolyti in cathedra sedentis cum *Canone paschali* et laterculo scriptorum ejus habes imprimis descriptum accurate triplici tabula ænea, quas clarissimis viris atque Italiæ eruditæ ocellis debes Franc. Blanchino atque Jo. Vignolio. Deinde *Canon* ille *paschalis* scriptorumque Hippolyteorum laterculus explicatius expressus atque ad prototypum diligentissime exscriptus Græce occurrit cum Latina laudati Blanchini versione. Sequuntur p. 59 seq. commentarii integri virorum doctorum, Josephi Scaligeri imprimis, qui ante cæteros omnes lucem insignem huic antiquo marmori attulit, atque illud separatim primum Lugduni Batavor. ann. 1595, deinde in iterata immortalis operis de emendatione temporum editione publicavit, in qua posteriore cum non pauca aliter quam in priore vir magnus ille tradiderit, utrasque ejus commentationes, ubi inter se differrent, apponendas duxi. Præter commentarios Scaligeri habes interspersa suis locis, præfixo cujusque nomine, illa omnia quæ in *Canonem* Hippolyti *paschalem* scripsere viri doctissimi Dionysius Petavius, Ægidius Bucherius, Jo. Dominicus Cassinus, et quæ ad laterculum scriptorum ejus illustrandum commentati sunt Stephanus imprimis le Moyne, tum Thomas Galeus, Eduardus Bernhardus, Guil. Caveus, nec non observationes quasdam Henrici Valesii atque Henrici Norisii, cardinalis eminentissimi.

Cum vero præter *Canonem paschalem* etiam *Demonstrationem temporum Paschatis* et *Chronicon* S. Hippolytus composuerit, testimonia veterum in quibus unius ex his tribus fit mentio, conjunctim dedi p. 42 seq., quibus ex pag. 66 addendus Gennadius est et Cyrillus Scythopolitanus in Vitis SS. Euthymii et Sabæ : nec omittendum quod ex Hippolyti *Homilia Dominicæ Paschæ* protuli pag. 279, servatum in consultatione V. concilii Lateranensis anni 642. In illis veterum testimoniis p. 45 exstat etiam fragmentum ex *libro primo Hippolyti de Paschate* quod laudat auctor *Chronici Paschalis* quod Alexandrinum vulgo appellant. Non debui autem, ubi Hippolytea recenseo, præterire antiquam versionem Latinam *Chronici*, quod ex multis indiciis ad Hippolytum retulere viri doctissimi; itaque illam pag. 49 dedi ex editionibus emendatioribus Labbeana et Cangiana, licet emendanda adhuc etiam sic multa satis in illa supersint, quæ tamen ipsa emendando fortasse facile etiam aliquis corrumpat, faciatque ut quomodo illa nomina tum temporis, quo Latinus interpres ille vixit, sive scripta sive corrupta fuerint, ignoretur.

Non potui pulchrius huic volumini decus afferre, quam si hisce adjungerem dissertationem integram viri acutissimi Franc. Blanchini de *Canone paschali* Hippolyti, quæ utut Romæ jam ann. 1703 lucem vidit, tamen ita raro in his oris conspicitur, ut inedita plerisque possit videri. Idem dixerim de eruditis disceptationibus quibus super anno primo imperii Severi Alexandri Aug. in cathedra marmorea Hippolyti memorato amice inter se contenderunt et adhuc contendunt principes hodie Italiæ ingeniorum, Virginius Valsechius, Phil. a Turre, et Jo. Vignolius; quorum lucubrationes Blanchinianæ subjunctas libenter ut confido evolves. Nam licet de argumento videri possint tractare sterili ac minuto, tamen cum voluptate et fructu non minore videbis in illis copiam elegantis, accuratæ et exquisitæ eruditionis certare cum perspicuitate et acumine, atque quod his omnibus magis etiam mihi placet, et tam belle decet eruditos homines, condiri usquequaque omnem hanc controversiam non conviciis atque maledicis latratibus, ut solent sese excipere e trivio canes, sed lepore comis et honestæ humanitatis.

Cætera S. Hippolyti scripta vel apospasmatia quæ legenda tibi offero, sunt *Demonstratio adversus Judæos*, ex Francisci Turriani versione, quam licet suspicor esse fragmentum ex *Commentariis* Hippolyti *in Psalmos*, tamen malui titulo illo, quo viris eruditis jam innotuit, et ab Antonio Possevino et Imbonato pridem fuit vulgata, exhibere, quam nova sub inscriptione veluti abscondere. Adversus Judæos scripsisse Hippolytum nullo perspicuo cujusquam, quod sciam, veterum testimonio constat : at *contra gentes et Platonem* de causa universi opus composuisse, in laterculo marmoreo diserte traditur. Puto

Digitized by Google

etiam ad illud opus respicere S. Hieronymum, quando ab eo inter scriptores adversus gentes Hippolytus refertur epistola 83 edit. clariss. Martianæi (al. 84), ad Magnum, urbis Romæ oratorem. *Scripsit et Miltiades contra gentes volumen egregium; Hippolytus quoque et Apollonius Romanæ urbis senator propria opuscula condiderunt.* Ita legendus hic locus, non ut editum est, *Romanæ urbis senatores*, neque enim Hippolytus senator Romanus fuit qui contra gentes scripsit. At Apollonii *Apologeticæ* ad senatum Rom. dictæ ex Eusebii v, 21, *Hist.* meminit idem Hieronymus capite 42 *De script. eccles.* De eodem Apollonio consules ubi lubebit Godfridum Henschenium ad 18 Aprilis t. II, p. 559 seq. Ex illo itaque contra gentes et Platonem Hippolyti volumine non dubito esse depromptum quod p. 220 exhibeo cum præclarissimi viri Stephani le Moyne versione apospasmation. Deinceps sequuntur quæ collegi, et quemadmodum superiora quoque, notulis passim aspersis illustravi, fragmenta ex sancti martyris *Opere adversus hæreses.* In his prolixiora sunt quæ *adversus Beronem* atque ejus ἡλικιώτας (ita enim puto legendum pro *Helice*; cujus nemo illa ætate, nec Hippolytus usquam meminit, qui Beronis sæpius facit mentionem), servata ab Nicephoro Cpol. et Anastasio Bibliothecario, et a Sirmondo post Turriani versionem vulgata, atque ante S. Maximi confessoris opera, a Combefisio. Hæc recte, ni fallor, G. Bullus, Tillemontius et alii viri docti Hippolyto vindicant, quanquam illis non usus est Theodoritus, quem non necesse est omnia legisse et meminisse ut suis scriptis insereret; et licet disertius videtur quædam explicare quam illius ætatis rationes ferebant, id tamen accuratius cætera illo sæculo scripta et vel unius Tertulliani *adversus Praxeam* opus consideranti secus videbitur. Operis Hippolytei adversus hæreses ultimum caput Noeto oppositum fuisse Photius cod. 121, testatur. Hanc egregiam lucubrationem Latine tantum dedi ex Francisci Turriani, tot pervolutatis veterum monumentis, tot in lucem protractis celebratissimi viri versione cum ejusdem et meis notis. Confido autem Græca ex codice descripta Vaticano me impetraturum propediem beneficio viri doctrina et ingenio illustris, quæ una cum aliis quibus jam careo, et quorum facta mihi spes est, Hippolyteis daturum me recipio, si Deus faverit conatibus meis, in *Spicilegio Patrum* tertii a Christo nato sæculi, quod post præsens volumen Ecclesiæ offerre apud animum meum destinavi. Inter argumenta, quibus Hippolyto vindicatur hæc adversus Noetum disputatio, non absurde a Tillemontio refertur, quod libenter auctor utitur testimoniis ex Apocalypsi repetitis, nullis vero ex Epistola ad Hebræos, etiam ubi maxima est occasio: quæ nulla quoque allegantur in locis de incarnatione adversus Beronem. Eidem Tillemontio verisimile visum est, quæ adversus Marcionem habet Epiphanius hæresi 22, pleraque ex Hippolyto nostro et ejus adversus Marcionem libro hausta esse; quemadmodum adversus Noetum scribens hæresi 67, Epiphanius Hippolyti non modo sententiis sed ipsis propemodum verbis utitur. Quia tamen disputans adversus Marcionem Hippolyti nominetenus non meminit, ejus verba fragmentis Hippolyteis adjungere haud potui. Disputationem adversus Noetum haud Latine vertit Gerhardus Vossius, Tungrensis episcopus, ut memoriæ lapsu a Labbeo traditum, sed tantummodo Latine edidit ad calcem Gregorii Thaumaturgi.

Non modo ex monumenti marmorei auctoritate, sed codicum quoque mss. testimonio ad Hippolytum nostrum refertur Περὶ χαρισμάτων ἀποστολικὴ παράδοσις una cum aliis nonnullis, quæ pridem quidem edita fuere in libro octavo *Constitutionum*, quas, cum ex variis secundi et tertii maxime sæculi monumentis consarcinatæ sint, Clementinas vulgo vel etiam apostolicas solemus appellare, sed edita fuere sine Hippolyti nomine. Quoniam vero in codice ms. Cæsareo Vindobonensi et altero Oxoniensi, in quibus Hippolyti expressum nomen est, aliter quædam leguntur quam in vulgatis *Constitutionum* libris, locum illis inter Hippolytea dare non dubitavi, nactus eadem ad jam dictos mss. libros recensita a doctissimo et de antiquitate ecclesiastica meritissimo viro, mihique cum viveret amico Jo. Ernesto Grabe, qui Latina versione etiam illa donavit. Nactus autem sum beneficio reverendiss. atque illustrissimi episcopi D. Georgii Smaridgii, atque senis eruditione inusitata ac morum probitate pariter venerandi, et non diu post mense superioris anni Decembris eheu defuncti Georgii Hickesii, parariis rev. Balthasare Mentzero pastore Ecclesiæ Lutheranæ Londinensis disertissimo et clariss. Jo. Christiano Wolfio digno Jo. Christophori fratre a cujus excellenti ingenio industriaque et supra ætatem insigni doctrina fas est pulchra et præclara Ecclesiæ ac bonis litteris ominari. Horum humanitati benevolentiæ et prompto bene de studiis meis merendi animo gratias hoc loco ago publice conceptissimas, referamque lubens ubicunque occasio vel facultas mihi non defuerit. Eidem Wolfio debeo *Homiliam in Theophania* sive in Christi Salvatoris baptismum, promissam olim a Luca Holstenio, quam ex celebratissimi nullique non eruditorum desideratissimi viri Thomæ Galei codice, concedente illustri ejus filio Rogero Galeo Græce descripsit et ex Anglia ad me misit. Latinam versionem ipsemet apposui. Quæ velut apostolicæ traditiones commendatæ Christianis ab Hippolyto sunt, et quales sunt Canone *Abulidis* sive Hippolyti quos habent Æthiopes, et quorum capita ante hanc homiliam dedi, videntur esse illud ipsum scriptum quod *Hippolyti de regimine* (Ecclesiæ puta) in Catalogo librorum Chaldaicorum numero 6 Hebed Jesu retulit.

Claudunt præsentem Hippolyti reliquiarum collectionem fragmenta commentariorum et λόγων atque homiliarum in libros locaque sacræ Scripturæ: quæ primo utique loco exhibiturus fuissem, nisi exspectatione ineditorum nonnullorum, quorum spes mihi ex Cæsareis, Gallicis, Anglicis et Italicis facta bibliothecis est, ea tandiu quantum potui distulissem. In his suo loco etiam comparent ampliora illa *de Daniele ac Susanna* ἀποσπασμάτια, quæ multos ante annos dedit Combefisius. Sed nescio quomodo prætermissum a me hoc, quod e *Commentariis* Hippolyti *in Hexaemeron* petitum servavit Joan. Damascenus in *Parallelis sacris* tomo II ejus Operum edit. præclaræ Lequinianæ, p. 787.

Ex *Epistolis* Hippolyti, quas in Alexandri episcopi bibliotheca Hierosolymitana servatas legisse se innuit Eusebius VI, 20, unicam πρὸς τὴν βασιλίδα memorat Theodoritus, Monumentum marmoreum *ad Severinam* sive *Severam Augustam*. Hujus fragmenta quædam dedi p. 92; uti *Libri de resurrectione* p. 244. Ex cæteris Hippolyti scriptis atque homiliis, ut celebri illa in laudes Christi, cujus ex Hieronymo meminit etiam

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου Ῥώμης.	*S. Hippolyti episcopi Romæ.*
Ταῦτα δὲ κατ' ἀνάγκην ἔχομεν διηγήσασθαι, κ. τ. λ.	Hæc porro nos oportuit edisserere, etc. (*a*).

(*a*) Vide infra, initio Commentariorum S. Hippolyti in varios Scripturæ sacræ libros.

Digitized by Google

Vincentius Bellovacensis XII, 30, *Speculi hist.*, *Encomiasticam* appellans, et in qua dicitur Origenis mentionem fecisse, nihil usquam reperire potui.

In Appendice habes primo loco *librum de consummatione mundi*, Hippolyto martyri suppositum ut ex conjecturis quibusdam doctiss. Dodwello (1) placet, post annum Christi 647 sed adhuc ante annum 700 atque ante concertationes ab Iconomachis excitatas. Huic libro aspersi notas et castigationes quasdam, usus maxime lectionibus codicis Barocciani, quem, cum in Anglia versaretur, contulit amicus noster et collega charissimus eruditissimusque Jo. Christophorus Wolfius. Post ea deinceps, quæ Combefisius *De* XII *apostolis* edidit, subjunxi ex eodem Barocciano codice antehac inedita, et Baronio aliisque pridem memorata *De* LXX *Christi discipulis*, sive ut in ms. inscribitur, *De* LXX *apostolis*, quo nomine veniunt etiam illi in Vita S. Sabæ scripta a Cyrillo Scythopolitano tom. III *Monument.* Coteler., pag. 240. In plerisque conspirant hæc de LXX discipulis tradita cum pseudo-Dorotheo. Hinc neque ista neque ejusdem scriptoris priora de XII apostolis ad S. Hippolytum tertii scriptorem sæculi, ut referrem, potui a me impetrare. Ultimo denique loco succedunt quæ ad manus erant λείψανα *Hippolyti Thebani*, qui decimo sæculo scripsit et Simeonis Metaphrastæ æqualis fuit. Ea dedi qualia vulgata sunt a clarissimis viris Canisio, Lambecio, Schelstrateno. Neque diversa ab editis puto continere Hippolyti *Chronologiam Evangeliorum* quam antiquo codici ms. Evangeliorum in Bibl. regis Christianissimi præmitti testatur vir supra laudes Bernardus de Montfaucon in *Palæographia Græca*, pag. 261. Ab eodem viro præclarissimo accepi apographum eorum quæ ex Hippolyti Thebani *Chronico* habet codex ms. papyraceus qui olim fuit ducis Altaemps, hodie vero eminentissimi est cardinalis Ottoboni. Hæc pulchre conveniunt cum iis quæ ex Vaticanis mss. Schelstratenus vulgavit, nisi quod post verba : Ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ (Ἰωάννου) μέχρι τῆς Ζαχαρίου λιθοβολίας ἔτος α', sequuntur hæc quæ etiam habet Canisius : Ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος, λιθοβολήσαντες αὐτὸν καὶ κροταφήσαντες ἀπέκτειναν, καὶ σύραντες ἐκρέμνησαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ. Vale.

VIRO SUMME REVERENDO ATQUE ERUDITISSIMO

J. CHRISTOPHORO WOLFIO

PASTORI AD S. CATHARINÆ ÆDEM HAMBURG. ET SCHOLARCHÆ

S. D. JOANNES ALBERTUS FABRICIUS.

(Opp. S. Hipp. t. II.)

Quanquam sum persuasus, nihil te dubitare de meo in te amore, meaque observantia ; quemadmodum nec mihi in ambiguis est benevolentia tua, tot annos continuata, tot demonstrata documentis ; tamen jamdiu cogitavi, ecquando daretur mihi, ut monumento digno aliquo publice eamdem testari omnibus, et pro Origene tuo vicem retribuere tibi aliquam valerem. Bene igitur jam obtulit se mihi S. Hippolytus, priscæ illæ Ecclesiæ episcopus ac martyr, cujus æmulatione olim accensus Origenes multis modis ipsum postea superarit ac præcucurrit. Illius itaque λείψανα, priore prælerita volumine, ac nunc primum luci data a me, una cum aliis Patrum tertii a Christo nato sæculi monumentis, quæ iisdem subjunxi, et virorum doctorum ad illa illustranda lucubrationibus tibi munus offero, charissimoque nomini tuo consecro. Hoc rosarum violarumque mihi et fragrantissimorum florum instar erit, quibus piorum illorum doctorum memoriam ac reliquias coronari excolique a me fas est. Nam ne de spirantibus ingenii tui bonis dicam, variaque ac recondita eruditione, indefesso studio et insignibus in litteras meritis, e quibus jucundissimus odor famæ jam pridem longe lateque efflatus etiam ultra Germaniæ oras emanavit ; quænam fragrantia potest cogitari suavior, quam quæ quotidie hauritur ab omnibus qui te audiunt, ex doctrina, pietate, candore, zelo, prudentia ac dexteritate tua. Faxit Deus topiarius Ecclesiæ suæ, qui te in beatorum meritissimorumque decessorum tuorum DD. Dav. Klugii, Abr. Hinckelmanni, et Jo. Volcmari locum provida manu conseruit ac panxit, ut lectissimus in horto Dei flos cum maximo eorum quos salutari odore afficis fructu. quam diutissime vigeas, seroque defloresças, cœlestibus pulchrior inserendus latifundiis.

Scripsi Hamb. Nonis April. anni CIↃ IↃ CCXVIII

AD LECTOREM.

En fidem promissi, quod de ineditis quibusdam S. Hippolyti martyris opusculis in lucem proferendis priore volumine nuper dedi, quantum opis meæ fuit, jam a me exsolutam. Non modo ipse iteratis litteris, sed etiam per amicos petii a clariss. viro, in cujus manibus Millianæ schedæ sunt, ut illas mecum communicaret, sed non potui hoc ab eo impetrare, quod testor non ut illi hoc vitio vertam, qui sui consilii rationes eum habere non dubito, neque invideo ipsi laudem gloriamque quam illis sive premendis sive edendis est consecuturus : sed tantum hoc profiteor, ut desinant mihi imputare in culpam, qui propera.

(1) Henr. Dodwellus in libro Anglice edito Londini 1711, 8, quo conatur probare usum incensi atque θυμιάματος in Ecclesia non esse apostolicæ traditionis. Titulus est : *A discourse concerning the use of incense in divine offices.* Pag. 100, seq.

Digitized by Google

tionis præcipitatæ Hippolytum meum arguerunt ideo, quod non tandiu exspectavi scilicet, donec Milliana mecum ab eo communicarentur. Hoc tamen propemodum jam satis mihi constat, neutiquam tanta esse quæ ex S. Hippolyti scriptis ille mihi prætexta possidet, quæ vel unicum folium totum impleant. Itaque rogo ut proferat in lucem si habet plura, atque publico bono me coarguat.

In his quæ præsenti volumine tibi a me offeruntur, familiam ducunt S. Hippolyti *Demonstratio adversus Judæos*, et præclarus adversus Noetum commentarius (2). Ea scripta utraque nunc primum Græce lucem vident e codice Vaticano, cujus apographum Parisiis ad me misit vir illustris eruditione et maximis in litteras meritis D. Bernardus a Montfaucon. Eidem debes fragmentum de Ezechia quod p. 31 legitur et ex codice bibl. Seguierianæ, quæ hodie Coisliniana est, descriptum. Fragmenta ex *Commentariis in Genesin* repetita sunt ex Catena quæ ms. servatur Vindobonæ in thesauro librario vere Augusto Augustissimi imperatoris. Inde excerpta ac descripta ad me venerunt beneficio generosissimi atque eruditissimi viri Jo. Benedicti Gentiloti ab Engelsbrun, bibliothecæ illius dignissimi præfecti, per nobilissimum et jurisconsultissimum virum Jo. Christophorum Bartenstein, quorum utriusque benevolentiæ et humanitati gratias conceptissimas eo nomine ago habeoque, quemadmodum et præclarissimo viro Joanni Gagnierio, qui Oxoniæ Pocockium hodie reddit, et benigne mecum communicavit excerpta illa ex Catena Arabica, litteris exarata Syriacis, quæ tibi a me exhibentur cum Latina laudati Gagnierii versione. In locis quæ p. 32 Latine descripsi ex v. c. Eusebii Renaudoti *Historia patriarcharum Alexandrinorum*, pro Hippolyto Romano videtur legendum esse *Julius Romanus*. Nam sane, ut exquisitæ et reconditæ eruditionis viro Mat. Veisserio La Crose in litteris quibus me honoravit, pulchre observatum, eadem verba quæ ibi ex epistola ad Dionysium episcopum Cypri afferuntur, Græce exstant in epistola Julio Romano tributa ad Dionysium episcopum Alex., edita a celeberrimo Muratorio in *Anecdotis Græcis* p. 343 : Ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς δύο λέγοντας φύσεις τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν, καὶ εἰς μὲν θεῖκὴν βαπτίζεσθαι, εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι. Εἰ δὲ εἰς τὸν θάνατόν τοῦ Κυρίου βαπτιζόμεθα, μίαν ὁμολογοῦμεν φύσιν τῆς ἀπαθοῦς θεότητος, καὶ τῆς παθητικῆς σαρκὸς, ἵνα οὕτως εἰς Θεὸν ἡ τὸ βάπτισμα ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου τελούμενον.

De *Spicilegio Patrum* tertii sæculi, quod Hippolyteis subnexui, illud imprimis moneo, nihil ad me ex schedis præclari viri J. E. Grabe, qui et ipse Spicilegium tale est molitus, ad me pervenisse, sed qualecunque illud, sive inchoatum sive affectum, adhuc latere in Anglia. Quæ autem a me hic exhibentur, alia utique sunt, de quibus ipse per te, illis inspectis facile judicabis. Dum autem Grabii facio mentionem, non possum non detestari omnibus modis, et scio detestaturos mecum omnes qui Grabium noverunt, calumnias quibus paulo ante mortem, peregrinantibus quibusdam habens temere fidem, tamam Grabii jam exstincti proscindere non dubitavit Casimirus Oudinus, in scripto quo ipse testatur se jam natum esse duodeoctoginta annos. Nimirum illo die uno plus vixit, ei quam vivendum fuit, quo non dubitavit de defuncto fratre, a quo in vita læsus nunquam fuerat, tam atroces et, quod omnes qui Grabium noverunt confessuros mecum spero, omni destitutas verisimilitudine calumnias publicare, et ad posteros quantum in ipso fuit transmittere.

In Salmasii *Commentario* inchoato *ad Arnobium* ad hoc tempus inedito, erudita de nominibus veterum Romanorum disputatio continetur, quam cum ex apographo Gudiano nactus essem, luce donare volui, licet Arnobii ipsius scriptis lucem nullam affundat. Allatii diatribam de Methodiis et Methodiorum scriptis prælis iterum dare duxi operæ pretium, quoniam raro obvia est, ac perinde ut similes illius viri commentarii libenter ab harum litterarum studiosis evolvitur.

Volumen hoc claudit Chalcidius eruditus et lectu dignissimus scriptor, atque ut in notis demonstrasse me existimo, haud dubie Christianus, neque a tertio sæculo longe remotus. Illum habes emendatum a me locis quamplurimis ope veteris editionis Parisiensis apud Ascensium a. 1520, fol., et codicis Bodleiani cujus lectiones mecum pro insigni sua in me voluntate communicavit celeberrimus vir Jo. Hudsonus, cui post tot egregia in litteras merita proxime luculentam et emendatissimam Flavii Josephi editionem eruditi debebunt. Non parum etiam adjutum me fateor a nobilissimo viro Dieterico de Dobler, Hamburgensi, linguarum et rei omnis mathematicæ peritissimo, qui singulari candore ac probitate ab annis viginti amplius mihi amicus, dum Chalcidius excuditur, magno dolore meo, puto etiam non parva rei mathematicæ jactura, diem obiit supremum hoc anno 1718, prid. Nonar. Martii. Denique jam supra laudatus mihi nec unquam dicendus sine laude vir eruditissimus M. V. La Crose mecum communicavit quæ acuto judicio vir exquisitaque doctrina Nic. Rigaltius ad margines paginarum editionis Meursianæ adnotaverat, et quæ mihi non raro insignem usum præbuerunt, ut in notis meis libenter professus sum. Vale.

(2) Hujus commentarii meminit etiam G. Sirletus cardinalis in præfat. ad Liturgiam S. Marci evangelistæ, Græce et Lat. editam Paris. 1583, 8, ubi cum dixisset Liturgiam illam repertam in abbatia B. Mariæ ὁδηγητρίας, quæ vulgo dicitur *de lo patire*, antiquissimo monachorum S. Basilii monasterio, subjungit : *Ubi et D. Cyrilli Hierosolymorum episcopi Catecheses, Dionysii Alex. adversus Noetianos et Hippolyti martyris adversus Noeti hæresin, et contra Paulum Samosatenum opuscula, quæ omnia curabimus accurate describenda, ut ad communem utilitatem conferantur.* Opuscula adversus Samosatenum accipio non Hippolyti, sed episcoporum synodi Antiochenæ a. 264, diu post Hippolyti mortem scripta et a Dionysio Alex. quæ Latine edidit Turrianus Rom. 1608, 8, Græce et Lat. Fronto Ducæus t. I *Auctarii* et Labbeus t. I *Concil.*, p. 849, seq.

Digitized by Google

P. GOTTFRIDI LUMPER

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS SANCTI HIPPOLYTI.

(*Historia critica SS. Patrum*, t. VIII, Augustæ Vindelic., 1791, in-8°.)

CAPUT PRIMUM.

HISTORIA VITÆ SANCTI HIPPOLYTI.

ARTICULUS I.

DE S. HIPPOLYTI PATRIA, PRÆCEPTORIBUS, LITTERARUM STUDIIS, ET TEMPORE QUO FLORUIT.

Hippolytos plurimos novit antiquitas: cæteris tamen illustrior est Portuensis episcopus, quem generis nobilitas, utpote senatorii ordinis (ut auctor est Hieronymus) (3), episcopalis dignitas, magna eruditio, et martyrii gloria posteritati celeberrimum reddiderunt. Dolendum, quod pleraque, quæ ad vitæ ejus historiam pertinent, nec satis perspicua, nec certa sint. Quæ speciatim de ejus patria, præceptoribus, ac tempore, quo ingenio et meritis suis floruit, a scriptoribus traduntur, inter se discrepant, nec pro exploratis haberi possunt. Inprimis dissensio est auctorum de loco, quo oriundus. Si Stephanum le Moyne(4), Guil. Cavum (5) et Jac. Basnage (6) audiamus, dicendum foret Hippolytum gente fuisse Arabem, et patriam habuisse divinis humanisque litteris florentissimam. Verum cum in suæ opinionis confirmationem nullum antiquitatis monumentum producant, non video, cur tam recentium auctorum nudo asserto quoad factum ab eorum ætate tam remotum fides habenda sit. Sunt alii, qui credunt nostrum Hippolytum origine Romanum fuisse; huicque sententiæ favere videtur illud Hieronymi in epistola ad Magnum, eumdem *senatorem Romanum* appellantis. Novissime auctores *Historiæ litterariæ Galliæ* e congregatione S. Mauri Hippolytum inter scriptores Gallos referunt, ei Galliarum regnum natale solum statuentes (7). Huicque opinioni haud obstare observant nomen suum, quod Græcum est, nec quod Græce scripserit, neque denique dignitas senatoris Romani. Non primum ac secundum, quoniam constet, non paucis nomina propria Græca in Galliis communia fuisse, atque plures Latio non tantum, sed et in Gallia natos lingua Græca libros composuisse. Non denique tertium; quia Gallis jam a tempore imperii Claudii, et multo ante ad senatoriam dignitatem patebat aditus. Ut nihil dicam, quod senatoria S. Hippolyti dignitas sit admodum dubia, si non penitus falsa.

S. Irenæi discipulus fuit Hippolytus, ut ipsemet testatur apud Photium (8). Hinc mitius accipiendi Palladius (9) et Cyrillus Scythopolitanus (10), qui eum γνώριμον τῶν ἀποστόλων, *apostolorum familiarem* fuisse tradiderunt. Ipsum namque sub Alexandro imperatore, qui regnare cœpit anno Christi

(3) *Hippolytus quoque et Apollonius, Romanæ urbis senatores, propria opuscula condiderunt.* Hieronym. epistol. 70 ad Magnum. At Remigius Ceillier in *Hist. général. des auteurs*, tom. II, pag. 316, in notis ad articulum primum, cap. 27 solerter observat, ita duntaxat in aliquibus editionibus legi; nam in antiquis mss., quibus Marianus Victorius præsul Italus in editione Operum S. Hieronymi usus est, teste eodem scriptore Gallo, pro voce *senatores*, legitur *Senator*, ita ut hæc dignitas tribuatur soli *Apollonio*, cui certe convenit, cum S. Hieronymus in libro *De viris illustribus*, cap. 42, eamdem rursus ei ascribat, et ibidem cap. 61, in elogio S. *Hippolyti*, de illa dignitate senatoria nullam mentionem faciat. Clarissimus etiam Dominicus Vallarsius, novissimus Operum D. Hieronymi editor, tom. I, part. I, pag. 361, itidem notat, quod falso Erasmum secuti editores Benedictini Operum D. Hieronymi legerint: *Hippolytus quoque et Apollonius Romanæ urbis senatores;* cum de Apollonio tantum, ut ex *Catalogo* liquet, dictum sit; imo cum nedum de Hippolyto, sed de Apollonio ipso alii dubitent, fuerit-ne unquam senator, an proprio ingenio ex Eusebio Hieronymus exaggeraverit.

(4) Stephan. le Moyne Prolegomena ad *Varia sacra*, tom. I.

(5) Cave. *Hist. litter.*, tom. I, 102.

(6) Jac. Basnage Canisii *Lect. antiq.*, tom. I, p 3, 4.

(7) *Histoire littéraire de la France*, tom. I, parte I, pag. 361.

(8) Phot., cod. CXXI *Biblioth.*

(9) Pallad., *Hist. Lausiac.*, cap. 148.

(10) Cyrill. Scyth. Vit. S. Euthym. in *Analect. Græc. B. B.*, pag. 82, et Vita S. Sabæ in *Monument. Eccles. Græc.* Coteler., tom. III, pag. 354.

Digitized by Google

222, vitam duxisse, ex ejus *Canone Paschali* compertum fit. Plurimum autem profecisse in omni scientiarum genere tanto sub magistro Hippolytum, quæ superant, ejus doctrinæ monumenta luculenter evincunt; ut propterea *vir disertissimus* ab Hieronymo (11), quinetiam *sacratissimus et magnus doctor, veritatisque testis fidelis* ab Anastasio (12) atque Ecclesiæ doctor γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος, *dulcissimus, et benignissimus* ab alio antiquo scriptore (13) jure appelletur. Ad hæc teste D. Hieronymo (14) non solum magnam dicendi vim sub disciplina S. Irenæi, sed immensam quoque in philosophia et profanis scientiis notitiam sibi comparavit; ea enim ætate summi in Ecclesia viri, quemadmodum nemo ignorat, hujus generis eruditionem vero theologo nequaquam velut indignam traduxerunt. Quod autem sacratiores litteras spectat, ingens scriptorum, quæ hoc in genere elaboraverat, numerus, abunde confirmat, quam excellenter in iis versatus fuerit. Diversa insuper opera, quæ pro inveniendo ac determinando Paschatis die composuerat, eumdem doctrinam temporum perfecte calluisse, luculenter demonstrant (15).

Aubertus Miræus (16) refert Hippolytum nostrum inter discipulos Clementis Alexandrini, et Baronius (17) dicit se legisse quod *discipulus fuerit Clementis Alexandrini, ejusque persuasione se Romam contulerit.* Sed haud addunt, qua auctoritate innixi id tradant. Ulterius adhuc progressus est perdoctus Georgius Bullus, qui scribere non dubitavit (18) : *Quod magno consensu tradiderint scriptores ecclesiastici veteres, Hippolytum fuisse Clementis Alexandrini discipulum.* Verum cum nulla antiquorum loca excitet, potior nobis est Photii auctoritas pro unico præceptore, S. Irenæo scilicet, testantis.

Cum apud eumdem Photium etiam legimus S. Hippolytum Origenis familiarem fuisse, hoc et aliorum suffragiis confirmari posse videtur. Hieronymus enim (19) et Nicephorus (20) scribunt, Hippolytum, Origene præsente, orationem sacram de laudibus Jesu Christi habuisse. Ille addit Ambrosium ad sacrorum librorum interpretationem Origenem incitasse, in æmulationem Hippolyti, editis jam in divinas Scripturas commentariis bene meriti. Monent autem Henricus Valesius (21) et Petrus Daniel Huetius (22), Hieronymum Eusebii verba minus recte intellexisse, et vocem ἐκείνου, quæ apud istum ad tempus pertineat, perperam ad Hippolytum retulisse. At doctissimus Stephanus le Moyne (23) observat, quod revera ἐξ ἐκείνου possit etiam referri ad Hippolytum, et sive ad tempus referatur, intelligendum sit, Origenem isto tempore imitatione Hippolyti, de quo ante egerat Eusebius, commentarios etiam in sacram Scripturam parasse et adornasse. Audiendus quoque est recentissimus auctor, qui hac de re ita disserit (24) : *Omnia suadent vera esse, quæcunque veteres de Origenis æmulatione tradiderunt, Ambrosio excitante, qui studia ipsi proponeret Hippolyti... Utriusque autem consensio tum quoque firmari potest, cum Origenes Romam adveniens, pontifice Zephyrino, circiter annum* 220, *non modo privatim, at publice etiam Hippolytum disserentem audivit, ejusque rei testimonium Hippolytus ipse reliquit in oratione, quam de laude D. Salvatoris habuit, quamque, προσομιλίαν denominavit. Quod enim non nemo subdit, in Oriente id contigisse, minime est necessarium, quamvis fieri potuerit, cum Hippolytus Alexandriam petiit, indeque rediens epistolam ad Romanos ab Dionysio episcopo Alexandrino attulit. Neque vero est, cur alterum Hippolytum effingamus, quo tempore noster Portuensis Alexandriam remeare potuit, ubi adolescens institutus fuisse videtur ex Canone Paschali, cujus rationem Alexandrini sibi vindicabant.*

De tempore quo Hippolytus floruit, sententiæ auctorum itidem discrepantes sunt. Eusebius, Hieronymus, Syncellus, atque alii referunt eum ad Alexandri Severi imperium, qui anno Servatoris nostri 222 regnare cœpit. In Euthymii Vita *antiquus ipsisque apostolis familiaris* dicitur, idemque in Cyrilli Scythopolitani Vita S. Sabæ de eo habetur, quod, quemadmodum paulo superius animadvertimus, non simpliciter intelligi potest. Longe enim remotus fuit ab apostolorum ipsorum ætate. Stephanus le Moyne loc. cit. existimat Hippolytum, Philippi Arabis, qui anno Christi 254 imperatoris dignitatem est consecutus, tempus attigisse, quod ubi admittamus, dicendum est eum admodum ætate profectum fuisse. Nec martyrium illius apte convenit temporibus Philippi, uti ex paulo post tradendis patebit. Id dubio caret, eum imperante Alexandro Severo vixisse et scripsisse; temporis autem ratio non accurate definiri potest.

ARTICULUS II.

DE SEDE EPISCOPALI S. HIPPOLYTI.

Charactere episcopali S. Hippolytum nostrum fuisse insignitum perhibent Eusebius (25) atque D. Hieronymus (26) : sed incerta omnino est ejus

(11) Hieron. epist. 1, 2, ad Lucin.
(12) Anastas. in *Collectan.* apud Galland., tom. II Biblioth. PP., p. 469.
(13) Anonym. inter Opp. S. Joan. Chrysost. in append. tom. VIII, pag. 79 noviss. edit.
(14) Hieronym. ep. ad Lucin. 71, et ad Magn. 70.
(15) Euseb. *H. E.* lib. v, cap. 22, Hieronym. in *Catalog.* cap. 61.
(16) Aubert. Mir. Not. ad Hieron. *De vir. illustr.*, c. c.
(17) Baron. ad ann. 229, num. 4.
(18) Bull. *Defens. fid. Nicæn.*, sec. III, cap. 8, p. 220.
(19) Hieron. loc. cit. Eus. *H. E.* l. VI, cap. 23.
(20) Niceph., *H. E.* lib. IV, cap. 31, tom. I, pag. 330.
(21) Vales., Not. in Euseb. lib. VI *H. E.*, c. 23.
(22) Huet. *Origenian.* lib. I, cap. 2, § 8.
(23) Moyne, Prolegomena ad *Varia Sacra*, in exercitatiuncula de S. Hippolyto.
(24) Simon de Magistris, in Præfat. ad Danielem secundum LXX, num. VII, p. XXVI, edit. Roman. 1772.
(25) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 20.
(26) Hieron. *De vir. ill.* cap. 61.

Digitized by Google

sedes, an *episcopus gentium* putandus, quo quidem titulo ejus sodalem Caium Romanæ Ecclesiæ presbyterum ornatum fuisse probe novimus? Operæ pretium est ire per singula, quæ hac de re doctissimi excussis veterum libris excogitarunt.

Eusebius Cæsariensis de episcopatu S. Hippolyti sic scribit (27): *Eadem tempestate multi ecclesiastici viri doctrina excellentes florebant... Inter hos fuit Beryllus Bostrenorum in Arabia episcopus, qui præter epistolas et lucubrationes varia quoque elegantis ingenii monumenta dereliquit. Similiter et Hippolytus alterius cujusdam Ecclesiæ episcopus.* Sanctus vero Hieronymus videtur locum episcopatus ejus indagasse et non invenisse, quemadmodum in opere *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 61, innuit his verbis: *Hippolytus cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui)*. Theodoretus autem, qui multa ex eo adducit, episcopum et martyrem illum vocat (28); sed cujusnam urbis episcopus fuerit, non addit.

Primus fuit Gelasius I pontifex, seu potius Gelasius Cyzicenus, ut Bellarminus et alii viri docti malunt (uterque sæculo V floruit), *in opusculo de duabus in Christo naturis contra Nestorium et Eutychen*, qui sedem Hippolyti nostri sub metropoli Arabica collocavit (29). Verum hæc sententia nulli alii fundamento nititur, nisi perversæ Rufini loci Eusebiani interpretationi. Rufinus enim vertit: *Erat inter cæteros et Beryllus scriptorum præcipuus, qui et ipse diversa opuscula dereliquit. Episcopus hic fuit apud Bostram, Arabiæ urbem maximam. Erat nihilominus et Hippolytus, qui et ipse aliquanta scripta dereliquit, episcopus.* Græca siquidem Eusebii nil aliud innuunt verba, quam quod Beryllus Bostrenorum in Arabia episcopus fuerit, atque similiter Hippolytus alterius cujusdam Ecclesiæ episcopus. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας που καὶ αὐτὸς προεστὼς Ἐκκλησίας. En, quomodo prima hæc atque antiquissima opinio per ipsum Eusebium, cujus auctoritati suffulta credebatur, labefactetur?

Zonaras et Nicephorus (30) quos plerique recentiores sequuntur, eum Portus Romani episcopum fuisse scribunt. Leontius Byzantinus (31) tradit illum Romæ munus episcopi gessisse. Centuriatores Magdeburgenses appellant eum Ostiensem antistitem (32). Quidam volunt S. Hippolytum fuisse Portuensem seu Adamensem in Arabia episcopum, et hoc quidem nonnullis ita visum est, ut se nunc accuratiore cognitione rem assequi posse, sibi persuaserint. Stephanus enim le Moyne (33) existimat Hippolytum Portus Romani, emporii in Arabia celeberrimi, Adenæ etiam dicti, et a Romanis mercatoribus admodum frequentati, episcopatum gessisse; quæ sententia aliis quoque doctissimis viris, atque in his Guil. Caveo, Casimiro Oudino et Ell. Dupinio (34) se commendavit. Eruditissimus insuper Jos. Simonius Assemanus Maronita huic opinioni subscribit, dum tom. III *Biblioth. Orient.* Clementino-Vaticanæ part. I, cap. 7, pag. 15, post enumeratas quasdam sancti martyris nostri elucubrationes ita in notis monet: *Hippolytus, Portus Romani, non ad ostia Tiberina, sed celeberrimi in Arabia hoc nomine emporii episcopus, ut Stephanus le Moyne conjicit. Abulidum Romæ episcopum vocant recentiores Christiani Arabes* (35). Sed hæc Moynii conjectura magis ingeniosa quam verosimilis est. Siquidem nullibi legitur, quod ille Portus Romanus primis sæculis episcopali sede exornatus fuerit. Si tamen S. Hippolytus unquam fuerit episcopus urbis Adanensis, profecto mirum omnibus videbitur, Eusebium Arabiæ vicinum, et S. Hieronymum Romæ, et in Oriente diu versatum non novisse cathedram episcopalem hujus sancti viri, sive celeberrimum Arabiæ emporium, quod a Romanis passim frequentabatur. Igitur undique involvimur tenebris, quas sine clariore luce dissipare non possumus, et ideo ad opiniones aliorum referendas progredimur.

Tillemontius haud contemnendam conjecturam esse observat (36), si dicatur Hippolytum in parva quadam urbe, cujus nomen minus notum sit, sacris præfuisse; venditatum autem esse episcopum Portus Romani, quoniam eo in loco martyr hoc nomine celebris exstiterit, ex Oriente fortasse illuc delatus, quem interjecto tempore, cum magno Hippolyto episcopo et martyre confuderint. Utroque pollice huic conjecturæ subscribit perdoctus Ceillierius (37).

Bollandiani de sede Hippolyti M. ita conjectant: *Ex antiquis* (inquiunt) (38) *Martyrologiis primo constat S. Hippolytum hac die* (22 Aug.) *vel sequente in Portu Romano martyrium subiisse. Præterea ex Eusebio aliisque vetustis scriptoribus liquet hunc martyrem episcopali dignitate præditum fuisse. Denique S. Hieronymus in opere* De scriptor. eccles., *cap.* 61, *testatur, S. Hippolytum habuisse homiliam*

(27) Euseb., lib. c.
(28) Theodoret., Dialog. I, pag. 2, 3, 36; Dialog. II, pag. 88; Dialog. III, pag. 154.
(29) *Hippolyti episcopi martyris Arabum metropolis in Memoria hæresium.* Gelas. tom. IV *Biblioth. PP.*, pag. 424.
(30) Zonar., tom. II *Annal.*, et Nicephor. *H. E.* lib. IV, cap. 31.
(31) Leont. Byzant., lect. III de sectis, pag. 430: «Forte Romanus dictus fuit episcopus eo sensu, quo significatur Latinus episcopus. In Græcorum enim lingua hi termini Romanus et Latinus synonyma sunt.»
(32) Centuriat. Magdeb., cent. 3, c. 10, p. 191.
(33) Steph. le Moyne, Prolegom. ad *Varia Sacra.*
(34) Cave. *Hist. litter.* tom. I, p. 102; Oudin., *Commentar. de script. eccles.* tom. I, pag. 222; Dupin, *Biblioth. auctor.* tom. I, pag. 179, in not. vers. Latin.
(35) De episcopatibus Arabiæ consuli potest Carolus a S. Paulo in *Geographia sacra* p. 295, ubi etiam de metropoli Bostrensi. Philostorg. in *H. E.* lib. III, cap. 4.
(36) Tillemont, *Mémoir.* tom. III, art.
(37) Ceillier, *Hist. génér.* tom. II, pag. 517.
(38) Bolland., tom. IV August., pag. 510.

Digitized by Google

de laude Domini Salvatoris, in qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat. Hinc videtur fuisse episcopus in Oriente, et forsan in Arabia, ad quam Origenes anno circiter 217 evocatus est, ut apud Eusebium H. E. lib. IV, cap. 19, legimus. His ita positis, nonne S. Hippolytus episcopus Arabs facile potuit ad visitanda apostolorum aliorumque martyrum sepulcra Romam venire, in Portu Romano ab ethnicis comprehendi, et ibidem martyrio affici? Quid si plebs, determinatam istius martyris cathedram ignorans, hunc peregrinum episcopum a loco martyrii Portuensem cognominaverit, et hic popularis error ad aliquos posterioris ævi scriptores transierit, vel potius illa appellatio posteris occasionem dederit, ad Portuensem hujus martyris episcopatum asserendum? Quidquid sit de hac conjectura nostra, quam propter certiora cujuslibet argumenta libenter deseremus, nos in titulo martyrium S. Hippolyti cum vetustis ac recentioribus Martyrologiis in Portu Romano collocamus... Addunt adhuc, *quod non inviti Orientalem et Occidentalem hujus sancti martyris episcopatum cum Baronio et Ughello* (39) *admittant, et hoc ultimum systema suum pro mera conjectura dent.*

Auctores *Historiæ litterariæ Galliarum regni* censent S. Hippolytum martyrem nullam habuisse fixam sedem, sed quemadmodum ejus sodalis Caius, gentium, sive nationum fuisse episcopum (40). Sic autem ratiocinantur : Quando Eusebius Hippolytum dicit alterius cujusdam Ecclesiæ, utut indeterminatæ, episcopum, lubenti animo credimus, eumdem non habuisse fixam sedem, sed putandum esse, sicut condiscipulum suum Caium, nationum episcopum. Hæc profecto opinio simplicissima absque controversia nobis videtur, atque cum sancti nostri historia apprime conspirat. Hoc enim posito, haud amplius in ratione reddenda sumus anxii, cur sanctus Hippolytus modo in Oriente, modo in Occidente, quemadmodum ex paucis ejus gestis, quæ ad nostram notitiam pervenerunt, constat, apparuerit. Quod autem in Oriente versatus fuerit, ex hoc nullus dubitandi locus relinquitur, quia ipse suis in operibus asseverat Origenem in numero suorum auditorum fuisse, quod sane in Occidente accidere haud potuit. Neque etiam in dubium revocari potest quin etiam, postquam Lugdunensem Ecclesiam reliquerat, in Occidente commoratus fuerit. Hujus rei confirmandæ argumentum omni exceptione majus illud est, quod in computum temporum morem Latinorum sequatur, posthabito illo Alexandrinorum, quo omnes Orientales utebantur.

Ab omnibus his sententiis, sive conjecturis discedit vir longe doctissimus, Christophorus Augustus Heumannus, ac nova ratione utitur, hanc rem difficilem explicandi. Nimirum vir eruditus, tota licet antiquitate repugnante, unius vocis variæ acceptioni subnixus et fidens, comprobare nititur dissertatione anno 1738, Goettingæ edita (41), Hippolytum fuisse quidem episcopum, non tamen *ecclesiasticum*, at *civilem*. Quam in sententiam paucula excitat loca ex Græcis Latinisque scriptoribus, unde colligat fuisse aliquando civilium munerum homines, qui appellarentur *episcopi*; idque nominis in primis oræ maritimæ atque adeo portuum custodibus fuisse tributum : ut proinde noster Hippolytus, ortu fortasse Romanus, eo sensu *Romani portus episcopus* censendus fuerit. Quin, si virum criticum audias, vel ipsa statua marmorea Hippolyto a propinquis posita, atque ex Romani portus ruderibus anno 1551 effossa, istiusmodi sententiam confirmat; quippe quæ, ait, nullam plane notam ecclesiasticæ dignitatis præ se ferat.

Perbelle sane. Nunc vero, si diis placet, inter Ecclesiæ Patres, qui sæculo tertio ineunte floruerunt, novimus recensendum Hippolytum; virum *haud Plinio absimilem* (42), qui, ut ille *portui Miseno*, fuerit Romano præfectus; episcopus quidem, sed civilis; *oræ*, inquam, *maritimæ inspector, curator, superintendens*. Scilicet noster Hippolytus *vir fuit magnæ dignationis in urbe Roma, honoribus pariter ac divitiis eminens, Romanique portus præfectus;* ut propterea, quo munere suo rite fungeretur, sublimiora Christianæ religionis mysteria reserarit; de theologia et incarnatione, de Deo et carnis resurrectione peregerit; commentaria in omnes ferme sacras utriusque Fœderis paginas ediderit; de apostolicis traditionibus scripserit; demonstrationem temporum Paschæ elucubrarit; adversus Judæos, ethnicos hæreticosque stylum acuerit; qui præterea de rebus divinis frequenter ad populum sermones habuerit; potissimum vero (43) προσομιλίαν *de laude Domini Salvatoris, in qua, præsente Origene, se loqui significat in ecclesia;* cui denique non solum statua marmorea posita, sed statua in cathedra sedens; quo nimirum episcopalis ejus dignitas *ecclesiastica*, non *civilis*, ejusque munus ad Dei populum in Ecclesia dicendi testatum posteris relinqueretur. Quid absurdius dictu? Hinc Cl. Schroeckhius (44) hanc Heumanni conjecturam satis ingeniose excogitatam ac exornatam quidem, sed haud verisimilem arbitratur.

Nostra ætate Romanus editor Danielis secundum Septuaginta ex *Tetraplis* Origenis demonstrare conatus est, quod S. Hippolytus non solum Portus Romani episcopus exstiterit, sed quod etiam ipsius diœcesis ad eam partem Romanæ urbis, quæ regio

(39) Baron., ad ann. 229, num. IV. Ughell., Ital. Sacr. tom. I, col. 110, nov. edit.

(40) Benedictini e congregat. S. Mauri in *Hist. littér. de la France*, tom. I, part. 1, pag. 363.

(41) Heumanni Dissertatio, in qua docetur ubi et qualis episcopus fuerit Hippolytus, sæculi tertii scriptor ecclesiasticus. Inter *Primit. Gotting.*, pag. 2[illegible], et seq.

(42) Heumann. l. c. pag. 245.

(43) Hieronym. *De Vir. illustr.*, cap. 61.

(44) Joan. Matth. Schroeckh., *Christliche Geschichte*, part. IV, pag. 155 secundæ edit.

Digitized by Google

Transtiberina dicitur, se extenderit, atque ipsam Tiberinam insulam complexa fuerit. « Duo autem nobis post complures eruditorum sententias de titulo Hippolyti, quo dicitur ἐπίσκοπος Ῥώμης, quemadmodum sæpe a Græcis, verisimilius dici posse visa sunt, quod ipse, cum esset gentium episcopus Romæ ordinatus, fuerit in *urbe Roma* episcopus, unde percrebuit *episcopus Romæ*, quod est alienum. Vixit Hippolyti ævo *Caius presbyter*, idemque *Romæ gentium episcopus*, quemadmodum inferius apparebit, repudiata Jo. Alb. Fabricii emendatione, qui *Athenarum* loco *gentium* reposuit nullo jure, necessitate nulla; itemque Jac. Basnagii qui de Hippolyto loquens : *Is enim ritus*, inquit (45), *plane novus, nec saltem pristinam, de qua agimus, antiquitatem redolet* ; nimirum quod episcopi aliquot sublevandis Romanorum pontificum curis præsto essent. Longius tamen aberravit Christophorus Aug. Heumannus (46) qui civilem tantum episcopum, vel *oræ maritimæ curatorem inspectoremque* agnovit Hippolytum, ut martyri fortissimo semper vivo, mortuoque negotium fuerit cum errare volentibus. Eo itaque tempore quoniam Urbs innumerabili frequentia populi florebat, indeque Christianorum numerus augebatur in dies, pontifices Romani viros lectissimos, doctissimosque veluti adjutores adhibuerunt, quibus in Ecclesiæ administratione uterentur, eosque in episcoporum gradu esse voluerunt. Succedit Ecclesiæ Portuensis cura Hippolyto commissa, de qua Ecclesia nemo Eusebii Cæsariensis, ac S. Hieronymi silentium vel ignorationem opponat, ut cathedram Hippolyti statuat ad Portum in Arabia. Facilius enim ambo scriptores de *Portu Romano* longe dissito silere potuerunt, quam de *Portu Arabiæ*, quem propiorem habebant. Utque alia omittamus, Hippolyti statua singularis testis est, non Arabiæ episcopum, sed hujus viciniæ a se demonstrari ; nam *Cycli paschalis* causa non statua opus erat, cui marmorea tabula suffecisset. Multo autem ipse Cyclus ostendit manifestius, auctorem non in Oriente, at in his ipsis vixisse nostris regionibus. Totus enim est Latinorum usui accommodatus; ab Orientalium vero consuetudine tam alienus, ut a viris eruditissimis, qui suppares fuerunt Hippolyto, atque in Oriente floruerunt, percipi non potuerit. S. Anatolius ipse Laodicenus hoc eodem studio celeberrimus : *Hippolytus*, inquit (47), *16 annorum circulum quibusdam ignotis lunæ cursibus composuit.* At sedem Hippolyti luculentius alii vindicarunt, præcipueque Constantinus Ruggerius V. C. (48), cujus inspeximus pagellas 80 hoc argumento conscriptas, easque nuper in dissertationem erudite absolutam notisque illustratam immigrasse cognovimus. Ac plura quidem, quæ proferre potuissemus, exposita ibidem offendimus, ut aliqua tantum supersint, quæ disputationem de pluribus Hippolytis expediant. Duo maxime insignes cultu anniversario Romæ fuerunt Hippolyti martyres : primus miles, cujus præclarum fuit monumentum conjunctum templo S. Laurentii in agro Verano. Hujus nomen fasti Ecclesiæ exhibent Idibus Augusti. Exhibet quoque Prudentius (49) : *Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma Idibus Augusti mensis.* Cætera quæ Prudentius ipse ait se canere ad picturæ fidem, historice de uno tantum Hippolyto non posse accipi venerabilis Baronius cardinalis admonuit, ut mirum sit viros criticæ studiosos deinde pictoris licentiam pro veritate habuisse, aut errorem certe, qui exoriri potuit illa inspecta, noluisse agnoscere, ut in unum tres Hippolyti coalescerent. Alterius Hippolyti, qui Portuensis est, varie dies festus recensetur, XI Kal. Sept. vel postridie, vel Non. Sept., a Græcis IV vel III Kal. Febr. Is aliquando *Nonus* veteri more honoris caussa dictus invenitur, unde *Nonni* Edesseni Episcopi gestum aliquod sequiori ævo (50) relatum est ad Hippolytum Portuensem. In Portu Romano corpus Hippolyti servatum esse ad usque initium IX sæculi Anastasius prodidit (51). *Fecit idem almificus pontifex* (Leo III) *in basilica Beati Hippolyti martyris in civitate Portuensi vestes de stauraci duas, unam super corpus ejus, et aliam in altari majori.* Eodem vero eunte sæculo a Formoso nondum pontifice summo, at episcopo Portuensi, corpus Hippolyti cum aliis in Tiberinam insulam translatum est, quod coæva docet epigraphe (52) :

HIC. REQUIESCUNT. CORPORA
SCŌR. MARTYRV̄. YPPOLITI.
TAVRINI. HERCVLANI. ATQ.
IOANNIS. CALIBITIS
FORMOSVS. EP̄S
CONDIDIT.

Quoniam itaque non dubitamus quin Hippolytus fuerit *Portus Romani* episcopus, illud facilius impetrabimus, Portuensem episcopum aliquandiu in sua diœcesi numerasse regionem urbis Transtiberinam, ipsamque Tiberinam insulam, sive quia ea pars extra Urbis pomeria flumine definita censebatur, sive, ut certum est, Romanorum pontificum insigni humanitate, qua præter Ecclesiæ ornamenta etiam nonnulla deinceps consecuti sunt, quæ ad imperium pertinent, veluti illud est capiendi eorum hæreditates, qui intestato decederent. Exstant ea de re adhuc diplomata Benedicti VIII, anno 1019 ; Joannis XIX, anno 1026 et Leonis IX (53), qui Jo-

(45) Basnag., Animadv. de S. Hippolyti Vit., *Lect. antiq.* Canisii, I, pag. 10.
(46) Heuman., *Primit. Gotting.* pag. 240.
(47) S. Anatol., Præfat. in *Canon. Paschal.*, apud Bucherium pag. 439.
(48) Ruggerii et Buschii Dissert. de Port. S. Hippolyti sede.
(49) Prudent. *Περὶ στεφάνων*, XI.
(50) Petr. Damian., *de Abd. epis.*
(51) Anastas. Bibl., ed. Vignol. II, pag. 266.
(52) Gruter. MLIII. et Bottar. delle Scult. III, pag. 21. Paciaud. de Baln. Christian. pag. 41. Passion. Inscript. Antich. pag. 121.
(53) Ughell. Tom. I *Ital. Sacr.* pag. 116 et 120.

Digitized by Google

anni Portuensi antistiti vetustissimam Ecclesiæ suæ dignitatem, ac præcipue templum S. Adalberti in Tiberina insula, quæ per id temporis dicebatur Lycaonia, repugnante Crescentio episcopo Sylvæ Candidæ, asseruit in ipso Lateranensi concilio II, quo exacto sententia pontificis prolata est. Quando autem suburbicarii episcopi nonnunquam *episcopi Urbis* nominati sunt, nemo non videt, quanto id nomen facilius adhæserit episcopis Portus Romani, qui trans Tiberim tanta cum potestate obtinebant (54). Quamobrem intelligimus, unde repetenda sit consuetudo, qua Portuenses et Sylvæ episcopi quotannis donaria quædam in Vaticano templo excipiebant, quod ex monumentis basilicæ haud ita pridem evulgatis quisque agnoverit. Hac etiam de causa factum est, ut *Formosus* adhuc Portuensis episcopus, quo tempore omnia barbari deprædabantur, metuque Saracenorum incolæ Portum Romanum deseruerunt, exportarit corpus Hippolyti cum aliis a Portu Romano, ubi conditum fuerat, in locum, quo fieri poterat remotiorem sui episcopatus, in Tiberinam nempe insulam, ubi *episcopum Portuensem habuisse domicilium in ecclesia S. Joannis inter duos pontes* legimus (55). Illud autem in recitata epigraphe, quam *Formosus* loculo sacrorum pignorum inscripsit, etiam deprehenditur, quod nomina *Hippolyti*, *Taurini*, *Herculiani*, exhibet, quæ ipsa leguntur in veterrimo Liberiano Kalendario hac formula : *Non. Sept. Aconti in Porto, et Nonni, et Herculani, et Taurini.* Hippolytum quippe honoris causa dictum fuisse *Nonnum* ostendimus, quemadmodum auctor suo ævo satis idoneus: *Nonnos vocamus*, inquit, *majores ob reverentiam; nam intelligitur paterna reverentia* (56). Itali retinent, cum avos appellant, et prope Græci significarunt, cum Hippolytum παλαιόν dixere. Aliquando *Nunus* effertur non secus atque in veteri marmore (57) :

DONATA NUNO SUO TERTULLO CUM FILIA IN PACE.

« Non tantum itaque falsa est ab Lemoynio excogitata derivatio, qui *filium* explicat *Nonnum* quasi ex νίός (58), dum agit de hoc ipso Hippolyti cognomine, sed veritati contraria. Salmasii ex μόνος deducentis, aliorumque etyma nihil moramur, quando usum inquirimus, non originem. Hoc igitur concedamus Græcis scriptoribus, ut quoniam Romani pontifices Hippolytum Portuensem ejusque successores eximiis quibusdam ornamentis honestare voluerunt, illi non a Portu sedem *Hippolyti*, sed ab Urbe ipsa nominarint, quemadmodum nostra exhibet epigraphe commentario præmissa. Neque recentiorem cum Scaligero, sed vetustissimam hanc esse opinari licet, atque Eusebii Cæsariensis ævo superiorem, ut si jam a Græcis *Romæ episcopus* diceretur Hippolytus, mirum non est si vir peritissimus, cum optime nosset Hippolytum non fuisse Romanum pontificem, scripserit, ἑτέρας του Ἐκκλησίας, *alterius cujusdam Ecclesiæ*, quæ manifestius Hieronymus est interpretatus: *nomen quippe urbis scire non potui.* Quod vero Hieronymus, diu Romæ commoratus, Hippolyti sedem ignorare non posset, quæ ignoratio nimis extollitur, jam ea utemur, propterea quod Hieronymus in Oriente diutius commoratus est, quam Romæ. »

Hactenus cl. vir Simon de Magistris.

ARTICULUS III.

DE MARTYRIO S. HIPPOLYTI, etc.

De rebus S. Hippolyti nostri in episcopatu gestis monumentorum copia destituti nihil omnino singillatim edicere possumus. Verum quod reliquum habemus ex ejus operibus nobis sufficit ad persuadendum, quod is in episcopatu omne tempus ad instruendos fideles defendendamque adversus hæreses quascunque veritatem orthodoxam impenderit.

Martyrum albo Hippolytum inscribunt Hieronymus (59), Gelasius (60), Theodoretus (61) aliique : quapropter in Martyrologio Romano (62) legitur, sub Alexandro imperatore, ob præclaram fidei confessionem, manibus pedibusque ligatis in altam foveam aquis plenam præcipitatum occubuisse, cui et alios in martyrio socios ex Actis S. Aureæ addit Baronius (63). Inter apocrypha tamen tum Hippolyti, cum S. Aureæ Acta recensenda esse dubitari vix potest, utpote quæ, ut idem inquit Baronius, *mendis plena in multis restituenda* (64). In Maximini vero aut Decii persecutione eum martyrii coronam adeptum fuisse verosimile inde redditur, quod anno Alexandri imperatoris primo, *temporum Canonem*, *Paschalemque cyclum* edidit, cui alia opuscula addidit, ut ex ejusdem operum catalogo videre est.

Cæterum quæ scriptores de tempore martyrii hujus tradunt, diversa atque incerta sunt. Alii id referunt ad annum Christi 230. Sed severioribus criticis non placet, quod in Martyrologio Romano martyrium S. Hippolyti collocetur sub imperio Alexandri Severi, cum tunc nulla persecutio fuerit, quinimo ipse imperator Christianis faveret. Unde Ruinartius in Præfatione ad *Acta martyrum sincera*, pag. XLVIII, eumdem scrupulum proponit, et utcunque discutere conatur hoc modo : *Alexandrum Heliogabali successorem Christianis favisse nemo potest inficiari, nisi omnes antiquos scriptores rejicere velit. Unde mirum est tot martyres sub ejus imperio passos a nonnullis recenseri. An id ad præfectos, quos sub ejus imperio sævissimos fuisse aiunt, referendum est?*

(54) Bull. Bas. Vatic. I, 21.
(55) Cod. Reg. Suec. Vat. 385, p. 21.
(56) Pag. vocabul. *Nonnos*; Cang. *Glossar. Med. Lat.*
(57) Fleevood., pag. 386.
(58) Stephan. le Moyne, Prolegom. ad *Varia Sacra*, XXXI, 2.
(59) Hieronym., Præf. in Matthæum.
(60) Gelas. ut sup. tom. IV *Biblioth. PP.*
(61) Theodoret. dialog. 3, De impatibil.
(62) Martyrolog. Rom., die 22 August.
(63) Baron. ad ann. 129, num. 7.
(64) Martyrolog. Roman., die 5 et 22 Augusti.

Digitized by Google

Hinc nonnulli scriptores propter favorem Alexandri imperatoris erga Christianos mallent martyrium S. Hippolyti collocare sub Alexandri successore Maximino; inter hos Dodwellus ad annum 235 illius martyrium refert (65). Sed quamvis sub imperatore Maximino habeamus persecutionem adversus Christianos truculentam, quæ præcipue spectabat ad eorum antistites, qualis etiam sanctus martyr noster fuit, asseveranter tamen martyrium S. Hippolyti non audemus statuere sub imperio Maximini, propter epistolam ipsius, quæ ad reginam quamdam scripta est, et ex qua Theodoretus (66) fragmenta aliquot allegavit. Baronius (67) putat hanc reginam fuisse Mamæam, imperatoris Alexandri matrem, quæ Christianis utcunque favebat. Verum anno Christi 1551 in agro Verano repertus est *Cyclus Paschalis*, in cujus latere inter alias S. Hippolyti lucubrationes *Exhortatio ad Severinam* notatur. Unde Tillemontius (68) suspicatur, hac Severina indicari Severam, Philippi imperatoris uxorem, quæ Christiana fuisse perhibetur, et ad quam doctissimus Origenes etiam litteras dedit. Si illa Tillemontii suspicio vera sit, haud dubie martyrium S. Hippolyti usque ad annum Christi 250, sive ad persecutionem Decii imperatoris differendum est. Ad hanc suspicionem confirmandam accedit testimonium S. Epiphanii, qui hæresi 37, sive 57, contra Noetianos ita scribit: *Post hunc alius quidam hæreticus, Noetus nomine, prodiit; neque multis abhinc annis, sed ante hos centum fere ac triginta*, nimirum priusquam sanctus hoc opus suum componeret. At S. Epiphanius circa annum 375 illud opus adversus hæreses conscripsit, adeoque retrorsum numerando hæresis Noetiana sub imperatore Philippo exorta est, ut Tillemontius affirmat (69). Cum itaque S. Hippolytus hanc Noeti hæresim recenter exortam videatur impugnasse, ut apud eumdem Tillemontium l. c. ostenditur, in ista hypothesi martyrium ipsius ante persecutionem Decii imperatoris collocari non potest. Hæc tamen Tillemontii argumenta non omnino certa sunt, quandoquidem ab aliis negantur.

Nec quæ de loco martyrii adduntur, ea munita sunt auctoritate, ut iis fides haberi debeat. Imo quoniam Eusebius et Hieronymus de martyrio hoc sileant, Christophorus Heumannus (70) existimat Hippolytum falso iis annumerari, qui sanguinem suum pro causa Christi profuderint, eoque veritatem religionis Christianæ confirmarint. Id quod licet haud simpliciter affirmandum esse putem; minus tamen diffiteor, quæ de martyrio ejus narrantur, pleraque esse incerta ac tenebris involuta.

De Hippolyto quidem martyre nonnulla cecinit Prudentius, quæ, si Hippolyto episcopo aptari possent, certiora Actis essent. *Nostrum Hippolytum*, id est, episcopum, *invenit Ruinartius* (71) *in hymno Prudentii* (72), ait Basnagius (73). Si attente tamen Ruinartii monitum in Prudentii carmina legisset, contrarium ab eo tradi didicisset; nam Hippolytum a Prudentio celebratum ab altero, de quo agimus, cujusque opuscula Eusebius et Hieronymus memorant, distinguendum esse ibidem adnotat Ruinartius; quinimo tres ejusdem nominis martyres discernendos esse, quos a Martyrologiorum auctoribus in unum confusos fuisse Baronius aliique tradiderunt. Et sane Hippolytus a Prudentio laudatus, qui in Portu Romano ad Ostia Tiberina, ut vulgo creditur, martyrium subiit, diversus omnino a nostro est. Hic quippe episcopus incertæ sedis, ille vero Romanæ Ecclesiæ presbyter, ac Novati opinionibus aliquando addictus, et martyrii tantum corona clarus; noster vero non solum martyrio, sed et eruditione et scriptis celeberrimus. Ille demum, Prudentio teste, furentibus equis raptatus interiit; noster vero, si fides Martyrologiis, in foveam demersus occubuit.

Theodoretus hunc sanctum doctorem fluenti fontis comparat, dum dialogo 3, sive tomo IV Operum suorum pagina 154 et sequente, testimonium ipsius et aliorum sanctorum Patrum contra hæreticos adducit hoc modo: *Fac igitur pateant aures, et spiritualium fontium fluenta accipe, sancti Ignatii Antiocheni et martyris ex epistola ad Smyrnenses... Irenæi Lugdunensis episcopi ex tertio libro adversus hæreses... sancti Hippolyti episcopi et martyris ex epistola ad quamdam reginam.* S. Chrysostomus, seu potius alius antiquus auctor sub ejus nomine, attribuit S. Hippolyto ingenium excellens, eloquentiamque suavissimam, nec dubitat eum conferre cum S. Ignatio M. et S. Dionysio Corinthio vel Alexandrino (74). S. Anastasius sæculi VII confessor eumdem condecorat titulo magni et sacratissimi doctoris, testis fidelis veritatis, atque organi sancti Spiritus (75). Leontius Byzantinus sanctum doctorem nostrum recenset inter illustrissimos Ecclesiæ Patres, qui a nato Salvatore ad imperium usque Constantini M. floruere (76).

(65) Dodwell, , Dissertat. Cyprianicar. XI, § 50, pag. 83.
(66) Theodoret., dialog. 2 et 3, sive tom. IV Opp., pag. 88 et 155.
(67) Baron. in *Annal.*, ad ann. 259, num. 10.
(68) Tillemont, tom. III *Mémoir.*, pag. 243.
(69) Idem, ibidem.
(70) Heumann., laudat. Dissertat., § 12, pag. 13.
(71) Ruinart., *Act. sinc. MM.*, pag. 157.
(72) Prudent. *Περὶ στεφάνων*, carm. XI.
(73) Basnage, *Annal.*, an. 222, num. 8.
(74) Ubi beatus ille chorus est episcoporum et doctorum, qui tanquam luminaria in mundo resplenduerunt verbum vitæ continentes?... Ubi Hippolytus suavissimus et benevolentissimus? Ubi Basilius Magnus, etc. Chrysostom. tom. VI Opp., orat. 51, pag. 480.
(75) « Ecce nunc et sacratissimus hic et magnus doctor, veritatisque testis fidelis concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac apostolicæ institutionibus Ecclesiæ, duas secundum unitionem inconfusam et impatibilem quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates . . . . confiteri jubet. » Anastas. in *Collect.* Sirmondiana, tom. III, p. 590.
(76) « Temporibus illis quæ a Christi nativitate usque ad imperium Constantini numerantur, hi do-

Digitized by Google

CAPUT II.

DE SCRIPTIS GENUINIS SANCTI HIPPOLYTI.

ARTICULUS I (77).

DE CATALOGO LIBRORUM IN HIPPOLYTI STATUA SCULPTO.

Cum Hippolyti librorum catalogus, qui in statua sexto demum sæculo posita designatus est, quamdam, etiamsi non magnam, habeat auctoritatem, necesse est, ut priusquam de nostri scriptis disquirere incipiamus, mancum contextum illius catalogi restituamus (78).

In quatuor prioribus lineis litteras nonnullas detritas esse satis apparet. Ita in prima linea legitur ΙΟΥΣ. Scaliger (79) vult has litteras esse reliquias verbi ψαλμούς, quod conjungendum sit cum litteris in sequenti linea lectis ΝΙΑΣ; ΝΙΑΣ litteris autem commutatis in ΝΟΙΑΣ putat ultimas has esse syllabas verbi μετανοίας, ita ut intelligendi sint ψαλμοὶ μετανοίας (psalmi pœnitentiales). Quam conjecturam, quæ gravissimis causis refutata est a Stephano Moynio, omnino falsam esse, inde quoque elucet, quod et in sequenti tertia linea adnotatus est nostri in psalmos commentarius, et μετανοίας verbum, cum novem tantum litteras contineat, non totam explevisse lineam videtur. In quaque enim linea litteris impleta sexdecim fere inveniuntur litteræ (80). Stephanus ipse conjecit, legendum esse εἰς πρωτοπλάστους καὶ περὶ κοσμογονίας vel ζωογονίας. Quæ conjectura non omni verisimilitudine caret; nam constat nostrum scripsisse in Hexaemeron et in ea quæ post Hexaemeron; omittam autem respectu habito ad litterarum numerum καί particulam. Mirum tamen me habet, quod non vice versa scriptum sit περὶ κοσμογονίας, εἰς πρωτοπλάστους. Difficile est, cum tot exstent Hippolyti libri, et sculptor libris tribueret titulos obscuros atque novos (e. c. ἐγγαστρίμυθον), satis perspicue demonstrare, qui libri intelligendi sint. Itaque rem in suspenso relinquo; hoc unum tantum contendens, illis litteris significatos esse commentarios in sacra Scripta; nam apparet, illis absolutis dogmaticos apologeticosque libros demum laudari.

ΑΛΜΟΥΣ. Quin hæ litteræ sint reliquiæ vocis ψαλμούς, non dubito, in quos nostrum scripsisse testatur Hieronymus. Itaque respiciens ad lineæ spatium litteris implendum, legendum puto τὰ εἰς τοὺς ψαλμούς.

ΓΑΣΤΡΙΜΥΘΟΝ. Scaliger legendum esse ἐγγαστρίμυθον recte vidit (81). Cum Hieronymus in catalogo nostri librorum laudet librum de Saulo et Pythonissa, Stephanus justo jure contendit, libellum hoc titulo inscriptum spectasse ad Pythonissam illam, quæ Sauli regis jussu Samuelis animam ex Orco evocasse narratur I Sam. cap. 28.

Πρὸς Σεβηρεῖναν. Stephan. conjecit ΣΕΒΗΡΑΝ ΑΥ, atque putat Severæ Philippi Arabis uxori hanc epistolam datam esse.

Ὠιδαὶ εἰς πάσας γραφάς. Mirum videtur, quod noster dicitur de tota sacra Scriptura vel de quoque ejus libro homilias habuisse. Itaque conjecit Stephanus (82) ᾠδαὶ εἰς πάσας αἱρέσεις. Quod vituperat Cave (83) putans ista ratione quadrata rotundis permutari facillime posse. Negari tamen non potest, similitudinem esse inter litteras utriusque verbi tantam, ut qui primus edidit catalogum, litteris in statua detritis, errore deceptus illa verba facile commutare posset. Pro ᾠδὰς εἰς legere vult idem Stephanus πρός; ita ut totus sonet titulus πρὸς πάσας τὰς αἱρέσεις. Quod quidem sagacissimum; ipsi tamen rem in suspenso relinquimus, cum nobis non liceat statuam ipsam et catalogum in ea designatum inspicere.

Ut plane mancum atque corruptum esse catalogum in statua designatum intelligamus, eum conferre placet cum catalogis nostri librorum, quem invenimus apud Eusebium et Hieronymum.

ctores et Patres exstiterunt: Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Justinus philosophus et martyr, Clemens et Hippolytus episcopi Romani, » etc. Leont. Byzant. *Πράξει*, pag. 430.

(77) Articulum hunc primum addimus ex commentatione historico-critica de S. Hippolyti vita et scriptis, quam anno 1838 Gottingæ edidit Carolus Guilielmus Haenel, Luchoviensis. EDIT. PATR.

(78) Catalogum exscripserunt Gruterus (*Thesaurus inscriptionum*, p. 140), Fabricius (Opp. Hipp. vol. I, in tab. II, a, post p. 36), Cave.(*De script. eccl.*, vol. I, p. 104).

(79) In canonem pasch. Hipp. (apud Fabr., vol. I, p. 79).

(80) Conf. statuam designatam apud nos infra.

(81) Apud Fabric. vol. I, p. 81.

(82) L. l., p. 1088.

(83) L. l., tom. I, p. 106.

Digitized by Google

	Catalog. apud Euseb.	*Apud Hieronym.*
IOYΣ	In Hexaemeron.	In Hexaemeron.
NIAΣ	In ea quæ post Hexaemeron (contra Marcionem).	(Contra Marcionem).
In Psalmos.		De Psalmis.
De Pythonissa.		De Saulo et Pythonissa.
De Evangelio secundum Joannem et Apocalypsi.		De Apocalypsi.
De Charismatibus (84).		
Apostolica traditio.		
Chronicon (85).	De Pascha (lib. I).	Temporum canones.
Contra Græcos et in Platonem vel etiam de omni.		
Exhortatorius ad Severinam.		
Demonstratio temporum Paschæ quemadmodum in tabula.	De Pascha (lib. II) canon paschalis.	De Pascha, canon paschalis.
Odæ in omnes Scripturas (adversus omnes hæreses).	Adversus omnes hæreses.	Adversus omnes hæreses.
De Deo et carnis resurrectione.		De resurrectione.
De bono et unde malum.		
	In Canticum cant.	In Cantic. cantic.
	In partem quamdam Ezechielis prophetæ.	
		In Exodum.
		In Genesin.
		In Zachariam.
		In Isaiam.
		De Daniele.
		De Proverbiis.
		De Ecclesiaste.
		De Antichristo.

ARTICULUS II.

S. HIPPOLYTI LIBER CUI TITULUS : « DEMONSTRATIO DE CHRISTO ET ANTICHRISTO. »

Plurima scripsit Hippolytus, Eusebio, Hieronymo, Photio aliisque memorata. Quædam eorum ad nos pervenerunt; plerisque autem per injuriam temporum nunc caremus; aut fragmenta tantum supersunt, quæ cum in editis libris, tum in codicibus manuscriptis habentur. Sunt quoque nonnulla, quæ Hippolyti quidem nomen præ se ferunt; illorum autem ea est ratio, ut recte eruditi viri judicaverint, ista minus composita esse ab Hippolyto, sed in libris dubiis ac suppositis numerari debere.

Et primum quidem locum inter opera integra seu ampliora S. Hippolyti obtinet *Demonstratio de Christo et Antichristo*, cujus meminere Hieronymus, Andreas Cæsariensis, Germanus CP., Joannes Damascenus, et Photius; eorumque loca inferius inter veterum testimonia scriptis Hippolyteis præmisit C. V. Gallandius (86); ut propterea mirari subeat Basnagii confidentiam, qui antiquorum scriptorum fide posthabita, omnium eruditorum calculo comprobata, *fictitium Hippolytum* appellat (87) hujus *Demonstrationis* auctorem. Utinam vero legisset ille, perpendissetque sincerum primi editoris judicium, qui sane sibi suspectus haud esse jure poterat. Sic igitur Gudius (88) : « Illustre Photii testimonium libenter adjungendum curavimus (89); ut si lectorem offenderet in hoc opusculo cogitationum, ipsiusque orationis simplicitas, nihil propterea dubitaret περὶ τῆς γνησιότητος. Photius libello nostro tanquam insignem notam apponit τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερον. Et profecto, quidquid Hippolyto tribuebat, mirifice respondet. »

His autem de operis integritate habitis, pergit Gudius, atque de illius titulo hisce verbis edisserit : « Sed non omittenda est inscriptio, quam conservavit idem Photius : *Περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχριστοῦ*. Uterque codex Remensis et Ebroicensis, unde opus descriptum, similiter : *Περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχριστοῦ*. Ego vero discessi magnis rationibus. Non enim debebam conscientia convictus, librariorum errorem atque ignorantiam superstitiose propagare. Hippolytus causam dicet necessariæ mutationis, cujus verba sunt : *Verum quoniam jam tempus urget ad ea, quæ nobis argumento proposita sunt, cum sufficiant, quæ in exordio ad Dei gloriam peroravimus, æquum est, ut aggredientes ipsas divinas Scripturas, ex illis videamus, quis et qualis Antichristi advenlus* (90). Quid nunc est apertius, quam non ad argumentum pertinere, quæ de Christo dixerat? Nihil se profiteri planissime testatur, præterquam Antichristi demonstrationem. Credamus auctori potius

(84) Neander vir doctissimus dubitat, num de charismatibus et de apostolica traditione in eodem libro disputaverit Hippol. In duobus vero libris ea de re illum disseruisse puto, cum non legatur ἀποστολικὴ παράδοσις περὶ χαρισμάτων, sed vice versa. De quibus libris latius atque fusius disputat Stephanus; aliorum virorum doctorum hac de re sententiæ leguntur apud Fabricium, tom. I, pag. 83. Conf. Fabricii *Bibl. Græc.* ed. Harless., vol. VII, pag. 192.

(85) Tituli h. l. collati eumdem librum designare videntur.

(86) Galland., *Biblioth. PP.*, tom. II, pag. 411, 417.

(87) Basnag., Animadv. ad tom. I *Thesauri* Canis., pag. 10.

(88) Gud. apud Fabric. tom. I Opp. S. Hippolyti, pag. 2.

(89) Phot., *Biblioth.* cod. ccu.

(90) *De Antichr.* cap. v.

Digitized by Google

quam Photio, cui librariorum stupor fraudi fuit. Error in hac ἐπιγραφῇ antiquior est octingentis annis. Sed erroris vetustate non movemur. Nam Photio testem fide atque ætate longe superiorem opponimus Hieronymum, cujus auctoritatem magni semper facio. Ille autem laudavit ἁπλῶς commentationem de Antichristo. Hoc ἐν παρόδῳ monendum fuit, ne quis nos juvenili temeritate in libros manu exaratos grassari suspicaretur. » Hactenus Gudius: cujus tamen sententia minus probatur Combefisio (91); eumque proinde cum Fabricio (92) et Gallandio (93) nos quoque assectamur. Notante enim Combefisio, cum se Hippolytus dicturum pollicetur, de revelando Christi adventu, de cœlo, de sanctorum cum Christo regno, cumque tota tractatione Antichristum Christo opponat; non ita male sive Hippolytus, sive quivis alius, prænotavit, Περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχριστοῦ. Quod ita post Photianum codicem etiam ii repræsentant, ex quibus expressa Gudii editio: quibus proinde malui inhærere quam ejus mutationi deferre. Hieronymum (cujus et ipse magni auctoritatem facio) adversari Photio non facile dixerim, quod Hippolyti plura recensendo *De Antichristo* solummodo dixerit. Nempe, nec de Christo negavit, sed sic summa, unde tractatus esset notior, ascripsit; Photius ex codice integrum titulum recensuit. Deinde eo spectat tota tractatio, ut Antichristi ex Scripturis demonstratione ab eo fidelibus caveat, et Christo adjungat, amborumque discrimen eum in finem aperiat; quod Christum non excludit, ne ipse pars argumenti videatur, et finis genuinus atque proprius tractationis, non solum extrinsecus.

Opus istud litteris consignavit sanctus Pater, rogatus a quodam Theophilo, quocum de eodem argumento fuerat ante collocutus; ipsique propterea, quem charissimum fratrem appellat, librum suum nuncupat. In eo autem, judice Photio, ut modo audivimus, servata sensuum simplicitas ac vetustas; genus vero dicendi clarum in primis ac perspicuum, nec non interpretationi congruum. Cæterum epocha hujus libri prorsus est incerta, neque ex adjunctis colligi potest quo tempore S. Pater hunc tractatum composuerit.

Analysis hujus tractatus.

Sanctus Hippolytus librum *De Antichristo* composuit occasione colloquii quod habuit cum quodam Theophilo (94), cui illum dicavit, quemque charissimum suum fratrem appellat. Monet autem inprimis Theophilum, ne scripta sua cum infidelibus, qui quæ ignorant, blasphemant, sed cum fidelibus in sanctitate, justitia et timore Dei viventibus, communicet (95). Antequam vero ad tractatum *De Antichristo* pergat S. Hippolytus, prius duas alias quæstiones sibi solvendas proponit: scilicet quomodo Dei Verbum ante incarnationem se prophetis manifestaverit? et dein quomodo idem Verbum Dei per incarnationem factum sit servus Dei? Primam quæstionem solvit ducta comparatione ab instrumento musico, aitque prophetas esse instar chordarum, et Verbum veluti plectrum, cujus motu atque impulsu incognita prophetæ aliis hominibus annuntiarent (96). Quantum ad alteram quæstionem, respondet Theophilo S. Hippolytus: *Quia Verbum suam misericordiam, et quod minime acceptor est personarum, per omnes sanctos ostendit, illuminans illos atque componens velut peritus medicus ad ea quæ ad nostram conducant salutem, quippe cum non nesciat humanam infirmitatem. Ac quidem ignorantes studet edocere: errantes vero ad veram suam viam convertit. Atque his quidem, qui fide quærunt, facile invenitur; his autem, qui mundis oculis et casto corde ostium pulsare desiderant, confestim aperit. Nullum enim suorum servorum rejicit, quasi divinorum mysteriorum indignum. Non divitem paupere pluris facit, neque pauperem pro ejus tenuitate spernit. Non barbaro exprobrat, nec eunuchum quasi non virum ablegat. Non odit feminam ob primæ originis inobedientiam, nec virum ob transgressionis reatum deturbat; sed omnes vult, omnesque salvare desiderat. Omnes Dei filios præstare vult, sanctosque omnes in unum hominem perfectum vocat; nam et unus Dei Filius est, cujus etiam nos munere per Spiritum S. adepti regenerationem, in unum perfectum ac cœlestem hominem omnes occurrere optamus* (97). Postea paucis exponit quomodo Verbum Dei, licet purissimus spiritus, in utero Virginis sit incarnatum; atque concludit, quod Verbum carni nostræ mortali unitum fuerit, ut nostrum corpus redderet incorruptibile, hominem perditum salvaret. Adjungit quædam de passione Domini nostri Jesu Christi, putatque aliquam illius invenire similitudinem in arte textoris (98).

His præmissis tractatum *De Antichristo* incipit, de quo ex Scripturis ostendit, atque sequentes quæstiones solvere conatur: Nimirum quis et qualis Antichristi adventus, qua ætate ac tempore revelabitur iniquus ille; undenam, et ex qua tribu, quod illi nomen, quomodo populum in errorem inducet, quam item sanctis tribulationem inferet (99). Dein expli-

(91) Combefis. in notis ad cap. v, infra pag. 419, apud Galland., tom. II.

(92) Fabric. Hippolyt., tom. I Opp., p. 2, not. *.

(93) Galland., tom. II *Biblioth. PP.*, in Prolegomen., pag. XLV.

(94) Putat post Fabricium Ceillierius tom. II *Hist. génér. des auteurs*, pag. 334, not. d, fortasse hunc Theophilum eumdem fuisse, quem alloquitur Methodius episcopus Tyri, æqualis Hippolyto, in suo tractatu *De resurrectione: Vos enim sermonum nostrorum judices, teque imprimis, optime Theophile.* Apud Epiphan. hæres. 64, p. 540.

(95) Hippolyt. lib. *De Antichristo*, num. 1.

(96) « Hi namque Patres Spiritu prophetiæ aptati, digneque ab ipso Verbo honorati, quo nimirum velut organa in seipsis unitum semper Verbum tanquam plectrum haberent, cujus nutu atque afflatu quæ Deus vellet, hæc prophetæ annuntiabant. » Hippolyt., lib. cit., num. 2.

(97) Idem, l. c., num. 3.

(98) Idem, l. c., n. 4.

(99) Idem, l. c., num. 5 - 23.

Digitized by Google

cat visiones Nabuchodonosoris et Danielis hoc modo (1) : « Quia igitur quæ sic arcana sensu dicta sunt, nonnullis videntur captu difficilia, eorum nihil abscondemus, ut intelligant, qui sana mente prædili sunt. *Leœnam* enim dicendo *ascendentem e mari*, Babyloniorum regnum in mundo significavit, quod hujus simulacri erat *caput aureum*. Quod autem dicit: *Alæ ejus quasi aquilæ*, quia exaltatus est rex Nabuchodonosor, et adversus Deum elatus. Dum ait: *Evulsæ sunt alæ ejus*, quia ejus ablata est gloria; fuit enim ejectus e regno suo. Dicendo autem: *Cor hominis datum est ei et super pedes hominis stetit*, quia ductus pœnitentia est, ipse seipsum agnoscens, quod homo esset, et dedit gloriam Deo. Post leœnam ergo secundum animal vidit *urso simile*, quod sunt Persæ . . . Dicendo autem *tres costæ* (sive ordines) *in ore ejus*, tres gentes significavit, Persas, Medos et Babylonios, idque ostendit argentum adjunctum auro in simulacro. Sequitur tertia bestia *pardus*, nempe Græci; post Persas enim Alexander Macedo rerum potitus est debellato Dario, qui in simulacro *æris* specie ostensus est. Dicendo autem *quatuor alas volucris*, apertissime docuit quomodo Alexandri imperium divisum fuit; dicendo enim *quatuor capita*, quatuor, qui ex illo surrexerunt reges, memoravit; Alexander enim moriens imperium solidum in quatuor partes divisit. Deinde ait : *Bestia quarta terribilis ac stupenda, dentes ejus ferrei, et ungues ejus ænei*. Quinam isti, nisi Romani, quod est ferreum, quod nunc stat, manetque imperium, crura enim ejus ferrea; post hæc enim quid aliud superat, clarissime, præter vestigia pedum simulacri, et in quibus pars quædam ferrea, pars vero testea est, commistis inter se speciebus? Per ungues pedum arcano sensu reges ex illo ortum habituros designavit, uti Daniel ait : *Cogitabam bestiam, et ecce cornua decem retro eam, inter quæ surget minusculus stolo alius, et tria, quæ ante ipsum erant, cornua evellet*. Quo non aliud, quam Antichristus monstratus est, qui et ipse Judæorum regnum suscitaturus est : tria cornua per eum evulsa tres reges vocat, Ægypti, Lybiæ et Æthiopiæ, quos interficiet in belli acie. »

Eodem fere modo S. Hippolytus somnium Nabuchodonosoris de ingenti ac alta statua, quam Daniel descripsit, interpretatur (2). Aureum caput, inquit, simulacri, lœnæ, « Babylonii erant; humeri et brachia argentea, ursus, Persæ et Medi; venter femurque æneum, pardus, qui ab Alexandro Græci rerum potiti sunt; crura ferrea, stupenda bestia ac terribilis, Romani, qui nunc rerum potiuntur; vestigia pedum, testa ferrumque, ac decem cornua, quæ futura sunt regna et imperia; cornu aliud parvum succrescens, quod inter illa numeratur, Antichristus; lapis percutiens conterensque simulacrum, qui terram adimplevit et judicium mundo infert, Christus. »

Præterea S. Hippolytus, postquam prophetiam Isaiæ de interitu Jerusalem cap. I, v. 7, et prophetiam Danielis de simulacro, seu statua antea explicata, item aliam prophetiam Isaiæ cap. XLVII, v. 1 et seq., impletam esse quoad majorem partem notavit, ex Apocalypsi sancti Joannis capite XVII et XVIII; Antichristi damnationem fuse describit, quæ capita hic sanctus Hippolytus in extenso refert, et demum subdit (3) : *Apertissime in his testimoniis sigillatim declaratum est de tormentorum judicio, quæ extremis temporibus per tyrannorum, qui tunc erunt, injuriam illam incessura sunt.*

Postea describit S. Pater, quomodo se Antichristus ut Deum exhibebit (4) populumque ad se congregabit (5) atque persecuturus sit Ecclesiam (6). Mortem Antichristi tandem statuit post dies regni ipsius mille ducentos et sexaginta. His autem completis docet futuram mundi universi consummationem, judicium extremum, regnumque cœlorum (7).

Denique S. Hippolytus suam demonstrationem sequentibus concludit : « Hæc tibi paucis exposui, Theophile, ex divinis Scripturis hausta, ut servando fide, quæ scripta sunt, prospiciensque futura, inoffensum te Deo ac hominibus serves, exspectans beatam spem et illustrationem Dei et Salvatoris nostri, in qua suscitatis sanctis nostris cum eis lætabitur glorificans Patrem; ipsi gloria in sempiterna sæcula sæculorum. Amen. »

ARTICULUS III.

S. HIPPOLYTI OPUSCULUM DE HISTORIA SUSANNÆ.

Demonstrationem de Christo et Antichristo excipit opusculum *in Susannam*, a Combefisio Græce ac Latine vulgatum (8) : hinc vero a Fabricio in suam editionem conjectum (9) : versio autem Latina in *Bibliotheca SS. Patrum* Lugdunensi repetita (10). De hujus opusculi integritate nemo jure ambigat, ubi conferat illud cum præcedentis cap. 59. Siquidem utrobique parem Scripturas interpretandi rationem facile agnoscet. His accedit Georgii Syncelli testimonium, qui scriptum hujusmodi perlegisse videtur. Sic enim scribit (11) : « Sacer autem Hippolytus in scripto de Susanna et Daniele, Joachim Joacimi filium, alio nomine Jechoniam, cum tres annos post patrem imperasset, Babylonem cum reliquis translatum; Danielem vero ac tres pueros captivitatis hujus consortes; eum vero

(1) Hippolyt. l. c., num. 23 - 28.
(2) Idem, ibid., num. 28.
(3) Idem, ibid., l. c. num. 45.
(4) Idem ib., num. 52.
(5) Id. ibid., num. 54.
(6) Id. ibid., num. 56 et seq.
(7) Id. ibid., num. 61, 62, 63, 64, 65, 66.
(8) Combefis., *Auctar. noviss.*, tom. I, pag. 50-56.
(9) Fabr., Hippolyt. tom. I Opp., pag. 273 et seq.
(10) *Bibl. PP.* Lugdun., tom. XXVII, pag. 62.
(11) *Chronograph.* pag. 218, al. 174.

Digitized by Google

Susannæ conjugem dicit : nec aliena est a veritate sententia.»

Verum ut hac de re plenius adhuc edoceamur, cl. editorem ita loquentem audiamus (12) : «Quod, inquit, repræsento Hippolyti opus de Susannæ historia (non ipsum forte integrum, sed quale auctor Catenæ Regiæ in Scripturam, ejusmodi catenarum licentia quasi per electa suæ expositioni inseruit) ipsum videtur, quod *de Daniele* inscripsit Hieronymus, ac Photius alteri ejus *De Antichristo* lucubrationi jungit. Simplici allegoria sic Susannam in Ecclesiæ typum assumit, ut ejus temporis Ecclesiæ statum nonnullosque obiter ritus ecclesiasticos gnaviter aperiat : de baptismi unctione, de ejus ritu solemni in Pascha, per cujus occasionem præcipue in Ecclesiam sævirent Judæi et ethnici ; quod forte molestius habebant fieri novos Christianos, quam esse jam veteres. Sic sæpe in Actis martyrum videmus, qui recens ad Christi castra transierunt, ac martyrum opera reverentur, ipsos ad pœnas vocatos ; cum innumerabiles alii Christiani essent, quibus parceretur et qui vix latere judices possent. Extra enim Diocletianeam Romæ persecutionem, vix unquam in Christianos, qui jam plures essent et populum facerent, ac Ecclesiam, sic universe sævitum est, ut omnis ipsa multitudo una quasi furentis mucronis quæreretur victima.» Hæc Combefisius.

Brevis hic commentarius historiam Susannæ allegorice exponit. S. Hippolytus dicit, quod Susanna Ecclesiæ gerebat figuram; Joachim vero vir ejus, Christi. Hortus seu pomarium vocatio sanctorum, qui tanquam fructiferæ arbores in Ecclesia plantati sunt. Babylon mundus est. Duo seniores duos populos figurare noscuntur, qui Ecclesiæ insidias struere non cessabant ; nempe Judæos et gentiles (13). Cur autem historia Susannæ in fine libri Danielis referatur, cum tamen res nota et contestata sit, quod ante omnia alia a propheta relata facta contigerit? Respondet S. Hippolytus (14) : Sic scriptorum sacrorum moribus comparatum esse, ut non pauca inverso ordine litterarum monumentis consignata tradant. Nam etiam in prophetis quasdam visiones offendimus prius conscriptas, ac rursus in postremis relatas, quæ primo contigerunt. Id vero peculiari Spiritus numine ac consilio fiebat, ne diabolus intelligeret quæ prophetis in parabolis dicta erant, ac denuo ad perdendum rursus hominem laqueos tenderet. Hæc sententia proxime accedit ad illam, quam S. Hieronymus divo Ignatio, cur B. V. Maria S. Josepho desponsata fuerit, attribuit.

Cæterum parvum hoc opusculum nihil divo Hippolyto indignum continet ; ipsum etiam tempus, quo compositum fuerat, perbelle cum sæculo hujus S. Patris concordat. Videmus enim Judæos et gentiles, quemadmodum hic auctor adnotavit, conspirantes adversus Ecclesiam, accusantes Christianos, quod contra Cæsarum decreta agant, proptereaque ad tribunalia adductos ac morte damnatos (15) ; hæc autem persecutionis adjuncta ad initium et medium sæculi tertii observare est. Tandem auctores *Historiæ litterariæ Galliarum regni* animadvertunt (16) verisimile esse, illam parvam expositionem fuisse homiliam ab Hippolyto ad populum dictam.

ARTICULUS IV.

DE TRACTATU QUI INSCRIBITUR « DEMONSTRATIO ADVERSUS JUDÆOS. »

Quæ tertio sequitur *Demonstratio adversus Judæos*, designata existimatur in laterculo Hippolyti lapideo, ubi linea prima hæ litteræ comparent IOYC; id est, ut nonnullis visum, Ἀποδείξεις πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. Varias virorum eruditorum conjecturas exposuit V. C. Fabricius tom. I Opp., p. 80. Utut sit de laterculi inscriptione, nihil in opusculo occurrit quod sit Hippolyto indignum, nihil quod illius ætati non congruat. Præterea laudatur passim ab auctore (17) sub Salomonis nomine Sapientiæ liber : quod quidem Irenæi discipulum in primis decet, ut viris doctis animadversum (18). Accedit auctoritas veteris codicis, unde versionem suam adornavit Franciscus Turrianus. Hinc minime audiendus Basnagius, qui, ut duo præcedentia Hippolyti scripta tanquam fictitia respuit, sic etiam istud Hippolyto suppositum ducit (19). Sed superciliosum censorem dimittamus, sibique uni sapiat; qui nimirum ne unum quidem verbum proferat, quo saltem significet cur ita demum sentiat. Turriani versionem primum edidit Possevinus (20), deinde Imbonatus (21), postremo Fabricius in priore Hippo-

(12) Combefis., l. c. pag. 65.
(13) S. Hippolyt. *in Susannam.*
(14) Idem ibidem, ab initio.
(15) «Hoc nunc quoque in Ecclesia impleri invenias. Cum enim duo populi consenserint ut quosdam de Ecclesia perdant, diem aptum observant ; ingressique in domum Dei cunctis ibi orantibus, Deumque laudantibus, apprehensos quosdam trahunt, tenentque dicentes : *Venite, idemque ipsi ac nos sentite, ac diis cultum adhibete; quod si nolueritis, testimonium adversum vos dicemus.* Eos autem qui noluerint, ad tribunalia adducunt et accusant, velut qui agant contra decretum Cæsaris, ac morte damnant...» Et paulo infra : «Ecclesia enim nedum a Judæis affligitur ac angustias patitur, verum etiam a gentibus.» Hippol. *in Daniel. et Susann.*, tom. I, p. 276.
(16) *Hist. littér. de la France*, tom. I, part. I, p. 369.
(17) Hippolyt., *adv. Jud.*, cap. IX et X.
(18) *Hist. littér. de la France*, tom. I, part. I, p. 371.
(19) Basnag., Animadv. ad *Thesaur.* Canis., tom. I, p. 9 et seq. Judice Cl. Dupinio pag. 177 Lat. edit. *Bibliothecæ auctorum, Demonstratio contra Judæos* alicujus homiliæ, aut alius cujusdam operis fragmentum est. Utrum vero sit Hippolyti, eidem incertum videtur.
(20) Possevin., *Apparat. sac.*, t. I, p. 763-765.
(21) Imbonat., *Bibl. Lat. Hebr.*, p. 74-76.

Digitized by Google

lyti sui volumine; qui postea codicis Vaticani apographum nactus, quod cum eo communicavit Montfauconius V. C., in posteriore Græce et Latine eodem Turriano interprete opus vulgavit. Idem cl. editor suspicatur laudatam *Demonstrationem adversus Judæos* esse particulam *commentariorum S. Hippolyti in Psalmos*, cum sit veluti paraphrasis Psalmi LXVIII, juxta Hebræos LXIX, in quo passio Christo a Judæis inferenda prænuntiatur a Davide regio psalte.

ARTICULUS V.

DE LIBRO « ADVERSUS GRÆCOS, SEU CONTRA PLATONEM DE CAUSA UNIVERSI. »

Quarto loco memorandum occurrit insigne fragmentum *ex libro adversus Græcos, qui inscribitur adversus Platonem, de causa universi;* quem quidem in laterculo lapideo memoratum videas, πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, ἢ καὶ περὶ τοῦ παντός. Plura de eo erudite Fabricius (22). Scripti hujus Hippolytei præstantia duo excerpta, et quidem editis emendatiora, exstant in *Parallelis* Damascenicis Rupefucaldinis pag. 755 et 789, quibuscum propterea editum Fabricianum contulit cl. Gallandius.

Quandoquidem vero de hujus operis auctore varia tum veterum, tum recentiorum circumfertur opinio, in medium adducere placet Lequienii judicium; cujus quidem viri doctissimi sententiam libenter amplectimur. Sic igitur ille (23) : « Lucubrationis hujus Περὶ τοῦ παντός, *De universo*, excerptum aliud habetur in his *Parallelis* Rupefucaldinis, litt. a, tit. 71, ubi *Meletio Antiocheno* tribuitur. Photius (24) hoc idem opus assignatum fuisse narrat sanctis Justino, Irenæo et Caio Romanæ Ecclesiæ presbytero. Josephi quidem non esse fetum inde certissime constare arbitror, quod ambæ istæ laciniæ, imo totum fragmentum, quod Hœschelius in notis ad Photium Græce edidit, ac Græce Latineque Stephanus Le Moyne inter *Varia sacra*, Christianum, non Judæum auctorem prodant. Nam Christum esse Deum Verbum docet, imo Deum factum hominem, Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Evangelicas insuper locutiones et sententias usurpat. Sic enim de Deo Verbo carne facto loquitur : Τούτῳ ὁ Πατὴρ πᾶσαν κρίσιν δέδωκε, *Huic Pater omne judicium dedit :* quemadmodum scilicet Joan. v, 22, legerat : *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Itemque ubi dicit : Χάος γὰρ βαθὺ καὶ μέγα ἀνὰ μέσον ἐστήρικται, ὥστε μὴ δίκαιον συμπαθήσαντα προσδέξασθαι, μήτε ἄδικον τολμήσαντα διελθεῖν. *Chaos profundum et magnum inter utrosque firmatum est, ut neque justus illos miserationis affectu recipiat, neque injustus ad hos audeat transire;* quid aliud sibi vult, nisi quod Lucæ XVI, 26 Dominus pronuntiaverat : *Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est,* ἐστήρικται, *ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare?*

« Eos dedita opera non refello, qui tractatum istum, Caio, Justino, Irenæo, Origeni et Meletio ascripserunt. Satius sit nobis, in inscriptione lapidea vetustissima, quæ etiamnum exstat, inter opera Hippolyti Portuensis episcopi recenseri librum πρὸς Πλάτωνα, ἢ περὶ τοῦ παντός, *ad* (*adversus*) *Platonem, seu de universo*, ut alterum illius parentem non quæramus. Nimirum accidisse oportet ut librarius, cum in codice, quem præ oculis habebat, primas duntaxat nominis Hippolyti litteras Græcas legeret, Ἱππο, deletis vel compendio suppressis aliis, hinc arbitratus sit, fuisse scriptum Ἰωσίππου (25), unde opus Josepho restituendum intulerit. Auctorem porro non Platonis opiniones propugnasse, sed potius impugnasse, adeoque legendum esse (in *Parallelis* et in operis inscriptione) κατὰ Πλάτωνος, et non κατὰ Πλάτωνα, jam viri docti observarunt. Et certe in his fragmentis Platonicorum philosophorum de inferno fabulæ ac næniæ dedita opera refelluntur explodunturque, horum loco substitutis, quæ Christiana fides tradit, si pauca demas, quæ a communi catholicorum doctrina discrepant. Photius observat opus istud in duas partes distributum fuisse, ἐν δυσὶ λογιδίοις· quin etiam in quibusdam codicibus ejusmodi inscriptionem habuisse, περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, *de causa universi*, et in aliis περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, *de substantia universi*. Plura videsis apud eumdem Photium. » Hactenus V. C.

Neque hic prætereire fas est locum ex eodem opere *De causa universi* excerptum, qui non exstat in eo fragmento, quod hodie superest. Nobis illum servavit Joannes Philoponus, licet ipse, uti et Joannes Zonaras (26) perperam, ut vidimus, Josepho ascribant. Est autem ejusmodi (27) : Τὸ οὖν, *γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος*, οὐ μεταξὺ λέγει τοῦ κάτω ὕδατος τὴν τοῦ στερεώματος γενέσθαι φύσιν, ὡς Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος ἐν τῷ *Περὶ τοῦ παντὸς αἰτίας* συγγράμματι βούλεται, εἰς τρία, λέγων, διηρῆσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ μὲν τρίτον αὐτοῦ εἰς γένεσιν συμπαγῆναι τοῦ στερεώματος, τὸ δὲ τρίτον ἀναπομεῖναι κάτω, τὸ δὲ λοιπὸν τρίτον ἐν τοῖς ὑπὲρ εἰς ὕψος συνανακουφισθῆναι τῷ στερεώματι. Hoc est : « Illud igitur, *Fiat firmamentum in medio aquæ*, non arguit naturam firmamenti exsistere in medio aquæ hujus inferioris, ut Josephus Hebræus vult in libro, quem conscripsit *De causa universi*, dicens aquam tripartitam esse, et unam quidem tertiam ejus in firmamenti generationem coaluisse; alteram vero tertiam inferius remansisse; denique residuam

(22) Fabricius, *Delect. argum. et Syllab. script. eccl.*, p. 62 et seq.
(23) Le Quien., Opp. Damascen. tom. II, p. 789.
(24) Phot., *Bibl.* cod. XLVIII.
(25) Scribitur Ἰώσηπος et Ἰώσηππος, sed et Ἰώσιπος ac Ἰώσιππος.
(26) Zonar. in *Annal.* lib. VI, § 9, pag. 267, al. 201.
(27) Philopon., *De mundi creat.* lib. III, cap. 16, p. 140.

Digitized by Google

aliam tertiam, per rarefactionem in sublime una cum firmamento elevatam esse. »

Cæterum rem acu tetigisse videntur, qui ad istud opus Hippolyteum *adversus Græcos et Platonem*, existimant respexisse doctorem maximum, dum ait (28) : *Scripsit et Miltiades contra gentes volumen egregium. Hippolytus quoque, et Apollonius Romanæ urbis senator, propria opuscula condiderunt.* Imitatus nempe fuerit sanctus Pater viros ea tempestate longe doctissimos, qui ethnicorum placita scriptis suis evertere aggressi sunt; Clementem, inquam, Alexandrinum, Caium sodalem suum, Ecclesiæ Romanæ presbyterum, et alios.

ARTICULUS VI.

TRACTATUS S. HIPPOLYTI « CONTRA NOETUM. »

§ I. *Tractatus contra Noetum est genuinus sancti Hippolyti fetus.*

Quintum locum occupat egregia sane lucubratio *contra hæresim Noeti*. Et scripsisse quidem Hippolytum contra omnes hæreses, testantur Eusebius (29) atque Hieronymus (30); at Photius, qui opus istud legisse comperitur, nos edocet (31) Hippolyti librum adversus hæreses duas et triginta exaratum fuisse; ubi S. Pater initium a Dositheanis ducens, in Noeto desinebat; qui nimirum prodire cœpit imperante Alexandro sub annum 230, ut proinde, quod superest illius operis, pars ultima fuerit. Ad ejus autem integritatem astruendam, illud in primis observare præstat, locum ipsignem satisque prolixum ex eo descripsisse sanctum Gelasium, cui opus ejusmodi brevitatis ergo *Memoria hæresum* dicitur. Sic enim ille, recensens *testimonia veterum de duabus in Christo naturis* (32) : *Hippolyti episcopi et martyris Arabum metropolis in Memoria hæresum : « Hic procedens in mundum, Deus et homo apparuit, »* etc. Quæ quidem verba, pauculis immutatis, occurrunt apud sanctum Hippolytum cap. 18. Quid quod vel ipsemet Sandius, reliquis Hippolyteis tanquam nothis rejectis, hoc unum *contra hæresin Noeti* germanum agnoscendum existimat (33).

Præclarum autem hunc commentarium in lucem extulit Gerardus Vossius Tungrensis inter *Miscellanea sanctorum aliquot Patrum Græcorum et Latinorum*, ad calcem Operum S. Gregorii Thaumaturgi edit. Moguntinæ 1604, 4, ex Latina versione Francisci Turriani, subjectis etiam animadversionibus ejusdem interpretis pag. 58-71. Exinde vero editio repetita in Bibliothecis Patrum Coloniensi 1618, Parisiensi 1644, et Lugdunensi 1677, nec non in Supplementi Morelliani tomo I, pag. 620. Græce demum primus vulgavit Fabricius ex codicis Vaticani apographo, quod viro præstantissimo Montfauconio acceptum retulit. Alterius codicis Græci exemplar detexit in antiquissimo S. Basilii monasterio Guilielmus cardinalis Sirletus, ejusque meminit in epistola Liturgiæ S. Marci evangelistæ præmissa (34).

Cæterum operis inscriptio apud Turrianum sic legitur : *Homilia de Deo trino et uno, et de mysterio Incarnationis contra hæresim Noeti.* In codice autem Vaticano est hujusmodi : Ὁμιλία Ἱππολύτου εἰς τὴν αἵρεσιν Νοήτου τινος. In eo enimvero S. Pater fideles interdum alloquitur, ut in homiliis fieri solet. Sed in aliis quoque scriptis eadem methodo usos fuisse veteres satis liquet, ut advertit laudatus Fabricius.

§ II. *Analysis hujus tractatus.*

Noetus juxta S. Hippolytum fuit genere Smyrnæus (35). Dixit hic hæreticus Christum esse eumdem Patrem, ipsumque Patrem genitum esse et passum... aiebat se esse Moysem, et fratrem suum esse Aaron. Hoc cum beati presbyteri audirent, accersitum coram Ecclesia examinaverunt; ille vero negabat principio, sic se sentire; postea vero in quibusdam delitescens, et collectis aliis, qui in eodem errore erant, volebat aperte dogma suum defendere; quem rursus accersitum presbyteri redarguerunt; ille vero resistebat, inquiens, quid igitur mali facio, si Christum honoro? huic presbyteri responderunt : *Et nos unum Deum vere scimus Christum, scimus Filium passum, sicut passus est, mortuum, sicut mortuus est; et suscitatum tertia die et sedentem ad dexteram Patris, venturumque ad judicandum vivos et mortuos* (36); atque hæc dicimus quæ didicimus. Tunc istum convictum ejecerunt ex Ecclesia, qui eo inflationis venit, ut docere institueret.

Antequam S. Hippolytus distinctionem Personarum in unitate divinæ naturæ in SS. Trinitate demonstret, prius argumenta Noeti contra Trinitatem, seu distinctionem divinarum Personarum proponit, et dissolvit interpretando verum SS. Scripturarum sensum, quibus Noetiani abutebantur, vel quarum textum malitiose detruncabant. Refutatis Noeti argumentis S. Hippolytus Trinitatem et distinctionem divinarum Personarum demonstrare aggreditur ex ipsis sacris Scripturis, et in primis notat (37) *quod unus sit Deus, quem non aliunde agnoscimus*, quam ex sacris Scripturis... Quæcunque ergo S. Scripturæ prædicant, sciamus; et quæcunque docent, agnoscamus, et sicut vult Pater credi, sic credamus; et

(28) Hieronym., epist. 70 ad Magn., orat. § 4.
(29) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 22.
(30) Hieronym., *De vir. illustr.*, cap. 61.
(31) Phot., *Bibl.* cod. CXXI.
(32) Gelas., *De duabus naturis*, tom. IV, part. I, *Biblioth. PP.* edit. Paris. 1644, p. 424.
(33) Sand. *Nucl. Hist. eccl.*, in tract. *De veter. script. eccl.* pag. 27.
(34) Vid. *Biblioth. PP. Paris.* 1644, tom. XII, pag. 265.
(35) Hippolyt. *contra Noet.* num. 1 ; Theodoret. lib. III *Hæret. fabul.*, cap. 3, idem affirmat S Epiphanius vero Ephesinum statuit : *In Asia oriundus, urbe Epheso.* Epiph. hæres. 57, num. 1.
(36) Hi articuli coincidunt cum Symbolo a D. Irenæo recitato lib. I, cap. 2, et lib. III, cap. 4; habentur etiam apud Tertullianum lib. *contra Praxeam*, cap. 2.
(37) Hippolyt. *contra Noet.*, num. 9.

Digitized by Google

sicut vult Filius glorificari, sic glorificemus; et sicut vult donari Spiritum sanctum, sic accipiamus, non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes in ea quæ ab eo data sunt, sed quomodo ipse per S. Scripturas docere voluit, sic intelligamus.

Post hæc de generatione æterna et consubstantialitate Filii disserit (38), atque incarnatione Verbi (39). Docet solum Verbum incarnatum (40) idemque esse Filium Dei (41), idque ex Apocalypsi etiam probat, quam sub nomine Joannis evangelistæ laudat. Non Patrem, sed Filium solum incarnatum fuisse declarat (42) monetque curiositatem in mysteriis perscrutandis vitandam esse. Tandem tradit duas naturas duasque operationes in Christo profitendas esse (43), et cum doxologia concludit suum tractatum. Cæterum observandum, quod notante cl. Tillemontio (44) Epiphanius hæresi 57, quæ est Noetianorum, ex Hippolyto, licet non nominato, multa ad verbum repetat pro refutandis illis hæreticis, atque judice Ceillierio (45) verisimile etiam est, quod Epiphanius ex hoc Hippolyteo fragmento illum locum historicum de excommunicatione Noeti mutuatus fuerit. Tandem hoc Hyppolyti fragmentum, contra Dupinium (46) illud inficiantem, egregie vindicant auctores *Historiæ litterariæ Francorum* (47).

ARTICULUS VII.

DE TRACTATU S. HIPPOLYTI DE THEOLOGIA ET INCARNATIONE ADVERSUS BERONEM ET HELICEM.

§ I. *Excerpta VIII ex sermone de theologia et incarnatione quis nobis servarit.*

Anastasius presbyter ac Romanæ Ecclesiæ apocrisiarius circa medium sæculi septimi testatur (48), quod cum Constantinopoli commoratus esset, ad ipsum delatus fuerit liber S. Hippolyti episcopi Portus Romani ac martyris, in quo anticipato refellit hæresim Monothelitarum; quem cum totum describere vellet, vix valuit ex ipso plus quam octo loca seu testimonia extrahere, invidia Monothelitarum, qui eumdem librum e manibus ipsi diripuerunt. Octo hæc fragmenta ex sermone *De theologia et incarnatione* contra Beronem et Helicem nobis servarunt, Græce quidem Nicephorus CP. in *Antirrheticis* contra Iconomachos; Anastasius vero apocrisiarius in suis *Collectaneis* Latine reddita. Ex Turriani versione primus illa vulgavit Henricus Canisius. Græca deinceps ex ejusdem Turriani codice addidit Anastasianæ versioni Sirmondus. Græce item et Latine Operum S. Maximi tomo I præmissa edidit Combefisius, qui et Anastasii versionem recensuit. Eadem exinde in suum Hippolytum transtulit Fabricius. Posthæc ex Combefisii editione, Græca desumpsit Basnagius, ac Turriani versioni adjunxit tom. I *Thesauri* Canisiani; ad cujus calcem præterea V. C. Claudii Capperonnierii animadversiones in Anastasii versionem cum Græcis collatam adjecit. His subsidiis instructus cl. Gallandius editionem suam paravit; præcedentium editorum observationes subjecit, neque notas omisit, quas eruditus Sirmondianorum editor margini allevit; Anastasii versioni testimoniorum Hippolyteorum, Combefisianam recensionem apposuit, atque integras Capperonnierii animadversiones subdidit.

De operis integritate non est profecto cur jure dubitare quis valeat. Nihil quippe in his fragmentis legere est, quod Hippolytum apprime non deceat; quinimo sive argumentum spectes, sive disputandi rationem; omnia pene gemina cum præcedenti opusculo contra Noetum reperias; ut proinde fragmenta ejusmodi merito vindicent Hippolyto viri doctissimi, Bullus (49) in primis, Tillemontius (50) aliique.

Sed vir doctissimus Ellies Dupinus dubitat, an illa excerpta S. Hippolytum habeant auctorem (51); Natalis autem Alexander, Petavius, Sandius (52) et Basnagius (53) probare conantur librum *De theologia et incarnatione* non esse S. Hippolyti opus genuinum. Audiamus ipsum Natalem Alexandrum (54) contra hæc excerpta ista disserentem: « Liber *De theologia et incarnatione* contra Beronem et Helicem hæreticos... non videtur esse sancti Hippolyti, cujus nomen præfert. Nec enim ejus meminere veteres, nec congruit temporibus Hippolyti. Refellit enim errorem Apollinaris et Eutychetis de mutatione divini-

(38) Hippolyt. *contra Noet.* num. 10, 11.
(39) Id. ibid., num. 12.
(40) Id. ibid., num. 14.
(41) Id. ibid., num. 15.
(42) Id. ibid., num. 16, 17.
(43) Id. ibid., num. 17 et 18.
(44) Tillemont., *Mémoir.*, tom. III, pag. 107.
(45) Ceillier, *Hist. génér.*, tom. II, pag. 342.
(46) Dupin, *Biblioth. auct.*, tom. I, pag. 177.
(47) *Hist. littér. de la France*, tom. I, part. I, pag. 394.
(48) « Præterea misi ad præsens cum hac epistola mea... notulam habentem testimonia ex dictis S. Hippolyti episcopi Portus Romani ac martyris Christi Dei nostri, quo et per ea nosse habeatis, quam concorditer cum aliis omnibus sanctis Patribus Salvatoris nostri Jesu Christi prædicet naturas et operationes, refellat autem eos, qui unam operationem et naturam unam divinitatis et humanitatis ejus dogmatizant... Hunc librum Byzantii nobis, antequam passi fuissemus, delatum, cum hunc totum vellemus transcribere, subito juxta consuetudinem suam insistentes adversarii latronum more rapuerunt, et non valuimus ex ipso plus quam octo hæc testimonia tollere. » Anastas., epist. ad Theodos. presbyt. Gangrens., tom. III Opp. Sirmondi., pag. 579.
(49) Bullus, *Defens. fid. Nicæn.*, sect. II, cap. 8, § 5, pag. 98.
(50) Tillemont, *Mémoir. eccl.*, tom. III, pag. 108 et 109.
(51) Dupin, *Bibl. auct.*, pag. 178.
(52) Sand., *Vet. script. eccles.*, pag. 27.
(53) Basnagé, Animadvers. ad *Thesaur.* Canisian., tom. I, pag. 10, 11.
(54) Natal. Alexandr., *Hist. eccles.*, sæc. III, cap. 4, articul. 1, pag. 65.

Digitized by Google

tatis in carnem, vel carnis in Deum (ut constat ex illis verbis cap. 4) : *Quam essentiam*, inquit, *habebit eorum opinione factus homo mutata divinitate in carnem? Et quam habebit Deus mutata carne in Deum? Mutatio enim duarum naturarum inter se, interitus est ambarum.* Nec solum post hæreses Apollinaris et Eutychetis jam ortas, verum etiam post Monothelitarum hæresim effusam, conscriptus videtur iste liber. Nam in eo maxima pars ejus versatur, ut duas in Christo operationes probet; alioquin naturarum confusionem secuturam; sic nempe habet cap. 5 : *Carnem a Verbo assumptam, unam et eamdem operationem habere, quam divinitas, propter assumptionem; divinitatem vero eamdem passionem, quam caro propter exinanitionem; sic mutationem simul et mistionem ac confusionem, et ambarum naturarum in seipsas conversionem tradunt. Si enim caro assumpta eamdem operationem habet, quam divinitas; liquet factam esse natura Deum habereque omnia, cum quibus naturaliter intelligitur Deus; et si divinitas exinanita eamdem passionem subit, quam caro; liquet factam esse natura carnem, habereque illa omnia, cum quibus naturaliter nosci potest caro. Quæ enim inter se sunt ejusdem operationis, et efficientiæ, ac cognitionis, et omnino idem patiuntur, nullam naturæ differentiam admittunt.* Et cap. 6 : *Qui eamdem operationem diversis naturis Christi tribuit, confusionem naturarum simul introducit, et divisionem personarum; cum naturalis essentia naturarum per mutationem proprietatum penitus sublata sit.* Et cap. 7 : *Creator omnium ex sancta Virgine Maria in conceptu puro, sine mutatione, animam intelligentem cum corpore sentiente sibi substantialiter uniens, factus est homo, natura a peccato alienus. Deus Verbum, idem Deus totus, idem item homo totus, divinitate quidem divina operans per sanctam carnem, quæ natura non erant carnis; humanitate vero humana, quæ natura non erant divinitatis; patiens sustentatione divinitatis, nihil divinum nudum corpore operans, nihilque humanum expers divinitatis; servans sibi novum modum, quo utraque, divina scilicet et humana operatus est, ut in neutra natura mutatio fieret.* Certe cum hæc Monothelitarum errorem, unicam in Christo voluntatem propugnantium, directe petant; verisimillimum est, librum illum ante septimum sæculum, quo exorti sunt Monothelitæ, elucubratum non fuisse.

« Deinde si exstitisset tempore Chalcedonensis concilii, Theodoretus illa procul dubio testimonia adversus Eutychianos protulisset in tribus dialogis, quos contra ipsos composuit : maxime cum alia ex Operibus Hippolyti loca recenseat, nimirum *ex oratione de distributione talentorum, ex epistola ad quamdam reginam, ex sermone in Helcanam et Annam*, quæ minus splendida sunt et diserta, quam ea, quæ proxime adduximus. Non omisisset certe diligentissimus scriptor testimonia deprompta ex libro *De theologia et incarnatione*, et in suum scopum tam directe collineantia, suo tam convenientia argumento, si in rerum natura liber hujusmodi exstitisset.

« Denique Beronis et Helices hæreticorum, contra quos editus fertur, nulla est in tota retro antiquitate memoria. » Hactenus V. C. Nec valet responsum Canisii et Possevini, errorem de mutatione divinitatis in humanitatem, vel humanitatis in divinitatem, esse antiquiorem Eutychete ac Apollinari, cum ejus meminerit sanctus Justinus in *Expositione fidei*, adeoque non esse abjudicandum sancto Hippolyto librum de quo agimus, quod eorum errorem refellat. Nam statim respondet Natalis *Expositionem fidei* non esse genuinum sancti Justini M. opus, adeoque responsionem Canisii et Possevini in auras evanescere.

§ II. *Respondetur argumentis Natal. Alexandri, et vindicatur Hippolyto hoc opusculum.*

Verum hæc Natalis argumenta pro abjudicando S. Hippolyto tractatu, in cujus possessione plus quam mille annos fuit, non sunt satis gravia. Primo enim mirum nobis videtur, cur non possit auctor catholicus primorum trium sæculorum idem profiteri ac defendere quod semper creditum fuit in et ab Ecclesia tam ante, quam post exortas hæreses. Fatemur quidem eos Patres, qui post enatos errores, quos etiam oppugnaverunt, vixerunt, plerumque accuratius circa veritates in controversiam adductas sese expressisse, quam illos, qui ante enatas contentiones scripsere. At vero inde haud statim colligendum est, loquendi formulas, quæ post alicujus hæreseos originem adhibebantur, non potuisse usurpari saltem ab aliquibus ante illius hæreseos initia. Certe S. Athanasius, qui diu ante hæresim Monothelitarum, Nestorianorum et Eutychianorum scripserat, nihilominus mysterium Incarnationis ea ratione exponit, qua omnes horum hæreticorum errores æqualiter impugnantur et jugulantur. Profitetur enim duas voluntates (55) et duas naturas in Jesu Christo sine confusione, aut permistione,

(55) « Cumque ait Christus : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste : verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat;* et : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma :* duas voluntates ibi ostendit; alteram humanam, quæ est carnis; alteram divinam, quæ Dei est. » Athanas., *De Incarnat. contra Arianos*, pag. 887. « Itaque verus est Dei Filius, priusquam homo fieret; et postquam factus est, mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. Hoc enim, est quod dicit, et quem misit Jesum Christum, unitum Patri secundum Spiritum nobis vero secundum carnem; et sic mediatorem Dei et hominum, qui non solum homo, sed etiam Deus est. » Ibid., pag. 888. « Sicque dicendus fuerit Christus perfectus Deus et perfectus homo; non quod divina perfectio in humanam perfectionem mutata sit, quod a pietate alienum est; neque per incrementum virtutis, et accessione justitiæ, absit, sed ratione exsistentiæ indeficientis, ut utraque unus sint, omnino perfectus idem Deus et homo. » Athanas., hb. 1 *contr. Apollin.*, p. 936.

Digitized by Google

vel mutatione ; et beatam Virginem Mariam frequenter titulo Matris Dei honorat (56). Tertullianus Athanasio ac Basilio longe antiquior, distinctionem duarum naturarum, ac unitatem unius in Christo Jesu personæ tam clare astruit, ac si jam tum in certamen cum hæresi Nestorii et Eutychetis descendisset. « *Deus*, inquit (57), *neque desinit esse, neque aliud potest esse. Sermo autem Deus; et sermo Domini manet in æternum, perseverando scilicet in sua forma. Quem si non capit transfigurari, consequens est, ut sic caro factus intelligatur, dum fit in carne, et manifestatur, et videtur, et contrectatur per carnem; quia et cætera sic accipi exigunt. Si enim sermo transfiguratione et demutatione substantiæ, caro factus est, una jam erit substantia Jesus ex duabus, ex carne, ex spiritu mistura quædam,..... et tertium quid efficitur. Neque ergo Deus erit Jesus, sermo enim desiit esse, qui caro factus est, neque caro, id est homo; caro enim non proprie est, qui sermo fuit, ita ex utroque neutrum est; aliud longe tertium est, quam utrumque. Sed enim invenimus illum directo, et Deum, et hominem expositum, ipso hoc psalmo suggerente :* Quoniam Deus homo natus est in illa... *Videmus duplicem statum non confusum, sed conjunctum in una persona, Deum et hominem Jesum. Et adeo salva est utriusque proprietas substantiæ, ut et Spiritus res suas ageret in illo, id est, virtutes, et opera, et signa, et caro passiones suas functa sit, esuriens sub diabolo,* » etc. Origenes *contra Celsum* suis in libris, S. Gregorius Nazianzenus in litteris suis ad Cledonium, non minus clare rejiciunt errores postea per Nestorium et Eutychetem disseminatos. Et cui unquam criticorum venit in mentem de horum magnorum virorum scriptis propterea contentionem movere, quia pari ratione se expresserant et errores multo post illos subortos tam diserte ac perspicue condemnaverant? Falsi sane fuerunt Canisius et Possevinus in eo, quod *Expositionem fidei* S. Justino martyri tribuerint; errorem tamen de permistione naturarum in Christo Apollinari et Eutychete antiquiorem esse, quin et ab Ecclesiæ doctoribus, qui Hippolytum antecessere, impugnatum fuisse, ex Athanasii et Tertulliani supra allatis locis evidentissime patet. Et sane Tertullianus in laudato libro circa duas in Christo naturas mentem suam eodem modo Latine exprimit, quo S. Hippolytus suis in fragmentis Græce; nihilque expressius aut efficacius dictum unquam fuit contra Eutychetis hæresim, præter illas Tertulliani sententias. Quis tamen pro egregio sophista illum non haberet, qui hinc concluderet, librum *adversus Praxeam* Tertulliani non esse, sed auctoris qui demum post Eutychetem scripsit? Sed nimirum, ut in mundo, ita in Ecclesia eadem semper recurrit fabula, et quas posterior ætas novas hæreses appellat, eæ sunt revera pristini tantum errores renovati, atque ab Orco revocati.

Neque mirum nobis videri debet, si in tanta operum multitudine a S. Hippolyto exaratorum, unum aut alterum diligentiam indefessi Theodoreti fugerit. Sane hic auctor nullam de libro *Antichristi* mentionem facit, licet is tractatus loca magis decretoria complectatur quam alii libri S. Hippolyti, ex quibus testimonia in medium adducit. Num propterea quis affirmabit quod ille tractatus non sit hujus S. martyris? Accedit, quod ipsemet Basnagius, ut bene observant Benedictini e congregatione S. Mauri (58), fateatur (59) Theodoretum alia proferre testimonia ex S. Hippolyti operibus, quæ aliquam verisimilitudinem habeant cum iis, de quibus hic agitur. Quæ confessio Basnagii sufficit, ne ei hæc octo excerpta abjudicemus.

Dein si Beron et Helix (60) non fuerant noti sæculo tertio, multo minus id erunt sæculis insequentibus. Et quot fuere hæretici particulares, quinimo et sectæ integræ, de quibus ex unico sæpe duntaxat libro notitiam accepimus? Sed audio aliquem dicentem Beronem et Helicem esse nomina ficta. At vero tempore Anastasii presbyteri, id est, circa medium sæculi septimi (si anno 666 mortuus fuit hic scriptor), nemo dubitavit quin illi hæretici sæculo tertio exstiterint. Atque auctor, qui eos refutavit, diserte dicit (61) quod Beron non ita pridem sectam Valentinianorum deseruerit; et profecto valde dubito cum cl. Tillemontio (62), num ostendi possit quod hæresis Valentinianorum ad sæculum usque septimum perdurarit, quo tractatum contra Beronem et Helicem compositum fuisse putat Natalis Alexander. Erat enim secta Valentinianorum, teste Gregorio Nazianzeno (63), ante finem sæculi velut jam exstincta. Notante tamen diligentissimo Tillemontio (64), reperiebantur adhuc exiguæ quædam illius reliquiæ temporibus S. Nili (65) et Theodoreti (66).

Nihil ergo nos impedit quominus hæc octo fragmenta S. Hippolyto adjudicemus. Debemus illa in-

(56) « Hinc ipse apparens angelus, se a Domino missum esse fatetur, ut Gabriel Zachariæ, et Deiparæ (Θεοτόκῳ) Mariæ, confessus est. » Athanas., tom. I Opp., pag. 563, 579, 583, 642, 875, etc.

(57) Tertullian., lib. *contr. Prax.*, cap. 27.

(58) *Hist. littér. de la France. Mémoir.*, t. I, part. I, pag. 382.

(59) Basnag., l. c., pag. 12.

(60) Tillemontius, *Mémoir.*, tom. III, pag. 109.

(61) « Bero enim quidam nuper, et alii quidam, Valentini phantasia deserta, deteriori irretiti sunt pravitate. » Tom. I Opp. Hippol., pag. 228, et *Collectan.* Anastasii pag. 225, cap. 5.

(62) Tillemont., l. c., pag. 109.

(63) « Fuit quondam illud tempus, cum ab hæresum procellis tranquilla omnia habebamus, videlicet cum Simones,... Valentiniani... atque omnes illorum nugæ... suomet tandem, ut æquum erat, profundo absorptæ ac silentio traditæ fuerunt. » Gregor. Nazianz., orat. 23, pag. 414.

(64) Tillemont., l. c.

(65) Nil., lib. I, ep. 254, pag. 87.

(66) Theodoret., *Hæretic. fabular.* lib. I, pag. 218.

Digitized by Google

dustriæ Anastasii, apocrisiarii Romani pontificis, qui ea naufragio, quo reliquum operis interiit, eripuit. Illustris hic fidei de duabus voluntatibus contra Monothelitas confessor et athleta, cum jam in eo esset, ut totum hunc S. Hippolyti tractatum describere inciperet, invidia inimicorum veritatis impetitus, non nisi hæc octo loca excerpere potuit. Profecto si hæc excerpta velut partem operis Hippolytei non susciperemus, injurii essemus in hunc doctissimum virum; præsertim cum nulla adsit positiva ratio, qua elevaretur auctoritas tam veneratione digni scriptoris, qualis est Anastasius, qui integrum opus in manibus habuit.

§ III. *Analysis horum excerptorum.*

Initium hujus tractatus juxta Anastasium Bibliothecarium ita habet: Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος *Dominus Sabaoth, incessanti voce clamantes seraphim Deum glorificant.*

Beron et illius sequaces admittebant confusionem duarum naturarum in Christo, et non nisi unam agnoscebant in eo operationem. Credebant divinitatem esse passibilem, et humanitatem earumdem operationum, quæ soli Verbo competerent, capacem fore. Hæc opinio eo illos adduxit, ut defenderent Verbum hominem factum esse mutatione suæ divinitatis in naturam humanam, et hominem factum fuisse Deum mutatione humanæ naturæ in divinitatem. Ut impietatem hanc refutaret S. Hippolytus, 1° docet Verbum (67) divinum assumendo carnem et naturam humanam nullam in divinitate sua mutationem passum fuisse; 2° duas naturas astruit in Christo (68), divinam et humanam inconfusas, et duas operationes ac voluntates; 3° exponit quomodo Deus per carnem operetur (69); 4° ex duabus in Christo naturis proprietates, et operationes distinctas ulterius probat S. Hippolytus (70); 5° demonstrat contra Beronem et ejus sequaces unam in Christo esse personam (71); deinde ostendit carnem in naturam divinam mutari haud posse; operationemque humanam a divina distinctam esse (72). Tandem ex his concludit sanctus Pater ita (73): *Pie ergo confitetur credens, quia propter salutem nostram, et ut ad inconversibilitatem ligaret universitatem, universorum Conditor ex sanctissima semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem sine conversibilitate substantians sibimet animam intellectualem cum sensitivo corpore, natura factus est homo, malitiæ alienus; totus Deus ipse, totus homo idem ipse; totus Deus pariter natura, et homo idem ipse. Deitate quidem divina per suam ipsius sanctissimam carnem non exsistentia natura carnis operans, humanitate vero humana non exsistentia natura deitatis. Nihil divinum nudum corpore operatur, nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens, servans sibimet modum secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti modo, ad approbationem perfectæ, ac veræ, nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ. Itaque Bero quidem sic se habens, ut dixi, operationis monade deitatem Christi et humanitatem naturaliter simul confundens, et partiens personaliter, dissolvit vitam, ignorans solius connaturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam.*

ARTICULUS VIII.

S. HIPPOLYTI TRACTATUS DE CHARISMATIBUS, ET HOMILIA IN THEOPHANIAM.

§ I. *S. Hippolyti tractatus De charismatibus.*

Non solum ex auctoritate monumenti marmorei, sed etiam ex testimonio manuscriptorum codicum Viennensis, seu Vindobonensis, et Oxoniensis ad S. Hippolytum a viris eruditis Pearsonio (74) et Fabricio (75) refertur *Περὶ χαρισμάτων ἀποστολικὴ παράδοσις, De charismatibus apostolica traditio*, una cum aliis nonnullis, quæ quidem jam pridem edita fuerunt in libro octavo *Constitutionum apostolicarum*, quas, cum ex variis secundi et tertii sæculi monumentis consarcinatæ sint, Clementinas vulgo seu apostolicas solemus appellare, in lucem tamen prodierunt sine nomine S. Hippolyti. Quia vero in codice mss. Cæsareo Vindobonensi, et altero Oxoniensi, in quibus Hippolyti nomen expressum est, quædam aliter leguntur, quam in vulgatis *Constitutionum* libris, Albertus Fabricius illis inter opera S. Hippolyti locum concessit ex versione Latina Guil. Ernesti Grabe, quam versionem etiam Joannes Cotelerius adornavit. Agitur autem in hoc tractatu de charismatibus Spiritus sancti, cui deinde aliqua alia ex dicto libro octavo *Constitutionum apostolicarum* subjiciuntur.

Cæterum observant Patres Maurini (76), quod sanctus Hippolytus in tractatu *De charismatibus* ad cap. XII apostoli Pauli Epistolæ I ad Corinthios fortasse respexerit, in quo variæ Spiritus sancti dona commemorantur in ministerium Ecclesiæ data. Indeque colligit perdoctus Scaliger S. Hippolytum nostrum, non in integros Scripturæ sacræ libros, sed in selecta duntaxat loca commentarios exarasse. Sapientissimus Tillemontius hujus operis titulum cum subsequentis in laudato marmoreo monumento libri titulo conjungit, quem ita transponit, ut posteriorem primo loco, et primum ultimo loco ponat, atque ex duobus unum duntaxat titulum faciat, cui hunc sensum astruit: *Traditio apostolica de charismatibus verisimiliter pro refutandis Montanistis* (77). Hi tituli ita aduniti habe-

(67) Hippolyt. fragment. 1.
(68) Idem fragment. 2.
(69) Idem fragment. 3.
(70) Idem fragment. 4.
(71) Idem fragment. 5.
(72) Idem ibid.
(73) Idem fragmento 8.

(74) Pearson., *Vindic. Ignat.*, part. 1, cap. 4.
(75) Fabric., tom. I Opp. S. Hippol., Præfat., pag. 7.
(76) *Hist. littéraire de la France*, tom. cit., pag. 386.
(77) Tillemont., l. c., pag. 106.

Digitized by Google

rent sane aptissimum significatum ad multos difficultatum nodos secandos, dummodo hæc Tillemontii conjectura tam certa esset ac ingeniosa. Ordo enim, quem in ea tabella observamus, non videtur eam transpositionem admittere. Post titulum tractatus *De charismatibus*, illico legimus sequentem in laudato lapideo monumento : Ἀποστολικὴ παράδοσις, *apostolica traditio*. Doctorum animos hæc quæstio: quem librum is titulus annuntiet, varias in opiniones detraxit. Sententiam Tillemontii paulo antea exposuimus. Scaliger (78) censet Hippolytum nostrum hoc sub titulo idem argumentum pertractasse, quod S. Irenæus libro tertio *adv. hæreses*, cap. 2 et 3 paucis duntaxat persecutus est. Le Moynius non discrepat ab hac opinione, dum arbitratur hoc opus disserere de doctrina seu traditione apostolica; quod inde colligit, quia tempore S. Hippolyti varia hujus generis, et quidem multa exstabant opera, atque adhuc conficiebantur. Nam cum hæretici [verba sunt doctissimi le Moynii (79)] multa jactarent, quæ tanquam ab apostolis hausta omnibus obtruderentur, orthodoxi, ut grassanti isti malo possent viam intercludere, et impedire quominus simplices et rudiores specie doctrinæ apostolorum flecterentur et seducerentur, veram et genuinam apostolicæ traditionis seriem repræsentarunt, ne splendida apostolorum auctoritate aliis fucus fieret, et illis illuderetur. Hinc traditio apostolorum ab Irenæo vera repræsentata libro III, cap. 3, 4, etc. *Nam cum Valentiniani et Gnostici multa figmenta et deliria credenda venditarent, utpote ab apostolis ipsis annuntiata et derivata; Irenæus veram urget apostolorum traditionem et doctrinam, quam ab episcopis apostolorum successoribus et Ecclesiis, ubi apostolorum discipuli docuerunt, eruendam et derivandam contendit. Et primo urget Romanæ Ecclesiæ traditionem, ubi præfuit Clemens; Smyrnensis, ubi docuit Polycarpus; Ephesinæ, ubi apostolus Joannes Evangelium tot annis et tanto cum fructu prædicaverat et promoverat. Sic paulo post Irenæum, Hippolytus etiam scripsit suam Παράδοσιν ἀποστολικήν, ut hæreticorum deliria et somnia refutaret, et doctrinam perpetuam apostolorum, in florentibus Ecclesiis superstitem et sinceram omnibus istis deliriis et erroribus opponeret..... Hinc etiam Παράδοσις ἀποστολική ab Hippolyto adornata, id est narratio dogmatum, quæ apostoli successoribus suis tradiderant, posteris, ad ultima mundi fata, tradenda et communicanda.* Hactenus doctissimus le Moynius.

Alii censuerunt per tractatum sub titulo *Traditio apostolica* annuntiatum intelligi posse διδασκαλίαν, seu *doctrinam sancti Hippolyti*, quæ in bibliotheca Bodleiana inter codices Baroccianos num. 26 et 185 exstat manu exarata teste Pearsonio (80) et Grabio (81), atque in manuscripto Græco apud Lambecium (82) hunc præ se fert titulum : Διατάξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Ἱππολύτου. Pearsonius et Dodwellus asseverant hoc Hippolyti opusculum quoad maximam partem jam vulgatum esse in octavo *Constitutionum apostolicarum* libro, quamvis nonnulla aliter quandoque leguntur, ut Grabius monuit, qui pag. 286 illa *Spicilegio Patrum* tertii sæculi inserturum se pollicitus est (83). At ut verum fateamur, quidquid laudati critici disserere potuerunt, ut nobis aliqualem ideam suppeditarent, quid isthoc in opere S. Hippolyti contineretur, nequaquam excedit sphæram merarum conjecturarum; neque nobis satis efficax videtur argumentum illud ex utroque manuscripto Vindobonensi et Oxoniensi petitum, quod nimirum in utroque mss. lib. VIII *Constitutionum apostolicarum* præfixum habeat nomen S. Hippolyti hoc sub titulo, *Διδασκαλία τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ χαρισμάτων*. Siquidem opus *Constitutionum* a posteriori manu et ab auctore sæculi quarti profectum esse passim eruditi arbitrantur.

§ II. *De sermone S. Hippolyti « in Sanctam Theophaniam. »*

Homiliam in Theophaniam, sive in Christi Salvatoris baptismum, edere voluit cl. Holstenius teste Lambecio tomo I *Biblioth. Vindobon.*, pag. 111. Eamdemque homiliam Christiano Daumio ad manus fuisse notat Ittigius in dissertatione *De Natiritatis Christi festo*, pag. 395, post appendicem diss. *De hæresiarchis*. Quam habuit etiam Thomas Galeus teste Caveo (84). Incipit autem : Πάντα μὲν καλὰ καὶ καλὰ λίαν. Ex codice Thomæ Galei Græce descriptam accepit eamdem homiliam a Wolfio Albertus Fabricius, eamque collectioni operum S. Hippolyti inseruit. Sancto huic martyri ascribendam esse ex solo fere titulo probari potest, quæ conjectura, cum omnimodam certitudinem non præbeat, ulteriori crisi eruditorum relinquitur. Sane nihil S. Hippolyto incongruum complectitur, et præsentiam Dei Salvatoris nostri per suam incarnationem maxime in baptismo suo per vocem Patris de cœlo delapsam manifestatam demonstrat.

Observant doctissimi Maurini (85) homiliam hanc abs S. Hippolyto pronuntiatam fuisse coram gentilibus. Hæc singillatim pertractat de baptismo Jesu Christi, ejusque effectibus relate ad homines præsertim. Auctor orationem suam modo ad unam duntaxat, modo ad plures dirigit personas. Nihil

(78) Scaliger, *De emendat. temp.* lib. VII, pag. 728.

(79) Le Moyne, *Varia sacra*, tom. II, pag. 1062 et seq.

(80) Pearson., *Vindic. Ignat.*, pag. 60 et 62.

(81) *Grabe*, tom I, *Spicileg. Patrum*, pag. 285.

(82) *Lambec.*, lib. VIII, pag. 429, *Biblioth. Vindobon.*

(83) Cl. Grabius morte præventus promissum exsolvere non potuit; verum Albert. Fabricius nactus eadem ad jam dictos mss. libros recensita a Grabio, qui Latina versione etiam illa donavit, tomo I Operum Hippolyti inseruit.

(84) Cave, *Hist. littér.*, tom. I.

(85) *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 370.

Digitized by Google

quoque in hoc discursu aut doctrinæ, aut ætati S. Hippolyti inconveniens reperitur; quinimo sive stylum spectes, sive dicendi modum in aliis opusculis, quæ indubie ipsius sunt, adhibitum, eumdem ipsissimum in hac homilia observamus. Notat insuper doctissimus Remigius Ceillier (86) laudatam homiliam esse nitidam, ædificatoriam, dignamque sancto episcopo, necnon et satis elaboratam, atque longe politiorem cæteris communiter veterum Patrum homiliis.

Addunt præterea Maurini (87), quosdam eruditos existimasse laudatam homiliam eamdem esse quam S. Hieronymus inter divi Hippolyti opera hoc sub titulo denotavit : *Homilia* scilicet *de laude Salvatoris*. Verum in præfata homilia non legitur illud, quod D. Hieronymus subjungit, nimirum sanctum nostrum in præsentia Origenis eamdem pronuntiasse. Fatemur quidem, quod ad difficultatem hanc extricandam quidam obtendant, factum hoc abs D. Hieronymo proditum merum esse errorem ex male intellecto capite 25 libri VI Eusebii enatum, quemque clarissimi viri Huetius et Valesius refutarunt. Verum hoc non tam certum, quemadmodum venditatur, habendum est. Siquidem Hieronymus hic non secundum Eusebium loquitur. Ipse enim de libris a seipso lectis disserit; quapropter verosimilius hæc abs sancto doctore laudata homilia cum pluribus aliis ejusdem auctoris interiit, quemadmodum paulo inferius docebimus.

ARTICULUS IX.

DE CANONE PASCHALI S. HIPPOLYTI.

§ I. *S. Hippolyti Canon seu Cyclus Paschalis intexyre inventus an.* 1551.

Canonem paschalem, seu *Cyclum paschalem*, a S. Hippolyto compositum, cujus Anatolius Laodicensis (88), Eusebius (89) et S. Hieronymus (90) meminerunt, Græce et Latine interprete eruditissimo Francisco Blanchinio, notisque Ægidii Bucherii et aliorum virorum doctissimorum illustratum, ultimo tandem loco, licet ob suam præstantiam et integritatem inter Hippolytea primo collocandus esset loco, recensemus. Perierat iste *Canon* cum cæteris ejusdem Hippolyti monumentis, nec ejus quidquam præter nomen supererat; cum ecce bono Dei, et magna eruditorum omnium lætitia, ut Baronius, Scaliger, Gruterusque testantur, anno Domini 1551, ex agro Verano non procul ab æde S. Laurentii ad Urbem e memoriæ Hippolyti antiquæ ruderibus effossa prodiit antiqua e marmore statua, solio insidens, Græcis utrinque litteris inscripta. Litteræ in binis cathedræ laterculis cyclos paschales annorum sexdecim exhibebant; quartarum decimarum dextro, Dominicarum paschalium sinistro, utrosque centum duodecim annis universim comprehensos, qua annorum periodo ferias easdem in orbem redire credidit Hippolytus. Non erat quidem expressum Hippolyti nomen, sed facile ipsa hecœdecaeteridos methodo, et librorum lemmate, quod dextrum laterculum continebat, proditum est; eorum enim omnium auctorem Eusebius, Hieronymus, aliique Hippolytum episcopum faciunt. Tam illustre, tam rarum primitivæ Ecclesiæ monumentum Marcello Cervino tunc S. R. E. cardinali, postea etiam ejusdem nominis papæ II, dignissimum visum quod Romam inde deferretur et in Vaticana bibliotheca conderetur; edidit deinde Græce, ut erat, cum antiquis suis inscriptionibus Gruterus; Scaliger etiam notis illustravit. *Ego*, inquit Bucherius, *hic Latine fideliter redditum, non tam de novo explicare, quam paschalibus Victorii nostri Latinorumque primorum rationibus conformem, paucis ostendere constitui.* Hactenus doctissimus Ægidius Bucherius (91).

Hos autem binos sexdecennales canones in eadem cathedra lapidea insculptos fuisse, non una plane ratio suadet, ut recte animadvertit V. C. Joannes Vignolius (92). *Præ cæteris*, inquit, *quæ ejus creditur statua; quam ut eidem adhuc viventi positam existimemus, non illius ævi humilis Christianorum conditio, neque ipsius viri sanctitas omnino pati videtur. Atque ejus deinde librorum tituli, quorum in margine cathedræ mentio exstat; qui nonnisi post illius obitum ab alio appositi fuisse videntur, ut in ipsius honorem laudemque cederent. Quod cum ita sit, verisimile admodum esse reor, aliquid in eodem canone commissum fuisse, quod nullo pacto sancto Hippolyto est ascribendum. Nonnulla viri doctissimi jam prænotarunt, quæ partim sculptoris inscitiam, partim alterius incuriam arguunt. Cæterum canonem Hippolyteum, post Josephum Scaligerum* (93), *Dionysium Petavium* (94) *et Ægidium Bucherium* (95), *alii quoque recentiores* (96), *at maxime omnium V. C. Franciscus*

(86) Remi Ceillier, *Hist. génér. des auteurs*, tom. II, pag. 329.

(87) *Hist. litt. de la France*, tom. I, part. I, pag. 370.

(88) Anatol. Laod. episc., præfat. ad *Canon paschal.*

(89) Euseb., lib. VI *H. E.*, cap. 22.

(90) Hieronym. in *Catalog. de script. eccles.*, cap. 61.

(91) Bucher., *De doctr. tempor.*, par. 292, in commentario suo ad *Canonem paschalem* Victorii Aquitani.

(92) Vignol., Dissertat. de anno I Severi Alexandri, pag. 94.

(93) Scaliger., *De emendat. tempor.*, lib. VII, pag. 721 et seqq.

(94) Petav., *De doctrina tempor.*, lib. II, pag. 61.

(95) Bucher., loc. cit.

(96) Jo. Dom. Cassinus in academia Regia Paris. anno 1696 animadversiones suas in Hippolyti *Canonem* e scripto recitavit, de quibus vide Joan. Baptistam du Hamel in *Regiæ scientiarum academiæ Historia*, lib. IV, pag. 414 seq. Adeundus etiam Norisius dissertat. 2 *De epochis Syro-Macedonum*, p. 117-119; Antonius Pagi *Crit.*; *Annal.* Baronii ad annum 222, et Samuel Basnagius ad eumdem annum; Samuel Petitus; Stephanus le Moyne, et præclarissimus Stephanus Evodius Assemanus archiepiscopus Apameæ, in Præfatione generali ad *Catalogum codicum mss. bibliothecæ Vaticanæ.*

Digitized by Google

Blanchinius (97), *luculenter illustrarunt.* Hactenus eruditus Vignolius.

Occasionem scribendi *Canonis* sive *Cycli paschalis*, judice Basnage (98), cui subscribit Remi Ceillier (99), præbuit S. Hippolyto controversia inter Ecclesias, de die celebrandi Paschatis diu ea ætate agitata, quod luna decima quarta mensis, in quemcunque demum hebdomadis diem incideret, more Judaico Asiani celebrabant : cum econtra Latina Ecclesia cum aliis omnibus Ecclesiis diem Dominicum fixum haberent.

Cæterum bene observant Maurini nostri, hunc cyclum sexdecim annorum partem constituere duorum vel trium aliorum opusculorum S. Hippolyti de Paschate (1), de quibus paulo inferius sermo redibit. Ex Eusebii quoque verbis sequentibus (2) : *Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta librum de Pascha composuit ; in quo temporum seriem describens, canonem quemdam paschalem per sexdecim annorum circuitum exhibens, anno primo imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit ;* jam collegit doctissimus Fabricius (3), inde apparere *Canonem* hunc fuisse clausulam operis *De Paschate*, in quo tempora Hippolytus digesserat usque ad primum Alexandri Severi annum, a quo *Canon* incipit. Idem S. Hippolyti cyclus, teste D. Hieronymo (4), occasionem præbuit Eusebio alium novemdecim annorum conficiendi. Anatolius Laodicenus episcopus in Syria, qui eumdem cyclum Hippolyteum viderat, fatetur quod S. Hippolytus non certas pro determinando Paschate regulas tradiderit (5). S. Isidorus Hispalensis episcopus ait (6) primum fuisse S. Hippolytum nostrum, qui cyclum paschalem confecerit ; atque, judice sapientissimo et indefesso antiquitatis scrutatore Tillemontio, Hippolyteus cyclus omnium vetustissimus habetur (7).

§ II. *Analysis Cycli Hippolytei.*

In duas partes divisus est *Cyclus paschalis* S. Hippolyti. In prima parte sanctus Hippolytus designat, in quibus diebus mensium Martii et Aprilis quarta decima luna evenire possit ; revolutio sexdecim annorum septies in se ducta, determinat festum Paschatis pro centum et duodecim annis, id est a primo anno Alexandri Severi, qui congruit cum anno 222 Jesu Christi, usque ad annum 333. Ex titulo exordio *Cycli paschalis* præfixo extra dubitationis aleam ponitur initium imperii Alexandri Severi anno 222, ex quo potentissimo argumento Baronii chronologia et Onuphrii refellitur atque corrigitur. Ille cum anno Domini 224, hic cum 223 primum Alexandri copulat. Jam vero in primo Alexandri imperatoris anno, Aprilis decimus tertius feriæ VII cohærebat, teste Hippolyti *Canone*, quam frustra feriam quærimus anno sive 223, sive 224. Idus Apriles in primam feriam incidunt anno 223, quia littera Dominicalis E, epacta solaris 3 ; anno vero 224, qui est bissextilis, Idus Apriles, ad feriam tertiam pertinent, jubentibus et litteris Dominicalibus D, C, et epactis solaribus 4, 5. Et sane S. Hippolytus scribit, quod primo anno imperii Alexandri luna decima quarta in Sabbato contigerit, qui fuit Idus Aprilium, id est decimus tertius mensis Aprilis (8). Jam vero certum est Idus Aprilium, seu decimum tertium hujus mensis non incidisse in Sabbatum nisi annis 216, 222 et 231. Observatu ita dignum est in hac inscriptione : 1° quod S. Hippolytus primo post Paschatis festum primum regiminis Alexandri inchoet annum (9) ; 2° quod hoc anno mensis Aprilis fuerit intercalaris (10) ; 3° quod finem jejunium paschale habuerit Dominica die Paschatis (11) ; 4° quod cyclus paschalis S. Hippolyti non sit penitus illius inventum, sed quod sequatur praxin jam ante ipsum stabilitam (12).

In secunda parte indicat dies quibus celebrandum est Pascha. Hoc festum semper notatur die Dominica. Quando luna decima quarta incidit in Sabbatum, Pascha celebrandum non est Dominica sequenti, quæ est decima quinta lunæ, sed transferendum est ad Dominicam post hanc, id est, ad vicesimam secundam lunæ diem. Ratio hujus praxeos

(97) Blanchin., Diatriba, qua *Canonem paschalem* hunc Scaligero et Bucherio minus intellectum illustrat felicissime. Romæ 1703, in-fol. Titulus libri est : *De Calendario et Cyclo Cæsaris, ac de Paschali Canone S. Hippolyti martyris dissertationes duæ, ad Clementem XI pontificem maximum.*

(98) Basnag., *Annal. polit. eccl.*, ad ann. 222, pag. 283.

(99) Remi Ceillier, *Hist. génér. des auteurs*, tom. II, pag. 352.

(1) *Hist. litt. de la France*, tom. I, part. I, pag. 366.

(2) Euseb., *H. E.*, lib. VI, cap. 22.

(3) Fabric., *Biblioth. Græc.*, tom. V, pag. 205.

(4) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(5) « E quibus Hippolytus XVI annorum circulum quibusdam lunæ ignotis cursibus composuit. Alii XXV, alii XXX, nonnulli LXXXIV annorum circulum computantes, nunquam ad veram Paschæ computandi rationem pervenerunt. » Anatolius apud Bucher., pag. 459.

(6) « *Paschalem Cyclum* Hippolytus episcopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit. » Isidor., lib. VI *Originum*, cap. 16, pag. 77.

(7) Tillemont, *Mémoir.*, tom. III, pag. 105.

(8) « Anno primo regiminis Alexandri imperatoris facta est XIV Paschæ Idibus Aprilibus, Sabbato, cum mensis embolymæus fuisset. Erit sequentibus annis, sicut in tabula subjectum est. Evenit vero in præteritis, sicut indicatum est ; solvere autem oportet jejunium, *ubi Dominica inciderit.* » S. Hippolytus in *Canone paschali.*

(9) « Anno primo regiminis Alexandri imperatoris facta est XIV Paschæ Idibus April. » Idem ibid.

(10) « Sabbato, cum mensis embolymæus fuisset. » Idem ibid.

(11) « Solvere autem oportet jejunium, ubi Dominica inciderit. » Idem ibid.

(12) « Erit sequentibus annis, sicut in tabula subjectum est ; evenit vero in præteritis, sicut indicatum est. » Idem ibid.

Digitized by Google

est, quia S. Hippolytus, quemadmodum et Latini, noluerunt ut Pascha eo die ageretur quo Dominus noster crucifixus fuit. Christiani Alexandrini alium sequebantur calculum, hi enim celebrabant Pascha a decima quinta luna; cum econtra juxta cyclum S. Hippolyti et Victorii (13) nonnisi a decima sexta celebrandum esset. Notandum insuper, quod juxta eumdem hunc cyclum Pascha omnibus Dominicis a decima tertia Kalendarum Aprilium, seu a vicesima Martii usque ad undecimam Kalendarum Maii, seu vicesimam Aprilis celebrari posset. Inde colligitur S. Hippolytum æquinoctium, seu solis in Arietem ingressum non cum XXI Martii, ut Nicæni Patres, neque cum XXII, ut passim Anatolio tribuunt; sed cum XVIII Martii comparasse ex nonnullorum veterum et celebrium astrologorum sententia (14), præsertim Metonis et Eudoxi, qui jam ante annos plus quam 400 ante nativitatem Jesu Christi æquinoctium vernale ad XVIII Martii restrinxerunt. Cum quibus Judæos consensisse Josephus eorum historicus insinuat. Adeo verum est, neque Judæis veteribus, neque Christianis per duo priora sæcula astronomicum æquinoctii diem agnitum, non certe tanto scrupulo observatum : cum hi nullo ad eas tricas otio, vix ulla a tot persecutionibus respiratione, nihil supra id, quod hactenus a Synagoga usurpatum videbant, inquirendum putarent, curarentve, nec *mensem novorum*, solum a Scriptura memoratum, alio quam Judæi sensu interpretarentur.

Nec illud hic omittendum, Hippolytum constituti a synodo Cæsariensi limitis paschalis finem non excedere, licet initium biduo antevertat. Ea enim synodus ab XI Kalend. April., seu XXII Martii, ad XI Kalendas Maii, seu XXI Aprilis inclusive per 31 dies Pascha ἀναστάσιμον, seu Dominicas paschales concludit, Hippolytus ab XIII Kalend. April., seu Martii XX, ad XI Kalendas Maii per dies omnino 35 extendit.

§ III. *Nota ad Canonem paschalem S. Hippolyti facilius intelligendum.*

Nota I. *Canon paschalis* S. Hippolyti hodiernis quidem usibus pro inveniendo vero Paschatis die servire vix potest, cum modo post accuratas observationes astronomicas, æquinoctio, et cyclis solis et lunæ, epactis, et litteris Dominicalibus rite determinatis, et correctionem Gregorianam Calendarii factam tabulæ paschales modernæ ab hoc *Canone* non parum differant. Quia tamen hic *Canon*, utpote in Ecclesia primus et antiquissimus, venerabile est antiquitatis monumentum, et accurata ejus explicatio ad mentem S. Hippolyti ægre cognoscitur, cum, uti dictum fuit, tractatus, quem de illo ipse exaravit, deperditus fuit; ideo multi eruditi viri, uti Scaliger, Petavius, Bucherius, Vignolius, le Moynius et Blanchinius, in illo explicando laborarunt, quorum scripta et notas Albertus Fabricius collectioni operum sancti Hippolyti inseruit. Pro nostro autem instituto sufficiet ea hic adnotare, quæ ad rectum hujus *Canonis* intellectum ex citatis auctoribus colligi possunt.

Nota II. Prior igitur tabula 1° ostendit plenilunia paschalia, incipiendo ab anno Christi 222, qui, uti Vignolius in dissertatione *De anno primo imperii Severi Alexandri*, Valsecchius et Philippus a Turre demonstrant, est annus primus Severi Alexandri imperatoris.

2° Litteræ alphabeti denotant seriem hebdomadæ, in quam dictum plenilunium incidit. V. g. anno Christi 222, plenilunium paschale contingebat Idibus Aprilis, et littera G apposita illud in diem Sabbati incidisse indicat.

3° In prima columna descendendo sequuntur sexdecim anni incipiendo ab anno 222, per numeros designati, et similiter in reliquis sex columnis, quæ septem heccædecaeterides, seu sedecennia, annos 112 efficiunt.

4° Post primum sedecennium plenilunium in eumdem quidem diem, scilicet Idus Aprilis incidit, juxta hypothesin S. Hippolyti, non vero in eamdem feriam, sed una feria citius occurrit. V. g. in primo sedecennio plenilunium in G, id est, Sabbato occurrit; in secundo sedecennio erit in F, id est, feria sexta; in tertio in E, seu feria quinta, et sic deinceps ; absolutis autem septem sedecenniis, seu 112 annis, in eumdem diem et eamdem feriam recurret.

5° Per voces illas *Esdras*, *Genesis Christi*, *Ezechias*, etc., juxta Blanchinium præcipua Paschata designantur, quorum S. Scriptura meminit, scilicet Exodi XII. Primum Pascha IV Non. April., vel juxta Danielem, Nonis April. Secundum in eremo Num. IX. Tertium sub Josue, seu Jesu, Jos. III, XII Kal. April. Item Pascha sub Ezechia, II Paralip. XXX ; sub Josia, IV Reg. XXIII; sub Esdra, I Esdræ VI. Item in Genesi, et Passione Christi. Verba vero illa, *secundum Danielem*, significant aliam chronologiam horum Paschatum, cum ex Danielis libro ejusdemque hebdomadibus diversimode numeratis epocham superioris ætatis a templo condito ad restauratum a Cyro paulo diversam chronologi colligant.

Nota III. Altera tabula exhibet Dominicas Pascha-

(13) Victorius Lemovicensis, scriptor sæculi quinti testatur quod is erat Latinæ Ecclesiæ mos : « Sin *autem die Sabbati plenilunium esse contigerit, et consequenti Dominico lunam* XV *reperiri; eadem hebdomade transmissa, in alteram* diem Dominicam, id est, lunam XXII transferri debere Pascha dixerunt. » Victor. apud Bucher. *De Cycl. pasch.*, p. 4. Hæc praxis adhuc in usu erat tempore Gregorii Turonensis, quemadmodum ille scribit lib. X *Hist. Francorum*, num. 22. Observantur in Cyclo S. Hippolyti plura exempla translati Paschatis, cum illud in diem XV lunæ incideret, sc. anno I, IV, X, XIII, XVI, III. Nunc peragimus Pascha XV lunæ, quando incidit in Dominicam, in quo rationes Alexandrinorum sequimur.

(14) Vid. Columel. lib. IX, cap. 14, et lib. XI, cap. 20. Bucher. *De cyclo Judæorum*, pag. 345.

Digitized by Google

les per septem sedecennia . incipiendo ab anno Christi 222, eodem modo quo plenilunia paschalia in priori tabula sunt disposita ; ubi tamen notandum, quod si plenilunium in Sabbatum inciderit, Dominica sequens non sit paschalis, uti Alexandrini observabant, sed more Latinorum Pascha altera Dominica eam subsequente celebratum olim fuerit. Sic, v. g., anno 222, plenilunium incidebat in Idus Aprilis Sabbato ; Dominica paschalis non erat XVIII Kal. Maii, more Alexandrinorum, sed more Latinorum XI Kal. Maii. Anno 223, plenilunium erat A IV Nonas Aprilis, feria quarta, Dominica paschalis VIII Idus Aprilis. Item in secunda columna, seu secundo sedecennio, sive anno Christi 238, plenilunium erat Idibus Aprilis, feria sexta, et Dominica paschalis XVII Kal. Maii ; et ita deinceps per reliqua sedecennia, quibus absolutis plenilunium in eumdem diem primi sedecennii, et feriam, et consequenter etiam Dominica paschalis in eumdem diem recurrit. Atque hoc videtur esse systema *Canonis paschalis* S. Hippolyti. Plura videri possunt apud laudatos auctores.

CAPUT III.

DE FRAGMENTIS OPERUM S. HIPPOLYTI ET DE DEPERDITIS.

ARTICULUS I.

DE COMMENTARIIS S. HIPPOLYTI IN LIBROS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

§ I. *Commentarius S. Hippolyti in Genesin et in Hexaemeron.*

Exiguus est scriptorum, quæ exstant, S. Hippolyti numerus, si cum iis conferas, quæ inter deperdita numeramus. Hæc certe jactura, quæ sentitur magis per subjectam collectionem titulorum, et enarrationem succinctam quam post veteres de cunctis viri sancti commentationibus hodie desideratis exhibebimus, quæve stupenda videtur. Nulla prope Scripturæ pars, cui non explicandæ aut enodandis in ea difficultatibus ingenium exercuerit, multa quoque idem de rebus aliis religionis et Ecclesiæ gravissimis elucubratus est. Ineamus numerum :

Eusebius (15) et S. Hieronymus (16) nos certiores reddunt sanctum Hippolytum exarasse commentarium in Hexaemeron, seu tractatum de sex diebus creationis mundi. Cl. le Moynius prætendit hoc opus esse primum inter ea, quæ in tabula Græca, cum statua nostri sancti e terris effossa, et continente plurium aliorum ipsius scriptorum titulos, designantur; atque suspicatur ultimas syllabas vocum IOYC et NIAC, ex quibus Scaliger et Bucherius faciunt ΨΑΑΜΟΥC ΜΕΤΑΝΟΙΑC, Psalmos pœnitentiales (17), esse reliquias vocum εἰς πρωτοπλάστους, et περὶ κοσμογονίας, vel ζωογονίας, quæ B designent Hippolyti lucubrationes εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον, et εἰς τὴν ἑξαήμερον. Juxta hanc igitur interpretationem le Moynii scripsisset S. Hippolytus commentaria in primum et secundum caput Geneseos, seu in Hexaemerum, et de iis quæ Deus sex diebus condiderat, et de iis quæ proprie hominem et illius in paradisum collocationem spectabant ; seu, ut paucis dicam, juxta le Moynium scripsisset commentarium de statu protoparentum, de creatione mundi, et de rebus viventibus. Verum, licet hæc opinio sit ingeniosior et magis naturalis quam illa Scaligeri de Psalmis pœnitentialibus, fatendum tamen neutram (18) certiorem esse. Utraque enim unice dependet ab imaginatione; et sic quidem tertius, qui hic ingenio suo indulgere vellet, adhuc C aliud posset eruere, quod forte magis ad verum accederet. Et sane doctorum virorum Thomæ Galei et Eduardi Bernhardi conjecturæ, qui ex reliquiis litterarum IOYC divinantur Ἰουδαίους, ita ut sensus integer sit Ἀπόδειξις πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, vel κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, *demonstratio adversus Judæos*, eruditis pluribus non displicent (19). Ut ut autem hæc sint, hoc nihilominus verum est, S. Hippolytum composuisse Hexaemeron. Sanctus Joannes Damascenus suis in *Parallelis* nobis fragmentum aliquod hujus scripti conservavit, quod complectitur refutationem eorum qui paradisum terrestrem in cœlo collocabant, atque exinde inficiabantur eumdem esse e numero creaturarum hujus universi (20). D Quinimo sanctus quoque Ambrosius partem ali-

(15) « Eodem tempore et Hippolytus... scripsit εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον, *in opus sex dierum, et in ea quæ post sex dies consecuta sunt.* » Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 22.

(16) « Hippolytus... scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi : In Hexaemeron, et in Exodum, in Canticum canticorum, in Genesim et in Zachariam. » Hieronym. in *Cat.*, 61.

17) Merito alii eruditi hanc Scaligeri conjecturam respuunt, quia in tertio inscriptionis versu mentio est operis in Psalmos, et divisio Psalmorum in pœnitentiales posterior est ætate Hippolyti.

(18) Ea le Moynii conjectura cl. Basnagio etiam non arridet. Quippe vero proximum est, germanos operum Hippolyti titulos statuæ marmoreæ inscriptos fuisse. Hos vero suis Hippolytum operibus indidisse, quos adduxit le Moynius, non liquet, neque etiam fit credibile. Basnage, *Annal.* ad annum 222, pag. 289.

(19) NIAC. Eduardus Bernardus legit περὶ κοσμογονίας, ut intelligatur quod veteres inter Hippolyti scripta laudant comment. in Hexaemeron, aut vero περὶ κόσμου συντελείας. Thomas Galeus legit περὶ ἡγεμονίας, *De regimine.*

(20) Joan. Damasc. tom. II, pag. 787 noviss. editionis.

Digitized by Google

quam hujus tractatus in Hexaemeron nobis conservavit, seu, ut notat D. Hieronymus, Hippolyti et Basilii vestigiis institit Ambrosius, in iis quæ de eodem argumento scripsit (21).

Præter opus præcedens, eodem D. Hieronymo teste (22), discimus S. Hippolytum nostrum etiam commentarium scripsisse in Genesin. Eusebius quidem hujus operis non meminit; verum sancto Hieronymo rectissime hoc credi potest, qui affirmat quod, sicut alia quæ recenset illius auctoris opera, hoc etiam legerit. Præterea admodum verisimile est Eusebium comprehendisse hunc commentarium in eo, quem S. Hippolytus, quemadmodum ipsemet dicit Eusebius, scripserat *in ea, quæ post sex dies consecuta sunt*, id est, ut vulgo intelligitur, in reliqua Geneseos capita. Cl. Valesius tamen nihilominus et Scaliger ante eum hunc Eusebii locum de secundo duntaxat Geneseos capite interpretantur (23).

At vero nullus est ambigendi locus, quin is commentarius, de quo hic quæritur, in totam Genesim se extendat, postquam Albertus Fabricius plura hujus commentarii fragmenta Græce ac Latine evulgavit (24). Sic ibi observamus explicationes in I, III caput, et omnes fere versiculos capit. XLIX Geneseos. Accedit quod S. Hieronymus, dum conabatur explanationem dare de Melchisedecho, diserte dicat se consuluisse sanctum Hippolytum (25); proinde videtur per hoc testificasi quod sanctus noster in caput XIV, in quo de Melchisedech sermo fit, commentatus fuerit. Idem doctor maximus allegat adhuc fragmentum satis longum de Isaac et Rebecca, id est, super caput XXVII Geneseos ex eodem commentario (26). Isidorus etiam Hispalensis (27) eamdem explicationem allegoricam de Isaac et Rebecca ex S. Hippolyto refert. Apud Leontium quoque Byzantinum habetur exiguum fragmentum commentarii S. Hippolyti in benedictiones Abrahæ (28). Super versum 27 capitis XLIX Geneseos, quo continentur benedictiones Abrahæ pro filiis suis, sanctus Hippolytus sancto apostolo Paulo illud de lupo rapace, quod Benjaminum spectat, accommodat; quam accommodationem postea etiam adhibuerunt S. Augustinus et alii Ecclesiæ Patres.

A Cæterum observandum quod S. Hippolytus suo *in Genesin commentario* fere omnia allegorice interpretetur. Verum non ita tamen animum ad inveniendum in figuris Veteris Testamenti Novi Fœderis veritates intendit, ut non aliquando etiam sensum litteralem illustrare studeat. In pluribus locis Scripturarum versiones ab Aquila et Symmacho adornatas adhibuit (29). Fabricius hæc fragmenta *Commentarii in Genesin*, quæ edidit, ex collectione 88 Patrum in Genesin eruit, quæ collectio asservatur in manuscripto in bibliotheca imperatoris Vindobonæ in Austria.

§ II. *Commentarius S. Hippolyti in Exodum.*

Sanctus Hieronymus adhuc attribuit S. Hippolyto *Commentarium in Exodum* (30), quem Eusebius B forte generatim designavit, dum affirmavit, uti paulo antea diximus, sanctum nostrum in ea etiam commentatum fuisse quæ post sex dies consequuntur in libris Moysis (31). Vidit hunc commentarium S. Hieronymus; atque propterea dubitare non possumus de illius olim exsistentia. Cl. quidem le Moynius (32) in dubium revocare hoc videtur, dum absque fundamento obtendit sanctum Hieronymum non nisi ex male intellectis Eusebii verbis commentarium in Exodum astruxisse. Hic enim (Eusebius), subjungit le Moynius, postquam designavit Hexaemeron, dicit, quod S. Hippolytus scripserit etiam in ea quæ sequuntur sex dies, εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον : per quæ verba, pergit le Moynius, hic notantur protoplastorum status, habitatio, tentatio, lapsus, et varia quæ Adamum, Evam, paradisum, serpentem, arbores vitæ et scientiæ, et alia his adjuncta spectare videntur. At vero eruditus hic auctor non satis animum attendit quod sanctus Hieronymus non secundum Eusebium loquatur, sed evolutis ipsis, quos nominat, libris : *E quibus*, inquit (33), *hos reperi, in* ἑξαήμερον, *et in Exodum*. Hoc per se manifestum, et nullam difficultatem patitur. Cæterum nihil amplius de *Commentario* S. Hippolyti *in Exodum* hodie habemus. Sæpe quidem allegatur in commentario Arabico in Pentateuchum (34) operum collectioni divi Hippolyti inserto (35). Sed verisimile omnino est, quod auctor hujus commentarii nomen S. Hippolyti, S.

(21) « Nuper S. Ambrosius sic Hexaemeron illius (Origenis) compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequeretur. » Hieronym., ep. 41 ad Pammach. et Ocean.

(22) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(23) Henric. Vales. in cap. 22 lib. VI *H. E.* Eusebii.

(24) Fabric., Opp. Hippolyt. tom. II, pag. 22.

(25) « Verti me ad Hippolytum, Irenæum, » etc. Hieron. ad Evangelum presbyterum, ep. 73 noviss. edit. Venet. in-4°, alias 126, epist. crit. p. 570 apud Benedictin.

(26) Hieronym., epist. ad Damasum 36 noviss. edit., alias 125, p. 569 apud Benedictinos.

(27) Isidor. Hispal. in cap. XXIII Genes.

(28) Leont. Byzant., lib. I *contra Nestorium et Eutychem*, tom. IX *Biblioth. PP.* Lugdun. p. 682; in versione Latina hujus loci Leontii Byzantini legitur *Balaam* hoc modo : « Sancti Hippolyti et episcopi et martyris ex Benedictionibus Balaam. » Videtur hoc error esse librariorum, atque legendum esse *Abraam*, conformiter textui Græco : Ἐκ τῶν εὐλογίων τοῦ Ἀβραάμ. Tom. II Opp. Hippolyt. pag. 45.

(29) Hippolyt. Opp. tom. II, pag. 22, 23, 26.

(30) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(31) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 22.

(32) Le Moyne, *Varia sacra*, tom. II, pag. 990.

(33) Hieronym. loc. cit.

(34) Auctor hujus commentarii Arabs sub nomine sancti Hippolyti allegat quadraginta loca, eumque ordinario *Expositorem Targhumistam* vocat. Vid. Opp. S. Hippolyt. apud Fabric. tom. II, pag. 37 et seq.

(35) Fabric., l. c.

Digitized by Google

Basilii, Epiphanii et aliorum Patrum, quos hic citat, ideo duntaxat mutuatus fuerit, ut operi suo aliquam dignitatem, quam in se non habebat, conciliaret.

Nec desunt argumenta pro ascribendo sancto Hippolyto aliquod opusculum seu commentarium in quædam primi Regum libri loca, in quibus sermo habetur de Helcana patre et anna Matre Samuelis (36). Theodoretus suis in *Dialogis* quædam hujus scripti loca nobis conservavit quæ a Fabricio in editione operum nostri Sancti referuntur (37).

§ III. *Commentarius S. Hippolyti in Saulem et Pythonissam.*

Idem S. Hippolytus composuit aliud etiam opusculum in alia hujus S. Scripturæ libri loca, quæ respiciunt *Saulem et Pythonissam*. Observatum est autem a viris doctis (38) Hippolytum raro suscepisse integrum librum Scripturæ interpretandum, sed selectum argumentum, quemadmodum ex jam supra dictis, atque adhuc dicendis, invicte confirmatur. Commentarius de Saule ac Pythonissa notatur ab Hieronymo (39) inter alia sancti nostri doctoris opera.

Conveniunt etiam viri docti, quod præfatus Hippolyti commentarius in tabula Græca per vocabulum hoc ΙΤΑC ΤΡΙΜΥΘΟΝ designetur, ex quo componere volunt ΕΓΓΑCΤΡΙΜΥΘΟΝ, quod nomen Septuaginta Interpretes Pythonissæ in Endor indiderunt, quæ a Saule interrogata, artibus et præstigiis suis, Samuelis umbram excitavit. Extra omnem dubitationis aleam positum nobis videtur, tractatum S. Hippolyti spectasse potius hanc Pythonissam, quam illam, de qua Actorum cap. xvi mentio habetur; licet Scaliger putarit hanc intelligendam esse.

§ IV. *Commentarius in Psalmos.*

S. Hieronymus, catalogum operum S. Hippolyti prosequens, recenset etiam *Commentarium in Psalmos* (40). Asserit cl. le Moynius Eusebium quoque hunc commentarium S. Hippolyto ascripsisse. Sed de hoc sive Eusebiano textu, sive in illius versione nulla vola habetur (41). Id vero extra controversiam, quod in tabula Græca hæ syllabæ ΑΑΜΟΥΣ, ultimæ syllabæ sint vocis ΨΑΑΜΟΥC, atque proinde originarius titulus fuerit εἰς τοὺς Ψαλμούς. Ex loquendi modo D. Hieronymi verisimile videtur, quod ille intellexerit commentarium in integrum Psalterium; ait enim : *Hippolytus . . . scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi : in Hexaemeron . . . de Psalmis* (42). Quapropter Scaliger et le Moynius nullatenus dubitant, quin S. Hippolytus noster in enarrandis Psalmis operam suam collocarit. Addit præterea le Moynius (43) id certo certius colligi posse ex Catena in Psalmos, quæ codice Ms. asservatur in bibliotheca Medicea Florentiæ. Theodoretus bina fragmenta exinde etiam exhibet (44), primum ex Commentariis in psalmum II, secundum ex Commentariis in psalmum XXIII, seu XXIV. Teste Alberto Fabricio (45) etiam Hippolyti expositio psalmi IX habetur inter mss. bibliothecæ Bodleianæ. Operis hujus hypothesin sive præfationem mss. se habere testatus est Thomas Galeus. Habuit et Alexander Morus, qui laudat notis ad Novum Fœdus, ad Hebræos x, 5. Stephanus le Moyne et Alexander Morus hoc Hippolyti argumentum enarrationi in Psalmos præmissum primi produxerunt, sed minus integrum, minusque emendatum (46), Fabricius autem et Gallandius e mss. cl. viri Thomæ Galei emendatius dederunt (47). Judice perdocto Ceillierio (48), *Demonstratio contra Judæos* a Turriano Latine et abs Fabricio (49) Græce edita, consectarium esse videtur *Commentarii* S. Hippolyti *in Psalmos*; nam proprie loquendo illa demonstratio non est, nisi paraphrasis psalmi sexagesimi octavi. Neque hic aliquod observatur judicium operis cujusdam data opera confecti. Sed ex occasione, qua auctor veritatem religionis Christianæ adversus Judæos probat, ad verba hujus psalmi Judæis exponenda naturaliter trahebatur; atque propterea juxta omnem verisimilitudinem quidam copistæ huic fragmento ascripserunt titulum *De demonstratione adversus Judæos*. « Quidam nihilominus viri docti persuasionem habentes, perget Ceillierius, quod S. Hippolytus tractatum integrum adversus Judæos elaborarit, eumdem designatum credebant in tabula operum lapidea hisce quatuor Græcis litteris ΙΟΥC, quas ultimas esse vocabuli Ἰουδαίους existi-

(36) Tillemont, *Mémoires*, tom III, pag. 108.

(37) Fabric., tom. I Opp. Hippol., p. 267.

(38) Scaliger., Observat. in *Canonem Paschalem*, apud Fabric., tom. I Opp. Hippol., pag. 81; Maurini, *Hist. littéraire de la France*, tom. I, pag. 374.

(39) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61, qui referi Hippolytum scripsisse περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος, *de Saule et Pythonissa*.

(40) Hieronym., l. c.

(41) Eusebius, notante cl. Ceillierio *Hist. génér. des auteurs*, tom. II, pag. 322, not. *e*, exiguam operum S. Hippolyti partem recenset, addendo tamen notanter hæc verba : « Sed et alia plurima apud alios asservata licet reperire. » Euseb., *H. E.* lib. v, cap. 22.

(42) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(43) Le Moyne, *Var. sac.*, tom. II, pag. 992.

(44) Theodoret. dialog. 1 et 2, pag. 89; Hippolyt. tom. I Opp apud Fabric, pag. 268. Fabricius etiam, pag. 269, allegat ex Theodoreto commentarium in psalmum CXVIII, juxta nos, et CXIX, juxta Hebræos; sed ut censent Maurini nostri *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 374, not. 1, ex male intellectis hujus Patris verbis, quæ non hunc Psalmum, sed Canticum canticorum innuunt. Vid. Henric. Vales., not. *c.* in Euseb. *H. E.* lib. VI, cap. 22, pag. 249.

(45) Alb. Fabric., *Biblioth. Græc.*, tom. cit., pag. 209.

(46) Le Moyne, *Var. sac.*, tom. II, pag. 977.

(47) Fabric., tom. I Opp. Hippolyt., pag. 267; Galland., *Biblioth. PP.* tom. II, pag. 486.

(48) Remi Ceillier, tom. II *Hist. génér. des auteurs*, pag. 322.

(49) Fabric., Opp. S. Hippolyt. tom. II, pag. 2 et seq.

Digitized by Google

sant. ut adeo inde laudata in tabula legendum sit Ἀπόδειξις πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, seu κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, *Demonstratio adversus Judæos*. Verum hæc conjectura omni fundamento destituitur. Atque satius propterea est ingenue fateri ignorantiam quoad relationem quatuor harum litterarum, quam in re adeo obscura divinari velle. » Hactenus cl. Remigius Ceillierius.

§ V. *Commentarius in VII Psalmos pœnitentiales non est S. Hippolyti.*

Præter hunc *Commentarium in* omnes *Psalmos*, doctissimus Josephus Scaliger eidem sancto nostro Hippolyto sigillatim ascribit insuper *Commentarium in septem Psalmos pœnitentiales* (50). Verum quoniam doctissimus vir duntaxat nititur interpretationi longius accersitæ duarum syllabarum vocabulorum IOYC et NIAC in tabula Græca, illius opinione stare non possumus. Cum et ipse Scaliger bene agnoverit lectionem suam μετανοίας, *pœnitentiæ*, admodum coactam esse, nullo modo autem vulgarem; hinc etiam insimulat sculptorem, et de commisso errore arguit, quando posuit NIAC pro NOIAC. Accedit quod nulla omnino adsit verisimilitudo, quemadmodum sapienter animadvertit cl. le Moynius (51) quod, cum tabula Græca satis perspicue linea tertia in Psalmos designet, linea prima aliud opus in Psalmos eadem tabula indicet. Nam postea additur (verba sunt cl. le Moynii), quod S. Hippolytus scripserit in Psalmos; quod satis innuit, IOYC NIAC non esse reliquias vocum ψαλμοὺς μετανοίας. Secus bis, in brevi laterculo, observaretur Hippolytum scripsisse in Psalmos; primo in Psalmos pœnitentiales, deinde in omnes Psalmos; quod a nullo veterum, qui de Hippolyto mentionem fecerunt, fuit unquam observatum. Sed quod omnino evertit conjecturam Scaligeri, est, quod tempore S. Hippolyti nulla adhuc erat mentio Psalmorum pœnitentialium (52). Adeo ut non potuerit peculiarem parare commentarium in Psalmos istos peculiares, qui hodie pœnitentiales vocantur, et apud veteres nulla prorsus ψαλμῶν τῆς μετανοίας memoria. Hæc cl. le Moyne.

§ VI. *Commentarius S. Hippolyti in Cantica.*

Eusebius et Hieronymus inter opera S. Hippolyti adhuc recensent (53) *Commentarium in Cantica canticorum*, quem Theodoretus (54) etiam allegat in dialogo qui *Eranistes* inscribitur. Hic commentarius sæculo VII adhucdum habebatur; siquidem Anastasius Sinaita (55) illum legerat. Idem Anastasius locum satis considerabilem ex eo nobis conservavit (56); quem Græce ac Latine Fabricius et Gallandius inter S. Hippolyti opera referunt (57). Hoc fragmento S. Pater librum Sapientiæ a Salomone perscriptum agnoscit, quemadmodum Proverbia, Ecclesiasten et Cantica canticorum. Ait etiam Salomonem, dicendo Canticum canticorum, significare voluisse se id, quod continebatur ter mille odis seu canticis, hoc uno comprehendisse. Hac quoque occasione dum S. Hippolytus explicare aggreditur, quod Scriptura refert de selectu scriptorum omnium Salomonis ab amicis Ezechiæ regis facto, testatur illos sapientes viros ea duntaxat e scriptis Salomonis selegisse, quæ ad ædificationem Ecclesiæ servirent. Libros vero Salomonis Parabolarum et Canticorum, in quibus scripserat de plantarum et omnis generis animalium natura terrestrium, volatilium, natatilium, et de morbis sanandis, Ezechias abolevit, seu penitus suppressit, quod populus crudus et parum instructus exinde petere posset medelas morborum, eorumque sanationem a Deo petere negligeret. Eadem referunt Suidas in Ἐζεχίας, Syncellus et alii verisimiliter ex sancto nostro Hippolyto deprompta.

§ VII. *Commentarii S. Hippolyti in Proverbia, Ecclesiasten.*

Divus Hieronymus asseverat quoque se vidisse *Commentarium* sancti nostri *in Proverbia* Salomonis (58). Idem confirmat etiam Suidas (59). Albertus Fabricius ex Catena Græcorum Patrum quinque loca Latina hujus Commentarii editioni Operum D. Hippolyti inseruit, quemadmodum et cl. Gallandius (60). In his exponitur titulus libri Proverbiorum, et undecimus seu duodecimus versus capitis I. Præterea notatu adhuc dignius fragmentum hujus Commentarii idem cl. editor Albertus Fabricius subjecit, quod Græce descripsit e codice Taurinensi 82, excerpta varia veterum scriptorum complectente V. C. Matthæus Pfaffius. In hoc sanctus Hippolytus capitis IX Proverbiorum hæc verba versus 1 : *Sapientia ædificavit sibi domum*, egregie illustrat.

Meminit Hieronymus et ex eo Honorius *Commentarii in Ecclesiasten*, cujus fragmenta in bibliotheca Bodleiana dicuntur exsistere in Ecclesiastæ II, 24, quemadmodum et illud Proverbiorum IX : *Sapientia ædificavit sibi domum*. Fertur etiam (61), quod in bibliotheca Vindobonensi augustissimi imperatoris asservetur msc. complectens S. Hippolyti commentarios in libros Salomonis.

(50) Scalig., lib. VII *De emendat. tempor.*, et apud Fabric. inter Hippolyt. opp. tom. I, pag. 79 et 80.
(51) Le Moyne, *Var. sacr.*, tom. II, pag. 970.
(52) Possidius in *Vita S. Augustini*, cap. 31, mentionem facit Psalmorum pœnitentialium, et fortasse hoc primum et antiquissimum eorumdem vestigium est, quod sane ultra sæculum V non ascendit.
(53) Εἰς τὸ ᾆσμα. Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 22; S. Hieron. in *Catalog.* p. 61.
(54) Theodoret. dialog. 2, hunc librum Hippolyti ita citat : Εἰς τὴν ᾠδὴν τὴν μεγάλην, pag. 88.
(55) Anastas. Sinaita, quæst. 41, pag. 554.
(56) Idem ibid.
(57) Fabric., tom. I Opp. pag. 270; Galland., *Biblioth. PP.* tom. II, pag. 489.
(58) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.
(59) Suidas I, pag. 144.
(60) Fabr., tom. I Opp. Hippol., pag. 282; Galland. l. c. pag. 488.
(61) Canis., B. T. I, pag. 9.

Digitized by Google

§ VIII. *Commentarii in Isaiam et Ezechielem.*

In Isaiam scripsisse Hippolytus martyr traditur ab Hieronymo (62) et Nicephoro (63), ut Græcum Hieronymi interpretem et recentiores, qui ejus *catalogum* exscribunt, Latinos, Honorium, Freculfum, aliosque juniores omittam. Ex hoc in Isaiam sive in selecta Isaiæ loca commentario deprompta esse puto, inquit cl. Fabricius (64), quæ de gradibus in horologio Hiskiæ (65), sive Ezechiæ ex Hippolyto refert Michael Glycas pag. 194 *Annalium*. In codice mss. Græco 193 bibliothecæ Coislinianæ (quæ olim Seguieriana), teste clariss. Montfauconio, p. 245, exstat Hippolyti, qui ibi, ut solemne est Græcis scriptoribus, episcopus Romæ appellatur, fragmentum *de Ezechia*, quod incipit : Ἔτι μακαρισθέντος (mendose excusum pro μαλακισθέντος) τοῦ Ἐζεχίου, *ægrotante Ezechia*, atque *Contra fatum*. Albertus Fabricius tomo II Operum S. Hippolyti hoc Græce ac Latine inseruit pag. 81, et Gallandius tomo II *Bibliothecæ PP.*, pag. 489. Idem prorsus est cum eo, quod a Glyca refertur. Agitur autem hoc in commentario de miraculosa Ezechiæ regis sanatione, et de retrogradatione solis in horologio Achaz relata abs Isaia capite xxxviii, v. 5. Vocat Isaiam prophetam angelum, docet quod non solum sol, sed luna etiam retrocesserit, in signum proximæ regis sanationis; atque quod dies ista fuerit horarum 32. Subjungit adhuc, quod Marodachus Chaldæus Babyloniorum rex, qui astrologicam artem optime callebat astrorumque cursum accurate dimetiebatur, hoc prodigio primum perculsus, causa postmodum cognita, epistolam et dona ad Ezechiam miserit. Sancti Hippolyti ex sermone in exordium Isaiæ quædam Theodoretus etiam allegat (66). Scripsisse Hippolytus in Jeremiam a nemine veterum, quod sciam, traditur. Nam quæ ejus referuntur in Catena Patrum Græcorum ad Jeremiæ cap. xvii, 11, petita sunt ex libro *De Antichristo*, cap. 55.

Eusebius loquitur de *Commentario* S. Hippolyti *in Ezechielis* (67) quædam capita. Georgius Syncellus refert eamdem rem, sed dissimili aliquantulum ratione. Dicit enim Hippolytum commentatum fuisse in multa prophetarum loca, sed sigillatim in Ezechielem ac Danielem (68). Mirum quod in Catena Græcorum Patrum in Ezechielem, ex qua excerpta dedit Villalpandus, nulla Hippolyti occurrat mentio. Sed magis adhuc mirandum, quod viri eruditi, qui exstare dicunt in bibliotheca Bodleiana sancti Hippolyti *De dimensione templi Salomonis commentarium* (69), eumdem hucusque in publicam lucem emittere neglexerint. Sigillatius Hippolytus in exponendo Daniele laboravit. S. Hieronymus (70) ejus *Commentarium in Danielem* generatim notat. Photius qui eumdem commentarium legerat, singula ejus capita expendit atque dicit (71) : *Etsi* interpretationem Danielis S. Hippolytus *ad verbum non explicet, sententium tamen, ut ita dicam, non prætercurrit. Multa porro*, pergit Photius, *veteri more, non ut postea fuere accuratius excussa, persequitur. Quanquam eorum posci rationem æquum non est. Neque enim fas ab iis, qui fundamenta rei alicujus consideranda posuerint, rationem repetere eorum, quæ præteriere, sed favere potius conatui ipsi, quantulumcunque in rerum contemplandarum comprehensione processerint.* Vitio tamen eidem vertendum putat, quod finem mundi determinare ausus fuerit hoc in tractatu. Persequitur enim Photius : *Antichristi vero adventum, cui etiam aspectabilis hujus mundi consummatio jungitur, cum ne discipulis quidem rogantibus, manifestaverit Salvator, ab Hippolyto deinde ad quingentos a Christo annos adduci ac circumscribi, quasi a prima mundi constitutione sex millibus annorum tum exactis, ejus dissolutio instaret, hoc calidioris quidem, quam decebat, animi est, atque asseveratio hæc humanam ignorantiam potius quam cœlestem inspirationem arguit.*

Idem Photius testatur alibi, quod commentarii Theodoreti in Danielem licet multis antecellant quidem Hippolyti expositionem, et in pluribus disconveniant, in quibusdam tamen conspirent (72). Sanctus Hieronymus in Danielem scribens, refert sensa S. Hippolyti de septuaginta hebdomadibus Danielis, sed ea reprobat, utpote cum chronologia et historia Persarum ac Macedoniorum irreconciliabilia. En illius verba (73) : *Hippolytus de septuaginta eisdem hebdomadibus opinatus est ita. Septem hebdomades ante reditum populi supputat, et sexaginta duas post reditum, usque ad nativitatem Christi : quorum tempora omnino non congruunt, siquidem regni Persarum ducenti et triginta supputantur anni, et Macedonum trecenti, et post illos usque ad nativitatem Domini anni triginta; hoc est, ab initio Cyri regis Persarum usque ad adventum Salvatoris anni quingenti sexaginta. Novissimam quoque hebdomadem ponit in consummatione mundi, quam dividit in Eliæ tempora et Antichristi, ut tribus et semis annis ultimæ hebdomadis Dei notitia confirmetur, de qua di-*

(62) Hieronym. in *Catalog.* cap. 61.
(63) Nicephor., *H. E.* lib. iv, c. 31.
(64) Fabric., tom. I Opp. Hippol., pag. 271.
(65) Isa. xxxviii.
(66) Theodoretus, dial. 1, pag. 36, in ἀτρέπτῳ.
(67) Εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ, in capita quædam Ezechielis. Euseb., *H. E.* lib. vi, cap. 26. Sic et Nicephorus *H. E.* lib. iv, cap. 31.
(68) Εἰς πολλά τε τῶν προφητῶν, μάλιστα Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιὴλ τῶν μεγάλων, « in multa prophetarum majorum, Ezechielis maxime et Danielis. » Syncell., pag. 358 *Chronograph*
(69) Fabric. Opp. S. Hippolyt. tom. I, pag. 271; et *Bibl. Græc.* tom. V, pag. 210.
(70) Hieronym., *Catalog.* cap. 61.
(71) Phot., cod. ccii.
(72) « Lecta est Theodoreti episcopi Cyri expositio Danielis. Longe doctus hic vir non Hippolyto modo, verum et aliis multis antecellit propheticorum verborum elocutione et explanatione... igitur in aliquibus quidem ille in hac divini Danielis expositione cum Hippolyto martyre convenit, sed plura, in quibus dissentit. » Photius, cod. cciii.
(73) Hieronym. in cap. ix Danielis.

Digitized by Google

ctum est (*Dan.* IX, 27) : Confirmabit pactum multis hebdomade una ; *et tribus aliis annis sub Antichristo deficiat hostia et sacrificium ; adveniente autem Christo et iniquum spiritu oris sui interficiente, usque ad consummationem et finem perseveret desolatio.* Et revera videtur S. Hippolytus coarctare tempus, quod a primo anno Cyri, et a reditu ex captivitate usque ad Nativitatem dilapsum est, et finem prophetiæ a residua prædictione nimis sejungere. Exorditur enim supputationem suam septuaginta hebdomadum a quinquagesimo anno ante finem captivitatis ; et ex iis computat sexaginta duas post reditum Judæorum in patriam suam, usque ad nativitatem Jesu Christi, atque absolutionem seu expletionem rejicit immediate ante mundi consummationem. Œcumenius procemio in Apocalypsin laudat etiam expositionem Hippolyti in Danielem (74). In Catena Patrum Græcorum in Psalmos et cantica sacræ Scripturæ (75) reperitur fragmentum S. Hippolyti in canticum trium puerorum Hebræorum in camino ignis, quod canticum constituit partem capitis XXX Danielis. De eodem capite refert Eustratius, presbyter Constantinopolitanus sæculi VII, breve fragmentum (76) in alium locum ejusdem cantici trium puerorum, simulque testatur, quod illud ex oratione secunda, seu tractatu S. Hippolyti in Danielem deprompserit. Post Fabricium Gallandius (77) quoque aliud fragmentum nostri sancti in eumdem prophetam ex Anastasio Sinaita (78) adducit. Verum cum idem locus S. Hippolyti iisdem verbis in tractatu suo in Antichristum numeris 26 et 43 legatur, merito hinc ambigitur, ex quonam horum operum Anastasius Sinaita illum deprompserit.

Paulo superius de exiguo tractatu S. Hippolyti in historiam Susannæ, qui forte pars fuerit magni operis seu *Commentarii in Danielem*, disseruimus. Hic solummodo addimus testari Hebed Jesu num. 16 *Catalogi* (79), apud Chaldæos quoque ferri Hippolyti expositionem in Danielem minorem et Susannam. Post exiguum hunc commentarium in *Bibliotheca Patrum* sequitur fragmentum Latinum (80) alterius cujusdam Hippolyti Operis, cujus titulus est : *Sanctissimi Romæ episcopi.* Fabricius et Gallandius Græce ac Latine hoc fragmentum ediderunt (81). Est autem hoc exordium seu præludium cujusdam auctoris, qui de tempore captivitatis Babylonicæ promisit scribere atque simul in prophetam Danielem commentari. Atque hæc omnia optime congruunt Hippolyto. Sapientissimus etiam Tillemontius (82) judicat hoc fragmentum satis conforme esse censuræ, quam Photius de commentario nostri sancti in Danielem nobis reliquit. Dupinius vero econtrario censet neque hoc fragmentum, neque expositionem brevem historiæ de Susanna convenire ætati et characteri divi Hippolyti (83). Verum quicunque laborem in se vult suscipere comparandi hoc ultimum fragmentum cum alio paulo longiori super Isaacum et Rebeccam a D. Hieronymo (84) relato, certe omnimodam et ingenii et styli deprehendet conformitatem.

Doctissimus Joannes Mabillonius in *Itinere Italico*, pag. 94, refert in bibliotheca Chigiana Romæ exstare Græcum codicem insignem, ab annis minimum octingentis scriptum, continentem quatuor prophetas majores, item brevem commentarium in somnium Nabuchodonosoris, a S. Hippolyto martyre et episcopo Romæ compositum, qui ideo vocatur Romæ episcopus, eo quod Romæ episcopus gentium ordinatus, et postea Portuensi Ecclesiæ præfectus fuerit. In hac explicatione plura occurrunt, quæ de eadem visione in tractatu S. Hippolyti *De Antichristo* habentur, ex quo excerpta esse videntur ; quædam tamen specialia occurrunt, quæ in citato tractatu non leguntur. Interpretatio hæc ex Chigiano codice Romæ anno 1772, et deinde Gottingæ anno 1774, edita fuit Græce ac Latine cum *Daniele secundum Septuaginta.* Georgius Syncellus allegat insuper locum quemdam S. Hippolyti in eumdem prophetam Danielem, verum indeterminate tantum (85).

S. Hieronymus adhuc commentarium in Zachariam S. Hippolyto ascribit (86) ; sed nihil ex eo nobis conservavit. Scribens autem doctor maximus in Zachariam, eaque occasione de hoc commentario atque aliis Origenis et Didymi loquens, observat hos omnes plus operæ impendisse sensui allegorico eruendo, quam litterali ac historico (87). Hæc fuerunt opera D. Hippolyti pro illustrando Veteri Testamento adornata.

(74) Œcumen. in *Biblioth. Coislin.* a cl. Montfauconio edita pag. 278.

(75) Tom. III edit. Corderianæ, pag. 951, ad v. 87, et apud Fabric. tom. I Opp. S. Hippol., pag. 280, et apud Galland., tom. II *Bibl. PP.*, pag. 490.

(76) Eustrat., cap. 19 advers. Psychopannychitas. Ex Leone Allatio de utriusque Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione, pag. 492. Fabric., tom. II Opp. Hippol., pag. 32.

(77) Fabric. Opp. S. Hippol. tom. I, pag. 272 ; Galland. l. c. pag. 490.

(78) Anastas. Sinait., quæst. 48, pag. 327.

(79) Fabric. *Biblioth. Græc.*, vol. V, pag. 206.

(80) *Biblioth. Patr.* Lugdun., tom. XXVII.

(81) Fabr. tom. I Opp. Hippolyt., pag. 278 ; Galland. l. c., pag. 446.

(82) Tillemont, *Mémoires*, tom. III, pag. 108.

(83) Dupin., *Biblioth. auctor.*, tom. I, pag. 177 edit. Latin. Colon.

(84) Hieronym., *Epist. critic.*, pag. 569 edit. Benedictin. Paris.

(85) Georg. Syncell., pag. 218, et apud Fabric. Opp. Hippolyt., tom. I, pag. 272.

(86) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(87) « Scripsit in hunc prophetam (Zachariam) Origenes duo volumina usque ad tertiam partem libri a principio. Hippolytus quoque edidit commentarios, et Didymus quinque explanationum libros, me rogante, dictavit, quos cum aliis tribus in Osee et mihi προσεφώνησεν. Sed tota illorum ἐξήγησις allegorica fuit, et historiæ vix pauca tetigerunt. » Hieronym., Præfat. in suos ad Zachar. *Comment.* et in *Catalog.*, cap. 61

Digitized by Google

§ IX. *Commentarii S. Hippolyti in N. T., sc. S. Matthæum, Lucam*, etc.

Quantum ad scripta ejus in Novum Testamentum, Eusebius ne unum quidem memorat; sanctus vero Hieronymus de solo illius *in Apocalypsin Commentario* mentionem facit, dum in tractatu *De viris illustribus* opera S. Hippolyti recenset (88). Sed verisimile est, quod S. Hieronymus illo tempore ea S. Hippolyti scripta in S. Matthæum nondum viderit, de quibus in opere posteriori (89) mentionem fecit. Theodoretus citat etiam tractatus seu sermones S. Hippolyti *De distributione talentorum* et *De duobus latronibus* (90). Hinc verisimile putant viri docti (91) sanctum nostrum in quasdam saltem partes Evangelii S. Matthæi, atque sine dubio in quædam loca Evangelii S. Lucæ, in quo historia de duobus latronibus uberius enarratur, commentarios exarasse. Quanquam autem hic terminus, λόγους, posset denotare apud Theodoretum homilias, nihilominus tamen D. Hieronymus inter commentarios in S. Scripturam recenset aliquem horum λόγων seu sermonum a Theodoreto citatorum (92). In Catena Patrum Græcorum super Lucam reperitur etiam aliquis S. Hippolyti locus (93).

§ X. *Commentarii S. Hippolyti in Joannis Evangelium et Apocalypsin.*

In tabula Græca sæpe jam laudata cum *Cyclo paschali* effossa perspicue notatur, quod S. Hippolytus scripserit in Evangelium secundum S. Joannem et in Apocalypsin : Ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. Idipsum confirmat S. Hieronymus quantum ad Apocalypsin (94). Notum est omnibus, qualis quantaque de istis libris agitata fuerit controversia exeunte sæculo secundo et ineunte tertio, non tantum propter Cerinthum, sed cum Artemon et sibi similes divinitatem Jesu Christi negarent, et arma quibus orthodoxi illam asserebant, illis eripere conarentur, primo Evangelium Joannis et illius Apocalypsin profani invaserunt, et cum variis locis ex Evangelio et Apocalypsi petitis ad Λόγου divinitatem confirmandam non possent respondere, et verba evangelistæ et apostoli ita stringere animadverterent, ut nulla arte nullisque interpretationibus pravis vis illorum posset declinari; non aliter sibi, et pravitati suæ hæreseos consultum iri existimaverunt, quam negando auctoritatem, et Evangelii, et Apocalypseos, et Epistolarum D. Joannis. Quod tanta cum inverecundia fecerunt isti hæretici, et tanto cum divinitatis Λόγου odio, ut quamplurimi inter orthodoxos exstiterint, qui vindicias læsæ divinitatis Christi alacriter paraverint, et Evangelium, Epistolas, Apocalypsin Joanni evangelistæ asseruerint, inter quos eminuerunt S. Justinus martyr, S. Irenæus, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, S. Melito Sardensis, et S. Hippolytus. Hæc cl. le Moynius (95), qui deinde concludit, quod ideo dicatur hic (sc. Hippolytus) scripsisse in Evangelium et Apocalypsin, ut ista opera esse ejusdem auctoris persuaderet et confirmaret. Verum quicunque prætendere vellet, ut sapienter observat Basnagius (96), hoc ex motivo sanctum Hippolytum nostrum operam impendisse ad scribendum super hunc librum, is revera divinaretur. Scaliger nihilominus videtur hujus sententiæ fuisse (97), dum scribit opus sancti Hippolyti in Apocalypsin nihil aliud fuisse quam apologiam pro illius auctoritate defendenda contra Alogos. Hebed Jesu (98) sane testatur, quemadmodum Basnagius (99) et Fabricius (1) referunt, quod Chaldæi ostendant *Apologiam* S. Hippolyti pro Apocalypsi et Evangelio sancti Joannis. Sed quæ, amabo! fides habenda testimonio rabbini? In bibliotheca Bodleiana inter libros Huntingtonianos exstat Arabice exploratio Apocalypseos ex Severo, Hippolyto et aliis, quam Latine versam præstantissimo viro Joanni Gagnierio fortasse debebunt eruditi, scribit cl. Fabricius (2). Sed quantum ego scio, lucem publicam nondum vidit. Cæterum per commentarios in Apocalypsin, Sixto Senensi etiam memoratos, Rivetus (3) intelligit librum de Antichristo. Fabricius imprimi curavit fragmentum haud exiguum, in quo sanctus Hippolytus exponit hæc Proverbiorum cap. IX verba : *Sapientia ædificavit sibi domum;* sibique persuasit, in Joannis Evangelistæ locum quemdam hæc ab Hippolyto potius scripta esse, quam in Proverbiorum loca, licet et in hæc etiam commentatus fuerit (4). In tabula operum S. Hippolyti legitur insuper Hippolytum nostrum Odas et Carmina scripsisse in omnes S. Scripturæ libros (5).

(88) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(89) « Legisse me fateor ante annos plurimos in Matthæum... Hippolyti martyris opuscula ... e quibus et.amsi pauca carperem, dignum aliquid memoria scriberetur. » Hieronym., Præfat. in Matth.

(90) Theodor., dialog. 2, pag. 2 et 79, et dialog. 3, pag. 156. Vide Fabr. tom. I Opp. Hippol., pag. 281, et Galland. tom. II *Biblioth. PP.*, pag. 498.

(91) *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 379.

(92) « Hippolytus.... scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi : in Hexaemeron... in Isaiam, XXXIII. » Hieronym., *De vir. illustr.*, cap. 61. Et Theodoretus in dialog. 1, pag. 36, ait : « Sancti Hippolyti ex sermone in exordium Isaiæ. »

(93) Catena Patr. Corderianæ ad Lucæ II, 15, pag. 33.

(94) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(95) Le Moyne, *Var. suc.*, pag. 1010 et seq., tom. II.

(96) Canis., *Lect. antiq.*, tom. I, pag. 7.

(97) Scaliger., ibid., pag. 14, et apud Fabric. tom. I, pag. 82.

(98) Hebed Jesu in *Catalog librorum Chaldæor.*

(99) Basnage apud Canis. *Lect. antiq.*, tom. I, pag. 14.

(1) Fabric., Hippol. Opp. tom. I, pag. 280.

(2) Idem ibid.

(3) Rivet., *Critic. S.* lib. II, 11.

(4) Fabric., tom. I Opp. Hippolyt., pag. 282.

(5) Ὠδαὶ εἰς πάσας τὰς Γραφάς. Ita Scaliger legit. Edmund. Bernardus omittit vocabulum Ὠδαί, et legit εἰς ἁπάσας τὰς Γραφάς, vel εἰς Δανιὴλ καὶ

Digitized by Google

ARTICULUS II.

DE ALIIS FRAGMENTIS ET OPERIBUS DEPERDITIS S. HIPPOLYTI.

§ I. Alia duo opuscula S. Hippolyti de Pascha.

Præter *Cyclum paschalem*, de quo paulo superius disseruimus, Eusebius et S. Hieronymus (6) alia etiam duo opuscula sancto Hippolyto de eadem materia ascribunt. Quemadmodum hi scriptores illa ab invicem palam distinguunt, ita et nos post eos distinguere debemus. In primo horum operum sanctus Hippolytus adornat chronologiam, quam ad primum usque imperii Alexandri Severi annum deducit, id est usque ad annum 222 æræ Christianæ. Juxta Eusebium constituit in eo describere (7) temporum seriem, habito tamen semper respectu ad Pascha pro inveniendo nimirum determinato tempore, quo illud celebrandum esset. Atque propterea in eodem opere proposuit cyclum sexdecim annorum. Hæc forte *Chronologia* illud scriptum est, quod in tabula Græca his terminis notatur : Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα, *Demonstratio temporum Paschæ*.

Sapientissimus Tillemontius (8) hanc *Chronologiam* ab alio scripto de eadem materia distinguens, cui et indidit nomen *Chronici*, inquit quod sanctus Hippolytus designet hoc in opere Paschata juxta regulas cycli sui ; subdit quoque quod sanctus noster posuerit ad finem tabulam dierum, quibus credebat imposterum agendum esse Pascha, perdurante definito annorum numero. Hoc ipsum forte S. Hieronymus (9) sequentibus indigitare voluit verbis : *Rationem Paschæ temporumque canones scripsit* (sc. Hippolytus) ; hoc itaque opus integrum verosimiliter complectebatur opus de Pascha.

Postquam Eusebius et sanctus Hieronymus de labore S. Hippolyti in adornando calculo temporum relate ad Pascha locuti fuere, atque plurium aliorum operum sancti nostri titulos retulerunt, observant adhuc aliud ejusdem scriptum de Pascha ; an vero hoc idem sit cum *Chronico*, quod Tillemontius a *Chronologia* distinguit? vel potius tractatus aliquis moralis de Paschate? historia nihil nobis peculiare de hoc subministrante, determinari nequit. Hoc solummodo scimus, quod concilium in Laterano anno 649 celebratum allegat quemdam locum homiliæ sancti Hippolyti in Dominicam Paschæ (10).

§ II. De resurrectione, S. Hippolyti tractatus.

Sanctus Hieronymus (11) enumerationem scriptorum S. Hippolyti instituens, eidem ascribit librum *De resurrectione*. Hoc opusculum in tabula Græca notatum reperitur hoc sub titulo, unde uberior notitia hauriri potest : Περὶ ΘΥ καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως, *De Deo et carnis resurrectione*. Fabricius (12) et Gallandius referunt fragmentum sancti Hippolyti de hac materia, quod ex Anastasio Sinaita desumpserunt, qui illud sub hoc titulo allegavit : *De resurrectione et incorruptione* (13). Hunc tractatum *De Deo et carnis resurrectione* contra Berillum et Arabas compositum primo crediderat cl. le Moynius (14), ea admodum incerta inductus opinione, quod sanctus noster episcopus in Arabia episcopatum gesserit, ibique diu vixerit. Sed paulo infra (15) mutata sententia, censuit per tractatum Hippolyti Περὶ Θεοῦ καὶ ἀναστάσεως σαρκός, intelligendum esse illius opus πρὸς Μαρκίωνα, *contra Marcionem*. Scaliger econtra opinatur per hoc opus indigitari librum *De duabus naturis Christi*, quem ab Hippolyto conscriptum fuisse auctor est Theodoretus (16). Verum haud satis perspicimus, quanam cognatione opinio Scaligeri et titulus hujus operis, de quo agimus, contineantur. Potius verosimile nobis videtur cl. Basnagium laudatum opus cum alio de incarnatione confudisse.

§ III. Tractatus contra omnes hæreses.

Testantur Eusebius (17) atque Hieronymus (18) scripsisse S. Hippolytum tractatum *contra omnes hæreses*, hoc est sine dubio, ut observant Maurini nostri (19), contra omnes hæreses quæ ex Orco prodierunt a tempore S. Irenæi usque ad suam ætatem. A multis aliis antiquis auctoribus (20) hoc opus sub nomine S. Hippolyti citatum reperitur, Photiique ætate adhuc quoque exstabat, qui istud legisse comperitur. De illo enim pro more suo judicium suum tulit his verbis (21) : *Lectus est Hippolyti libellus, qui Irenæi discipulus fuit. Est hoc volumen adversus hæreses duas et triginta, faciens initium a Dositheanis, et in Noeto ac Noetianis de-*

πάσας τὰς Γραφάς. Thomas Galeus vero φδὰς amplectitur, intelligitque et ipse cum Scaligero odas et carmina in omnes S. Scripturæ libros, qualia multa nunc exstant Græce præcipue in Evangelia, et Epistolas, et Psalmos. Le Moynius putat legendum esse εἰς πάσας τὰς αἱρέσεις, « contra omnes hæreses. » Sed, judice Caveo, ita ratione quidlibet et quolibet nullo negotio exsculpi, et quadrata rotundis permutari facillime queunt.

(6) « Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum *De Pascha* composuit, in quo temporum seriem describens et canonem quemdam paschalem per sexdecim annorum circulum exhibens, anno primo imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit. Ex reliquis autem illius scriptis hæc sunt..... de Pascha. » Euseb. *H. E.* lib. VI, cap. 22; Hieronymus, *De script. eccles.*, in *Catalog.*, cap. 61.

(7) Euseb. l. c.

(8) Tillemont, *Mémoir.*, tom. III, pag. 105.

(9) Hieronym., l. c.

(10) Fabric., Opp. Hippolyt. tom. I, pag. 281.

(11) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(12) Fabric., l. c., pag. 244; Galland., l. c. pag. 495.

(13) Anastas. Sinaita, in *Hodego*, pag. 330.

(14) Le Moyne, *Var. sacra*, tom. II, pag. 1112.

(15) Idem ibid., pag. 1115.

(16) Scaliger apud Fabric. tom. I, pag. 88.

(17) Euseb., *H. E.* lib. V, cap. 22.

(18) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61.

(19) *Histoire littéraire de la France*, tom. I, pag. 383.

(20) Βιωφελέστατον σύνταγμα appellat Nicephorus *H. E.* lib. IV, c. 31. Vid. Tillemont, *Mémoires*, tom. III, pag. 107, et Fabric. Hippol. tom. I, pag. 223 et 225.

(21) Phot., cod. CXXI *Bibliothecæ*.

Digitized by Google

sisens. Harum ait confutationem se suscepisse ex sermonibus Irenæi, quorum compendium hoc se libro complexum refert. Dictio perspicua et concinna, nec abundans, licet atticismi rationes non adeo curat. Habet et tum alia minus accurata, tum quod Paulum Epistolæ ad Hebræos auctorem esse negat. Nullus quoque ambigendi locus est, quin *Memoria hæresum* S. Hippolyti, ex qua Gelasius papa duo loca seu fragmenta (22) refert, idem sit opusculum cum tractatu *contra omnes hæreses*. Cæterum de hoc tractatu hodie nihil amplius exstat præter duo hæc fragmenta. Sed in *Bibliotheca Patrum* (23) occurrit aliquod scriptum sub nomine S. Hippolyti hoc cum titulo : *Homilia de Deo trino et uno, et de mysterio incarnationis contra hæresin Noeti.* Viris doctis, qui majori acribia hoc scriptum examinarunt (24), omnino persuasum est, quod illud pro fragmento longioris operis, et pro extrema parte tractatus Hippolytei *adversus hæreses* habendum sit. Neque obstat, inquit cl. Fabricius (25), quod fideles quandoque auctor alloquitur, ut in homiliis fieri solet; nam hoc etiam in scriptis facere veteres, et ad lectores respicere, tralatitium. *Chronicon Alexandrinum* (26), quod vulgo *Paschale* vocant, citat aliquem locum ex S. Hippolyti opere *contra omnes hæreses*, in quo asserit Christum postremo vitæ suæ anno Pascha legale non celebrasse. Idem *Chronicon* refert etiam alium hujus S. episcopi ac martyris locum e primo suo libro *De Paschate*, quo ostenderet Christum in pervigilio mortis suæ agnum paschalem non comedisse. Utrumque habes apud Fabricium et Gallandium (27).

Verisimile sane est, quod S. Hippolytus in hac generali refutatione hæresum, falsa Valentinianorum dogmata *admirabili*, prout refert Epiphanius (28), *quadam facultate refutarit.* Huc etiam referimus, quæ Theodoretus (29) et quidam antiquus auctor (Stephanus Gobar) apud Photium allegatus (30) de scriptis sancti Hippolyti contra Nicolaitas et Montanistas (31) tradiderunt. Hebed Jesu in *Catalogo librorum Chaldaicorum* memorat S. Hippolyti adversus Caium capita, hæreticum scilicet, de quo Irenæus l. I, cap. 35. Necessarium autem nullatenus est, ut statuamus Hippolytum speciales tractatus contra Nicolaitas, Montanistas, Valentinianos ac Caianos scripsisse; sufficit, quod hos omnes in suo generali tractatu *contra omnes hæreses* refutarit.

§ IV. *Hippolyti liber contra Marcionem.*

Singillatim etiam adversus Marcionem S. Hippolytum scripsisse testatur Hieronymus, ex quo non satis certum apparet, num librum *De resurrectione* Marcioni opposuerit (32). Ἀντιῤῥητικὸν πρὸς Μαρκίωνα vocat Nicephorus (33), qui librum *De resurrectione* non memorat, quemadmodum nec Syncellus, pagina 358, testatus Hippolytum πρὸς Μαρκίωνα καὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις scripsisse. Tillemontio (34) videtur, etiam oppositum Marcioni volumen fuisse, quod scripserat Hippolytus Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ πόθεν τὸ κακόν, memoratque Eusebius (35). A Theodoreto (36) inter eos, qui ἄριστα καὶ σοφώτατα Marcionem confutarunt, Hippolytus noster quoque celebratur.

Opus Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πόθεν τὸ κακόν in laterculo notatum, in Florinum presbyterum, æqualem illorum temporum, qui Deum mali auctorem faciebat, scriptum statuit Scaliger, refutatus propterea a cl. le Moynio (37) qui probare conatus est non contra Florinum, sed contra Cerdonianos, Marcionitas, Hermogenianos, et alios, qui varia statuebant principia, et unum auctorem boni, alterum mali admittebant, Hippolytum nostrum exarasse hunc librum. Florinus enim unicum admittebat Deum, et principium; sed illi bonum et malum tribuere non reformidabat (38). Alii vero hæretici varia agnoscebant principia, ut cuilibet sic possent tribuere ea, quæ illi magis congrua et consentanea judicabant : unum bonum, auctorem et fontem omnis boni; alterum justum, rigidum, implacabile, conditorem universi; tertium materiam æternam, vel Deum imperantem materiæ, unde omnia mala in mundum irrepserunt. Cæterum bene observant Maurini nostri (39) has Scaligeri, le Moynii et Tillemontii opiniones conjecturarum sphæram non

(22) Gelas., tom. VIII *Biblioth. Patr.*, pag. 704; Fabric., Opp. Hippolyt. tom. I, pag. 225.

(23) *Biblioth. Patr.* tom. III, pag. 261-264.

(24) Tillemont, *Mémoir.*, tom. III, pag. 107; Ceillier, *Hist. génér.*, tom. II, pag. 341; Maurini in *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 384; Fabric., tom. I Opp. Hippolyt., pag. 223-225.

(25) Fabric. l. c. pag. 235.

(26) *Chron. Alexand. pasch.*, edit. Du Cange, pag. 6.

(27) Fabric. l. c., pag. 224 et 43; Galland., *Biblioth. PP.* tom. II, pag. 499.

(28) Epiphan. hæres. 31, num. 33, tom. I, p. 205.

(29) « Contra hos (Nicolaitas) scripsit prædictus Clemens, et Irenæus, et Origenes, et Hippolytus episcopus et martyr. » Theodoret., lib. III *Hæret. fab.*, cap. 1.

(30) « Ad hæc qualem opinionem habuerit Hippolytus et Epiphanius de Nicolao e septem diaconis uno, et quod valide illum condemnet. » Stephan. Gobar apud Photium codice CCXXXII.

(31) « Inter octodecim articulos, quos Stephanus Gobar examinandos sibi proposuit, occurrit et unus, in quo is auctor inquirit quænam fuerit S. Hippolyti sententia circa hæresin Montanistarum : *Quid senserit beatus Hippolytus de hæresi Montanistarum.* » Phot. l. c. Unde conjicere licet, Montanistas abs S. Hippolyto impugnatos fuisse.

(32) Hieronym. in *Catalog.*, cap. 61; Fabric. tom. I, pag. 224.

(33) Nicephor., *H. E.* lib. IV, cap. 31.

(34) Tillemont, *Mémoir.*, tom. III, pag. 106.

(35) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 22.

(36) « Plurimi sane contra hanc impietatem (Marcionis) scripsere. Justinus enim...et Hippolytus optime omnes doctissimeque blasphemiæ hujus rabiem confutarunt. » Theodoret., lib. I *Hæretic. fabul.*, cap. 25.

(37) Le Moyne, *Varia sacra*, tom. II, pag. 1117 et seq.

(38) Euseb. *H. E.* lib. V, cap. 20.

(39) *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 386.

Digitized by Google

excedere, idque duntaxat certum omnino esse, lucubrationes *contra Marcionem*, et *de bono, ac unde malum*, pro duobus distinctis operibus haberi debere partim ob diversos titulos, partim etiam ex testimoniis Eusebii ac Hieronymi, atque ipsa tabula Græca suffragante.

Eadem tabula Græca exhibet nobis sequentem operum Hippolyti titulum, Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, ἢ καὶ περὶ τοῦ παντός, *Liber chronicorum contra gentes, et contra Platonem, seu de universo*. De tractatu S. Hippolyti *contra Platonem*, seu *De universo*, paulo superius articulo 4 cap. 2 disseruimus. Hic solummodo adnotandum, quod doctissimus Scaliger arbitratus fuerit, cum quibusdam aliis (40), dividendum esse hunc titulum et ex eo plura diversa opera esse colligenda. Verum aliis longe verisimilius videtur (41), hunc titulum unum duntaxat S. Hippolyti scriptum designare, in quo sanctus martyr et episcopus noster ævi sui morem secutus (42) falso jactatam ethnicorum antiquitatem, Platonisque de mundi æternitate speciosa dogmata refutanda suscepit.

ARTICULUS III.

DE HOMILIIS ET EPISTOLIS S. HIPPOLYTI.

§ I. *Homiliæ.*

Præter homiliam S. Hippolyti in Theophaniam, de qua supra disseruimus, alios etiam sermones sanctus noster composuisse fertur, nimirum sermonem *De resurrectione* (43) *et incorruptione*, *De theologia*, id est Deitate (44), in Dominicam Paschæ (45), in Elcanam, et Annam matrem Samuelis. Ex duobus brevibus fragmentis hujus sermonis, quæ Theodoretus (46) refert atque conservavit, intelligimus quod sanctus Hippolytus hoc in sermone pro scopo habuerit, ut ostenderet Christum ex Davide descendisse eodemque tempore simul fuisse regem et sacerdotem, ac Verbum Dei revera incarnatum in utero beatæ Virginis Mariæ. Orationem in illud, *Dominus pascit me*, apud eumdem Theodoretum dialogo 1, pag. 36. Paulo superius jam retulimus S. Hippolyti sermones in magnum Canticum (47), in exordium prophetiæ Isaiæ, in Danielem prophetam duas homilias (48), de distributione talentorum, de duobus latronibus. Atque ibidem observavimus, quod hæ homiliæ fortasse pars quædam fuerint Commentariorum hujus sancti Patris in Canticum canticorum (49), in Isaiam et in Evangelium S. Matthæi.

Teste divo Hieronymo (50) sanctus Hippolytus in ecclesia homiliam in laudem Salvatoris nostri Jesu Christi habuit, inter auditores præsente ipso Origene. *Et* προσομιλίαν (verba sunt divi Hieronymi) *de laude Domini Salvatoris, in qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat.* Sed hodie nihil amplius de hac homilia exstat.

Huc etiam referimus S. Hippolyti Προτρεπτικὸν πρὸς Σεβήρειναν, *Exhortationem ad Severinam*. Quænam vero sit illa Severina, cui scripsit exhortationem Hippolytus, in diversa abeunt sensa viri eruditi. Scaliger ait (51) : *Scripserat epistolam ad quamdam reginam, ut refert Theodoretus. Ego non assero, hanc esse Severinam, quæ illi regina dicitur, sed neque pertendam, si quis ita existimet.* Le Moynius (52) censet, intelligendam esse Severam Augustam Philippi imperatoris conjugem, quam et litteris compellavit Origenes (53), atque propterea legendum esse Προτρεπτικὸς πρὸς Σεβῆραναν, *Protrepticos ad Severam Au*, id est, Augustam, et non Σεβήρειναν, *Severinam*. Ex Theodoreto quidem audivimus (54) *ad quamdam reginam* scripsisse Hip-

(40) Scaliger in *Canonem paschalem*, lib. VII *De emendat. tempor.*; Canisius pag. 15 *Lect. antiq.*

(41) *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 389; le Moyne, *Var. sacra*, tom. II, pag. 1078; Canis., ibid.

(42) Secutus est sanctus martyr et episcopus exemplum SS. Clementis Alexandrini coætanei, et Caii sui condiscipuli et aliorum, qui similes ediderunt tractatus ad refutandam deorum gentilium antiquitatem. Cæterum dubitat cl. Remi Ceillier, num ultima verba, scilicet *ad Græcos*, relationem habeant ad *Chronicon*. In laterculo quidem legitur Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας. De hoc *Chronico* videsis infra, col. 343.

(43) Vide art. 2 hujus capitis.

(44) Exstat hæc homilia in Actis concilii Lateranensis sub Martino I anno 649 celebrati, secretar. 5, pag. 287, tom. VII, edit. Veneto-Labb.; apud Fabric. tom. I Opp. S. Hippol., pag. 235, et apud Gallandium tom. II *Vet. Patr. Biblioth.*, pag. 495.

(45) Itidem in Act. concil. Later. I, l. c., pag. 195, et apud Fabric., loc. cit., pag. 281; Galland., loc. cit

(46) Theodoret., dialog. 1 cui titulus : Ἄτρεπτος, Opp. tom. IV, pag. 36, et apud eumdem dialog. 2 qui Ἀσύγχυτος inscribitur. Ibid. pag. 88, et apud Fabric. loc. cit. pag. 266, et apud Galland. l. c. pag. 496.

(47) Vide art. 1 hujus capitis. Tria fragmenta ex sermone S. Hippolyti in magnum Canticum refert Theodoretus dialog. 2, pag. 88, quæ habentur apud Fabric., l. c., pag. 269; et Galland., loc. c., pag. 497.

(48) Ex secunda oratione in Danielem habetur fragmentum apud Eustratium presbyterum CP. in tractatu « adversus eos, qui dicunt animas statim atque e corpore solutæ sunt, non operari, » etc., cap. 19.

(49) Quatuor hos tractatus, quos Theodoretus vocat sermones, statuimus inter Commentarios S. Hippolyti, secuti in hoc exemplum S. Hieronymi, qui quosdam ex his abs Theodoreto citatos sermones in numero Commentariorum recenset, videlicet Commentarios in Psalmos, in Isaiam, in Canticum canticorum, in S. Matthæum. Interim nihil impedit, ut bene observat cl. Ceillier tom. II *Hist. génér. des auteurs*, pag. 352, quominus S. Hippolytus et homilias et Commentarios in eumdem librum, seu in quasdam librorum eorumdem partes confecerit.

(50) S. Hieronym., *De vir. illustr.*, cap. 61.

(51) Scaliger apud Fabric. Opp. S. Hippol. tom. I, p. 87.

(52) Le Moyne, *Varia sacra*, tom. II, pag. 87 et seq.

(53) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 33, ait : « Exstat et Origenis epistola ad Philippum imperatorem, et alia ad Severam Philippi uxorem. »

(54) « Ejusdem Hippolyti ad reginam quamdam epistola. » Theodoret., dialog. 2, pag. 88; dialog. 3, pag. 155.

Digitized by Google

polytum. Sed nobis, inquit cl. Samuel Basnagius (55), tamen non placet audax illa crisis, quæ, nulla cogente necessitate, veteres mutat inscriptiones. *Severinam*, non *Severam* habet marmor Hippolyti. *Severa* vero, non *Severina*, Philippo uxor fuit. Neque in marmore vestigii est aliquid, quo Augustea dignitate ornatam fuisse *Severinam* colligamus, quod tamen oblivioni datum non fuisset. Incertum etiam, an ad Philippi imperium usque, annos Hippolytus suos extenderit. Addunt insuper Maurini nostri (56), etiamsi Theodoretus citet epistolam, abs Hippolyto ad reginam quamdam perscriptam, ex hoc non sequi, quod per eam epistolam illa intelligenda sit, quæ ad Severinam exarata fuit. Sanctus enim episcopus noster ad plures personas, sive reginas, sive alias, exaravit litteras. Siquidem inter ejus scripta, quæ sanctus Alexander Hierosolymitanus episcopus indefessa cura pro locupletanda sua bibliotheca collegerat, mentio fit de litteris S. Hippolyti, tanquam in fasciculum collectis (57). Adde quod nullum argumentum habeatur, ex quo colligi possit sanctum nostrum ultra imperium Severi Alexandri vitam protendisse. Quapropter cl. Caveus (58) ait : *Si Hippolyti ætatem eousque protrahere durius videatur, ad Alexandri Severi sororem, aut ex ejus familia aliquam epistola hæc non male referri potest.* Doctissimus Jacobus Basnagius (59), qui hanc difficultatem uberius explicandam suscepit, longe abfuit ut eam solveret, sed potius auxit, dum statuit ad Zenobiam reginam Palmyræ eam, de qua agimus, direxisse epistolam. Quæ profecto opinio non solum nullo nititur argumento, sed omni etiam verisimilitudine caret. Ut enim probabilitatis speciem haberet, necesse foret ut S. Hippolytus, D. Irenæi anno 202 defuncti discipulus, vitam protraxisset usque ad imperium Aureliani imperatoris, ann. sc. 270, quo nimirum tempore Zenobia regnare cœpit. Quinimo vel supponendum esset, Zenobiam nomen etiam Severinæ gessisse, vel omnino rejicienda foret inscriptio, ut falsa, quæ hoc nomine appellat eam personam, cui epistola illa perscripta fuit. *Annalium* parens Cæsar Baronius (60) Juliam Mamæam intelligendam esse arbitratur. Hæ virorum doctorum sententiæ circa inscriptionem hujus epistolæ. Cæterum ex hac epistola, quæ pariter ætatem nostram non tulit, duo nobis fragmenta Theodoretus dialogo secundo et tertio asservavit, legenda apud Gallandium (61).

§ II. *Epistolæ S. Hippolyti.*

Eusebius (62) testatur se multas legisse S. Hippolyti litteras in Bibliotheca ab Alexandro Hierosolymorum episcopo ibidem adornata. Sed præter illam ad *Severinam* in laterculo notatam, et a Theodoreto laudatam, velut ad reginam quamdam perscriptam, de qua paulo ante disseruimus, de reliquis altum apud antiquos scriptores silentium. Fabricius refert (63) aliquem locum epistolæ synodalis Joannis Antiocheni ad Mennam Alexandrinum anno Christi 968 scriptæ, ubi citatur epistola sancti Hippolyti ad sanctum Dionysium Cypriæ episcopum; ex qua Joannes Antiochenus adducit locum ad probandam unicam in Christo naturam post incarnationem. Verum Joannes Antiochenus parvæ ad faciendam fidem auctoritatis est vir; nec desunt argumenta, ex quibus credibile fit, ipsum Joannem hujus epistolæ, atque loci, in quo aperte hæresis Eutychiana continetur, auctorem esse atque consarcinatorem (64). Nam præterquam quod episcopus Cypriæ nomine Dionysius sæculo sancti Hippolyti nullibi reperiatur, doctrina etiam ex hac epistola allegata sententiis hujus sancti martyris e diametro opposita invenitur. Hic enim in pluribus operum suorum locis paulo inferius proferendis duas naturas in Jesu Christo post incarnationem diserte agnoscit. Quid quod mala fides Joannis Antiocheni manifeste appareat ex eodem loco, dum allegat quemdam ex S. Athanasii ad imperatorem Jovianum epistola locum, qui tamen nullibi apud Athanasium reperitur (65). Annon hoc factum eumdem in aliis SS. antiquorum Patrum locis allegandis, quorum

(55) Samuel Basnage, *Annal. polit. eccles.*, tom. II, pag. 289, ad ann. 222.
(56) *Histoire littéraire de la France*, tom. I, p. 389 et seq.
(57) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap. 20.
(58) Cave, *Hist. litterar.*, tom. I, pag. 105.
(59) Jac. Basnage, apud Canis. *Lect. antiq.*, tom. I, pag. 8.
(60) Baron. ad ann. 229, num. 10.
(61) Galland., tom. II *Bibl. PP.*, pag. 499.
(62) Euseb., *H. E.* lib. VI, cap 20.
(63) Fabric., S. Hippolyt. Opp. tom. II, pag. 32.
(64) Ut lectores facilius judicium ferre possint, num loca abs Joanne Antiocheno divo Hippolyto nostro ascripta, huic magno episcopo sint digna, vel potius a sectario hæreseos Eutychianæ sint fabricata, tria illius loca hic afferre integra operæ pretium esse duximus. « S. Hippolytus Romanus episcopus in tractatu adversus eos qui impugnant incarnationem Verbi Dei ob consubstantialitatem ejus cum Patre : « Virgo, ait, cum peperit corpus, Verbum « quoque peperit, et idcirco est Deipara; Judæi « quoque, cum crucifixerunt corpus, crucifixerunt « Deum Verbum; neque distinctio ulla inter Verbum et corpus hominis occurrit in divinis Scripturis, sed ipse est natura una, persona una, « suppositum unum, operatio una; Verbum Deus, « Verbum homo, quemadmodum erat. » Item in tractatu de unione corporis Christi et ejus divinitatis profitetur « illum, qui creatus, increatum esse « per unionem; et illum increatum per eamdem « unionem creatum fieri, quandoquidem natura « una ex duabus illis integris partibus constat. » Idem quoque in epistola ad Dionysium episcopum Cypri sic ait : « Dum confitentur naturas duas, co- « guntur unum adorare, et alterum non adorant; « in eo qui divinus est baptizantur, in eo qui « homo est non baptizantur. Porro cum in nomine « Christi baptizemur, naturam unam confitemur, « divinitatem impassibilem, et corpus passibile, ut « baptismus noster sit Deo, et in morte Domini. » Joann. Antiochen., Epist. synodic. ad Mennam, apud Euseb. Renaudot., in *Hist. patriarch. Alex.*, pag. 360.
(65) Iterum etiam ex epistola ad Jovianum imperatorem in qua dicit Athanasius : « Unum dicere oportet, et confiteri naturam unam, et personam unam Verbi incarnati, qui homo factus, humanitatem per-

Digitized by Google

opera deperdita fuere, suspectum reddere debet? Iisdem rationum momentis convicti alia duo loca ab eodem adducta rejicimus. Primus locus ex quodam tractatu, in quo juxta Joannem Antiochenum sanctus Hippolytus eos impugnabat, qui ob consubstantialitatem Verbi divini cum Patre suo, mysterium Incarnationis inficiabantur, desumptus est; et secundum ex alio opere deprompsit, quod ille eidem sancto Patri ascripsit hoc sub titulo: *De unione corporis Jesu Christi cum ejus divinitate.* Duo hæc loca haud minus hæresin Eutychianam redolent; libri quoque, unde petita esse supponitur, toti etiam antiquitati omnino ignoti sunt. Notandum præterea, quod ea loca, quæ abs Joanne Antiocheno ex S. Hippolyti nostri epistola ad Dionysium episcopum Cypri afferuntur, Græce exstent in epistola Julio Romano pontifici tributa ad Dionysium Alexandrinum, edita a celeberrimo Muratorio in *Anecdotis Græcis*, pag. 343. Unde cl. Fabricius (66) non sine fundamento arbitratur, in locis, quæ pag. 32 tom. II Opp. Hippolyti Latine ex V. C. Eusebii Renaudotii *Historia patriarcharum Alexandrinorum* exscripsit, pro *Hippolyto Romano* legendum esse *Julius Romanus.*

§ III. *Tractatus S. Hippolyti de jejunio Sabbati, de communione Eucharistiæ, et de virgine Corinthiaca,* etc.

Hieronymus in epistola ad Lucinium (67) testatur sanctum Hippolytum nostrum *de Sabbato, utrum jejunandum sit, et de Eucharistia, an accipienda quotidie,* disertissime scripsisse. In codice mss. Græco 193 bibliothecæ Coislinianæ refertur fragmentum S. Hippolyti *contra fatum* teste Montfauconio pag. 245. Verum utrum sanctus episcopus speciales tractatus circa illa disciplinæ puncta, et de fato composuerit, vel in aliis suis operibus, v. gr., in tractatu *De traditione apostolorum*, hæc duntaxat perstrinxerit, determinatu admodum difficile est. Sic etiam antiquitatis monumenta nobis sat luminis non subministrant, ex quo colligere certo liceret, utrum sanctus Hippolytus dedita opera *De numero impari* scripserit, vel pertractando solum aliud argumentum, de illo velut per transennam disseruerit. Utut sit, sanctus Hieronymus nostrum sanctum episcopum et martyrem inter assertores numeri imparis recenset hoc modo: « Nunc enumerandum mihi est, qui ecclesiasticorum de impari numero disputarint, Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostrorumque Tertullianus, Cyprianus, Victorinus Lactantius, Hilarius (68). »

Leontius Byzantinus (69) allegat sub nomine S. Hippolyti tractatum *De benedictionibus Balaam* (70). Verum hic auctor in referendis antiquorum testimoniis adeo infidelis est, ut parum fidei promereatur. Fieri nihilominus potuit, ut sanctus Hippolytus pro materia seu argumento alicujus suorum tractatuum seu homiliarum juxta consuetudinem suam has benedictiones selegerit, ex quibus Leontius ea, quæ allegavit, deprompserat.

Denique Palladius in *Historia* sua *Lausiaca*, cap. 148, ex sancto Hippolyto, quem apostolorum coætaneum vocat, refert narrationem de virgine quadam Corinthiaca, a judice gentili in lupanar tradita ut corrumperetur, quam Magistrianus adolescens Christianus simulans se velle cum ea incaste versari, e lupanari mutatis vestibus, et ab omni corruptione pia fraude liberavit, sequenti autem die re cognita ad bestias a judice damnatus Magistrianus martyrio coronatus fuit. Meminit hujus virginis et Nicephorus *H. E.* lib. VII, cap. 13, sed paucis; neque uspiam eam Corinthiacam esse dictitat; historiam idem de Magistriano persequitur idem Nicephorus: utramque narrationem apud Fabricium (71) et Gallandium (72) impressam legere poteris.

CAPUT IV.

DE OPERIBUS S. HIPPOLYTO SUPPOSITIS.

ARTICULUS I.

DE OPERE S. HIPPOLYTO FALSO ASCRIPTO « DE CONSUMMATIONE MUNDI, DE ANTICHRISTO, AC DE SECUNDO CHRISTI ADVENTU. »

Hic nolumus repetere, quæ paulo supra de duobus tractatibus, et de epistola sub nomine S. Hippolyti a Joanne Antiocheno allegata disseruimus; sed crisin operum eidem suppositorum illico ab eo opere inchoamus, cujus titulus: *De consummatione mundi, de Antichristo, et de secundo Christi adventu.*

lectam pro nobis assumpsit; qui contra sentiet, is est Dei inimicus, et sanctis Patribus repugnat. » Joannes Antiochenus ubi supra, pag. 359.

(66) Fabric., Opp. S. Hippolyti, tom. II, Præfat. p. 2.

(67) Hieronym., epist. ad Lucinium alias 28, nunc 71 edit. Venet. in-4°, tom. I, pag. 434, num. 6, ubi sic ait: « De Sabbato quod quæris, utrum jejunandum sit; et de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia et Hispaniæ observare perhibentur, scripsit quidem et Hippolytus vir disertissimus. »

(68) Hieronym., epist. 48 edit. Venet., num. 19, pag. 232, alias 50, ad Pammachium, seu *Apologeticus pro libris contra Jovinianum.*

(69) Leont. Byz., *Biblioth. PP.* tom. IX, edit. Lugd. p. 682; Canis. *Lect. antiq.*, tom. I, præf. p. 9.

(70) Græc. mss. in *biblioth. Bodlei.* habet « De benedictionibus Abraam. »

(71) Fabric., Opp. S. Hippolyt. tom. I, pag. 283 et 284.

(72) Galland., *Biblioth. PP.* tom II, pag. 513 et 514.

Digitized by Google

Hunc tractatum sub nomine Hippolyti Joannes Picus (73) primus Græce ac Latine Parisiis an. 1557 in lucem dedit cum præfato titulo, qui in capite mss. Græci Venetiis, unde cl. editor copiam accepit, exstat. Insertus est postmodum hic tractatus *Bibliothecæ Patrum* Parisiensis posterioris editionis tomo XII. Recusa etiam Pici versio Latina Coloniæ 1563, in-8, apud Maternum Cholinum, et ad calcem Justini M. Paris. 1575. Et in Bibliothecis Patrum cujuscunque editionis (74); etiam Græce ac Latine in *Auctuario* Bibliothecæ Patrum Ducæano Paris. 1624, tom. II. Gallice interpretatus fuit Nicolaus le Clerc, Parisiis 1566 et 1579. Ad calcem insuper tomi I Operum sancti nostri a Fabricio editorum idem tractatus impressus legitur (75). Observat doctissimus Tillemontius (76) plures viros eruditos ab initio hunc libellum velut genuinum scriptum recepisse (77), qui tamen sibi imperare non potuere, quominus condemnarent, quod in eo legitur, Joannem evangelistam necdum esse mortuum, quod revera etiam parum dignum esse videtur tanto doctore Ecclesiæ, tamque celebri, qui tertio sæculo vixit, atque in genuino libro *De Antichristo* contrarium etiam diserte testatus est (78); quapropter et prius, quam verus ille *De Antichristo* tractatus fuisset repertus, non pauci eum tanquam falsum ac subditicium rejecerunt, ac longe junioris scriptoris illum esse putaverunt. Inter hos agmen ducit Andreas Rivetus (79) qui ita de hoc libello judicat : *Exiguus libellus, pretii pene nullius, nec fidei quidem majoris. Auctorem fuisse illitteratum atque indoctum, cum ex ipso Græcæ dictionis genere, quod plerumque puerile est, tum ex rei veritate atque pondere apparet. Primam libri sententiam exorditur ab* enim, γάρ, *quod ne puer quidem in schola faceret. Multas habet de natalibus et vita Antichristi inanes conjecturas. Antichristum non hominem, sed dæmonem fore humana figura præditum affirmat, quem contra Paulus vocat hominem peccati. Joannem, qui librum* Apocalypseos *scripsit, cum Elia et Enocho denuo affuturum fingit, ut Antichristum redarguat, « cui sententiæ, ait Possevinus, non est acquiescendum. » Joannis* Apocalypsim *inscite pro Daniele usurpat. Animas hominum a sæculis fuisse affirmat, quod fuit Origenistarum figmentum : aliaque sunt ejus crebra insomnia atque deliria* (80), *quibus perpensis non possumus adduci, ut credamus libellum hunc esse veteris illius episcopi*, etc. Hactenus Rivetus. Ellies Dupin Riveto suffragatus iisdem fere rationibus utitur (81). Sed et a Combefisio observatum est in Catena Patrum Græca ad Jeremiam verba quædam ex Hippolyto allegari, quæ in Gudiano Hippolyto, non autem in hoc Pici reperiuntur. Eodem Combefisio judice (82) illud, quod Hippolyti nomine opus *De Antichristo* hactenus pluteos oneraverat, sequioris Græciæ monumentum est, ac plane stramineum, nihil ævi illius sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate theologi, satisque in Scripturis versati; cujus parens eo ipso persuasus fuerit, quod scripsisse Hippolytum *De Antichristo* apud antiquos pervulgatum sit. Mirum profecto quod, tot tantisque contra authentiam hujus scripti stantibus rationum momentis, illud tamen ut authenticum S. Hippolyti opus perdoctus Natalis Alexander defendere ac tueri conatus fuerit (83).

ARTICULUS II.

DE COMMENTARIO « IN APOCALYPSIN, » TRACTATU « DE DUODECIM APOSTOLIS, » ET ALIO « DE LXX DISCIPULIS, » SANCTO HIPPOLYTO NOSTRO FALSO ASCRIPTIS.

§ I. *De commentario in Apocalypsin falso S. Hippolyto tributo.*

Sixtus Senensis scripsit (84), quod reperti fue-

(73) Fuit is classium inquisitoriarum Parisiensis senatus primum præfectus, postea canonicus Parisiensis. Nomen ejus Latinum est Picus, quod Gallice quidam eruditi designarunt per *Pic*. Unde cl. Dupin erronee Picum Mirandulanum editorem arbitratus est *Biblioth. auctor.* tom. I, pag. 177 Lat., Colon. Sed verum ejus nomen Gallicum est *Picot*, quemadmodum habetur in privilegio pro imprimendis ejus operibus.

(74) *Biblioth. PP.* Lugdun. tom. III, pag. 253-259.

(75) Hippolyt. Opp. tom. I, Append. pag. 4-29.

(76) Tillemont, *Mémoir.* tom. III, not. 6, p. 512.

(77) Bellarminus, *De scriptor.*; Baron. ad ann. 229, § 10; Labb., *Script. eccles.*, pag. 471; Bullus, *Defens. fid. Nic.*, lib. III, pag. 8.

(78) Hæc sola circumstantia, judice Remi Ceillier tom. II *Hist. génér. des auteurs*, pag. 560, sufficit ad demonstrandum præfatum *De consummatione mundi* tractatum, domini de Picot impressum, non esse sancti Hippolyti; sed habemus, pergit cl. Ceillier, alia quoque longe evidentiora argumenta. Ut enim nihil dicam de stylo humili ac puerili, cum econtra Hippolyti stylus gravis esset et sublimis, auctor facta defendit ac refert, quorum falsitas manifesta est omnibus. Sic, exempli gratia, tradit Joannem cum Elia et Enocho venturum ad testimonium perhibendum contra Antichristum (lib. *De consumm. mundi*, num. 21), in quo de falsitate redarguitur a Scriptura (Apoc. XI, 13); Antichristum dæmonem esse sub specie humana apparentem, in quo et Paulo (II ad Thessal. II), et ipsi Hippolyto lib. *De Antich.*, num. 5 et 6, contradicit, qui verum hominem Antichristum statuunt. Ea quoque, quæ de monachis scribit num. 7, et de incenso in ecclesiis adhibito num. 34, clare ostendunt auctorem esse sæculo tertio posteriorem, in quo status monasticus nondum notus fuerat, neque incensi usus stabilitus, nisi quoad sepulturam mortuorum, uti ex Tertulliani discimus tractatibus *De spectac.*, c. 11; *De corona*, c. 10; *Apologet.*, c. 30 et 42.

(79) Rivet., *Crit.* lib. II, c. 11, p. 215.

(80) Excipe tamen quæ auctor docet de Verbi æternitate, sacrificio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, utpote sancto Hippolyto summopere congruentia.

(81) *Biblioth. auctor.* tom. I, Dupin., pag. 179 edit. Lat. Colon.

(82) Combefis., Præf. notarum in librum S. Hippolyti genuinum *De Antichristo*, et apud Fabric. Opp. S. Hippol. tom. I, Append. pag. 6.

(83) Natal. Alexand., *Hist. eccl.*, sæcul. III, c. 4, art. 1, p. 62.

(84) Sixtus Senensis, lib. IV *Biblioth. sanctæ*, p. 511.

Digitized by Google

rint superioribus annis Basileæ commentarii quidam in Apocalypsin *Hippolyto inscripti, de quibus ob eruditionis et styli inopiam ambigitur.* Perdoctus Rivetus (85) conjicit, hunc *Commentarium in Apocalypsin* forsan haud diversum opus esse ab eo, quod edidit Picot seu Picus Græce ac Latine sub titulo : *De consummatione mundi, et de Antichristo. Nescio*, inquit hic criticus, *an sit idem liber, de quo Sixtus Senensis lib.* IV *scripsit... Sive idem sit, sive alius, eadem est ambigendi ratio.*

§ II. *Tractatus de duodecim apostolis Hippolyto suppositus.*

Sub nomine S. Hippolyti in *Bibliotheca Patrum* Lugdunensi (86) et apud Combefisium in *Auctuario novissimo* Bibliothecæ Patrum occurrit brevissimus tractatus *De duodecim apostolis, ubinam quisque eorum prædicaverit, ac ubi consummatus sit.* Idem tractatus sub ejusdem sancti Patris nomine reperitur etiam inter mss. Græca bibliothecæ Coislinianæ (87) ; atque ad calcem tomi I Opp. S. Hippolyti Græce ac Latine typis excusus est (88). Observant insuper viri eruditi laudatum tractatum a Cedreno (89) ac Michaele Glyca sub sancti nostri nomine allegari (90). Verum horum duorum Græculorum haud tanta est auctoritas, ut eorum nudo asserto fidem habere debeamus. Ipse autem Combefisius fatetur se nihil habere, quo probet hunc tractatum esse sancti Hippolyti, præter fidem Regii ms. codicis, ex quo exscripsit. Accedit, quod multa de morte apostolorum complectatur recentiorum Græcorum figmenta, qualia judice Dupinio (91) sunt sequentia : Andream oleæ affixum e vivis excessisse; Joannis reliquias in ejus tumulo inventas non esse; Bartholomæum cruci fuisse affixum pronum in caput; Matthæum apud Parthos prædicasse; Thomam ad Magos conciones habuisse, in quatuor locis hasta abiegna Salamine confossum esse ; Thaddæum in Mesopotamia prædicasse; Simonem apostolum sancto Jacobo in sede episcopali Hierosolymitana successisse; quæ a recentiorum Græcorum figmentis petita sunt, ut a Sophronio et aliis.

§ III. *Tractatus de* LXX *discipulis S. Hippolyto suppositus.*

Impressum etiam fuit e codice Barocciano 206 aliud sub ejusdem Hippolyti nomine opusculum *De* LXX *discipulis*, seu ut inscriptio præ se fert *De* LXX *apostolis Jesu Christi ;* licet nulla de plurimis apostolis mentio fiat. Opusculum hoc perexiguum nil est, nisi catalogus temere consarcinatus de LXX discipulis, eorumque præcipuis proprietatibus, potissimum e phantasia conflictis, atque etiam nominibus falso attributis ; unde etiam nullo modo meretur præ se ferre nomen sancti nostri Hippolyti. Sic, exempli causa, plurimæ personæ inter discipulos Domini recensentur hic, quæ tamen primum post prædicationem S. Pauli apostoli ad fidem conversæ fuerunt, atque consequenter nunquam inter discipulos Salvatoris computari possunt. Dein tradit hic auctor, quod sanctus Marcus et sanctus Lucas e numero illorum discipulorum fuerint, qui super dicto Jesu Christi : *Nisi quis comedat carnem meam et bibat sanguinem meum, non est me dignus*, scandalum passi, a Salvatoris societate se segregarint ; sed postea ille per Petrum, hic autem Paulo suadente permotus ad Christum reversi, martyrio vitam consummarint. Dicit quoque S. Clementem Sardiniæ episcopum, Crescentem Chalcedoniæ in Galliis episcopum fuisse. Duos etiam Barnabas diversos statuit ; unum Mediolani, alterum Heracleæ episcopum fingit. Cæterum eruditi observant, exiguum hoc opusculum ut plurimum convenire cum pseudo-Dorotheo, idemque verisimiliter esse cum eodem (92). Quæ autem de LXX discipulis habet Baronius ad Martyrologium Romanum IX Aprilis, et in *Annalibus* ad ann. Chr. 44, n. 58, et ann. 58, n. 56, allegans hunc Hippolyti libellum, quem Græce habuit Sirletus, ex Hippolyti Thebani *Chronico* petita Fabricio (93) videntur. Exstat vero perexiguus hic libellus cum superiore scripto *De duodecim apostolis* sub Hippolyti nomine in codicibus duobus bibliothecæ Coislinianæ sive Seguierianæ ; ut testatur cl. Montfauconus in recensione mss. Græcorum illius bibliothecæ. Fabricius eumdem tractatum tom. I Opp. S. Hippolyti, pag. 41 appendicis, inseruit Græce ac Latine.

ARTICULUS III.

DE ALIIS OPERIBUS S. HIPPOLYTO FALSE ASCRIPTIS.

§ I. *Genealogia SS. Mariæ et Josephi opus suppositilium.*

Nicephorus Gallistus (94) allegat ex sancto Hippolyto episcopo Portuensi fragmentum satis prolixum circa genealogiam sancti Josephi et beatissimæ Virginis (95). Verum non est ambigendum quin hic historicus hallucinatus fuerit, intelligendo sanctum Hippolytum martyrem pro Hippolyto The-

(85) Rivet., loc. cit.
(86) *Biblioth. PP.* Lugdun., tom. III, p. 265.
(87) *Biblioth. Coisl.*, p. 413.
(88) Fabric., tom. I Opp. S. Hippol., pag. 30 et seq.
(89) Cedren. in *Compend. hist.*, p. 203.
(90) Michael Glycas, part. III *Annal.*, p. 239.
(91) Dupin, *Biblioth. auctor.*, tom. I, p. 180, in not. 9.
(92) Dupin, loc. citat.; Remi Ceillier, loc. citat., p. 361.
(93) Fabricius, *Biblioth. Græc.*, lib. V, part. I, p. 212.
(94) Nicephorus Callist., lib. II *Histor. eccles.*, cap. 3.
(95) Maurini nostri in *Hist. littér. de la France*, tom. I, pag. 395, duo hic opuscula distinguunt : unum sc. de genealogia sancti Josephi, ejusque tota familia ; alterum nimirum librum de ortu et familia beatissimæ Virginis, hic tamen libellus juxta illos non est nisi epitome prioris. Perdoctus Jacobus Basnagius suis in observationibus in *Chronicon* Hippolyti Thebani utrumque opusculum velut fragmentum operis laudati scriptoris juris publici fecit tom. III *Lect. antiquit.* Canisii, p. 39 et 40.

Digitized by Google

bano, scriptore sæculi undecimi ad finem vergentis, aut sæculo duodecimo ineunte florentis; vixit enim post Simeonem Metaphrasten (96). Siquidem hoc fragmentum revera quoad omnes partes in *Chronico* Hippolyti Thebani Græce ac Latine ab Emmanuele Schelstrate anno 1692 in lucem edito (97) et postea a cl. Fabricio appendici tomi I Operum S. Hippolyti episcopi ac martyris inserto reperitur (98). Cæterum ea quæ referuntur in hoc *Chronico* de genealogia sancti Josephi ejusque tota familia, omnimodam fictionis similitudinem præ se ferunt; quinimo cum doctissimo Remigio Ceilliero asserere non dubitamus (99) integrum opus nil aliud esse quam falsitatum texturam. Nescio autem, inquit laudatus vir doctus (1), unde auctor dicerit Patres in Nicæna synodo statuisse, *ut non ordinarentur presbyteri ante triginta annos, dixisseque, sufficere discipulo ut sit sicut magister, et servo, ut sit sicut dominus ejus.* Credit quoque hic auctor sanctum Josephum beatissimæ Virginis sponsum duas uxores habuisse, atque ex prima Salome dicta, quæ fuit filia Aggæi fratris Zachariæ, patris Joannis Baptistæ, quatuor filios, Jacobum, Simonem, Judam et Joseph, et duas filias Esther et Martham suscepisse (2).

Fragmentum ex *Chronico* Hippolyti Thebani exstat editum a Joanne Sambuco Patavii 1556, Latine in-8, typis Gratiosi Perchacini sub titulo *Libelli de ortu et cognatione Virginis Mariæ*, et asservatur ms. in bibliotheca Cæsarea, sed brevissimum (3). Longius exstat in *Lectionibus antiquis* Henrici Canisii, tom. III, pag. 35, Græce ac Latine. Non pauci scriptores, qui personas, nomen Hippolyti præ se ferentes, non satis distinxerunt, neque tempora in quibus illæ vixerunt, hoc fragmentum sancto nostro Hippolyto episcopo ac martyri attribuerunt; persuasissimum habentes *Chronica* hæc in laterculo tabulæ Græcæ designata esse. Interim tamen error hic tam grandis est, ut per se patescat, mirandumque prorsus quod non illico detectus fuerit. Manifestum est auctorem hujus fragmenti ante sæculum XI non vixisse; neque hic ullum errandi periculum, cum citet sæpius Metaphrasten scriptorem sæculi XI.

§ II. *Chronicon S. Hippolyto suppositum.*

Ascribitur sancto nostro Hippolyto etiam prima pars alterius cujusdam *Chronici*, a Canisio (4) evulgati, et a Fabricio (5) aliquantulum accuratius reimpressi, atque postea a Jacobo Basnagio integre omnino editi. Hoc *Chronicon* usque ad Caroli Mag. tempora progreditur. Verum hic non agitur, nisi de prima ejus parte, in qua leves quædam differentiæ observantur duas inter editiones Basnagii ac Fabricii. Conveniunt autem eruditi, quod sub imperio Alexandri Severi compositum; utut longe certius sit, ut verum fatear, illud non prius, quam sub ejus successore Maximino I perfectum fuisse: cum juxta exemplar Fabricii omne imperii Alexandri Severi tempus his terminis designetur (6): *Alexander annis tredecim, diebus novem.* Jam vero hic terminus nos deducit usque ad annum 235 inclusive, ultra quem sanctum Hippolytum vixisse non est certum. Neque aliunde perspicimus, quo jure ac fundamento hæc prior *Chronici* pars eidem attribui possit. Verum quidem est, uti ex Eusebio atque sancto Hieronymo discimus, nostrum Hippolytum *Chronicum* composuisse, sed relate ad diem Paschatis. Sine dubio autem illud non est hoc, de quo hic controvertitur; neque hic observatur minima nota de aliquo opere hujus generis. Verum quoque adhuc est, quod tabula, quæ plures operum sancti Hippolyti titulos complectitur, eidem ascribat chronica contra Græcos et contra Platonem; at vero *Chronicon*, quod hujus controversiæ objectum est, nihil habet unde colligi liceret illud esse idem ipsissimum. Verosimillimum itaque est atque creditu longe facilius, si cum Basnagio (7) dicamus hanc priorem *Chronici* partem spectare ad Julium Africanum, qui sub imperio Alexandri floruit. En quomodo omnes difficultatum nodi hac ratione expediri possint. Omnes sciunt generatim sanctum nostrum Hippolytum

(96) Le Moyne, *Varia sacra*, tom. II, p. 1081 et seq.; Canis., tom. III *Lect. antiq.*, p. 35, 46, 49; Voss., *Hist. Græc.*, lib. II, c. 25, p. 293; Possevin., *Apparat.*, p. 765.

(97) Schelestr. in *Antiquit ecclés.* dissert. illustrata, tom. I, p. 510 et seqq.

(98) Fabric., p. 46 et seq.

(99) Remi Ceillier, tom. II *Hist. gén.*, p. 362.

(1) Idem ibid. et pag. 363.

(2) Fabric., loc. cit., pag. 47.

(3) Lambecius Græce e codice Vindob., tom. III, pag. 46. Vide eumdem pag. 98 seq. et tom. IV p. 150, tom. V pag. 109 seq., tom. VII pag. 341, tom. VIII pag. 63; et Allatium *De ætate et interstitiis in collatione apud Græcos*, pag. 50. Etiam Hippolyti historici fragmentum, in quo Salome Josephi βιωτικὴ γυνὴ appellatur, a Salmasio sibi communicatum refert Andreas Rivetus tom. III Opp. p. 640. Allegat et Turrianus in *Apologia pro domo Lauretana* adversus Vergerium, et in scholiis ad lib. II *Constitut. apostol.*

(4) Henric. Canisius, Bavarico codice usus, Græce ac Latine tomo III *Antiq. lect.*, Ingolstad. 1603, in-4, p. 40. Ex Canisii editione Latine cum ejus notis legitur in *Bibl. PP.* Colon. tom. IX, anno 1618, et in supplemento *Bibl. PP.* Paris. 1639, apud Morell., tom. II, pag. 806, et tom. XV *Bibl. PP.* Lugdun., pag. 240; item Canisius, tom. II *Lect. antiq.*, anno 1602, pag. 579, ex duobus codicibus hoc titulo: *Collectio historica chronographica ex anonymo, qui sub Alexanaro Severo imperatore vixit, collectore Gallo quodam Caroli Magni temporibus. Incipit: Liber generationum primus.* Addit Canisius in margine: « In ms. codice minore, nam in majore ms. totus liber primus abest, non erat præter hunc alius titulus huic libro præfixus. » Deinde idem *Chronicon* emendatius aliquanto (licet et ipsum passim in nominibus præsertim propriis castigatione indigens) atque capite de imperatoribus auctius editum est a Phil. Labbeo S. J. Paris. 1657, fol., tom. I *Bibliothecæ novæ ms.* pag. 298, ex alio codice ms. collegii Claromontani Parisiensis S. J. hoc titulo: *Chronologi anonymi, qui sub Alexandro imperatore vixisse anno Christi* 236 *dicitur, libellus seu chronicon de divisionibus et generationibus gentium.* Labbeanam editionem secutus est Du Cangius in appendice ad *Chronicon paschale*, Paris. 1688, fol., pag. 413.

(5) Fabric., tom. I Opp. S. Hippolyti, pag. 49-59.

(6) Idem ibid., pag. 59.

(7) Apud Canis., *Lect. antiq.*, tom. II, p. 148.

Digitized by Google

composuisse *Chronicon :* aliquod igitur inquirendum, quod ei attribui possit. Statim sese offert *Chronicon* Hippolyti Thebani; atque propterea falso scriptum fuit sancto nostro episcopo ac martyri; postea detegitur, quod istud non possit illius esse; atque tandem aliis venit in mentem illud Julii Africani eidem adjudicare. Hæc Jacobus Basnagius. Nos cum altero Basnagio, Samuele nimirum (8), arbitramur, editum ab Henrico Canisio, SS. canonum Ingolstadii professore, *Chronicum* longe ab eo diversum esse, quod Hippolyto episcopo Portus Romani in marmore vindicatur. Quippe in eo reperiuntur nomina Constantini Magni, Eusebii, Arii, Basilii Magni, imo Metaphrastis etiam.

§ III. *Fragmenta ex Catena Arabica non sunt S. Hippolyti.*

Albertus Fabricius volumine posteriori Operum S. Hippolyti fragmenta, seu excerpta ex ms. Catena Arabica Pentateuchum referente, litteris descripta Syriacis e codice bibliothecæ Bodleianæ primum edita cum versione Joannis Gagnierii, imprimi curavit (9). Nomen sancti Hippolyti inter aliorum sanctorum Patrum III, IV et V sæculi nomina occurrit hisce in excerptis, atque Hippolytus noster circiter quadraginta loca commentatus est in hoc opere. Primus locus, ubi occurrit nomen Hippolyti, est in Genesis cap. VI, 17.

Verum hæc Hippolytea Fabriciana excerpta supposititia esse noscuntur. Ibi enim nothus Hippolytus ubique appellatur *Expositor Targum*, nuspiam vero episcopus aut martyr; cum tamen ibidem reliqui Patres proprio charactere insigniti compareant : videlicet S. Athanasius, *patriarcha Alexandrinus;* S. Basilius, *episcopus Cæsareæ;* S. Epiphanius, *episcopus Cypri*, etc. Accedit Hippolyti hujus Targumistæ interpretationes sapere plerumque rabbinorum ineptias, indignas plane tanto Patre, quantus fuisse perhibetur in sacris litteris potissimum explanandis verus Hippolytus.

§ IV. *Scripta S. Hippolyto attributa ab Æthiopibus et Chaldæis.*

Silentio denique præterimus lucubrationes S. Hippolyto a Syro-Chaldæis tributas, quas in *bibliotheca Orientali Clementino-Vaticana* tomo III, part. I, pag. 15, videre est, ubi eruditissimus Assemannus ex Syriaco Ebed Jesu episcopi Sobensis catalogo quosdam librorum titulos Latine reddit his verbis : *Sanctus Hippolytus martyr et episcopus composuit librum de dispensatione, et expositionem Danielis minoris et Susannæ, et capita adversus Caium, et Apologiam pro Apocalypsi et Evangelio Joannis apostoli et evangelistæ.*

Arabes etiam S. Hippolyto tribuunt triginta octo disciplinæ ecclesiasticæ canones, ut laudatus Assemannus ibidem testatur his verbis : *Canones Arabicos duodequadraginta sub ejus nomine collegit, tomoque primo Canonum Ecclesiæ Alexandrinæ inseruit Macarius presbyter ac monachus monasterii Sancti Macarii, in codice Arabico scripto anno Christi* 1372. Joannes Michael Wanslebius Dominicanus in *Historia Ecclesiæ Alexandrinæ* parte V, cap. 3, seu pag. 280 et sequentibus, hos triginta octo canones sub nomine Abulidis Gallice edidit, et ibidem in margine lectorem monet se ne conjectura quidem assequi potuisse quis fuerit ille Abulides. Verum Jobus Ludolfus in *Historia Æthiopica*, p. 333 et sequente, eosdem S. Hippolyti canones Latine interpretatus est, ibique Wanslebium docet, Hippolytum ab Æthiopibus Abulidem vocari, ac denique post exhibitos istos triginta octo canones hæc addit: « Propter hos canones Hippolytus vocatur doctor Ecclesiæ ab Æthiopibus ; et tam ab ipsis, quam a reliquis Orientalibus, appellatur papa Romanus, cum tamen in Catalogo pontificum non reperiatur. Attamen invenitur in synaxariis Græcorum XXX Januarii, qui est V Februarii apud Æthiopes. » Cæterum horum canonum capita primus Gallice vulgavit Jo. Michael Wanslebius in libro *De Ecclesia Alexandrina*, Parisiis 1677, in-12. Latine Jobus Ludolfus in *Commentario ad historiam Æthiopicam*, Francofurti 1691, fol., pag. 333, et novissime Guil. Wistonus in volumine III operis, quod *Primitivum Christianismum renatum* inscripsit et Anglice edidit Londini 1711, 8°, p. 543. Idem etiam loca *Constitutionum apostolicarum* adnotavit de iisdem argumentis tractantia. Fabricius tandem ad calcem præfationis, num. 22, ad tomum I Opp. Hippolyti subjunxit, inserenda alias infra pag. 261.

DE DOCTRINA S. HIPPOLYTI.

CAPUT PRIMUM.

OBSERVATIONES DOGMATICÆ.

ARTICULUS I.

DE S. SCRIPTURA LIBRISQUE ALIQUIBUS DEUTEROCANONICIS.

Inspiratio divina sacræ Scripturæ. — Innumeros habemus in divo Hippolyto articulos circa primarias veritates religionis Christianæ. Ut autem a sacra Scriptura ordiamur, id primo loco notandum est, vetustum hunc episcopum agnoscere divinam sacrorum librorum inspirationem ; docet enim prophetas, hoc est sacros scriptores, qui antiquitus

(8) Samuel Basnage, *Annal. polit. eccl.*, tom. II, p. 290.
(9) Fabric., Opp. S. Hippolyt., tom. II, p. 37-44.

Digitized by Google

prophetarum nomine designabantur, fuisse organa, per quæ Verbum annuntiabat hominibus divinam voluntatem : « Hi namque Patres, inquit divus Hippolytus (10), Spiritu prophetiæ aptati, digneque ab ipso Verbo honorati, quo nimirum velut organa in seipsis semper unitum Verbum tanquam plectrum haberent, cujus nutu atque afflatu, quæ Deus vellet, hæc prophetæ annuntiabant. Non enim ex sua facultate loquebantur, nec quæ ex animo essent, hæc prædicabant ; sed primum quidem Verbi numine rite sapientia imbuti, exinde per visa, quæ essent futura, probe prædocebantur ; ac demum certa jam rerum fide, ea dicebant ac prædicabant, quæ illis divino duntaxat numine manifesta forent, reliquis vero abscondita. Nam qua ratione propheta vocaretur, nisi quæ sunt futura, Spiritu prævideret ?. . . . Unde convenienter prophetæ a principio *videntes* vocabantur. » Illud etiam subjungit, Verbum hos sacros scriptores coegisse per Spiritum sanctum loqui ; Verbum in his versatum fuisse, in his locutum fuisse, suam annuntians futuram incarnationem : « Hic autem, » loquitur hoc loco de Filio Dei (11), « dedit legem et prophetas ; et dando coegit hos per Spiritum sanctum loqui, ut accipientes virtutis Paternæ inspirationem, consilium et voluntatem Patris nuntiarent. In his igitur Verbum versabatur loquens de [se] ipso. Jam enim ipse suus præco erat, ostendebatque futurum esse ut Verbum hominibus appareret. » Ecquid efficacius pro divinorum librorum inspiratione dici potest ? Et quis post hæc audebit inire disputationem de natura hujus inspirationis, scilicet num immediata sit, vel solum mediata ? Scriptores prophetiæ Spiritu repleti : scriptores, qui sunt veluti organa, per quæ Verbum divinam voluntatem annuntiat ; scriptores a seipsis non loquentes, sed sapientia et inspiratione divina ; scriptores, uno verbo, quos Verbum cogit per Spiritum sanctum loqui, nunquid aliter locuti sunt, quam divinitus afflati revelatione proprie tali et inspiratione immediata ? Cesset ergo omnis controversia de hac veritate clare admodum in remotiori antiquitate fundata.

Deus unus et trinus ex SS. litteris cognoscendus et colendus. Sacræ litteræ non pro arbitratu exponendæ. — Tandem docet hic sanctus Pater, quod non aliunde quam ex sacris litteris erudiamur de unitate Dei et Trinitate illius, quomodo eidem sit serviendum pietasque erga eum exercenda. Addit insuper sacras litteras non juxta proprium arbitrium esse interpretandas. En illius aureas de hac materia sententias (12) : « Unus Deus est, quem non aliunde, fratres, agnoscimus quam ex sanctis Scripturis. Quemadmodum enim si quis vellet sapientiam hujus sæculi exercere, non aliter hoc consequi poterit, nisi dogmata philosophorum legat ; sic quicunque volumus pietatem in Deum exercere, non aliunde discamus quam ex Scripturis divinis. Quæcunque ergo sanctæ Scripturæ prædicant, sciamus : et quæcunque docent, cognoscamus ; et sicut vult Pater credi, sic credamus ; et sicut vult Filium glorificari, sic glorificemus ; et sicut vult donari Spiritum sanctum, sic accipiamus. Non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes in ea, quæ ab eo data sunt ; sed quomodo ipse per sanctas Scripturas docere voluit, sic intelligamus. »

Quomodo S. Hippolytus Scripturam alleget. — Cæterum S. Hippolytus communiter allegat Scripturarum sententias juxta versionem Septuaginta Interpretum. Aliquoties tamen nihilominus ad versiones super Hebræum exemplar ab Aquila et Symmacho adornatas recurrit (13).

Totam sacram Scripturam S. Hippolytus dividit in Νόμον, Προφήτας, Εὐαγγέλια, Ἀποστόλους, in Legem, Prophetas, Evangelia et Apostolos. Sic enim loquitur in libro *De Antichristo* (14) : « Per omnia itaque lapsi sunt (Israelitæ) et erraverunt, qui in nullo veritati concordes exstiterunt ; nec in Lege, quod eam transgressi sunt ; nec in Prophetis, quod prophetas quoque occiderunt ; nec in Evangeliorum voce, quod et Salvatorem ipsum crucifixerunt ; nec Apostolis credentes, quod et illos persecuti sunt ; ubique veritati insidias nectentes, ejusque proditores, Dei magis odio ducti quam ejus ullo amore devoti. »

Librum Sapientiæ vetustus hic sanctus Pater attribuit Salomoni ita disserens (15) : « Et ubinam est copiosissima illa (Salomonis) scientia ? Ubi illa mysteria ? Ubi libri ? exstant enim sola Proverbia, et Sapientia, et Ecclesiastes, et Canticum canticorum. » Librum Tobiæ semel allegat (16) ; historiam Susannæ et Bel velut authenticum fragmentum agnoscit (17), atque insuper refert suppressisse Judæos hoc Danielis caput tanquam illis invidiosum, et quo tantum scelus eorum, quos Babylone judices habe-

(10) S. Hippolyt., lib. *De Antichrist.*, num. 2.
(11) S. Hippolyt., lib. *contra Noet.*, num. 11 et 12.
(12) S. Hippolyt., lib. *contra Noet.*, num. 9.
(13) S. Hippolyti fragm. et excerpt. ex *Commentario in Genesin* ex 88 Patribus collecto. Tom. II Opp. apud Fabricium, pag. 22 et 26 ; et apud Galland., tom. II *Biblioth. PP.*, pag. 477 et 480.
(14) S. Hippolyt., lib. *De Antichristo*, § 58, pag. 28 ; apud Fabric., tomo I Opp., et apud Galland., pag. 438, tom. II *Biblioth. PP.*
(15) Idem *in Cantic.*, tom. I Opp., pag. 270, et tom. II, p. 4 et 5 ; et apud Galland., tom. cit., pag. 489.
(16) Idem, lib. *in Dan. et Susan.*, tom. I Opp., pag. 277, et apud Galland., pag. 446. Conf. Tobiæ III, 24.
(17) Integrum enim, ut supra diximus, commentarium exaravit in historiam Susannæ ; alterum probatur ex his S. Hippolyti verbis : « Sed enim neque sapiens Daniel bis ex ore leonum ereptus, » etc. Sanctus Hippolytus, cum fateatur quod Daniel binis vicibus faucibus leonum traditus fuerit dilacerandus, necessario admisit historiam Beli, qua de causa hic propheta secunda vice rabiei harum ferocium bestiarum expositus fuit. Hippolyt., *De tradit. apost.*, tom. I Opp., apud Fabric., pag. 247, et apud Galland., tom. cit., pag. 501.

Digitized by Google

rent, delegeretur (18). Ad libros Machabæorum provocat, atque ex primo et secundo Machabæorum libro locum unum adducit (19). Cæterum de loco auctoris libri I Machabæorum, ad quem S. Hippolytus respexisse videtur, quemque contra Gudium strenue astruit Combefisius, *Annales Syriæ* Frœlichianos vere aureos evolvere potissimum præstat (20), ipsorumque annalium vindicias, quarum eruditissimus auctor eumdem locum, sicut et reliqua egregie tuetur (21) contra Wernsdorffium, qui Gudium sectatus, canonicam librorum Machabaicorum auctoritatem infringere irrito conatu aggressus est (22).

De libris deutero-canonicis N. T. — Gravis testis αὐθεντίας Evangelii et Apocalypsis S. Joannis est sanctus Hippolytus, quos libros suo tempore ab Alogis impugnari solitos singulari *Apologia* (23) vindicavit, Apocalypsim vero etiam *Commentario* explanavit. Quid de cæteris Novi Testamenti libris, contradictionem expertis, senserit, ignoratur, nisi quod Epistolam Petri secundam alicubi (24) spectaverit, Epistolam vero ad Hebræos (25) Pauli esse negaverit, ad exemplum scilicet S. Irenæi, magistri sui.

Dum S. Pater de Davide disserit, tradit quod illius Psalmi sint opus Spiritus sancti (26). Verisimile etiam est, quod sanctus hic episcopus credi- derit prophetam Danielem in utero matris suæ sanctificatum fuisse (27). Tandem observatu dignum est, quod S. Hippolytus allegando loca ex D. Pauli Epistolis persæpe usus fuerit nomine appellativo, dicendo, « Apostolus inquit, » pro « sanctus Paulus inquit. » Duabus insuper vicibus citat locum sub nomine alicujus prophetæ, qui tamen in S. Scriptura nullibi reperitur (28).

ARTICULUS II.

DE TRADITIONE.

Præter auctoritatem librorum divinorum, sanctus Hippolytus etiam traditiones apostolorum suscipit ac veneratur. Auctoritate enim traditionum apostolicarum firmabat fidei Christianæ articulos, et eadem hac traditione non sine ingenti utilitate adversus hæreticos, præsertim Noetum, vetustus noster scriptor utebatur, ut ostendat, Verbum Dei e cœlis descendisse in Virginis uterum, et ex ea incarnatum esse, assumpta anima humana, excepto peccato. « Credamus igitur, fratres, inquit ille (29), secundum traditionem apostolorum, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων, quod Deus Verbum e cœlis descendit in sanctam Virginem Mariam. » In initio sui tractatus *contra Noeti hæresim* in favorem traditionis ita scribit hic sanctus episcopus (30) : « Huic (Noeto) presbyteri responderunt : Et nos unum Deum vere scimus; scimus Christum,

(18) Hippolyt. *in Susann.*, tom. I Opp., p. 274, apud Fabric.; et pag. 443 apud Galland.

(19) « Sic namque etiam adversus Judæos molitus est Antiochus illustris Syriæ rex, Alexandri Macedonis nepos. Nam et ille per hæc tempora corde elatus, decretum tulit, « aris præ foribus positis, « cunctos immolaturos, atque hedera coronatos, « Baccho circuituros. Qui nolint parere, hos cru- « ciatibus atque tormentis examinatos, neci tradendos esse. » Verum is quoque, condigna a Domino justoque judice ac omnium inspectore Deo recepit præmia. Exesus enim vermibus, vita exemptus est. Ac si quis hæc sigillatim legere velit singulaque lustrare, in libris Machabæorum perscripta inveniet. » Lib. *De Antichr.*, § 49. Confer. I Machab., I, 58, et II Machab. VI, 7.

(20) Frœlich., *Annal. Compend. Reg. Syr.*, Prolegom. pag. 31.

(21) Khell., *Auctor. utriusque lib. Machab.*, pag. 175 et seq.

(22) Wernsdorff, *Comment. histor. crit. de fid. hist. libror. Machab.*, pag. 40 et seq.

(23) Ebed Jesu, in *Catalogo scriptorum Syriacorum* apud Assemannum *Biblioth. Oriental.*, tom. III, p. I, pag. 15 : « S. Hippolytus martyr et episcopus composuit apologiam pro Apocalypsi et Evangelio Joannis apostoli et evangelistæ. » Etiam Hieronymus Opp. tom. IV, p. II, pag. 118, tradit Hippolytum scripsisse « de Daniele, de Apocalypsi. » Andreas vero et Arethas in præfat. Commentario in Apocalypsin Joannis præmissa Hippolytum in Apocalypsin commentatum esse, affirmant, pariterque Jacobus episcopus Edessenus; vide Ephraemi Syriaca Opera tom. I, pag. 192. Quinimo lib. *De Antichr.* 36 et 50, disertis verbis ipsemet Hippolytus dicit Apocalypsin a Joanne apostolo fuisse perscriptam.

(24) S. Hippolyt. lib. *De Antich.* cap. 2, dum ait, « non enim ex sua facultate loquebantur, » respexit II Petr. I, 21.

(25) Stephanus Gobarus apud Photium, *Bibl.*, p. 904, 10 : Ὅτι Ἱππόλυτος, καὶ Εἰρηναῖος τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν Παύλου, οὐκ ἐκείνου εἶναί φασι. Cod. CCXXXII. Et ipse Photius cod. CXXI : « Habet et alia minus accurata, tum quod Paulum Epistolæ ad Hebræos auctorem esse negat. »

(26) « Procedat igitur in medium, qui per Spiritum sanctum loquitur, et verax est, David filius Jesse. Hic cum quædam prophetice de vero Christo caneret, et Deum nostrum per Spiritum sanctum canendo celebraret, omnia, quæ a Judæis [in] Passione ejus facta sunt, clare denuntiavit. » Hippolyt. *Contra Judæos*, apud Fabric. Opp. tom. II, p. 2; et apud Galland. § 2, p. 448.

(27) « Quis hæc loqui docuit, nisi qui ex utero matris te formavit? » Gudius putat legendum esse ἁγιάσας, « sanctificavit, » aut καλέσας, « vocavit. » Hippolyt., cap. 32 *De Antichr.* Observat in hunc locum cl. Combefisius, dicta hæc in Jeremiam esse, unde nonnullis visum, ex utero sanctificatum esse et mundatum a peccato originali; quod illius singulare privilegium foret. Quod vero Hippolytus ad Danielem trahit, illique accommodat, non tam μυηµονικὸν aliquid peccasse putandus est, quam veram et communem opinionem insinuasse : commune scilicet esse prophetis, ut et ministris evangelicis, sic ab utero a Deo formari et sanctificari, seu segregari in ministerium, ut Paulus loquitur, per gratiæ præparationem, non per ipsam ejus infusionem; in divina prædestinatione, non ipsa in tempore justificatione.

(28) « Ast vero alius propheta : « Congregabit « omnem virtutem suam a solis ortu usque ad occasum; quos vocaverit, et quos non vocaverit, « cum illo ibunt. Candescere mare faciet præ multitudine velorum navium et nigrescere campum « præ multitudine scutorum. Et si quis ei in prælio « occurrit, gladio corruet. » Hipp., lib. *De Antichr.*, cap. 15 et 54.

(29) Hippolyt., *Contra Noetum*, cap. 17.

(30) Idem ibid. cap. 1.

Digitized by Google

scilicet Filium, passum, sicut passus est; mortuum, sicut mortuus est; et suscitatum tertia die, et sedentem ad dexteram Patris, venturumque ad judicandum vivos et mortuos. Atque hæc dicimus, quæ didicimus. » Quid luculentius dicere potuisset hic sanctus Pater pro asserenda traditione apostolorum? Accedit his, quod integrum tractatum *De apostolorum traditione* exarsit.

Conatur quidem hæc argumenta pro traditione ex S. Hippolyto petita, alio loco ex sancto hoc Patre desumpto, Albertus Fabricius elidere. Locus autem S. Hippolyti ita sonat (31) : « Unus Deus est, quem non aliunde, fratres, agnoscimus, quam ex sanctis Scripturis. Quemadmodum enim si quis vellet sapientiam hujus sæculi exercere, non aliter hoc consequi poterit, nisi dogmata philosophorum legat; sic quicunque volumus pietatem in Deum exercere, non aliunde discemus quam ex Scripturis divinis. » Visus est sibi Fabricius in hoc loco insigne de Scripturæ sufficientia testimonium animadvertere. Sed traditionem a Scriptura non dissociat Hippolytus, dum pietatem « non aliunde » repetit, « quam ex Scripturis divinis. » Non enim aliam defendit contra hæreticos interpretationem Scripturæ, quam quæ Ecclesiæ traditione nitebatur. Quapropter verbis modo citatis paulo post hæc addit : Μὴ κατ' ἰδίαν προαίρεσιν, μηδὲ κατ' ἴδιον νοῦν, μηδὲ βιαζόμενοι τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα. « Non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes iis, quæ a Deo data sunt. » Præterea Noetum merito ejectum a presbyteris narrat c. 1, quod Ecclesiæ traditionem, quam ei objiciebant, contempserit. Dicebant enim Noeto presbyteri Ecclesiæ : Ταῦτα λέγομεν ἃ ἐμάθομεν. « Hæc dicimus, quæ didicimus. » His adde, non dubium esse quin sanctus martyr in hoc *adversus hæreses* opere, cujus materiam ex libris Irenæi mutuo sumpserat, traditionem et Ecclesiæ auctoritatem Irenæi exemplo acerrime defenderit. Hinc item eliditur alterum ejusdem Fabricii hac ipsa de re commentum, quo iterum sibi finxit Hippolytum veluti Scripturæ sufficientiam astruentem infra cap. 17, ubi sanctus Pater ad credendum κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων, « secundum traditionem apostolorum, » fideles hortatur. Ibi namque, ne quis putet traditionem quoque præter Scripturam sanctum martyrem admisisse, sollicite Fabricius hæc adnotat : « Παράδοσιν ἀποστολικήν, sed quam mox ex scriptis apostolicis clarissime testatam facit Hippolytus. » Incassum laborat hic scholiastes. Siquidem sanctus Pater lib. *De Antichristo*, cap. 1, Pauli apostoli exemplum secutus, qui Timotheum « ad depositum custodiendum, atque ad ea fidelibus hominibus commendanda, quæ abs se per multas exhortationes audierat, » hortabatur; pari ratione Theophilum suum traditionem edocere comperitur.

ARTICULUS III.

DE MYSTERIO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

Unitas naturæ et distinctio Personarum. — Castigatissime loquitur sanctus Hippolytus de mysterio sanctissimæ Trinitatis, aperteque declarat fidem circa unitatem naturæ et distinctionem Personarum. Sic autem ille ait in tractatu *contra Noetum* (32) : « Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Quid ergo? Dicetne aliquis dicere Joannem duos Deos? Duos quidem non dicam (Deos), sed unum. Personas vero duas; œconomiam tertiam, gratiam dico Spiritus sancti. » Gratiam appellat hoc loco Spiritum sanctum, quia divinus iste Spiritus est fons omnium donorum, quæ Deus hominibus largitur. « Pater quidem unus (prosequitur S. Hippolytus), Personæ vero duæ, quia Filius; tertia autem Spiritus sanctus. Pater mandat, Verbum perficit; Filius autem ostenditur, per quem Pater creditur. Œconomia consensionis redigitur ad unum Deum; unus enim est Deus, qui mandat, Pater; qui obedit, Filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus. » Nec quemquam morari debent hæc verba : « qui obedit Filius, » quasi læderent perfectam consubstantialitatem Patris et Filii; nam, ut egregie animadvertit Pater Ceillierius (33), hisce loquendi formulis usi sunt Patres secundi et tertii sæculi, et quidem sine offensione; hac phrasi usus est S. Irenæus absque ullo scrupulo (34); ac etsi hæ formulæ loquendi viderentur favere Arianæ hæresi, nihilominus etiam post concilium Nicænum in Patribus occurrunt, ut videre est in divo Basilio (35), divo Athanasio (36), et Mario Victorino (37). Quippe juxta stylum veterum theologorum, hæ voces, « imperare et obedire, » quando de Personis divinis sermo est, non significant unam alteri imperare eo modo quo dominus famulo suo præcipit; sed designant solummodo consensionem voluntatis in Patre et Filio; non secus ac si quis diceret quod, cum Pater statuisset mundum condere per suum Verbum, id non fecit sine voluntate Verbi sui (38), quod est una eademque cum eo substantia; uti jam alio loco diximus, et modo fusius patebit.

« Pater, pergit S. Hippolytus, est super omnia, Filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus (39). Aliter Deum unum intelligere non possumus, nisi

(31) S. Hippolyt., *Contra Noetum*, cap. 9.
(32) S. Hippolyt., *Contra Noetum*, cap. 14.
(33) Remi Ceillier, *Hist. générale des auteurs*, tom. II, pag. 366.
(34) Iren., lib. IV *Adv. hæres.* cap. 75.
(35) Basil., lib. *De Spiritu S.*, cap. 16.
(36) Athanas., orat. *Contra gentes.*
(37) Mar. Victorin., lib. I *De rerum creatione.*
(38) « Una enim virtus ex toto; totum vero Pater, ex quo virtus Verbum. » S. Hippolyt., *Contra Noetum*, num. 11.
(39) « Cum Paulus ait de Deo, Ephes. IV, 6 : « Qui « est super omnia, et per omnia, et in omnibus; » tres Personas designat, et unitatem Dei in illis : quia unius ejusdemque virtutis ac potentiæ est, esse super omnia, et per omnia, et in omnibus; et secundum ordinem confessionis sanctæ Trinitatis, primum tribuit Patri, secundum Filio, tertium Spiritui sancto; quia est tertia Persona secundum ordinem confessionis, ut antiqui theologi loquuntur,

Digitized by Google

vere Patri, et Filio, et Spiritui sancto credamus (40). Etenim Judæi Patrem glorificaverunt, sed non egerunt gratias; siquidem non agnoverunt Filium. Discipuli agnoverunt Filium, sed non in Spiritu sancto; ideirco negaverunt. Sciens igitur Verbum Patris œconomiam et voluntatem Patris, quod non vult aliter Pater glorificari, nisi sic; cum resurrexit, tradidit hoc discipulis : « Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine « Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Docuit hic, quod quicunque unum quid horum omiserit, is perfecte Deum non glorificavit. Per hanc enim Trinitatem, διὰ τῆς Τριάδος, Pater glorificatur. Pater enim voluit, Filius fecit, Spiritus sanctus manifestum fecit. Necesse ergo est, ait sanctus hic episcopus (41), ut, quamvis nolit, confiteatur (Noetus) Patrem Deum omnipotentem, et Christum Jesum Filium Dei, Deum factum hominem, cui omnia Pater subjicit præter se, et Spiritum sanctum, et hos vere esse tres. Quod si vult scire quomodo unus Deus demonstretur, sciat unam esse virtutem sive potentiam hujus. »

Sane nemo posset nostris hisce temporibus magis accurate loqui de mysterio sanctissimæ Trinitatis, quam loquebatur S. Hippolytus, qui tertio Ecclesiæ sæculo floruit. Perspicue revera adorabile hoc mysterium pertractatur, cum dicitur Patrem esse Deum, Filium esse Deum, Spiritum sanctum esse Deum ; et nihilominus unum solum esse Deum, quia tres istæ Personæ, etsi vere ab invicem distinctæ, sunt una eademque virtus, sive potentia, ideoque unus et idem Deus. Hoc uno S. Hippolyti pulcherrimo testimonio tum Arii, tum Sabellii impietas profligatur. Tres sunt divinæ Personæ, sed unus Deus sunt : en totum sanctissimæ Trinitatis mysterium. Notante insuper cl. Marano (42) paulo ante, cap. nimirum 8, sanctus Hippolytus dixerat unum Deum esse secundum virtutem, sive secundum essentiam divinam, quæ una prorsus est in tribus Personis ; secundum autem œconomiam tres Personas ostendi : intelligit ergo, ut Tertullianus (43), œconomiæ nomine, « numerum et dispositionem Trinitatis. » Hoc autem loco gratiam Spiritus sancti appellat « tertiam œconomiam ; » sed eodem sensu ac Tertullianus, qui Spiritum sanctum appellat « tertium gradum. » Nam gradus, forma, species, dispositio sive œconomia, idem sonant apud Tertullianum. Quare si Spiritus sanctus dicitur tertius gradus, dici etiam potest tertia dispositio, sive œconomia. Minus accurate in Latina interpretatione incarnatio « œconomiæ » nomine designatur, in his verbis, quæ leguntur c. 3 : Τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ ἕνα Θεὸν εἶναι ; ἀλλ' οὐ τὴν οἰκονομίαν ἀναιρήσει. « Quis enim non dicet unum esse Deum ? non tamen continuo œconomiam (id est incarnationem) negabit. » Non incarnationem, sed numerum et dispositionem Trinitatis considerat S. Hippolytus hoc in loco, et pluribus in aliis.

ARTICULUS IV.

DE DIVINITATE FILII ET CONSUBSTANTIALITATE VERBI.

Divinitas Filii. — Pari præcisione loquitur sanctus iste episcopus ac martyr de divinitate ac consubstantialitate Verbi in particulari ; et ex illo innumera eruuntur testimonia, quæ Arianorum ac Socinianorum os obstruere valent. Habe modo notabiliora. In libro *contra Noetum* Christi divinitatem diserte profitetur, dum ad illud Apostoli Rom. IX, 15 : « Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, » etc., ita eloquitur (44) : « Pulchre enarrat, et dilucide mysterium veritatis. Hic, qui est super omnia, Deus est (sic enim audet dicere : (*Omnia mihi tradita sunt a Patre*). Qui est super omnia Deus benedictus, genitus est ; et factus homo, Deus est in sæcula. » (Sic.) Et rursus paulo infra (45) : « Necesse ergo est, ut quamvis nolit, confiteatur Deum omnipotentem, et Christum Jesum Dei Filium, Deum factum hominem... et Spiritum sanctum ; et hos esse vere tres, καὶ τούτους εἶναι οὕτως τρία. »

Coæternus Patri est Filius.—Generationem æternam et consubstantialitatem Filii cum Patre sequentia ostendunt sancti Hippolyti verba (46) : « Deus, solus cum esset (ante creationem) nihilque sibi coævum haberet, voluit mundum efficere, ac mundum cogitans ac volens, et dicens effecit ; continuoque exstitit ei factus, sicut voluit, et sicut voluit, perfecit. Satis igitur nobis est scire solum, nihil esse Deo coævum. Nihil erat præter ipsum ; ipse solus, multus erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia, sine potentia, sine consilio. Omnia erant in eo : ipse erat omnia. Quando voluit, et quomodo voluit, ostendit Verbum suum temporibus apud eum definitis ; per quod omnia fecit (47)....

et nos loqui docuerunt. » Fr. Turrianus in hunc locum.

(40) Non potest, notante cl. Marano lib. IV *De divinitate J. C.*, pag. 458, accuratius dogma Christianorum exponi. Non solum enim numerum Personarum nihil de Dei singularitate detrahere contendit ; sed etiam ipsam Dei singularitatem sine hoc Personarum numero nec consistere, nec coli posse docet.

(41) Hippolyt. loc. cit., num. 8.

(42) Prudent. Maran., *De divinitate J. C.*, lib. IV, p. 457.

(43) Tertull. *adv. Praxeam*, cap. 3.

(44) Lib. *Contra Noet.*, num. 6.

(45) Idem ibid., num. 8.

(46) S. Hippolyt., loc. cit., num. 10.

(47) Hæc et sequentia mirum in modum explanat simul et strenue tuetur contra Jurium doctissimus Bossuetus Meldensis episcopus, *Avertiss.* VI, § 68, *Sur les lettres de Jurieu.* Œuvres tom. IV, p. 373 et seq. Ait nimirum cl. Bossuetus sanctum Hippolytum non tantum seipsum luculenter in catholico sensu declarare, sed etiam modum suppeditare, quo alia similia SS. Patrum testimonia, quæ obscuriora apparent, dilucide exponantur. Cum enim in loco citato dicat : « Quod Verbum, cum in se haberet, essetque mundo creato inaspectabile, emittens priorem vocem, et lumen ex lumine ge-

Digitized by Google

Eorum auteta quæ facta sunt, ducem, consiliarium et operarium generabat Verbum; quod Verbum cum in se haberet, essetque mundo creato inaspectabile, fecit aspectabile, emittens priorem vocem; et lumen ex lumine generans (48-49), deprompsit ipsi creaturæ Dominum, sensum suum: et qui prius ipsi tantum erat visibilis, mundo autem invisibilis, hunc visibilem facit, ut mundus, cum eum, qui apparuit, videret, salvus fieri posset. »

Hoc loco divi Hippolyti abutitur Sandius (50); dum ex eo ostendere conatur, sanctum nostrum episcopum docuisse, Filium paulo ante mundum conditum exsistere cœpisse. Verum doctissimus Bullus (51) eumdem locum ab interpretamentis Sandii egregie vindicat ita disserens: « Agnosco quidem, hic ab Hippolyto generationem quamdam Verbo sive Filio Dei tribui, quo mundi creationem proxime antecesserit. Sed omnino nego de generatione loqui Hippolytum proprie dicta, quæ scilicet Verbi fuerit productio, quave Verbum ipsum, cum prius non exsisteret, exsistere cœpit. Huic commento totus Hippolyti sermo repugnat. Nam Deum ex æterno ita « solum » fuisse docet, ut interim « multum » fuisse affirmet. Quomodo? Quia scilicet Deus Pater nunquam erat sine ratione (τῷ Λόγῳ) et sapientia, hoc est, sine Filio et Spiritu sancto; proinde non sine consilio, cum utrumque sibi consiliarium habuerit. Nullus dubito, quin hic sit sensus genuinus istorum Hippolyti verborum: *Nihil erat præter ipsum; ipse solus, multus erat, Nec enim erat sine ratione* (procul dubio Græce scripserat Hippolytus τῷ Λόγῳ), *sine sapientia, sine consilio.* Quippe Deum agnovisse Hippolytum unum et multum, hoc est trinum; unum essentia, trinum Personis, ipse hujus homiliæ titulus declarat. Tertiam autem divinitatis hypostasin « Sapientiæ » nomine appellavit Hippolytus, Irenæi, cujus auditor fuisse perhibetur, exemplo et ex more illorum temporum. Deinde ait Hippolytus, Deum generasse Verbum, quod ab æterno in se habuerit. Quomodo? « Ipsum, inquit, temporibus apud se « definitis ostendit: ipsum creaturæ ut Dominum, « deprompsit: ipsum denique sibimet soli prius no- « tum, mundo visibilem fecit. » Itaque generatio, qua de loquitur Hippolytus, non est Verbi productio; sed ipsius ex æterno Patri coexsistentis, ostensio, depromptio, et manifestatio, quæ res creatas respexerit. Ut idem prorsus voluerit beatissimus martyr, quod Athenagoram docuisse supra ostendimus. Atqui in hunc sensum ut Hippolytum interpretemur, suadent quidem ipsa loci allati verba; sed eo plane nos cogunt alia ejus scripta, in quibus coæternam Filii cum Patre exsistentiam verbis veluti solis radio descriptis declarat. »

Sed multo luculentiora perfectæ, ac veræ divinitatis in Filio, ejusque Persona a Patre distincta S. Hippolytus testimonia dedit in opusculis *Contra Beronem et Helicem*, apud Anastasium. In quibus duplicem in Christo naturam accurate discernit; et divinam eamdem plane esse demonstrat, quæ est in Patre. « Verbum enim Dei nulla re mutatum esse, » dicit eo ipso, quod carnem induit; « nec in ullo prorsus, in quo idem est cum Patre, factum esse idem cum carne propter exinanitionem. Sed cujusmodi erat absque carne, ita mansisse extra omnem circumscriptionem (52). » Rursus: « Deum illum infinitum simul, et circumscriptum hominem esse » ait, « et intelligi, utriusque substantiam perfecte perfectam habentem (53). » Quod potest esse clarius summæ, absolutæque divinitatis in Christo præconium? Nam et infinitum Deum hunc esse prædicat, et immensum, et immutabilem, et idem omnino cum Patre, quod ad naturam attinet, cum sit ejus Filius, ideoque reipsa distinctus. Denique: « Divinitas (inquit ex Anastasii versione), ut erat ante incarnationem, et est post incarnationem secundum naturam infinita, incomprehensibilis, impassibilis, incomparabilis (*imo* inalterabilis), inconvertibilis, per se potens, et ut totum dicamus, subsistens substantialis sola infinitæ virtutis bonum (54). » Potuitne vel hoc sæculo quisquam disertius, expressius significantiusque divinitatem Filii, ac Personarum discrimen exponere, quam scriptor ille fecit antiquus, antequam Nicænus consessus liquidam ea de re sententiam explicasset? His sunt consentanea testimonia reliquorum fragmentorum (sunt autem octo omnino) de Christo Deo, Deique Filio dicta, quæ longum sit exscribere. Ut cum in secundo nominatur ὁ τῶν ὅλων Θεός, « Deus universorum, » et in sexto tribuitur illi « imprincipalitas, infactio, infinitas, sempiternitas, incomprehensibilitas, » et quæcunque « horum secundum magnitudinem theologica amplissima in Deitate ratio contemplatur, » ut barbare vertit Anastasius.

nerans, » luce clarius ostendit, hanc secundam Verbi generationem, nihil aliud esse, quam externam ejusdem manifestationem; seu « operationem ad extra, » ut Schola loquitur.

(48-49) Sic locuti ante Patres Nicænos, præter Hippolytum nostrum, sunt Justinus martyr, Tatianus et Athenagoras, ut notatum doctissimo Grabio ad Irenæum lib. II, cap. 23. His adde Methodium in homilia de Simeone et Anna, pag. 152: Σὺ εἶ φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Athanasius postea dixit λύχνον ἐκ λύχνου. Tom. I, pag. 881 edit. Lipsiens.

(50) Sand. *Nuclei hist. ecclesiast.* lib. I, p. 98.

(51) Bull., *Defens. fid. Nicæn.*, sect. III, cap. 8, pag. 219 et seq. Cf. Bossuet., *l. c.*; neque aliter Maranus *De divinit. J. C.* lib. IV, cap. 13, § 3, p. 458.

(52) *Contra Beron. et Helic.*, apud Fabric. tom. I Opp. Hippolyt., p. 226, et apud Galland., p. 466.

(53) Ibid.

(54) Ibid.

Digitized by Google

Apud Theodoretum etiam (55) hæc D. Hippolyti verba leguntur ex sermone de Helcana et Anna, cum de eo, quod Maria gestabat in utero, loquitur: « Verbum erat Dei primogenitum e cœlo ad te delapsum, et homo primogenitus in utero formatus; ut primogenitum Verbum Dei primogenito conjunctum homini monstretur. » Horum vis verborum quanta sit, melius existimabit, qui nominum istorum, « Verbi, » et « primogeniti » potestatem expenderit. Eteuim Λόγον ejusmodi intellexit Hippolytus, de quo Joannes initio Evangelii loquitur. At Λόγος iste « Deus, et apud Deum in principio » exstitit; et « per eum omnia sunt facta [1]. » Non igitur creatus est, neque per alium Λόγον factus, ut Ariani postea fabulati sunt, eo ipso, quod primogenitus est. Ad hæc idem Hippolytus in alio libro Κύριον ἀναμάρτητον vocat Christum, id est *impeccabilem;* quod solius veræ, et increatæ Divinitatis proprium est.

Alia satis clara pro deitate Christi testimonia Hippolyti habentur inter plura ejus dicta a Theodoreto dialogo 2, tom. IV, pag. 88, et act. v concilii Lateranensis sub Martino I, anno 649, tom. X *Concilior.*, edit. Mansi, pag. 1079 allegata. Notatu quoque digna sunt ejusdem Hippolyti verba ex interpretatione psalmi II a Theodoreto adducta (56). Christum Deum appellavit sermone in Helcanam et Annam (57).

Divinæ omni-præsentiæ etiam attributum Christo ascripsit tractatu in Pascha, ex quo hæc citato *Concilior.* tomo, col. 1087, habentur verba : « Totus erat in omnibus et ubique, adimplens vero omnia, ad omnes aerios principatus nudus redispoliatus (sic) est, et ad parvum clamat transire calicem, ut ostendat vere, quia et homo erat. » Nota quoque dictum, ut egregie hic animadvertit Grabius, « et homo; » quoniam scilicet aliam insuper naturam habebat, et Deus erat.

Accedunt alia quoque ejusdem Hippolyti verba ex ejus in Genesim commentario. Et periit iste quidem commentarius; asservata tamen sunt quædam ejus fragmenta in Catenis, quæ vulgo dici solent, Patrum in dictum Moysis librum; quorum aliqua Romæ descripta Isaacus Vossius quondam doctissimo D. Joanni Millio, hic vero cl. Grabio communicavit. Atqui inter hæc in XLIX caput, vers. 22, υἱὸς ηὐξημένος Ἰωσήφ, sequentia habentur verba : « Quandoquidem unigenitum Dei Verbum Deus ex Deo exsistens (observa ipsius concilii Nicæni phrasin, uti supra *lumen de lumine*) exinanivit semetipsum juxta Scripturas, demittens semetipsum ultro in id quod non erat, et vilem hancce carnem induit, atque in servi forma apparuit, obediens Deo et Patri factus usque ad mortem [2], ea propter de cætero et superexaltatus esse legitur; et tanquam id proprie non habens propter humanam naturam, ac gratuiti instar doni accepit nomen super omne nomen [3], secundum B. Pauli verba, sed ex rei veritate; res ipsa tamen non erat donum eorum quæ ab initio naturaliter haud habuit (longe se res habet); verum potius reditus existimandus est, et recursus ad id quod a principio essentialiter et inseparabiliter ei inerat. » Et paulo post ad ista verba, εὐλογίας πατρὸς καὶ μητρός, ita commentatur (58) : « Clare atque manifeste ea pariter, quæ est ex Deo, et Patre generatio Unigeniti, ac quæ per sanctam Virginem facta est, indicatur, juxta quam creditur et visus est homo. Filius enim Dei et Patris naturaliter atque vere exsistens, propter nos sustinuit eam, quæ fuit per Virginem atque uterum generationem, et ubera suxit. Neque enim, ut quibusdam videtur, putative fuit homo, sed idem vere apparuit, quod nos sumus, qui naturæ leges sequimur, et nutrimento usus est, quamvis ipse mundo vitam daret. »

Omnibus his decretoriis auctoritatibus addi possunt alia duo loca ex scriptis S. Hippolyti, quæ expresse adeo divinitatem Filii Dei Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, ejusque consubstantialitatem, et coæternitatem cum Patre demonstrant, ut nihil magis desiderari queat. In tractatu *Adversus Noetum* hæc in Evangelii verba : « Ego et Pater unum sumus [4], » aperte declarat Patrem et Filium unum idemque esse, quia « unam eamdemque habent virtutem et potentiam (59); » et in tractatu *Contra Judæos* pariter expresse dicit Christum esse verum

[1] Joan. I, 1-3. [2] Philip. II, 7, 8. [3] Ibid., 9. [4] Joan. X, 30.

(55) Theodoret. *Dialog.*, 1, tom. IV *Opp.*, edit. Sirmond.

(56) Theodoret. *Dialog.*, 2, *Opp.*, tom. IV, pag. 89, apud Fabric., pag. 268, et apud Galland., pag. 486.

(57) Theodoret., *loc. cit.*, et apud Fabric., pag. 257; apud Galland., 496.

(58) Ex *Commentario* S. Hippolyti *in benedictiones Balaami* hæc citavit Leontius lib. I *Contra Nestorium et Eutychen* : « Ut demonstretur utramque quidem in se habere substantiam, scilicet Dei et hominum, sicut Apostolus ait : *Mediator* quidem *Dei et hominum homo Christus Jesus* (*1 Tim.* II, 5); *Mediator autem unius hominis non est* (*Gal.* III, 20), sed hominum : oportebat ergo ut Christus, factus mediator Dei et hominum, ab utrisque arrhabonem quemdam acciperet, ut appareat mediator duarum naturarum. »

(59) « Si autem dicat Noetus : Ipse dixit : *Ego et Pater unum sumus;* advertat animum et intelligat, quod non dixit : *Ego et Pater unum sum;* sed *unum sumus*. Illud enim (*sumus*) non dicitur de uno; sed sic dixit, quia duas Personas demonstravit, unam autem potentiam, sive virtutem. Una enim mens Patris est Puer (*Filius*)... Unde ad Philippum : *Philippe, qui vidit me, vidit Patrem* (*Joan.* XIV, 9); id est, si me vidisti, per me potes Patrem cognoscere. Per imaginem enim, quæ similis est, potest facile Pater cognosci. » S. Hippolyt., *Contra Noet.*, c. 7.

Digitized by Google

Deum (60), eumque Patri coæternum nominat (61). Et in Commentario jam laudato in Genesin eadem fere de coæternitate Filii habet. « Itaque qui ut homo, inquit S. Hippolytus, periculum subierat, a Patre salvatus esse affirmatur, quanquam natura sua exsistens Deus, κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεός, et universam ipsam visibilem creaturam in bono statu conservans... semper enim fuit in gloria divina, qui ante omne ævum, et tempus, et ante mundi jacta fundamenta proprio Patri coexsistit, τῷ ἰδίῳ συνυπάρχων γεννήτορι (62). Sane Ariani, qui adhuc supersunt, harum auctoritatum vim eludere quo pacto valeant, non video. Quis enim non agnoscet uti verum Deum, uti Patri consubstantialem, eum, qui ab æterno fuit in Deo Patre; quem Pater emisit, ut « lumen ex lumine, » ut « radium a sole, » ut « aquam ex fonte (63); » eum, qui eamdem habet cum Patre virtutem ac potentiam; qui est idem Deus cum universi conditore; qui in sua Persona potentiam Patris ostendit; qui est Deus et Dominus omnium; qui est vera Patris imago; in quo et per quem Pater seipsum manifestat; eum tandem, qui est infinitus, incomprehensibilis, omnipotens, subsistens et operans per seipsum, et est perfectus Deus, sicuti est perfectus homo? Si Ariana impietas contra hæc firma adhuc et sibi constans perseverat, nullo alio pacto poterit unquam everti.

Unus tamen locus adhuc superest, eximius plane, quem præterire religio est. Sic autem se habet : « Qualem igitur Filium suum Deus per carnem misit, nisi Verbum, quod a principio scilicet Filium vocavit, quia futurum erat, ut ortum caperet? Et cum Filius vocatur, commune nomen amoris erga homines sumit. Nec enim Verbum per se et sine carne, perfectus Filius erat, cum tamen esset Verbum, Unigenitus. Neque caro per se sine Verbo subsistere poterat, quia in Verbo subsistebat. Sic ergo unus Filius Dei perfectus manifestatus est (64). » Hunc autem locum quo maxime abutuntur Unitarii, atque plurimum se efferunt, egregie illustrat, ac strenue propugnat doctissimus Maranus his verbis : « Videtur, inquit, sanctus martyr ita locutus fuisse duplici potissimum de causa (65) :

« I. Quia Verbum, etsi perfectus Dei Filius erat ante incarnationem, ut patet ex ipso loco, ubi eum *Unigenitum* appellat Hippolytus, et ex multis aliis, in quibus de ejus generatione diserte disputat; nondum tamen erat Filius hominis. Hanc ipse interpretationem suppeditat. Observat enim Verbum ante incarnationem vocatum fuisse *Filium hominis*; unde colligit perfectum Filium non fuisse, cum nondum esset homo. His enim verbis : « A principio « Filium vocavit, commune nomen amoris erga ho« mines sumit, » Filius hominis clare designatur. Idque confirmari potest ex cap. 4 ubi sic loquitur Hippolytus : « Verbum enim caro erat, Spiritus « erat, Virtus erat. Unus commune nomen et in usu « apud homines sibi sumpsit, vocatus a principio Fi« lius hominis propter futurum, quamvis nondum es« set homo, sicut Daniel testatur, inquiens : *Vidi, et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat*[5]. » Cum Noetus metaphoras in Filii voce venaretur, et Patrem et Filium unam et eamdem Personam esse statueret; suscepta adversus hunc hæreticum disputatio postulabat, ut Verbum Hippolytus ante incarnationem non metaphorice, sed vere ob futuram ex Virgine generationem Filium hominis vocatum fuisse prætenderet, nec tamen perfecte Filium fuisse, quia nondum ex Virgine genitus erat.

« II. Non solum Verbum in Christo, sed etiam corpus et animam considerat Hippolytus; ac Verbum unitum carni, unum et perfectum Dei Filium existimat : ita ut Christus non solum quatenus Verbum, sed etiam quatenus Deus et homo, Filius sit Dei. Quemadmodum igitur caro sine Verbo Filius Dei esse non potest; ita Verbum sine carne, perfectum quidem Verbum erat et Unigenitus, sed unus ille perfectus Filius, ex Verbo, corpore et animo constans, non erat. Huc pertinet, quod ait cap. 4 : « Est igitur caro, quæ a Verbo Patris ob« lata, ut munus est; caro, inquam, quæ est ex Spi« ritu sancto, et Virgine, perfectus Filius Dei osten« sus. » In eamdem sententiam accipienda, quæ leguntur in libro genuino *De Antichristo*, cap. 3 : Αὐτὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, ὃ πάλαι μὲν Λόγος. « Ipse rursus Dei Filius, qui prius Verbum erat. » Hactenus V. C. Neque minus solide tuetur eumdem locum Gregorius Bullus contra Zwicharum *Irenici Irenicorum* auctorem in hæc verba disserens (66) : « Non ita insaniit Hippolytus, ut diceret (quod dixisse illum anonymus voluit) Verbo sive Unigenito quidquam intrinsecæ perfectionis revera accessisse ex carnis assumptione; imo contrarium aperte docuit. Nam primo diserte ait, Dominum nostrum perfectum fuisse Verbum et Unigenitum ante incarnationem. Deinde clare docet, Verbum

[5] Dan. VII, 13.

(60) Hæc omnia Christus œconomice tanquam homo precabatur, qui erat verus Deus, Θεὸς ὢν ἀληθινός. S. Hippol., *Adv. Judæos*, num. 4.

(61) Sed quare, o propheta, edissere nobis, cur templum devastatum est? An propter illam olim vituli fabricationem? an propter populi idololatriam? an propter sanguinem prophetarum? an propter adulteria et fornicationes Israel? Minime, inquit; in omnibus enim illis semper veniam et indulgentiam ferebant; sed quia Filium auctoris beneficiorum interfecerunt, ipse enim est coæternus Patri. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ τῷ Πατρὶ συναΐδιος. S. Hippolyt. *Demonstr. advers. Judæos*, num. 7.

(62) S. Hippolyt. *Comment. in Genes.*, tom. II, pag. 27, 28 et 29.

(63) Idem, *Contra Noet.*, num. 11.

(64) Idem, *Contra Noet.*, c. 15.

(65) Maran. *Divinit. J. C.* lib. IV, c. 13, § 4, p. 459.

(66) Bullus, *Defens. fid. Nicæn.*, sect. II, cap. 8, § 5, pag. 99.

Digitized by Google

sive Unigenitum adeo ex carne humana non melioratum esse, ut caro illa ipsam suam substantiam Verbo debeat. Quid ergo, inquies, voluit Hippolytus, cum ait Verbum et Unigenitum sine carne perfectum non fuisse Filium? Voluit, inquam, manifeste, τὸν Λόγον ante incarnationem non omni filiationis genere, ut ita dicam, defunctum fuisse, sive nondum fuisse omni modo, quo Pater voluit, Dei Filium. Scilicet Domino nostro triplicem nativitatem et filiationem attribuerunt veteres. Prima est, qua ut Λόγος ex mente Patris ab æterno natus fuit. Ex hac nativitate perfecta hypostasis divina exstitit; nec ipsi quidquam postea accessit, sed potius cæteræ nativitates συγκαταβάσεις fuerunt, sive condescensiones Filii Dei. Altera nempe nativitas est, qua ὁ Λόγος a Deo Patre, apud quem, cum nihil adhuc præter Deum exsisteret, adeoque ex æterno fuerat, κατ' ἐνέργειαν exivit, ac tanquam ex utero ejus prodiit, seque demisit ad condendum universa. Tertia demum nativitas tum fuit, cum idem ὁ Λόγος caro factus est, et e sinu Patris in uterum beatissimæ Virginis illapsus, homo ex ipsa natus est per inumbrationem Spiritus sancti. Hoc fuit τοῦ Λόγου extrema συγκατάβασις (a nobis hominibus, adeoque ab ipsis angelis æternum adoranda), qua peracta, perfectus Filius Dei factus est, hoc est, ut dixi, omni filiationis genere defunctus est: siquidem cæteræ filiationes, quæ humanam Christi naturam spectant, ex hac dependent, atque ex ipsa consequuntur. Hæc fusius explicabimus, inquit cl. Bullus, ad sectionem illam 3, de Filii τῷ συναϊδίῳ. »

Interim illud observandum est, inter ea, quæ *Irenici* auctor ex libro Hippolyti *Contra Noetum* adduxit, tanquam catholicæ, id est, Nicænæ fidei contraria, quædam esse, quæ illam ipsam fidem egregie confirmant. Hujusmodi est illud (67): « Cum alium dico (nempe Filium a Patre [68]), non duos Deos dico, sed tanquam lumen ex lumine, et aquam ex fonte, aut radium a sole: una enim virtus ex toto; totum vero Pater, ex quo virtus, Verbum: hoc vero mens seu sensus, qui prodiens in mundum, ostensus est Puer Dei (69). Omnia igitur per eum facta sunt; ipse solus ex Patre genitus. » Ubi Patrem et Filium, persona distinctos, unum tamen esse Deum inde probat, quod Filius non sit Deus a seipso, sed Deus de Deo, atque ex Patre, tanquam lumen ex lumine, et aqua ex fonte, et radius a sole prodeat, et Filium diserte eximit ex numero rerum a Deo factarum, illum solum ex ipso Deo Patre genitum pronuntians: quæ cum Nicæna fide ac confessione omnino conspirant.

Neque cuique offendiculo esse debet, quod ibidem Hippolytus Patrem dicat *totum*, Filium vero *virtutem ex toto*. Nam totum recte dicitur Pater, quia est πηγὴ θεότητος. Siquidem divinitas, quæ in Filio est et in Spiritu sancto, Patris est, quia a Patre derivatur. Apprime itidem catholica sunt, quæ mox ex eodem Hippolyti libro sophista affert, nempe hæc (70): « Pater mandat, Verbum perficit; Filius autem ostenditur, per quem Pater creditur. Œconomia consensionis redigitur ad unum Deum. Unus enim est Deus, qui mandat Pater, qui obedit Filius, qui docet scientiam Spiritus sanctus. Pater, qui est super omnia, Filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus. » Hic scilicet S. Hippolytus Patrem, Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum aperte docet, et unicuique Trinitatis Personæ omnipræsentiam tribuit, ac vim divinam, quæ cuncta pervadat. Quod vero Patrem dicit *mandare*, Filium *obedire*, in eo consentientes secum et similiter loquentes habet alios Patres orthodoxos, non modo Antenicænos, sed et qui post concilium Nicænum floruerunt... Quod itidem Patrem proprie super omnia esse dicit, id ad ἐξοχὴν illam Patris, qua Pater est, omnino referendum, quam Catholici omnes agnoscunt.

ARTICULUS V.

DE DIVINITATE SPIRITUS SANCTI, EJUSQUE PROPRIETATIBUS PERSONALIBUS.

Quoad Spiritum sanctum, omni possibili præcisione declarat idem sanctus episcopus et martyr, divinum hunc Spiritum esse tertiam Personam sanctissimæ Trinitatis, ut supra jam vidimus. Supponit vero idem auctor tres divinas Personas esse unum eumdemque Deum; ait quippe tres has Personas habere unam eamdemque potentiam, unam eamdemque virtutem: ergo supponit Spiritum sanctum esse Deum et esse Patri Filioque consubstantialem. Cæterum perspicue mentem suam prodit super hoc articulo cum ait, « hanc consensionem » trium divinarum Personarum « redigi ad unum Deum (71): Œconomia consensionis redigitur ad unum Deum. Unus enim est Deus, subjun-

(67) *Contr. Noet.*, num. 11.

(68) Justino martyri, quando Filius ἕτερόν τι a Patre esse dicitur, et Tertulliano, quando *Filium et Patrem esse aliud ab alio* affirmat, eadem, quæ Hippolyto mens, ut Personarum distinctionem ostendant, non ut ὁμοούσιον inficientur.

(69) Observat cl. Grabius S. Hippolyto solemne fuisse, Christum vocare τὸν Παῖδα τοῦ Θεοῦ, *Puerum*, sive potius *Filium Dei*; quod patet ex ejus demonstratione *De Christo et Antichristo*, num. 3, Αὐτὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, ὁ πάλαι μὲν Λόγος. Quæ verba sollicitius perpendens cl. Maranus in egregio opere, cui titulus: *Divinitas D. N. J. C.*, lib. IV, cap. 13, pag. 460, ea sic reddit: « Ipse rursus Dei Filius, qui prius Verbum erat. » Neque aliter hunc locum interpretatur Grabius ad Bulli *Defens. fid. Nic.*, pag. 101. Quid quod eadem loquendi ratione paulo post utitur sanctus martyr? Εἷς γὰρ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, quæ sic vertit ipsemet Conibefisius: « Unus enim est Dei Filius. » Ita scilicet S. Hippolytus aliique antiqui Patres Christum appellarunt ex Isaiæ XLII, aliisque locis, ubi Deus de ipso ait: Ἰδοὺ ὁ παῖς μου· quanquam παῖς ibi *servum* significet.

(70) *Contr. Noet.*, num. 14.

(71) Idem, loc. cit.

Digitized by Google

git, qui mandat, Pater; qui obedit, Filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus. » Aliter Deum unum intelligere non possumus, « nisi vere Patri, et Filio, et Spiritui sancto credamus : per hanc enim Trinitatem Pater glorificatur. » Ait insuper S. Hippolytus, nos adorare Spiritum sanctum (72) : « Spiritum sanctum adoramus. » Illi tribuit eamdem gloriam, eamdemque potentiam ac Filio, cujus Spiritus est : « Ipsi (Christo) gloria et potentia cum sacrosancto bono et vivifico ejus Spiritu (73). » Igitur certum ratumque est, juxta S. Hippolyti doctrinam, Spiritum sanctum esse Deum, sicuti et Pater Deus est, et Filius Deus est, illisque vere esse consubstantialem.

Proprietates personales Spiritus sancti. — Proprietates personales Spiritus sancti modo enumerat S. Hippolytus (74) : «Hic est Spiritus qui ab *initio ferebatur super aquas* [6], per quem movetur mundus, natura creata consistit, omnia vitam accipiunt : qui in prophetis operatus est, in Christum devolavit. Hic est Spiritus specie linguarum ignearum datus apostolis ; de hoc Gabriel ad Virginem : *Spiritus sanctus superveniet in te* [7], etc. Per hunc Spiritum Petrus beatam illam vocem effatus est : *Tu es Christus Filius Dei viventis* [8]; per hunc Spiritum firmata Ecclesiæ petra est. Tandem per hunc Spiritum, conjunctum cum aqua (baptismi), regeneratus homo vivificatur, ex servitute in libertatem transit, ex tyrannide ad regnum, ex corruptione ad incorruptibilitatem. » Hæc sunt notabiliora, quæ in divo Hippolyto occurrunt quoad tres divinas Personas.

ARTICULUS VI.

DE MYSTERIO INCARNATIONIS, ET DUARUM NATURARUM DISTINCTIONE IN CHRISTO.

Solus Filius incarnatus. — Non minus dilucide exponit sanctus Portuensis episcopus noster sanctissimum incarnationis mysterium, duasque in Domino nostro Jesu Christo omnino distinctas naturas, divinam nimirum et humanam, profitetur. Atque primo docet S. Hippolytus nec Patrem, nec Spiritum sanctum humanam carnem assumpsisse, sed Verbum Dei (75) : «Missus autem, inquit, non est alius, quam Verbum. » Divinum hoc Verbum descendit in sanctam Virginem Mariam (76), et ex ea est incarnatum, sumpta anima humana. « factus omnia quæcunque homo est, excepto peccato (77). » Hoc Verbum Dei appellatum est Dei Filius ab initio, quia in tempore inter homines nasci debebat : « Nec enim Verbum per se et sine carne Filius perfectus erat, cum tamen esset perfectum Verbum Unigenitus (78). » Hoc est, non est adeptus perfectam qualitatem Filii, nisi per unionem duarum naturarum, per quam et Filius Dei, et Filius hominis simul effectus est.

Unio duarum naturarum Christi in una sola persona. — Divinum Verbum, Dei primogenitum, unitum cum Virginis primogenito, est verus Deus et verus homo, perfectus Deus et perfectus homo. « Totus Deus ipse, totus homo idem ipse, totus Deus pariter natura, et homo idem ipse. Deitate quidem, divina per suam ipsius sanctissimam carnem, non exsistentia natura carnis, operans ; humanitate vero, humana, non exsistentia natura deitatis, deitatis indulgentia patiens. Nil divinum nudum corpore operatur, nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens ; servans sibimet modum secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ (79). »

Quod quidem factum est absque ulla mutatione hujus vel illius naturæ : « Habens cœleste, quod paternum erat, tanquam Verbum ; terrenum vero, tanquam ex vetere Adam, per Virginem incarnatus. Sic... Deus corporatus apparuit (80). Salvator ex ea (Maria) natus est sine confusione Deus et homo, ἀσυγχύτως Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. » Hæ postremæ loquendi formulæ excerptæ sunt ex quodam fragmento Commentarii, quod exaravit S. Hippolytus in Proverbia ; ibi enim explicans hæc capitis IX verba : *Sapientia ædificavit domum .....*, *miscuit*

[6] Gen. I, 2. [7] Luc. I, 35. [8] Matth. XVI, 16; Marc. VIII, 29; Luc. IX, 20; Joan. VI, 70.

(72) S. Hippolyt. *Adv. Noet.*, cap. 12.
(73) Idem, *Orat. in Theophan.*, num. 10.
(74) Idem, *ibid.*, num. 9.
(75) Idem, *Adv. Noet.*, num. 13.
(76) « Dic mihi, o beata Maria, quid erat a te in utero conceptum, et quid a te in matrice virginali gestabatur? Verbum erat Dei, primogenitus, qui e cœlis in te descenderat, et homo primogenitus in utero formatus, ut primogenitum Verbum Dei primogenito homini unitum ostenderetur. » Idem apud Theodoret. *Dialog.* 1, et tom. I *Opp.*, p. 267.
(77) « Credamus igitur, fratres, secundum traditionem apostolorum, quod Deus Verbum a cœlis descendit in sanctam Virginem Mariam, ut ex ea incarnatus, sumpta anima humana, rationis inquam participe, factus omnia quæcunque homo est, excepto peccato, salvaret Adam, qui ceciderat, et immortalitatem hominibus largiretur iis qui crederent in nomine suo. In omnibus igitur demonstratum est nobis Verbum veritatis, quod unus est Pater, cujus adest Verbum, per quod omnia fecit; quod posterioribus temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem et prophetas prædicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo prædicatum est, sic præsens seipsum manifestum fecit ex Virgine et Spiritu sancto novus homo factus : habens cœleste, quod paternum erat, tanquam Verbum ; terrenum vero, tanquam ex vetere Adam, per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus, Deus corporatus, Θεὸς ἐν σώματι, apparuit, egressus perfectus homo, ἄνθρωπος τέλειος. Non enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus homo : Οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπὴν, ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος. » S. Hippolyt. *Contr. Noet.*, num. 17.
(78) *Contr. Noet.*, num. 15.
(79) Idem, lib. *De theologia et incarnatione contra Beronem et Helicem*, num. 7.
(80) Idem, *Contra Noet.*, num. 17.

Digitized by Google

vinum [9-10], » eadem interpretatur de duabus Jesu Christi naturis, per vinum intelligens naturam divinam; per aquam vero naturam humanam (81). *Miscuit in poculo suo vinum* (inquit ille), *in Virgine divinitatem suam uniens cum carne, tanquam vinum merum ac purissimum*; sive, ut alibi etiam habet (82) : *Mortale corpus nostrum suæ admiscendo virtuti.*

Proprietates et operationes distinctæ duarum naturarum in Jesu Christo. — Cæterum inanis scrupulus esset opinari, Eutychianam hæresim designari hac voce μίξας, *admiscens*; præter enim superius recitata apertissima testimonia, innumera pariter hoc loco afferre possumus, quæ ab omni erroris suspicione super hoc articulo illum reddunt immunem. Etenim in tractatu *Contra Noetum*, peculiares proprietates operationesque tribuit duabus Christi naturis et quidem his verbis (83) : « Sic igitur humana sua non recusat, qui demonstrabatur esse Deus, cum... super pulvinum dormit, qui naturam habet insomnem, ut Deus.... cum ab Herode spernitur, qui totam terram judicaturus est... et a militibus illuditur is, cui astant millia milliuni, et decies centena millia angelorum. » In tractatu *Contra Beronem* expresse docet, incarnationis mysterium demonstrare duas substantias perfectas, divinam et humanam (84) : « Mysterium namque divinæ incarnationis... perfectæ deitatis et plenæ demonstrativum humanitatis; » et utramque naturam suas proprietates et operationes naturales absque ulla mutatione servasse : « secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter et humane operatus est : perfectionem per omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem servans; » atque ideo divinum Verbum miracula patrabat, caro vero patiebatur (85) : « Deitate quidem divina... operans; humanitate vero humana. »

In humanitate sua Salvator noster esurivit et sitivit; et in divinitate sua uno eodemque tempore adorabatur ab angelis (86) : « Humanam quidem ipsius naturam facile est agnoscere, quando esurit et sitit... Divina vero ipsius natura non obscure cernitur, quando ab angelis adoratur. » Uno verbo, operationes istæ adeo distinctæ sunt, juxta S. Hippolytum (87), quod Verbum, « nihil divinum corpore operabatur, nihil humanum divinitate gerebat. Verum licet mortuus est tanquam homo, tamen secundum divinitatis naturam mansit vivus (88). » Habes igitur duas Christi naturas formaliter distinctas, earumdemque distinctas operationes in divo Hippolyto assertas conspicis. Demonstrandum superest, vetustum hunc Ecclesiæ Patrem, unam agnovisse in Christo personam, unumque principium operationum omnium, quæ utrique naturæ conveniunt.

Id vero evidentissime constabit unicuique vel leviter attendenti quos superius attulimus textus, ut distinctionem duarum naturarum assertam a divo Hippolyto evinceremus; ex illis enim probe manifestum erit, quod licet duarum naturarum distinctio perspicue asseratur, nihilominus una tantum in Christo persona astruitur.

Unitas personæ in Jesu Christo. — Ipse quippe et perfectus Deus est, et perfectus homo; ipse prout Dei Verbum, divinam habebat naturam, prout vero Adæ filius, habebat naturam humanam : Deus incarnatus est, « Deus incorporatus; » et ille ipse est, qui natus est... Deus et homo : idem est, qui « ab Herode spernitur, et ab angelis adoratur; » qui « divina operatur et humana, » qui « moritur, et manet vivus. » Quomodo conciliari hæc possunt cum distinctione naturarum? Audi eumdem divum Hippolytum perbelle hoc explicantem (89) : « Secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter et humane operatus est... » Et alibi : « Sibimet modum servans secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti more (90). » Ex omnibus his quæ modo attulimus quoad incarnationem, inferendum est, divum Hippolytum in suis scriptis manifeste damnare tres primarias hæreses post ejus mortem exortas : Eutychianorum scilicet, Monothelitarum et Nestorianorum : primam quidem, dum astruit in Christo duas naturas distinctas; secundam vero, dum duas admittit voluntates in eodem Christo, duasque operationes, quæ duarum naturarum sunt propriæ; tertiam tandem, dum unitatem personæ in Christo tuetur.

Scopus incarnationis. Circumstantiæ incarnationis. — Finis ac scopus incarnationis fuit hominum

[9-10] Prov. IX, 2.

(81) Idem, in illud *Proverb.* IX, tom. I *Opp.*, pag. 282, et apud Galland., tom. II *Biblioth. PP.* colum. 488.

(82) « Quod enim Dei Verbum cum esset carnis expers, sanctam carnem ex sancta Virgine induit, tanquam sponsus sibi ipsam in crucis patibulo vestem contexens; quo nimirum mortale corpus nostrum suæ adunando virtuti, et corruptibile incorruptibili, infirmum forti miscens, homini qui perierat, salutem præstaret. » Idem, *De Antichr.*, num. 4.

(83) Idem, *Contra Noet.*, num. 18.

(84) Idem, *Adv. Beron. et Helic.*, tom. I *Opp.*, pag. 227 et 228, et apud Galland., colum. 467 et 468.

(85) Idem, *ibid.*, apud. Fabric., pag. 226, et Galland. col. 469.

(86) Idem, *in psal.* II, tom. I *Opp.*, pag. 268, et Galland., col. 486. Vide et apud Fabric., pag. 226, et tom. II, pag. 24, 27, 28, 45, et tom. I, pag. 263 et 264.

(87) Idem, *Contra Beronem*, num. 8, apud Galland., col. 469.

(88) Idem, *Comment. in Genesim*, tom I *Opp.*, pag. 24, et apud Galland., col. 478.

(89) Idem, *Contra Beron.*, tom. I, pag. 228, et apud Galland., col. 468, num. 4.

(90) Id., *ibid.*, pag. 230, et apud Galland., col. 469, num. 8.

Digitized by Google

salus (91); hinc « Verbum e cœlis descendit... ut... salvaret Adam, qui ceciderat, et immortalitatem largiretur iis qui crederent in nomine ejus... Neque caro per se sine Verbo subsistere poterat; quia in Verbo habebat subsistentiam, τὴν σύστασιν. Incarnato Verbo et facto homine, Pater erat in Filio, et Filius in Patre... Non per fictionem, sed vere factus est homo (92). » Hæc incarnatio peracta est in Virginis utero, operante Spiritu sancto : et error est opinari, Verbum aut aliunde quam de sinu Virginis carnem sumpsisse, aut carnem hanc de cœlo traxisse; cum ante incarnationem nullum corpus haberet, essetque purus spiritus. Prophetæ utique Filium Dei appellaverunt etiam Filium hominis, sed per anticipationem, scilicet propter futuram ejus incarnationem : « Vocatus a principio Filius hominis, propter futurum, quamvis nondum esset homo (93). » Et alibi : « Qualem igitur Filium suum Deus per carnem misit, nisi Verbum, quod a principio scilicet Filium vocavit, quia futurum erat ut ortum caperet? Et cum Filius vocatur, commune nomen amoris erga homines sumit (94). »

Christus ex semine David verus Deus omnes salvare vult. — Ex divi Hippolyti insuper doctrina colligimus, quod Deus omnes homines salvare velit (95), quod Dominus noster Jesus Christus sit verus Deus (96) Patri coæternus (97), ipse in Patre, et Pater in Christo sit (98); quod Pater omnem potestatem eidem dederit (99), et eumdem constituerit judicem ac regem omnium creaturarum in cœlis, in terris et in inferis; quod voluntas Patris sit ipse Christus (1). Dum vero de Filii temporali nativitate loquitur, in suspicionem venit S. episcopus Portuensis, quasi negare voluisset Christum Filium Dei ex David descendisse, ejusque ex semine factum; ait enim (2) : « Catulum leonis vocavit propheta [11], qui ex Juda et Davide secundum carnem factus est, non quidem ex Davidis factum semine, sed qui de Spiritu sancto concipiatur, et ex sancto germine e terra procederet. » Verum, ut optime Tillemontius notat (3), ex iis, quæ statim sequuntur, quisque perspicere potest, S. Patrem ex stirpe quidem Davidica ortum Jesum Christum agnoscere; ita tamen, ut neget ipsum ea ortum « ex Davidis semine » ratione vulgari, qua cæteri homines, quippe « qui de Spiritu sancto conceptus fuerit, et ex sancto germine e terra processerit. »

[11] Gen. XLIX, 9.

(91) S. Hippolyt., *Contra Noet.*, num. 17.
(92) Idem, *ibid.*, num. 16 et num. 4.
(93) Idem, *ibid.*, num. 4.
(94) Idem, *ibid.*, num. 15.
(95) « Omnes vult, omnes salvare desiderat. » S. Hippolyt., *De Antich.*, num. 3.
(96) « Hæc omnia Christus œconomice tanquam homo precabatur, qui erat verus Deus. » Idem, *Contra Judæos*, num. 4.
(97) « Filium auctoris beneficiorum interfecerunt, ipse enim est coæternus Patri : Τῷ Πατρὶ συναΐδιος. » Idem, *ibid.*, num. 7.
(98) « In quo autem est Deus, nisi in Christo Jesu, Verbo Patris, et mysterio œconomiæ, id est incarnationis?... Quod autem dixit, *in te est Deus*, ostendit mysterium œconomiæ, id est incarnationis, quod, incarnato Verbo et facto homine, Pater erat in Filio, et Filius in Patre, conversante Filio cum hominibus. » Idem, *Contr. Noet.*, num. 4.
(99) « Omnem potestatem ostendit, quæ a Patre data est Filio, qui cœlestium, terrestrium et infernorum rex omniumque judex creatus est. Cœlestium quidem, quod Verbum Patris ante sæcula exstiterit; terrestrium vero, quod homo inter homines natus est, ut a se ipse Adamum reformaret; infernorum autem, quod inter mortuos reputatus, sanctorum animabus prædicans, morte victor mortis exstitit. » Idem, *De Antichr.*, num. 16.
(1) « Voluntas Patris est Jesus Christus. » Idem, *Contr. Noet.*, num. 13.
(2) Hippolyt., lib. *de Antichr.*, num. 8.
(3) Tillemont, *Mémoir.*, tom. III, *not.* 6 *sur S. Hippolyt.*, pag. 313.
(4) « Dic mihi, o beata Maria, quid erat a te in utero conceptum, et quid a te gestabatur in virginali matrice? Verbum erat Dei. » Hippolyt. apud Theodoret., *Dialog.* 1, et tom. I *Opp.*, pag. 267.
(5) Idem in illud : *Sapientia ædificavit.* Proverb. IX, 1; tom. I *Opp.*, pag. 282.
(6) Vide articul. præcedent.
(7) S. Hippolyt., *Contra Beronem et Helicem*, num. 8, p. 469, apud Galland., et 250 apud Fabric.
(8) S. Hippolyti *Interpretatio in Danielem*, num. 6, pag. 101, in Daniele secundum LXX, Romæ, 1772.
(9) Hippolytus apud Fabric., tom. I *Opp.*, p. 268, et apud Gallandium, tomo II *Biblioth. PP.*, col. 496.

ARTICULUS VII.

DE BEATÆ MARIÆ VIRGINITATE ET MATERNITATE.

Quanquam sanctus Hippolytus nullibi beatissimam Virginem Mariam titulo *Deiparæ* (Θεοτόκος) insigniat, nihilominus tamen ejusmodi passim utitur loquendi formulis, ex quibus luce meridiana clarius patescit, sanctum episcopum beatam Virginem et Matrem Dei credidisse, et ut talem veneratum fuisse. Etenim disertis verbis profitetur, Mariam Dei Verbum in utero et concepisse et gestasse (4), « Salvatorem ex ea natum, et sine confusione Deum et hominem (5); » atque Jesum Christum esse verum Deum ac hominem (6).

Idem quoque sanctus Pater in beatissima Virgine Maria perpetuam illius virginitatem egregie commendat, dum ita scribit : « Universorum conditor ex sanctissima *semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem* sine conversibilitate substantians sibimet animam intellectualem cum sensitivo corpore, natura factus est homo (7). » Singularis autem S. Hippolyti erga Deiparam pietas, quæ hæreditario quodam jure ipsi cessit, quæve ex apostolo Joanne in Polycarpum, ex Polycarpo in Irenæum, ex Irenæo in Hippolytum, cæterosque fuit propagata, apparet ex hisce ejusdem præclaris verbis (8) : « Quo tempore adveniens Salvator ex Virgine (*arca* auro mundo deaurata, intus quidem Verbo, foris verbo Spiritu sancto) suum corpus mundo protulit; adeo, ut veritas demonstrata sit, et manifestata *arca*. » Paria autem ex Hippolyti scriptis in psalmum XXII servavit Theodoretus, *Dialog.* 1, pag. 36, tom. IV edit. Sirmondianæ (9) : « Porro autem arca ex lignis quæ putrescere non

Digitized by Google

poterant, erat ipse Salvator. Per hanc enim putredinis et corruptionis expers ejus tabernaculum significabatur, quod nullam peccati putredinem genuit... Dominus autem a peccato alienus erat, et ex lignis putrefactioni non obnoxiis secundum hominem, hoc est, ex Virgine et Spiritu sancto, intus et foris tanquam purissimo Verbi Dei auro circumtectus. » Eadem fere e sancto Irenæo habet sanctus Joannes Damascenus contra Jacobitas.

ARTICULUS VIII.

DE BAPTISMO ET EUCHARISTIA.

Baptismi effectus. — Sanctus martyr ac episcopus Hippolytus suis in scriptis de duobus duntaxat sacramentis, Baptismo nimirum et Eucharistia, mentionem fecit; verum reliqua nullibi expresse e sacramentorum numero exclusit. Docet autem per sacramentum Baptismatis nos obtinere immortalitatem et vitam spiritualem, a servitute ac captivitate dæmonis nos liberari, et inducre adoptionem filiorum Dei. « Pater igitur immortalitatis, inquit (10), immortalem Filium ac Verbum in mundum misit, qui venit ad homines, loturus eos aqua et Spiritu, et regeneraturus ad animæ corporisque incorruptibilitatem, inspiravit in nos spiritum vitæ, et incorruptibili armatura induit. Si igitur homo factus immortalis est, Deus etiam erit. Si vero per aquam et Spiritum sanctum a regeneratione ex lavacro Deus fit, comperietur etiam post resurrectionem e mortuis *cohæres Christi esse.* Igitur præconis voce proclamo : Venite, omnes tribus gentium ad Baptismatis immortalitatem : *Vitam vobis*, qui in ignorantiæ caligine versati adhuc estis, *fausto significo nuntio; venite ex servitute in libertatem, ex tyrannide ad regnum, ex corruptione ad incorruptibilitatem.* Et quomodo, inquit, veniemus ? Quomodo? *per aquam et Spiritum sanctum. Hæc est aqua cum Spiritu conjuncta, qua paradisus rigatur, terra pinguescit,* atque ut omnia compendio amplectar, *per aquam generatus homo vivificatur*, qua Christus baptizatus est, in quam Spiritus sanctus columbæ specie descendit. ... Accede ergo, et regenerare, o homo! ad adoptionem filiorum Dei. Et quomodo?inquit. Si non adulterium nec cædem commiseris, nec idola colueris (11), id est, habitum et affectum ad hæc, et alia crimina fructum Baptismi impedientia abjeceris : si non vincaris a voluptate, si non committas, ut affectus superbiæ tibi dominetur; si sordes impuritatis abstergas, et onus peccati a te abjicias ; si exuas armaturam diaboli, et induas fidei thoracem [12]. Sicut Isaias, cap. 1 : « Lavamini, inquit, et quærite judicium, eripite oppressum, judicate orphano, absolvite viduam, et venite, et disceptemus, ait Dominus. Et si sint peccata vestra sicut puniceus pannus, ut nivem dealbabo; sique fuerint ut coccinum, dealbabo ut lanam. Et quando vultis vocem meam audire, bona terræ comedetis. » Vides, dilecte, quomodo propheta baptismi vim purgativam prædixit; qui enim cum fide in hoc regenerationis lavacrum descendit, renuntiat malo, et Christo se addicit. Hostem abnegat, ac Christum Deum esse confitetur; servitutem exuit, induit adoptionem; redit ex baptismo splendidus, ut sol radios justitiæ effulgurans. Quod vero maximum est, revertitur Filius Dei et Christi hæres. »

Fructus baptismi Christi. — Enumerat paulo supra fructus baptismi Salvatoris nostri Jesu Christi hoc modo (12) : « Vides, dilecte, quot et quantorum bonorum jacturam facturi fuissemus, si Joannis monitioni Dominus cessisset, et Baptismum non suscepisset. Clausi enim erant antehac cœli, inaccessa supera regio... Statim autem aperti sunt cœli ipsi. Reconciliatio facta visibilium cum invisibilibus, cœlestes ordines gaudio sunt impleti, Satanæ in terris ægritudines, res absconditæ, quæ erant, patefactæ sunt, quæ hostium erant in numero, reddita fuere amica. »

Realis Christi in Eucharistia præsentia. Noster panis est Dominus noster Jesus Christus. — Eucharistia, prout docet S. Hippolytus, est sacramentum, quo Jesus Christus divinam ipsius carnem, ac venerabilem ejus sanguinem dedit nobis edendum bibendumque in remissionem peccatorum (13). En apertum veteris hujus doctoris testimonium, quo realis Christi præsentia in sanctissimo Eucharistiæ sacramento contra Calvinistas invictissime demonstratur. Huc spectant etiam, quæ legimus in fragmentis ejus *Commentarii in Genesim* ad ea Scripturæ verba : *Pinguis ejus panis, et ipse dabit delicias principibus* [13]. « Hoc figuram vocationis nostræ interpretamur, ait S. Hippolytus; quod enim pingue, lautum est. Quinam vero panis lautior nostro? Noster enim panis Dominus est, ut ipse ait :

[12] Ephes. VI, 14. [13] Gen. XLIX, 20.

(10) S. Hippolyt. *Homil. in Theophan.*, num. 8, pag. 264, apud Fabric., tom. I *Opp.*, et apud Galland., tom. II, col. 494.

(11) En tria illa capitaliora, et apud primos Christianos expertia propemodum veniæ crimina, idololatriam, homicidium et adulterium. Prima fronte illa S. Hippolyti verba : « Accede igitur, et regenerare, o homo... Si non adulterium, nec cædem commiseris, nec idola colueris, » videri possent a Baptismi gratia eos abigere, qui talium criminum rei sunt. Si vero hujus Patris mens attente perpendatur, omnis illico evanescet difficultas; primo enim omnes gentes ad hoc sacramentum invitat : « Venite, omnes tribus gentium, ad Baptismatis immortalitatem; » quod sane et idolorum cultores, et adulteros, etc., præsupponit. 2° Nullum est crimen, quantumvis enorme, quod divino hoc sacramento non deleatur juxta Isaiæ textum, quem de Baptismo interpretatur S. Hippolytus, uti supra vidimus. Ergo sacramentum hoc delet idololatriam, adulterium, etc. Igitur sanctus martyr id unum intendit, oportere scilicet abjicere habitum et affectum ad hæc crimina, uti et ad cætera omnia, ut Baptismi gratia obtineatur; quod quidem verum est, et cum Ecclesiæ doctrina apprime congruit.

(12) Idem, loc. cit., num. 6.

(13) Idem, tom. I *Opp*, pag. 282, et apud Galland., tom. II, pag. 488.

Digitized by Google

Ego sum panis vitæ [15]. Ecquis vero alius dabit cibum principibus, quam Dominus noster Jesus Christus? Non tantum iis qui credunt e gentibus, sed etiam ex circumcisione, qui principatum tenent in fide, hoc est patribus et patriarchis, et prophetis, omnibusque credentibus in nomen ejus ac passionem (14). »

Eucharistia corpus Christi et sacrificium mundum ac incruentum. — Hoc corpus, ac venerabilis sanguis quotidie super nostra altaria offeruntur in memoriam primæ cœnæ (15) : « Quæ in arcana et divina mensa, inquit S. Hippolytus, quotidie perficiuntur et sanctificantur, in memoriam nunquam non recolendæ memoriæ primæ illius divinæ et arcanæ cœnæ. » In opere, quod inscribitur *De charismatibus traditio apostolica*, Eucharistiam vocat sacrificium mundum ac incruentum ab episcopis et presbyteris duntaxat offerendum. En illius verba (16) : « Primus igitur natura Pontifex unigenitus Christus non sibi honorem rapuit, sed a Patre constitutus est; qui factus homo propter nos, et spirituale sacrificium offerens ipsi Deo ac Patri ante passionem, *nobis constituit solis hoc facere*, licet nobiscum essent alii consimiles quoque, qui in eum crediderunt : verum non statim ac aliquis credidit, *jam et sacerdos constitutus fuit, aut dignitatem pontificalem obtinet*. Sed post assumptionem illius nos juxta ejusdem constitutionem *offerentes sacrificium mundum ac incruentum elegimus episcopos et presbyteros* et diaconos numero septem. *Ex his* (septem) unus erat Stephanus, beatus martyr... Nusquam cernitur iis usus esse (Stephanus), quæ officio diaconi non convenirent; *non sacrificium obtulisse, aut manus cuipiam imposuisse*, sed diaconi ordinem usque ad finem custodisse. » Desumpsimus hæc ex Διδασκαλία apostolorum, quæ vulgo S. nostro Hippolyto ascribitur.

ARTICULUS IX.

DE NATURA ANGELORUM ET ANIMARUM, RESURRECTIONE MORTUORUM, EXTREMO JUDICIO, PRÆMIO AC SUPPLICIO PROBORUM ET IMPROBORUM, MUNDIQUE INTERITU.

Status hominum post resurrectionem. Angeli et animæ immortales ac incorruptibiles. — Sanctus Hippolytus statum hominum post resurrectionem ita depingit : « Erunt, inquit S. Hippolytus, homines in resurrectione sicut angeli Dei, nimirum corruptionis expertes, immortales, nihil defluxu aliquo deperdere soliti; nam immortalis natura non generat, non generatur, non augetur, non dormit, non esurit, non sitit, non fatigatur, non patitur, non moritur, neque a clavis et lancea perforatur, non sudat, non fundit sanguinem. » Ejusmodi naturis constant angeli, et animæ corporeis vinculis exsolutæ; ambæ enim istæ naturæ sunt alterius generis, et diversæ a creaturis hujus mundi, quæ sub aspectum cadunt, et corruptioni subjiciuntur (17).

Ex his clarissime eruitur, divum Hippolytum agnovisse animam natura sua immortalem; et angelos uti substantias pure spirituales, et a materia omnino secretas : quæ quidem duæ essentiales veritates aliqua involvuntur obscuritate in omnibus ferme scriptoribus sacris, qui ante ipsum floruerunt.

Resurrectio generalis. — Animæ quoque immortalitatem diserte astruit vetustus hic Pater, dum resurrectionem generalem adversus Platonem probat ita disserens : « In quo continentur omnium animæ, usque ad tempus quod Deus determinavit, tunc *omnium resurrectionem facturus*, non animas ex corpore in corpus aliud detrudendo, sed eadem ipsa corpora iterum excitando. Quæ dissoluta videntes, si fidem denegatis, o Græci, discite non esse increduli. *Animam enim credentes factam, et immortalem a Deo* conditam secundum sententiam Platonis, in tempore; non debetis non credere, quod Deus potens est, ex iisdem elementis compositum et factum, ad vitam illud revocans, immortale reddere : illud enim possibile, hoc vero impossibile non dicetur de Deo. Nos ergo credimus corpus resurrecturum. Si enim corrumpitur, non omnino perditur; terra enim recipiens illius reliquias, illas servat, et efflorescunt factæ instar seminis, et terræ pinguedini implicatæ, et immersæ; et seminatum quidem granum, nudum seminatur, ad imperium vero Dei Creatoris florens, indutum et gloriosum exsurgit, non ante quam moriens dissolvatur, et terræ commisceatur. Adeo ut non vane credamus resurrectionem corporum. Nam etiamsi ad tempus solvatur corpus, propter primam ab initio transgressionem perpetratam; tanquam in conflatorio terræ mandatur, rursum aliquando reformandum : non tale, quale nunc, resurrecturum, sed purum, et non amplius corruptioni obnoxium. Et cuilibet corpori sua propria anima reddetur; et illo induta, non mœrore marcescet, sed cum illo gaudebit, pura purum inhabitans. Cui nunc in mundo juste comes facta, et non habens in ulla re illum insidiatorem, rapietur, et accipietur cum omni gaudio. Injusti vero non immutata assument

[15] Joan. VI, 35, 48.

(14) Hippolyt., Fragment. ex *Commentar. in Genesin*, tom. II, pag. 28, et apud Galland., *l. c.*, col. 481.

(15) « Et *paravit mensam suam*, promissam sanctæ Trinitatis cognitionem, nec non venerandum sanctumque ejus corpus, ac sanguinem, quæ in arcana, et divina mensa quotidie perficiuntur, et sacrificantur in memoriam nunquam non recolendæ memoriæ primæ illius, et divinæ et arcanæ cœnæ. » S. Hippolyt., in illud Proverb. IX, 1 : *Sapientia ædificavit*; Fabr., tom. I *Opp.*, pag. 282, et apud Galland., tom. II, col. 488.

(16) Tom. I *Opp.* S. Hippolyt., apud Fabric., pag. 258 et 259, et apud Galland., tom. II, col. 512 et 513.

(17) S. Hippolyt., tractat. *De resurrectione*, tom. I *Opp.*, pag. 244, et apud Galland., tom. II, col. 495.

Digitized by Google

corpora, nec liberata affectibus et morbis, neque illa glorificata accipient, sed in iis, quibus finierunt vitam, morbis, et quales in incredulitate vixerunt, tales certe judicabuntur (18). » Ex his colligitur sanctum nostrum episcopum conformiter sacræ Scripturæ docuisse unumquemque cum proprio corpore esse resurrecturum; corpora justorum gloriosa, impassibilia, corruptionis expertia fore, et una cum anima beata æternitate fruitura esse; econtra autem corpora impiorum non immutatum iri, iisdemque morbis ac infirmitatibus obnoxia fore, quibus in hoc sæculo fuere obnoxia.

Idem corpus resurget. — In Epistola ad Severinam tradit hic S. Pater, nixus auctoritate S. Pauli, idem corpus resurrecturum. « Primitias igitur hunc (Christum) nominat (Paulus I Epist. ad Corinth. xv, 20) dormientium, et primogenitum ex mortuis [15], qui resurgens et volens ostendere, quod idem hoc esset resuscitatum, quod et mortuum fuerat, dubitantibus discipulis accersens Thomam dixit [16] : Accede huc, tange, et vide, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me vides habentem. Idem (Paulus) in eadem Epistola appellans ipsum primitias [17], testimonium nostræ asseverationi perhibuit, quod ex eadem massa carnem assumptam Servator resuscitavit, faciens eam primitias carnis justorum, ut omnes credentes fiducia hujus resuscitati exspectemus futuram resurrectionem (19). »

Judicium extremum. — De extremo judicio agit S. Hippolytus tum in libro *De Antichristo*, tum in tractatu *adversus Platonem*. In hoc scribit de illo : « Quod omnes, sive justi sive injusti, ducentur coram Deo Verbo : illi enim *Pater omne judicium dedit* [18], et illæ voluntatem Patris implens judex adveniet; ille, inquam, quem nos Christum vocamus : neque enim Minos, aut Rhadamanthus sunt judices, ut secundum vos, ethnici; sed ille, quem Deus et Pater glorificavit, de quo alibi particulatim disseruimus in gratiam eorum qui quærunt veritatem; ille ipse justum judicium Patris in omnes exercens ordinabit, quod æquum et justum erit, unicuique secundum opera : *cujus judicio sistentur omnes, homines, angeli* (dæmones), et unanimes vocem emittent : Justum est judicium tuum (20). »

Præmium bonorum, et pœna malorum. — « Hujus vocis æquitas, prosequitur S. Hippolytus, apparet *in retributione in utroque, cum benefacientibus juste fruitio æterna præbeatur, malorum vero cupidis æternum supplicium distribuatur, et expendatur. Et hos manet ignis inexstinguibilis, et qui nunquam finietur, et vermis igneus non moriens* [19], non corpus corrumpens, sed irrequieto dolore ex corpore effervescens et ebulliens : illis somnus cessationem et quietem non conciliabit, non nox leniet et mulcebit dolores, non mors supplicia solvet. Non juvabit exhortatio affinium intercessorum; nam justi non amplius ab illis videbuntur, et non sunt illorum memoria digni. Soli enim justi operum justorum erunt memores, per quæ pervenerunt ad regnum cœleste, in quo nec somnus, nec dolor, nec corruptio, nec sollicitudo, nec nox, nec dies tempore mensurata, nec sol necessitate quadam per circulum cœli cursum suum agitans, non lunæ decursus et incrementum, quæ temporum mutationes inducit, et terram madidam reddens. Non sol ardens, non Ursa versatilis, non Orionis ortus, non astrorum errores innumeri, non invia terra, non inventu difficilis paradisi aula, non molestus maris fremitus, impediens, quominus a vectore pedibus calcetur; justis enim et ipsum pervium, etiamsi humido non privetur. Cœlum non erit inaccessum hominibus, et via, qua ascendi et scandi possit, non talis erit, quæ non possit inveniri. Non terra rudis et inculta, et hominibus laborem, et molestiam creans, sed sponte fructus progeminans ad cultum et ornatum. Non iteratæ ferarum generationes, neque aliorum animalium effervescens et ebulliens substantia; neque enim homines tunc rursus generant, sed manet indesinenter numerus justorum cum justis angelis, et spiritibus. His verbis obtemperate, et illa credentes, o homines! eritis justorum consortes, et futurorum bonorum potiemini, quæ neque vidit oculus, neque auris audivit, neque ascenderunt in cor hominis, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum [20]. »

In libro autem *De Antichristo*, num. 63, ex Novi et Veteris Testamenti Scriptura probat S. Hippolytus resurrectionem generalem, præmia et supplicia hominum. Numero autem 64, ita de interitu mundi loquitur : « His itaque futuris .... » ac jam mundi universi « appetente consummatione, quid reliquum est, quam ut Dominus et Salvator noster Jesus Christus Deus in cœlis appareat, in quem speravimus? Qui conflagrationem, justumque judicium cunctis inducturus sit, qui in eum non crediderunt. »

ARTICULUS X.

DE ANTICHRISTO.

Origo Antichristi. Ejus nomen. — Pro hujus capitis coronide quædam afferemus divi Hippolyti loca circa Antichristum. Nebulonem hunc ex tribu Dan nasciturum docet sanctus iste episcopus (21), suamque sententiam firmare studet auctoritate

[15] Coloss. I, 18. [16] Luc. XXIV, 39. [17] I Cor. XV, 23. [18] Joan. V, 22. [19] Isa. LXVI, 24; Marc. IX, 44, 45. [20] I Cor. II, 9.

(18) S. Hippolyt., lib. *adv. Græcos et Platonem*, num. 2, tom. I *Opp.*; Fabric., pag. 221, et apud Galland., colum. 452.

(19) S. Hippolyt., apud Theodoret., dialog. 2, pag. 155; apud Fabric., tom. I *Opp.* pag. 92, et Galland., tom. II, col. 499.

(20) S. Hippolyt., *adv. Græc. et Platonem*, apud Fabric., tom. I, pag. 222, et apud Galland., tom. II *Bibl. PP.*, num. 3, col. 453.

(21) S. Hippolytus, lib. *De Antichristo*, num. 14.

Digitized by Google

Scripturarum, et præcipue Genesis cap. XLIX, v. 17, et Jeremiæ cap. VIII, v. 16. Verum opinio hæc ad summum ut simplex conjectura proferri potest; hanc quippe retulisse, refutasse est, ut quilibet probe dignoscet, si vel leviter perpendere velit duo illa Scripturæ testimonia, quibus ejus opinio, tota quanta est, innititur. Quoad Antichristi nomen, ea sancto Hippolyto opinio stetit, hoc designari illis Apocalypsis verbis (22) : *Et numerus ejus sexcenti sexaginta sex* [21] ; et licet definire non audeat sanctus episcopus, quodnam nomen ex hoc numero emergere possit, nihilominus ex conjectura opinatur (23) post S. Irenæum, impostorem hunc fortasse appellari debere hoc nomine : *Titan* sive *Evanthas*, sive *Latinus;* quæ quidem conjectura, æque ac prima, futilis est.

Tempus Antichristi. — Non æque nutat, quod docet idem sanctus martyr de tempore Antichristi adventus ; docet quippe (24) hunc iniquitatis virum in fine mundi venturum esse ; quod et communiter docet Ecclesia. Cæterum non ille sum ego, qui assentiri possim D. Hippolyto quædam Scripturæ testimonia de præciso Antichristi adventu interpretanti ; veluti cum ait (25), Antichristum venturum in postrema septuaginta hebdomadarum Danielis : constat enim, ut alibi jam vidimus, hebdomadam hanc finem habuisse in primo Jesu Christi adventu, quo peracto circumstantiæ omnes notabilissimæ impletæ sunt, quas impleri debere in illa hebdomada Scripturæ nuntiaverant. Extunc quippe urbs inclyta Jerusalem destructa fuit, templum eversum, sacrificium abolitum, abominatio desolationis fuit in loco sancto ; quemadmodum ecclesiastica narrat historia ex fide ipsorum Hebræorum, qui, cum propriis oculis calamitates illas conspexissent, litteris consignarunt.

Enoch et Elias. — Nec ultra conjecturæ fines vagatur altera hæc S. Hippolyti opinio (26) ; Enochum scilicet et Eliam prophetas per dimidium septuagesimæ hebdomadæ pugnaturos cum Antichristo ; nec non insumpturos in prædicatione « bis mille, bis centum sexaginta dies; » quod æque incertum est. Enoch et Elias apparebunt utique Antichristi ætate, homines ad pœnitentiam cohortantes, sicuti eodem loco noster hic auctor docet. Verum, quonam præcise tempore apparebunt? Quot diebus terram habitabunt? Vanæ ac inutiles quæstiones sunt istæ, quarum certam solutionem latere nos voluit Spiritus sanctus, sicuti et determinatum tempus quo omnia consummabuntur; quod tempus nihilominus ad exitum sexti millenarii ab eodem S. Hippolyto præfigitur. Ex quibus sane peculiaribus divi Hippolyti opinionibus probe conjicimus, eum in exponendo litterali Scripturarum sensu parum admodum excelluisse.

Characteres Antichristi. — Felicioribus ventis mare istud enavigat, cum docet (27) seductorem hunc, ut facilius homines decipiat, venturum esse quibusdam notis ac signis distinctum, quæ in sacris litteris Jesu Christo tribuuntur ; seductor enim, ut ait sanctus Hippolytus, per omnia similis videri vult Filio Dei. « Leo quidem Christus, ex sacris Scripturis; et ex iisdem Scripturis leo Antichristus. Rex Christus; ac rex Antichristus. Exhibitus est Salvator ut agnus ; ipse quoque pariter ut agnus apparebit. Misit Dominus apostolos in omnes gentes ; mittet et ipse perinde pseudoapostolos. Congregavit Salvator oves, quæ dispersæ erant ; ipse quoque pariter populum congregabit, qui dispersus est. Dedit Dominus fidelibus suis signaculum ; ipse quoque similiter dabit. Apparuit Salvator hominis habitu ; ipse quoque in hominis habitu veniet. Excitavit Salvator, ac sanctam domum suam ut templum fecit ; ipse itidem templum lapidibus constructum Hierosolymis excitabit. » Hi sunt, juxta S. Hippolytum, characteres qui in speciem Jesu Christo et Antichristo communes erunt ; quibus aliud adjungit (28), non æque certum ; quod scilicet, cum Salvator venerit in circumcisione in mundum, veniet et ille similiter.

Hoc autem pacto a vero Christo secerni poterit seductor ille : erit quippe politicus tyrannus, qui omnium tormentorum (29) genere animadvertet in eos, qui illius doctrinam sectari abnuent ; insuper falsis promissionibus allicere tentabit ; per summam arrogantiam divinos honores exquiret (30) : quem tandem Dominus humiliabit, et pœnam infliget nimiæ illius superbiæ debitam. Jesus Christus eum exterminabit spiritu oris sui (31) ; et deinceps veniet judicare omnes homines. Hæc sunt notabiliora, quæ in divo Hippolyto quoad dogma deprehendere potui.

[21] Apoc. XIII, 11.

(22) S. Hippolyt. lib. *De Ant.*, num. 48.
(23) Idem, *ibid.*
(24) Idem, *ibid.*, num. 19.
(25) Idem, *ibid.*, num. 43 et seqq. Captatio hæc certi temporis Antichristi, ut et Christi ad judicium venturi, omnino cavenda, quod nosse hæc mortales Providentia noluerit. Videndus S. Chrysostomus, homil. 2 adv. Judæos, et Hieronymus in Danielis IX, aliique ibidem.
(26) S. Hippolyt., lib. *De Antichristo*, num. 43.
(27) Idem, *ibid.*, num. 6 et seqq.
(28) Idem, *ibid.*, num. 6.
(29) Idem, l. c., num. 25.
(30) Idem, l. c., num. 52 et seqq.
(31) Idem, l. c., num. 63 et II Thessal. II, 1.

Digitized by Google

CAPUT II.

OBSERVATIONES MORALES ET DISCIPLINARES.

ARTICULUS I.

PUNCTA MORALIA QUÆDAM.

Caute ac cum metu veritates religionis tradendæ sunt. — Sanctus noster episcopus initio sui tractatus *De Antichristo* lectionem præbet iis summe necessariam, quibus Deus indolem ac dotem cæteros docendi largitus est. In eo posita autem est hæc lectio (32), quod scilicet religionis veritates facile non tradant iis, qui ad earumdem abusum proni sunt ac dispositi, sed piis solummodo hominibus, qui in timore Dei vivunt, in sanctitate et justitia. Illi ipsi, qui docent, docere debent cum metu, nec cœlestia eloqui debent, nisi charitas urgeat : hinc ipse gentium Apostolus cum metu et caute de mysteriis fidei loquebatur; quia cum tunc temporis nec omnes homines crederent, nec toti terrarum orbi fides illucesceret, justa formidinis causa illi non deerat, fore ut hæc mysteria indignis et ad contemptum summe dispositis innotescerent; ideoque Timotheo discipulo suo etiam atque etiam commendat, ut non tradat veritates a se jam acceptas, nisi piis ac religiosis viris, qui alios possint easdem veritates docere. « Cum igitur beatus Apostolus, subjungit S. Hippolytus, hæc caute ac cum metu traderet, ... videns scilicet spiritu, non esse omnium fidem; quanto res nobis majoris periculi fiet, si temere nullaque ratione profanis hominibus atque indignis tradiderimus divina eloquia! » Hanc summe necessariam moralis partem confirmat doctrina et praxis summorum virorum omnium, qui in Ecclesia floruerunt. Observandum præterea, quod ex laudatis S. Hippolyti verbis invictum « pro disciplina arcani » primis Ecclesiæ sæculis sancte custodita, argumentum deducatur.

Quo pacto oportet legere ac intelligere divinas Scripturas. — Qui in Scripturarum sacrarum lectione operam locant suam, duo præ oculis habere debent. 1° Ex sacris his libris modum cognoscendi Deum, eidemque famulandi eruere debent, cum ex his fontibus solummodo hæc hauriri possint; 2° in id summopere incumbere debent, ut verum earumdem Scripturarum sensum percipiant, et abhorrere ab omni interpretatione ad arbitrium conficta, vel quæ peculiari nostro spiritui, nostrisque passionibus sit conformis, uno verbo, nullam Scripturis vim inferre debent : « Non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes in ea, quæ ab eo data sunt; sed quomodo ipse (Deus) per sanctas Scripturas docere voluit, sic intelligamus (33). » Quæ quidem verba attendere deberent hæretici nostri hujus sæculi, nec non multi qui inter Catholicos male vivunt.

Cum de mysteriis agitur, curiosius non inquirendum. — Nec minoris est utilitatis id quod docet alio loco idem S. Hippolytus (34) : scilicet, cum de mysteriis agitur, curiosius non inquirendum. Exemplum proferamus ab eodem excerptum, quod est de generatione Verbi : « Sed dicet mihi aliquis (verba sunt S. Hippolyti) : Quomodo Verbum genitum est? Explicationem hujus mysterii quomodo petis tu, qui modum generationis humanæ non potes perfecte efferre? Non satis est tibi scire quod Deus mundum condidit, nisi audeas inquirere quomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere, quod Filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id credis; sed insuper quomodo genitus est secundum spiritum curiose indagas? Atqui generationem ejus secundum carnem enarrare non pluribus quam duobus (Matthæo et Lucæ) concreditum est: et tu audes generationem secundum spiritum scrutari? « Quam generationem apud se Pater servat, reve- « laturus tunc sanctis, qui ut faciem ejus videant « digni erunt. » Satis habe, quod a Christo dictum est : *Quod natum est ex spiritu, spiritus est* [a], ... Sufficiant hæc testimonia fidelibus veritatis studiosis; infideles enim nulli credunt. »

Charitas Christiana. Figuræ Ecclesiæ. — Charitas Jesu Christi est anima Ecclesiæ, et est veluti vinculum quo fideles uniuntur. Per hanc charitatem, sicuti et per fidem, Ecclesia recipit Baptismum: « Ecclesia per fidem .... et charitatem in Deum, ... recipit lavacrum regenerationis (35). » Qui post susceptum Baptismum transgrediuntur Dei mandata, vel religioni Christianæ nuntium mittunt, æternam propriæ animæ mortem inferunt. Peccatum mors est animæ, inquit sanctus hic Pater (36), præsertim autem mœchia; quia enim anima Christo copulata discessione a fide in perennem traditur mortem, ad ejus rei fidem violato quoque corporalium nuptiarum fœdere perversisque thalamis lex pœnam mortis indixit. In sancto Hippolyto variæ quoad Ecclesiam comparationes ac similitudines occurrunt; in primis comparat eam navi fluctibus pelagi jactatæ, quæ tamen naufragio haud perit, quia a Christo gubernatur. En elegantem hujus comparationis descriptionem ab Hippolyto adornatam (37): « *Alæ navium* sunt *Ecclesiæ*, *mare mundus*, in quo Ecclesia fluctibus jactatur, *nec tamen naufragio perit*, quippe cum solertem gubernatorem *Christum* secum habeat; fert vero etiam in medio

[a] Joan. III, 6.

(32) S. Hippolyt., lib. *De Antichr.*, num. 1.
(33) Idem, *adv. Noet.*, num. 9.
(34) Idem, *ibid.*, num. 16.
(35) Idem, lib. *De Antichristo*, num. 59.
(36) S. Hippolyt., tractat. *in Susannam*, apud Fabric., tom. I Opp., pag. 276, et apud Galland., t. II, colum. 445.
(37) S. Hippolyt., lib. *De Antichr.*, cap. 59.

Digitized by Google

erectum adversus mortem tropæum, quæ videlicet *crucem Domini* secum portet. Est enim ejus prora Oriens, puppis vero Occidens, cavitas Meridies; *clavi duo Testamenta;* circum extenti *funes Christi charitas, quæ Ecclesiam astringit; linum,* quod secum fert, *lavacrum est regenerationis* (38); quæ fideles renovat. *Venti* loco adest *Spiritus ille e cœlis,* quo fideles consignantur Deo; habet pariter illa comites et *ferreas anchoras, sancta nimirum Christi mandata,* quæ ferri robur ipsum præferant; quin et nautas a dextris atque sinistris *sanctorum angelorum more assistentes, quorum ope munitur Ecclesia.* In ea scala, quæ in altum ad antennam subvehit, *imago est salutaris Christi passionis,* fideles trahens, ut in cœlos ascendant. Signa super antennam in altum sublata, *prophetarum, martyrum et apostolorum in Christi regno quiescentium stipatus ordo.* » Colligitur ex his ultimis verbis, quemadmodum bene observat cl. Ceillierius (39), sanctum nostrum episcopum communiter ab antiquis receptam sententiam secutum fuisse, quod nimirum prophetæ, apostoli et martyres felicitatem æternam in cœlis adepti fuerint.

A

B

Ecclesia mulier sole amicta. — Paulo infra aliam de Ecclesia similitudinem affert, dum illa Apocalypseos verba cap. XII, 1-6: *Et vidi signum magnum et mirabile, mulierem amictam sole,* etc., in quæ ita commentatur (40): « Mulierem amictam sole clarissime Ecclesiam significavit (Joannes), Paterno indutam Verbo, quod sole micantius splendet. Dicendo vero *lunam sub pedibus ejus,* cœlesti charitate lunæ in morem ornatam ostendit. Quod autem ait *in capite ejus corona stellarum duodecim,* duodecim apostolos designat, per quos fundata est Ecclesia. *Et habens in utero clamabat parturiens, et cruciabatur, ut pareret;* quia non cessat Ecclesia ex corde Verbum gignere, quod in mundo ab infidelibus persecutionem patitur. *Et peperit,* inquit, *filium masculum, qui erat recturus omnes gentes;* nimirum Ecclesia, dum Christum Dei, masculam ac perfectam prolem, qui Deus et homo prædicatur, semper parit, docet omnes gentes. Porro dicendo, *raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus;* cœlestem regem, non terrenum esse significat, qui ex illa semper nascitur. » Idem S. Pater in tractatu perbrevi *De Susanna* multis etiam ostendit, Susannam figuram gessisse Ecclesiæ. In opere vero *De traditione apostolorum* docet, numero 19, apud Gallandium tomo II *Bibliothecæ Patrum,* columna 507, quodnam sit Ecclesiæ magisterium: « Est enim Ecclesia ordinis, non confusionis magistra. » Notent sibi hæc verba auro cedroque digna Ecclesiæ antistites, theologique doctores.

C

D

ARTICULUS II.

OBSERVATIONES DISCIPLINARES.

Tempus ad Baptismum recipiendum præfinitum. — Quoad disciplinam, hæc observanda veniunt apud S. Hippolytum: primo, solemnitatem Paschatis fuisse tempus præfinitum ad ministrandum et recipiendum Baptismum. Ait enim sanctus episcopus in illud: *Dum observarent diem aptum* [22], commentans (41): «Quem porro, nisi diem Paschæ, per quem lavacrum in pomario æstuantibus paratur? »

Dispositiones ad Baptismum. — Dispositiones autem ibidem vetustus hic Pater commemorat, dum ita prosequitur: « Susanna lavans munda Deo sponsa sistitur cum duabus solis puellis. Quando enim Ecclesia ex more cupit lavacrum suscipere, duas necessario ancillas comites habet; etenim Ecclesia per fidem in Christum, et per charitatem in Deum confessa recipit lavacrum. » Hinc Baptismi comites fides et charitas.

Oleum, atque unctio in Baptismo. — Eodem in loco S. Hippolytus inter ritus in Baptismo conferendo adhiberi solitos recenset oleum atque unctionem. Scribit enim in versum 17 Danielis: *Dixitque puellis: Afferte mihi oleum:* « Proinde fides et charitas, oleum et smegmata lavantibus parant. Quænam vero smegmata, nisi Verbi mandata? Quodnam autem oleum, nisi virtus Spiritus sancti? quibus post lavacrum tanquam unguento fideles perunguntur. Cuncta hæc per beatam Susannam nostri causa figurabantur: ne modo scilicet, qui Deo credimus, ea quæ inpræsentiarum in Ecclesia fiunt, tanquam nova ac peregrina existimemus. »

Tempus celebrandi solemnitatem paschalem. — Secundo tradit hic vetustus Ecclesiæ Pater, Paschatis solemnitatem celebrari debuisse Dominica post decimam quartam lunam Martii, nisi decima quarta luna incideret in diem Sabbati; quo sane in casu juxta eumdem celebrari non debebat festus Paschatis dies Dominica sequenti, sed transferri in aliam subsequentem Dominicam, ne festus hic dies celebraretur eodem die, quo Dominus noster Jesus Christus mortuus est (42).

Tertio docet solvendum esse Quadragesimale jejunium Dominica Paschatis: « Solvere autem oportet jejunium, ubi Dominica inciderit (43). »

[22] Dan. XIII, 15.

(38) Quod sic lavacro regenerationis comparet Hippolytus, nihil aliud commodius lino occurrit, quo sic capiuntur pisces, et cujus metaphora, prædicatio evangelica Proclo, Chrysostomo, etc., declaratur. Ejus itaque navis, quæ Ecclesia est, linum capiendis pisciculis, et ut jam Christi ac Ecclesiæ membra sint extra mundi profani salsedinem, lavacrum est regenerationis, quo sic Christo incorporamur.

(39) Remi Ceillier, *Hist. génér. des auteurs,* tom. II, pag. 371.

(40) S. Hippolyt., lib. *De Antichr.,* num. 50.

(41) Id., tract. *De Susanna,* apud Galland., tom. II, colum. 443 et 444; et apud Fabric., tom. I, pag. 275.

(42) Id., *De cyclo pasch.*

(43) Idem, *ibid.*

Digitized by Google

CAPUT III.

JUDICIUM DE S. HIPPOLYTI INGENIO, ERUDITIONE AC STYLO DE EJUSDEM ERRORIBUS, OPERUMQUE EJUSDEM EDITIONIBUS.

ARTICULUS I.

DE INGENIO, ERUDITIONE AC STYLO S. HIPPOLYTI.

Judicium Maurinorum de ingenio, eruditione, etc., S. Hippolyti. — Eruditi *Historiæ litterariæ Galliæ* auctores de sancti Hippolyti Portuensis ingenio ac eruditione ita pronuntiant (44): Cum sanctus Hippolytus tam multa, quemadmodum ostendimus, conscripserit opera, non dubitamus quin vir multa eruditione fuerit. Quid? quod nos necdum in omnium, quæ e calamo ejus fluxere, operum notitiam pervenisse, multo autem minus illa omnia et singula adnotasse arbitremur. Hoc saltem constat omnino, quod nullum eruditionis ecclesiasticæ tunc temporis fuerit genus, de quo non aliquid scripto reliquerit; adeo ut optimo jure sistendus a nobis hoc loco sanctus Hippolytus esset veluti sacrarum litterarum interpres, canonista, theologus, controversista, historicus, chronologus, orator atque poeta Christianus. Sanctus quoque Hieronymus (45) non dubitat sanctum nostrum eos inter Ecclesiæ Patres recensere, « qui in tantum (verba sunt doctoris maximi) philosophorum doctrinis atque sententiis suos resarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum. »

Maximam esse inter doctrinam sancti Hippolyti nostri et illam divi Irenæi sui magistri consensionem ex iis, quæ supra de residuis illius operibus disputavimus, facile deprehendet studiosus lector. Causa vero hujus consensionis nequaquam tamen in illius discipulatum unice refundenda est; sed potissimum etiam hoc illius summæ sollicitudini ascribendum, quam adhibebat, ne vel minimum quidquam, quod ab antecessoribus suis acceperat, immutaret (46).

Quemadmodum autem S. Irenæus divinitatem Verbi æterni tam valide ac invicte confirmavit, ut pauci omnino sancti Patres concilio Nicæno posteriores de hoc religionis mysterio dignius locuti fuerint; sic fere omnia, quæ superant, sancti Hippolyti scripta textibus conserta sunt, quibus hæc doctrina clarissime stabilitur. Hinc judicare licet de magnitudine injuriæ, quam sancto nostro intulit Sandius (47), dum eumdem accusat, quasi oppositam sententiam tenuisset. Sed ab hac falsa criminatione cl. Bullus (48) eumdem tam plene ac cumulate vindicavit, ut nulla supersit amplius hac in re difficultas.

Insuper sanctus Hippolytus sui magistri secutus est doctrinam in stabilienda animarum immortalitate ac corporum resurrectione. Duæ hæ veritates religionis Christianæ sua ætate præprimis acerrime impugnatæ fuerunt. Opinionem de metempsychosi etiam evertit, atque auctoritatem Apocalypsis, velut genuini Joannis evangelistæ scripti, defendit. Quin eo etiam processit, ut sententiam quoque illam, quæ sancto Irenæo quoad Epistolam ad Hebræos tribuitur, quod nimirum non sit divi Pauli, amplexatus fuerit; quanquam eamdem ut Scripturam sacram susceperit. Ad hæc verosimile est Portuensem episcopum saltem ex parte opinioni divi Irenæi accessisse de statu animarum post mortem, et de duratione mundi, quam uterque exactis sex annorum millibus statuebant.

At magistrum suum in studio interpretandæ sacræ Scripturæ indefesso antecelluit, indeque planum fecit, quod sacrorum librorum intelligentiam velut rem summi momenti ad religionem sartam tectamque servandam consideravit. Hæc gloria sancto Hippolyto nostro debetur, quod primas inter sanctos Patres, qui in plures sacræ Scripturæ libros commentati fuerint, tenuerit partes; quodque ipse incitamento ac exemplo fuerit magno Origeni ad suscipiendum laborem Ecclesiæ tam proficuum. Fatendum etiam quod, Origene excepto, nullus SS. Patrum plus operæ dederit sensui allegorico quam sanctus Hippolytus. Hujus rei sane convincimur ex reliquiis ejusdem commentariorum in sacras litteras. Photius (49) quoque observat eumdem protulisse sententias ad veritatis limam minus exactas; sed hæc Photius intelligit de ea diligentia et cura, quæ primum longo tempore post ætatem, qua sanctus noster scripserat, innotuit atque observata fuit.

(44) *Histoire littéraire de la France*, tom. I, pag. 397 et suiv.

(45) S. Hieronym., epist. ad Magnum orator., num. 70, p. 430 edit. noviss. Venet., in-4.

(46) Apud Fabric., Opp. Hippolyt. tom. I, pag. 5, num. 2.

(47) Sand., *Hist. eccles.*, lib. I, pag. 98.

(48) Circa annum tamen ætatis, quo passus est Christus, maluit S. Hippolytus ab Irenæo magistro suo discedere, quam a communi sententia. Nam scripserat Irenæus passum esse Christum quadragenario majorem lib. II *adv. hæres.*, cap. 22. Contra Hippolytus in interpretatione in Danielem, num. 4, ait: « Passus vero est anno tricesimo tertio. »

(49) « Lecta est Hippolyti episcopi et martyris interpretatio Danielis, quem etsi ad verbum non explicat, sententiam tamen, ut ita dicam, non prætercurrit. Multa porro veteri more, non ut postea fuere accuratius excussa, persequitur. Quanquam eorum posci rationem æquum non est. Neque enim fas ab iis, qui fundamenta rei alicujus consideranda posuerint, rationem repetere eorum quæ præteriere; sed favere potius conatui ipsi, quantulumcunque in rerum contemplandarum comprehensione processerint. » Phot., cod. CCII.

Digitized by Google

Stylus sancti Hippolyti. — Quod autem sancti Hippolyti dicendi scribendique formam concernit, hæc omnes amabilis primorum sæculorum simplicitatis præ se fert characteres. Hac tamen non obstante divus Hieronymus magnam eloquentiæ vim sancto nostro ascribit (50) : siquidem eloquentia multum sociabilis est cum simplicitate, quam in ejus scriptis observavimus. Eloquentia enim is omnino valet, quanquam simplici utatur stylo, quisquis apte et apposite ad persuadendum disserit ; ille autem persuadere potest, qui argumentis utitur ad commovendos et sedandos affectus maxime accommodatis.

Cæterum stylus ejus erat gravis, clarus, nitidus, concisus, inutilibus rebus minime omnino intricatus, atque sacrarum Scripturarum interpretationi maxime congruens. Sed lepores ac venustatem elegantiæ Atticæ non habet. Regulæ quoque ad sermonis elegantiam conducentes interdum ab eo neglectæ fuerunt. Hæc de indole, ingenio, eruditione ac stylo sancti Hippolyti clarissimi viri e congregatione Sancti Mauri pronuntiarunt.

Crisis Ceillierii de ingenio, eruditione ac stylo sancti Hippolyti. — Ab horum virorum judicio non abludit crisis doctissimi Ceillierii, quo judice sanctus noster Hippolytus habuit ingenium præclarum, mite atque a satyra omnino abhorrens. Cohærenter cogitat, nativo dicendi genere utitur, solide ratiocinatur. Suis in sacram Scripturam expositionibus plus inhæret spiritui quam litteræ. Verum allegoriæ illius sunt venustæ, et plerumque satis appositæ. At vero expositio sensus litteralis non adeo feliciter eidem interdum successit. Genus ejus dicendi clarum, grave ac succinctum ; quamvis autem ejus orationi non insint omnes styli Atheniensis venustates, ornatus tamen, nobilis, fluidus et amœnus est illius stylus (51).

Cæterum et Maurini nostri, et Remigius Ceillierius in dijudicando ingenio, stylo et eruditione sancti Hippolyti secuti potissimum sunt virum eruditissimum Photium, cujus censuram integram refert Dupinius sua in *Bibliotheca* (52), ita loquens : « Hippolyti contra hæreticos librum legerat Photius, et en quid de eo sentiat : « Hippolyti, Irenæi auditoris, *contra* 32 *hæreses* legi libellum ; a Dositheanis orditur, et ad Noetum usque et Noetianos pérgit. Eas omnes tradit ab Irenæo confutatas fuisse hæreses, et se in eo libello nihil aliud, quam illius Patris ratiocinia et argumenta collegisse. Perspicua est, et gravis ejus oratio, et nihil habet irritum, quamvis ei styli Atheniensis desint lepores. Non vera promit, et in primis Epistolæ ad Hebræos Paulum non esse auctorem. »... Apud eumdem auctorem (Photium) alibi Hippolyti commentarii cujusdam in Danielem fit mentio : « Etiamsi non explicet, inquit Photius, illum prophetam ad litteram, ipsum tamen nullum omittere sensum, priscorum more res explicare, non vero ita accurate, ut exinde sunt expositæ ; at non ideo censoria dignum esse virgula, quia æquum non est ab iis, qui scientiæ fundamenta jaciunt, exigere ut nihil omittant : contra vero eos laude dignos esse, quod primi res aperuerint, et invenerint. » Cæterum errasse Hippolytum cum finis mundi tempus definire voluit, et Antichristi adventum quem Jesus voluit occultum discipulis, vel cum instanter ab eo peterent. « Id, inquit, 500 annis post Christum, fixum voluit, quasi mundus sex mille annis non amplius duraturus esset : id nimis subtile. Ejus scribendi ratio perspicua est, et nitida, et ad commentarium apta, licet a styli Atheniensis legibus et puritate recedat. Exstat etiam ipsius *De Christo et Antichristo* homilia, in qua, etsi eumdem scribendi modum servaverit, simplicior tamen est, et magis redolet antiquitatem. » His Photii locis innotescit non solum Hippolyti operum, quæ legerat, argumentum, sed et illius auctoris tum stylus, tum character. » Hactenus perdoctus Ellies Dupinius.

ARTICULUS II.

PECULIARES OPINIONES AC ERRORES S. HIPPOLYTI.

Num S. Hippolytus sub Antichristo diabolum personatum, et serpentem intellexerit? — Quod spectat ad opiniones peculiares erroresque sancti hujus episcopi, præter jam dicta superius circa Antichristum (53), observandum pariter hic venit, quod vetustus hic Pater in libro *De Christo et Antichristo*, n. 14, commentans in illud Genes. XLIX, 17 : *Fiat Dan serpens, sedens in terra, mordens calcaneum equi ;* per interrogationem scribat : « Quisnam igitur serpens, nisi Antichristus, seductor ille, qui dictus in Genesi[24] est, qui seduxit Evam, et Adamum supplantavit (54) ? » Si eum ipsum serpentem, qui primos parentes seduxit et supplantavit in paradiso, velit Hippolytus esse Antichristum, et in persona ; quasi is, qui illa specie apparuit et locutus est, ipse tanta illa, quæ de Antichristo feruntur, sit operaturus, qui vere ipse diabolus, aut, prout Hippolytus vocat, diaboli filius sit, non solum imitatione, sed etiam natura ; unus scilicet quis nequissimorum dæmonum, etsi non forte ille omnium prin-

[24] Gen. III, 1.

(50) « Hippolytus vir disertissimus. » Hieron., epist. 28 ad Lucinium. « S. Hippolyti eruditione clarissimi. » Martyrolog. Roman., 22 Augusti.

(51) Remi Ceillier, *Hist. gén. des auteurs*, t. II, p. 371 et 372.

(52) Dupin., *Biblioth.*, t. I, p. 178 et 179 edit. Latin. Coloniæ, 1703.

(53) Vide hujus sect. cap. 1, art. 10, ubi de origine, nomine ac tempore Antichristi disseruimus ; hic duntaxat adhuc animadvertimus, quod nullo modo audiendus sit sanctus Hippolytus, qui complementum septuaginta hebdomadum Danielis ad secundum Christi adventum, et ad Antichristum trahit ; cum reliqui Ecclesiæ Patres ac Scripturæ interpretes melius ad Christi primum adventum spectare velint, ejusque mortis pœnam, et Hierosolymorum excidium, Romanorum duce Tito : quando exusto templo, sic victima cessavit et libatio, desolato loco quo solum facere licebat.

(54) S. Hippolyt., *De Antichr.*, n. 14.

Digitized by Google

ceps, et κατ' ἐξοχήν diabolus : nihil ecclesiasticum est, sed prorsus abhorrens a fide, sive intelligatur fore Antichristi anima, sive alias illi persona. Animos hominum aliud genus spirituum agnoscit fides, a substantiis, quas Deus extra corpora condidit; nec sacra doctrina admittit, extra divinas Personas, quarum vis infinita, posse unum alteri a se diverso personam esse, seu illi hypostatice uniri. Quod vero Antichristus ita dæmonis spiritu afflatur, ut suis omnibus illum referat, et quasi alter ille serpens antiquus videatur, ipse seductor orbis, velut ille fuit primorum parentum, a Pauli verbis sensuque non abludit : recteque sensit Hippolytus, si ita voluit, etsi simplicius locutus est : nec improbabili conjectura, serpentis sic insidiantis typo designatum a Jacobo Antichristum ostendit. Verba Græcis sunt, ὑφις ἐφ' ὁδοῦ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου. Nec forte aliter scripserit Hippolytus. Auctor subdititii operis *De Antichristo et mundi consummatione* exponi non potest, quin verum natura dæmonem Antichristum putaverit, qui sibi verum Hippolytum in eum sensum traxerit : quod vero Hippolyto non officiat, quin posteriori vero sensu exponi queat.

De statu animarum post præsentem vitam. — Observandum secundo, juxta sanctum Hippolytum (55) subterraneum quemdam locum haberi, in quem secedunt omnes homines post præsentem hanc vitam; hunc locum coævum esse mundo, tresque diversas sedes comprehendere. Prima, quam ille vocat Abrahæ sinum, justis est assignata; secunda peccatores retinet, qui ibidem patiuntur temporales pœnas malis eorum operibus debitas; tertiam efformat quidam ignis æterni lacus, quem nullus adhuc juxta S. Hippolytum, ingressus est; hoc quippe supplicium, ut ille ait, ad extremi judicii tempora reservatum est. Tunc injusti, inquit ille, æterno supplicio adjudicabuntur; justi vero regnabunt in perpetuum; æque enim docet hic auctor æternam gloriam justis reservatam esse post universalem resurrectionem, etsi post mortem maxima perfruantur tranquillitate in contemplatione visibilium bonorum, et in spe perfruendi tandem aliquando cœlestibus bonis. Opinatur insuper divus Hippolytus, in subterraneo illo loco angelos adesse qui præsint animabus ibidem detentis, quorum aliqui debeant justos eo in loco comitari; alii vero promeritas pœnas injustis infligere. Opiniones istæ audaciores sunt, quam par est; imo earum aliquæ erroris notam non effugiunt : ast agnoscamus cum Photio (56) errores istos, sicuti et alios, qui in ejusdem auctoris operibus deprehendi possunt, primorum Ecclesiæ sæculorum indolem sapere; ideoque æquo jure hac una de causa magnum hunc virum damnari non posse : nam, ut egregie subjungit eruditus ille criticus, qui Scripturarum mysteria et abscondita explicare ac evolvere aggressi sunt omnium primi, vituperari non debent, si non omnia penetrarunt, imo e converso commendari debet eorum zelus, quantumvis parum profecerint in expositione eorum quæ exponenda susceperunt.

Error S. Hippolyti circa septuaginta hebdomades Danielis primum in adventu Antichristi complendas. — Innuimus jam superius vetustum hunc Patrem assecutum non esse verum sensum septuaginta hebdomadarum, de quibus est sermo in propheta Daniele, earumdemque hebdomadarum terminum nimium protendere; qui sane error excusabilis est etiam ob allatam modo rationem. Verum æqua facilitate excusari non potest alter ejusdem error, quando scilicet asserit tempus Babylonicæ captivitatis fuisse annorum quadringentorum triginta (57), cum tamen Scriptura septuaginta tantum annorum fuisse dicat; sicuti videre est in propheta Jeremia cap. XXV, v. 9 et 11.

ARTICULUS III.

EDITIONUM S. HIPPOLYTI OPERUM RECENSIO.

Ante initium præsentis sæculi nullus virorum eruditorum id laboris ac studii, quod tamen tot aliis longe inferiorum et temporum et meritorum scriptoribus impensum est multa cum laude, in se suscepit, ut S. Irenæi discipuli, et tantæ vetustatis tantæque auctoritatis doctoris, sancti scilicet Hippolyti Portuensis episcopi ac martyris opera, quæcunque reperiri possent, colligeret, collectaque publicaret.

Primus, qui eam in cogitationem descendit, neglectamque hucusque spartam tentavit, erat præclarissimus vir Joannes Millius, quive illam ornandam sumpsit, potuissetque egregie ornare, nisi ante manum ultimam appositam humanis rebus ereptus fuisset. Omnis quidem spes cum Millii corpore sepulta non credebatur, cum spissum volumen animadversionum ejus ad S. Hippolyti scripta Joannes Guilielmus Janus academiæ Wittebergensis professor nactus esset, Hippolyteisque scriptis colligendis, expoliendis atque evulgandis insudare nuntiaretur. Sed incassum cultores antiquitatis ecclesiasticæ hunc thesaurum exspectarunt ab eodem.

Editio Græco-Latina Fabricii. — Interea celeberrimus Fabricius doctor et professor SS. theologiæ in gymnasio Hamburgensi, tot egregiis jam operibus litteratum orbem sibi devinctum habens, Hippolyti, de cujus persona et scriptis pro diffusissima sua lectione *Bibliothecæ* suæ *Græcæ* lib. v, cap. 1, § 25, diligentissime disseruit, quæcunque supersunt, monumenta in unum corpus cogere ac

(55) S. Hippolyt. in tractatu *adv. Græcos et Platonem*, apud Fabric., *Opp.* tom. I, p. 220, et apud Galland., t. II *Biblioth. PP.*, colum. 451, n. 1.

(56) Photius in *Biblioth.*, cod. CCIII.

(57) « Audi quod gravius et periculosius est; ait enim Vates regius : *Dorsa eorum semper incurva* (*Psal.* LXVIII, 24). Id est, ut serviant gentibus non quadringentis quadraginta annis, ut Babylone, sed semper, inquit, in servitutem incurva. » S. Hippolyt., lib. *contr. Judæos*, num. 6; apud Fabric. tom. II *Opp.*, pag. 3; et apud Galland. tom. II, col. 449.

Digitized by Google

splendide illustrata publici juris facere in animum induxit, inscius adhuc quem exitum habiturum esset cl. Jani consilium in edendis divi Hippolyti operibus. Post indefessam igitur in indagandis ac colligendis, quæ injuria temporum nondum interciderunt, sancti nostri scriptis, duobus voluminibus in folio minore Hippolytum evulgavit laudatus Albertus Fabricius Hamburgi, quorum primum volumen anno 1716, alterum 1718. lucem publicam vidit.

In volumen prius congessit quæcunque Hippolyti hujus reperire potuit. Primo loco apparet liber *De Antichristo*, cujus editionem Combefisianam recensuit ad primam Parisiensem Gudianam anni 1661, nec pauca emendavit. Substratæ etiam sunt singulis paginis adnotationes Combefisii; item eæ, quas suæ editioni manu propria alleverat Gudius, non omissis iis, quas *Epistolis* suis *criticis* inseruerat Tanaquillus Faber. His suas passim adjecit observationes ipse Fabricius, qui et veterum de illo libro testimonia adjunxit. Sequitur *Canon paschalis*, in jam memorata statua marmorea, ad urbem Romam effossa, Græce et Latine, cum iis, quæ non solum in *Canonem* hunc Josephus Scaliger, Dionysius Petavius, Ægidius Bucherius, J. Dominicus Cassinus; sed etiam in *Catalogum scriptorum* Hippolyti, in eadem statua descriptum, Stephanus le Moyne, Thomas Galeus, Eduardus Bernardus, Guil. Caveus scripserunt, addita ipsa statua, tribus tabulis æneis expressa. Cum vero præter *Canonem paschalem* etiam *Demonstrationem temporum Paschatis* et *Chronicon* Hippolytus composuerit, testimonia veterum, in quibus unius ex his tribus mentio fit, conjunctim exhibentur una cum antiqua versione Latina *Chronici*, quod ex multis judiciis ad Hippolytum retulere doctissimi viri. Hisce adjunxit integram dissertationem Francisci Blanchini *De Canone paschali Hippolyti*, Romæ anno 1703 editam, et disceptationes, quibus de anno primo imperii Severi Alexandri, in cathedra marmorea Hippolyti memorato, inter se contenderunt Virginius Valsechius, Philippus de la Turre, et Joan. Vignolius. Quæ porro hic scripta, vel fragmenta Hippolyti, sunt: *Demonstratio adversus Judæos* ex versione Latina Francisci Turriani, quam esse particulam *Commentariorum* Hippolyti *in Psalmos* Fabricius suspicatur; fragmenta ex libro *adversus Græcos*, qui inscribitur: *Adversus Platonem de causa universi;* ex opere *adversus hæreses*, in quibus copiosiora sunt, quæ *Adversus Beronem*, servata a Nicephoro Constantinopolitano et Anastasio Bibliothecario, et *adversus Noetum* Latine tantum, hic exhibentur; item Περὶ χαρισμάτων ἀποστολικὴ παράδοσις, *Homilia in sacrosancta Theophania*, primum edita ex mss. codice Thomæ Galei, interspersis notulis Fabricii; et fragmenta ex Hippolyti *Commentariis in varios Scripturæ libros*, et ex ejus *Homiliis*. Subjecta appendix complectitur scripta dubia et supposita, librum *De consummatione mundi; De duodecim apostolis*, ubinam quisque eorum prædicaverit, ac ubi consummatus sit, quam nudam jam publicaverat Fabricius anno 1714, unacum tribus illis *De vita Moysis* libris, Gaulmini commentario illustratis pag. 508, sed nunc stipatam amplissimis adnotationibus Francisci Combefisii. Item *De septuaginta apostolis*, ac quæ reperiri potuere ex scriptis Hippolyti junioris Thebani. Volumine posteriori horum operum continentur: Hippolyti *Demonstratio adversus Judæos*, ejusdemque *adversus hæresin Noeti*, utraque nunc primum Græce ex codice Vaticano ms. edita, cum eadem Turriani versione, et iisdem notis, quæ jam vol. I, pag. 228 et 235, insertæ reperiuntur. Fragmenta ex *Commentariis in Genesin*, Græce et Latine itidem primum in lucem emissa ex Catena Patrum Græcorum 88 bibliothecæ Vindobonensis, quæ continent adnotationes ad Genes. I, 5, 6; III, 8; XLIX, 3, 4, 5, 11, 12, 16. Alia quædam fragmenta, ut de Ezechia, in Isaiæ XXXVIII, 5, ex cod. Coislin. 193. Locus ex Hippolyti sermone 2, in Danielem, citatus Eustrathio, cap. 19 adversus Psychopannychitas, et nonnulla in Renaudoti *Historia patriarcharum Alexandr.*, pag. 360, Hippolyto ascripta, quæ tamen potius Julii Romani esse præfatio docet. Commentationes in Genes. VII, 6; VIII, 1, et Deuteron. XXXIII, 1, ex Pentateucho Arabico biblioth. Bodleianæ, quas cl. Gagnier inde excerptas Latine vertit: in quibus tamen nihil Commentariis Hippolyti Græcis in Genesim respondet. Loca nonnulla in Leontii Byzantini lib. I *contra Nestorium*, et in Concilio Lateranensi anno 649, pag. 281 et 287, ex Hippolyto adducta. Doctorum virorum adnotationes de Hippolyto, nominatim ex Sam. Petiti *Eclog. chronolog.*, lib. III, cap. 2, de heckædecaeteride et ex Georg. Bulli *Defens. fid. Nicæn.*, sect. II, cap. 8, et sect. III, cap. 8, de doctrina Hippolyti, unacum J. Ern. Grabii adnotationibus eodem spectantibus. His denique subjungitur Hippolyti junioris Thebani fragmentum ex Chronico commentario ab Henrico Canisio in tom. III *Lectionum antiquarum* editum. Quia vero hæc omnia non ultra 62 paginas implent, ad justum volumen conficiendum additur appendix complectens *Spicilegium Patrum* sæculi III, et Chalcidii *Commentarios in Timæum* Platonis emendatos, et notis illustratos. In *Spicilegio* illo occurrunt: 1° Irenæi fragmenta nuper a cl. Christoph. Matth. Pfaffio edita; 2° Clementis Alexandrini fragmenta, quæ in editione Oxoniensi tantum Græce leguntur; alia item a Macario Chrysocephalo, Anastasio Sinaita, Nicephoro CP. et Joan. Damasceno, ex Clemente Alex. citata; 3° Methodii Eubulii *Convivium decem virginum* a Leone Allatio et Petro Possino editum, nec non Combefisii *Auctuario Bibl. Patrum* insertum, cum Leonis Allatii diatriba *de Methodiis;* 4° Claudii Salmasii *Commentarius inchoatus in Arnobium* ex apographo Gudiano editus; 5° Acta Archelai, episcopi Mesopotamiæ cum Manete, ex editione Laur. Alexandri Zaccagnii, quibus subjungi-

Digitized by Google

tur Ludov. Anton. Muratorii disquisitio in Manichæorum anathematismos; 6° S. Pamphili martyris *Expositio capitum Actuum apostolicorum*, a Montfauconio et Zaccagnio edita, cui et aliæ κεφαλαιοθέσιαι ejusdem libri sacri subjunguntur; 7° Acta passionis S. Pamphili martyris ex libris Eusebii Cæsariensis de illius Vita, cum notis Papebrochii; 8° Gregorii Thaumaturgi *Expositio fidei*.

Judicium Ceillierii de hac editione.—Cæterum, observante clarissimo Remigio Ceillierio (58), laudata Fabricii operum Hippolyteorum editio non satis nobis exacta videtur. Neque enim perdoctus editor ordinem temporum neque materiarum accurate observavit in recensendis ejus scriptis; atque verosimile est quod ea imprimi curaverit, prout ea receperit eique in manus inciderint. Hæc tamen laus cl. Fabricio debetur, quod in colligenda fragmentorum copia scriptorum hujus Patris haud infeliciter laboraverit, quæ in veterum auctorum operibus, in conciliorum Actis, et in bibliothecarum Parisiensis, Germaniæ et Britanniæ angulis dispersa latebant: quod ex iis quædam e Græco in Latinum traduxerit, plurimis observationibus maxime peraccommodis tum ad textum dilucidandum, tum ad doctrinæ capita enodanda, quæ prima fronte lectores perplexos reddere possent, illustraverit.

Editio Gallandii. — Anno 1766, vir perdoctus Andreas Gallandius Hippolyti Opera in ordinem digesta, duasque in partes tributa, rursus in lucem emisit sua in *Bibliotheca veterum Patrum*, tomo II, Venetiis. In hac editione quæ ampliora sunt, sive integra, sive mutila, priorem locum obtinent; posteriorem vero fragmenta reliqua minutiora pro argumenti dignitate aut varietate discreta. Primum locum in editione Gallandii *Demonstratio* S. Hippolyti *de Christo et Antichristo* occupat; hanc excipit opusculum *in Susannam*. Tertio sequitur *Demonstratio adversus Judæos*. Dein fragmentum insigne subjicitur ex libro *adversus Græcos*, qui inscribitur *Adversus Platonem de causa universi*. Quintum locum occupat egregia sane lucubratio *adversus Noetum*. Tandem Hippolyteorum partem primam apud Gallandium claudunt fragmenta 8, excerpta ex sermone *de theologia et incarnatione* contra Beronem et Helicon em (*alias* Helicem). Huic Gallandius præcedentium editorum observationes adjecit, neque notas omisit, quas eruditus Sirmondianorum editor margini allevit; Anastasii versioni testimoniorum Hippolyteorum Combefisianam recensionem apposuit, atque integras Capperonnierii animadversiones subdidit. In parte II continentur reliqua scripta Hippolytea: et 1° occurrunt excerpta *Commentariorum* in aliquot sacræ Scripturæ libros a Joanne Alberto Fabricio tum e ms. codicibus eruta, tum ex antiquis Ecclesiæ scriptoribus studiose collecta; 2° exhibentur varia λόγων seu *Sermonum* homiliarumque fragmenta: iisque præmittitur homilia *in sancta Theophania*; 3° sequitur *De charismatibus apostolica traditio*. Ultimo tandem loco sistitur *Canon paschalis* Græce ac Latine, interprete eruditissimo Francisco Blanchinio, notisque Ægidii Bucherii illustratus.

Aliæ editiones quorumdam opusculorum S. Hippolyti. Editio Cycli paschalis. — Cæterum novæ editionis operum S. Hippolyti spem fecit v. cl. J. Guil. Janus historiæ in academia Wittenbergensi professor, in cujus manibus fuerunt schedæ Millianæ, quæ cum nonnulla adhuc inedita complectetur, tum alia ex unius tantum codicis apographo edita, cum pluribus melioris notæ ms. collata, multisque partibus emendatiora exhibebit, iis, quæ aperte Hippolyto supposita sunt, segregatis, aut saltem distinctis: quorumdam etiam novas versiones juxta relationem in Actis eruditorum Lipsiensibus 1718, pag. 444, daturum se promisit. Sed promissum non exsolvit. Antequam Fabricius scripta S. Hippolyti unum in corpus collegisset, quædam jam separatim impressa visebantur. Sic *Cyclus paschalis* in opere quod cl. Scaliger *De emendatione temporum* confecit impressus Græce occurrit 1583, Paris. in fol., Lugduni Batavorum 1598, Coloniæ Allobrogum seu Genevæ 1629. Cl. Gruterus in collectione *Inscriptionum* Heidelbergæ 1600 evulgata, et anno 1707 Amstelodami reimpressa, eumdem *Cyclum paschalem* Græce publicavit. P. Bucherio interprete Latine prodiit anno 1634, in fol., Antwerpiæ, cum commentario et veterum de S. Hippolyto testimoniis in ejusdem Bucherii *Doctrina temporum*. Franciscus Blanchinius hunc *Cyclum* postea inseruit dissertationibus suis *De calendario et cyclo Juliano* Romæ 1703 impressis.

Editiones libri de Antichristo et opusculi in Susannam. — Demonstrationem *De Christo et Antichristo* primus in lucem extulit, Græcisque typis edidit 1661, in 8°, Marquardus Gudius Holsatus: deinde anno 1672, Græco-Latine vulgavit illustravitque Franciscus Combefisius in *Auctario novissimo Bibliothecæ Patrum*, tomo I, pag. 26-62, Parisiis in fol., addito etiam opusculo *in Susannam* a pag. 50-56. Combefisii versio Latina quinque post annos repetita in *Bibliotheca PP.* Lugdunensi tom. XXVII, pag. 1-9, anno scilicet 1677.

Editiones tractatus adversus Judæos et Græcos. — Demonstrationem *adversus Judæos*, sive ejus fragmentum Latine ex Francisci Turriani versione primus vulgavit Possevinus in *Apparatu sacro*, ubi de Hippolyto disserit, Venetiis 1603, et Coloniæ 1608, in fol.; et Carolus Josephus Imbonatus Mediolanensis in *Bibliotheca Latino-Hebraica* Romæ 1694, in fol., pag. 74. Fragmentum insigne *adversus Græcos et Platonem* Græce, ut ex Italia acceperat, primus edidit David Hœschelius in notis ad Photium pag. 923, Augustæ Vindelicorum 1601, in

(58) Remi Ceillier, *Histoire génér. des auteurs*, tom. II, pag. 372.

Digitized by Google

fol., et recusum Genevæ 1613, Rothomagi 1653, in fol. Deinde cum sua versione Stephanus le Moyne in *Variis sacris*, pag. 53, Lugduni Batavorum 1685, 1694, in 4°. Cum eadem interpretatione etiam recudendum dedit J. Albertus Fabricius in appendice ad opera Josephi Judæi, Lipsiæ 1691, in fol.

Editiones tractatus adversus hæresin Noeti, et contra Beronem et Helicem.— Fragmentum *De Deo uno et trino, et de mysteriò incarnationis contra hæresin Noeti* sub homiliæ nomine Latine edidit ex sua versione Gerardus Vossius Tungrensis, ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Moguntiæ, 1604, in 4°, notis etiam subjectis a pag. 58-68. Qua vero de causa cum operibus S. Gregorii Thaumaturgi hic tractatus Parisiis 1622 reimpressus non fuerit, ignoramus. Anno tamen 1618 in *Bibliotheca Patrum* Coloniensi sine notis prodiit, et Lugduni 1677, tom. III, et in supplemento Morelliano Paris. 1639, tom. I, p. 620. Fragmenta octo *de theologia et incarnatione adversus Beronem et Helicem* hæreticos, Latine ex Turriani versione primus vulgavit Canisius tom. V *Antiquarum lectionum*, pag. 154, Ingolstadii 1604, in 4°. Hæc fragmenta cum eadem versione in *Bibliothecis SS. Patrum* Coloniensi, Lugdunensi, et Parisiis 1654 reimpressa fuerunt. Eadem fragmenta Latine pridem vertit Anastasius apocrisiarius, inque *Collectaneis* Anastasii Bibliothecarii edidit Parisiis 1620, in 8°, Sirmondus, additis e Turriani codice Græcis, atque ita Græce ac Latine leguntur etiam in tom. III Operum Sirmondi Parisiis 1696, in fol., pag. 583. Græce item et Latine Operum sancti Maximi tom. I præmissa edidit Combefisius, qui et Anastasii versionem recensuit. Eadem exinde in suum Hippolytum transtulit Fabricius. Posthæc ex Combefisii editione Græca desumpsit Basnagius, ac Turriani versioni adjunxit tom. I *Thesauri* Canisiani; ad cujus calcem præterea v. cl. Claudii Capperonnierii animadversiones in Anastasii versionem cum Græcis collatam adjecit anno 1725, Amstelodami in folio.

DE ANONYMO CHRONICI AUCTORE SUB ALEXANDRO SEVERO CONSCRIPTI.

Varia eruditorum placita de hujus Chronici auctore.

Inter Opera S. Hippolyti episcopi et martyris, de quibus hucusque disseruimus, nonnulli viri docti recensendum existimarunt et *Chronicon* illud, quod anonymus, qui sub extremis Alexandri Severi imperatoris temporibus floruit, Africano coævus, circa Christi annum 236, scripsisse comperitur. Hanc sententiam præ cæteris est amplexus v. cl. Cangius (59). Sed in aliam abierunt Pearsonius (60) et Dodwellus (61): quorum posterior anonymum, quo de agimus, scripsisse statuit paucis post Hippolytum annis; cum alias sanctus iste martyr et episcopus primo ejusdem Alexandri Severi anno *Cyclum* suum inchoasse noscatur. Cæterum, inquit, multa noster anonymus habet, quæ cum hypothesibus Hippolyti chronologicis in ejusdem *paschali Canone* observatis consentire videantur, quæque adeo Hippolyto anonymum debuisse fas est ut suspicemur. Quorum quidem virorum eruditorum sententiæ illa in primis nos cogunt accedere, quæ hac de re præclare satis edisseruit illustris præsul Franciscus Blanchinius (62). Sic igitur ille:

« Dolebamus quod liber ille interciderit, ubi digesserat Hippolytus *demonstrationem temporum Paschæ, quemadmodum in tabula.* Opus enim illud, si ad nos integrum pervenisset, haberi deberet post sacras litteras omnium pretiosissimum. Siquidem ante Hippolytum nemo digesserat in certam seriem, nec ad cycli normam redegerat sacros annales: quod ille præstitit Christianorum scriptorum primus. Occurrebat dolori nostro vir doctissimus dominus Du Cange in postrema editione *Paschalis Chronici*; ubi de Hippolyti *Canone*, et *Commentario Paschæ* plurima cum disseruerat solidiori, qua pollet, eruditione in omni genere litterarum, visus est aliquam in spem nos adducere libri Hippolytei reperiundi in vetusto illo codice, quem Canisius *Antiquarum lectionum* tom. III, et Labbeus in primo *Bibliothecæ manuscriptorum* publico bono in lucem protulerant. Adornavit vero etiam ipse v. cl. tertiam ejusdem opusculi editionem, num. IV in *Selectis ad illustrandum Chronicon*, quod parabat: cujus titulum in indiculo *Selectis* præfixo, ex antiquis membranis cum redderet pag. 403, ita commendavit: IV. Liber generationis ab Adam usque ad ordinem, quæ (sic) continentur in hoc libro. *Opus quod Hippolyto Portuensi ascribi posse duximus in præfatione: ex editione Henrici Canisii, et Philippi Labbei ad fidem codicis collegii soc. Jesu Parisiensis recognitum.* Et ecce in præfatione plurimus est in conjecturis conquirendis, unde Hippolyto martyri, quem Portuensem episcopum ex VII suburbicariis fuisse autumat, tribui præ cæteris debeat. »

Verum, si ad Hippolytum episcopum et martyrem *Canon* iste marmoreus referendus est, ut omnium doctorum ipsiusque adeo Cangii suffragio refertur; demonstraturum me esse confido, ad eumdem Hippolytum non pertinere codicem illum Canisia-

(59) Du Cange, Præfat. ad *Chronicon Pasch.*, § 18 et 25.

(60) Pearson., Dissert. 1 de success. prim. Rom. pontif. cap. 10, § 1.

(61) Dodwel., Dissert. singul. de Rom. pontif. prim. success., cap. 14, § 19.

(62) Blanch., Dissert. de *Can. pasch.* S. Hippolyti, cap. 3, § 7 seqq., et apud Fabric. tom. Opp. I, pag. 114 et seqq.

Digitized by Google

num et Labbeanum, cæteroquin spectabilem : sed esse potius referendum, vel ad Heronem illum ex philosopho Christianum et martyrem : quem ipse a neocoratu templi Serapidis in Portu Romano ad Christi fidem evocatum suspicatur ex Græca inscriptione apud Sponium sect. x, num. 22, Severo Alexandro imperante, ipsique adeo Hippolyto æqualem ; et de temporibus scripsisse docet ex veterum testimoniis, eumque neophytum explesse martyrium. Accedo itaque ad eam sententiam, quam secundo loco idem laudatus auctor in præfatione subtexuit, dicens vel Hippolyto episcopo, vel « auctori synchrono, qui vixerit sub Alexandro Augusto, » esse librum adjudicandum. Præstat ejus verba transcribere ex num. 18 præfationis :

« Cæterum Hippolyti *Chronico*, de quo agimus, geminum prope est, nisi ipsummet exstiterit *Chronicon* illud, quod edidit Henricus Canisius tom. III *Antiq. lection.*, et Philippus Labbeus tom. I *novæ Bibliothecæ* ex ms. codice collegii Paris. soc. Jesu hocce titulo : *De divisionibus et generationibus gentium*. Quod quidem *Chronicon* ad Alexandri Severi annum XIII, eumque imperii postremum, quo imperante se vixisse non semel auctor innuit, perducitur. Is vero in præfatione descripturum se ait : « Gentium divisionem, et parentum dinumeratam « generationem, inhabitationis quoque tempora, et « bellorum commissiones, et judicum tempora, qui, « et quibus regibus nati sunt, qualesque captivi- « tates populi, et quibus judicibus contigerint, « quique sacerdotes, quibus temporibus fuerant, et « quæ divisio, et quæ perditio facta sit, quonam « modo generatio seminis Israel de Patribus in « Christo completa sit, et quot quantique per « quanta tempora dinumerentur anni a creatura « sæculi usque in hunc diem. » Præfationi index subjicitur, cujus 6 caput hisce verbis conceptum legitur : « Declaratio Paschæ, et quis quando ser- « vavit ex temporibus Moysi in hunc diem. » Quæ quidem ad ea referuntur, quæ habentur in ea sectione, ubi de Paschate subinde a Judæis exacto agitur. Tum additur : « A generatione autem Christi post 30 « annos cum passus est Dominus, Pascha celebratur. Ipse enim erat justum Pascha. A Passione « autem Domini usque in XIII annum imperii « Alexandri Cæsaris anni 206, servatum est Pascha, « quod in commemorationem Domini nostri Jesu « Christi servatur a nobis. Fiunt igitur omnes anni « ab Adam usque in hunc diem anni 5738. » Quæ quidem hic a nobis allata si quis cum iis, quæ de Hippolyti *Chronico* attigimus, ad amussim conferre velit ; illud ipsum esse ejusdem *Chronicon* haud difficulter forte concedet, cui laterculum is præmiserit, vel subdiderit, in Paschalis festi, de quo in illa, quam diximus, sectione egit, inveniendi canonem seu regulam ; ad quam præteritos et sequentes annos expendere lectorem voluerit. »

Recte quidem argumentatur ex hisce duobus numeris annorum a Passione Domini ad annum XIII Severi Alexandri, nec non ab eo, quem XXXI ante Passionem ex veterum sententia incarnationi Dominicæ tribuebat. Quinetiam, ut addam reliquas epochas in marmoreo *Canone* recensitas, concedam plerasque earum cum numeris codicis Labbeani et Canisiani congruere. Verum cum discrepent ab eisdem reliquæ, eaque potissimum quæ definit intervallum inter duo Paschata, Exodi et Ezechiæ ; evidenter ostenditur marmoreum Hippolyti *Chronicon* diversum esse a scripto ipsi æquali, in computis dissentienti. Cum vero constet, Hippolyti numeros tam prope accedere ad peritiorum chronologorum sententias, uti ex comparatione ostensum fuit supra : econtra vero vitiosa manifeste sit computatio anonymi in definiendo præsertim intervallo a Paschate Josue ad Pascha Ezechiæ ; operæ pretium duco, rationes Hippolyti hoc in monumento superstites exhibere ; ut hæc antiquissima omnium chronologia paschalis, maximæ Hippolyti peritiæ testis, in commendationem cedat sapientiæ Patrum, qui proximi ab apostolis, et ab apostolicis viris prima Ecclesiæ sæcula, ut sanguine pro Christo fuso, ita etiam scriptis clarissimis illustrarunt.

(*Canonem paschalem S. Hippolyti vide infra.*) EDIT. PATR.

Digitized by Google

CONSTANTINI RUGGERII

DE

PORTUENSI S. HIPPOLYTI EPISCOPI ET MARTYRIS SEDE

DISSERTATIO POSTHUMA

Ab Achille Ruschio Portuensis diœcesis absoluta et adnotationibus aucta, ad Clementem XIV pontificem maximum, Romæ 1771, typis et sumptibus Generosi Salomoni, præsidum facultate.

(Lumper, *Hist. critic. Patrum*, t. VIII, p. 347.)

—

CLEMENTI XIV PONT. MAX.
MAGISTRO. PASTORI. RECTORI. CHRISTIANI ORBIS CUSTODI
AC PROPAGATORI RELIGIONIS.
RESTITUTORI PACIS. HONORIS CULTUSQUE SERVORUM DEI ASSERTORI ET VINDICI
SYNTAGMA
CONSTANTINI RUGGERII DE PORTUENSI S. HIPPOLYTI
EPISCOPI ET MARTYRIS SEDE
ADDITAMENTIS AB SE ADNOTATIONIBUSQUE AUCTUM
ACHILLES RUSCHIUS
PRINCIPI SUO BENEFICENTISSIMO DEDICAT
L. M.

Gratulatus mihi vehementer inventam demum, quam diu cupide conquisiveram, Constantini Ruggerii de Portuensi S. Hippolyti episcopi et martyris sede dissertationem : *ut primum, Clemens pontifex maxime, intellexi, futurum non ingratum tibi, si quod opus ab egregio viro profectum esset, quem dignatus olim fueras favore patrocinioque tuo, id ego accessione gravium monumentorum, meisque adnotationibus auctum augustissimo nomini tuo inscriberem; etsi parum me quidem posse cognoveram, at enitendum tamen mihi agendumque ingenio, quantum possem, labore autem plus pene quam possem, duxi, ut ne quid in eo non accuratum, neve quidquam esset, quod minus grave minusque tua majestate dignum videretur. Prospiciebam quidem non me solum, qui plane me ipsum noverim, sed quemlibet etiam, quantumvis doctrina, eruditione eloquentiæque laude præcellentem, rem difficultatis plenum susceplurum, qui statuat, quidquam te decens in lucem emittere; te scilicet, qui consilio, sapientia, gravitate, constantia, magnitudine animi, virtute, rebusque strenue, præclare ac feliciter gestis tantum tibi parasti existimationis et meritorum, ut unus omnium maxime summa Patrum consensione, principum plausu, atque ordinum quorumque lætitiæ voluptate, magister, pastor ac rector Christiani orbis instinctu afflatuque Dei sis constitutus. Verum cum mecum considerarem, cujusnam syntagma, quu de re, cui demum oblaturus essem, despondendum mihi animum non putabam. Num cum doctissimi viri, tibique, dum vixit, in primis grati lucubrationem, quæ tota in egregii sæculi tertii antistitis ac martyris, illustribus veterum monumentis atque carminibus celebris, Portuensi sede adversus inanes hominum hypercriticorum fallacias astruenda, ejusque cultu injuria temporum intermisso, in diœcesi quam rexerat, restituendo versaretur; cum, inquam, eam lucubrationem tibi custodi, atque ad Medos usque, ad Persas, barbarasque gentes religionis orthodoxæ propagatori; restitutori pacis; honoris, cultusque servorum Dei assertori et vindici; principi meo beneficentissimo sisti oportere cernerem, non dubitabam fore, ut, qui omnes comiter ac leniter excipere consueveris, me item tibi non fidei modo, sed patriæ quoque causu subjectum, cum opere optimi viri meos etiam labores dicantem, et ad te accedentem benigne complecterere. Itaque ad pedes me abjiciens Sanctitatis Tuæ offero tibi, Clemens, pontifex maxime, consecroque* Constantini Ruggerii de Portuensi sancti Hippolyti episcopi et martyris sede dissertationem, *accessione nova monumentorum, meisque adnotationibus illustratam, plane confidens fore, ut eam editoremque ejus tuo patrocinio foveas ac tueare.*

—

ACHILLES RUSCHIUS LECTORI SALUTEM.

Cum de annalium monumentis, testimoniisque veterum scriptorum, quæ jam diu studiose collegeram, σύνταγμα conscribere cogitarem, quo quidem fortissimum celeberrimumque sæculi tertii a Christo nato martyrem Hippolytum episcopi dignitatem in Ecclesia Portuensi sustinuisse, facile me demonstraturum non diffidebam; nuntiatum mihi opportune fuit, etsi non editam, neque perfectam, at magnam tamen partem digestam fuisse typisque excudi cœptam a Constantino Ruggerio (63) *τῷ μακαρίτῃ, viro et acumine in-*

(63) Constantinus Ruggerius IV Idus Junias anno 1714 in oppido Sancti Archangeli, quod septem millia passuum ab Arimino distat, natus est: quodque cum multis de causis perillustre habetur ac celeberrimum, tum vero præcipue quod in lucem quamplurimos ediderit optimarum artium studii, pietatisque laude præstantes viros, in quibus unus maxime omnium præcellit is, qui nunc summo rei Christianæ publicæ bono ad Petri cathedram sedens Ecclesiam universam regit ac moderatur Clemens XIV pont. maximus, quem D. O. M. salvum diu incolumemque conservet. De Ruggerii

Digitized by Google

genti et ubertate, atque copia eruditionis clarissimo, de Portuensi sancti Hippolyti episcopi et martyris sede dissertationem (64). *Quod ut intellexi, nihil curæ, studii, diligentiæ prætermittendum, nihilque moræ interponendum putavi, quin eam, ubi tandem reperiretur, pervestigarem; utpote qui plane prospicerem eum, qui tanta perspicuitate, peritia rerum, industria floruisset, multo felicius in eo genere argumenti fuisse versatum, quam versari egomet potuissem. Cumque inquirendo comperissem Stephanum Gallium, singulari hominem doctrina constantique in amicitiis colendis fide, scripta omnia Ruggerii, quem virtutis causa charum in primis habuerat, rebusque omnibus juverat, obtinuisse; eum equidem, statim ac potui, cupide conveni, rogavique majorem in modum, ut dissertationem ipsam, si modo ad ipsius manus unacum cæteris Ruggerii lucubrationibus pervenisset, mihi pro sua humanitate dare ne gravaretur. Quam ad rem interprete etiam atque patrono sum usus Josepho Garampio præsule amplissimo, Clementi XIV pontifici maximo ab arcanis sotis, optimeque de re litteraria publica merito, cui certe ob egregia beneficia in me jam inde a puero ad hoc usque tempus collata, quantum debeam, cogitare vix, verbis autem exsequi ne vix quidem possum. Voti compos factus, omnem curam et studium in opere pervolvendo collocavi. Cumque deprehendissem multo etiam illud præclarius esse, quam putaram, cuicunque demum labori meo præferendum duxi, dandamque mihi esse diligentem operam, ut, quam fieri posset, ocius in lucem emitteretur. Sed ut perfectum numerisque, ut aiunt, omnibus absolutum prodiret, tribuendum primo censui in partes duas quarum prior de testimoniis scriptorum antiquorum ad S. Hippolytum ejusque sedem spectantibus esset, altera responsa ad argumenta adversariorum complecteretur; tum huic alteri parti, quæ deerant, adjunxi; inde scriptorum, quorum se Ruggerius auctoritate munierat, loca adivi, ac verba contuli, accurateque, ut par erat, utque postulare ratio videbatur, descripsi; postremo, ne quid insuper quisquam desideraret, adnotationes addidi, quibus res ab ipso constitutæ magis magisque confirmarentur.*

Accipe nunc paucis, quæ Ruggerium causæ ad scribendum impulerint. Petrus Ottobonus (65), *S. R. E. cardinalis et episcopus Portuensis, cultum decessoris sui ac martyris restituturus, a Patribus, quibus credita est de sacris ritibus dijudicandi constituendique cura, petierat ut officium proprium de S. Hippolyto recitari remque divinam sub ritu, ut aiunt, primæ classis in ejus memoriam quotannis in Portuensi diœcesi fieri paterentur. Fuerunt autem, qui satis ab se fieri ejus postulatis negarent posse, propterea quod summa quorumdam recentium scriptorum dissensione de Portuensi S. Hippolyti sede certaretur. Præerat tunc Bibliothecæ Ottobonianæ Ruggerius. Huic cardinalis amplissimus in mandatis dedit ut varias hac de re interque se dissidentes sententias expenderet, veterumque monumentorum auctoritate fretus demonstraret, quid demum de S. Hippolyti sede Romanæ Ecclesiæ ferret traditio. Ruggerius dicto audiens, priore quidem loco collegit majorum nostrorum de argumento eodem, quotquot invenire potuit testimonia; deinde Tillemontii, aliorumque, qui huic assensi essent, de orientali sancti martyris cathedra conjectationes depulit; deincepsque Stephani le Moynii, sanctum eumdem martyrem ad Homeritas Arabiæ amandantis, rejecit divinationem. Oblata sac. rituum congregationi hæc Ruggerii dissertatio, necne, fuerit, fateor me ignorare. Hoc scio, Petro cardinali Ottobono vita functo, Ruggerium eamdem, aliquot appendicibus auctam, Benedicto XIV, immortalis memoriæ pontifici maximo, dedicare* (66) *cogitasse, anno 1741, quo quidem typis ipsam cœpit excudere* (67); *sed pressum inopia rei familiaris, incepta perficere nequivisse. Quanquam dici vix potest, quanti eam viri doctissimi ob veritatem, gravitatem sententiarum, vimque orationis, qua perscripta fuerat, penderent. Benedictus ipse XIV ad summam Ruggerii laudem* (68), *hæc litterarum mandavit monumentis: « Dum hæc scribimus, typis Romanis editur erudita Dissertatio de Portuensi sede sancti Hippolyti episcopi et martyris, in*

vita clarissimus vir Joannes Christophorus Amadutius, quo familiariter idem Ruggerius utebatur, commentarium diligentissime conscripsit et erudito operi, cui titulus : *Leges novellæ V anecdotæ imperatorum Theodosii Junioris et Valentiani III*, etc., pag. LXXVII edit. Romæ anno 1767, præfixit. In eo accurate diligenterque omnia, quæ ad tanti viri studia, mores, elucubrationes, aliaque hujusmodi quodammodo spectare possunt, recensentur; ad quem lectorem, ne actum agatur, rejicimus.

(64) Non solum de S. Hippolyti episcopi et martyris sede dissertationem conscripsit Ruggerius, verum etiam quamplurima præclarissima ingenii sui monumenta reliquit, quæ ab eodem Amadutio summa diligentia in eodem commentario numerantur.

(65) Petrus cardinalis Ottobonus, ut Portuensis Ecclesiæ infula donatus fuit, statim pro sua animi magnitudine et religione, ad eamdem eximiis atque ingentibus beneficiis ornandam augendamque se totum convertit. Idcirco sacras ædes nimio vetustatis squalore sordentes in ampliorem elegantioremque formam restituit, aliisque pietatis et munificentiæ monumentis vetustissimæ sedis jacturis mederi conatus est. Inter cæteras vero Portuensis Ecclesiæ ærumnas eminentissimi viri animum maxime angebat magni Hippolyti episcopi et martyris obliterata memoria in illis prorsus oris, quas ipse proprio sanguine illustravit. Quare dedit operam ut debitum illi cultum restitueret, non modo in Portuensi Ecclesia, verum etiam in ipsamet urbe quæ sacris ipsius ditatur exuviis, pulcherrima confessione in Laurentiana S. Damasi basilica a fundamentis in ejus honorem excitata, Deoque dicata, in qua egregium ipsius monumentum ad Vaticani archetypi fidem expressum cyclisque paschalibus distinctum collocavit.

(66) Multis perspicuisque significationibus Benedictus XIV P. M. ostendit quanti Ruggerium, et ipsius operam faceret, qua certe fideli diu est usus, quemadmodum ex iis, quæ ab eodem Amadutio referuntur, cognosci potest; et ego ipse in Regestis manuscriptis epistolarum et Bullarii ejusdem pontificis, quæ nunc in tabulario Vaticano asservantur, animadverti. De cæteris eruditione præstantibus viris, apud quos Ruggerius plurimum valuit existimatione doctrinæ, adeundus Amadutius loc. cit., § 9.

(67) Ad 80 scilicet paginas opus processerat, de quibus hæc habet Amadutius loc. cit., § 3 : Dissertatio quidem de sancto Hippolyto typis Vaticanis Salvioniorum cudi cœperat, eaque jam usque ad pag. 80 processerat; sed nummariæ rei forte angustia, qua malo quodam fato ut plurimum litterati urgentur, opus intermissum est, atque adeo omnis de eodem cura evanuit, ut impressæ chartæ omnes, quæ typographo remanserant, vili prorsus pretio illis cesserint, a quibus artificiosi ignes ad Adriani molem in divi Petri solemnitate exhiberi quotannis consueverunt. Cæterum quinque saltem exemplaria impressarum hujusmodi paginarum Romæ a diversis Ruggerii amicis asservantur, quorum unum etiam apud me est, idque marginalibus insuper adnotationibus manu exaratis instructum, quod mihi jam petenti ipse concesserat.

(68) Bened. XIV Lambertini, *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*, lib. I, cap. 4, n. 10, pag. 32, Operum tomo I, edit. anni 1747.

Digitized by Google

qua evincitur episcopum Portuensem, quem Prudentius elegantissimo carmine laudavit, ejus urbis prope Romam episcopum fuisse. » *Dominicus Georgius eidem pontifici ab intimo sacello, vir clarissimus, in suis ad Martyrologium Adonis notis præclara doctrina præstantibus, de eadem dissertatione hæc scribit* (69): « *Sed et eruditum commentarium de sancto Hippolyto Portuensi exspectamus ab amico nostro Constantino Ruggerio, ubi plura de Hippolytis illustrabuntur.* » *Thomas Maria Mamachius ex Prædicatorum familia, editis libris celeberrimus, quocum Ruggerius aliqua de sancto Hippolyto communicavit, in* Originibus et antiquitatibus Christianis *hæc scripta reliquit* (70): « *Interea hæc moneo, a Constantino Ruggerio viro eruditissimo et amico meo de episcopatu Hippolyti et originibus Christianæ religionis in ea provincia esse disputatum sane accurate in gravissima dissertatione de S. Hippolyto . . . Quam nos dissertationem cum legeremus, admirati sumus ingenium, incredibilemque viri in re antiquaria diligentiam, atque peritiam. Atque optandum sane foret, ut brevi ea publicaretur.* » *Idipsum alibi repetit his verbis* (71): « *Sed Hippolytum episcopum Portus Romani fuisse, atque hunc eumdem esse, quem Eusebius, Hieronymus et Prudentius memorant, plane demonstrat Constantinus Ruggerius vir eruditissimus dissertatione de Portuensi S. Hippolyti sede, quæ, ut spero, tandem aliquando publicabitur.* »

Hisce causis permotus omnem de S. Hippolyti sede scribendi syntagmatis curam deposui; et dissertationem hanc potius, utpote hominis rei ecclesiasticæ peritia et eruditione in primis clari, publici juris feci; qua Ecclesiæ nostræ Portuensi S. Hippolytus restituitur, deque ipsius episcopali cathedra quæstio dirimitur, et tanti episcopi ac martyris, qui jure ac merito inter tertii sæculi præstantiores Patres recensetur, revocatur memoria et propagatur.

DISSERTATIO

DE

PORTUENSI S. HIPPOLYTI SEDE.

—

PARS PRIMA.

VETERUM DE S. HIPPOLYTO EJUSQUE SEDE TESTIMONIA.

I. *Eusebius et Hieronymus Hippolyti sedem ignorarunt.*

Veterum scriptorum, qui sancti Hippolyti episcopi et martyris meminerunt, omnium primus occurrit Eusebius Cæsareæ in Palæstina episcopus, qui *Historiæ* suæ lib. VI, cap. 20, illum inter viros ecclesiasticos recensuit, qui litterarum gloria tertio sæculo ineunte floruerunt, quorumque epistolas in bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro episcopo constructa, se legisse testatur. Mox capite 22 nobilissima enumerans ingenii monumenta, quæ Hippolytus publico catholicæ fidei bono edidit, nomen sedis, cui ipse præfuit, omnino reticuit; idcirco viri docti eamdem ipsi prorsus ignotam fuisse censent, ea potissimum ratione, quod sequentibus tantummodo utatur verbis, dum illam designat, postquam de Berillo Bostrenorum in Arabia episcopo locutus est: « Eodem modo, inquit, est Hippolytus alterius cujusdam et ipse Ecclesiæ antistes. » A Eusebium secuti sunt S. Epiphanius (72), Theodoretus (73), et demum S. Hieronymus (74), qui in *Catalogo virorum illustrium* ingenue fatetur se, ubinam gentium Hippolytus fuerit episcopus, scire non potuisse: « Hippolytus, inquit, cujusdam Ecclesiæ episcopus, nomen quippe urbis scire non potui. » B

II. *S. Hieronymus S. Hippolytum et S. Apollonium senatores Romanos appellat.*

Verum in epistola quam scripsit ad Magnum, aliquibus post editum *scriptorum illustrium Catalogum* annis (75), S. Hippolytum conspicuo senatoris Romani nomine sanctus doctor donavit. « Hippolytus, ait, et Apollonius Romanæ urbis senatores propria opuscula condiderunt. » Hæc quidem aperte demonstrant senatoriam Hippolyti dignitatem post editum *scriptorum illustrium Catalogum* S. Hieronymo primum innotuisse; eumdem enim nec senatorem, imo nec martyrem ibidem appellaverat;

69) Dominic. Georg. ad diem 13 Augusti, pag. 404 edit. Romæ 1745.

(70) Mamach., *Origin. et Antiquitat. Christianor.* lib. II, cap. 2, § 3, adnotat. 1, pag. 85, edit. Romæ 1750.

(71) Idem, ibid. cap. 21, § 2, pag. 238, et lib. III, § 29, pag. 88. Ubi habet: « De eodem S. Hippolyto dissertationem singularem scripsit doctissimus Ruggerius. »

(72) *Advers. hæreses*, lib. I, hæres. 31, contra Valentinianos et Gnosticos, cap. 33.

(73) Dial. 1, 2, 3.

(74) Lib. *De viris illustribus*, c. 61.

(75) Liber *De viris illustribus*, ut ipsemet Hieronymus testatur cap. 135 ejusdem libri, pag. 939, scriptus fuit Theodosii principis decimo quarto anno, qui anno a Christo nato 392 respondet; et epist. ad Magnum anno 397 scriptam fuisse sibi suadet Vallarsius eorumdem Operum tom. I, pag. 423 suæ editionis Veron. 1735.

Digitized by Google

quamvis in epistola ad Damasum multis ante *Catalogum* annis scripta (76), et in præfatione *suæ in Matthæum Expositionis*, solo martyris nomine Hippolytum nostrum decorasset. Hieronymum quodammodo in hac re secutus est Photius, qui cum duobus in locis Hippolyti nostri meminerit, in eorum altero (77) illum nullo nec martyris nec episcopi titulo insignivit; in altero vero eumdem et episcopum et martyrem disertissime appellavit (78). Si igitur Romanus senator fuit Hippolytus, recte inde deduci posse arbitramur ipsum in Occidente, non in Oriente vixisse, proptereaque in Occidente episcopalem sedem obtulisse.

III. *Marianus Victorius non Hippolytum, sed Apollonium senatorem fuisse contendit.*

Scimus doctissimos viros, inter quos Marianus Victorius Reatinus, accuratissimus Operum S. Hieronymi editor, arbitrari hunc Hieronymi locum librariorum oscitantia fuisse depravatum; senatoriam idcirco dignitatem non Hippolyto, sed Apollonio tribuendam censens, vetustos codices hujusce rei testes in medio producit, in quibus legitur: « Hippolytus et Apollonius Romanæ urbis senator (79). » Victorium secutus est doctissimus monachus Remigius Ceillierius in *Historia auctorum sacrorum et ecclesiasticorum* (80), eo potissimum argumento, quod S. Hieronymus in supra laudato *Catalogo* S. Hippolytum senatorem nuspiam appellet. Verum si Ceillierio in hac re fides adhibenda esset, illius etiam martyrium eodem plane argumenti genere inficiari possemus, cum Hieronymus in *Catalogo* Hippolytum nostrum martyris nomine haud designarit. Quapropter cum antiqui codices et vetustæ editiones, quas secutus est Martianeus (81) in sua operum sancti Hieronymi editione, Hippolytum et Apollonium senatores fuisse testentur, et S. Hieronymus hanc epistolam, ut diximus, aliquibus post editum *scriptorum illustrium Catalogum* annis conscripserit; recte quidem conjicere possumus S. doctori, dum eumdem *Catalogum* scripsit, senatoriam Hippolyti dignitatem plane incompertam fuisse.

IV. *Scaligeri et Moynii de senatoria Apollonii dignitate sententia rejicitur.*

Josephus Scaliger (82) in suis ad Eusebii *Chronicon* animadversionibus, et post eum Stephanus le Moyne (83) et Antonius Pagius (84) senior scribunt S. Hieronymum, præter omnium veterum fidem, Apollonium urbis Romanæ senatorem vocasse, eo potissimum argumento innixi, quod Eusebius hanc Apollonii dignitatem ignoraverit. Quapropter Rufinum inscitiæ arguunt, quasi ipse germanum Eusebiani contextus sensum prava interpretatione vitiarit. « Apollonius enim, inquit Moynius, a Perenni præfecto prætorio capite damnatus fuit, ad quem in senatores nullum jus et imperium pertinebat. » Pagius vero S. Hieronymum, « hæc proprio ingenio ex Eusebio exaggerasse » sibi persuasit. Hujusmodi tamen doctorum virorum argumenta nihil nos morantur, quominus Hippolytum et Apollonium senatores fuisse credamus. Ex eo enim, quod Eusebius senatoriam Hippolyti et Apollonii dignitatem ignorarit, quis unquam S. Hieronymum, qui non multis post Eusebium annis floruit, nullam hujusce rei notitiam habere potuisse firmabit? Hoc falsum omnino nobis videtur; nam Hieronymus diutius Romæ moratus est, ubi martyrium consummavit Apollonius, quemadmodum ipsemet etiam Moynius alibi fatetur; ideoque hæc, quæ reticuit Eusebius, vel ex genuinis Apollonii martyris Actis ab Eusebio memoratis, vel ex aliis, quæ tunc supererant, monumentis, Eusebio forsan ignotis, S. doctor deducere potuit (85). Nec eumdem S. doctorem vitiata Rufini versione deceptum, cum Scaligero et Moynio dubitare quispiam poterit. Nam, ut scite pro more suo observat doctissimus Tillemontius (86), S. Hieronymus *virorum illustrium Catalogum* decem, epistolam vero ad Magnum aliquot

(76) In epist. ad Damasum scripta anno 384.

(77) In *Bibliotheca*, cod. CXXI, pag. 302 edit. Rothomagi anni 1653.

(78) Cod. CCXI, pag. 526.

(79) Ita legit Marianus Victorius in sua Operum S. Hieronymi editione, in citata epist., quæ apud ipsum est numer. 84 in tom II, pag. 251 edit. Romæ anni 1564, apud Paulum Manutium Aldi filium in ædibus populi Romani. Inter recentiores etiam Dominicus Vallarsius in eadem epist. quæ est juxta ipsius editionem num. 70, in tom. I, ita pariter legit, atque pag. 427 hæc nos monet: « Falso Erasmum secutus editor Benedictinus legerat senatores, cum de Apollonio tantum, ut ex *Catalogo* liquet, dictum sit, imo cum nedum de Hippolyto, sed de Apollonio ipso alii dubitent, fueritne unquam senator, an proprio ingenio ex Eusebio Hieronymus exaggeraverit. »

(80) *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques*, cap. 27, *in* saint Hippolyte évêque et martyr, docteur de l'Eglise, tom. II, pag. 316 edit. Paris. anni 1730.

(81) Tom. IV, pag. 656.

(82) Ad annum 1203, pag. 225 edit. Amstelodami anni 1658: « Quis ex his colligat, senatorem fuisse (Apollonium)? unde vero de hoc martyre Hieronymus et Rufinus scire potuerunt, nisi ex Eusebio? In epist. ad Magnum oratorem urbis Romæ: « Hippolytus quoque, et Apollonius Romanæ « urbis senatores propria opuscula condiderunt. » Iste Hippolytus Romanæ urbis senator tam ignotus potuit esse Hieronymo, quam liber Apollonii, qui nunquam fuit. Hæc, ut dixi, ex præpostera Eusebiani loci interpretatione derivata sunt, dum ἀπολογίαν pro libello apologetico accipiunt. Neque dubito Hieronymum, cum illa scriberet, non Græcum Eusebii exemplar, sed Rufini interpretationem Latinam in manibus habuisse. »

(83) Prolegom. ad *Varia sacr.*, t. I, p. 32.

(84) Ad an. 189, num. 4, in *Annal.* Baronii tom. II, pag. 342, edit. Lucæ anni 1738.

(85) Legenda sunt ea, quæ in notis ad c. 21, lib. V *Hist. eccl.* Eusebii, pag. 240, affirmat Valesius: « Potuit, inquit, Hieronymus legere Acta ipsa passionis Apollonii, ad quæ nos ablegat Eusebius. In quibus Actis et senator Romanus, et a servo suo proditus dicebatur, ut credibile est; » necnon ea, quæ in nostram sententiam etiam in notis variorum ad hunc eumdem locum monentur.

(86) Tom. III, *Mémoires pour servir à l'Histoire*

Digitized by Google

ante annos edidit, quam Rufinus Eusebianæ *Historiæ* versionem adornasset. Non levem denique S. doctori Græce ac Hebraice peritissimo injuriam gratis inurunt Moynius et Scaliger, dum ipsum non aliunde hæc, quæ de Apollonio tradidit, hausisse autumant quam ex memorata Rufini versione; quid enim ipsa opus habuit Hieronymus, qui Græcas litteras tam probe calluit? Tandem, ut notat doctissimus monachus Theodoricus Ruinartius (87), S. Hieronymo favent vetera quæque Martyrologia, quæ die 18 Aprilis, quo sancti Apollonii diem festum celebrant, eum disertum senatorem appellant.

V. *S. Apollonius non a Perenni præfecto, sed a senatu capitali sententia damnatus fuit.*

Quod ad capitis sententiam attinet, qua damnatus est Apollonius, hanc non a Perenni præfecto, sed a senatu promulgatam testatur Eusebius, cujus verba paulo supra exscripsit idemmet Moynius; quare summopere miramur, virum doctum, suimet quodammodo oblitum, tam absurda dictitasse. Perennis prætorio præfectus non in Apollonium, sed in scelestissimum indicem qui Apollonium Christianum esse prodidit (quem S. Hieronymus (88) ipsiusmet S. martyris servum Severum nomine fuisse scribit), extremi supplicii sententiam pronuntiavit. En ipsius Eusebii verba (89): « Sed miser, inquit, intempestive suscepta accusatione (videlicet servus), cum imperatorio edicto capitalis pœna in eos qui talia detulissent esset constituta, confestim fractis cruribus occiditur, Perenne judice ejusmodi adversus ipsum sententiam pronuntiante. » Apollonius vero a senatu, ut diximus, non a Perenni, capitali sententia fuit damnatus, quod perspicue docet Eusebius his verbis: « Verum Deo acceptissimus martyr, multum ac enixe eum exorante judice, ut de fide sua coram senatu loqueretur, cum disertissima apologia fidei suæ coram omnibus rationem testatus esset, A capitali supplicio statim sententia senatus damnatur. » Jure igitur ac merito Henricus Valesius in notis ad hunc Eusebii locum senatoriam Apollonii dignitatem egregie tuetur, eo quod ipse a Perenni præfecto jussus fuerit coram senatu fidei suæ rationem reddere. Valesio subscribunt Tillemontius (90) et Remigius Ceillierius (91).

VI. *Præfectos prætorio ipsosmet senatores quandoque judicasse ostenditur.*

Neque nos sinunt in contrariam abire sententiam Scaligeri et Moynii argumenta, utpote quæ facili diluantur negotio. Dicunt enim præfectum prætorio, qui tunc temporis ex equestri ordine desumebatur, senatorum judiciis interesse nullo pacto potuisse: atqui Perennis prætorio præfectus, cum in senatu de Apollonio quæstio habita est, præsens fuit, et sanctissimum Christi martyrem pro tribunali de suæ religionis fide interrogavit: Apollonium ergo ex senatorum albo omnino delendum. Fatemur equidem cum doctis viris Pancirolo (92) et Gothofredo (93), prætorio præfectos, ut viros equestris ordinis, nullam in senatores potestatem ante Alexandrum jure habere potuisse; verum ob corruptissimos quorumdam Augustorum mores, qui vitiorum illecebris irretiti, imperii æque ac pudoris immemores, reipublicæ moderamina præfectis prætorio conerediderunt, rem aliter evenisse scribunt illorum temporum oculatissimi testes, Tacitus (94), Lampridius, Dio, Herodianus, Spartianus, aliique, ex quorum monumentis aperte colligimus præfectos prætorio non modo senatorum causas ante Alexandrum judicasse, verum, quod maximum est, imperii Romani veluti arbitros exstitisse. Perennis prætorio præfectus, quem negat Scaliger, ut virum equestris ordinis, senatorum judiciis interesse potuisse, Commodo luxuriante, vastissimi imperii habenas suscepit, Lampridio teste (95), qui rem tanto Augusto indecoram graphice describit his verbis: « Perennis

ecclésiastique, Notes sur saint Apollone sénateur, pag. 614 edit. Paris. an. 1701, note 1: « ...et qu'ils ne se soient pas souvenus que Rufin n'a traduit Eusèbe que bien des années après que S. Jérôme avait parlé de S. Apollone en 392, dans son traité *Des hommes illustres*. »

(87) *Acta martyrum*, pag. 72, de S. Apollonio martyre, edit. Veronæ an. 1731. Martyrologium Adonis die 18 Aprilis S. Apollonii senatoris mentionem habet, pag. 161 edit. Romæ 1745, opera et studio Dominici Georgii, qui insuper hæc notat pag. 162: « Meminere Ado noster, Usuardus, Romanum parvum, et Notkerus. Meminit Richenoviense. » De illius martyrio Baronius ad an. 189, num. 1 et seq.; Pagius in *Critica* ad an. 187, num. 3, passum existimat anno 186. Usuardus quoque S. Apollonium senatoris titulo decoravit: « Romæ beati Apollonii senatoris, qui sub Commodo principe a servo proditus, quod Christianus esset, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, ac deinde sententia senatus pro Christo capite truncatus est. » Videnda quæ ad hunc locum notavit Joannes Baptista Sollerius accuratissimus Usuardi editor, tom. VI, part. I, Acta sanctorum mensis Junii pag. 218 edit. Venetæ anni 1745, nec non quæ Godefridus Henschenius, et Daniel Papebrochius tom. II Act. sanct. mensis Aprilis die 18, in *S. Apollonio* pag. 559 et seqq. edit. Venetæ anni 1738. In Romano Martyrologio etiam S. Apollonius senator nominatur die 18 Aprilis, pag. 136 edit. Antuerpiensis 1613, ubi multa de Commodo et Perennio Baronius in notis commemorat.

(88) Cap. 42 *De viris illustribus*. De servo, qui S. Apollonium prodidit, legendus Vallarsius in notis ad hunc locum; Tillemont. tom. III, pag. citata 314; Ceillier. tom. II, pag. 132, c. 15, aliique.

(89) *Hist. eccles.* lib. v, c. 21, p. 240 edit. Cantabrigiæ.

(90) Tom. III, pag. 56, *in* Saint Apollone, sénateur romain et martyr, et 615 et seqq., in citatis notis.

(91) Tom. cit. II, pag. eadem 132, c. 15 citato.

(92) In Notitia utraque dignitatum, cap. 5, de præfectis prætorio, pag. 7 edit. Lugdunensis ann 1608.

(93) In cod. Theodosiano, cap. 13, de senatorum criminis reorum foro, tom. III edit. Lipsiæ ann 1738, pag. 18.

(94) Lib. IV et V *Annalium*, in quibus Ælii Sejani præfecti prætorio potentiam describit.

(95) In *Commodo*, pag. 47, in *Hist. Augusta scriptoribus* edit. Paris. anni 1620.

Digitized by Google

autem Commodi animum præsciens, invenit, quemadmodum ipse potens esset; nam persuasit Commodo, ut ipse deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet, quod Commodus lætanter accepit. » Et paulo post : « Tunc tamen Perennis cuncta sibimet vindicavit, quos voluit interemit, spoliavit plurimos, omnia jura subvertit. » Lampridio consentiunt Dio (96) et Herodianus, unde nobis arguere licet quam altas in imperio Romano radices egerit Perennis potentia. Sed, ne cui dubium supersit Perennem capitales animadversiones in ipsosmet senatores exercuisse, exscribamus hic luculentissimum Herodiani (97) testimonium, ex quo non solum constat Perennem plenam in primarios senatores, qui, conjuratione facta, Commodum de medio tollere cogitarunt, jurisdictionem habuisse, verum etiam, quod summopere mirandum, ipsammet Commodi sororem tanti sceleris consciam mortis supplicio mulctasse. « Quæstiones autem, inquit Herodianus, Perennio diligenter exercente, soror ipsa Commodi, conjuratique omnes, cæterique præterea quantulacunque suspicione attacti, supplicio affecti sunt. » Spartianus in *Severo*, ut animadvertit Tillemontius (98), a præfectis prætorio senatorios viros judicatos fuisse testatur. Severus enim, « qui a divo Marco latum clavum petiit, et accepit, » et quamplurimis præfuit provinciis, « in Silicia, quasi de imperio vel vates, vel Chaldæos consuluisset, reus factus apud præfectos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, jam Commodo in odium veniente, absolutus est, calumniatore in crucem acto (99). » Ex his itaque luculentissimis exemplis aperte constat, Perennem, cæterosque præfectos prætorio sub Commodo plenam in senatores potestatem habuisse; quare irrito prorsus conatu Scaliger, et post eum Moynius et Pagius, Rufino inscitiæ et S. Hieronymo credulitatis notas inurere tentarunt, cum Apollonius urbis senator esse potuerit, quamvis Perennis prætorio præfectus capitali cjus judicio in senatu interfuerit, quod impossibile ac penitus incongruum doctis viris falso visum est.

VII. *Prudentius Hippolytum Portuensem elegantissimo carmine laudavit, de quo tamen varie sentiunt eruditi.*

Prudentius, qui sub Theodosio Juniore floruit, in libro *Περὶ Στεφάνων*, hymno 11 (1), Hippolytum martyrem Portuensem carminibus suis celebravit, cujus cœmeterium in agro Verano situm ætate sua summopere venerabantur Romani exteriique. Verum ex tot Hippolytis, quos sacris Ecclesiæ fastis ascriptos cernimus, quisnam ille fuerit, quem Prudentius egregio hoc carmine laudarit, acriter hucusque disputatum fuit a recentioribus magni nominis scriptoribus. Alii enim, quorum agmen ducit maximus *Annalium ecclesiasticorum* parens Baronius (2), Prudentio vitio vertunt, quod tres Hippolytos in unum confuderit, episcopum scilicet nostrum, militem sub Valeriano passum et demum Hippolytum presbyterum Antiochenum, prius Novati discipulum, postea gloriosum Christi martyrem sub Decio. Alii vero, inter quos Theodoricus Ruinartius (3), Sebastianus Tillemontius (4), Remigius Ceillierius (5), aliique contrariam prorsus tuentur sententiam, et Prudentium ab hoc confusionis vitio vindicare conantur, dum unicum Hippolytum presbyterum ab ipso laudatum dicunt, qui Novatianorum sectæ laqueis quondam irretitus, eorum hæresi postmodum ejurata, insignem martyrii palmam in Portu Romano est adeptus. Demum Fronto Ducæus (6) mediam inter hos professus est sententiam; dum Hippolytum episcopum Portuensem a Prudentio hoc carmine laudatum censuit, quem Novati erroribus captum et mox ante martyrii coronam exsolutum tradidit. Quibus vero rationum momentis præcipuæ magnorum virorum nitantur sententiæ, prius inquirere, et demum quid post tot tantosque

(96) Cassius Dio Cocceianus, *Histor. Romanæ* lib. LXXII, in *Commodo*, tom. II, § 9, pag. 1210, 1211 edit. Hamburgi anni 1752.

(97) Lib. I, cap. 8, pag. 25 edit. Jo. Henrici Bæcleri anno 1691 Argentorati.

(98) Tom. III, Notes sur saint Apollone, note 4, pag. 615.

(99) Sunt Ælii Spartiani verba in *Severo* imperatore, pag. 65 *Histor. August. script.*, edit. citat.

(1) Pag. 194 edit. Antuerpiæ anni 1564. Aurelius Clemens Prudentius natus est anno 348, sub Saliæ consulatu, ut ipse testatur in præfatione *Cathemerinωn*, pag. 38. Ejus Operum catalogum texit Gennadius in *Catalogo virorum illustrium* cap. 13, p. 958. Tom. II Operum S. Hieronymi citatæ edit. Vallarsii. Vide Ruinart. in *Act. Martyrum sincer.*, pag. 144, ubi auctorum in Prudentium laudes descriptæ reperiuntur.

(2) Ad annum Christi 229, num. 9, tom. II, pag. 481 edit. Lucæ : « Hæc Prudentius, qui tamen errore lapsus, tres in unum confundit Hippolytos, militem nempe passum sub Valeriano, episcopum sub Alexandro et presbyterum Antiochenum, olim Novatianum, martyrem sub Decio imperatore. » Id ipsum repetit in notis ad Martyrologium Romanum die 30 Januarii, p. 55, die 13 Augusti, pag. 340, et 22 ejusdem mensis, p. 355 editionis Rosweidi.

(3) *Acta martyrum sincera*, pag. 143 cit. edit., admonitione in martyrium S. Hippolyti : « Non igitur alium agnoscimus Hippolytum in hoc Prudentii hymno, præter Portuensem martyrem celeberrimum, cui hæc omnia, quæ ab hoc auctore referuntur, optime competere existimamus. »

(4) Tom. III, pag. 675, Notes sur saint Hippolyte, note 4.

(5) Tom. II, cap. 35, pag. 567, § 6.

(6) In sua Nicephori Callisti *Ecclesiasticæ historiæ* interpretatione cum Græcis collata et recognita, tam ad cap. 31, lib. IV *Hist.*, p. 330, quam cap. 5, lib. VI, p. 395 edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1630, ubi de Novato suisque asseclis disserit, nullum alium Hippolytum a Prudentio in suo hymno laudatum agnoscit, quam nostrum Portuensem episcopum. « Hippolytus Portuensis episcopus et martyr, cum ad supplicium raperetur, ut est apud Prudentium, » respondit : « Fugite, o miseri, » etc., insigne retractationis seu revocationis exemplum.

Digitized by Google

viros hac de re nos ipsi sentiamus, eruditis patefacere nostri instituti ratio postulat.

VIII. *Baronius tres Hippolytos in unum a Prudentio confusos docet.*

Baronius, sola veterum Martyrologiorum ope suffultus, in quibus tres Hippolytos supra recensitos descriptos animadvertit, Prudentio confusionis notam inussit (7). Ado (8), Usuardus (9), Notkerus (10) et Wandelbertus (11), presbyterum Antiochenum tertio Kalendas Februarii, militem S. Laurentii socium Idibus Augusti, et Portuensem episcopum decimo Kalendas Septembris martyrio coronatos scribunt. His plane consentiunt aliæ vetustissimæ Ecclesiæ tabulæ a Roswei-do, (12) Dacherio (13) et Florentino (14) post Baronii mortem editæ, in quibus singulis his diebus

(7) In notis ad Martyrologium Romanum, die 30 Januarii, p. 55 citatæ edit. Rosweidi.

(8) Pro majori lectorum commodo singula Martyrologiorum verba describenda existimamus. Ado III Kalendas Februarii pag. 72 edit. cit. Romæ 1745 : « Apud Antiochiam, inquit, passio S. Hippolyti martyris, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit, pro qua et in qua illustre martyrium consummavit. » Idem Idibus Augusti pag. 400 : « Romæ S. Hippolyti martyris sub Decio imperatore, Valeriano præfecto. Hunc beatum Hippolytum vicarium sanctus Laurentius, cum apud eum esset in custodia, baptizavit..... Beatus vero Hippolytus ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, sic per carduetum et tribulos tractus emisit spiritum. » Et X Kalendas Septembris pag. 419 : « In Portu urbis Romæ natalis S. Hippolyti, Quiriaci et Archillai. » In quibus omnibus tribus locis legendæ sunt eruditissimæ animadversiones Dominici Georgii, qui ipsum Martyrologium mirifice illustravit.

(9) Usuardus III Kal. Februarii : « Apud Antiochiam passio beati Yppolyti martyris, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit, pro qua illustre martyrium consummavit, » in tom. VI, part. I, Act. Sanctorum mensis Junii pag. 69. Idem Idibus Augusti : « Romæ beati Yppolyti martyris, qui pro confessionis gloria, jubente Valeriano præside, ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, sic per carduetum et tribulos tractus emisit spiritum. » Tom. VII Act. eorumdem pag. 464 ; et X Kalend. Septembris tom. eodem, pag. 484 : « In Portu urbis Romæ sanctorum Ipoliti, Quiriaci et Archillai. » In his locis etiam legenda quæ doctissime observavit Solerius.

(10) In *Martyrologio* Notkeri cognomento Babuli monachi S. Galli edito ab Henrico Canisio in *Thesauro monumentorum ecclesiasticorum et historicorum*, sive in *Lectionibus antiquis*, tom. II, parte III, pag. 97 edit. Amstelodami an. 1725, legimus III Kal. Februarii : « Apud Antiochiam passio S. Hippolyti, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit. Pro qua et in qua postea illustre martyrium consummavit. » Et pag. 166, Idibus Augusti : « Romæ nativitas sancti Hippolyti, qui tempore Decii imperatoris ligatus pedes ad colla equorum indomitorum, sic per carduos et tribulos, præruptas et ardua, tractus emisit spiritum. » De S. Hippolyto episcopo nihil legitur, cum desiderentur aliquot pagellæ in manuscripto codice, ex quo Martyrologium fuit descriptum, sicuti Canisius observavit, pag. 169, in margine.

(11) Wandelbertus diaconus in suo *Martyrologio*, quod edidit Lucas d'Acherii in tom. *Spicilegii* edit. Parisiis anni 1723, pag. 43, de Hippolyto Antiocheno hæc cecinit :

Tertiaque Hippolytum Antiochenæ personat urbi;

et Idibus Augusti pag. 51 :

Idibus Hippolytum comitem Laurentius astris
Pro Christo parili recipit certamine passum.

Sed de S. Hippolyto episcopo nil penitus habet.

(12) Heribertus Rosweidus edidit ad calcem Martyrologii Romani vetus Romanum Martyrologium a cardinale Baronio desideratum, in quo III Kalendas Februarii habetur : « Antiochiæ passio S. Hippolyti » p. 3 edit. Antuerpiæ ex officina Plantiniana anni 1613, et Idibus Augusti pag. 16 : « Romæ Hippolyti martyris cum familia sua, et S. Concordiæ nutricis ejus, » et X Kal. Septembris pag. eadem : « Romæ Hippolyti, Quiriaci et Archillai. »

(13) Lucas d'Acherii, tom. cit. II, exhibet vetustissimum Martyrologium S. Hieronymo attributum, quod in codice monasterii Corbeiensis reperiit, et pag. 3, III Kalendas Februarii habet : « In Antiochia passio S. Hippolyti martyris ; » Idibus Augusti pag. 16 : « Romæ natalis sanctorum Hippolyti martyris, Pontiani episcopi, Cornelii, Cassiani, Calesti cum sociis eorum. » Et X Kalendas Septembris pag. 17 : « In Portu urbis Romæ natalis S. Hippolyti, qui dicitur Nunnus, cum sociis suis. » Idem auctor edidit tom. eodem Martyrologium Gellonense, sive sancti Guilielmi de Deserto pervetustum circa ann. 804 conscriptum. In eo pag. 27 habemus, III Kalendas Febr. : « Antiochiæ Hippolyti, » Idibus Augusti, pag. 33 : « Romæ Hippolyti mart. » Sed X Kal. Septembris nihil de S. Hippolyto episcopo reperitur. Et in tomo eodem II habetur vetus Kalendarium scriptum verosimiliter anno 826, quod Idibus Augusti exhibet : « Natalis S. Hippolyti ; » ut pag. 66 videre est.

(14) Franciscus Maria Florentinus summa cum omnium eruditorum laude edidit vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium doctissimis animadversionibus locupletatum ; in eo III Kal. Febr., pag. 290 edit. Lucæ anni 1668, legimus : « In Antiochia passio sancti Epoliti, » et pag. 750, Idibus Augusti : « Romæ natalis S. Ypoliti martyris, Pontiani episcopi, Luciani, Cornelii, Cassiani, Calesti, cum sociis eorum. » Et pag. 770, X Kal. Septembris : « Et in Porto (sic) urbis Romæ natalis S. Yppoliti, qui dicitur Nunnus, cum sociis suis. » In quampluribus aliis tabulis ecclesiasticis horum Hippolytorum nomina referuntur. De Antiocheno mentio etiam reperitur in Martyrologio reginæ Suecorum, et Ottoboniano, in quo, teste Dominico Giorgi in notis ad Martyrologium Adonis die XXX Januarii, pag. 72, additur : « Martyris ; » in Richenoviensi, in quo exstat : « In Antiochia Yppoliti, et aliorum 25. » Augustanum et Labbeanum habent : « Antiochiæ Yppolyti. » Antuerpiense III Kal. Febr. : « Antiochiæ passio Ippoliti. » Martyrologium Epternacense : « Antiochiæ passio Ippolyti. » Riccardianum ms. : « Apud Antiochiam passio sancti Hippolyti. » Augustanum Solerii : « Ant. Ypolyti. » Antissiodorense : Martenii « In Antiochia Yppolyti. » Morbacense : « Antiochia Yppolyti ; » apud Edmundum Martene *Thesaur. nov. anecdotorum*, tom. III edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1717, pag. 1565, et Corbeiense apud ipsum Martene tom. cit. III, p. 1575 : « In Antiochia passio S. Ypoli (sic) martyris ; » aliaque multa, quæ longum esset numerare, quæque legi possunt apud Alexandrum Politi in suis *Commentariis* ad Martyrologium Romanum die XXX Januarii pag. 497 edit. Florentiæ anni 1751, ubi multa de Hippolytis et de nostro Portuensi episcopo disseruntur. De S. Hippolyto milite, die XIII Augusti martyrii palma coronato, mentionem habet

Digitized by Google

Hippolyti mentio habetur, Portuensi excepto, cujus memoriam in Martyrologiis a Dacherio et Florentino vulgatis, non decimo Kalendas Septembris, sed quarto Kalendas Februarii descriptam conjicit ipse Florentinus (15), quamvis in iisdem Martyrologiis, et x et XII Kalendas Septembris Portuensis Hippolyti perspicue exstet memoria. Nec desunt varia Hippolyti militis Acta, innumeris tamen mendis referta, quæ idcirco eminentissimo Baronio (16) minus placuerunt. Hæc primum habentur in Actis S. Laurentii a Surio (17) vulgatis, aliaque etiam ab iis sejunctim descripta reperiuntur, et demum brevissima quædam alia Hippolyti militis Acta posterioribus sæculis breviariis inserta fuere. Horum Actorum exemplaria sat vetusta nobis exhibent codices Vaticani, Lateranenses, Ottoboniani et Vallicellani. Sed cum hæc ex eodem fonte, quo S. Laurentii Acta, manarint, quæ merito repudiarunt magni viri Baronius (18), Henricus cardinalis Norisius (19), ac Bollandiani socii (20); non majorem ideo iis fidem, quam S. Laurentii Actis, adhibendam esse nemo non videt. Hippolyti episcopi gesta habentur in Actis S. Aureæ, quæ nobis suppeditant codices Vallicellani et Lateranenses. Præcipua etiam Hippolyti episcopi quædam Acta supersunt in codice Vaticano, quæ recte Baronius (21) ex mox laudatis S. Aureæ Actis « summatim collecta » fuisse docuit.

IX. *Varii Hippolyti ex antiquis Martyrologiis recensentur.*

Alios etiam, præter laudatos, Hippolytos in vetustissimis Ecclesiæ tabulis descriptos cernimus, quas egregia doctorum virorum solertia post Baronii mortem in publicos sacrarum litterarum usus in

calendarium Bucherianum : « Hippolyti in Tiburtina; » Carthaginense : « Sancti Hippolyti; » Lucense : « Romæ Natalis sanctorum Ypolyti martyris, Pontiani episcopi, » etc. Apographum Corbeiense : « Romæ natalis SS. Hippolyti martyris, Pontiani episcopi, » etc. Morbacense, Idus (Augusti) : « Romæ Ippolyti martyris; » Martene loc. cit. pag 1568. Corbeiense : « Idus Augusti Romæ natalis S. Ypoliti martyris; » apud Martene loc. cit. pag. 1581. Turonense : « Idibus, Ypoliti; » Martene pag. 1589. Antiquum calendarium Corbeiense apud ipsum Martene pag. 1600 ; « Idus Augusti Romæ natalis S. Ypoliti martyris; » et aliud calendarium ex ms. Lyrensi ab eodem auctore edito : « Idibus (Augusti) sancti Yppolyti mart. et sociorum, » pag. 1611. Rabanus in suo *Martyrologio*, quod edidit Canisius tom. II citato, parte II, p. 537, Idib. (Augusti) scribit : « Romæ S. Hippolyti, qui tempore Decii ligatus pedibus ad colla indomitorum equorum, sic per carduos ac tribulos tractus, emisit spiritum. » Rhinoviense, et Richenoviense : « Romæ Ypoliti mart. » Hoc ipsum *Martyrologium* die XI Septembris habet : « In Portu Romano Ingenui et Yppolyti : » Augustanum et Labbeanum : « Romæ Ypoliti martyris, Luciani, Pontiani. » Martyrologium reginæ Suecorum : « Romæ natalis S. Yppolyti martyris, et Concordiæ nutricis ejus, quæ ante ipsum plumbatis cæsa martyrizavit, et aliorum 19 de domo ejus, qui simul decollati sunt. » Fuldense : « Roma passio S. Yppolyti martyris. » Ottobonianum : « Romæ natalis sancti Ypoliti martyris, et Concordiæ nutricis ejus, et aliorum 18 de domo ejus. » Calendarium palat. Vatic. 485 : « Natalis S. Yppoliti martyris; » Palat. 39, addit : « cum sociis suis. » Kalendar. Vatic. 5806 : « Romæ SS. martyrum Ypoliti, Cassiani. » In libris liturgicis vetustissimis Hippolytus martyr hac die celebratur, nempe in codice Sacramentario Gelasiano pag. 167, Missali Gothico pag. 369, Sacramentariis Gregorianis, in Missali plenario Vaticano pag. 4770, palat. Vat. 496, Sacramentario a Blanchino edito pag. 28, in libello orationum Gothico-Hispanico ab eodem Blanchino edito inter opera card. Thomasii p. 131, in Breviario Mozarabo, capitularibus Evangeliorum tom. III, *De liturgia Romani pont.*, p. 273, et capitulari Epistolarum ad usum Ecclesiæ Mediolanensis pag. 250. Videndus Giorgi in notis ad Martyrologium Adonis die XIII Augusti pag. 402; Solerius eodem die in tom. VII Actorum SS. mensis Junii, pag. 464, et Florentinus eadem die pag. 750, qui multa documenta de S. Hippolyto milite ac martyre produxerunt. De nostro Portuensi episcopo mentionem habet, præter Martyrologia quæ superius descripsimus, vetus Martyrologium Romanum parvum X Kal. Septemb. « Romæ Hippolyti, Quiriaci et Archelai, » quos Ado et Usuardus dicunt : « In Portu Romano. » Martyrologium reginæ Suecorum agit pridie hujus diei his verbis : « in Portu Romano natalis sancti Hippolyti. »

(15) In vetustiori Martyrologio ab eodem Florentino edito IV Kal. Febr. legimus pag. 289 : « In Tuscia Constantini, Epoliti episcopi de antiquis. » — « Hic agi, inquit ipse Florentinus, de Hippolyto Portuensi episcopo fatetur etiam Bollandus in *prætermissis*, quanquam cum Romano Martyrologio ejus memoriam potius recolendam putaverit die XII Augusti. » In Martyrologio S. Hieronymo attributo ab ipso d'Acherii edito tom. II *Spicilegii*, pag. 3, etiam IV Kal. Febr. legitur : « In Tursia Constanti, Hippolyti de antiquis; » nec non in Gellonensi apud eumdem d'Acherii, tom. eodem, p. 27, IV Kal. Febr.: « Pauli, Victoris, Hippolyti, Honorati, Constanti; » eadem die XXIX Januarii Martyrologium Epternacense refert : « In Tuscia Constantini, et alibi Hippoliti episcopi. » Corbeiense : In Tursia Constanti, Hippoliti episcopi de antiquis. » Martyrologium reginæ Sueciæ : « Et alibi Ippoliti episcopi de antiquis. » Gallicanum Martenii : « In Tuscia Constanti, Hyppoliti episc. »— « Sunt et alia pleraque Martyrologia, » ut ipsius citati Politi verbis utamur ad diem XXX Januarii p. 504 « quæ ipso illo die IV Kalendas Februarias nudum Hippolyti nomen repræsentant. »

(16) In notis ad Martyrologium ad diem decimam Augusti, ubi agit de S. Laurentio mart. p. 335 edit. Rosweidi, et pag. 355.

(17) Tom. IV in Gestis S. Laurentii pag. 180 et seqq. edit. Aloysii Lipomani episcopi Veronensis, Venetiis an. 1581.

(18) Baronius loc. cit. et ad ann. 254, numer. 27, tom. II, pag. 619 cit. edit., necnon in notis ad Martyrologium die XXX Julii, ubi agit de Abdon, et Sennen, pag. 318.

(19) *De epochis Syromacedonum* dissert. 3, cap. 10, pag. 363, tom. II Operum edit. Veronensis anni 1729.

(20) Acta sanctorum mensis Augusti tom. II, die X, § 12, num. 123 et seqq., pag. 519 et seqq. edit. Venetæ anni 1751.

(21) Ad annum 229, tom. II, pag. 481, numer. 8 : « Legimus et alia eisdem consentientia Hippolyti martyris Acta ex nuper citatis, ut videre est, collecta; quorum est exordium : *Beatus Hippolytus, qui et Nonnus*, » etc.

Digitized by Google

vulgus emisit. Pridie Kalendas Februarii Martyrologium Florentini (22), Dacherianum (23), et Gellonense (24), Hippolytum quemdam Alexandriæ memorant. « In Alexandria Tarsici, Zotici, Ammoni, Commini, Cyriaci, Gemini, Gelasi, Epoliti, » etc. (sive Hippolyti) quem alias « Appolytum, Eppolytum, Oppolytum, Yppolytum, » majores nostri mediis hisce temporibus dixerunt. Quarto Nonas Februarii « Forosempronii via Flaminia, milliario ab urbe 174, Laurentii, Eppolyti » memoriam celebrant Martyrologia Florentini, Dacherii, Antuerpiense et Aquisgranense. Gellonense vero sequenti die Hippolytum quemdam Africanis adjudicat : « Africa Felicis, Laurentii, Celerinæ, Hippolyti, Felicitatis. » Forosemproniensem Hippolytum Rabanus (25), et Notkerus (26) IV Nonas Februarii exhibent. Septimo Kalendas Maii « in Africa Griscononis, Zenonis, Iminandri, Carmiani, Arionis, Ippolyti, Diuduri » mentionem habent Martyrologia Florentini et Dacherii. Gellonense nullum hac die Hippolytum refert, fortasse quia ipsius memoriam IV Nonas Februarii, ut diximus, recensuit. XIII Kalendas Julii, « Romæ Yppoliti, Honorii, Evodii, Petri » in dictis tribus Martyrologiis leguntur nomina. Martyrologium tamen manuscriptum reginæ Sueciæ, Florentino (27) teste, non Hippolytum, sed « in Hippolyti cœmeterio » natalitium prædictorum martyrum diem celebratum affirmat. Quam optimi codicis lectionem merito probat vir doctissimus, ex qua eam fortasse descripsit Stephanus le Moyne (28). Octavo Idus Augusti « Romæ in cœmeterio Calixti via Appia natalis Xisti episcopi, etc., Laurentii, Eppoliti, et militum 165, » ex prædictis Martyrologiis memoriam eruimus, excepto vetustissimo Martyrologio S. Villibrodi, et altero reginæ Sueciæ, quæ, ut Florentinus notat, Hippolytum hac die reticent, ideoque hunc ab Hippolyto, quem Idibus Augusti sancta veneratur Ecclesia, haud diversum censet ad dictum diem ipsemet Florentinus.

In tanto igitur Hippolytorum numero, quos sacris Ecclesiæ fastis ascriptos cernimus, Prudentium, de quo nunc agimus, duorum vel trium gesta in unum conflasse facile quispiam cum maximo *Annalium* conditore suspicari posset, si hujusmodi monumentorum tanta vis esset, ut cuncta, quæ in iis habentur, indubiis doctorum virorum suffragiis statim probanda forent. His siquidem positis, a Baronii sententia vel minimum deflectere piaculum duceremus, cum Ado, Usuardus, Notkerus, tribus istis Hippolytis ea perspicue tribuant, quæ suo tantum Hippolyto vindicavit Prudentius. Illum enim et presbyterum, Novatiano olim schismati addictum facit, et postmodum plebis Portuensis caput, ac in Portu Romano equis discerptum martyrem obiisse, sacraque ipsius pignora in urbem translata, in agro Verano a fidelibus condita scribit Christianus poeta. Horum quidem singula singulis veterum Martyrologiorum Hippolytis convenire omnes vident. Etenim presbyterum Novatianum Antiochiæ passum his fere verbis omnes cum Notkero describunt : « Apud Antiochiam passio sancti Hippolyti, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ rediit, pro qua, et in qua illustre martyrium consummavit (29). » Hippolytum militem equis discerptum Beda cum mox recensitis Martyrologiis et Breviario Mozarabo (30) testatur hoc pacto : « Romæ S. Hippolyti, qui tempore Decii ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, sic per carduos tribulosque tractus emisit spiritum (31). » Episcopum vero veteres isti ecclesiasticarum tabularum scriptores solo episcopi designant nomine. In Martyrologio tamen Romano, hoc ex Actis S. Aureæ descriptum legitur ipsius elogium (32) : « In Portu Romano Hippolyti episcopi eruditione clarissimi, qui sub Alexandro imperatore, ob præclaram fidei confessionem manibus pedibusque ligatis in altam foveam aquis plenam præcipitatus, martyrii palmam accepit ; cujus corpus a Christianis apud eumdem locum sepultum fuit. » His itaque argu-

(22) Vide pridie Kal. Febr. pag. 291, ubi legi possunt ejusdem Florentini notationes.

(23) Apud Lucam d'Acherii tom. II *Spicilegii*, cit. editionis pag. 3.

(24) Apud ipsum Acherii tom. eod., pag. 27.

(25) Apud Henricum Canisium tom. II, parte II *Antiq. lect.*, editionis citatæ pag. 319 : « Romæ Forosempronii via Flaminia milliario ab urbe 174, Laurentii, et Hippolyti, et nativitas S. Fortunati. »

(26) Apud eumdem Canisium tom. eodem II, part. III, pag. 98 : « Item Romæ Forosempronii via Flaminia milliario ab Urbe 165, Laurentii, Hippolyti, et nativitas S. Fortunati. »

(27) « Plures Hippolyti nomine cœlites, inquit Florentinus in notis ad hanc diem pag. 603, Romæ fuerunt venerati : cum Honorio tamen, Evodio et Petro sociis, alibi non succurrit. Eos tantum, et non alios Romæ XIII Kal. in fine recolit etiam mss. reginæ Sueciæ, hac tamen differentia, ut non Hippolytum, sed in ejus cœmeterio Honorium, Evodium et Petrum reddat, quod magis placet : « Romæ in « cœmeterio Hippolyti SS. Honorii, Evodii et Petri, » totidemque et iisdem nominibus martyres in vetustissimo Antuerpiensi, Corbeiensi, et nostro martyrologio scripti sunt. Emendanda quapropter in postremis lacuna, et legendum : « Romæ in cœmeterio Hyppolyti. » Erat D. Hippolyti cœmeterium in agro Verano via Tiburtina, vel idem, vel prope cœmeterium B. Cyriacæ, quod ita designat liber Pontificalis in Adriani I Vita : « Simul et cœmeterium « B. Hippolyti juxta S. Laurentium, quod a priscis « marcuerat temporibus, a novo renovavit . pari « modo et ecclesiam B. Christi martyris Stephani « sitam juxta prædictum cœmeterium S. Hippolyti « similiter restauravit. »

(28) Prolegom. ad *Var. sacr.*, fol. 32 et seqq.

(29) Sunt ipsius Notkeri verba in nostris notis superius recitata.

(30) Fol. 393 Breviarii Mozarabi.

(31) Ita Idibus Augusti passio S. Hippolyti describitur in Martyrologio Bedæ cum Auctario Flori. et aliorum in tom. II Act. sanctorum mensis Martii edito pag. 26 edit. Venetæ anni 1735.

(32) Die XXII Augusti.

Digitized by Google

mentis magnus Baronius suam firmavit sententiam, quam Prudentium confusionis vitio in hac re laborantem ostenderet. Quamvis vero hujusmodi monumenta, ex quibus hujusce sententiæ tota vis pendet, maxima, ut egregie nos docuit, et pietate, et doctrina vir insignis Theodoricus Ruinartius (33), polleant auctoritate, utpote quæ ex vetustissimis Ecclesiarum tabulis, quas illorum scriptores consuluere, sint deprompta; tamen cum omni penitus mendo eadem carere nemo affirmare possit, idcirco solo illorum testimonio Prudentium disertissimum quarti sæculi scriptorem confusionis reum traduci haud posse docti viri animadvertunt.

X. *Ruinartius unicum a Prudentio Hippolytum laudatum censuit.*

Ruinartius (34) itaque, et post eum Tillemontius (35), Ceillierus (36), Caveus (37), Samuel Basnagius (38) aliique ex recentioribus, Christianorum poetarum principem Prudentium Hippolytum presbyterum, non episcopum Portuensem Novatianæ sectæ laqueis quondam captum egregio hoc carmine laudasse censent; quodque ex sequentibus ipsius carminibus tuto deduci posse sibi persuadent;

Invenio Hippolytum, qui quondam schisma Novati Presbyter attigerat nostra sequenda negans (39).

Nec ipsum ullo confusionis vitio in recensendis Hippolyti martyris triumphis laborasse asserunt, utpote qui non inanibus vulgi commentis, aliisque turbidis fontibus tanti martyris res gestas hauserit, sed optimo veteris picturæ testimonio suffultus, ad ejus fidem celeberrimum illius certamen his carminibus descripserit :

Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulum species liquidis viget umbris,
Effigians tracti membra cruenta viri (40).

Nec sola Hippolyti gesta ad veteris picturæ fidem Prudentium narrasse constat; nam et horrendum illud ethnicæ immanitatis exemplum, quod tertio Christi sæculo Forum Cornelii, præclarissima Æmiliæ civitas, aspexit, dum S. Cassianus gloriosam martyrii palmam ibi fuit adeptus, non aliunde, A quam ex veteri pictura ipsius tumulo apposita, carminibus se didicisse testatur (41) :

Erexi ad cœlum faciem, stetit obvia contra
Fucis colorum picta imago martyris.

Et paucis interjectis :

Historiam pictura refert : quæ tradita libris,
Veram vetusti temporis monstrat fidem.

Prudentium igitur martyrum, quos laudavit, gesta accuratissime scripsisse patet. Quapropter Ruinartius se non alium Hippolytum in hoc Prudentii hymno agnoscere fatetur, præter Portuensem martyrem celeberrimum, cui hæc omnia, quæ ab auctore referuntur, optime competere existimat. Ruinartii sententiam secuti sunt, ut diximus, Ceillierius et Tillemontius. Sed cum virum egregie doctum B minime latuisset, Prudentium Hippolyto suo episcopi partes re et nomine perspicue his carminibus tribuisse :

Plebis amore suæ multis comitantibus ibat,
Consultus quænam secta foret melior (42).

Et paulo post (43) :

Hæc persultanti celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus.
Stipati circum juvenes clamore fremebant,
Ipsum Christicolis esse caput populis.
Si foret exstinctum propere caput, omnia vulgi
Pectora Romanis sponte sacranda deis ;

ut argumenti hujusmodi vim declinaret, quo sane posito, potissima ejus conjectura de Hippolyto presbytero penitus corrueret, ad Sozomenum confugit, C ejusque testimonio hæc, quæ ad Hippolytum episcopum referunt Baronius cæterique presbytero etiam congruere posse dictitavit (44). Ille enim (45) *Historiæ ecclesiasticæ* libro primo præcipuum in Alexandrina Ecclesia morem obtinuisse scribit, ut sub uno episcopo, qui omnibus præest, presbyteri separatim Ecclesias obtinerent et populum ad illas convenire solitum colligerent, quem etiam morem in Portuensi Ecclesia viguisse haud impossibile credidit vir doctissimus ; ideoque Hippolytum nostrum in eadem Ecclesia aliquam « plebis partem » suæ curæ commissam habuisse censuit, eodem nimirum jure, quo nostris hisce temporibus parochos popu-

(33) Legendus Ruinartius in citata admonitione in martyrium S. Hippolyti, pag. 114, n. 3.

(34) In prædicta admonitione, pag. 143, num. 1. D

(35) Loc. superius citato, tom. III, pag. 675, note 4, sur saint Hippolyte.

(36) Tom. II, pag. citata 567.

(37) Guilielmus Cave, *script. eccl. Histor. litteraria* tom. I, pag. 102 edit. Oxonii anni 1740.

(38) Samuel Basnagius Flottemanvillæus, *Annal. politic. ecclesiastic.* tom. II, anno 222, numer. 8, pag. 288 edit. Roterodami ann. 1706.

(39) Prudentius ex lib. *Περὶ στεφάνων*, hym. 11, apud Ruinart., *Act. select.*, pag., 145, v. 18.

(40) Idem Prudentius in eod. hym., vers. 124, apud Ruinart., pag. 148.

(41) Prudentius hymn. 9, de S. Cassiano Forocorneliano, v. 9 et seq., pag. 156 edit. Antuerpiensis anni 1664, affabre martyrium ipsius ita describit :

. . . . . .
Plagas mille gerens totos lacerata per artus,
Ruptam minutis proferens punctis cutem ;
Innumeri circum pueri, miserabile visu !
Confossa parvis membra figebant stylis :
Unde pugillares soliti percurrere ceras
Scholare murmur adnotantes scripserant.
Ædituus consultus ait : Quod prospicis, hospes
Non est inanis, aut anilis fabula.
Historiam pictura refert, etc.

(42) Prudentius in eodem hymn. 11, vers. 27, apud ipsum Ruinart. loc. cit., pag. 145.

(43) Nempe vers. 77, apud Ruinart., pag. 147.

(44) Ipsius Ruinartii verba in nota 5 ad dictum hymnum vers. citato 27 :

Plebis amore suæ, etc.,

inferius referuntur hujus dissertationis § 13, part. I.

(45) Sozomenus nempe lib. I *Hist. ecclesiast.*, cap. 15, pag. 33 edit. Cantabrigiæ anni 1720, cujus verba inferius describentur.

Digitized by Google

lis suis sejunctim præesse videmus; quodque etiam Romanæ Ecclesiæ exemplo fulcire nititur, quæ eumdem plane morem ac consuetudinem servavit, ut singulis titulis singuli præficerentur presbyteri. His profecto argumentis vir doctissimus hujusmodi conjecturam ab ipso primum excogitatam munivit, quæque etiam nuper egregios nacta est vindices, nempe Joannem Baptistam Solerium et Joannem Pinium, quorum alter Hippolytum a Prudentio memoratum eumdem esse censet, quem veteres Martyrologi Antiochiæ passum tradunt, et quem antiqui pontificum Romanorum catalogi, Bucherianus scilicet et Henschenianus (46) cum S. Pontiano summo pontifice in Sardiniam relegatum docent; quod etiam ante ipsum autumavit Dodwellus (47); Hippolytum vero episcopum Antiochiæ passum credit juxta Tillemontii conjecturas, cujus argumenta Solerius ipse exscripsit, tacito ejus nomine (48). Alter vero, nempe Pinius (49), Ruinartii sententiæ maximum se addidisse momentum arbitratur, peculiari quadam conjectura in medium allata, qua Prudentii Hippolytum non in agro Verano, ut hactenus docti viri crediderunt, sepultum suspicatur, sed in via Ostiensi; quodque ex Kalendario Bucheriano, et ex sequentibus Prudentii carminibus deduci posse affirmat :

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris apposita
Servat ad æterni spem judicis ossa sepulcro,
Pascit idem sanctis Tibricolas dapibus.
Mira loci pietas, etc.

Verum jurene, an injuria hæc de Hippolyto nostro censuerint viri doctissimi, fusius suo loco disceptabimus.

§ XI. *Fronto Ducæus, Hippolytum episcopum Portuensem a Prudentio laudatum, eumque ante martyrium Novatianis favisse credidit.*

Frontonis Ducæi sententiam, quam tertio loco superius recensuimus, tot tantisque scriptoribus qui de Hippolyti nostri sede curiose ac diligenter hucusque disputarunt, penitus incompertam fuisse deprehendimus. Eam brevibus illis notis, quibus Nicephori *Ecclesiasticam* illustravit *historiam*, concise admodum duobus in locis exposuit vir clarissimus. Narrat Nicephorus libro IV, cap. 31 (50), Hippolytum nostrum quædam scripsisse quæ reprehensione non carent, quibus, martyrium postmodum consecutus, omnem ignorantiæ maculam detersit. His Nicephori verbis hanc notulam subjecit Fronto : « Hujus (nempe Hippolyti) passionem hymno prolixiore prosecutus est Prudentius. » Demum cum lib. VI, cap. 5 (51) nos doceat Nicephorus, decretum fuisse in concilio jussu S. Cornelii pontificis maximi, Romæ coacto, quod Novatianus cum episcopis illis cæterisque, qui vesanæ illius dementiæ subscripserant, e fidelium cœtu ecclesiastico interdicto proscriberentur... « lapsi vero fratres et resipiscentes benigne admittendi humaniterque tractandi; » Fronto hæc Nicephori verba ad Hippolytum episcopum retulit, quem Novatiana labe inquinatum, postmodum resipuisse credidit, Prudentio teste : « Hippolytus, inquit, Portuensis episcopus et martyr, cum ad supplicium raperetur, ut est apud Prudentium,

Respondit : Fugite, o miseri, exsecranda Novati
Schismata ; catholicis reddite vos populis.
Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est :
Quam Paulus retinet, quamve cathedra Petri.
Quæ docui, docuisse piget ; venerabile martyr
Cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.

« Insigne retractationis, seu revocationis exemplum. » Hactenus Fronto, cujus argumenta inferius discutiemus.

XII. *Baronii sententia expenditur.*

Maxima igitur summorum virorum de Prudentii Hippolyto dissidia non levem nunc nobis dubiorum segetem præbent, quibus rei veritas, quam totis viribus assequi conamur, denso caliginis velo offunditur. Verum, ut nostra fert opinio, rem hanc tantis difficultatibus obseptam haud esse comperimus, quin, re sedulo perpensa, clarissimam nobis lucem, in obscurissima licet quæstione versantibus, protinus affulgere conspiciamus. Omnes enim ex doctis viris, quorum sententiæ non minimum nobis in hac re negotii facessere possent, rem summis tantum labiis delibasse constat, nec præter ea rationis momenta, quæ omnium primus excogitavit Ruinartius, ut Prudentium confusionis vitio laborantem tueretur, novi nihil ab ipsis excogitatum animadvertimus, quo nos, licet invitos, in illius sententia perpetuo manere compellerent. Quapropter si ejusdem Ruinartii sententiam ipsismet, quibus nititur veterum testimoniis, corruere demonstrabimus, nil nobis erit reliqui, quominus magnum Hippolytum episcopum et martyrem Portuensi Ecclesiæ adjudicandum ex ipsius Prudentii carminibus patentissime conspiciamus. Quod quidem ante centum quinquaginta et ultra annos maximo *Annalium* conditori primum suboluisse vidimus; verum cum magnus vir immensa ecclesiasticorum annalium mole obrueretur, suam de hac quæstione sententiam, ea qua poterat, selectorum

(46) In tom. I Act. sanct. mensis Aprilis, § 19, p. 24 edit. Venetæ anni 1737, in *S. Pontiano* : « Eo tempore Pontianus episcopus, et Hippolytus presbyter exsules sunt deportati in insulam nocivam Sardiniam, » etc.

(47) *Dissertation. Cyprianicæ*, dissert. 11 *De paucitate martyrum*, § 49, pag. 83 edit. Operum S. Cæcilii Cypriani, Amstelodami an. 1700.

(48) In notis ad Martyrologium Usuardi die 30 Januarii, pag. 70 Act. sanctor. mensis Junii, tom. VI.

(49) Act. sanctor. mensis Augusti, tom. III, die XIII.

(50) Nicephor., pag. 330 editionis Lutetiæ Parisiorum anni 1630.

(51) Idem, pag. 395.

Digitized by Google

argumentorum copia, munire nequivit, ita ut omnes dubitandi aditus iis occluderentur, quibus in posterum de eadem diverse prorsus ab ipso sentire placuisset. Etenim, ut ingenue fateamur, pura ac pota veterum Martyrologiorum testimonia, quæ alias, ubi de sanctis Christi martyribus agitur, magna auctoritate pollere non diffitemur, in hac re Prudentio vetustissimo disertissimoque scriptori anteponenda non esse, recte, nostro quidem judicio, Ruinartius et Tillemontius docuere. Quapropter alia prorsus via nobis incedendum arbitramur, qua intricatissimæ huic quæstioni clarissima veritatis lux pro viribus afferatur.

XIII. *Ruinartii conjectura, quibus nitatur fundamentis, ostenditur.*

Ruinartius itaque, ut superius innuimus, nullis aliis veterum monumentis conjecturæ suæ fundamenta jecit, præterquam solo Sozomeni testimonio. « Hæc, inquit (52) (nempe supra recensita Prudentii carmina), ad Hippolytum episcopum referunt; sed quid vetat presbyterum aliquam plebis partem suæ curæ commissam habuisse; tales sunt hodie, quos parochos, seu curiones appellamus. Refert Sozomenus, » etc. Cujus verba mox dabimus. « Idem (prosequitur Ruinartius) Romæ usitatum fuisse docet Dionysius Petavius. Vide Valesii notas ad hunc Sozomeni locum, et Commentarium prævium D. J. Mabillonii in ordinem Romanum cap. 3. » Verumtamen, pace tanti viri, multa, et quidem maxima, nos vetant quin suam amplectamur sententiam. Imo, ut melius dicamus, iidem Petavius et Valesius, quos tanquam conjecturæ suæ patronos appellat vir clarissimus, nos diversa prorsus ab ipso sentire compellunt. Narrat Sozomenus lib. I, cap. 15, Arium legatos misisse ad Paulinum Tyri, Eusebium Cæsareæ, et ad Patrophilum Scythopolis episcopos, ipsosque rogasse ut sibi (53) unacum suis permitterent plebem ipsis adhærentem in Ecclesia colligere, eumdem ex quo mox dejecti fuerant, gradum obtinentibus. Mox subdit: « Antiquus enim est Alexandriæ mos, qui et etiam nunc viget, ut sub uno episcopo, qui omnibus præest, presbyteri seorsum ecclesias obtineant, et in iisdem populum congregent. » Eadem etiam docet Epiphanius (54), contra Arianos scribens, dum Arium eorum parentem « unam ex prædictis ecclesiis, nempe Baucalensem, obtinuisse tradidit. » Etenim quotquot Alexandriæ catholicæ communionis ecclesiæ sunt uni archiepiscopo subjectæ, suus cuique præpositus est « presbyter, qui ecclesiastica munera iis administret, qui circa ecclesias illas habitant, earumque conventicula vici, sive lauræ ab Alexandrinis vulgo nominantur. » Has porro Ecclesias deinceps enumerat Epiphanius (55), nempe Dionysii Ecclesiam, Theonæ, Pierii, Serapionis, Perseæ, Dizye, Mendidii, Anniani, Baucalis, et cæteras, quarum reticet nomina.

XIV. *Ruinartii argumenta diluuntur.*

Hæc igitur veterum testimonia clarissimo Ruinartio conjiciendi ansam præbuere, Portuensem Ecclesiam ad instar Alexandrinæ, varios habuisse titulos presbyterorum curæ commissos, quorum unum Hippolytum nostrum obtinuisse credidit, ut ex mox allatis illius verbis manifestissime constat. Verum longe sua opinione fallitur vir doctissimus; nam hujusmodi consuetudinem, quam Alexandriæ viguisse tradunt Epiphanius et Sozomenus, in maximis tantum urbibus tunc temporis obtinuisse docent Dionysius Petavius, et Henricus Valesius in iisdem notis, quas sibi facere credidit vir clarissimus. Et, ut a Petavio incipiamus, hic suam de hac re sententiam his verbis exposuit (56): « Singularem, ait, tunc temporis Alexandriæ morem hunc fuisse, vel saltem paucis in Ecclesiis usurpatum, ex eo conjicias, quod tam expresse istiusmodi consuetudinis tanquam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiaris, meminit (Epiphanius), uti nimirum plures in eadem urbe tituli forent, quibus singulis suus attributus esset presbyter, qui ecclesiasticas functiones illic obiret. » Et post pauca hæc addit: « Non dubito majoribus duntaxat in urbibus plures inter pomœria titulos fuisse, cum intra eadem sæpta contineri, unaque convenire non possent; adeoque presbyteros singulis Ecclesiis impositos. In minoribus autem ac minus frequentibus oppidis unam duntaxat Ecclesiam exstitisse, in quam universi confluerent, cujusmodi Cypri urbes erant. Unde, quod Alexandriæ receptum erat, velut popularibus suis peregrinum et insuitatum adnotavit Epiphanius. » His consonant etiam ea, quæ paulo infra habet (57), dum de chorepiscoporum antiquitate disseruit. « Atque hæc, inquit, Epiphanii tam accurata de Alexandrinæ Ecclesiæ pluribus ecclesiis observatio, rem nec alibi passim, nec olim usurpatam ac receptam fuisse demonstrat. » Nec mirum si hanc Alexandrinæ Ecclesiæ consuetudinem tam accurate notavit Epiphanius; nam in insula Cypro, in qua ipse episcopatum obtinuit, interdum etiam vici, ut narrat Sozomenus (58), consecratos ævo suo habuerunt episcopos. Nec a Petavio vel minimum dissentit Valesius (59). Imo hujusmodi morem adeo Alexandrinæ Ecclesiæ peculia-

(52) Ruinart., *Acta martyrum sincera et selecta*, in *sancto Hippolyto*, pag. 145, nota 5 ad hymnum 11 Prudentii.

(53) Lib. I *Hist. eccl.*, c. 15.

(54) *Advers. hæres.* lib. II, hæres. 69, num. 1 contra Ariomanitas.

(55) Loc. cit., pag. 728.

(56) In animadversionibus ad dictam hæresin 69, quæ exstant tom. II Operum ipsius S. Epiphanii, edit. citatæ pag. 276.

(57) Idem Petavius in eadem animadversione ad hæresin 69, pag. 281.

(58) Lib. VII *Hist. eccles*, cap. 307.

(59) In notis ad caput 15, lib. I *Hist. eccles.* Sozomeni, pag. 33, ubi post recitata, quæ in dissertatione descripta sunt verba, ut probaret contra Petavium ex S. Innocentii papæ epistola minime deduci, Romæ per titulos fuisse presbyteros distributos, qui plebem separatim regerent, hæc subjungit: « Ad cujus rei probationem adducit (Petavius)

Digitized by Google

rem fuisse credit, ut, num ipse in Romana, omnium matre ac principe, saltem Innocentii I papæ temporibus acceptus fuerit, vehementer dubitare, licet perperam, fateatur. « Alexandrinæ, inquit, Ecclesiæ peculiarem nunc morem fuisse, ut singulis Ecclesiis, seu titulis in ea urbe constitutis, suus esset assignatus presbyter, docet etiam Epiphanius in hæresi Arianorum, » etc. Ad quem locum Dionysius Petavius observat « idem etiam Romæ usitatum fuisse; qua in urbe presbyteri per varios titulos distributi, suam quisque plebem separatim regebat, » etc. Pergit vir doctissimus ipse Valesius ut ostendat Petavium perperam hanc presbyterorum per titulos distributionem ex epistola sancti Innocentii I ad Decentium episcopum Eugubinum deduxisse; cum ex ipsa nil aliud colligi posse autumet, quam Romanos presbyteros, qui singulis diebus cum summo pontifice communicabant, die Dominico ab ipso fermentum, hoc est sacratissimum panem eucharisticum accepisse, ne ab illius communione eo die separati viderentur. Verum ipsos suis titulis sejunctim præfectos Innocentii verba haud indicare credidit; quod tamen ex sancto Athanasio certius repeti posse censuit, qui Romanam synodum, a qua ipse in communionem susceptus et innocens pronuntiatus fuit, coactam fuisse dicit in ecclesia, in qua Biton, seu Viton presbyter conventus agebat; atque in notis ad epistolam S. Cornelii ad Fabium Antiochenum episcopum, cujus fragmenta servavit Eusebius (60), 46 titulos presbyterorum A curæ commissos Romæ tunc temporis, 165 scilicet ante S. Innocentium annis, exstitisse docuit, et egregium Optati Milevitani (61) testimonium recitavit, quo prædictos titulos Diocletiani etiam ævo superfuisse patet, et magni Baronii (62) placita adversus Blondelli in ipsa obgannientis audaciam egregie tutatus est; cujus etiam Blondelli hac re fraudulentam ignaviam mirifice detexit Joannes Pearsonius (63). Idcirco primam hanc docti viri sententiam, quam professus est Petavius, amplexi sunt cl. viri Joannes cardinalis Bona (64) et Joannes Mabillonius, qui triginta titulorum nomina, quæ exstant in subscriptionibus concilii Romani sub Symmacho, ad fidem vetustissimi codicis Vallicellani recensita, emendatiora in lucem edidit in commentario prævio ad Ordinem Romanum (65), eadem etiam de titulorum divisione primis hisce temporibus Romæ recepta disseruerunt Ludovicus Thomassinus (66), Petrus Coustantius (67), et eruditissimus vir Nicolaus Antonellus in dissertatione de titulis, quos S. Evaristus Romanis presbyteris distribuit (68). Hæc sane omnia magnorum virorum placita impudentissimam Radulphi Hospiniani (69) pervicaciam contundunt, qui Romanorum titulorum remotissimam antiquitatem tenebricosis illis centonibus, quos merito irridet maximus vir Antonius Magliabechius (70), in discrimen vocare non dubitavit. De Alexandrinis vero titulis, quorum meminit S. Epiphanius, doctissime de more disseruit immensæ eruditionis vir Christianus Lupus in dis-

B C D

locum ex epistola Innocentii papæ ad Decentium, cap. 5, qui sic habet : « De fermento vero, quod die « Dominico per titulos mittimus, superflue nos con- « sulere voluisti : cum omnes Ecclesiæ nostræ infra « civitatem sint constitutæ; quarum presbyteri, « quia die isto propter plebem sibi commissam no- « biscum convenire non possunt, ideo fermentum « a nobis confectum per acolytos accipiunt, ut se a « communione nostra maxime illa die non judicent « separatos. » Verum hic locus contrarium potius mihi videtur probare. Ait enim Innocentius presbyteros reliquis diebus hebdomadis ipsi adhæsisse, et cum ipso convenisse, communicasse; diebus autem Dominicis plebem collegisse, et fermentum ab episcopo accepisse, ne a communione sui episcopi separati eo die viderentur. Non igitur affixi erant titulis suis Romani presbyteri ætate Innocentii, sed ad eos regendos die Dominico mittebantur. Nec necesse erat ut unus idemque ad eamdem semper Ecclesiam mitteretur, sed eligebat episcopus pro arbitrio, quem vellet. Rectius igitur id probari posset ex Athanasio in Apologia secunda adversus Arianos; ubi agens de synodo Romana, a qua in communionem susceptus, et innocens pronuntiatus fuerat, ait eam celebratam fuisse in ecclesia, in qua Biton presbyter plebem colligebat : sic enim interpretor ea verba : Ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνῆγεν.

(60) In lib. VI *Hist. eccl.*, cap. 43, pag. 312.

(61) Locus Optati Milevitani jam relatus a Valesio est in libro XI *De schismate Donatistarum*, pag. 34 edit. Lutetiæ Parisiorum an. 1702, ad quem locum vide quæ a Dupin. erudite notantur num. 71.

(62) Baronius ad annum 57, § 101, tom. I, pag. 450.

(63) In *Annalibus Cyprianicis* ad ann. 252, § 3, pag. 27, ante Opera ipsius Cypriani edit. citatæ Amstelodami anni 1700, ubi etiam refert verba Blondelli, quem impugnat; inquit enim : « In hac epistola Cornelius obiter omnes cleri Romani gradus enumerat, quos Blondellus in præfatione in hunc modum ex eo recitat : « A. D. 151 (contra quam « libri Pontificalis scriptor putavit) presbyteris 46, « diaconis 7, acolytis 42, exorcistis, lectoribus, et « ostiariis 52, constitit totius Romani cleri σύντα- « γμα. » Unde, inquit, constare potest, 1° nullos tum in Urbe subdiaconos fuisse; 2° de eorum creatione vel nullum a Fabiano decretum conditum, vel si conditum est ullum, exsecutioni necdum mandatum esse. » Quæ omnia et aperte falsa, et expressis Cornelii verbis prorsus esse contraria ostendit loc. eod. idem Joannes Pearsonius Cestriensis episcopus, quem consulere lector poterit.

(64) *Rerum liturgicarum* lib. I, cap. 19, ubi disertissime summaque cum eruditione agit de templis, eorumque origine, usu et necessitate, veterumque scriptorum de illis testimonia adducit, p. 247 et seqq. edit. Antuerpiæ anni 1739.

(65) Cap. 3, pag. 13 *Musæi Italici*, tom. II edit. Lutetiæ Parisiorum, an. 1724.

(66) *Vetus et nova disciplina*, pars I, lib. II, cap. 21, pag. 281 et seqq. edit. Lucæ an. 1728.

(67) *Epistol. Romanorum pontificum*, pag. 150, not. *d*, edit. Parisiis anni 1721.

(68) Pag. 15. Tantum virum suffragantibus sibi meritis Clemens XIII, P. M. ad cardinalatus dignitatem promovit.

(69) In libro *De origine templorum*, cap. 6, pag. 28 et sequentibus edit. Tiguri anni 1603.

(70) *Prose Fiorentin.*, part. VI, vol. I, p. 257.

Digitized by Google

sertatione proœmiali, quam, si lubet, consulet lector (71).

Valesius igitur et Petavius, quos pro se citat Ruinartius, maximas tantum urbes, Romam nempe et Alexandriam, diversos primis hisce temporibus titulos habuisse docent, quos separatim, ab episcopo obtinuerunt presbyteri. His siquidem urbibus, cum ob nimiam incolarum multitudinem solus non sufficeret episcopus, presbyteri in partem pastoralis sollicitudinis fuerunt vocati, ipsisque præcipuæ assignatæ fuerunt ecclesiæ, ut fideles commodius divinis imbuerentur mysteriis sacraque reficerentur synaxi. Minores vero urbes, quæ difficillimis hisce Christianæ reipublicæ temporibus tanta fidelium copia haud pollebant, solius episcopi nutu, ministrantibus presbyteris ac diaconis, regebantur. Hinc enim, ut inquit doctissimus Thomassinus (72), « solus vulgo baptizabat episcopus, solus altaribus pœnitentes reconciliabat, solus offerebat, nisi quem ex presbyteris suum substitueret in locum et offerre juberet. Quare et in maximis quibusque urbibus una erat tantum ecclesia, fons unus baptismalis... hinc et unum, in quo offerretur, altare. » Si igitur in antiquissima Ecclesiæ disciplina majoribus etiam in urbibus hujusmodi presbyteri titulis suis ab episcopo sejunctim destinati haud exstiterunt, quis unquam Ruinartio assentire poterit, qui Hippolytum in Portuensi Ecclesia, quam sane majoribus æquandam nemo prudens autumabit, aliquam plebis partem suæ curæ commissam habuisse credidit? Quod si ævo etiam suo, in quo Christiana respublica summopere florebat, Epiphanius et Theodoretus, hujusmodi Alexandrinæ Ecclesiæ morem, ut rem tunc inusitatam notarunt, quid censendum erit de priscis illis Hippolyti nostri temporibus, in quibus ob tyrannorum immanitatem majorum nostrorum res admodum angustas afflictasque fuisse scimus? Fatemur quidem Portum Romanum inter Italicas urbes splendidam ac apprime nobilem fuisse, et non mediocri populorum frequentia ditatam, qui ad nobilissimum totius orbis imperium, Romano adhuc stante imperio, undique confluebant, ipsamque non paucos Christianos, ex remotissimis etiam provinciis illuc forsan appulsos, incoluisse credimus. Tamen cum Romana atque Alexandrina, quam Theodoretus (73) πόλιν μεγίστην καὶ πολυάνθρωπον appellat, ipsam nemo prudens comparabit, ut, harum exemplo, in illa plures ecclesiasticos titulos, seu parochias, in Ruinartii gratiam exstitisse affirmet. Alias enim urbes, quas et circuitus amplitudine, et populorum frequentia Portuensi nequaquam concessisse, imo ipsam longe superasse, notissimum est, nullos tunc temporis titulos presbyterorum curæ commissos habuisse constat. Sic Nicomedia, opulentissima Orientis civitas, quamvis multos hoc ævo haberet presbyteros, unicam tamen habuit ecclesiam, parochialem scilicet, editissimo loco sitam, quam Diocletiani jussu funditus eversam narrat Lactantius (74). Nec dissentiunt vetustissima ac genuina sanctorum Martyrum Acta, conciliorumque illius ævi statuta, quæ in unum omnia collegit doctissimus Thomassinus, dum de parochiis eruditissime de more disseruit (75). Non diffitemur tamen, primis etiam hisce temporibus in una eademque urbe plerasque exstitisse ecclesias, quas majores nostri martyria, seu martyrum memorias, oratoria, ac cœmeteria dixerunt (76), quorum nomina undique conquisita, ex reconditiori sacræ eruditionis larario eruerunt docti viri Franciscus Maria Florentinus (77), Joannes cardinalis Bona (78), Joannes Ciampinius (79), Tillemontius (80), et Joannes Grancolas (81); hujusmodi tamen ecclesiæ cum prioribus illis, de quibus hactenus disputavimus, haud sunt comparandæ. Quamvis enim presbyteri in ipsis etiam essent constituti, tamen in iisdem nec plebem colligere, nec cuncta peragere ipsis licuit, quæ titularibus Romanæ et Alexandrinæ Ecclesiæ presbyteris in propriis ecclesiis permissu episcopi licuisse non ignoramus. Eos siquidem ab illis plane distinctos notat vir maxi-

(71) Cap. 6, ubi exponitur hierarchia Alexandrinæ civitatis pag. 28 et seqq. tom. I Operum edit. Venetæ anni 1724.

(72) *Vetus et nova Ecclesiæ disciplina*, part. I, lib. II, cap. 21, § 8, pag. 283.

(73) Lib. I *Hist. eccl.* cap. 2.

(74) *De morte persec.*, cap. 12, p. 23 edit. Parisiensis anni 1710.

(75) *Vetus et nova Ecclesiæ disciplina*, lib. II, part. I, cap. 21 et seqq., pag. 281 et seqq.

(76) De his agitur in concilii Laodiceni probabilius anno Christi 364 celebrati, canone 9, apud Labbe, tom. I *Concil.*, pag. 1498 edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1671, his verbis : « Non concedendum esse, ut in cœmeteria, vel in ea, quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, abeant ii qui sunt Ecclesiæ, orationis vel venerationis gratia. Sed tales si sint fideles, esse aliquantisper excommunicatos : sin autem pœnitentia ducantur, et sese deliquisse confiteantur, suscipi. »

(77) In vetustior. Martyrolog. die I Augusti, exercitatione 2, ubi erudite agit de prima Romæ a D. Petro dedicata ecclesia, pag. 607 et seqq.

(78) Citato lib. I *Rerum liturgic.*, cap. 19, pag. 247 et seqq., ubi docte quidem observat, quod ecclesiæ dictæ etiam fuerint *domus Dei* et *domus orationis;* et a Græcis Κυριακά, a Latinis *Dominica;* necnon *memoriæ*, quæ si essent apostolorum, *apostolia;* si prophetarum, *prophetea* dicebantur: *martyria, concilia martyrum;* εὐκτήρια, et si martyrum προσευκτήρια a Græcis, et a Latinis *oratoria*, atque etiam *basilicæ* nominabantur. Legendus Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die VI Julii, p. 283, et XXIII Junii, pag. 265; Dominicus Macri in *Hierolexico*, verb. *Oratoria;* Ducange in *Glossar.*, verb. *Memoria*, aliique.

(79) *Vetera monumenta*, part. I, cap. 17, pag. 137 et seqq. edit. Romæ 1690, ubi contra acatholicos demonstrat, in tribus primis Ecclesiæ sæculis persecutionum tempore publica ædificia fuisse, in quibus Christi fideles sacras synaxes peragebant.

(80) Tom. III, *Mémoires pour servir à l'Histoire ecclésiastique :* persécution de l'Eglise, par l'empereur Maximin I, artic. 6, quand les Chrétiens ont commencé à avoir des églises, p. 274.

(81) *Les ancien. liturg.*, tom. II, pag. 597.

Digitized by Google

mus Joannes Mabillonius (82), optimo S. Innocentii I testimonio suffultus, qui cœmeteriorum presbyteros a titularibus seu urbicis omnino diversos testatur in epistola ad Decentium. Mabillonio subscribit eruditissimus Lupus (83), qui hujusmodi ecclesias in majoribus etiam civitatibus non presbyterorum ope, sed solius episcopi cura moderatas testatur. « Plures fuisse, inquit, ecclesias etiam in aliis majoribus civitatibus, non est dubitandum. Verum in ipsis non presbyteri, sed per varios successive dies videtur solus olim episcopus, aut nonnisi ipso præsente ac jubente presbyter docuisse. » Videtur solus episcopus cunctis istis ecclesiis solus immediate præsedisse. His igitur positis, doctissimi Ruinartii conjecturam penitus evanuisse confidimus; cum enim maximas tantum urbes in plures titulos presbyterorum curæ commissos divisas fuisse constet, minores vero unam tantum titularem, ut ita dicamus, ecclesiam primis habuisse temporibus doceant viri doctissimi Petavius, Thomassinus, Lupus, et ipsemet Tillemontius (84), qui Ruinartii sententiam probavit, quis unquam Hippolytum nostrum præcipuum aliquem in Portuensi Ecclesia titulum obtinuisse contendet, cum unicum ibidem, utpote in minori urbe, titulum exstitisse, primæva majorum nostrorum disciplina nos moneat?

Sublatis itaque tot tantisque dubiorum fontibus ex sola doctissimi Ruinartii conjectura manantibus, nil nobis superesse arbitramur, quominus Hippolytum illum Portuensem, quem Prudentius elegantissimo laudavit carmine, non illius urbis titularem presbyterum, sed episcopum exstitisse credamus. Et sane pientissimi poetæ carmina, ut jam animadvertit Baronius, episcopalem Hippolyti dignitatem graphice nobis ob oculos ponunt :

Cum jam vesano victor raperetur ab hoste
Exsultante anima, victor ad exitium
Plebis amore suæ multis comitantibus ibat
Consultus, quænam secta foret melior.

Et deinceps :

Hæc persultanti, celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus imp'icitus.
Stipati circum juvenes clamore fremebant,
Ipsum Christicolis esse caput populis.

Hæc quidem Prudentii verba, si cum antiqua illa Patrum nostrorum disciplina parumper conferantur, nullus dubitandi locus supererit, quin iisdem magnum Hippolytum Portuensem episcopum a Prudentio designatum cum eminentissimo *Annalium* conditore decernamus. Quis enim in primis Ecclesiæ temporibus plebem colligebat docebatque? Quis pro Christi fidelium capite vulgo habebatur? Quis venerandis illis senioris et sacerdotis nominibus ab antiquissimis scriptoribus ut plurimum insignitus fuit? Episcopusne an presbyter? Episcopum sane sanctissimis hujusmodi muneribus functum, ac præcipuis hisce nominibus a majoribus nostris priscis illis temporibus designatum, veteres testantur Patres, quorum placita in unum collecta sæpe occurrunt in eximiis magnorum virorum (85) operibus, quibus ab insana presbyterianorum petulantia episcopalem dignitatem, in ipsis etiam Lutheranæ impietatis exordiis, summa cum laude vindicarunt. Monstri enim simile esset, si Hippolytum presbyterum « plebis Portuensis caput exstitisse crederemus; cum sine episcopo, nec offerre, neque sacrificium immolare, neque missas celebrare presbyteros potuisse, miro doceant consensu vetustissima Patrum et Conciliorum monumenta; » præcipue vero S. Ignatius martyr (86), qui divino afflatus Spiritu ubique fideles monet, « ne sine episcopo aliquid faciant, sed illum sequantur ut patrem. »

At dicet aliquis presbyteros plebem docuisse, plebem collegisse, et *sacerdotis* et *senioris* etiam nominibus hoc ævo fuisse interdum designatos. Fatemur hæc omnia licuisse etiam presbyteris, permissu tamen episcopi, quem plebis sibi commissæ principem ac moderatorem Christus Dominus constituit. Fatemur *senioris* et *sacerdotis* nomina illis hoc ævo quandoque tributa, quemadmodum et *præpositi* nomen ipsis episcopis, ab antiquis cum Græcis, tum Latinis Patribus non semel impertita fuisse constat (86*). Nec inficias imus presbyteros etiam publice plebem docuisse, sed consentiente episcopo, imo et laicos quoque, qui ab hoc arcentur munere, eodem quandoque functos, veterum monumenta testantur; quod tamen reprehensione non caruisse, iis notum est, qui Origenis res gestas optime callent (87). Presbyteri igitur sacra hujusmodi munera permissu semper episcopi tunc temporis exsequebantur, et quidem non promiscue omnes; nam ex ipsis præcipuos ab episcopis tantum selectos animadvertimus, quos ab injuncto docendi munere,

(82) *Commentar. in Ordinem Romanum*, c. 3, pag. 16, tom. II *Musæi Italici*.

(83) In dissert. proœmiali, cap. 6, pag. 32 cit. tom. I Operum.

(84) Tom. X, *in* Saint Innocent, pag. 663, artic. 13, *Du levain dont parle Innocent*, ubi recte sermonem habet de fermento die Dominico per acolytos mitti solito, de quo Innocentium pontificem interrogabat Decentius Eugubinus episcopus.

(85) Hoc argumentum mirifice tractarunt Robertus Bellarminus *De controversiis Christianæ fidei*, Operum tom. II, lib. I, cap. 14 et seqq., pag. 131 edit. Venetæ an. 1721. Videndi Thom. Mor. in *Luther.* pag. 114; Joannes card. Roffens. *Defens. sacerdot.*, congress. 1, p. 1254; Albertus Pighius *Eccles. hierarch.* lib. III, cap. 10; Stanislaus card. Hosius in *Judicio et censura de adoranda Trinitate*, p. 156 edit. Antuerpiæ anni 1671; Petavius, Dissert. eccles. lib. 1, cap. 1 et seqq.; Baronius ad annum 58, § 3, 4 et seqq., *Annal.* tom. I, pag. 491 et seqq.

(86) In Epist. ad Trallianos, num. 4, p. 64.

(86*) Sic apud Eusebium lib. v *Hist. ecclesiasticæ*, cap. 24, pag. 248, etiam Romani pontifices presbyteri nominantur. Præpositorum nomine etiam episcopos intelligit S. Cyprianus epist. 15, pag. 190 edit. citatæ Amstelodami anni 1700. Vide Ducange verbo *Presbyter*, et Macri in *Hierolexico*, verbo *Presbyter* et *Senior*.

(87) De Origenis gestis legendus Tillemontius, tom. III. in *Origene*, et præsertim, pag. 523.

Digitized by Google

majores nostri διδασκάλους seu doctores dixere (88). Cum itaque delegato, ut ita dicamus, jure hæc, quæ mox narravimus, munera primis Ecclesiæ temporibus obtinuerint presbyteri, quis unquam Hippolytum presbyterum, quem populum docuisse dicit Prudentius, Portuensis plebis caput exstitisse contendet?

Verum aliquis existimabit Hippolytum nostrum non ea mente speciosо *capitis plebis* nomine a Prudentio donatum, ut indicaret ipsum vel titularem, vel simplicem in Portuensi Ecclesia presbyterum fuisse, sed ut illum, utpote in minori urbe degentem, quæ primis Ecclesiæ temporibus episcopo forsan carere potuit, potestate sibi facta a Romano pontifice, Portuensem Ecclesiam episcopi loco administrasse significaret. Quod egregio S. Epiphanii testimonio firmari posset, qui contra Arianos scribens Presbyterianorum nostri ævi atavos, non omnibus urbibus in illa primorum temporum penuria episcopos datos fuisse monet, sed presbyteros in iisdem episcoporum vice suffectos. In aliis vero, cum econtra deessent presbyteri, solus fuit constitutus episcopus, qui, ministrante diacono, Christianæ plebi præesset (89). His etiam addi possent potissima illa S. Athanasii testimonia de pagis Mareotidis, qui, cum nullos haberent episcopos, sola presbyterorum ope regebantur, quibus Alexandrinus imperabat episcopus (90). Hinc nobis arguere liceret, Hippolytum nostrum eodem jure quo presbyteri illi suas tunc temporis moderabantur Ecclesias, Portuensi præfuisse, vel forsan ut chorepiscopum, quem in parvis civitatibus, pagis etiam et vicis constitui solitum fuisse veteres Ecclesiæ canones testantur, eamdem Portuensem Ecclesiam administrasse. His siquidem positis, et Prudentius ab omni confusionis nota esset immunis, et doctissimi Ruinartii conjectura sarta tectaque maneret. Hujusmodi tamen argumentis tanta haud vis inest, ut facillime enervari non possit. Omissis enim iis quæ de hujusmodi presbyterorum et chorepiscoporum jure acriter inter se disputarunt docti viri Petavius (91), Thomassinus (92), Christianus Lupus (93), Beveregius (94), cæterique; illud monuisse sufficiat, haud immerito in dubium vocari posse, num iisdem chorepiscopis ea recte tribui queant, quæ de Hippolyto cecinit Prudentius, præsertim vero num ipsi in primæva Patrum lingua Christianæ plebis capita exstitisse dicendi sint, cum in omnibus vicinæ urbis episcopo eos subjectos esse jusserint vetustissimi Ecclesiæ canones (95). His, denuo repetimus, omissis, alia nobis suppetit potissima ratio, qua hujusmodi argumentum in re nostra penitus evanescit. Hanc nobis suppeditat vetustissima suburbicariæ provinciæ ecclesiastica politia, in qua, ut diserte monet doctissimus Dominicus Georgi (96), episcopi passim a

(88) De presbyteris doctoribus, qui sæpissime apud antiquos Patres occurrunt, legenda certe est dissertatio 6 Cyprianica Henrici Dodwelli, pag. 54, ubi multa hujusmodi dictionis exempla inveniuntur; adeundus est etiam Holstenius in notis ad Acta SS. Perpetuæ et Felicitatis, pag. 149 edit. Romæ anni 1663, ubi agit de Aspasio presbytero doctore, cujus in prædictis Actis mentio est.

(89) S. Epiphanius lib. III *Adversus hæreses*, hæresi 77, num. 5, pag. 908, Oper. tom. I edit. Paris. 1622: «Quare ubi nondum episcopatus dignus aliquis occurrerat, nullus ei loco præpositus est episcopus. At ubi et necessitas postulabat, nec eorum, qui episcopatu digni erant, copia deerat, ibi episcopi constituti. At cum haud magna multitudo foret, reperiri nulli potuerunt, qui presbyteri crearentur: unde solo episcopo contenti fuerunt.»

(90) *Apologia contra Arianos*, num. 17, Oper. tom. I, pag. 137 edit. Paris. anni 1698: «Quod autem hæc non mera verba sint, sed res gestæ, testes sunt omnes Mareotæ presbyteri, qui episcopum circumeuntem semper comitantur.» Et num. 28, eadem *Apologia*, pag. 147: «Cum advenissent autem presbyteri Mareotici, affirmarunt neque Ischyram esse catholicæ Ecclesiæ presbyterum, neque tale facinus perpetrasse Macarium, quale is illi imputabat.»

(91) In notis ad S. Epiphanium hæresi 69 Arianorum, pag. 278, Oper. tom. II, ubi summa, qua pollet eruditione, de chorepiscoporum origine agit.

(92) Part. I, lib. II, cap. 1 et 2, pag. 210 et seqq., ubi disserit de chorepiscopis per octo priora Ecclesiæ sæcula.

(93) In canone 6 concilii Sardicensis in tom. I Operum, pag. 279 et seqq. editionis Venetæ anni 1621, et alibi sæpius.

(94) Guilielmus Beveregius, *Pandectæ canonum SS. apostolorum et conciliorum*, in canones concilii Antiocheni, tom. I, pag. 440, edit. Oxonii anni 1672; necnon Adnotationibus in canones concilii Ancyrani, can. 13, tom. II, part. II, pag. 175, 176; in notationibus can. concilii Antiocheni, can. 10, pag. 190, tom. eodem II, part. II.

(95) Legendi sunt canones conciliorum Ancyrani 13, et Antiocheni 10.

(96) *Historia diplomatica cathedræ episcopalis civitatis Setiæ in Latio*, § 5, pag. 6 edition. Romæ anni 1751, ubi ad suum argumentum stabiliendum multarum erudite Ecclesiarum cathedralium nomina auctor producit; hinc episcopi Minturnenses, Formiani, Laurentini, Privernates, Trium tabernarum, Aquinates, Gabienses, Labicani, Trebani, Subaugustani, Nomentani, Lurenses, et Foronovani, in Latio et Sabinis ex veterum historiarum et conciliorum monumentis ab eodem auctore, pag. 6 ad 36, adductis referuntur. Quod vero ad rem nostram maxime facit, in Tuscia suburbicaria quamplurimos episcopatus exstitisse certum est. In ea enim Silvæ Candidæ episcopatus exstitit, Cærensis, Centumcellensis, Graviscarum, Tarquiniensis, Tuscanensis, Bulcentinus, cui succedit Castrensis, Valentanus, Vollíniensis, Castelli Felicitatis, Ferentinus, Polymartiensis, Faleritanus, Balneoregiensis, Gallesiensis, Blenranus, Marturanensis, Foroclaudiensis, Aquævirensis, Fidenas, et forsan etiam Lorensis; quorum episcoporum nomina idem Georgius veterum allatis documentis recitat, præter episcopatus qui nunc temporis adhuc exstant. Quapropter idem auctor, § 48, concludit: «Episcopales cathedras non modo in claris Latii et Tusciæ suburbicariæ urbibus antiquis temporibus a Romanis pontificibus institutas, atque ita spissas (fuisse), ut veluti inter sese contingerent, sed etiam in nullius ferme diguitatis oppidis episcopos destinatos . . . fortasse, ii mirabuntur, quibus incomperta est antiqua Ecclesiæ disciplina de episcopis in singulis urbibus constituendis, quæ, pace Eo-

Digitized by Google

Romanis pontificibus in vilioribus etiam oppidulis fuerant constituti, quod eorum opera atque consilio in Romanis, quæ sæpe celebrabant, conciliis ad fidei et disciplinæ ecclesiasticæ res stabiliendas uterentur. Quapropter nullum superest dubium, quin remotissimo etiam hoc ævo omnes fere Latii et Tusciæ suburbicariæ civitates suos habuerint episcopos, cum in extremis illis primævæ Ecclesiæ angustiis provincialibus synodis, quæ Romæ coactæ fuerunt, episcopos non paucos interfuisse legamus in libello synodico, quem primum edidit Joannes Pappus. Etenim sub Telesphoro (97) duodecim episcoporum synodum collectam contra Theodorum Coriarium memorat; sub Aniceto aliam decem episcoporum, sub Victore quatuordecim (98), sub Cornelio octodecim (99), quorum nomina legit Eusebius ad calcem epistolæ sancti Cornelii ad Fabium Antiochenum (1). Cornelium vero plurimorum episcoporum interventu Romæ consecratum fuisse testantur sanctus Cyprianus (2) et S. Pacianus Barchinonensis (3). Hi sane episcopi non aliunde quam ex vicinioribus suburbicariæ provinciæ civitatibus, Romam se conferre potuerunt, illis præsertim temporibus, in quibus effera tyrannorum barbaries in Christianos longe lateque grassabatur. Italicorum denique episcopatuum antiquitatem manifestissime produnt numerosæ illæ episcoporum ordinationes, quas primis Ecclesiæ sæculis a Romanis pontificibus peractas legimus in *Libro pontificali* (4), qui, quamvis, juxta antiquissimum Romanæ Ecclesiæ morem, gentibus ac provinciis non raro destinati fuerint, ut de Caio testatur Photius (5), tamen ex iis non paucos Italicis sedibus fuisse præpositos, infinitus Italorum episcoporum numerus aperte demonstrat. Patet igitur presbyteros suburbicariæ provinciæ civitatibus primis Ecclesiæ temporibus neutiquam præfectos, cum singulæ suum tunc habuerint episcopum; Portuensem vero inter cæteras antiquissimam nobilissimamque Hippolyti ævo episcopo orbatam, solaque presbyterorum vel chorepiscoporum ope moderatam suspicari, summæ esset dementiæ, cum concilio Arelatensi, quod anno Christi 314 celebratum fuit, paulo scilicet post redditam Ecclesiæ pacem, Gregorius episcopus Portuensis subscripserit (6).

XV. *Tillemontii conjectura de Hippolyto Romanæ Ecclesiæ presbytero refellitur.*

His sane argumentis Hippolytum presbyterum

clesiæ reddita, præscriptas regulas transiliit, adeo ut in vicis et villulis quandoque episcopi crearentur. Ea enim de causa concilium Laodicenum, habitum anno Domini 320, statuit « ne in villulis, vel « agris episcopi constituantur, sed visitatores. » Similiter Sardicensis synodus anno Domini 347 sanxit: « Non licere simpliciter episcopum constituere « in aliquo pago, vel parva urbe, cui vel unus pre- « sbyter sufficit. Non necesse est enim illic episco- « pum constitui, ne episcopi nomen et auctoritas vi- « lipendantur; *et mox:* si autem inveniatur urbs ali- « qua tam populosa, ut ipsa episcopatu digna judi- « cetur, accipiat. » Frenum itaque in Oriente adhibere oportuit, ut huic malo obviam iretur, quod etiam improbat S. Athanasius *Apolog.* 2, et perstringit Sozomenus lib. VII, cap. 19: Apud quasdam nationes, inquit, « interdum etiam vici consecratos ha- « bent episcopos, sicut in Arabia et insula Cypro « animadverti. »

(97) Exstat in *Bibliotheca juris canonici veteris* tom. II, edit. Lutetiæ Parisiorum an. 1661, pag. 1167: « Synodus sancta et divina provincialis Romæ duodecim episcoporum a Telesphoro sancto martyre ejusdemque urbis papa collecta contra Theodorum Coriarium Byzantium, discipulum illorum, qui, cum sapientia plurimum præstaret, sed in persecutione sacrificasset, Christumque negasset; atque id a fidelibus ipsi exprobraretur, neque ipse hoc probrum ferret, dicere ausus fuit impius ille: « Ego Deum non negavi, sed nudum homi- « nem. »

(98) « Synodus divina et sacra provincialis Romæ collecta a beatissimo ejusdem episcopo Victore et aliis episcopis quatuordecim, quæ vetat Judaice celebrari luna decima quarta sanctum et mysticum Pascha; sed in sola magna, et vitæ præstatrice Dominica. » Eadem *Biblioth.*, tom. cit. II, p. 1169.

(99) « Synodus divina et sacra provincialis Patrum beatorum Romæ congregata a Cornelio beatissimo papa, aliisque octodecim episcopis, quæ Novatum, laqueum illum pœnitentiam agere volentium, abdicavit. » Tom. cit. pag. 1171.

(1) Ea ipsius Eusebii verba Latine reddita in lib. VI *Histor. eccles.*, cap. 43: « Sub finem autem epistolæ numerum recenset episcoporum, qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati condemnaverunt, nomina quoque illorum, et quam quisque regebat Ecclesiam ascribens. »

(2) Epist. 55 Antoniano fratri.

(3) In epist. 3 ad Symphorianum, quæ exstat in tom. I *Collectionis maximæ concil. Hispaniæ* card. Josephi Saenz de Aguirre edit. Josephi Catalani Romæ anni 1753, n. 50, pag. 327: « Cornelius jam Romæ episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat. »

(4) Ita in Vita S. Lini legimus: « Hic fecit ordinationes duas, episcopos quindecim, presbyteros decem et octo, » pag. 7, tom. I edit. Romæ anni 1718, opera et studio Francisci Blanchini. Ita pariter in Vita S. Clementis: « Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros decem, diaconos undecim, episcopos per diversa loca quindecim (*pag.* 8). S. Anacletus ordinavit episcopos per diversa loca numero sex (*pag.* 9). S. Evaristus quinque (*pag.* 10). S. Alexander etiam quinque (*pag. eadem*). S. Sixtus quatuor (*pag.* 11). S. Hyginus septem (*pag.* 13). S. Anicetus novem (*pag. eadem* 13). S. Pius duodecim (*pag.* 14). S. Soter undecim (*pag.* 15). S. Eleutherius quindecim (*pag. eadem*). S. Victor duodecim (*pag.* 16). S. Zephyrinus octo (*pag.* 17). S. Callixtus etiam octo (*pag.* 18). S. Urbanus pariter octo (*pag.* 19). S. Anterus unum (*pag.* 19). S. Pontianus sex (*pag.* 20). S. Fabianus undecim (*pag.* 21). S. Cornelius septem (*pag.* 22). S. Lucius denique (ut alii prætereantur, qui electus anno 255, paucos scilicet post annos ab interitu nostri Hippolyti), ordinavit episcopos per diversa loca numero tres (pag. 24). »

(5) In *Bibliotheca* codic. XLVIII, pag. 36 et 37.

(6) Apud Labbe, tom. I *Conciliorum*, pag. 1430, in concilio Arelatensi I, in Cæciliani et Donatistarum causa celebrato, Volusiano et Anniano coss., subscripsit inter alios episcopos: « Gregorius episcopus de loco, qui est in Portu Romæ; Epictetus episcopus a Centumcellis; Leontius et Mercurius presbyteri ab Ostiis. » Videndus Lucentius in tom. I *Italiæ sacræ* Ferdinandi Ughelli, pag. 111 et 112, edit. Venetæ anni 1717.

Digitized by Google

vel chorepiscopum Portuensi Ecclesiæ præesse non potuisse, manifestissime evincitur. At si quis unquam Tillemontio (7), Adriano Bailetto (8), Claudio Fleury (9), et Remigio Ceillierio (10) assentiri mallet, qui, quamvis quoad Hippolytum presbyterum cum Ruinartio plane consentiant, tamen ipsum non Portuensis, sed Romanæ Ecclesiæ presbyterum crediderunt; is profecto sciat hujusmodi conjecturam a genuina pientissimi poetæ mente longe nimis abesse: Prudentius enim Hippolytum suum in Portu Romano plebem habuisse dicit, ipsumque eam ibidem alloquentem inducit supra laudatis carminibus:

. . . . *Fugite, o miseri, exsecranda Novati Schismata; catholicis reddite vos populis*, etc.

Quapropter in convellenda hujusmodi conjectura longius immorari, operæ pretium haud esse ducimus; sola enim Prudentii verba satis superque eidem falsitatis notam inurunt. Etenim quis unquam Romanæ Ecclesiæ presbyterum cum tota plebe sibi commissa ex urbe in Portum tunc temporis migrasse arbitrabitur? Quis Hippolytum Romanæ Ecclesiæ presbyterum Christianum fidelium caput Romæ sub summo pontifice Christianorum omnium parente ac principe exstitisse somniabit? Nec juvat objicere Prudentium sanctissima hujusmodi nomina, tanquam gentilium ore prolata, Hippolyto suo indidisse; nam ipsimet ethnici hierarchicos Christianorum ordines probe noverunt, ut patet ex notissimo illo Aureliani imperatoris rescripto, quod laudat Eusebius (11), et ex edictis Maximini (12), Valeriani (13) et Diocletiani (14), quibus ipsi in episcopos, presbyteros ac diaconos gladio animadverti jussere; ideoque si Hippolytus Portuensis *plebis caput* revera non exstitisset, illum profecto tali nomine nunquam donassent ethnici. Tillemontio denique nihil prodesse potest antiquissima veterum (15) Romanorum consuetudo, in quorum provinciis rei extra civitatum pomœria extremo afficiebantur supplicio, ut ex ea argumentari liceat, Hippolytum Romanum, ut aiunt, presbyterum, hac de causa extra Urbem adductum, et in Portu Romano martyrio fuisse coronatum; nam, ut egregie nos monuit vir doctissimus Valesius (16), hujusmodi consuetudinem non semper, quod ad sanctos Christi martyres attinet, eodem pacto servatam fuisse dicendum est, ita ut semper in sanctissimos heroas extra Urbis pomœria sævitum fuerit. Quapropter et temporis quo ipsi passi, et suppliciorum quibus affecti fuerunt, rationem habendam recte monet Valesius, ut exinde passionum loca tuto dignosci possint. Etenim ii, qui prætorum sententia gladio animadversi, vel in crucem acti, vel igne damnati, vel demum lapidibus obruti fuere; ii sane extra Urbis mœnia martyrii coronam sunt adepti, quemadmodum, ut de cæteris sileamus, S. Cyprianus extra Carthaginis muros *in agro Sexti* capite plexus fuit (17), et Lugdunenses martyres Athanaci (18) occubuere, et S. Polycarpus extra Smyrnæorum pomœria igne fuit absumptus (19). Ii vero, qui ad bestias damnati, vel quolibet alio hujusmodi supplicio dilaniati fuere, hi in mediis urbibus cunctoque spectante populo in amphitheatris, in ipsis Cæsarum natalibus martyrium plerumque consummaverunt (20). Eos denique, qui repentino vulgi ac præsidum furore oppressi fuerunt, in ipsis urbibus non raro mactatos fuisse constat, quemadmodum Nicomedienses martyres, quos se præsente comburi jussit Diocletianus, Lactantio teste (21). Ex postremis his unus profecto fuit Hippolytus, quem improviso rectoris et vulgi furore in

(7) Tom. III, pag. 442, *in* Saint Corneille, et pag. 675, note 4, sur saint Hippolyte.

(8) Tom. II, *Les Vies des saints*, XIIIe jour d'août, pag. 163 edit. à Paris, an. 1704. Saint Hippolyte prêtre Romain martyr à Ostie ou à Porto, et jour XXIIe d'août, pag. 345.

(9) *Abrégé de l'histoire ecclésiastique*, tom. I, art. 3, IIIe siècle, *in* saint Hippolyte, pag. 326 et seqq. edit. à Cologne, 1754.

(10) Tom. II cit., cap. 35, pag. 567, de S. Hippolyte, § 6.

(11) Libr. VII, cap. 30, pag. 364.

(12) De persecutione Maximini legendus Eusebius *Hist. eccles.* lib. VI, cap. 28, pag. 295.

(13) Satis probatur ex epist. 80 S. Cypriani, qui refert scripsisse Valerianum ad. senatum, ut episcopi, et presbyteri, et diaconi in continenti animadvertantur.

(14) Summam edicti a Diocletiano emanati refert Eusebius lib. VIII *H. E.*, cap. 2, pag. 379. Lactantius in lib. *De mort. persecutorum*, cap. 15, pag. 27 edit. Paris. anni 1710, de persecutione Diocletiani multa habet, et in ea *comprehensos presbyteros* etiam enarrat.

(15) Legendus Henric. Valesius in not. ad lib. XXVIII Ammiani Marcellini, pag. 526, nota c, ed.

(16) *Defens. discept. de basilicis*, part. II, cap. 2, pag. 176.

(17) Ita habemus in ipsius Actis, relatis a Ruinartio *Act. martyr.* pag. 189, num. 5: « Et ita idem Cyprianus *in agrum Sexti* perductus est, et ibi se lacerna et byrro exspoliavit, et genu in terra flexit, et in orationem se Domino prostravit. »

(18) Perlustranda sunt quæ Eusebius lib. V *H. E.*, cap. 1, de martyribus Lugdunensibus scripsit. Legendus Ruinartius *Act. martyr.*, pag. 52 et seqq., qui observat celebrem etiam esse locum *Athanacum* appellatum, ubi passi dicuntur ii martyres, a quo, ut ait Gregorius Turonensis, vocantur a nonnullis *martyres Athanacenses*.

(19) Adeundus Ruinartius *Act. martyr.* pag. 32, ubi Ecclesiæ Smyrnensis epistolam de martyrio S. Polycarpi scriptam refert.

(20) Horum exempla plura habentur apud Antonium Gallonium in libro *De martyrum cruciatibus*, multis in locis, et præsertim quando agit de martyribus ad bestias damnatis, p. 457 edit. Antwerpiæ, anni 1668. De natali Cæsarum die, quo martyres necabantur, frequens sermo occurrit in Actis sanctorum martyrum, et præcipue in Actis SS. Perpetuæ et Felicitatis, relatis a Ruinartio in *Act. martyr.*, pag. 83, ubi *Getæ Cæsaris natalis* exprimitur, nempe dies quo Cæsar factus fuerat, ut recte Ruinartius monet.

(21) Lib. *De mortibus persecutor.*, § 14, pag. 25, cit. edit. « Ira (Diocletianus) inflammatus, excarnificari omnes suos protinus præcepit. Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat. »

Digitized by Google

Portu Romano martyrio coronatum elegantissimis his carminibus testatur Prudentius (22) :

His ubi detorsit lævo de tramite plebem,
Monstravitque sequi, qua via dextra vocat;
Seque ducem recti spretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui prius auctor erat;
Sistitur insano rectori, Christicolas tunc
Ostia vexanti, per Tiberina viros.
Illo namque die Roma secesserat, ipsos
Peste suburbanos ut quateret populos :
Non contentus humum celsa intra mœnia Romæ
Tinguere justorum cædibus assiduis.
Janiculum cum jàm madidum, fora, rostra, su-
[*burram*
Cerneret eluvie sanguinis affluere;
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima Portus habet.

Cum igitur Prudentius Hippolytum suum non ex Urbe adductum, sed in Portu Romano, dum plebem alloquebatur, oppressum dicat; nemo non videt ipsum non in Urbe, sed in Portu plebem habuisse, ac ibidem, vel in illius viciniis horrendo illo martyrii genere fortiter occubuisse. Etenim si Hippolytus Romanæ Ecclesiæ presbyter unquam exstitisset, quo jure in Portuensi Ecclesia, quam suum tunc temporis episcopum habuisse credimus, ipse plebem docere potuit; cum veterum Ecclesiæ canonum sanctione exteris presbyteris in aliena parochia, ex iis, quæ ad Ecclesiam pertinent, quidquam peragere vetitum fuisse omnes sciant? Tandem cum Hippolyti Romanæ, ut aiunt, Ecclesiæ presbyteri haud meminerint S. Cyprianus, S. Cornelius et S. Pacianus Barcinonensis, ex quorum scriptis Novatianorum res gestas eruere nos oportet; non levis inde oritur suspicio, quod præcipua hæc doctorum virorum de Hippolyto sententia falsi vitio summopere laboret. Ii enim, cum Hippolytum suum in ipsis Novatianorum exordiis, hoc est anno Christi 252, ad Ecclesiam rediisse dicant, atque omnes, qui his præsertim temporibus Novati schisma ejurarunt, a prædictis Patribus accuratissime indicentur (23), episcopus nempe ille qui Novatianum inunxit, Maximus presbyter, Urbanus, Sidonius, Celerinus et Macarius confessores; recta hinc ratio suadere videretur, quod et Hippolyti men nisse debuerint, quem eodem, quo isti, ferme te pore Novatianum reliquisse dicunt. Sed hunc H polytum sub finem anni 251 nondum resipuisse tet ex epistola S. Cornelii ad Fabium Antiochenu quam labente hoc anno scriptam docent docti vi in illa enim S. pontifex disertim testatur beati mum martyrem Moysem, qui Romæ nuper exi et admirabili martyrio decoratus fuerat, Novatian una cum quinque presbyteris sui sceleris consc societate et communione sui separasse (24). Moy sub finem anni 251 martyrio coronatus fuit, paulo post ipsius passionem S. Cornelius su laudatam epistolam dedit. Eodem fere temp idem S. pontifex (25) S. Cyprianum per litte certiorem reddidit de presbyteris et confessoril ad Ecclesiam reversis; atque ultimo hujus a tempore Cyprianus de tam felici eventu Corne gratulatus (26), Maximum presbyterum et soc confessores laudat; Hippolytum tamen nuspiam r morat. Hoc interim Decio (27) Abrutti in More exstincto, pax Ecclesiæ est reddita; sequentis v anni initio Cyprianus iisdem Maximo presbyt et sociis humanissimas exaravit litteras (28), quib ipsis nuperum ad Ecclesiam reditum gratulatu deinde mense Februario luculentam aliam ad An nianum conscripsit epistolam (29), in qua Novat norum res gestas accuratissime describens, quinq illos presbyteros adhuc in schismate permansis non obscure indicat; quapropter, si unus ex exstitisset Hippolytus, ipse adhuc in schismate pe mansisse dicendus esset. Labente Junio (30) Gallu grassante lue, persecutionem in Christianos exc tavit, quam nescimus cur *brevissimam* fuisse dica Dodwellus (31) et Pagius (32), cum integro fe anno eam perdurasse sciamus : ea siquidem laben Junio hujus anni excitata sedente Stephano, et po Galli interitum, hoc est, mense Maio anni sequent exstincta fuit. Hoc sane anno Hippolytus iste ma tyrio coronari potuit; verum, quominus id cred mus, aperte suadet epistola Cypriani ad Cornelium

(22) Hymn. codem 11, v. 55 et seqq., apud Ruinart. loc. cit., pag. 146.

(23) S. Cornelius in sua epist. ad Fabium Antiochensis Ecclesiæ præsulem missa, cujus fragmenta refert Eusebius *H. E.*, lib. VI, cap. 43, pag. 310 et seqq., hæc de reversis ad Ecclesiam scribit : « Maximus Ecclesiæ nostræ presbyter et Urbanus, ambo ex fidei confessione egregiam jam secundo laudem adepti. Sidonius etiam et Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit . . . . hi omnes . . . ad sanctam Ecclesiam reversi sunt. » Horum, excepto Celerino, exstat epistola ad sanctum Cyprianum de pace cum Cornelio papa et cum universo clero facta, quæ est num. 53 inter ejusdem Cypriani epist. pag. 239, qui ipsis rescripsit, et illorum *regressionem*, *ecclesiasticam pacem*, *et fraternam redintegrationem* est gratulatus.

(24) En verba S. Cornelii apud ipsum Eusebium loc. cit. pag. 315 : « Quem etiam (Novatianum) Moyses beatissimus martyr, qui nuper apud nos egregio et admirando martyrio perfunctus est, dum adhuc in vivis esset, audaciam ejus ac furore perspectum habens, a communione sua separav unacum quinque presbyteris, qui se pariter cu illo ab Ecclesiæ corpore abruperant. »

(25) Adeundus Joannes Pearsonius in *Anna Cyprianicis* ad ann. 251, p. 25, § 14.

(26) In epist. 51, pag. 256.

(27) Legendus idem Pearsonius loc. cit. ad ipsur annum 251, § 15.

(28) Scilicet num. 54, pag. 240. Vide Pearsoniur in *Annal. Cyprianicis* ad annum 252, p. 27, n. 5.

(29) Est num. 55, p. 241 ; videndus in hanc rem Pearsonius in dictis *Annal. Cyprianicis* ad annum 252, p. 27, n. 14.

(30) De hac persecutione illiusque causa plur habet Pearsonius ad dictum annum 252, § 10 p. 29.

(31) In dissertat. Cyprianicis, dissert. 11, *De pau citate martyrum*, § 58, p. 86 : « Brevissimis itaqu limitibus tota illa Italiæ est conclusa persecutio. »

(32) Ad annum Christi 255, num. 17 et 18, p. 20 t. III *Annal. ecclesiast.* Baronii.

Digitized by Google

Roma exsulem Centumcellis degentem, in qua Cornelio gratulatur de lapsis gloriosa confessione restitutis (33), ac de Novatiani perfidia hæc disserit: « Neque enim quærit illos, quos jam subegit; aut gestit evertere, quos jam suos fecit. Inimicus et hostis Ecclesiæ, quos alienavit ab Ecclesia et foras duxit, ut captivos et vinctos contemnit et præterit. » Ex quibus verbis satis constare putamus Novati sectatores adhuc in ipsius castris militasse; lapsorum enim nomine S. Cyprianum haudquaquam schismaticos ad Ecclesiam reversos, sed thurificatos designasse, nemo est qui nesciat. Hæc vero mense Augusto (34) hujus anni scripserit S. Cyprianus; quapropter hunc Hippolytum eodem, quo hæc Cyprianus scribebat, tempore martyrium subiisse oporteret; sed, cum mense Julio S. Cornelius in exsilium missus fuerit (35), ac non ita cito ad S. Cyprianum, qui in Africa degebat, de hac re nuntius pervenerit; imo cum ex ipso epistolæ contextu pateat S. Cornelium, dum scribebat, jam multis diebus exsilii incommoda pertulisse; merito hanc epistolam labente Augusto a S. Cypriano exaratam putandum est, quem forsan paulo ante Idus de suo exsilio certiorem reddiderat S. Cornelius; quocirca Hippolyti istius martyrium in hisce temporis angustiis locandum foret, cum ipsum *Idibus Augusti* passum dicat Prudentius. Verum hanc narrationem non mediocriter suspectam reddunt ea, quæ de Novatianis haud obscure indicat S. Cyprianus (36) in epistola quam mense Decembri (37) scripsit ad S. Lucium pontificem, S. Cornelii successorem, nempe Novatianos quiete ac tranquille degisse, nec persecutionis incommodis, etiam tum, dum scribebat, fuisse obnoxios. « Neque enim, inquit, persequitur et impugnat Christi adversarius, nisi castra et milites Christi, hæreticos prostratos semel et ipsos suos factos contemnit et præterit. » Quapropter A Lambertus (38), et post eum Pagius (39), et Tillemontius (40), ex his, et ex illis, quæ paulo supra de hac persecutione disseruit S. doctor, eamdem in Catholicos tantum *ad confundendos hæreticos* præcipuo Dei consilio indictam animadvertunt. Hinc Hippolytum ipsum Romanæ, ut aiunt, Ecclesiæ presbyterum Novati partibus addictum, hac persecutione exstinctum vix credere possumus. Etenim Prudentius ipsum uno, eodemque momento, et schisma ejurasse, et martyrium subiisse dicit. Idcirco in ipsis persecutionis exordiis Hippolytum Novatiani dogmata sequi oportuit; quod si verum est, Hippolytus sane non in ipso martyrii momento ad Ecclesiam redire potuit, sed longe ante martyrium Novati schisma ejurasse dicendus esset: etenim si, B dum in Urbe morabatur, Novatianis favit Hippolytus, ipsum nunquam damnassent ethnici, utpote qui persecutionem, ut diximus, in Catholicos tantum concitarint; imo hanc ipsam persecutionem Novatiani molitione, ut sanctum Cornelium sibi æmulum de medio tolleret, commotam fuisse non levi rationis momento ex *Libro pontificali* suspicatus est Bencinus (41); quod sane haud inverisimile nobis videtur, cum Novatianus nunquam, ut diserte monet S. Pacianus (42), martyrium subierit; quamvis illius asseclæ quædam Acta in vulgus emiserint, quæ Novatianum martyrem obiisse ferunt. Hæc merito rejecit S. Eulogius Alexandrinus (43), qui sexto Christi sæculo floruit. His addi potest luculentissimum vetustissimi scriptoris (44) testimonium, C qui hoc eodem tempore Novatianorum dementiam acriter insectatus est insigni illo opusculo, quod inter S. Cypriani dubia recensuit opera Bellarminus (45), et Pamelius (46) ac Gravius (47) eidem S. Cypriano tribuere non dubitarunt, in quo cum improbam illam schismaticorum severitatem lapsis fratribus communionem negantium perstringat, eos

(33) Epist. 60, pag. 270.

(34) Ita etiam affirmat Pearsonius in dictis *Annalibus* ad annum 252, § 12, p. 30.

(35) Legendus idem Pearsonius eod. § 12, p. 30.

(36) Epist. 61, Lucio data, pag. 272.

(37) Mense Decembri fuisse hanc epistolam scriptam prudenter arbitratur Pearsonius in *Annalibus Cyprian.* citatis ad annum 252, § 19, pag. 32.

(38) Ouvrag. de S. Cyprien, præf., part. I, § 64, pag. 59, not. *a*.

(39) Ad annum 255, num. 19, pag. 21, ubi etiam Lamberti sententia refertur.

(40) *In* Saint Corneille, artic. 16, pag. 467, tom. III.

(41) Inter variorum notas ad Anastasium Bibliothecarium, quæ exstant in celebri editione ab eruditissimo viro Francisco Blanchino adornata, reperiuntur etiam notæ clarissimi viri Bencini; et in rem nostram legenda sunt, quæ in nota 5 ad Vitam S. Cornelii papæ pag. 197, col. 1, edit. Romæ anni 1725, tom. II, habentur. (*Patrol. Latinæ* t. CXXVII).

(42) In epist. 2 ad Sympronianum, quæ exstat in tom. I *Collectionis maximæ conciliorum Hispaniæ* card. de Aquirre editionis Josephi Catalani Romæ anni 1753, in quo hæc ait: « Novatianus martyrium nunquam tulit, nec ex verbis beatissimi Cypriani auditum istud, aut lectum est, » pag. 323, num. 33.

(43) Uti habemus in Photii *Bibliotheca*, codice CLXXXII, pag. 414: « At in sexto (libro Eulogius) evertit, qui de Novatiana secta feruntur commentarios, et falso inscriptum Novati episcopi certamen, » et cod. CCLXXX, p. 1622: « Libro sexto ostendit Novati falsum, quod circumfertur, martyrium, » etc.

(44) Exstat inter opera S. Cypriano vulgo ascripta in editione Operum ejusdem S. Cypriani recognita et illustrata a Joanne Fello Oxoniensi episcopo edit. D cit. Amstelodami pag. 15, et hujusmodi tractatus ita inscribitur: *Ad Novatianum hæreticum, quod lapsis spes veniæ non est deneganda.*

(45) *De scriptoribus ecclesiasticis*, in *S. Cypriano*, p. 51 edit. Venetæ anno 1728, Operum tom. VII, in quo, multa de eodem tam in dissertatione historica quam in supplemento erudite afferuntur.

(46) Jacobus Pamelius Brugensis in Flandria canonicus et archidiaconus opera S. Cypriani cum insignibus in ea commentariis evulgavit, impressa in fol. Antwerpiæ anno 1568. De hujusmodi opere S. Cypriano ascripto, vide quæ habentur pag. 434, cap. 2. Eadem opera ab ipso etiam Antwerpiæ anno 1589 recusa sunt: legendum supplementum apud Bellarminum loc. cit. pag. 53, ubi aliæ editiones hujusmodi operum recensentur.

(47) Henricus Gravius ex Dominicanorum familia ejusdem S. Cypriani opera edidit Coloniæ in-fol. anno 1549, in officina Quentelliana.

Digitized by Google

apertissimæ dementiæ reos incusat, eo quod ii, qui In Deciana persecutione turpiter lapsi fuerant, in secundo eorum certamine sub Gallo egregium fidei ac virtutis testimonium præbuerint. « Nulli enim, inquit (48), nostrum dubium vel incertum est, fratres dilectissimi, qui prima acie, id est, Deciana persecutione vulnerati fuerunt; hos postea, id est, secundo prælio ita fortiter perseverasse, ut contemnentes edicta sæcularium principum, hoc invictum haberent, quod et non metuerunt exemplo boni Pastoris animam suam tradere et sanguinem fundere, nec ullam insanientis tyranni sævitiam recusare. » Præstantissima hæc anonymi nostri verba eos tantum in hac Galli persecutione exstinctos indicant, qui in Deciana tormentorum metu adacti, Christum turpiter negarunt, atque impiis ethnicorum sacrificiis se B inquinarunt. At de Novatianis ad Ecclesiam reversis, nec verbum quidem facit disertissimus scriptor; imo ipsos perfracte in eorum erroribus adhuc obstinatos sæpissime inducit (49). Quanta vero hujusce scriptoris auctoritas esse debeat, ex eo colligere juvat, quod acerrimi illi veterum scriptorum censores, Erasmus Roterodamus ac Andreas Rivetus (50), nihil in ipso se deprehendisse fateantur quod ejus antiquitatem vel minimum imminuere valeret; ideoque Erasmus S. Cornelium hujus opusculi auctorem exstitisse olim suspicatus est, at mutata dein sententia illum S. Cyprianо etiam ascribi posse firmavit. Tillemontius (51) vero Africani cujuspiam

A fetum hunc esse credidit, eo, **quia** schismatici his verbis meminisse **videatu** ad ista respondeant perversissimi **isti No** nunc infelicissimi pauci (52). » **Verum**, fert opinio, hæc non in Africa, **sed in m** exarata fuisse, mox allata **scriptoris v** dammodo indicare videntur. **His siquidc** auctorem secundæ, quam laudat, **persec** terfuisse, ac martyres, qui in ea **sunt pa** novisse. Quapropter et ante **Valeriani p** nem opusculum suum anonymum **condidi** candum, ac paulo citius anno **255**, q scripsisse conjecit Tillemontius (53). **Huj** opusculi ætatem et pretium ex **iis etiam** gnosci posse arbitramur, quæ de **cruente** nelii martyrio manifestissime disserit **illiu** dum Novatianis exprobrat, « lapsos exer Pastoris animam suam tradere, et sangui dere non dubitasse, » quo nomine sanc pontificem designatum recte monuit T tius (54). Hæc quidem si serio animad Joannes Pearsonius (55), haud sane tam ini cruento Cornelii martyrio judicium tulisse cum S. Cyprianus (56) *beatum martyrem* et *sanguinem fudisse* dicant anonymus noste S. Hieronymus (58), ac demum martyrem simi Sacramentorum libri (59) S. Cornelium celebrent, nescimus cur Pearsonius, solo Bucheriani (60) testimonio fretus, illum in

(48) Sunt verba auctoris hujusmodi tractatus ad Novatianum hæreticum, quæ loc. cit. p. 17 habentur, ut cuique legenti patet.

(49) Multis ex locis hujusce tractatus hoc ipsum probare possemus, et præsertim ex sequentibus verbis, quæ eadem pag. 17 leguntur: « Qui enim aliquando Christiani, nunc Novatiani, jam non Christiani, primam fidem vestram perfidia posteriore per nominis appellationem mutastis. » Et paulo post pag. 18: « Unde igitur et sceleratus, et tam perditus, tam discordiæ furore vesanus exstiterit iste Novatianus, invenire non possum... qui multos ex fratribus nostris miserrimos falsis suis adversationibus perterritos, iterum fecit ethnicos... O te impium sceleratumque, hæretice Novatiane »... Plura quæ prætereuntur, in eodem tractatu legenda sunt.

(50) *Critici sacri* lib. II, cap. 15, pag. 231 edit. Lipsiæ et Francofurti anni 1690, ubi agens de libris dubiis et suppositiis S. Cypriano ascriptis hæc ait: « Epistolam ad Novatianum hæreticum existimavit aliquando Erasmus non esse Cypriani, tamen postea facundum et doctum librum judicavit nec Cypriano indignum. Henricus Gravius et Pamelius ex codicibus mss. eum Cypriano vindicant. »

(51) Tom. IV, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, pag. 135, artic. 41, de l'écrit contre Novatien: « Il paraît plutôt que c'est l'ouvrage d'un Africain. »

(52) Sunt verba ipsius tractatus, p. 16, ubi legi possunt etiam notæ ad hanc rem spectantes. Pamelio placet magis, ut per ἀντίφρασιν alludat ad Felicissimum, cujus sæpe in primo tomo fit mentio, et præsertim epist. 55.

(53) Loc. cit. tom. IV, art. 41, pag. cit. 135.

(54) Tom. III, pag. 467, artic. 16, et tom IV, art. 30, pag. 115.

(55) In sæpius citatis *Annalibus Cyprianicis* ad

C an. 252, pag. 30, § 13: « Mense *Septembri* lius pontifex Centumcellis obiit die XIV. I quo mortuus est, nobis indicat vetustissimi auctor in *Cornelio: Post hæc Centumcellis sus ibi cum gloria dormitionem accepit.* Gall dem Cornelium ad Centumcellas relegavit, *perjucundum*, ut testatur Plinius... Assentio auctori vetustissimi catalogi, qui narrat eur tumcellis dormitionem accepisse, et quide anno. »

(56) En verba Cypriani in epist. 61, ad Li p. 272: « Unde illic repentina persecutio exorta sit, unde contra Ecclesiam Christi et pum Cornelium beatum martyrem, vosque o sæcularis potestas subito proruperit. »

(57) Loc. cit. pag. 17, ut supra.

(58) In *Vita S. Pauli primi eremitæ*, n. 2, in tom. II Operum edit. Vallarsii Veronæ an. D « Sub Decio et Valeriano, quo tempore Cor Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore n rium pertulerunt, multas apud Ægyptum et baiden Ecclesias tempestas sæva populata est.

(59) Sacramentarium Leonianum apud Lu cum Antonium Muratorium in *Liturgia Ro veteri*, t. I, pag. 404, edit. Venetæ an. 1748, Kalend. Octobris habet nonnullas orationes, in bus semper S. Cornelius martyris titulo insign quemadmodum etiam in Præfatione missæ his bis, p. 405: « Vere dignum, etc., tuamque in ctis martyribus Cornelio, simul etiam Cypri prædicare virtutem, quos discretis terrarum p bus greges sacros divino pane pascentes, una eademque die, diversis licet temporibus consors parique nominis tui confessione coronasti, et Tres etiam orationes habentur in Sacrament Gelasiano in eod. t. I, p. 668, exsistentes, in bus Cornelio quoque martyris titulus attribuitu

(60) Apud Godefridum Henschenium et Danie

Digitized by Google

tantum ad Centumcellas, locum perjucundum, dormitionem accepisse dicat. Pearsonii sententiam statim amplexus est Pagius (61), et deinceps Tillemontius (62), et Pagius Junior (63); Ceillierius tamen S. Cornelium martyrem obiisse solo Hieronymi testimonio credidit (64). Quapropter, ut ad anonymum nostrum revertamur, mirum sane videri posset Africanum scriptorem tam accurate exquisiteque sancti Cornelii ejusque sociorum martyrium, ac ipsammet Galli persecutionem laudasse, quæ, Pagio (65) teste, Africanos fideles haud afflixit. Nec mirum quod Romanus scriptor Felicissimi schismatici meminisse videatur; nam S. Cyprianus (66) perditissimi hominis fraudes per epistolas anno superiori S. Cornelio atque ipsius clero jam patefecerat; ipsumque etiam de facie idem scriptor noscere potuit, ex eo quod mense Junio hujus anni S. Cornelius (67) « cum Romam schismaticus homo venisset stipatus caterva, et factione desperatorum, illum vigore pleno de Ecclesia pepulit. » At cum superioribus annis doctissimus monachus Prudentius Maranus (68), qui S. Cypriani Vitam descripsit, eamque ipsius Operibus Baluzii curis recognitis præfixit, hanc Galli persecutionem in Africanas etiam Ecclesias grassatam esse evidentissime ostenderit, ac doctissimo Pamelio hæc anonymi verba, « et sacramentum Baptismatis, quod in salutem generis humani provisum, et soli Ecclesiæ cœlesti ratione celebrare per os suum præostendit (69), » Africanam de Baptismo doctrinam sapere visa sint, a qua semper Romana abhorruit Ecclesia; Africanus ideo hujusce opusculi auctor dicendus erit. Sed his missis, ad Hippolytum nostrum iterum se convertat oratio, quem sane ex his, quæ hucusque disputavimus, nec Decii, nec Galli persecutione martyrium subire potuisse, ut hactenus docti viri crediderunt, non obscure nos probasse arbitramur. Bailettus et Ceillierius ipsum Idibus Augusti anno Christi 252 passum sub Decio dicunt; sed jam Decius mense Novembri anni superioris, ut diximus, interemptus fuerat; ideoque a morte Decii ad Hippolyti martyrium novem menses intercesserunt. Neque anno superiori, Decio adhuc vivente, martyrio coronari potuit Hippolytus iste, quem unum ex quinque illis presbyteris, qui Novatiano se sociarunt, fuisse suspicantur; presbyteros enim illos mense Novembri ejusdem anni in schismate adhuc permansisse epistola S. Cornelii ad Fabium Antiochenum aperte nos monet; quominus vero ipsum Hippolytum sub Gallo passum credamus, disertissima S. Cypriani et vetustissimi anonymi testimonia nos prohibent, ex quibus in Catholicos tantum persecutionem excitatam fuisse apparet; quod cum animadvertisset Tillemontius (70), Hippolytum, ut inquit, Romanæ Ecclesiæ presbyterum, hac quidem persecutione passum, sed schisma ab ipso superiori anno ejuratum credidit; quod tamen duplici rationis momento falsum esse patet; primo quia Prudentius uno eodemque tempore Hippolytum schisma ejurasse et martyrium subiisse dicit; secundo, ex epistola S. Cornelii, quæ sub finem ejusdem anni conscripta fuit, apertissime constat quinque illos presbyteros, qui adversum ipsum cum Novatiano schisma conflaverant, nondum resipuisse. Quapropter Hippolytus, si unus ex illis fuit, in schismate toto hoc anno permansisse dicendus est.

XVI. *Frontonis Ducæi sententia exploditur.*

Rejectis igitur Ruinartii et Tillemontii conjecturis, nil nobis superest quominus Hippolytum illum Prudentii carminibus celeberrimum, vetustissimæ Portuensis sedis antistitem fuisse credimus. Id sane post Baronium recte nostro quidem judicio conjecit Fronto Ducæus (71). In eo tamen peccat clarissimi viri sententia, quod a Prudentio unicum Hippolytum laudatum censuerit, magnum nempe episcopum et martyrem, eumque idcirco Novatiano schismate inquinatum, tota licet reclamante antiquitate, autumarit. Frontoni in hac re facem prætulit Joannes Langus (72) Erfurdensis, primus *Historiæ* Nicephori editor, qui, cum notulas illas ad mox laudata

Papebrochium in *Act. sanctorum* mensis Aprilis t. I, p. 25 edit. Venetæ an. 1737: « Cornelius... post hoc Centumcellis expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit. »

(61) Ad an. Christi 255, num. 13 *Annal. eccles.* tom. III cit., p. 17.

(62) Cit. tom. III, p. 744, Notes sur saint Corneille, note 13, sur les Actes de S. Corneille, le jour, le lieu et le genre de sa mort.

(63) Franciscus Pagi in *Breviario historico-chronologico-critico pontificum Romanorum*, t. I, p. 27, edit. Lucæ an. 1729: « Sanctus hic pontifex sub Gallo et Volusiano Centumcellis in exsilio obiit die XIV Septembris ejusdem an. 252, postquam annum, menses tres et dies aliquot sedisset. »

(64) Sæpius cit. tom. II, pag. 583, nota *b*: « Quelques auteurs ont cru que saint Corneille n'avait pas fini sa vie par le supplice; mais saint Jérôme dit expressément qu'il répandit heureusement son sang à Rome, et non à Civita-Vecchia, où on prétend que ce saint avait été envoyé en exil, aussitôt après qu'il eut refusé de sacrifier aux idoles. »

(65) Ad dictum an. 255, num. 18, p. 20 et 21, loc. cit., et num. 19: « Sed nec ea (persecutio) in Africa grassata. »

(66) Id ipsum testatur S. Cyprianus epist. 45 Cornelio papæ data p. 232: « Melius autem, frater, scies, si etiam exempla litterarum, quas ad te legendas pro dilectione communi per Chaldonium et Fortunatum collegas nostros proxime miseram, quæ de eodem Felicissimo et de presbytero ejusdem ad clerum istic nostrum et ad plebem scripseram, legi illic fratribus jubeas, quæ et ordinationem et rationem rei gestæ loquantur, ut tam istic quam illic circa omnia per nos fraternitas instruatur. »

(67) Vide de hac re epist. S. Cypriani 59, p. 259.

(68) Pag. 66.

(69) Sunt verba ipsius incerti auctoris in tractatu *Ad Novatianum hæreticum* superius citato, quæ exstant p. 16 cit. edit. Videnda quæ ad hunc locum Pamelius in sua Operum S. Cypriani editione adnotavit.

(70) In citato tom. III, pag. 468.

(71) In cit. libr. VI *Hist.* Nicephori Callisti, p. 595.

(72) In lib. IV, cap. 31, quod inscribitur: *De Hippolyto Portus civitatis Romæ et de scriptis ejus.*

Digitized by Google

Historiæ capita subjecerit, quas fere omnes in suam Nicephori editionem transtulit Fronto, in earum una Hippolytum Novatianæ sectæ episcopum fuisse tradidit iis fere verbis, quæ superius num. 11 sub Frontonis nomine retulimus. Langum excepit Georgius Fabricius Chemniciensis (73), qui in commentario ad poetarum Christianorum carmina, Hippolytum episcopum mox laudatis carminibus a Prudentio designatum sibi persuasit. « Hippolytus, inquit, factus ex hæretico catholicus, e Novatiano episcopus (ut Nicephorus) Ostiensis, Decio imperatore mandante Ostiæ martyrium subiit, ab equis effrenibus dilaceratus, sepultus extra portam Esquilinam in crypta Verana. » Fabricii verba exscripsit Joannes Weitzius (74) in suis ad Prudentium notis.

Quanquam autem hujusmodi sententia non infirmis niti posset argumentis, cum et temporum ratio, et non obscura quædam veterum testimonia illa confirmare videantur; tamen si res attentius parumper disquiratur, ipsam fore speramus, ut non exiguis rationum momentis, quanto citius corruere lector animadvertat. Quod ad Hippolyti ætatem attinet, non una est veterum ac recentiorum sententia. Palladius (75) et Cyrillus Scythopolitanus (76) Hippolytum quemdam apostolorum temporibus floruisse dicunt, quem idcirco a nostro diversum crediderunt Antonius Possevinus (77), et vir maximus Leo Allatius in descriptione codicis Chisiani, quem edidit doctissimus Joseph Blanchinus (78); Philippus tamen Labbeus (79) Hippolytum illum eumdem ac nostrum esse docuit, et Palladii ac Cyrilli verba benigno sensu interpretanda esse monuit, nempe quod iidem Hippolytum *non apostolorum ævo vixisse crediderint*, sed ut ipsum *apostolicis viris* notum fuisse dictitarent. Hanc Labbei emendationem improbat Joan. Baptista Cotelerius (80), quamvis de unico Hippolyto cum ipso plane consentiat, ac Cyrillum et Palladium, quod ad illius ætatem spectat, oscitantiæ reos traducat. Tillemontius (81) Palladii et Cyrilli verba eo sensu interpretatur, quod Hippolytum *apostolicum*, nempe *episcopum Romanum* denotent. Nam Syncellus (82) Hippolytum *apostoli* nomine donavit, quem alibi usitata Græcorum dicendi forma *episcopum Romanum*, videlicet *Romanæ provinciæ*, appellaverat. Hanc Tillemontii conjecturam cæteris præferendam censeremus, si nobis certe constare posset Græcos *apostoli* nomen eo quandoque sensu Romanis pontificibus indidisse, quo mediæ et infimæ Latinitatis scriptores illos *domini apostolici* titulo donarunt. Sed cum vir immensæ eruditionis Caspar Barthius (83), qui de *apostolici* nomine, quo Romani pontifices mediis et infimis temporibus dignitatis ergo insigniti fuerunt, accuratissime de more disseruit, nullos ex Græcis temporibus memoret, qui hujusmodi nomen hoc sensu usurparint, nec post ipsius curas quidquam novi protulerint Joannes Caspar Suicerus (84), Carolus

Hist. Nicephori Callisti, pag. 221 edit. Paris. anni 1573.

(73) *Poetarum veter. ecclesiast. oper.*, Basil, anni 1564, commentar. pag. 69.

(74) Pag. 592, num. 19.

(75) Palladius Helenopoleos in Bithynia episcopus in *Historia Lausiaca*, cap. 148 edit. Antwerpiæ ab Heriberto Rosweido in *Vitis Patrum* anno 1615 adornata p. 781, ubi agit de femina nobilissima, quæ fuit semper virgo; illius historiam in S. Hippolyti libro invenisse testatur his verbis : « In alio libro antiquissimo, scripto ab Hippolyto, qui fuit familiaris apostolorum, inveni talem narrationem. »

(76) In S. Euthymii Vita apud Joannem Baptistam Cotelerium. *Ecclesiæ Græcæ monumenta* t. II, pag. 1293, edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1681, num. 109 : « Revera senex et plenus dierum vicesimo die mensis Januarii, in anno quidem a mundi creatione, secundum tempora scripta ab Hippolyto illo antiquo, ipsisque apostolis familiari, et ab Epiphanio Cyprio, et ab Herone philosopho et confessore, quinquies millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, a Domini autem nostri Jesu Christi in carne adventu quadringentesimo et sexagesimo quinto. »

(77) In *Apparatu sacro ad scriptores Veteris et Novi Testamenti*, tom. I, p. 795, edit. Coloniæ an. 1608, ubi post descripta nostri Hippolyti opera hæc subjungit : « Hippolytus quidam vir vetustissimus, et apostolis familiaris, cujus librum citat Palladius in *Hist. Lausiaca*, cap. 148, scripsit virginem quamdam signo crucis munitam ex prostibulo, quo fuerat adacta, illæsam evasisse. »

(78) Hanc descriptionem edidit vir clar. Josephus Blanchinus, presbyter congregationis Oratorii Romæ anno 1740. In ea de nostro Hippolyto hæc habet Allatius pag. 265 : « Fuit ante hunc Portuensem alter Hippolytus, vetustissimus scriptor et apostolis familiaris, cujus librum citat Palladius in *Hist. Lausiaca*, cap. 148, qui scripsit virginem quamdam signo crucis munitam ex prostibulo, quo fuerat adacta, illæsam evasisse. »

(79) In dissertatione historica in lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* card. Bellarmini p. 45, tom. VII operum ejusdem Bellarmini edit. citatæ Veronæ an. 1728, in *S. Hippolyto* hæc habet : « De eodem S. Hippolyto agit... Cyrillus in Vita Euthymii magni archimandritæ, ubi antiquum et ipsis notum apostolis vocat, forte legendum *apostolicis viris*; qui enim fieri potest, ut ab anno Christi nimirum 98 floruerit usque ad tempora Alexandri Severi et annum circiter 230? »

(80) Eodem tom. II in notis ad locum citatum p. 640 : « Sed quod appellatur hic ἀποστόλοις γνώριμος, magna est hyperbole a Patre tertii æræ Christianæ sæculi. Nolim tamen corrigi cum Philippo Labbeo viro eximiæ eruditionis, ἀποστολικοῖς, quia idem epithetum ei tribuitur in *Historia Lausiaca* Palladii, cap. 148. »

(81) Tom. III, pag. 239, in S. Hippolyte, docteur de l'Eglise, évêque et martyr. In quadam nota ait : « Ne faudrait-il point ἀποστολικοῦ, c'est-à-dire *papa*? car il l'a été, ou évêque de Rome. »

(82) In *Chronographia* ab Adamo usque ad Diocletianum, edita a Jacobo Goar ord. Prædic. Venetiis an. 1729, anno a mundi conditu 5459, p. 251.

(83) *Adversariorum commentariorum* lib. XIII, cap 20, p. 746 edit. Francofurti anni 1624, et lib. XLIII, cap. 8, p. 1940, ubi notat et exemplis ostendit episcopos etiam olim *apostoli* nomine fuisse donatos, præsertim apud S. Cyprianum epist. 65 : « Meminisse autem diaconi debent, quoniam apostolos, id est episcopos et præpositos Dominus elegit. »

(84) In *Thesauro ecclesiastico* e Patribus Græcis ordine alphabetico concinnato, verbo Ἀποστολικός, tom. I, p. 474, edit. Amstelodami an. 1728.

Digitized by Google

Du Cange (85), Thomassinus (86) cæterique, qui de *apostolici* titulo disputarunt; ideo *apostoli* nomen, quo Hippolytum ornavit Syncellus, alio plane sensu, quam Latinorum *apostolicum* interpretandum censemus, nempe quod episcopalis dignitatis amplitudinem indicet; episcopos enim cum a Græcis, tum a Latinis Patribus (87) *apostoli* nomine non raro ornatos fuisse notum est ac pervulgatum. At his missis, ex ipsis Palladii verbis satis constat Hippolytum illum, quem ipse laudat, apostolorum temporibus haud floruisse. Nam ea quæ ex ipso narrat, posteriora sapiunt tempora, et ad annum Christi 303 sunt referenda, in quo, ut diserte monet Ruinartius (88), nobilissima illa Christianarum virginum facinora contigere quæ narrat Eusebius (89), et ex eo Nicephorus, qui forsan ex Palladio sanctissimæ virginis gesta descripsit, quæ ex Hippolyti libro se hausisse testatur. Cyrilli vero Hippolytus, cum de Pascha scripserit, a nostro diversus esse non potest; ejus de hac quæstione libellos memorat Eusebius (90) et S. Hieronymus (91), ejusque in Pascha homiliæ fragmentum lectum fuit in concilio Lateranensi sub Martino primo (92). Quapropter apostolorum temporibus Hippolytum floruisse Cyrillo vix credere possumus, ex eo quod de hac re quæstiones sub (93) Victore primum subortæ sunt, nec quidquam ab Hippolyto de iisdem scriptum scimus ante Alexandri imperatoris ætatem, utpote qui ab anno secundo illius imperii *Cyclum* suum *Paschalem* inchoaverit, quod in egregio ipsius monumento etiam nunc superest. Ætas itaque, qua vixit Hippolytus, recte designatur ab Eusebio (94), qui eum Alexandri temporibus floruisse non obscure significat. Quos vero præceptores habuerit, dissentiunt etiam inter se docti viri. Photius (95) Irenæi discipulum Hippolytum prædicat. Baronius (96), Possevinus (97), Bullus (98), Clementis Alexandrini auditorem dicunt, sed nullo veterum suffragio; quare Photii verbis standum esse censemus. Si igitur Hippolytus Irenæi discipulus fuit, Novatianorum temporibus superfuisse potuit. Irenæus enim adhuc puer Smyrnis sanctum Polycarpum præceptorem habuit, quem anno 169 (99), vel, ut recentioribus magis arridet, 166 (1), martyrio coronatum novimus. Irenæum vero XIII tunc temporis ætatis annum egisse credit Renatus Massuetus (2), XIII vel XIV Tillemontius (3), XX vel XXV Dodwellus (4), cujus tamen sententia merito refellitur, utpote quæ

(85) In *Glossario ad scriptores mediæ et infimæ Latinitatis* t. I, p. 569, ed. Parisiis anni 1733, verbo *Apostolicus*, ubi observat, quod olim et nascente primum Ecclesia, universim episcopi omnes *apostolici* dicti fuerint, interdum adjuncta *episcopi*, *tui*, aut alia voce, tanquam apostolorum successores; seu potius quod quisque in sua diœcesi vices apostolicas ageret, hanc nominis appellationem erudite de more multis in medium allatis exemplis confirmat; præsertim epitaphio S. Trophimi Arelatensis episcopi, apud v. cl. Jacobum Sponium: « Trophimus hic colitur Arelatis præsul accitus, Gallia quem primum sensit apostolicum. »

(86) Part. I, lib. I, cap. 4, pag. 11 edit. cit. Lucæ anni 1728, ubi hoc argumentum pertractat, nempe: « Præsulibus quidem omnibus communia fuisse nomina *papæ*, *apostoli*, *præsulis apostolici*, *apostolicæ sedis episcopi*; sed ea tamen jam tum singulari quadam cum honoris prærogativa Romano pontifici attributa sunt. »

(87) Videndus hac de re Guilielmus Beveregius in adnotationibus in Canones apostolicos, can. 2, pag. 12, col. 2, tom. II edit. citatæ Oxonii anni 1672.

(88) Admonitione in Eusebii narrationem de persecutione Diocletiani. *Act. martyrum selecta*, pag. 267, cit. edit.

(89) *Historiar.* lib. VIII, cap. 12, p. 391 et seqq., in quo refert nonnullas virgines Antiochiæ, ut castitatem servarent, sese in mari præcipitasse, aliasque sese in fluvium conjecisse, etc., quæ pariter res gestæ narrantur a Nicephoro Callisto lib. VII *Ecclesiast. histor.*, cap. 12, pag. 454.

(90) Lib. VI *Hist. eccl.*, cap. 22, pag. 286.

(91) Lib. *De viris illustribus*, cap. 61, t. II operum citat. editionis Vallarsii pag. 884.

(92) Anno 649 celebrato, quod exstat t. VI *Concilior.* edit. Labbei Lutetiæ Parisiorum ann. 1671. in actione, seu secretario 5, pag. 287, hæc de S. Hippolyti libro habentur: « Sancti Hippolyti episcopi et martyris de homilia Dominicæ Paschæ: « Totus erat in omnibus et ubique, adimplens vero « omnia ad omnes aerios principatus nudus re spo« liatus est, et ad parvum clamat transire calicem, ut « ostendat vere, quia et homo erat; reminiscens au« tem et propter quod missus, perficiat dispensatio« nem, ad quam missus est; et clamat: *Pater, non « mea voluntas*; et: *Spiritus quidem promptus est, caro « autem infirma.* »

(93) Adeundus Baronius ad annum 198, n. 1, tom. II, pag. 370 edit. citatæ.

(94) *Ecclesiasticæ Hist.* lib. VI, cap. 22, p. 286.

(95) Cod. CXXI, pag. 302, μαθητὴς δὲ Εἰρηναίου ὁ Ἱππόλυτος, « discipulus Irenæi Hippolytus. »

(96) Ad ann. Christi 229, num. 4, pag. 480, tom. II cit. edit.: « Discipulum porro fuisse Clementis Alexandrini, ejusque persuasione Romam se contulisse alibi legimus. »

(97) *Apparat. sacr.* tom. I, pag. 763.

(98) *Defens. fidei Nicænæ*, sect. III, cap. 8, § 4.

(99) Baronius ad dictum annum 169, num. 2. S. Polycarpi martyrium refert, tom. II *Annal.*, pag. 241.

(1) Ruinartius in *Act. martyrum* admonitione ad martyrium S. Polycarpi, pag. 26, hæc habet num. 6: « De Polycarpi passionis die et anno tam diverse inter se sentiunt omnes cum veteres tum recentiores historici, ut vix ea de re aliquid certi statui possit . . . Alii annum 169 assignant, alii vero, et quidem, ut mihi videtur, probabilius, 166; Henricus Valesius annum septimum M. Aurelii imperatoris. Quam sententiam probat non solum ex Eusebii *Chronico*, verum etiam ex Aristidis Polycarpo coæqualis orationibus sacris 1 et 4, ex quibus nititur ostendere vir eruditus, Quadratum, sub quo Polycarpus passus est, eo anno Asiæ proconsulatum gessisse. Qui plura de his videre cupit, ipsum Valesium adeat in notis ad cap. 15, lib. IV Eusebianæ *Historiæ*; Usserium in notis ad Smyrnensis Ecclesiæ epistolam; Halloixium in cap. 12 *Vitæ S. Polycarpi*; Pearsonium dissert. 2, *De episcopis Romanis*, cap. 18; ac demum Joannem Bollandum ad diem XXVI Januarii, ubi de his difficultatibus fusius agitur. »

(2) Dissert. de vita et scriptis S. Irenæi, pag. 77.

(3) Tom. III, pag. 79, artic. 2, de l'éducation de S. Irenée sous S. Polycarpe.

(4) Dissertat. 3 in Irenæum, § 6 et seqq.

Digitized by Google

a genuino S. Patris testimonio nimium absit (5). Irenæus martyrii palmam consecutus est anno Christi 203 (6), ideoque Hippolytus Novatianorum tempora attingere potuit, cum inter Polycarpi martyrium et Novatianos, qui anno Christi 251 (7) primum exorti sunt, 85 tantum anni interfuerint, qui communem duorum hominum ætatem non superant. Huic tamen conjecturæ non parum officiunt eruditorum de Hippolyti martyrio dissidia. Supra laudata ipsius Acta, quorum verba suis Menologiis (8) Græci inseruerunt, illum sub Claudio in mare mersum narrant. Sed hæc ad pias fabulas sunt amandanda; nullam enim sub duobus Claudiis persecutionem in Christianos excitatam, nemo est qui nesciat; quamvis prior Judæos et Christianos Urbe expulerit (9), ac sub altero quidem martyres passi dicantur (10). Baronius illum sub Alexandro pas-

A sum credidit (11), Dodwellus (12) sub Maximino vix auspicatur; Tillemontius (13) et Ceillierius (14), sub Decio martyrem obiisse Hippolytum censuere, eo quod, teste Photio (15), opus illud, quod contra hæreses scripsit, a Dositheanis inchoatum, ad Noetianos usque perduxerit, quorum initia, juxta S. Epiphanii (16) calculum, ad annum Christi 245 sunt revocanda. His addenda est epistola illa, quam ad *reginam* quamdam Hippolytum scripsisse memorat Theodoretus (17), cujus nomen, nempe *Severinam*, indicat vetustissimus operum laterculus marmoreo ipsius monumento incisus (18). Quo nomine Juliam Mammæam, vel Severam Otaciliam Philippi patris uxorem designatam hactenus docti viri crediderunt (19). At superioribus annis Jacobus
B Basnagius (20), nescimus quo furore abreptus, Zenobiam celeberrimam illam Palmyrenorum regi-

(5) S. Irenæus lib. III *Adversus hæreses*, cap. 3, pag. 203, edit. Oxoniæ an. 1702, de se ipso hæc scribit : « Polycarpus autem non solum ab apostolis eductus, et conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab apostolis in Asia, in ea, quæ est Smyrnis, Ecclesia constitutus episcopus, quem et nos vidimus in prima nostra ætate, ὃν καὶ ἡμεῖς ἐωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. » Et in epist. ad Florinum, cujus fragmentum nobis servavit Eusebius lib. v *Hist. eccl.*, cap. 20, p. 238, testatur se illum vidisse apud Polycarpum, dum puer esset : Εἶδον γάρ σε παῖς ὤν, ἐν τῇ κατὰ Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ. « Vidi enim te, cum puer essem, in inferiori Asia apud Polycarpum. » Oper. S. Irenæi cit. edit. p. 464, quæ quidem verba ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ et παῖς, difficillime juveni XX vel XXV annorum aptari possunt.

(6) Videndus Ruinartius *Act. martyrum* de S. Irenæo episcopo Lugdunensi et martyre, pag. 62, n. 5.

(7) Ita censet Pearsonius *Annal. Cyprianicis* ad ann. 251, § 2, pag. 21.

(8) In Menologio Græcorum jussu Basilii imperatoris Græce olim edito, et Latinitate donato opera et studio Annibalis tit. S. Clementis card. Albani, in part. II, p. 144, edit. Urbini ann. 1727, hæc de S. Hippolyto leguntur die XXIX Januarii : « Sacer Hippolyti sacromartyris cœtus claruit Claudio imperatore, et Vicario præfecto. Cum autem Censorinus militum magister esset et imperatori charus, Christum simul colebat et Christianos vindicabat. Quare accusatus, in carcerem detruditur : ubi prodigiis et signis, præcipue autem mortuo ad vitam revocato, milites omnes ad Christi fidem pertraxit; qui tyranni jussu decollati sunt, in quibus fuit beata Chryse, ejusque servus Sabinus. Id ubi rescivit Hippolytus papa, divino zelo incensus tyrannum
D adiit, et acerrime reprehendit; qui ira exardescens primum quidem acerbissime Hippolytum torqueri jussit, ejusque comites presbyteros, diaconos et episcopum; deinde alligatis ad manus pedesque gravissimis saxis, in profundum mare illos dejecit; atque hunc in modum vitam finierunt. »

(9) Adeundus Cuperus in notis ad Lactantium *De mort. persec.*, p. 126.

(10) Legendus Tillemontius, Notes sur saint Denys, pape, not. 3, tom. IV, pag. 672; not. 5, pag. 675 et pag. 677.

(11) Ad annum 229, n. 5, pag. 480, tom. II *Annal.*

(12) *Dissert. Cyprianicæ*, dissertatione 11, *De paucitate martyrum*, num. 49, pag. 83 : « Hippolytum Portuensem regionis suburbicariæ episcopum Augusti XXII tradunt Martyrologia. Id si verum sit, vel superiori anno 235, vel hoc 236 contigerit, ne-

cesse est. » Vide num. 1, pag. eadem 83.

(13) Tom. III, pag. 242, *in* Saint Hippolyte : « Mais s'il a écrit à l'impératrice Sévère, femme de Philippe, comme nous verrons qu'il y a quelque lieu de le croire, il faudra nécessairement reculer son martyre jusqu'à la persécution de Dèce, c'est-à-dire jusque vers l'ann. 250. »

(14) Tom. II, pag. 319, num. 4 : « Mais nous aimons mieux reculer son martyre jusqu'à la persécution de Dèce, c'est-à-dire jusque vers 250. La raison en est que ce saint a réfuté l'hérésie des Noétiens, qui, selon le témoignage de saint Epiphane, ne commencèrent à paraître que sous le règne de Philippe, qui fut déclaré empereur en 244. »

(15) *Bibliotheca*, cod. CXXI, pag. 302 : « Legi libellum Hippolyti (qui Irenæi discipulus fuit) contra
C duas et triginta hæreses, auspicatas a Dositheanis usque ad Noeti et Noetianorum hæreses; quas refert, Irenæo disserente, argumentis profligatas; horumque argumentorum summam colligentem se libellum hunc conscripsisse. »

(16) *Adversus hæreses* lib. II, tom. I, pag. 479, edit. cit. Parisiensis anni 1622, hæresi 57 : « Post hunc alius quidam hæreticus Noetus nomine prodiit, neque multis abhinc annis, sed ante hos fere centum ac triginta, in Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere ac docere ausus est, quæ nec prophetæ, nec apostoli, nec Ecclesia ab initio tenuit ac ne cogitavit quidem. »

(17) Dialog. 3, Oper. tom. IV, pag. 155, Lutetiæ Parisiorum anni 1642. « Sancti Hippolyti episcopi et martyris ex epistola ad quamdam reginam. »

(18) Videndus Guilielmus Cave, qui in *scriptorum ecclesiasticorum Historia litteraria*, tom. I, pag. 104, hujusmodi laterculum refert, ubi inter
D alia S. Hippolyti opera recensetur etiam ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ CΕΒΗΡΕΙΝΑΝ. De hujusmodi opere agit idem Cave p. 105, ubi monet, « quod legendum censet Moynius πρὸς Σεβῆραν Αὐ., ad Severam Augustam, » et non improbabili sane conjectura.

(19) Baronius ad ann. Christi 229, n. 10, p. 481, *Annal.* tom. II, reginam hujusmodi existimat fuisse Mammæam Alexandri matrem; Moynius vero *Var. sacr.* tom. II, pag. 1105, ut etiam Cave observavit, *Severam* fuisse sibi persuadet.

(20) Animadversionibus de vita, morte et scriptis Hippolyti, quæ exstant tom. I *Thesauri monumentorum ecclesiasticorum et historicorum* Henrici Canisii, p. 8 edit. Amstelodami ann. 1725, ubi hæc scribit : « Omissa igitur Severa imperatrice, reginam quamdam, ad quam scripsit Hippolytus, fuisse Zenobiam Palmyrenorum dominatricem, eamque Judæam, quæ de Christo sæpius inquirebat, arbitramur. »

Digitized by Google

nam, hac epistola ab Hippolyto compellatam dictitavit, nullo quidem teste, imo contra antiquissimi laterculi fidem, quem ipse in secernendis genuinis *Hippolyti* operibus, veluti tutissimam normam, perpetuo sequi velle testatur. Hippolytus itaque Novatianorum temporibus superesse potuit. Novatianis tamen favisse non obscure indicaret S. Cornelius (21), in epistola ad Fabium Antiochenum, in qua tres episcopos Novatianum ordinasse narrat, quorum unum ejurato postmodum schismate ad communionem catholicam rediisse scribit, quemque Hippolytum nostrum fuisse, non levem fortasse quispiam suspicionem habere posset. Sed cum S. Cornelius episcopos illos *exigua* et *vilissima Italiæ parte*, atque ex vilioribus oppidis Novatianorum molitione accitos dicat, eosque *homines plane rudes ac simplices* nominat, nullus ideo hujusmodi conjecturæ locus esse debet, cum hæc Hippolyto nostro neutiquam convenire possint. Hippolytus enim in nobilissimæ Italiæ provincia notissimaque in urbe episcopatum obtinuit, eumque tanta doctrinæ ac sapientiæ laude floruisse egregia ipsius scripta testantur, ut Theodoretus (22) Hippolytum inter *spirituales* recensuerit *fontes*, ex quibus evangelicæ veritatis lux uberrime manavit. Demum si Novatianis unquam favisset Hippolytus, ac postea resipuisset, episcopali statim ordine dejectus, laica tantum communione exceptus fuisset, juxta rigidissimam illius ævi disciplinam, quam nobis ob oculos ponit S. Cornelius (23), qui in epistola eadem episcopum illum, qui Novatianum inunxit, *populi precibus* motus, *laica* tantum *communione* donatum testatur, cui etiam assentitur S. Cyprianus (24), qui presbyteros lapsos ac postmodum resipiscentes laica tantum communione suscepit. Severissima tamen hujus ævi disciplina nimium forsan rigorem sapere visa est Nicænis Patribus; etenim ipsam aliquantisper mitigare studuerunt edito canone (25), in quo episcopis ex Novatiana secta ad Ecclesiam redeuntibus, presbyterii vel chorepiscopatus munus relictum fuit; quapropter episcopum illum, quem ad unitatem Ecclesiæ rediisse dicit S. Cornelius, ab Hippolyto nostro prorsus diversum fuisse firmandum est. De eo tamen, quisnam fuerit, non una est eruditorum sententia. Henricus Valesius (26) Trophimum fuisse conjecit. Valesio non subscribunt Tillemontius (27) et Petrus Coustantius (28), eo quia Trophimus ob idololatriæ crimen, non quod Novatianis adhæserit, ex episcopali gradu depulsus, laica tantum communione susceptus fuit. Acta, quæ confessionis Novatiani titulum præferunt apud Photium (29), Marcellum et Alexandrum episcopos Aquileienses, et Agamemnonem Tiburtinum episcopum cum Novatiano ab ipsis ordinato *in una eademque ædicula ab ipsis constructa cohabitasse ferunt*. Tillemontius tamen merito horum Actorum fidem suspectam habet (30) : primo, quia in una eademque urbe duos episcopos exstitisse repugnet rationi; secundo, quia S. Cornelius episcopos illos ex una eademque, eaque obscurissima, Italiæ parte accitos dicit, quæ de Aquileiensi et Tiburtino episcopis tanto terrarum intervallo inter se dissitis ac notissimas Italiæ sedes obtinentibus, nemo uspiam intelliget. De hac re consulendus est etiam vir eummus Joannes Bernardus de Rubeis (31) in *Monumentis Ecclesiæ Aquileiensis*, in quibus fictitios hos episcopos e sacris vetustissimæ illius Ecclesiæ diptychis merito delevit. Nec quidquam Frontonis prodesse possunt sententiæ hæc Nicephori (32) verba, quibus secundam ipse adjecit notam : « Quædam porrò scripta ejus (nempe Hippolyti) cum reprehensione non careant, martyrio postea pro Christi nomine absoluto ignorantiæ ejus maculam detrivit atque detersit. » Etenim errores, quos in Hippolyti scriptis notat Photius, nihil cum Novatianorum somniis habent commune, sed veterum quorumdam Patrum genium omnino sapiunt, quos similia quandoque dictitasse, eruditis omnibus notissimum est (33). Hujusmodi errores in libro *Contra hæreses* exstitisse scribit idem Photius (34), quem ad Noe-

(21) In *Epist. Roman. pontif.* a Coustant. p. 147, cit. edit. Paris. 1721, quæ est in ordine epist. 9 Cornelii Papæ : « Duos sibi socios deplorate salutis elegit (Novatianus) quos in exiguam atque vilissimam Italiæ partem destinaret, ut inde accitos episcopos tres, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet . . . qui cum advenissent homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii . . . hora decima temulentos, et crapula oppressos imaginaria quadam, et vana manuum impositione, episcopatum sibi tradere per vim coegit. . . . Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, cum lamentis et fletibus peccatum suum confitens. »

(22) Vide dialogum 3, pag. 116, tom. IV, ubi ex « Ecclesiarum doctoribus, et orbis terrarum luminibus, » quod ipse dicit et scribit, se hausisse affirmat, inter quos certe Hippolytus noster recensendus est, cujus profert testimonia. Vide etiam pag. 154, loc. cit.

(23) Epist. 9 citata pag. 150 : « Quem nos, cum universus populus præsens deprecatus esset, ad communionem laicam suscepimus. »

(24) Legenda tota epistola 55, S. Cypriani Autoniano data, Operum pag. 241 et seqq. sæpius citatæ editionis.

(25) Canon hujusmodi est 8 in tom. II *Conciliorum* pag. 35 edit. Venetæ anni 1728.

(26) In notis ad caput 43 lib. VI *Hist. eccl.* Eusebii, p. 312 : « Illum ipsum, cujus mentio est in superius citata epist. 55 S. Cypriani his verbis : « Sic « tamen admissus est Trophimus, ut laicus commu« nicet, non quasi locum sacerdotis usurpet. »

(27) Tome III, Notes sur saint Corneille, note 6, Que Trophime avait idolâtré, p. 740.

(28) In notis ad superius citatam epist. 9 sancti Cornelii ad Fabium, pag. 149, not. *a*, et pag. 166, not. *s*.

(29) In *Bibliotheca*, cod. CLXXXII, p. 414.

(30) Tome III, Notes sur saint Corneille, not. 10, sur les ordinateurs de Novatien, p. 742.

(31) Cap. 4, § 7, p. 44 et seqq. edit. Argentinæ anni 1740.

(32) *Historiæ ecclesiasticæ* lib. IV, c. 31, p. 330 citatæ editionis.

(33) Vide Bullum, *Defens. fidei Nicænæ*, sect. III, c. 8, § 4.

(34) In *Bibliotheca*, cod. CXXI, p. 302 : « Refert

Digitized by Google

tianos tantum productum testatur. Alia etiam ab ipso Hippolyto minus recte exposita animadvertit sæpius citatus auctor Photius, in interpretatione Danielis, et præcipue Antichristi adventum, quem S. episcopus quingentesimo post Christum anno venturum, et quamplurimos reges exterminaturum dictitavit; hunc ipsum etiam scopulum offenderunt S. Irenæus, Victorinus, Lactantius, aliique ex antiquissimis Patribus, quos laudat Anselmus Tutteus (35), accuratissimus Operum S. Cyrilli Hierosolymitani editor. Cum igitur hanc, quam de illius scriptis sententiam fert Nicephorus, non aliunde ille, ut suspicamur, quam ex Photii *Bibliotheca*, deprompserit; aperte colligimus nullam nobis a Nicephoro conjiciendi rationem suppeditari, qua Hippolytum Novatianorum commenta unquam probasse credamus. Tandem si Hippolyti et Novatianorum tempora accurate parumper expendantur, nullus nostro quidem judicio dubitandi locus supererit, quin sanctissimum Ecclesiæ Patrem ab omni Novatianæ hæresis suspicione tuto cum Ceillierio (36) vindicare possimus, qui præterea ab omni Novatianismi suspicione Hippolytum nostrum etiam eo potissimum vindicat argumento, quod, si ipse unquam Novatianis adhæsisset, id profecto non reticuissent schismatici; quinimo tantum virum sectæ suæ patronum Catholicis ostentassent.

XVII. *Prudentium tres in unum Hippolytos conflasse ostenditur.*

Hactenus præcipuas magnorum virorum sententias, quibus Hippolytum a Prudentio laudatum, Portuensis vel Romanæ Ecclesiæ presbyterio ascribere, atque e sacro Portuensium episcoporum albo delere conati sunt, ni nostra nos fallit opinio, penitus concidisse vidimus, cum et temporum ratio, et sanctissima majorum nostrorum disciplina Hippolytum hunc presbyterum, nec in Romana nec in Portuensi Ecclesia locum habere potuisse aperte demonstrent. Eodem etiam pacto rejiciendam esse diximus peculiarem illam Joannis Langi ac Frontonis Ducæi de Hippolyto conjecturam, qua disertissimum sanctissimumque Ecclesiæ Patrem in Novatianorum castris militasse dicunt; præter enim veterum omnium scriptorum de Hippolyti Novatianismo silentium, ipsius ætas cum Novatianorum temporibus haud conjungi potest. Neque ipsius doctrina quidquam cum schismaticorum somniis habuit commune. Quapropter cum Prudentius hymno suo Hippolytum presbyterum Novatianum laudet atque illi episcopi et presbyteri partes uno eodemque tempore perspicue tribuat; nemo non videt magnum Baronium haud iniquam de ipso sententiam tulisse, dum tres Hippolytos in unum hoc carmine ab eodem confusos animadvertit. Quamvis enim exquisitam pientissimi poetæ diligentiam veteres ac recentiores scriptores uno ore commendent, tamen cum hujusmodi nævis alia etiam ipsius carmina respersa esse constet, colligere juvat, ipsum, dum Hippolyti sui laudes cecinit, aliquid humani passum fuisse ac eodem, quo in alio ipsius hymno, confusionis vitio laborasse, in quo S. Cyprianum, celeberrimum illum ac notissimum Ecclesiæ Patrem (37), cum Cypriano Antiocheno confudit, quem magum fuisse perhibent Ado, Usuardus, Notkerus, cæterique, et cujus fidei confessio edita plerumque legitur ad calcem Operum S. Cypriani (38), atque ipsius Acta aliquibus abhinc annis vulgavit doctissimus monachus Edmundus Martene (39). S. Sixtum Romanum pontificem cruci affixum idem Prudentius dixit (40), quem luculentissimo S. Cypriani (41) testimonio, *gladio animadversum* scimus. His igitur præmissis, nil mirum cuipiam esse debet, quod maximus *Ecclesiasticæ historiæ* parens vetustissimo licet ac disertissimo scri-

autem cum alia non omnino proba, tum Epistolam ad Hebræos non esse Pauli apostoli, » etc.

(35) In notis ad Cateches. 15, p. 231, not. A.

(36) *Saint Hippolyte, évêque et martyr*, ch. 27, tom. II, p. 319, § 5: « Notre saint, au contraire, était né dans la Grèce, il était évêque, et ne prit jamais le parti des Novatiens; autrement ces schismatiques n'auraient pas manqué de s'en faire honneur et de se prévaloir de ce qu'un homme si célèbre par sa science et par sa vertu aurait embrassé leur parti. »

(37) Hymno 4, v. 17, pag. 124, edit. Antwerpiæ anni 1661.

Afra Carthago tua promet ossa,
Ore facundo Cypriane doctor;
Corduba Acisclum dabit, et Zoellum
Tresque coronas.

Utrum his verbis Prudentius duos illos Cyprianos confuderit, aliis judicandum relinquimus. Cyprianum Antiochenum magum fuisse certissimum est et doctorem nuncupatum, qui Justinam virginem in Agladii amorem magicis artibus excitare tentaverat. De ipsius conversione et martyrio videndus Ado die XXVI Septembris, et notæ Dominici Giorgi ad ipsam diem pag. 497, qui observat ab ipsomet Gregorio Nazianzeno commistum fuisse, oratione 18, Cyprianum Carthaginensem cum Cypriano Antiocheno, juxta Baronii sententiam. Adeundus Usuardus eadem die, et Solerius in notis tom. VII mensis Junii, p. 558, Notkerus eadem die apud Canisium *Thesauro monumentorum ecclesiasticorum*, t. II, part. III, pag. 176; Wandelbertus, qui hæc de eo scripsit:

Sexto martyr orat Cyprianus, virgo beata
Quem Justina Dei fecit cognoscere regnum,
Artibus insanis tandem furiisque relictis.

Apud Dacherii *Spicileg.* tom. II, p. 55, cit. edit. Paris. anni 1723.

(38) Pag. 54 edit. Oxonii.

(39) *Thesauro novo anecdotorum*, tom. III, p. 1622, edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1717, legenda sunt ea quæ docte quidem in admonitione prævia ad eadem Acta eruditissimus monachus adnotavit, p. 1618, ubi multa de S. Cypriano illiusque fidei confessione habentur.

(40) Hym. 2, de S. Laurentio, v. 21, p. 99:

Fore hæc sacerdos dixerat
Jam Xistus affixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite.

(41) Epist. 80, Successo fratri, pag. 333 cit. edit.: « Xistum autem in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die. »

Digitized by Google

ptori confusionis notam inusserit, ac ipsius de hac re sententiam secuti sint non obscuri nominis viri Laurentius de la Barre (42), Caspar Sagittarius (43), Joannes Bollandus (44), Stephanus le Moyne (45), Stephanus Cammulhardus (46), Christophorus Cellarius (47), et demum Jacobus Basnagius (48), quorum singuli tres Hippolytos in unum a Prudentio confusos miro docent consensu. Et revera cum sancta Dei Ecclesia ex variis, quos colit Hippolytis, celebriores tres fastis suis descriptos habeat, militem nempe S. Laurentii socium, presbyterum Antiochenum, et episcopum nostrum, atque istos eximio etiam cultu apud omnes pleræque gentes donatos constet, haud difficile fuit Prudentio homini extero tres istos Hippolytos, ex vulgaribus Romanorum narrationibus, in unum conflare.

Hippolytum militem S. Laurentii socium in sancta Dei Ecclesia celeberrimum fuisse ex eo colligere juvat, quod ipsius non modo vetustissimi meminerint scriptores atque omnes, quotquot exstent martyrologi, verum etiam quia in vetustissimis Ecclesiæ liturgiis, precibus, aliisque monumentis, martyris hujusce sæpius occurrat memoria. Ex veteribus qui Hippolytum militem laudarunt, primi censendi sunt vetustissimi duo anonymi, quorum ambo S. Laurentii laudes prosecuti, Hippolytum ipsius primo custodem, mox et martyrii socium illaudatum dimittere noluerunt. Horum antiquior censendus est ille, cujus sermo in (49) prioribus S. Augustini editionibus tanti Patris nomen præ se ferebat, quem postmodum Bernardus Vindingius (50), theologus Augustinianus, ob styli diversitatem Augustini non esse censuit. Vindingii censuram secuti sunt doctissimi monachi congregationis S. Mauri, qui accuratissime S. Augustini Opera ediderunt, dum hunc sermonem in appendice ad tomum V locarunt (51). At nuper Joannes Pinius (52), eorumdem monachorum consilium improbare his verbis quodammodo visus est: « Qui postquam tot virorum eruditorum palato non desipuerat ac intactus tot sæculis permanserat, quia tamen non sapuit gustui unius solius censoris critici, in nova editione Operum istius S. Patris a monachis Benedictinis vulgata tom. V, in fine in appendice nunc primum collocatur. » Quisquis vero sit hujus sermonis auctor, incertum; antiquissimus sane est, ac antiquissimum de Hippolyto S. Laurentii socio ex eodem testimonium elicimus. In eo enim anonymus S. Laurentium sub custodia Hippolyti fuisse dicit, et Hippolytum ad fidem Christi mirabiliter convertisse, ac rursus Laurentium Christianum Hippolytum custodem suum fecisse asserit. Similia de Hippolyto nos docet anonymus alter, cujus homiliam in laudem S. Laurentii, S. Fulgentii Ruspensis nomine insignitam, primus edidit Theophilus Raynaudus (53), qui eam deprompsit e ms. codice Nicolai Fabri. Hanc tamen S. Fulgentio indignam censuere accuratissimi editores anonymi, qui Parisiis anno 1684 ipsius Opera vulgarunt, eamque cum reliquis 79 a Theophilo ex eodem codice descriptis, in appendice primum retulerunt (54), eorumque de hac re consilium probarunt Guilielmus (55) Cave, Dupinius (56), Tillemontius (57) et Casimirus Oudinus (58). Quamvis vero hujusmodi homilia Fulgentio tribui non possit, ipsam tamen antiqui scriptoris fetum esse, non solum ex stylo dignosci potest, qui non mediocrem redolet antiquitatem; verum etiam ex præcipuis sacræ Scripturæ citatis locis apparet, quæ non ex vulgata S. Hieronymi, sed ex veteri alia quavis Bibliorum versione, excerpta sunt, quemadmodum ex diligenti ipsorum facta collatione cuique patebit. Sed his missis, ad Hippolytum militem revertamur, de quo hæc habet anonymus noster: « Imponitur et ipse (nempe S. Laurentius), in refrigeriosum

(42) *Hist. crit. vet. PP.* in notis ad *Martyrolog.* Adonis, pag. 551.

(43) *De cruciat. martyr.*, cap. 12, pag. 141.

(44) Die XXX Januarii, tom. II Act. sanctorum ejusdem mensis, p. 1027, edit. Venetæ an. 1734. « Recitat eadem (nempe Prudentii dicta) ex Prudentio Baronius, tom. II, anno 255, num. 54, ubi recte animadvertit a Prudentio tres Hippolytos martyres in unum conflari, hunc presbyterum Antiochenum, militem Romanum qui XIII Augusti colitur, atque episcopum Portuensem qui XXII Augusti. »

(45) Prolegom. ad *Var. sacr.*, fol. 31.

(46) In notis ad Prudentium, pag. 279, num. 7.

(47) In notis ad hymnum Prudentii 11.

(48) Animadversion. de S. Hippolyto, § 3, apud Canisium *Thesaur. monumentor. ecclesiastic. et histor.*, tom. I, pag. 4 cit. edit.: « Cum enim plures fuerint Hippolyti, facile fieri potuit ut omnia, quæ tribus aut quatuor ejusdem nominis viris conveniebant, in unum eumdemque conjecerint scriptores ecclesiastici. »

(49) In tom. X editionis Opp. S. Augustini Lovanii.

(50) *Critic. Augustinian.*, pag. 228. Vide Operum S. Augustini tom. V, pag. 376, edit. Antwerpiæ anni 1700.

(51) Eodem tom. V, pag. 376 edit. citatæ Antwerpiæ, sermone 316, de S. Laurentio, ubi hæc leguntur: « Quo te (Laurenti) laudem præconio? qui in ipso prælio confessionis positus, cum adhuc sub custodia Hippolyti ageres, virtutem Domini semper ostendens, crucem Christi super cæcorum oculos faciebas, cæcos illuminabas, et Hippolytum ad fidem Christi mirabiliter convertebas. »

(52) In tom. III Actor. sanctorum mensis Augusti, die XIII ejusdem mensis, de SS. Hippolyto et Concordia MM., pag. 6, § 10, edit. Venetæ anni 1752.

(53) Cum operibus S. Leonis et Maximi et Fulgentii, Lugduni an. 1653 et 1652, pag. 577.

(54) Sermon. 60, pag. 83.

(55) *Scriptor. ecclesiasticor. Hist. litterar.*, tom. I, pag. 494 edit. citatæ Oxonii.

(56) *Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclésiastiques*, tom. V, pag. 20 edit. Monten. anni 1691, ubi de S. Fulgentio ejusque operibus sermonem instituit.

(57) Tom. IV, pag. 59, ubi de S. Laurentio archidiacono loquitur: « Nous en avons aussi un qui porte le nom de S. Fulgence; mais on l'a mis dans l'appendice en la dernière édition de ses Œuvres comme n'étant pas de lui.

(58) *Commentar. de scriptoribus ecclesiasticis*, tom. I, pag. 1374 et seqq. edit. Lipsiæ an. 1722, in dissertatione de ultima editione Operum sancti Fulgentii Ruspensis in Africa episcopi.

Digitized by Google

lectum craticulæ, et Hippolytum dimittit hæredem. » Et rursus : « Regulæ illæ craticulæ flammantis calami erant linguæ martyris testamentum scribentis, quibus calamis et impio judicanti minabatur gehenna, et Hippolyto sequenti scribebatur corona. » Duobus istis anonymis jungendus est Gregorius Turonensis (59), qui martyres Deciana, ut credidit, persecutione passos laudans, « Sixtum Romanæ Ecclesiæ episcopum, et Laurentium archidiaconum, et Hippolytum ob Dominici nominis confessionem per martyrium consummatos fuisse » scribit. Gregorium secuti sunt medii et infimi ævi ecclesiasticæ historiæ scriptores Ordericus Vitalis (60), chronographus Saxo (61), anonymus Reicherspergensis (62), auctor *Chronicæ S. Ægidii* (63), aliique non pauci, quorum testimonia hic recensere supervacaneum esse judicamus.

Ex antiquis Sacramentorum libris qui Hippolyti militis meminerunt, primo occurrit vetustissimum Missale Gothicum a magnis viris Josepho cardinali Thomasio (64) et Joanne Mabillonio (65) editum, in quo Hippolyti festum Idibus Augusti consignatur, atque in missæ immolatione hoc ipsius habetur elogium : « Vere dignum et justum est, omnipotens æterne Deus, qui beatum Hippolytum tyrannicis adhuc obsequiis occupatum, subito fecisti Laurentii socium. Qui spiritali ardore succensus, dum unigenitum Filium tuum Dominum nostrum coram potestatibus veraciter confitetur, pœnis subjicitur, vinculis illigatur, cardis configitur, equorum ferocitate disjungitur ; et adepta palma martyrii, vita perpetua cum lucratore et magistro Laurentio coronatur (66), etc. » Missali Gothico jungenda est vetustissima Mozarabum liturgia, quæ quamvis propriam Hippolyti missam non habeat, tamen in immolatione missæ S. Laurentii, « Hippolytus S. Laurentium militari custodia asservasse asseritur, ac mox animi ferocitate deposita ad sequendum Christum mitior factus, tyranni jussu, primitus distentus, cardis ferreis laniatus, ac deinde ferociorum jumentorum pedibus alligatus per devia tractus dicitur. » Eadem de Hippolyto habentur in vetustissimo sacrarum precum libello, qui ad Mozarabicum ritum summopere accedit, quem prælo commisit citatus eruditissimus vir Josephus Blanchinus. Antiquus itidem missæ Ordo, quem Ambrosii nomine donavit Pamelius (67), « Hippolytum ducem militum celebrat, quem beatum Laurentium suæ custodiæ mancipatum, non persecutum, sed secutum esse » prædicat, quemque etiam genuinus Ambrosianæ missæ canon, ut Laurentii socium agnoscit, in quo Hippolytus, Petro le Brunio (68) teste, post Laurentium ibidem statim commemoratur. Veteres quoque Præfationes per anni circulum, quas edidit Pamelius (69), Hippolytum atque ipsius socios celebrant, atque hunc a nostro diversum haud esse veteres te-

(59) *Histor. Francorum*, lib. I, num. 28, p. 22 et 23 edit. Theodorici Ruinartii Paris. 1699.

(60) Orderici Vitalis Uticensis monachi lib. II *Ecclesiasticæ histor.*, apud Andream Duchesnium *Historiæ Normannorum scriptores antiqui*, pag. 439 edit. Lutetiæ Parisiorum anno 1619 : « Tunc (tempore papæ Sixti II) Laurentius archidiaconus et Hippolytus cum familia sua Abdon, et Sennes, sub regulis Persarum, aliique multi diversis suppliciis martyrizati sunt. »

(61) Apud Godefridum Guilielmum Leibnitium *Accessiones historicæ* ad an. 256, pag. 41 edit. Lipsiæ anni 1698 : « Decius, ut in Passionum libro reperitur, interfecto Sixto, et archidiacono Laurentio, et Ipolyto, sociisque ejus . . . rediens ad palatium triduo vexatus est, et in conspectu Triphoniæ uxoris suæ exhalavit. »

(62) Apud Ludewig *Scriptor. rer. Germanicar.*, tom. II, pag. 143.

(63) Apud Godefridum Guilielmum Leibnitium *Scriptorum Brunsvicensia illustrantium* tom. III, pag. 565 edit. Hannov. anno 1711 : « Anno Domini 269. Sixtus papa XXI ordinatus sedit menses decem. Passus est sub Decio et beatus Hippolytus, et S. Laurentius, et multi alii martyres. »

(64) In tom. VI Operum, quæ ad mss. codic. recensuit, notisque auxit vir clarissimus Antonius Franciscus Vezzosi *C. R.* pag. 317, edit. Romæ 1754, ubi missa S. Hippolyti martyris exstat, in qua etiam sequentes orationes habentur : « Da nobis, omnipotens et misericors Deus, ut beati Yppolyti martyris tui veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem, per Dominum, etc. » Collectio sequitur : « Præsta nobis, omnipotens et misericors Deus, ut beati Yppolyti martyris tui repetita solemnitas et liberationem nobis perfectam tribuat et salutem, etc., per Dominum, etc. » Collectio post nomina : « Deus tuorum gloria, martyri tuo Yppolyto quæsumus, ut pro nobis supplicantem... (eo in loco aliquid omisisse veterem scriptorem censet Mabillonius) omnia nobis prospera concede per Dominum, etc. » Collectio ad pacem : « Ut nobis tua, Domine, remedia dent salutem, beatus Yppolytus martyr, quæsumus, pro nobis supplicans copiosus audiatur. Per Dominum, etc. »

(65) *Liturgia Gallicana*, pag. 278 edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1685.

(66) Vid. Thomasium loc. cit. et Mabillonium loc. cit.

(67) *Liturgia Latinorum*, tom. I, pag. 413 edit. Coloniæ Agrippinæ anni 1571, in festo S. Hippolyti tres orationes recensentur. Præfatio etiam exstat tenoris, ut sequitur : « Æterne Deus, nosque in hac solemnitatis die beati martyris tui Hippolyti ad tui nominis gloriam exsultare. Quia te verum ducem considerans, miles tuus esse maluit quam dux militum comprobari. Beatumque Laurentium suæ custodiæ mancipatum non persecutus est, sed secutus. Qui cum thesauros Ecclesiæ discutit, invenit thesaurum, non quem tyrannus eriperet, sed quem pietas possideret. Invenit thesaurum, unde veræ divitiæ peterentur. Sprevit favorem tyranni, ut cum Regis perpetui gratia probaretur. Membris dividi non refugit, ne nexibus divelleretur æternis, qui solum vitæ dilexit auctorem. Quem una tecum, etc. »

(68) *Liturgia di tutte le Chiese*, tom. II, pag. 90 edit. Veronæ 1752 : « Communicantes et memoriam venerantes . . . . et Thadæi, Sixti, Laurentii, Hippolyti, Vincentii, Cornelii, Cypriani, etc. »

(69) *Liturgicon Ecclesiæ Latinæ*, tom. II, p. 591 citatæ editionis Coloniæ Agrippinæ anni 1571 : « ..... Æterne Deus, et tuam clementiam votis supplicibus implorare, ut B. Hippolyti sociorumque ejus intercessio peccatorum nostrorum obtineat veniam, qui per tormenta passionis æternam pervenit ad gloriam. Per Christum, etc. »

Digitized by Google

stantur martyrologi, qui Hippolytum Laurentii socium cum Concordia nutrice, quam in vetustissimis litaniis Anglicanis (70) invocatam fuisse constat, et cum decem et octo de familia sua passum narrant. In vetustissimo Mozarabum Breviario (71), immortalis viri Joannis cardinalis Ximenii jussu edito, longus habetur hymnus, in quo Hippolytus *dux belligeri agminis*, ac S. Laurentii custos, et in martyrio socius disertim vocatur. Hujusce hymni antiquitatem patentissime ostendit vetustissimus codex (72) serenissimæ Suecorum reginæ, ante nongentos annos exaratus, in quo eum descriptum reperimus. Sequiorum temporum liturgias, quibus varias Occidentis Ecclesias Hippolytum militem coluisse constat, recensent Cornelius Schultingus (73) ac Edmundus Martene (74), aliamque illis non visam invenimus in mss. codice (75) Vaticano, Alexandri III ævo, ut videtur, conscripto. Aliæ quoque habentur in antiquis variarum gentium missalibus cum editis tum mss. quorum multa asservantur in celeberrimis Urbis bibliothecis, Vaticana scilicet, Barberina, aliisque.

Hippolytum Laurentii socium in publicis Ecclesiæ supplicationibus, quas litanias dicimus, invocatum fuisse testantur vetustissimæ illæ litaniæ, quas Caroli Magni ævo obtinuisse scribit doctissimus illarum editor Joannes Mabillonius (76); in ipsis enim legitur : *S. Laurentius, S. Apollie.* Eodem etiam pacto Hippolytus S. Laurentio junctus conspicitur in vetustissimis aliis litaniis, quas ex libro precum Caroli Calvi regis Francorum vulgavit Stephanus Baluzius (77). His quoque consonant veteres litaniæ Parisienses, Bobienses, Floriacenses et Tolosanæ a cl. viris Joanne Mabillonio (78), Ludovico Muratorio (79), Edmundo Martene (80) et Joanne Morino (81) editæ, in quarum postremis Hippolytus noster his verbis invocatur : « S. Hippolyte miles et martyr Christi cum sociis tuis, ora pro nobis. » His jungendæ sunt veteres aliæ præcipuarum quarumdam Ecclesiarum litaniæ, Bononienses nempe, quadringentorum annorum antiquitatem redolentes, quas in appendice ad secundam partem libri quarti absolutissimi operis *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione* vulgavit Benedictus XIV pontifex maximus (82). Has excipiunt Licienses (83), Salisburgenses (84), Olomucenses (85), Augustanæ (86), Bambergenses (87), Spirenses (88), Bisuntinæ (89), Lausanienses, Gebennenses, Moguntinæ (90), aliæque non paucæ, ex quibus Hippolytum Laurentii socium ac militem priscis temporibus ubique gentium invocatum fuisse patet.

Vetera quoque ecclesiasticæ antiquitatis, quæ supersunt, monumenta, Hippolytum Laurentii socium majores nostros coluisse demonstrant. Etenim in vetustissimis picturis, sexto Christi sæculo musivo opere elaboratis, quæ Romæ exstant in basilica S. Laurentii in agro Verano, ac Ravennæ in ecclesia S. Apollinaris novi, Hippolytus cum Laurentio depictus conspicitur (91). Hujusmodi tamen picturas et vetustate et pretio longe antecellunt vitrea quædam veterum Christianorum pocula, variis sanctorum imaginibus auro depictis ornata, quorum fragmenta, quæ ætatem tulerunt, Hippòlyti effigie ac nomine cælata, maximam illius venerationem apud majores nostros priscis illis temporibus jam increbuisse significant. Horum primum in cœmeterio Priscillæ superiori sæculo repertum edidit Aringhius (92), et sanctos Christi martyres *Petrum*, *Paulum*, *Sixtum*, LAURENTIUM, *Cyprianum*, EPOLYTUM in orbem pictos exhibet. Alterum in cœmeterio Callixti inventum vulgavit Boldetus (93), atque in

(70) Apud Mabillonium, *Vetera Analecta*, p. 168. edit. Paris. 1723, in quibus inter sanctas virgines etiam S. Concordia invocatur: « S. Mathilda, S. Perpetua, S. Concordia, S. Juditha, S. Sinclita, S. Soffonia, etc. »

(71) Fol. 279.

(72) Num. 1595.

(73) *Biblioth. eccles.*, tom. II, part. II, pag. 206.

(74) *De antiquis monachorum ritibus*, lib. IV, cap. 1, pag. 506. Tom. IV *De antiquis Ecclesiæ ritibus* edit. Antwerpiæ anni 1738, et eodem lib. IV, cap. 7, pag. 575, et alibi. Vide in notis nostris inferius hac eadem pagina notam 80.

(75) Num. 7018, fol. 150.

(76) *Vetera Analecta*, pag. 170 cit. edit.

(77) *Capitularia regum Francorum*, tom. II, pag. 1486 edit. Paris. anno 1677, in appendice Actorum veterum num. 95 : « Sancte Sixte, ora, etc. Sancte Laurenti, sancte Yppolyte, etc. »

(78) *De re diplomatica*, lib. V, tab. 12, pag. 367 edit. Lutetiæ Parisiorum anno 1709 : « Sancte Clemens, sancte Dionysi, sancte Rustice, sancte Eleutheri, *sancte Yppolyte*, sancte Saturnine. »

(79) *Antiquitat. Italiæ medii ævi*, tom. IV, pag. 846 edit. Mediolani anno 1741 : « Sancte Laurenti, sancte Yppolite. »

(80) *De antiquis Ecclesiæ ritibus*, tom. I, lib. I, cap. 7, art. 4, p. 859 edit. Antwerpiæ anni 1736, et tom. III, p. 664, et pag. 521. Ubi etiam exstant litaniæ versibus elegiacis compositæ ex pervetusto codice pontificali, seu ordine Romano Wertinensis cœnobii in diœcesi Monasteriensi, in quibus

Yppolytus, Vitus, Laurentius, atque Modestus,
Chrysogonusque pius, nos miserando juvent.

(81) *Antiq. pœnitential.*, pag. 65.

(82) In appendice 12, tom. VII, edit. Operum Benedicti PP. XIV, Romæ 1749, pag. 581, exstant hujusmodi litaniæ ex archivo capituli metropolitanæ Bononiensis, in quibus: . . . . « Sancte Floriane, ora, etc.; sancte Ypolite. »

(83) Breviarium Licen. anni 1520, fol. 74.

(84) Breviarium Salisburgense an. 1509, fol. 65.

(85) Breviarium Olomucense an. 1499, fol. 54.

(86) Breviarium Augustanum anni incerti.

(87) Breviarium Bambergense an. 1501, fol. 32.

(88) Breviarium Spirense anni 1478.

(89) Breviarium Bisuntinum anni 1501.

(90) Breviarium Lausan. anni incerti ; Gebenen. an. 1556, fol. 57; Moguntinum anni 1570.

(91) Videndus Ciampinus *Veter. monument.*, tom. II, pag. 94 et 102 et seq. edit. Romæ anni 1699, ubi de his ecclesiis et de figuris hujusmodi agitur.

(92) Tom. II, *Roma subterranea*, lib. IV, cap. 37, pag. 123 edit. Lutetiæ Parisior. anni 1659.

(93) *Osservazioni sopra i cimiteri di santi martiri ed antichi cristiani di Roma*, lib. I, cap. 39, p. 134 edit. Romæ anni 1720.

Digitized by Google

ejus fundo egregii martyres, *Vincentius*, *Agnes*, Poltus, penicillo expressi visuntur. Tertium ex museo Victorio depromptum nobis humanissime communicavit eruditissimus eques Franciscus Victorius, de re litteraria optime meritus; in hujus poculi fragmento Ippolytus *Timoteus* cum beatissimo apostolorum principe auro cælati supersunt; huic Hippolyto ecclesiam in agro Verano prope S. Laurentii basilicam in Urbe dicatam fuisse, testis est anonymus auctor *Descriptionis regionum Urbis* a Mabillonio (94) editus, qui via Tiburtina usque ad Sanctum Vitum « in sinistra ecclesiam S. Hippolyti, in dextera ecclesiam S. Laurentii » recenset. Hanc Willelmus Malmesburiensis (95), ævo etiam suo superfuisse luculentissimis hisce testatur verbis: « Et ibi non longe (nempe a basilica S. Laurentii), basilica S. Hippolyti, ubi ipse cum familia sua pausat, id est decem et octo, et ibi requiescunt beata Tryphonia uxor Decii, et filia ejus Cyrilla, et Concordia nutrix ejus. » Ex hac basilica S. Gregorius M. *oleum S. Hippolyti* desumpsit, ac ad Theodelindam reginam misit, ut patet ex *Indice oleorum SS. martyrum*, qui Romæ quiescebant, quem primum edidit Mabillonius (96), ac deinceps egregia disquisitione illustratum recudit v. cl. Ludovicus Antonius Muratorius (97), in quo olea S. Sixti, S. Laurentii, S. Hippolyti perspicue recensentur. Hujusce ecclesiæ longa vetustate jam collapsæ vestigia in hortis monasterii S. Laurentii ævo suo superfuisse narrat Joannes Severanus (98). Aliam S. Hippolyti in Urbe ecclesiam memorat Nicolaus Signorilis (99) S. P. Q. R. scriba in lib. mss. *De antiquitate et mirabilibus Urbis*, quem Martino V pontifici max. inscripsit; eamque in regione Trivii sitam fuisse testantur Octavius Pancirollus (1) et Floravantes Martinellus (2), qui aliam etiam ædiculam Hippolyti nomine Deo dicatam Romæ ad radices Quirinalis exstitisse affirmat. Verum non modo Urbem gentium dominam hujusmodi ecclesiis Hippolyti nomine insignitis dicatam fuisse constat, sed universam fere Italiam, Galliam, Germaniamque illius memoriam exstructis templis egregie coluisse, nemini latet. Monasterii S. Hippolyti in agro Firmano meminit *Chronicon Farfense* (3); Faventinum S. Hippolyti monasterium, quondam Cisterciensium, nunc Camaldulensium, laudavit Ambrosius Camaldulensis (4), de quo consulendus est Ferdinandus Ughellius (5). Ecclesiæ S. Hippolyti in diœcesi Verulana mentio habetur in diplomate Alexandri III pro monasterio Casæmarii apud Gasparem Jongelinum (6) et Philippum Rondininum. Galliæ et Germaniæ ecclesias Hippolyti nomine Deo dicatas, et monasteria ipsius nomine dicta, memorant Joannes Mabillonius (7), Christopho-

(94) *Vetera Analecta*, pag. 365 citatæ edit.

(95) Lib. IV *De gestis regum Anglorum*, c. 2, p. 135 edit. Francofurti anno 1601.

(96) De cultu sanctorum ignotorum, in appendice ad *vetera Analecta*, p. 571 cit. edit. 1723.

(97) In *Anecdot.* quæ ex Ambrosianæ bibliothecæ codicibus eruit, notis ac disquisitionibus auxit, tom. II, p. 191 edit. Mediolani 1697. Vide ea quæ de hujusmodi indice sanctorum martyrum, quorum corpora S. Gregorii M. temporibus Romæ quiescebant, erudite idem præclarissimus vir adnotavit in disquisitione ad P. Conradum Janningum, pag. 193 et seqq.

(98) *Memorie sacre delle sette Chiese di Roma*, tom. I, p. 643 edit. Romæ 1630, ubi agit de S. Hippolyti Ecclesia his verbis: « Questa chiesa fu fatta sopr' al cimiterio dell'istesso santo detto di sopra, e di essa se ne vedono ancora i vestigi in una vigna del monastero vicino alla detta basilica di S. Lorenzo. »

(99) Codic. Vatic. num. 3536, fol. 51.

(1) *Tesori nascosti*, pag. 365 edit. Romæ 1625, ubi agitur de regione Trivii, et de ecclesia S. Marcelli: « Ci era ancora presso di Trevi una chiesa de' SS. Hippolyto e Cassiano, ora casa, che a beneficio di questo monastero si appigiona. »

(2) *Roma ex ethnica sacra*, cap. 12, p. 151 edit. Romæ 1653. « SS. Cas. et Hippolyti ecclesia in regione Trivii prope SS. Vincentium et Anastasium erat juris S. Marcelli. » Pancirol., « Ecclesia II regionis Trivii, » et pag. 361: « S. Hippolyti sub Quirinali erat parva et deserta ecclesia anno 1587, ascendendo ad Sanctum Saturninum prope Maronitarum collegium. »

(3) Apud Muratorium *Scriptor. rer. Italic.*, tom. II, part. II, pag. 343 edit. Mediolani anno 1726: « Quo facto (Guandelbertus) hujus curam regiminis reliquit, et in Firmana civitate monasterium S. Hippolyti a fratribus accepit. » Firmanum monasterium S. Hippolyti commemorat etiam Mabillonius *Annal. Benedictin.*, lib. XXIII, pag. 181 edit. Lucæ anno 1739. Guandelbertus secessit in Firmanum S. Hippolyti monasterium.

(4) Epist. 45 ad Paschasium abbatem Burgensem, qua ostendit Castellano episcopo jura monasterii occupanti esse obsistendum. « Habeo, inquit, ad manus hominem aptissimum ad ista negotia, si ætas non obsistat, quem fraternitati tuæ arbitror fortassis non ignotum, Ugolinum scilicet Faventinum dudum abbatem S. Hippolyti, qui miro affectu cupit obsequi nobis. » Apud Edmundum Martene *Veter. script. et monumentorum historicor., dogmaticor., moralium amplissima Collectio*, tom. III, pag. 151 edit. Parisiens. anni 1724, ubi in præfatione multa de eodem Ambrosio, ejusque origine, vita, studiis et præclare gestis erudite afferuntur, pag. 1 ad pag. X.

(5) *Ital. sacr.*, tom. II, pag. 515 edit. primæ.

(6) *Notitia abbat. ord. Cistercien.*, lib. VIII, pag. 52. Philippus vero Rondininus in *Brevi hist. monasterii S. Mariæ et SS. Joannis et Pauli de Casæmario*, pag. 25 edit. Romæ anni 1707, per extensum etiam refert illud diploma, in quo exprimitur: *Ecclesia S. Hippolyti.*

(7) *Annal. Benedictin.*, lib. XXII, § 9, tom. II, p. 120 edit. Lucæ 1739, ubi agit de origine monasteriorum Tegernsensis, Ilmensis et Hippolyti: « Patrata, ut præmisimus, de barbaris victoria, reliquias sacras in præmium referunt sanctorum martyrum Quirini, Arsacii et Hippolyti. Quirini reliquiæ Tegernsensi monasterio concessæ, Arsacii Ilmensi, Hippolyti tertio monasterio, quod ambo fratres (Adalbertus et Otkarius) in diœcesi Patavienſi construxerant, S. Hippolyti nomine deinceps insignitum. » Vide etiam pag. 138, 167, 213, 225, et tom. IV, p. 486, ubi legere est: « Ad hæc Radulphus Cenomannensis vicecomes ecclesiam Sancti Hippolyti prope castrum Bellimontis ad fluvium Sertam apud Vivonium eidem abbatiæ cessit. »

Digitized by Google

rus Gewoldus (8), Petrus Lambecius (9), aliique.

Hippolyti corpus a Fulrado abbate Roma primum sub Pippino in Alsatiam, hinc in Parisiense S. Dionysii monasterium sub Ludovico Pio translatum docent doctissimi viri Mabillonius (10) et Michael Félibien (11). Harum translationum Acta edidit Henricus Meibomius (12), quorum fidem secuti Colbertini (13) et Parisiensis (14) Breviarii auctores in lectionibus *S. Hippolyti*, quem Idibus Augusti sancta veneratur Ecclesia, ipsius corpus nunc in præfato S. Dionysii monasterio quiescere tradiderunt; quamvis alii auctores ex recentioribus Gallicanarum Ecclesiarum Breviariis de hoc Hippolyto mire inter se dissentiant, ac ipsimet doctissimi monachi id palam firmare non audeant. Verum cum Hippolyti corpus Gregorii M. ævo Romæ exstitisse vetustissimus *oleorum sanctorum* testetur *Indiculus*, et Willelmi Malmesburiensis ætate, quingentis nempe post Fulradum annis, Romæ in ipsius ecclesia adhuc quiesceret, atque XVI ineunte sæculo in Verana Sancti Laurentii basilica, Aringhio (15) teste, inventum fuerit; opinamur Hippolytum illum, cujus corpus octavo desinente sæculo in Alsatiam a Fulrado translatum novimus, ab Hippolyto milite Laurentii socio omnino diversum fuisse. Nec dissentiunt vetustissima illa translationis Acta, quæ hactenus laudavimus; in iisdem enim nulla de Hippolyto Laurentii socio mentio habetur, sed tantum *Viti*, *Hippolyti et Alexandri* martyrum exuviæ memorantur, quas ex Urbe in Gallias attulit Fulradus. His addendum est diploma, seu præceptum Caroli Calvi, apud Mabillonium (16), pro confirmatione partitionis monachorum S. Dionysii anno Christi 862 editum, in quo SS. corpora, quæ in præfato monasterio quiescebant, recensens, nudum Hippolyti nomen recitat. « In festivitatibus, inquit, sanctorum, quorum corpora in hoc loco sunt humata, hoc est, Dionysii, S. Hippolyti, S. Innocentii et S. Cacuphatis, » etc. Id demum confirmat ipsemet Fulradus abbas, qui sacra Hippolyti ipsius Lipsana ex Urbe in Gallias advexit : etenim in illius Testamento, quod vulgavit Mabillonius (17), hunc Hippolytum memorans, cujus cellam, in qua ejus corpus condiderat, monasterio San-Dionysiano reliquit, nudum ipsius nomen habet. « Similiter, inquit, et alia cella, quæ dicitur Audaldo-Villare, ubi S. Hippolytus requiescit. » Patet itaque ex hujusmodi monumentis horum martyrum corpora e celeberrimis quidem Urbis cœmeteriis fuisse eruta; Hippolyti vero istius reliquias cum Hippolyto Laurentii socio nil commune habuisse. Quod sæpe cuipiam facillime persuaderi posse censemus, eo potissimum rationis momento, quod Parisienses monachi Hippolyti sui, ut scholæ loquuntur, identitatem plane ac distincte probare nunquam poterant; cum in iisdem sacræ Urbis arenariis alios Hippolytos, præter militem atque illum a Fulrado in Gallias advectum, quievisse constat. Hippolytum martyrem civem Romanum cum sociis suis via Appia sepultum fuisse tradunt ejus Acta, quæ ex vetustissimo codice vulgavit Baronius (18). S. Zacharias pontifex Adalberto, et Ogario, seu Ottacaro, ex regio Bavariæ principum sanguine ortis, S. Hippolyti cujusdam exuvias largitus est, quas pientissimi illi principes in nobilissimo exstructo monasterio in illa Austriæ parte, quæ Noricum Ripense dicta fuit, honorificentissime condiderunt, prout accuratissime narrant Petrus Lambecius (19) et Jo. Mabillonius (20). Hippolytum

(8) Videndus Wiguleius Hundius in *Metropoli Salisburgens.*, tom. I, p. 253 edit. Ratisbonæ 1719, cum notis Christophori Gewoldi, ubi in diplomate Friderici secundi regis anni 1215, Nonis Aprilis, inter alia legitur : « Ecclesia et advocatia S. Ypolyti, » et in alio Petri Ecclesiæ Pataviensis episcopi, pag. 260, tomo eodem I, leguntur tria loca : scilicet *in sancto Ypolyto, Maurano et Tezennaur.*

(9) *Commentar. biblioth. Cæsar.*, lib. II, p. 632 edit. Vindobonens. anni 1769, opera et studio eruditissimi viri Francisci Adami Kollarii adornata, ubi notat exstare in eadem bibliotheca præpositi et fratrum monasterii S. Hippolyti ord. S. Augustini epistolam ad papam contra fratres Minores de Observantia ob conventum in oppido S. Hippolyti contra illorum voluntatem erectum. De loco *Sancti Hippolyti* et ipsius origine, vide ea quæ in itinerario Leopoldi imperatoris adeundæ hæreditatis Tiroliensis causa anno 1665, a die X Septembris usque ad diem XV Novembris peracto, apud ipsum Lambecium eodem lib. II, cap. 8, pag. 287 et 288 scribuntur.

(10) Lib. XXIII *Annal. Benedictin.*, tom. II, p. 167 cit. edit. Legendum ipsius Fulradi abbatis testamentum apud ipsum Mabillonium lib. XXIV *Annal. Benedictin.*, tom. II, pag. 223, « in quo S. Dionysio inter alia tradit cellam dictam Audaldovillare, ubi S. Hippolytus requiescebat. »

(11) *Hist. de l'abbaye royale de Saint-Denys*, p. 53, 60, 89.

(12) *Rerum Germanic.* tom. I, pag. 764 edit. Amstelodami 1688, ubi agit de translatione S. Viti et institutione Novæ Corbeiæ.

(13) Die XIII Augusti.

(14) Pars æstiva, pag. 441 edit. an. 1714.

(15) *Roma subterranea*, tom. II, lib. IV, c. 17, p. 54, § 9 cit. edit., ubi inventio sanctorum corporum ab Alexandro cardinali Farnesio Ecclesiæ S. Laurentii commendatario habita luculentissime describitur.

(16) *De re diplomat.*, l. IV, n. 96, p. 536 edit cit. Lutetiæ Paris. an. 1709.

(17) Hujusmodi testamentum an. 777 conditum est, et integrum refertur a Mabillonio *Annal. Bened.*, lib. XXIV, pag. 225 cit. edit.

(18) Ad an. 259, § 8, tom. III, pag. 69 cit. edit. Vid. etiam in notis ad Martyr. Romanum II Decemb., pag. 505 edit. Rosweidi.

(19) *Comment. de Bibl. Cæs.*, l. II, p. 288 cit. edit., ubi observat Kollarius veritatem hujus rei niti diplomatibus privilegiorum, quæ monasterio Tegernsensi ab Ottone II an. 979, ab imp. Henr. VI an. 1193, et ab imp. Friderico II an. 1230 concessa sunt, et integra exstant in Wigulei Hundii *Metropoli Salisburgensi* a pag. 307 usque ad 312. Vid. etiam Wolfgang. Lazium *De migrat. gent.*, lib. VII, pag. 300.

(20) *Annal. Bened.*, lib. XXII, pag. 120 cit. edit. ad an. 746, ubi totam rei seriem et fundationem legimus.

Digitized by Google

quoque martyrem anno 1650 Cameraci ex urbe translatum testatur Jo. Bollandus (21), aliorumque Hippolytorum nomina vetusta nobis suppeditant monumenta Romæ cum eorum cineribus inventa, atque ab Aringhio (22), Boldetto (23) et Vignolio (24) edita, quæque hic denuo lectorum oculis subjicere operæ pretium esse duximus :

REFRIGERI. TIBI DOMNUS
IPOLITUS SID.
YPOLITUS ANIMA DULCIS IN PACE
D. M.
YPOLITUS Q. V. ANN.
XIII. M. VIII.
D. P. V. KAL. SEC.

Hippolytæ etiam Christianæ mulieris epitaphium vulgavit Aringhius.

HIPPOLYTE. HIC. POSITA. EST.
Q. V. A. LIII. ET DIES V.

Veterem quoque SS. Hippolyti et Justini inscriptionem, una cum sacris eorum exuviis Septempedæ in Piceno, in ecclesia non ignobilis olim monasterii S. Laurentii de Doliolo inventam, nobis humanissime communicavit eruditus Octavianus Gentilius Patricius Septempedanus, qui eam ex plumbeo autographo diligentissime exprimendam curavit, eamque hic lectorum oculis subjicimus.

HIC REQ
VIESC
VNT CO
RPORA S
C̄ORVM I
POLYTI E
T IVSTIN
I.

Ex his tot tantisque veterum scriptorum testimoniis ac remotissimæ antiquitatis monumentis, Hippolytum militem Laurentii socium exstitisse, sacraque ipsius pignora in Urbe asservari plane ac distincte nos probasse confidimus. Verum pauca quædam adhuc discutienda supersunt, ut omnes dubitandi rationes radicitus convellamus, ne forte morosus quispiam exsurgat criticus, qui neglectis tot argumentis, quibus lectorem ferme oneravimus, veterum quorumdam Patrum de Hippolyto silentium gravi supercilio nobis objiciat. Fatemur equidem celeberrimos Ecclesiæ Patres, Ambrosium (25) nempe, Augustinum (26), Prudentium (27), Petrum Chrysologum (28), Leonem (29), Maximum Taurinensem (30), qui Laurentium martyrem eximiis ornarunt encomiis, ac gloriosum illius certamen graphice descripserunt, nullam de Hippolyto milite illius socio mentionem fecisse. Hujusmodi tamen silentium, cum solam mere negantis argumenti vim obtineat, venerandis illis sacræ vetustatis monumentis, quæ hactenus recensuimus, nemo prudens anteponendum censebit. Et sane si tanta huic argumento inesset auctoritas, ut posthabitis tot egregiis veterum testimoniis, sola ipsius virtute Hippolytus Laurentii socius e sacro martyrum albo delendus esset, profecto et S. Laurentium illius magistrum in idem fere discrimen adduceremus. Etenim S. Cyprianus (31), qui, ut omnes norunt, beatissimi pontificis Xisti martyrium descripsit, ipsum cum solo *Quarto* in *cœmeterio animadversum* scribit, nec Laurentium, Hippolytum, aliosque martyres nominat, quos sanctissimum pontificem in martyrii certamine subsecutos novimus. Verum in tanta criticorum turba, quos nostra ac superior tulit ætas, neminem reperimus qui levissimo hoc argumenti genere de celeberrimo Christi martyre dubitare ausus sit, præter Jo. Tellum (32), qui cæco quodam furore abreptus ea, quæ de S. Laurentii ac Hippolyti martyrio narrantur, in dubium vocare haud est veritus, quasi ipsa *auctorem aliquem Martyrologiis vulgatis fide digniorem desiderent*. Eadem etiam, ac Tellum, insania Henricum Dodwellum (33) flagrasse suspicamur; dum enim martyres sub Valeriano passos numerat, *Xistum* nominat, ac Laurentium omnino reticet. At Tellum meras nugas egisse nemo ibit inficias. Quis enim celeberrimi martyris res gestas solo Adonis aliorumque martyrologorum testimonio niti autumabit? Nonne egregia illa Patrum, quæ superius laudavimus, testimonia, illustrem Christi heroem ab insanis Telli commentis vindicabunt? Vetustissima quoque omnium gentium Martyrologia, quæ Adonem longo sæculorum intervallo præcesserunt, nonne Oxoniensem criticum præcipitis

(21) Act. SS. die XII Febr., tom. II mensis Febr., pag. 582 edit. Venetæ an. 1735.

(22) Apud Aringh. *Rom. subterran.*, tom. II, l. IV, c. 18, p. 60.

(23) Apud Boldetti *Osservationi sopra i cimiteri de B. martiri*, lib. II, c. 18, p. 554 edit. cit.

(24) Apud Vignol., *Inscript. select.*, pag. 329.

(25) Lib. I *De officiis ministrorum*, c. 41, § 214, p. 54, tom. II Oper. edit. Paris. an. 1690, et lib. II, p. 103, c. 28.

(26) Serm. 302 et seqq., pag. 855, tom. V Oper. edit. cit. Antwerpiens.

(27) *Περὶ στεφάνων*, hym. 2, p. 99 edit. Antwerp. cit.

(28) Serm. 135, p. 198 edit. Venet. an. 1750.

(29) Serm. 85, p. 337, tom. I Oper. edit. Venet. 1755, curantibus Petro et Hieronymo fratribus Balerinis, juxta Quesnelli edit. serm. 85.

(30) Homil. de sanctis, tom. II, III, pag. 231 et seqq. edit. Raynaudi, quæ pariter sunt descriptæ in libro cui titulus : *Memorie della vita, del martirio, de' miracoli, del colto*, etc., *di S. Lorenzo martire cittadino Romano*, p. 70 et seqq. edit. Rom. an. 1756.

(31) Ep. 80 Successo fratri, p. 333 edit. Amstelodam. cit.

(32) In not. ad eamdem Ep. p. 333, ubi hæc scribit num. 5 : « Quæ de Felici Agasseto, Donatiano, Faustino, Quatrato, Laurentio, Epolito, Afra, et militibus 165 addi solent, auctorem aliquem Martyrologiis vulgatis fide digniorem desiderant. »

(33) Dissert. Cyprianicæ, diss. 11, *De paucitate martyrum*, § 60, ad calcem Oper. S. Cypriani, p. 87 cit. edit.

Digitized by Google

in hac re judicii reum traducunt? Antiquissima insuper Christianæ pietatis monumenta, quæ summo SS. *litterarum* bono ediderunt Aringhius (34), Ciampinus (35), et demum Philippus Bonarotius (36), in eximio libro *Observationum* in fragmenta vitreorum vasculorum ex sacræ urbis arenariis eruta, Tellum iniquam de SS. Laurentii martyrio sententiam tulisse demonstrant. Idque tandem egregie confirmant præclarissimæ annularis gemmæ ectypum, ac plumbea lamella, quæ inter præcipua musei Victorii cimelia asservantur, in quibus ferale illud invictissimi martyris certamen affabre cælatum conspicimus (37). Quod vero ad Adonem attinet, vitiata S. Laurentii Acta illi fucum fecisse, res nova haud est. Id enim in densissimis illis XI sæculi tenebris Herigerio (38) abbati jam suboluit, qui in luculentissima illa epistola ad Hugonem monachum Floriacensem conscripta, vulgatam S. Laurentii historiam mendis quibusdam ac nævis conspersam fuisse est suspicatus. Hunc postmodum, ut opinamur, secuti sunt posteriorum temporum scriptores, Otto Frisingensis (39), abbas Urspergensis (40), Marianus Scotus (41), chronographus Saxo (42), Albericus Trium Fontium (43), anonymus Turonensis (44), aliique. Nostra vero ac Patrum memoria *Historiæ eccl.* parens Baronius (45) hujusmodi Acta, « nonnihil corrupta, castigatione indigere » pronuntiavit; eadem plane de iisdem fuit magni Nurrii (46) sententia, quam postmodum benigne excepere Pagius (47), Tillemontius (48), et nuper Bollandiani (49) socii. Ex his itaque, quæ pro S. Laurentio adversus Tellum hactenus disputavimus, satis superque constare arbitramur, Hippolytum militem illius discipulum morosas illas pseudo-criticorum censuras, solo mere negantis argumento innixas, haud pertimescere, cum et mox laudata Christianæ antiquitatis monumenta, atque etiam Christiani orbis consensus, illum hujusmodi ambagibus omnino solutum pronuntient. Siquidem et Græcos (50), Africanos (51), atque universas Occidentis Ecclesias, quinimo et Septemtrionales Danos (52), Hippolytum S. Laurentii socium coluisse, ex sacris illarum gentium fastis ac liturgiis aperte colligimus. Nunc ad Hippolytum presbyterum nostra se convertat oratio, cujus gesta Hippolyti militis ac Hippolyti episcopi rebus immista Prudentium cecinisse, secundo loco probavit Baronius. Hujus Hippolyti memoriam in Antiochena Ecclesia celeberrimam fuisse, antiquissima, ut diximus, testantur Martyrologia Hieronymi nomine insignita, quorum admirandam antiquitatem satis superque ostendunt tot vetustissima illorum exemplaria, quæ singillatim recensent viri doctissimi Franciscus Maria Florentinus (53), Lu-

(34) Tom. II, *Subter.*, lib. IV, cap. 16, p. 15 et seqq.

(35) *Vet. Monum.*, part. II, c. 12, tab. 26, pag. 91; et tab. 28, pag. 105 cit. edit.

(36) Tab. 16, num. 2; 19, n. 2; 20, n. 2.

(37) Exstat expressa in cit. memoriis vitæ S. Laurentii p. 1, et 33, n. 12, affabre explicatur. Exstant etiam tab. 3, n. 5, in prædictis memoriis, p. 28, gemma annularis, in qua S. Laurentii martyrium expressum conspicitur, et eadem tab. 3, n. 6, vitrum, quod Panormi in musæo Martiniano observatur, in quo pariter S. Laurentius super craticulam positus ardentibus carbonibus suppositis exsistit.

(38) Quærit enim inter alia in eadem epistola : « Quomodo Decius, qui anno tantum uno, vel paulo plus præfuit, et Cornelium papam martyrizavit, Xistum papam cum Laurentio archidiacono suo interficere debuerit, cum Stephanus et Lucius antecessores Xisti a successoribus Decii Gallo et Volusiano, vel Valeriano et Galieno martyrizati sunt. » Apud Martene t. I *Thesauri anecdot.* inter *Miscellanea epl. et dipl.*, p. 108 edit. Lutetiæ Paris. an. 1717.

(39) *Chronici* lib. III, c. 37, p. 72, tom. I *Germaniæ historicorum illustrium*, opera et studio Christiani Urstitii edit. Francofurt. an. 1670. « Hujus diebus, vel prioris Decii tempore, cum ubique terrarum cives Christi ad exquisita genera tormentorum exquiruntur, B. Laurentius juxta quosdam Romæ in craticula martyrio coronatur; sed sub Gallieno et Valeriano proximis post hunc regibus Sixtus, cujus diaconus Laurentius fuit, martyrio consummatus invenitur. Potest autem fieri, quod omnes hi reges Decii sunt vocati, vel ordo pontificum vivio scriptorum transmutatus. »

(40) In *Chronico*, p. 56, edit. Argentorati an. 1609, ubi agit de annis Decii et de martyrio SS. Fabiani, Cornelii, Sixti, Laurentii et Hippolyti.

(41) In *Chron.*, c. 2, ætat. VI, ubi describit martyrium SS. Sixti, Laurentii, Claudii, Hippolyti, p. 580 et 581, inter *Script. rer. Germ.* collect. studio Joannis Pistorii edit. Ratisbonæ an. 1731.

(42) Apud Godefrid. Guilielmum Leibnitium, *Accessiones historicæ*, tom. I, p. 41 edit. Lipsiæ 1698.

(43) Ibid. tom. II, p. 23.

(44) Apud Martene t. V, *Veterum script. et num. hist. dogmat. et moralium amplissima Collect.*, p. 920 edit. Paris. an. 1729, ubi exstat *Chron. Turonense* auctore anonymo canonico Turon. S. Martini ex mss. cod. bibl. Regiæ, in quo numerantur ii qui passi sunt sub Decio : nempe Sixtus papa, et Laurentius, et Hippolytus secundum Gregorium Turonensem, et secundum *legendam* eorum; et secundum computationem eorum annorum sub Valeriano imp. passi sunt.

(45) Ad an. 261, § 8, t. III, pag. 94, in not. Martyrolog. die XXX Julii, pag. 318 cit. edit., quando agit de SS. Abdon et Sennen., et alibi ad an. 254, § 27, tom. II, p. 619.

(46) Diss. 3, *De epochis Syromacedon.*, cap. 10, p. 366, t. III Oper. edit. Veron.

(47) Ad an. Christ. 261, § 6, *Annal.* Baron. t. III, p. 94.

(48) T. IV, de S. Laurent, archidiacre, pag. 39, edit. Paris. an. 1701.

(49) T. II *Act. SS.*, mensis Aug. die X, p. 511, num. 124.

(50) Vid. *Menolog. Græc.*, die X Aug., t. III, p. 199 cit. edit. Urbini an. 1727, in quo certamen Laurentii et Hippolyti describitur.

(51) In Kalend. antiquissimo Ecclesiæ Carthag. habetur : « VIII Idus Aug. sancti Sixti episcopi et martyris Romæ, IV Idus Augusti S. Laurentii . . . Idus Augusti sancti Hippolyti, » apud Mabillon., *vetera Analecta*, pag. 165.

(52) Adeundi Olai Worm. *Fasti Danici*, p. 104.

(53) In admonit. prævviis, admon. 6 et 7 et seqq. *veust. Occident. Ecclesiæ Martyrol.* edit. cit.

Digitized by Google

cas Dacherius (54), Edmundus Martene (55), atque omnium accuratissimus Jo. Bapt. Solerius (56), in præfatione ad novam *Martyrologii* Usuardini editionem, aliique. Hunc Hippolytum Antiochenæ Ecclesiæ presbyterum fuisse atque Novatiana labe inquinatum, eaque postmodum ejurata, gloriosum pro Christo martyrium consummasse docent Notkerus, Ado, Usuardus, quorum testimonia superius recitavimus. Tillemontii ac Solerii conjecturas, quibus Hippolytum hunc, ut dicunt, presbyterum ex Antiochena Ecclesia in Romanam transferre voluerunt, jam superius num. 15 nos diluisse confidimus.

XVIII. *Joannis Pinii de Hippolyti tumulo conjectura refellitur.*

Hippolytum episcopum et martyrem exstitisse, nemo est qui nesciat, eumque Prudentio laudatum ex iis, quæ hactenus diximus, satis constare putamus. Quapropter præstantissimum poetam, dum illius cecinit gesta, aliquid humani passum fuisse docuit Baronius, cujus sententiam tot tantosque viros probasse superius monuimus. Neque nos in contrariam abire unquam impellet nuperrima Jo. Pinii (57) conjectura, qui, postquam Hippolytum militem Laurentii socium egregie vindicavit, Prudentii etiam patrocinium suscepit, ipsumque omni confusionis vitio immunem asseruit. Etenim duos et ipse Hippolytos agnoscens, militem Laurentii socium in agro Verano sepultum dicit; presbyterum vero a Prudentio laudatum ad Tiberinum urbis tractum, seu via Ostiensi. « Locus ergo, inquit, sepulturæ S. Hippolyti nostri videtur esse longe diversus a loco cryptæ, in quam translatus martyr synonymus dicitur apud Prudentium, cujus loci situm individuum, etiamsi ab illo designatum non legimus, quod tamen ad Tiberinum urbis tractum is alicubi exstiterit, suspicamur ex his ejusdem poetæ verbis :

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris apposita,
Servat ad æterni spem judicis ossa sepulcro,
Pascit idem sanctis Tibricolas dapibus.

At longe sua opinione fallitur vir doctissimus. Primum siquidem vox illa *Tibricolas*, ex qua conjecturæ suæ tota vis pendet, universos urbis, non autem *Tiberinæ regionis* incolas designat, ut recte nos docuit antiquissimus Prudentii interpres Iso magister, cujus glossas edidit Weitzius (58). Secundo mox allata Prudentii carmina interiorem quidem cœmeterii ædiculam, aramque super Hippolyti corpus exstructam describunt, neutiquam vero illius cœmeterii situm, quem sane sequentibus carminibus Prudentium designasse constat :

Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Mensa latebrosis crypta patet foveis.

Et paucis interjectis :

Quamlibet ancipites texunt hinc inde recessus
Arcta sub umbrosis atria porticibus ;
Attamen excisi subter cava viscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Cernere fulgorem luminibusque frui.

His quidem carminibus Veranum B. Hippolyti cœmeterium a Prudentio descriptum omnium primum docuit Georg. Fabricius (59), dum inquit : « Intelligit cryptam Veraniam in via Tiburtina, quam describit. » Fabricium secuti sunt doctissimi viri, ac sacrarum Urbis antiquitatum peritissimi Baronius (60), Bosius (61), Severanus (62), Aringhius (63), Boldetus (64), qui hæc eadem recitant Prudentii carmina, dum Veranum B. Hippolyti cœmeterium describunt. Et sane cum Prudentius illud non procul ab urbis pomœriis, ac in monte situm affirmet, hæc omnia agro Verano apprime conveniunt : Veranus siquidem ager non procul ab urbis pomœriis, ac in monte situs est, ut omnes norunt. Neutiquam vero ille Ostiensi viæ contiguus, qui potius in planitiem vergit. Quapropter in vetustissimo epigramma, quod olim Galla Placidia B. Laurentii tumulo a se instaurato inscripsit, hæc leguntur apud Gruterum (65), qui illud ex antiquo codice bibliothecæ Palatinæ primum vulgavit :

Eruta planities patuit sub monte recisa,
Estque remota gravi mole ruina minax.

Tandem Prudentius magnificum quoddam templum Hippolyti cœmeterio propinquum in eodem hymno his carminibus describit :

Stat sed juxta aliud, quod tanta frequentia templum
Tunc adeat cultu nobile regifico
Parietibus celsum sublimibus atque superbis
Majestate potens muneribusque opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet, auratis suppositus trabibus, etc.

His sane carminibus Veranam S. Laurentii basilicam Prudentium laudasse existimamus, non vero ipsiusmet Hippolyti ecclesiam, quemadmodum vir de sacris litteris optime meritus Henricus Valesius (66) credidit. Hanc siquidem non juxta, sed supra il-

(54) In monito ad *Martyrol.* S. Hieronymi, quod edidit tom. II *Spicilegii*, p. 1 edit. cit.

(55) *Voyage littéraire*, t. II, p. 198.

(56) Art. 1, § 2, p. 15 et seqq., Act. SS. mensis Junii tom. VI, p. 1 edit. Venetæ an. 1745.

(57) Act. SS., mensis August. die XIII, de S. Hippolyto, Concordia, etc., MM., pag. 8, t. III edit. Venetæ anni 1752, § 2, num. 29.

(58) Pag. 503, vers. 170.

(59) *Thesaur. poet. Chron.*, p. 69.

(60) In not. ad Martyrol. die XIII Aug., pag. 340 cit. edit.

(61) *Rom. sotterranea*, lib. III, cap. 39, p. 399 edit. Rom. an. 1632.

(62) *Memorie sacre delle sette Chiese di Roma*, tom. I, p. 645, ubi cœmeterium S. Hippolyti describit.

(63) *Roma subterranea*, lib. IV, cap. 16, t. II, p. 31, num. 3.

(64) *Osservazioni sopra i cimiteri de, santi martiri*, lib. II, cap. 18, p. 568 edit. cit.

(65) *Inscriptiones antiquæ*, pag. 1173.

(66) In not. ad Euseb. *De vita Constantini*, l. III, c. 38, p. 599 edit. cit. Cantabrigæ, ubi hæc ait :

Digitized by Google

lius cœmeterium sitam fuisse, tantaque munificentia haud polluisse scimus. S. Laurentii vero basilicam a Constantino M. splendidissime excitatam, juxta S. Hippolyti cœmeterium positam esse, duplicique columnarum ordine fultam novimus, adeo ut eidem mox allata Prudentii carmina optime conveniant. Antiquam Laurentianæ basilicæ ichnographiam mire illustravit Joannes Ciampinus (67), quem, si lubet, consulat lector. His demum accedit luculentissimum Anastasii Bibliothecarii testimonium ab Aringhio (68) laudatum, qui Hippolyti cœmeterium ab Adriano I pontif. M. restitutum narrans, hæc habet: « Simul et cœmeterium B. Hippolyti martyris juxta S. Laurentium, quod a priscis marcuerat temporibus, a novo renovavit. Pari modo et ecclesiam B. Christi martyris Stephani sitam juxta prædictum cœmeterium S. Hippolyti similiter restauravit. » Patet igitur S. Hippolyti cœmeterium a Prudentio descriptum, non in via Ostiensi, ut voluit Pinius, sed in Tiburtina, et juxta S. Laurentii basilicam in agro Verano situm fuisse. Quapropter ipsius conjecturam de diverso Hippolyti militis, et Hippolyti, ut ipse inquit, presbyteri sepulcro, cujus ope confusionis notam Prudentio inustam delere conatus est, prorsus evanuisse putamus.

XIX. *Hippolytus episcopus in agro Verano sepultus.*

Summo itaque jure Historiæ ecclesiasticæ parens Baronius Prudentium tres in unum Hippolytos conflasse pronuntiavit; nec contraria magnorum virorum placita illius sententiam vel minimum infringere unquam valebunt. Hujusmodi vero confusionem, quod ad Hippolytum episcopum et Hippolytum militem attinet, ex eo potissimum manasse suspicamur, quod ambo et martyrii genus et tumulum communem habuerint, quamvis diverse sentiant superius laudata S. Aureæ Acta, nec non Græcorum (69) et Coptorum Menologia ac Menæa, quorum postrema nobiscum humanissime communicavit sapientissimus citatus Nicolaus Antonellus, quem iterum honoris causa nominamus. Prudentius siquidem Hippolytum episcopum equis discerptum, sacrasque ipsius reliquias e Portu Romano in Urbem a fidelibus translatas, patentissime his testatur carminibus (70):

Metando eligitur tumulo locus; Ostia linquunt,
Roma placet, sanctos quæ teneat cineres.

Nec Prudentium in hac re falsi reum traducere quispiam poterit; nam in hoc eodem Hippolyti tumulo, quem in via Tiburtina, et in agro Verano situm exstitisse diximus, egregium illud tanti martyris monumentum anno 1551 fuisse repertum testantur Paulus Manutius (71), Aldi filius, Baronius (72), aliique permulti, quod postmodum in bibliothecam Vaticanam illatum, curante Marcello Cervino S. R. E. cardinale bibliothecario, immortalis memoriæ viro, uberrimam doctis viris disserendi segetem præbuit, Scaligero nempe, Ægydio Bucherio, Norisio, Francisco Blanchino, Vignolio, aliisque, quorum scripta jam diu eruditorum manibus teruntur. Quæ cum ita sint, nos hoc uno argumento maximum operis compendium fecisse putamus. Prudentius sacros Hippolyti martyris cineres e Portu in Urbem illatos, atque in illius cœmeterio in agro Verano conditos memorat. Inter hujusce cœmeterii rudera antiquissimum Hippolyti illius monumentum effossum est, quem Romana Ecclesia constantissima tot sæculorum traditione Portuensem episcopum agnovit. Quis igitur imposterum credet, Prudentium non Hippolyti episcopi et martyris, sed presbyteri Portuensis vel Romani laudes cecinisse? Et sane tam magna fuit hujusce monumenti apud Jac. Basnagium (73) auctoritas, ut merito Hippolytum nostrum apud Italos obiisse, et in agro Verano conditum asserere non dubitaverit, clarissimis hisce verbis: « Interea, inquit, hæc suadet inscriptio, apud Italos Hippolytum obiisse, et forsan in agro Verano sepultum. » Si igitur apud nos extremum diem obiit Hippolytus si in agro Verano sacra ipsius pignora deposita fuerunt, cur Hippolytus ille, quem in eodem loco tumulatum, et Christianorum caput in Portuensi Ecclesia exstitisse scribit Prudentius, non episcopus, sed presbyter dicendus erit?

XX. *Auctor libri De duabus in Christo naturis Hippolytum Arabiæ metropolitanum appellat.*

Aliam profecto de Hippolyti nostri sede professus est sententiam auctor libri *De duabus naturis in Christo*, quem S. Gelasio papæ tribuunt recentiores quidam, maxime heterodoxi. Hic igitur scriptor quisquis sit, ex vitiata, ut monet citatus Joannes Bapt. Cotelerius, Eusebii versione deceptus, S. Hip-

« Idem Prudentius in Passione Hippolyti de templo S. Hippolyti ita scribit: *Ordo columnarum*, etc. »

(67) *De ædificiis a Constantino exstructis*, cap. 6, p. 111 et 112, edit. Rom. an. 1693.

(68) *Rom. subterran.*, l. IV, c. 14, t. II.

(69) *Menol. Græcorum*, die XXIX Jan., part. II, p. 144 edit. Urbini cit.

(70) Sæpius cit. hym. 11, v. 52.

(71) Cod. Vaticano n. 5254, fol. 58.

(72) In not. ad Martyrologium Romanum die XXII Aug., p. 355 edit. Rosweidi: « Viget adhuc in Portu Romano memoria S. Hippolyti episcopi, illaque conspicitur alta fovea aquis plena, in quam projectus martyrium consummavit. His adjicimus, ex agro Verano e memoriæ Hippolyti antiquæ ruderibus effossum esse ejusdem Hippolyti antiquum marmoreum simulacrum solio insidens, in quo circumcirca Græcis litteris inscripti sunt cycli paschales annorum sexdecim; quod inde Romam delatum, positum est in Vaticana bibliotheca, opera illustrissimi ac reverendissimi domini Marcelli Cervini tum cardinalis, inde autem Romani pontificis. » Vid. diss. 2 Franc. Blanchini *de Canone paschali* S. Hippolyti episc., cap. 1, p. 92 edit. Romæ 1703.

(73) In animadvers. de S. Hippolyto in *Thesaurc monument. eccl. et hist.* Henrici Canisii, tom. I, pag. 4, Amstel. 1725.

Digitized by Google

polytum non episcopum Portuensem, ut Prudentius, sed Arabiæ metropolitanum credidit, ideoque in testimoniis Patrum, quæ adversus Eutychianos ad calcem operis sui congessit, fragmentum recitat : « Hippolyti episcopi et martyris Arabum metropolis in *Memoria hæresum* (74). » De hoc incerto auctoris testimonio fusius agemus in altera hujus dissertationis parte; ibique ostendere conabimur quam longe aberrent ii, qui unico hujus scripti testimonio, quod Gelasio Romano pontifici parum tute ascribunt, Arabicum S. Hyppolito episcopatum tribuere contendunt.

Incerto supra laudati libelli auctori non subscribit Leontius Constantinopolitanus, qui sexto sæculo desinente librum quemdam *De sectis* edidit (75), in quo S. Hippolytum Romanum, id est, Romanæ provinciæ episcopum disertim appellat. Etenim dum in laudato opere ecclesiasticos scriptores recenset, qui a Christi nativitate usque ad imp. Constantini M. floruerunt, Clementem et Hippolytum Romanos episcopos nominat. « Cæterum temporibus illis, qui a Christi nativitate usque ad imperium Constantini numerantur, bi doctores et Patres exstiterunt, Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Justinus philosophus et martyr, Clemens et Hippolytus episcopi Romæ. »

Anastasius Sinaita Leontiis coævus in *Odego*, quem edidit Jacobus Gretserus, Leontii vestigiis inhæret, dum S. Hippolytum episcopi Romani titulo insignivit. Hic auctor, p. 356, fragmentum sermonis ipsius Hippolyti exscribit hoc modo : ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας λόγου· « Hippolyti episcopi Romæ in sermone de resurrectione et incorruptione. »

Anastasius Romanæ Ecclesiæ apocrisarius, qui VII sæculo floruit, in epistola ad Theodosium presbyterum Gangrensem, quam primum vulgavit Jacobus Sirmondus (76), perspicue scribit S. Hippolytum episcopum Portuensem fuisse; dum in hac epistola fragmenta quædam exhibet sermonis *S. Hippolyti episcopi Portus Romani contra Beronem et Helicem*, quæ ex codice Constantinopolitano ascripserat. « Præterea, inquit, nisi ad præsens cum hac epistola mea Deo honorabilibus vobis, et per vos sanctissimæ ac orthodoxæ, quæ illic est Ecclesiæ rotulam habentem testimonia ex dictis S. Hippolyti episcopi Portus Romani, ac martyris Christi Dei nostri; quo et per ea nosse habeatis, quam concorditer cum aliis omnibus sanctis Patribus, et ardue duas Salvatoris nostri Jesu Christi prædicet naturas et operationes. » Titulus sermonis in codice Constantinopolitano hic erat : Τοῦ ἁγίου ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΡΤΟΥ ἡμῶν τοῦ λιμένος Ῥώμης, καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας. hoc est : « S. Hippolyti episcopi Portus, id est Portus Romæ, et martyris veritatis (77). » Hæc Hippolyti fragmenta ex interpretatione Francisci Turriani Latine tantum edidit Canisius (78) in *Antiquis lectionibus*, quibus postmodum ex Sirmondo Græcus additus est contextus in nova Canisiani operis (79) editione, quæ cura Jacobi Basnagii prodiit Amstelodami anno 1725.

XXI. *Eustratii Constantinopolitani de sancti Hippolyti sede testimonium.*

Eustratius presbyter Constantinopolitanus, horum temporum scriptor, in libello contra Psychopannichytas, quem in lucem emisit vir magnus Leo Allatius (80), S. Hippolytum, ut scripserat Leontius, inter episcopos Romanos enumerat his verbis : « Hippolytus vero martyr et episcopus Romæ in secundo sermone in Danielem hæc ait. »

XXII. *Germani Constantinopolitani, et Georgii Syncelli de Hippolyti sede testimonia.*

Sæculi octavi initio S. Germanus Constantinopolitanus (81), in sua *Ecclesiastica historia*, *et*

(74) Vid. tom. VIII *Bibl. Pat.* Lugdun., p. 704; et Jo. Albertum Fabricium, S. Hippolyti Oper. t. I, p. 225, Hamburgi 1716.

(75) Exstat in *Bibl. Patrum* tom. XI, edit. Morellianæ Paris. Græco-Latinæ, p. 493 ad 544. Vid. Fabricium in testimon. de S. Hyppolyto, p. 9 Oper. ejusdem t. I. Hic Leontius, seu ortu, seu munere Byzantius primum advocatus, dein relictis sæcularibus negotiis in cœnobio Lauræ in Palæstina monachus fuit. Claruit 590. Edidit inter cætera librum *De sectis* in decem actiones distributum. Exstat Græco-Latine una cum aliis opusculis a Leunclavio editus Basileæ 1588, in 8; et in *Auctuario Bibl. Patrum* Paris. 1624, t. I, p. 433. Vid. de eodem Leontio plura apud Guilell. Cave *script. eccl. Hist. litt.* in sæculo Eutychiano, tom. I, p. 545, Oxonii an. 1740, et Casimirum Oudini *Commentar. de scriptoribus Ecclesiæ antiquis*, tom. I, sæcul. VI, p. 1462 edit. Lipsiæ 1722; Du Pin, *Hist. eccl.*, vol. V, p. 60; Canisium *Antiquis lectionibus*, t. I, pag. 527 et seqq. edit. Amstelodami 1725; Jacobum Basnagium apud ipsum Canisium. loc. cit. p. 531; et denique Fabricium, *Bibl. Græc.* lib. V, cap. 11, tom. VII, p. 451 edit. Hamburgi anno 1727.

(76) Exstat, in tom. III Operum Jacobi Sirmondi, pag. 376 edit. Venetæ anni 1728.

(77) Vide Sirmondum loc. cit., p. 383, et Fabricium Oper. S. Hippolyti tom. I, p. 225.

(78) Tom. V, pag. 149.

(79) Tom. I, pag. 13.

(80) *De utriusque Ecclesiæ, Occidentalis atque Orientalis, perpetua in dogmate de purgatorio consensione*, pag. 492, § 19. Exstat enim Eustratii testimonium apud Fabricium tom. II Oper. Hippolyti, p. 32.

(81) Germanus Justiniani patricii a Constantino Pogonato interfecti filius, Cyzici episcopus primo, deinde anno 715 deposito Joanne, ad patriarchatum Constantinopolitanum evectus est. Inter ipsius Opera, quæ habentur Græc. Lat. in *Auctario* Duceano, et apud Combef. *Orig. CP.*, ac Lat. in *Bibliotheca Patr.* sub Germani nomine, recensetur etiam *Rerum ecclesiasticarum theoria*. Vid. Cave loc. cit. III sæculo Iconoclastico, p. 621, et Oudini loc. cit. tom. I, p. 1674, qui recte arbitratur hujusmodi opus Germano II seu Juniori Constantinopolitano, qui anno 1222 floruit, esse tribuendum, quemadmodum alteri recentiori etiam attribuit Jacobus Gretserus, p. 126, in notis ad orationem Germani patriarchæ Constantinopolitani in exaltationem venerandæ crucis, et contra Bogomilos, quam refert tom. II Oper. de sancta Cruce, p. 113

Digitized by Google

mystica theoria, docens novissimum Christi adventum *futurum* anno sexies millesimo quingentesimo, *ejusdem* opinionis auctores laudat S. Hippolytum Romæ et Cyrillum (82) : Τοῦτο καὶ, inquit, ΙΠΠΟΛΥΤΟϹ ΡΩΜΗϹ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος λέγουσιν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λόγοις αὐτῶν. Hoc est : « Hoc Hippolytus Romæ et S. Cyrillus dicunt in sermonibus suis de Antichristo. »

Hoc eodem sæculo Georgius Syncellus (83), in sua *Chronographia*, ad annum Christi 215 (84), Hippolytum vocat episcopum Portus apud Romam : ΙΠΠΟΛΥΤΟϹ ἱερὸς φιλόσοφος ΕΠΙϹΚΟΠΟϹ ΠΟΡΤΟΥ τοῦ κατὰ τὴν ΡΩΜΗΝ. « Hippolytus sacer philosophus episcopus Portus apud Romam ; » et alibi narrans (85), Christum Dominum nostrum natum esse die XXV Decembr., an. 43 imperii Augusti Cæsaris, Sulpicio Camerino et Pappæo Sabino cons., hæc se non ex propria Minerva scribere affirmat, sed auctoritate B. apostoli Hippolyti archiepiscopi.... Romæ : « Hæc, inquit, non ex nobismetipsis collegimus, sed ex traditionibus beati apostoli et archiepiscopi.... Romæ Hippolyti et sacri martyris, et Anniani religiosissimi monachi, qui cyclum paschalem undecim annorum 532 scholiis illustratum studiosissime digessit, » etc. In hoc Syncelli contextu lacunam hanc notavit Jacobus Goar (86), quamque ex Nicephoro interpolandam esse scribit in notis. Sed quid opus est Nicephoro, cum ipsemet Syncellus S. Hippolytum alibi, ut vidimus, episcopum Portus apud Romam disertim appellet? *Archiepiscopi vero Romani* nomine eumdem S. Hippolytum, insignitum a Græcis aliquando fuisse constat ex cod. 274 bibliothecæ Ottobonianæ, in quo ejusdem habetur sermo *Contra Noetum*, quem Latine vertit Franciscus Turrianus, ediditque Gerhardus Vossius Tungrensis archidiaconus ad calcem Operum S. Gregorii Thaumaturgi, Moguntiæ anno 1604, et deinde in lucem Græce primum emisit Albertus Fabricius Hamburgensis tom. II Operum sancti Hippolyti, quæ annis 1716 et 1717 duobus tomis in forma folii vulgavit (87). Titulus igitur hujus sermonis in codice Ottoboniano ita se habet : Ὁμιλία ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙϹΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗϹ, καὶ μάρτυρος εἰς τὴν αἵρεσιν Νοήτου τινός. « Homilia Hippolyti archiepiscopi Romæ et martyris, in hæresim Noeti cujusdam. »

XXIII. *Auctor Chronici paschalis Hippolytum Portus Romani episcopum dicit.*

Syncellum secutus est auctor *Chronici paschalis*, seu *Alexandrini*, qui Hippolytum Portuensem episcopum credidit. ΙΠΠΟΛΥΤΟϹ, inquit, ὁ τῆς εὐσεβίας μάρτυρ ΕΠΙϹΚΟΠΟϹ γεγονὼς τοῦ καλουμένου ΠΟΡΤΟΥ πλησίον τῆς ΡΩΜΗϹ. « Hippolytus igitur pietatis martyr, episcopus factus vocati Portus prope Romam (88). »

XXIV. *S. Joannes Damascenus Hippolytum episcopum Romanum vocat.*

Eodem octavo sæculo S. Joannes Damascenus, in *Eclogis* suis, quas mss. vidit Stephanus le Moyne Parisiis in bibliotheca collegii Claromontani societatis Jesu, et deinde cum reliquis Damasceni operibus edidit linguarum Orientalium consultissimus Michael Lequien ordinis Prædicatorum theologus, Hippolytum nostrum episcopi Romani nomine donavit. Duo siquidem illius fragmenta ibidem inscripsit, hoc titulo insignita, ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙϹΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗϹ, « Hippolyti episcopi Romæ (89). »

edit. Ratisbonæ 1734. Plura de eodem Germano habentur apud ipsum Oudinum loc. cit., Labbeum in dissertat. hist. ad librum *De scriptoribus eccles.* Bellarmini, p. 251 et seqq., tom. VII Operum Bellarmini cit. edit. Venetæ 1728, et alios auctores, qui inibi commemorantur. Nobis tantum sufficit ipsius Germani, quicunque demum fuerit, antiquitas et auctoritas.

(82) *Biblioth. Patrum* tom. XII, p. 392.

(83) Georgius monachus, Tharasii patriarchæ Constantinopolitani Syncellus ; qualis dicebatur qui erat patriarchæ proximus, « eique defuncto successor destinabatur, vixit temporibus Caroli Magni, et anno 792 *Chronicon* instruxit a mundi initio usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos perductum, quod morte præventus ulterius perducere non potuit. Illud Græce et Latine Parisiis in fol. anno 1652, cum historia Theophanis editum est typis Lupareis, seu Regiis, inter historiæ Byzantinæ scriptores, cui operi notas adjecit eruditus Jacobus Goar ord. FF. Prædicatorum, qui laborem suum ad corrigendos historicos Græcos contulit. In hoc opere Syncellus universum Eusebii Cæsariensis *Chronicon* verbotenus transtulit, ita tamen, ut in Eusebio redarguendo totus ferme sit. At vero licet fateamur ipsum sæpe merito ab Eusebio dissentire, suos tamen Syncellus nævos habet, nec paucos, nec exiguos, ut Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis* docuit. » Hæc scribit Oudinus loc. cit., p. 1933, ubi, postquam asseruit nonnulla in editione supplementi ad *Scriptores ecclesiasticos* Roberti Bellarmini adduxisse, erudite de eodem Georgio aliisque scriptoribus eodem nomine donatis multa disseruit. Adeundus Cave loc. cit. p. 641 ; Fabricius *Biblioth. Græcæ* lib. v, cap. 4, tom. VI, p. 149; Leo Allatius, diatriba *De Georgiis et eorum scriptis* apud *Biblioth. Græc.* Fabricii, vol. X, p. 553 et seqq., ubi § 23, p. 630, multa de ipso Syncello eruditissime proferuntur.

(84) En Georgii Syncelli verba p. 285 edit. Venetæ, anni 1729, opera et studio Jacobi Goar, et p. 358 edit. Parisiensis : « Hippolytus sacer philosophus, Portus Romani episcopus, Christiana philosophia præstans, pluribus juvandæ hominum saluti conscriptis libris celebratur. » Videatur Fabricius tom. I Oper. S. Hippolyti, p. 42.

(85) In eadem *Chronographia*, ubi agit de reliquis Herodis gestis, p. 251, juxta citatam Venetam editionem, et juxta Parisiensem p. 315. Legendus etiam Fabricius tom. I Oper. S. Hippolyti, p. 43.

(86) In emendationibus et adnotationibus in ejusdem Georgii *Collectanea chronographica* ad dictam p. 251, ubi p. 71 citatæ edit. Venetæ hæc scribit : « Ἀρχιεπισκόπου... Ῥώμης. Lacuna verbis Nicephori interpolanda : Πόρτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Portus enim Romani episcopus celebratur. »

(87) Exstat hujusmodi opus in tom. II Operum S. Hippolyti a Fabricio edit., p. 5, qui studio et diligentia Bernardi de Montfaucon illud ex codice Vaticano descriptum accepit.

(88) Sunt verba ipsius *Chronici paschalis*, pag. 6 cit. edit. Venetæ. Vid. Fabricium Oper. S. Hippolyti tom. I, pag. 43 et 224.

(89) Scilicet in *Sacris Parallelis* lib. II, tit. 4, *De*

Digitized by Google

XXV. *Joannis Zonaræ et Nicephori Callixti de Portuensi Hippolyti sede testimonium.*

Joannes Zonaras, sæculi XII scriptor, in *Annalibus* suis viros et sanctitate et doctrina tertio sæculo illustres enumerans, Hippolytum Portuensem episcopum recenset; illumque insigni exornat encomio. « Sub Urbano, inquit (90), episcopatum Romanæ urbis gubernante, et Hippolytus floruit vir sanctissimus, et sapientissimus episcopus vocati Portus apud Romam, qui et multa opera conscripsit, diversa sacræ Scripturæ commentatus. »

Demum Nicephorus Callixtus narrans permultos fuisse, qui summa eloquentiæ ac eruditionis laude III sæculo floruerunt et hæreses editis scriptis oppugnarunt, Beryllum et Hippolytum Portuensem episcopum laudat (91), « inter quos etiam apud Bostram Arabum Beryllus, qui elegantia, utiliaque scripta post se reliquit, et Hippolytus Portus Romani episcopus. » Et antea, ipsum Severi temporibus floruisse, testatus erat (92): « Temporibus Severi Hippolytus etiam Portus Romani episcopus factus. »

XXVI. *Syri et Arabes sanctum Hippolytum episcopum Romanum appellant.*

Quinimo etiam Syri cum recentioribus Arabibus sanctum Hippolytum episcopum Romanum fuisse docent, inter quos sanctus episcopus Misræ in oratione adversus Phantasticos anno Christi 1102 ad Alexandrinos habita, in qua e sacræ Scripturæ et Patrum testimoniis ostendens doctrinam Ecclesiæ semper fuisse, quod Deus Verbum humanam naturam assumpserit ex beata Virgine, similem nobis in omnibus, excepto peccato, laudat sanctorum Patrum quamplurimos, inter quos Hippolytum et Paulum Romanos pontifices. Hanc orationem Latine vertit ediditque vir Orientalium linguarum et sacrarum litterarum peritissimus Eusebius Renaudotius (93). Jacobitarum patriarchæ Alexandrini in ipsis dignitatis suæ primordiis fidei formulam, quam Græci homologiam dixerunt, profitebantur, in qua Patrum descripta erant nomina, quorum libri ab ipsis suscipiebantur vel rejiciebantur, quos inter exstat Hippolytus Romæ, teste doctissimo Josepho Simonio Assemanni (94), qui etiam inter cætera Orientalis litteraturæ monumenta, quæ ex Oriente Romam advexit, Arabicam quamdam canonum collectionem attulit (95), in usum Alexandrinæ Ecclesiæ descriptam a Macario presbytero ac monacho monasterii S. Macarii Magni in deserto Scetensi anno Christi 1572, in qua 38 supposititii canones *Hippolyto papæ Romano* tribuuntur. Hujusmodi canones Gallica versione donavit Jo. Michael Wanslebius, eorumque capita ex Gallico in Latinum sermonem convertit Jobus Ludolfus (96),

ultimo die et Antichristo, tom. II Operum ejusdem S. Joannis Damasceni edit. Parisiensis anni 1712, opera et studio P. Michaelis Lequien, pag. 781, et tit. 31, *De temporalibus et æternis bonis, et quod præsentibus futura anteferre oporteat*, p. 787, ubi, τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου Ῥώμης. S. Joanni Damasceno adjungimus etiam Nicephorum, qui an. 806, mortuo Tharasio, patriarcha Constantinopolitanus est renuntiatus, de quo adeundus Cave in sæculo Photiano tom. II *scriptor. eccles. Hist. litteraria*, p. 4. Hic in suo *Breviario chronographico*, quod ad calcem *Chronographiæ* Georgii Syncelli edidit citatus Jacobus Goar, inter auctores qui Severi tempore vivebant, Hippolytum Romanum scriptorem annumerat, pag. 319 edit. Venetæ 1725: « Eo (Severo) imperante, Leonides Origenis pater martyrio mortem oppetiit. Hippolytus Romanus scriptor florebat, et Gregorius Thaumaturgus, et Clemens Alexandrinus. » Nec Georgii Cedreni, qui anno 1057 claruit, auctoritas prætermittenda est, ex *Compendio historiarum* desumpta, quia, ut Allatii verbis utamur in superius citata diatrib. *De Georgiis et eorum scriptis*, opus illud e variis historiis, non sententiis solum, sed verbotenus consarcinatum fuit. Is ergo p. 196 citatæ edit. Venetæ an. 1729, ubi de Joannis Apostoli obitu sermonem habet, Hippolytum Romæ his verbis commemorat: « Sed et S. Hippolytus Romæ, præconium divinum et obitum apostolorum enarrans ait: Joannes Jacobi frater cum in Asia verbum Dei propagaret, imperante Romæ Domitiano, in Patmum insulam est deportatus. Inde a Nerone revocatus Ephesum, conscripto Evangelio, et patefactione quam conspexerat, vita excessit annos natus centum et sex. Reliquiæ ejus requisitæ, inventæ non sunt. »

(90) Tom. I *Annal.*, pag. 468 edit. Venetæ anni 1779, et pag. 620 edit. Parisiensis. Vide Fabricium in testimoniis de S. Hippolyto pag. 10 Oper. ejusdem S. Hippolyti t. I.

(91) Lib. V, cap. 15, tom. I, pag. 363 citatæ edit. Lutetiæ Paris. anni 1630.

(92) Nempe lib. IV, cap. 31, tom. I, pag. 330. His adjungimus aliud ejusdem Nicephori testimonium de Portuensi S. Hippolyti episcopatu ex libro II *Histor eccles.*, cap. 3, desumptum: ait enim, pag. 135, ubi agit de S. Jacobo fratre Domini: « Non importunum equidem, ut puto, fuerit præsenti historiæ inserere, quæ divinus Hippolytus Portus veteris Romæ episcopus de Jacobo fratre Dei memoriæ mandata reliquit. »

(93) In *Hist. patriarcharum Alexandr.* pag. 471 et seqq. Vide etiam Fabricium tom. II Operum S. Hippolyti, p. 32.

(94) In dissertatione de Monophysitis, § 8, quæ exstat tom. II *Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ*, edit. Romæ 1721.

(95) Vide tom. I ejusdem *Bibliothecæ Orientalis*, pag. 619, ubi recensentur codices Arabici, quos idem Josephus Simonius Romam advexit, ubi num. 26, Hippolyti papæ canones 38.

(96) Exstant in ipsius auctoris *Comment. ad historiæ Æthiopicæ* lib. III, cap. 4, num. 30, pag. 333 edit. Francofurti 1681, not. o, ubi ait: « Operæ pretium arbitramur capita *Canonum* Hippolyti cum lectoribus communicare ex Gallica Wanslebii versione a nobis Latine reddita. » Et postquam illorum capita retulerat, hæc subjungit pag. 334: « Propter hos canones Hippolytus vocatur Aṗ, id est *doctor Ecclesiæ*, ab Æthiopibus; et tam ab ipsis quam a reliquis Orientalibus appellatur *papa Romanus*, cum tamen in catalogo pontificum non reperiatur. Attamen invenitur in Synaxariis Græcorum, die XXX Januarii, quæ est V Februarii apud Æthiopes, et in adnotationibus ad Kalendarium Æthiopicum, ubi die V Februarii est Hippolytus. » Hæc p. 430, num. 9, addit: « Æthiopibus *papa Romanus* vocatur . . . a Græcis et Ruthenis hoc ipso die, qui illis est Januarii trigesimus, cum multis aliis sanctis sociis commemoratur, nec non πάπα Ῥώμης, *papa urbis Romæ*, in Synaxariis eorum appellatur. » Canones iidem etiam a Fabricio in tom. I Oper. S. Hippolyti, pag. 22, et a Guilielmo Whistone refe-

Digitized by Google

qui etiam testatur, Hippolytum nostrum « tam a Coptis quam a reliquis Orientalibus papæ Romani nomine donari. »

XXVII. *Testimonia de S. Hippolyti sede ex antiquis Martyrologiis, Catenis, veterum codicum inscriptionibus desumpta.*

Alia veterum testimonia superioribus adjungenda supersunt, ex antiquis Martyrologiis, Catenis, veterum codicum inscriptionibus desumpta, quorum omnium antiquitatem ac præstantiam eruditi omnes norunt. Sed cum nihil certi de eorum ætate nobis constare potuerit, optimum idcirco esse duximus hic ad calcem hujusce primæ dissertationis partis omnia recensere.

Vetustissimum Martyrologium S. Hieronymi nomine insignitum, quod ediderunt viri clarissimi Lucas Dacherius (97) et Franciscus Maria Florentinus (98), S. Hippolyti nostri natalem diem hoc pacto exhibet : « IV Kalend. Febr. in Tuscia Constanti, Hippolyti episcopi de antiquis. » Nec alium Hippolytum præter nostrum hunc esse posse censemus; Portum enim Romanum ad antiquæ Tusciæ fines pertinuisse notissimum est, cum trans Tiberim jaceat, cujus ripa antiquis Etruriæ limes fuit. Epitheton illud *de antiquis*, ut optime notat Tillemontius (99), nil aliud indicat nisi Hippolytum ex antiquioribus, id est, trium primitivæ Ecclesiæ sæculorum episcopis fuisse. Pervetustum Martyrologium, quod in bibliotheca Ottoboniana asservatur, sanctum Hippolytum *Nonnum* appellat : « In Tuscia B. Hippolyti martyris, qui dicitur Nonnus. » Quæ quidem vox eo sensu accipienda est, quo superior *de antiquis*. Nam *Nonnus*, ut multis exemplis probat Cangius in admirabili *Glossario* (1), seniorem seu antiquiorem denotat. Sic S. Hippolytus episcopus *Nonnus* dicitur, quia fuit de antiquis episcopis, et tertio Ecclesiæ sæculo floruit. Ideoque decipiuntur ii, qui hoc nomen Hippolyto nostro perperam impositum judicant, eo quod *Nonnus* monachum tantum designet, quod de Hippolyto Portuensi dici non potest; de hac voce consulendus est etiam Daniel Heinsius in suis *ad Novum Testamentum Exercitationibus*, et Ludovicus Muratorius (2).

Catena Græca, quæ exstat in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, Fabricio teste (3), fragmenta Hippolyti episcopi Romani et martyris quamplurima exhibet. Codex Coislinianus num. 193, fol. 36, fragmentum continet hoc nomine insigne : Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης περὶ Ἐζεκίου (4). Catena Græca *Escorialensis* apud Barovetium in *Catalogo*, et Catena bibliothecæ Regiæ Parisiensis (5), ex quibus Combefisius edidit fragmentum sermonis S. Hippolyti *de Susanna et Daniele*, Catena Corderiana (6), codices mss. Vaticani (7) quamplures, et demum mss. codex Thomæ Galei Angli apud Fabricium (8), constantissime S. Hippolytum hoc exornant elogio: Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης, hoc est : « Hippolyti episcopi Romæ, » nempe, ut secunda dissertationis parte ostendemus, provinciæ suburbicariæ. Ita in pervetusto Evangeliorum codice bibliothecæ Ottobonianæ (9), et in altero bibliothecæ Taurinensis, quem Fabricio communicavit Christophorus Matthæus Pfaffius (10), Ἱππολύτου πάπα Ῥώμης, « Hippolyti papæ Romæ, » titulum legimus.

Patet igitur, quot quibusve veterum testimoniorum illorum nitatur sententia, qui S. Hippolytum in Portuensi Ecclesia sedisse scribunt, et quam infirma ex adverso sit illorum opinio, qui argumento mere negativo, vel levissimis conjecturis innixi, eidem præcipuam maximamque gloriam eripere magno hiatu conantur. Quod argumenti genus quam futile, quamque incongruum sit, gravi stylo

runtur in volumine III operis, quod *primitivum Christianismum renatum* inscripsit et Anglice edidit Londini 1711, p. 543.

(97) Tom. II *Spicilegii*, pag. 3 edit. Parisiis 1723, sæpius citatæ.

(98) *Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium*, pag. 289 edit. Lucæ cit., ubi loco *Constanti* habetur *Constantini et Epoliti*. Vide quæ hoc in loco idem Florentinus notavit.

(99) Tom. III *Mémoir. eccl.*, pag. 242, in *S. Hippolyto*.

(1) Verbo *Nonnus*, p. 1209, tom. IV edit. Paris. 1733.

(2) Tom. V *Antiquit. medii ævi*, dissertatione 66, Mediolani 1741, p. 496, ubi plura de verb. *Nonnus* et *Nonna* erudite habet.

(3) In monito ad lectorem tom. II Operum S. Hippolyti, pag. 22. Ejusdem tomi exstat titulus ita inscriptus : « S. Hippolyti episcopi et martyris fragmenta excerpta ex Commentario in Genesin ex 88 Patribus collecto, qui exstat manuscriptus Vindebonæ in bibl. augustissimi imperatoris. »

(4) Adeundus Fabricius tom. II Operum S. Hippolyti, pag. 31, ubi de codice hujusmodi sermonem habet, quem XI sæculi esse dicit, et tomo I eorumdem Operum pag. 272, ubi invenitur : Ἱππολύτῳ τῷ Ῥώμης προέδρῳ ἐν τῇ τοῦ εἰς Δανιὴλ ἐρμηνείᾳ λόγου · « Hippolyto Romæ episcopo in expositione Danielis, » et p. 278 : Τοῦ ἁγιωτάτου Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης · « Sanctissimi Hippolyti episcopi Romæ. »

(5) Vide Fabricium tom. I Operum S. Hippolyti, pag. 273 : ubi Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης εἰς τὴν Σωσάνναν · « Hippolyti episcopi Romæ in Susannam. » Et p. 280 : Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης · « Hippolyti episcopi Romæ. »

(6) Legendus etiam Fabricius loc. cit.

(7) Num. 800, pag 125; et 1421, pag. 360.

(8) Tom. I Opp. S. Hippolyti, pag. 267.

(9) Num. 66.

(10) Hoc ipse Fabricius testatur his verbis eod. tom. I, pag. 282, ubi refertur S. Hippolyti sermo in illud Proverb. IX, 1: « Sapientia ædificavit sibi domum. » Hunc locum debes præclaro et cultissimæ doctrinæ viro Christophoro Matthæo Pfaffio, qui eum, cum hæc excuderentur, Græce ex codice Taurinensi 82, excerpta varia veterum scriptorum complectente, descriptum misit Parisiis ad doctissimum collegam meum Jo. Christophorum Wolfium. Pariter apud eumdem Fabricium lib. V, cap. 17, *Biblioth. Græc.* tom. VII, pag. 753, inter scriptores, e quibus Catena a Lipomanio in Genesim excerpta est, memoratur *Hippolytus Romæ*, quemadmodum loc. cit., pag. 746, inter scriptores Catenæ ad Psalmos scriptus reperitur *Hippolytus episcopus Rom.*, et alibi passim.

Digitized by Google

nos docuit doctissimus præsul Justus Fontanus (11). Hujus argumenti præsertim in re nostra vis omnis ac robur penitus evanescit, si disertissima Prudentii, Leontii, Anastasii, aliorumque, qui a IV Ecclesiæ sæculo usque ad Nicephorum XIII sæculi scriptorem floruerunt, testimonia sedulo perpendere velimus: qui uno ore testantur magnum Hippolytum episcopum et martyrem vel Portuensis Ecclesiæ pastorem, vel Romanum, id est Romanæ provinciæ episcopum fuisse.

Quibus si maximum addatur argumentum detectæ tanti martyris cathedræ in eodem cœmeterio, in quo sacra illius pignora Prudentii ævo quiescebant, hanc spartam nos optimis omnibus confecisse A speramus. Quamobrem nil mirum, si doctissimi viri ex recentioribus Baronius (12), Bellarminus (13), Ægydius Bucherius (14), Jacobus Usserius (15), qui Romanum Portum tum aliis rebus postea, cum Portuensi Hippolyti episcopatu celeberrimum appellat, Guillelmus Beveregius (16), Henricus Dodwellus (17), Joannes Bullus (18), Joannes Baptista Cotelerius (19), Joannes Lironus (20), aliique non pauci, inter quos præsertim Leo Allatius, Joannes Pearsonius, Cassinus, Du Cange, cæterique eruditione præstantes, quos longum esset memorare, spreto hoc futili adversariorum argumento, S. Hippolytum Portuensem episcopum esse tuentur atque propugnant.

PARS SECUNDA.

Sebastiani Tillemontii, aliorumque qui eum secuti sunt, conjectura de Orientali sancti Hippolyti episcopatu; et de illius sede in Portu Romano Homœritarum divinatio a Stephano le Moyne excogitata refellitur, aliaque his de rebus argumenta in medium prolata rejiciuntur.

I. *Tillemontii et Ceillierii sententia, qua S. Hippolytum Portuensem episcopum fuisse negant, exponitur.*

Luculentissima veterum scriptorum testimonia, quæ hucusque recensuimus, quæque constantissimam Orientalium traditionem de Portuensi S. Hippolyti sede nobis egregie patefaciunt, doctissimos viros Sebastianum Tillemontium (21) et Remigium Ceillierium (22) haud impellere valuerunt, quin ipsi in contrariam abirent sententiam, et S. martyris sedem nobis adhuc ignotam judicarent. Etenim silentio Eusebii, et S. Hieronymi verbis firmiter innixi, rejectis posteriorum scriptorum testimoniis, præcipuum Portuensis Ecclesiæ decus tanquam putidum figmentum respuere non sunt ve- B riti; sibi enim persuadere non possunt, Portuensem S. Hippolyti sedem Leontio, Georgio Syncello, cæterisque sequioris ævi scriptoribus fuisse notam, cum eam reticuerit Eusebius, et S. Hieronymus, qui diu Romæ fuit, quique Romanas res optime calluit, ingenue fassus sit se Hippolyti sedem nancisci non potuisse.

Præcipuam tamen Tillemontii sententiam aliquibus abhinc annis rejecit eruditus monachus Joannes Lironus (23) in peculiari quadam dissertatiuncula, qua Hippolytum in Portuensi prope Romam Ecclesia sedisse probavit. Hanc olim pro sua humanitate nobiscum communicavit vir doctissimus Justus Fontaninus archiepiscopus Ancyranus editis libris litterariæ reipublicæ notissimus. In ea Tille-

(11) Dissertation. de sancto Petro Urseolo, pagina XVII præfat. edit. Romæ anno 1730.

(12) Ad annum 229, § 4, pag. 480, tom. II edit. cit.

(13) Lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, in tom. VII Operum, pag. 41 edit. Venetæ cit. Vide etiam dissertationem historicam ad dictum librum pag. eadem. C

(14) In *Doctrina temporum*, pag. 291 edit. Antwerpiæ anni 1634. Vide Fabricium, tom. I Oper. S. Hippolyti, pag. 66.

(15) In notis ad martyrium S. Ignatii, tom. II *Collectionis SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt*, studio Joannis Baptistæ Cotelerii pag. 175 edit. Antwerpiæ anni 1698.

(16) In codice Canonum Ecclesiæ primitivæ illustrato, quod exstat in tomo II citato *Collectionis SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt* ejusdem Cotelerii, lib. II, cap. 2, § 5, pag. 81 cit. edit.

(17) Dissert. de Romanorum pontificum primæva successione, cap. 14, § 19 et 20, pag. 200. Vide Fabricium citat. tom. I Operum S. Hippolyti, pag. 48.

(18) *Defensio fidei Nicænæ*, sect. II, cap. 8, pag. 98 seqq. apud Fabricium tom. II Operum S. Hippolyti, p. 50.

(19) *Ecclesiæ Græcæ monumenta*, tom. II, in notis pag. 639 cit. edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1691.

(20) *Amènit. de la critiq.*, tom. I.

(21) Tom. III, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, pag. 239, *in* saint Hippolyte, docteur de l'Eglise, évêque et martyr : « Il est aussi certain que S. Hippolyte a été évêque, comme il est incertain d'où il l'a été. Eusèbe, tant dans son *Histoire* que dans sa *Chronique*, dit qu'il était évêque d'une certaine Eglise, sans en exclure aucune que celle de Bostres. S. Jérôme dit qu'il ne sait, et même qu'il n'a pu savoir le nom de son évêché. » Id ipsum repetit in notis *sur saint Hippolyte*, not. 2, pag. 572, ubi agit, «qu'on ne sait d'où il a été évêque. »

(22) *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques*, tom. II, c. 27, p. 517 edit. Paris. anni 1730 sæpius cit., num. 2 : « Il fut élu évêque, on ne sait de quelle Eglise. S. Jérôme nous assure qu'il s'en était informé, et qu'il n'avait pu en savoir le nom. »

(23) *Les amènités de la critique*, Paris. an. 1717, in-8°, tom. I, pag. 124.

Digitized by Google

montii sententiam solo Eusebii et S. Hieronymi silentio munitam mirifice ad trutinam revocavit Lironus, solideque probavit recentiores scriptores peculiares quasdam antiquarum rerum notitias scire potuisse, quas antiquiores penitus ignorarunt. Veteres enim codices brevibus quandoque notis ornatos conspicimus, ex quibus multa posterioribus etiam hisce temporibus litterariæ reipublicæ patefacta sunt, quæ accuratissimos scriptores Eusebium, S. Hieronymum, aliosque penitus latuerunt. Hanc ipsius sententiam doctissimus monachus non paucis probat exemplis, quorum præcipua hic exscribere, aliaque ex integro addere operæ pretium esse putamus.

II. *Recentiores scriptores multa sciverunt, quæ Eusebio et S. Hieronymo fuerunt incomperta.*

Eusebius, et S. Hieronymus Romanarum rerum peritissimus, ut inquit ipse Lironus, nescierunt (24), Caium celebrem ecclesiasticum scriptorem cum S. Irenæo versatum fuisse, et Romanæ Ecclesiæ presbyterum, ordinatumque gentium episcopum. Verum hæc omnia ex duabus præstantissimis notis didicimus, quarum unam ad calcem epistolæ Smyrnensis Ecclesiæ primus vulgavit Usserius (25), alteram vero Photius (26); eique, quamvis quadringentis et amplius annis post Eusebium et S. Hieronymum ille floruerit, libentissime subscripsit Tillemontius (27), et post eum Ceillierius (28), qui nobis Hippolyti sedem quærentibus Eusebii et S. Hieronymi silentium objiciunt. Hæc quidem solo Photii testimonio sunt innixa, quæque ipse non aliunde didicit, quam ex nota quadam antiquo codici, quo tunc usus est, apposita, quæ Caium Romanæ Ecclesiæ presbyterum ordinatumque gentium episcopum perspicue indicabat. En ipsiusmet Photii verba Latine reddita : « Comperi adnotatum fuisse, non esse Josephi hoc opus (*De universo*), sed Caii cujusdam presbyteri Romæ agentis, quem et auctorem faciunt *Labyrinthi;* cujus etiam dialogus est adversus Proculum quemdam hæresis Montanistarum defensorem. » Et paulo post : « Hunc Caium presbyterum Romanæ Ecclesiæ fuisse affirmant sub Victore et Zephyrino pontificibus, ordinatumque gentium episcopum. »

Julium Africanum, magni nominis historicum, omnium fere martyrum qui Romæ vel in Italia passi sunt, Acta conscripsisse Tillemontius docet (29), non quidem Eusebii aut S. Hieronymi auctoritate fretus, sed brevissima quadam præfatione Actis S. Symphorosæ apposita edoctus, quæ hujusce rei notitiam ,prisci ævi scriptoribus incompertam, servavit. Quinimo ipsammet Africani *Chronographiam* Latinitate donatam, antequam Eusebii *Chronicon* Latinis innotuisset, antiqua nota emunctæ naris virum Joannem Pearsonium (30) edocuit, ex qua demum ipse recte conjecit, hujusmodi *Chronographiæ* sequiori ævo consules additos fuisse primum ab anno Christi 252, in quo Africanus desinit, usque ad annum 349, et rursus ab hoc anno usque ad 362. Hæc quidem omnia Eusebio ac S. Hieronymo incomperta fuerunt, nosque etiam latuissent, nisi antiqui codices ex antiquioribus descripti notas hasce tantarum rerum indices bono quodam fato integras servassent. Nemo pariter ex veteribus tradidit, epistolam 84 S. Basilii *ad Medicinum* non esse S. Basilii, sed Gregorii Nysseni, et quod notabilius

(24) Eusebius Caii scriptoris meminit in lib. II *Histor. ecclesiasticæ*, cap. 25, ubi agit de martyrio SS. Petri et Pauli apostolorum Romæ, pag. 83 : « Sed et Caius quidem vir catholicus, qui Zephyrini Romanæ urbis episcopi temporibus floruit, in eo libro, quem scripsit adversus Proculum patronum sectæ Cataphrygarum, de loco, in quo prædictorum apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur, etc. » Et lib. VI, cap. 20, pag. 234 : « Pervenit etiam ad nos Caii disertissimi viri disputatio Romæ habita, temporibus Zephyrini, adversus Proculum quemdam Cataphrygarum hæresis propugnatorem. » Legenda quæ in his locis notavit Valesius, necnon quæ de Caio ipsemet Eusebius, lib. III, cap. 28, p. 122 et alibi, scripta reliquit. S. Hieronymus vero in libro *De viris illustribus*, cap. 59, tom. II Operum, pag. 885 cit. edit. Vallarsii, de Caio hæc scribit : « Caius sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, id est, sub Antonino Severi filio, disputationem adversus Proculum Montani sectatorem valde insignem habuit, arguens eum temeritatis, super nova prophetia defendenda, et in eodem volumine Epistolas quoque Pauli, tredecim tantum enumerans, decimam quartam, quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse, sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur. » Nullibi vero Irenæi discipulus, Romanæ Ecclesiæ presbyter, et gentium episcopus Caius nominatur.

(25) In fine epistolæ circularis Ecclesiæ Smyrnensis de martyrio S. Polycarpi, n. 23, p. 202.

(26) In *Bibliotheca*, cod. XLVIII, p. 35 edit. Rothomagi citat.

(27) Tom. III citat. pag. 174, ubi agit de Caio presbytero Romano, deinde episcopo gentium, et Ecclesiæ doctore : « Photius assure que l'on disait qu'il avait été prêtre de Rome sous les papes Victor et Zéphyrin, et cite une note d'un anonyme plus ancien que lui, qui dit positivement qu'il était prêtre, et qu'il demeurait à Rome. Photius ajoute qu'on tenait encore qu'il avait même été ordonné évêque des nations. »

(28) Tom. II cit., cap. 25, p. 240.

(29) Tom. III citato, pag. 257, ubi agit de Julio Africano : « Les actes de sainte Symphorose, célèbre martyre de Tivoli sous Adrien, disent que nous apprenons d'Eusèbe qu'Africain avait écrit les Actes de presque tous les martyrs qui avaient souffert à Rome et dans l'Italie. On ne sait que dire de ce témoignage. Car d'un côté nous ne voyons point que ni Eusèbe ni S. Jérôme attribuent rien de semblable à Africain, et d'autre part il est assez difficile d'accuser ces Actes de mensonge, d'autant que leur simplicité et leur brièveté qui les rendent recommandables, semblent les exempter de ce reproche. Nous savons aussi que nous avons perdu une grande partie des écrits d'Eusèbe, et entre autres son livre des *Martyrs*, dans lequel il pouvait l'avoir dit plutôt que dans aucun autre. Nous pouvons ajouter à cela, qu'Africain ayant été député à Héliogabale qui était alors à Rome, un homme curieux de l'histoire comme il était, pouvait aisément y avoir demandé des mémoires sur les principaux martyrs d'Italie. » Videndus Lironus, loc. cit., pag. 129.

(30) Dissertation. posthum., pag. 98.

Digitized by Google

est, epistolam 74 ejusdemmet S. Basilii scriptam tantummodo, non vero missam fuisse (31). Penitissimam hanc notitiam Jacobus Combefisius (32) ex hujusmodi notis deduxit, quas in antiquis quibusdam codicibus nactus est, easque in publicos eruditorum usus vulgavit.

III. *Variis rerum exemplis hujusmodi sententia roboratur.*

Quisnam ex veteribus docuit præstantissima Sedulii poemata, quæ diutius inter schedas incomposita jacuerunt, a Turcio Rufo Asterio meliori ordine fuisse digesta et in lucem emissa? Profecto hæc viris doctissimis abscondita fuissent, nisi antiqua nota, quæ in tribus antiquissimis Sedulii codicibus reperta est, peculiarem et reconditam hanc notitiam patefecisset. Illam omnium primus evulgavit Jacobus Sirmondus ex codice Rhemensi, deinceps Jacobus Usserius ex codice Anglicano (33), demum nosmetipsi emendatiorem eamdem reperimus in antiquissimo Sedulii codice bibliothecæ Ottobonianæ nono circiter sæculo exarato, in quo, post epistolam ad Macedonium, quam integram emendatamque vulgavit paucis abhinc annis Christophorus Cellarius in edit. Prudentii, hæc adnotantur : « Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, quod recollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam divulgatum a Turcio Rufo Asterio quinto vicario consule ordinario, atque patricio (34) ; » mox sequitur epigramma :

Summe sacer meritis, veracis dicta poetæ
Quæ sine figmenti condita sunt vitio.
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi
Per quam justus ait talia Sedulius,
Asteriique tui semper meminisse jubeto,
Cujus ope et cura edita sunt populis.
Quæ, quamvis summi celebrent per sæcula fastus,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

Ad calcem poematis hæc habentur, quæ etiam Mabillonius vulgavit (35) : « Incipit ars Sedulii poetæ, qui primo laicus in Italia philosophiam didicit, postea cum aliis metrorum generibus heroicum metrum Macedonio consulente docuit, in Achaia libros suos scripsit tempore imperatorum minoris Theodosii filii Arcadii, et Valentiniani filii Constantii. Pax. »

IV. *Tillemontii argumentum ex Eusebii et sancti Hieronymi silentio desumptum contra Portuensem sancti Hippolyti sedem nequidquam concludit.*

En igitur quo pacto sequioris ævi scriptores peculiares quasdam rerum notitias nacti sunt, quæ Eusebio, S. Hieronymo, aliisque antiquis scriptoribus penitus incompertæ fuerunt; ideoque nemo non videt quam periculosum quandoque sit hoc argumenti genus : Eusebius et S. Hieronymus nescierunt ubinam gentium S. Hippolytus episcopus fuerit; ergo Leontius, Anastasius, aliique posteriores illius episcopalem sedem scire non potuerunt. Quod quidem argumenti genus, si rectioribus sanioris criticæ regulis accensendum esset, Henrico Dodwello (36) infensissimo sanctorum Christi martyrum hosti manus victas profecto nos dare oporteret, cui Tertulliani, Eusebii, Epiphanii, Theodoreti, aliorumque veterum scriptorum silentium maximum, ut ipse credidit, rationis suppeditavit momentum, ut S. Irenæum celeberrimum Lugdunensium antistitem, Hippolyti nostri magistrum, ex illustri martyrum albo impune deleret. At nimiam hanc Dodwelli confidentiam, ne dicamus temeritatem, firmissimis certissimisque argumentis coercuit doctissimus monachus Renatus Massuetus (37), cujus verba, utpote rem nostram mirifice illustrantia, hic exscribere non gravabimur. « Verum, inquit, ut ad Tertullianum, Eusebium, Epiphanium, Theodoretum, et alios, quos in causæ suæ defensionem citat Dodwellus, pedem referamus; illi quidem Irenæum nusquam appellant martyrem, sed nihil aliud ad summum ex eorum silentio colligi potest, nisi quod ad eorum notitiam Acta martyrii non pervenerint, aut martyrem fuisse nescierint. Ex eo vero quod ad Tertulliani, Eusebii, Epiphanii, et aliorum quorumdam Orientalium scriptorum notitiam martyris alicujus Occidentalis Acta non pervenerint, martyrem fuisse confidenter negare a ratione prorsus alienum videtur. » Et paucis interjectis : « Sed ut causæ jugulum propius adhuc petam, Eusebius, cujus silentium adeo urget Dodwellus, Hippolyti non semel meminit, catalogum ejus operum texit, episcopum fuisse dicit, martyrem nuspiam. Martyrio vitam finisse certissimum esse debet vel ipsi Dodwello; nam in iis ipsis quæ profert Theodoreti adversum Irenæi martyrium locis martyr appellatur. » Si igitur Eusebii silentium, quod nobis objiciunt Tillemontius et Ceillierius, Hippolytum nostrum venerando martyris titulo exuere minime valet, nec Portuensis quidem ipsius sedes, tot egregiis veterum scriptorum testimoniis roborata, eodem licet silente Eusebio, nuspiam profecto evanescet. Sed quid Massuetum ap-

(31) Adeundus Lironus loc. cit., pag. 133.

(32) Editus ab eo est *Basilius restitutus*, in quo ejusdem S. Patris Operum ex optimis mss. textum castigavit, auxit, illustravit, et versiones recensuit. Edidit hoc opus Parisiis an. 1679, 2 vol. in-8°.

(33) Hac de re legendus est Fontaninus in *Antiquitatibus Hortæ*, lib. II, cap. 3, § 5, pag. 225 seqq. edit. Romæ anno 1708, ubi ad nostram sententiam instituitur sermo. Adeundus etiam Lironus loc. cit., pag. 131.

(34) Vide Fontaninum loc. cit., pag. 226 et 227.

(35) *Vetera Analect.*, pag. 387 cit. edit. Paris. 1723. Legendus etiam Fontaninus loc. cit. p. 230, ubi hæc fuse narrantur.

(36) Dissert. 3 in Irenæum. Videndus etiam Cave in *scriptorum ecclesiasticorum Historia litteraria*, tom. I, p. 67, sæculo Gnostico, qui eodem argumenti genere, sæculorum sequiorum commentum S. Irenæi martyrium dicit : « Quod vero Irenæus martyr fuisse vulgo dicatur, id sequiorum potius sæculorum commentum censendum erit; certe ignorasse videntur vetustiores Tertullianus, Eusebius, Augustinus, Theodoretus. »

(37) Dissert. præv. in Irenæi lib., 90, 91, § 31, 32, 33.

Digitized by Google

pellamus, cum ipsemet Tillemontius hoc idem argumenti genus, quo Portuensem Hippolyti sedem convellere conatus est, mutata deinde sententia, improbare non una voce dubitaverit : primo, ut senatoriam S. Appollonii dignitatem solo Hieronymi testimonio munitam adversus Scaligerum vindicaret (38); deinceps, ut S. Hieronymum ab Henrici Valesii et Petri Danielis Huetii censura defenderet (39)? Etenim cum S. doctor in *virorum illustrium Catalogo* scripsisset Ambrosium Hippolyti exemplo Origeni stimulos addidisse, ut sacros utriusque Testamenti codices doctissimis commentariis illustraret, et superius recensiti auctores sanctum Hieronymum ex male intellecto Eusebii loco deceptum hæc posteris tradidisse dictitassent, ipse Tillemontius, ut hujusmodi argumento occurreret, respondit S. Hieronymum non paucos legisse libros, quorum notitia ad nos minime pervenit, quorum præsertim ope ea, quæ Eusebium latuere, ipsi tuto innotescere potuerunt. Si igitur S. Hieronymo res Eusebio plane incompertas narranti integram fidem præstare haud nos prohibet Tillemontius, cur in re nostra Leontii et Anastasii testimonia, quæ S. Hippolytum Portus Romani episcopum produnt, inter aniles fabulas recensenda esse pronuntiat? Præsertim cum ipse alias recentioris scriptoris testimonium respuere non sit ausus, qui omnium primus illius sedis nomen nobis patefecit, quam in Cappadocia obtinuit S. Alexander, priusquam ad Hierosolymitanam cathedram evectus esset, quod antiquis omnibus fuit plane incompertum (40).

V. *Nonnulla S. Hippolyti opera Eusebio et S. Hieronymo fuerunt ignota, quæ Leontio et Anastasio patuere.*

Hoc sane nemini, nostro quidem judicio, persuadere poterit Tillemontius, cum Leontius ipse, et Anastasius, Portuensem S. Hippolyti sedem ex incorruptis vetustatis monumentis Eusebio et ipsimet S. Hieronymo ignotis nancisci potuerint, eodem ferme pacto quo ipsius S. episcopi sermones *de benedictionibus Abraham* (41), et *de theologia* et *incarnatione contra Beronem et Helicem* (42), Eusebio et sancto Hieronymo incognitos invenerunt. Nec mirum cuiquam hoc esse debeat ; Eusebius enim (43) et S. Hieronymus (44), universa Hippolyti nostri scripta reperire non potuisse ingenue fatentur. Quæ cum ita sint, tantam profecto ex Eusebii et S. Hieronymi silentio rationum vim manare non videmus, quæ disertissima Leontii et Anastasii testimonia penitus obruant evellantque. Nec quis nobis illud objiciat, memorata a Leontio et Anastasio Hippolyti opuscula ab eruditis quibusdam in dubium revocari, ac etiam ex genuino tanti Patris operum catalogo non levibus argumentis extrudi cum de his dubitent Tillemontius (45), Jacobus

(38) Tom. III, sæpius citato, p. 613, Notes sur saint Apollone, sénateur, note 1 : « Sur les titres qu'on lui donne de sénateur et d'apologiste. »

(39) Eodem tom. III, Notes sur Origène, not. 17, pag. 764, ubi : « Il est certain que ce que dit S. Jérôme n'est point fondé, s'il ne l'est que sur cet endroit d'Eusèbe ; et il est certain encore que ce saint n'est point incapable de faire des fautes de cette nature. Mais comme aussi il avait lu bien des livres que nous n'avons pas, et qu'il peut y avoir trouvé ce qui n'est pas dans Eusèbe, nous n'osons pas l'accuser d'une faute parce qu'il peut l'avoir faite, et nous avons cru le pouvoir suivre dans une chose indifférente où nous n'avons pas d'assurance qu'il se soit trompé. »

(40) Eodem scilicet tom. III, p. 415, *in* S. Alexandre, évêque de Jérusalem et martyr : « Il fut fait premièrement évêque dans la Cappadoce ; les anciens ne marquent point de quelle ville. On trouve dans un Grec moderne que ce fut de Fladiade, ville de la métropole de Navarze ; il veut dire Flaviade, ou Flaviopole de la seconde Cilicie, dont Anazarbe était métropole. Et il se peut faire que cette ville ait été retranchée de la Cappadoce, comme quelques autres, pour être jointe à la Cilicie, et qu'elle ait conservé la mémoire que S. Alexandre avait été son evêque : ce qu'Eusèbe n'avait pas su. » Nomen urbis, ubi S. Alexander antequam patriarcha Jerosolymitanus renuntiaretur sedit, reticet Eusebius, et S. Hieronymus. Legendus Vallarsius t. II Operum S. Hieronymi in libro *De viris illustribus*, cap. 62, p. 888, not. f, ubi observat, quod e quinto libro Juris Græco-Romani, ubi de translationibus episcoporum, nomen urbis *Flavias* fuisse deducatur.

(41) Exstat fragmentum sermonis S. Hippolyti episcopi et martyris ex *benedictionibus Abraham* a Leontio Byzantino lib. I *contra Nestorium et Eutychen* apud Fabricium tom. II Operum S. Hippolyti, p. 45, cujus titulum : Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῶν εὐλογιῶν τοῦ Ἀβραάμ· *S. Hippolyti episcopi et martyris ex benedictionibus Abraham*, ubi notat apposite ipse Fabricius, in Latina versione edita Leontii esse scriptum *ex benedictionibus Balaam*, vitiose quidem, ut ipse opinatur.

(42) Sermo hujusmodi citatur ab Anastasio presbytero et apocrisiario Romæ in citata epistola *ad Theodorum presbyterum Gangrensem*, cujus verba nonnulla in prima dissertationis hujusce parte relata sunt. Hic exstat apud Fabricium tom. I Operum S. Hippolyti pag. 225. Et de eo videnda quæ idem Fabricius in suæ *Bibliothecæ Græcæ* libro v, c. 1, tom. V, p. 207, adnotavit, ubi observat quoad nomen *Helicem*, in codice Regio, et Colbertino Nicephori CP. mss. contra impugnatores sacrarum imaginum, in quo S. Hippolyti fragmenta servata sunt, legi : Ἡλικίωνος τῶν αἱρετικῶν, pro qua lectione suspicatur Fabricius legendum esse ἡλικιωτῶν αἱρετικῶν, ut sensus sit : *Adversus Beronem et hæreticos alios ejus æquales*. Exstat quoque idem sermo apud Canisium tom. I *Antiq. lection.*, p. 13 seqq. cit. edit. Amstelodami anni 1725.

(43) *Hist. eccl.* lib. VI, c. 22, p. 286, ubi de S. Hippolyti scriptis hæc ait : *Ex reliquis autem illius scriptis, hæc sunt quæ ad nostram notitiam pervenerunt.* Et paulo post : *Sed et alia plurima apud alios asservata licet reperire.*

(44) Lib. *De viris illustribus*, c. 61, pag. superius cit. 888 : « Scripsit (Hippolytus) nonnullos in Scripturas Commentarios, e quibus hos reperi. »

(45) Tom. III citato, p. 248, ubi agit de octo S. Hippolyti testimoniis ab Anastasio descriptis ex libro *contra Beronem et Helicem* : « Ces passages sont importants, fort beaux et fort clairs pour la vérité. Mais c'est cela même qui fait douter s'ils sont du grand Hippolyte. »

Digitized by Google

Basnagius (46), Dupinius (47), aliique : quamvis ea tueantur Canisius (48), et quamplurimi doctissimi viri inter quos Georgius Bullus (49), qui peculiari quadam disquisitione fragmenta ab Anastasio collecta, tanquam genuina Hippolyti nostri monumenta, probavit. Etenim, quomodocunque sese res habeat, variæ doctorum virorum de his scriptis sententiæ nunquam Portuensi Hippolyti sedi officere possunt. Nam, etsi hæc fragmenta dubiæ fidei, imo et falsa essent (quod tamen peritiores critici aperte et palam firmare haud sunt ausi), tamen cum eadem, consentientibus fere omnibus, vetustissima sint, vetustissimum quoque de Portuensi S. Hippolyti sede testimonium nobis suppeditant. Fragmenta ab Anastasio allata tantam redolent antiquitatem, ut longe ante Anastasii ætatem exarata nemini dubium esse debeat. Beron et Helix, quorum hæresis scriptis hisce tam acriter refellitur, tertio vix sæculo innotuerunt, quapropter eorum sectarios septimo adhuc sæculo, quo Anastasius floruit, perdurasse, eosque eximio hoc sermone confutatos fuisse nemo unquam autumabit (50).

A

B

VI. *Antiquissimum de Portuensi S. Hippolyti sede ex ipsius operum titulis notisque deducitur argumentum.*

Vetustissima igitur fragmenta, integris Hippolyti nostri titulis insignita, non modo Portuensem ipsius sedem Eusebio et S. Hieronymo incognitam nobis tuto patefaciunt, verum etiam communem Græcorum de eadem traditionem, non quidem recenter subortam, sed longe ante Leontii et Anastasii ævum passim et ubique per ipsos propagatam, evidentissime demonstrant. His profecto argumentis omnem

C

doctorum virorum hæsitationem de Portuensi S. Hippolyti sede penitus de medio tolleudam censemus, utpote quæ, ut toties diximus, solo Eusebii et S. Hieronymi nitatur silentio ; quod non tam magni in re nostra momenti esse facile quispiam cognoscere poterit, si ejus originem repetere ab ovo voluerit. Hanc non aliunde derivasse putamus, quam ex veterum librariorum oscitantia, qui in describendis S. Hippolyti nostri aliorumque veterum Patrum titulis, præcipuos quosdam ex ipsis titulos non raro omiserunt. Hinc in vetustissimis celeberrimarum bibliothecarum codicibus S. Hippolytum modo *episcopi et martyris*, modo *episcopi* tantum, modo *martyris*, modo denique solo *Hippolyti* nomine designatum deprehendimus, tacito semper sedis, quam obtinuit, nomine, quod tamen alii non pauci, iique antiquissimi codices manifestant. Huic conjecturæ nostræ maximum addunt ponderis momentum sanctus Hieronymus et Photius, quorum primus, dum in *virorum illustrium Catalogo* S. Irenæi (51) et S. Hippolyti (52) nostri meminit, ipsos *episcopos* nominat, *martyres* nuspiam, cum alibi eosdem conspicuo etiam *martyris* titulo insigniverit (53). Photius codice CXXI (54), quædam ipsius S. Hippolyti opuscula recensens, *episcopi* et *martyris* titulos ipsi debitos omnino præteriit. Dum vero codice CCII (55), Danielis interpretationem ab ipso adornatam refert, illum et *episcopum* et *martyrem* disertim appellare non omittit. Quas quidem tam diversas scribendi formas non aliunde, præterquam ex variis codicum inscriptionibus, quibus usi sunt Eusebius, S. Hieronymus et Photius, fluxisse judicamus. Sublatis itaque tot tantisque doctorum virorum dubiis ex

D

(46) In animadversionibus de vita, morte et scriptis S. Hippolyti apud Canisium *Lection. antiq.*, tom. I, p. 10 edit. Amstelodami 1725, n. 7 : « Dubia sunt fragmenta adversus Beronem et Helicem. » Quanquam p. 12 fateatur « Opus illud a multis ambabus ulnis recipi, et validis rationum momentis Hippolyto vindicari ; et rejici minime posse, ut nuperrime supposita, dum legantur in excerptis Anastasii, qui jam ante octingentos annos vixit, et laudentur apud Theodoretum. »

(47) *Nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques*, in *S. Hippolyte*, tom. I, pag. 112 edit. Paris. anni 1690. « Les recueils, ou plutôt les extraits tirés par Anastase le Bibliothécaire des sermons d'Hippolyte sur la théologie et sur l'incarnation, contre Béron et Hélix, hérétiques de la secte des Valentiniens, donnés par Turrien et par Canisius, et reportés en grec par Anastase dans ses *Recueils* donnés au public par le P. Sirmond, paraissent fort anciens ; mais il n'est pas certain qu'ils soient d'Hippolyte. »

(48) *Antiquis lectionibus*, tom. I, in monito ad excerpta ex libro Hippolyti martyris et episcopi Portuensis *de theologia et incarnatione contra Beronem et Helicem hæreticos*, pag. 2 : « Porro cum Hippolytus adversus omnes hæreses scripserit, et Eusebii tempore, ipso Eusebio teste, multæ ejus lucubrationes (quarum relatione Eusebius supersedet) passim fuerint asservatæ, difficile creditu non est inter illas etiam fuisse hoc *de theologia et incarnatione* opus contra Beronem et Helicem Valentiniani hæretici desertores. » Adversus varias in hujusmodi opus oppositiones eo in loco Canisius etiam respondet.

(49) *Defensione fidei Nicænæ*, sect. 12, cap. 8, pag. 98. Exstat aliqua hujusce dissertationis pars apud Fabricium t. II Operum S. Hippolyti, p. 50, ubi illam legimus, et argumenta, quæ contra hujusmodi Hippolyti opus ab obtrectatoribus afferuntur, refutata optime observavimus.

(50) De hæresi Beronis et Helicis legendus Basnagius in citatis animadversionibus, p. 12, n. 8.

(51) In libro *De viris illustribus*, cap. 35 : « Irenæus. . . jam Photino prope nonagenario ob Christum martyrio coronato in locum ejus substituitur, » p. 859, tom. II Operum edit. citatæ Vallarsii.

(52) Cap. 61, eodem libro, p. 885 : « Hippolytus cujusdam Ecclesiæ episcopus. »

(53) In *Commentario in Isaiam*, lib. XVII, c. 64, p. 761, tom. IV edit. Veronæ ann. 1735 : « De quibus diligentissime vir apostolicus scribit Irenæus, *episcopus Lugdunensis et martyr*, multarum originem explicans hæreseων, et maxime Gnosticorum, qui per Marcum Ægyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles feminas deceperunt, miscentes fabulis voluptatem et imperitiæ suæ nomen scientiæ vindicantes. » Hippolytum nostrum *martyrem* vocat in præfatione *Commentarii super Matthæum*, p. 7, tom. VII Operum edit. ejusdem anni 1757, et alibi.

(54) Pag. 301 cit. edit. Rothomagi ann. 1653 : « Lectus est libellus Hippolyti. »

(55) Pag. 525 : « Lecta est Hippolyti episcopi et martyris interpretatio in Danielem. »

Digitized by Google

Eusebii ac S. Hieronymi silentio tantum manantibus, Hippolytus noster tot eximiis suadentibus monumentis, recte quidem ac tuto imposterum Portuensis episcopus dicendus, et quasi postliminii jure, suffragantibus quoque aliquibus vetustissimorum codicum notis, Portuensi Ecclesiæ restituendus est, ex qua Tillemontius aliique ob nonnullas conjecturas Eusebii et S. Hieronymi silentio tantum innixas, illum immerito divulserant.

Veterum hujusmodi notarum præstantia ex mox recensitis exemplis cuilibet comperta esse potest, nullumque de earum ingenuitate dubium cuiquam oriri posse censemus, quasi fictitiæ essent ac librariorum somnia redolerent. Veteres enim librarii, spe majoris lucri illecti, ea tantummodo aliquoties confinxerunt, quorum ope libros suos pretiosiores redderent cariusque venditarent : ideoque putidissima quædam commenta, quæ forsan emptorem tam facile nancisci non poterant, sanctorum Ambrosii, Hieronymi, Chrysostomi, aliorumque magnorum virorum nominibus ornarunt, ut inexpertis emptoribus fucum facerent. Verum S. Hippolyti sedes vel Portuensis, vel Arabica, pretiosiorem codicem efficere haud poterat, ideoque cum illi ejusdem S. episcopi opera ex antiquioribus codicibus descripserint, notas a veteribus margini appositas, vel titulos fidelissime exscripsisse fatendum est (56). Demum earumdem notarum brevitas et simplicitas omnino falsi suspicionem de medio tollunt, quia in ipsis nec inanes verborum habentur circuitus, nec portenta, vel incredibilia narrantur, quemadmodum fieri solet in Actis sanctorum a Metaphraste editis, quæ merito omnes docti viri rejiciunt. In nostris notis solummodo habetur, cujusnam, exempli causa, Ecclesiæ Caius presbyter fuerit, vel episcopus ; quo anno Agobardus (57) Lugdunensis natus sit ; quo tempore ex Hispaniis in Galliam Narbonensem venerit, et demum quando ordinatus fuerit episcopus. Hæc omnia de Agobardo, quorum nonnulla silentio præterierunt Ado Viennensis ad ann. 810 (58), Hugo (59) Flaviniacensis ad ann. 821, et auctor *Chronici S. Benigni* Divionensis ad ann. 840 (ideoque Papirio Massonio (60) et Stephano Baluzio (61), Agobardi editoribus prorsus incomperta), multis abhinc annis a diligentissimo veterum monumentorum investigatore Joanne Mabillonio (62), deducta fuerunt ex vetustissimo codice Bedæ *De temporibus*, qui quondam fuit bibliothecæ Lugdunensis, quæ misere incendio absumpta fuit, ex cujus flammis ereptus in Joannis Boscii manus devenit, et postmodum in Vallicellanam bibliothecam est translatus. In hoc præstantissimo codice ipsiusmet, ut putant, Agobardi manu hæc adnotantur : « 779 : Hoc anno natus sum. 782 : Hoc anno ab Hispaniis in Galliam Narbonensem veni. 792 : Hoc anno Lugdunum a Gothis primum. . . 804 : Benedictionem indignus suscepi. » Deinceps alia, ut videtur, manu : « 816 : Iste cathedra potitur anno octavo. 840 : Hoc anno sanctæ memoriæ Agobardus Lugdunensis episcopus obiit VIII Idus Junii (63). » Hoc præclarissimum vetustatis monumentum, quod beneficio tanti viri vulgatum fuit, ista omnia nos docuit quæ majores nostri penitus ignorarunt. Agobardi mortem hoc eodem anno et die referunt supra laudatus auctor *Chronici S. Benigni* Divionensis (64), et Martyrologium Ecclesiæ Lugdunensis, quod hac ipsa die sancti viri memoriam exhibet. Cætera, ne longiores simus, Gallicarum antiquitatum studiosis discutienda relinquimus.

VII. *Tales notæ nequaquam a librariis confictæ, sed vel ab ipsis scriptoribus, vel ab eorum amicis, seu discipulis, aut saltem peritis viris fuerunt appositæ.*

Breves igitur notas, quæ in vetustis codicibus

(56) Vide Lironium, p. 131 et seqq.

(57) « Agobardus, gente Gallus, natus ann. 779, anno vero 782 ex Hispania in Galliam Narbonensem venit, anno 813 Leidrado archiepiscopo Lugdunensi senectute gravato coepiscopus substitutus est, eoque paulo post in monasterium Suessionense secedente anno 816 thronum Lugdunensem deinceps solus tenuit. . . Anno 840 Ludovicum ad tuendum litus orientale Rheni fluminis profectum secutus VIII Idus Junii apud Sanctonas obiit. Acri erat ingenio, nec vulgari eruditione, quæstionum theologicarum peritissimus, disciplinæ Ecclesiæ canonumque antiquorum consultissimus judex, vindex acerrimus. » Hæc de illo scribit Cave *Hist. litter.*, t. II, pag. 11, ubi pag. 12 illius Opera recenset, quæ cura Papirii Massonii Parisiis anno 1605 in-8 prodierunt, quæque castigatius recensita Stephanus Baluzius Parisiis anno 1666, 2 vol. in-8, edidit, notisque illustravit; quæ quidem pulcherrima est et accurata editio : hanc editionem novissimæ *Biblioth. PP.* curatores tom. XIV, p. 234, expresserunt.

(58) Ado etiam Gallus anno 859 archiepiscopus Viennensis renuntiatus, inter varia opera a Cave tom. II citato, p. 52, recensita, *Breviarium chronicorum de sex mundi ætatibus*, a mundi initio ad annum 874 perductum, composuit, prodiitque seorsim Parisiis ann. 1522, et cum S. Gregorio Turonensi Parisiis 1512 et 1567, Basileæ 1568, et denique in *Biblioth. P.* tom. XVI, p. 768.

(59) Hugo, ex monacho Virdunensi Flaviniacensis in ducatu Burgundiæ abbas electus, claruit anno 1101, scripsitque *Chronicon Virdunense* in duas partes distributum, primam a Christo nato ad annum 1002, alteram ab eodem anno ad 1102. Opus istud thesaurum undecimi præsertim sæculi incomparabilem vocat Labbæus, qui illud ex ipso auctoris autographo in bibliotheca Jesuitarum Claromontanorum asservato edidit *Biblioth. nov. mss.*, t. I, pag. 75. Vide Cave tom. II citat., pag. 185, et Oudinum tom. II, sæcul. XI, p. 886.

(60) In Synopsi Agobardi apud Baluzium, tom. I, fol. 3.

(61) In notis, p. 4.

(62) *Iter Italicum*, tom. I, pag. 67 edit. Lutetiæ Paris. anno 1724, ubi agit de bibliotheca Vallicellana, in qua prædictus Bedæ codex asservatur.

(63) In eodem codice hæc statim sequuntur : « Ludovichus (sic) quoque imperator defunctus est X Kal. Julii ; et memorabile atque insigne opus, quod Forum Vetus vocabatur, Lugduni corruit ipso die intrantis autumni, quod steterat a tempore Trajani per annos fere 700. 841 Amolo, præfati episcopi diaconus, ordinatus episcopus Lugduno XVI Kal. Februarii. »

(64) Vide *Acta sanctorum*, mensis Junii tom. I, die sexta, p. 748 edit. Venetæ anni 1741, ubi multa

Digitized by Google

quandoque occurrunt, hoc uno exemplo non a librariis temere confictas satis superque constare arbitramur; sed easdem ab ipsismet scriptoribus, vel ab eorum amicis, vel discipulis, vel demum a peritis viris propriis codicibus appositas fuisse credimus; eoque magis, quia sæpe accidit, ut easdem res ipsæ exhibeant, quæ cum antiquis ac fide dignis auctoribus mire consentiunt. Ita in antiquissimo codice bibliothecæ Ottobonianæ, in quo habentur orationes quamplurimæ, S. Gregorii Nazianzeni ad orationem in sancta Lumina hujusmodi nota in margine habetur : Οὗτος δογματικὸς ἐῤῥέθη ἐν Κωνσταντινοπόλει, « hic (nempe sermo) dogmaticus dictus est in Constantinopoli, » quæ etiam legitur in sequenti oratione in Pentecosten. Quas quidem orationes S. Gregorium Constantinopoli habuisse recte ex antiquis monumentis docet Tillemontius (65). In codice Casanattensi (66), ante octingentos annos Longobardicis litteris exarato, in quo habetur genuinus Bedæ *Cyclus*, qui, ut docuit Magnus Norisius (67), ab anno Christi 532 usque ad annum 1063 producitur, multa scitu digna singulis fere annis adnotata sunt, quorum hic aliqua referre non piget. Primo igitur hæc habentur : « Primus Dionysii circulus a Justiniani principis anno 6, qui regnavit annos 38, » quæ omnia veritati prorsus sunt consentanea; Dionysium enim Exiguum suum *Paschalem cyclum* ab anno 6 Justiniani imperatoris, qui incidit in annum 532, auspicasse, multis veterum testimoniis probavit idem Norisius (68), eumdemque imperatorem annis 38, non 40, ut quidam perperam scripserunt, regnasse, alibi idem eminentissimus auctor fuse demonstrat (69). In eodem codice inter annum Christi 773 et 774, indictione XII, hæc leguntur : « Hac indictione venerunt Franci in Italiam. » Francos eodem anno Caroli M. ductu in Italiam fuisse progressos, testantur antiqui scriptores Eginhardus (70), *Chronicon Augiense* (71), et *Chronicon* brevissimum *monasterii S. Galli* (72), a Baluzio edita (73). Eusebius lib. III, cap. 24, *De vita Constantini Magni*, scripsit (74) se omnes ejusdem Constantini leges ac epistolas, ab ipso imperatore datas, quæ ad fidem catholicam spectabant, separato volumine colligere velle, quod num ipse præstitisset, viros doctos diutius latuit; penitusque ipsi ignorassent, nisi Henricus Valesius antiquam codicis Medicæi notam vulgasset, ex qua Eusebium supra laudatarum epistolarum ipsius Constantini Magni codicem confecisse (75) aperte colligitur. Ex his igitur, quæ hucusque de antiquis notis, in vetustis codicibus quandoque exsistentibus fuse nimis, quam par erat, disputavimus, satis superque probasse nobis suademus, easdem notas inter veterum librariorum somnia ac mendacia haud recensenda esse. Superiora enim exempla aperte nos docent, eas vel ab ipsismet auctoribus codicibus suis, vel ab ipsorum discipulis, qui præceptoris sui res gestas probe noverunt, vel demum a peritis et doctis viris quandoque fuisse appositas; qui, etsi scriptoribus ipsis posteriores ætate fuerunt, tamen optimis monumentis edocti, si quid unquam ad codicum suorum oram adnotarunt, non aniles fabulas, sed res sibi plane compertas posteris tradiderunt, quod quidem clarius nobis innotuit, dum ea, quæ in eisdem notis narrantur, incorruptis vetustatis monumentis ad

de S. Agobardi archiepiscopi Lugdunensis cultu, Actis et ætate erudite proferuntur.

(65) Tom. IX, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, pag. 462, *in* saint Grégoire de Nazianze, article 66, des oraisons 38, 39, 40, 44, 31 et 26 de saint Grégoire.

(66) Num. 314.

(67) Dissertatione 3 de cyclo paschali Ravennate annorum 95, tom. II Operum edit. Veronæ an. 1729, pag. 754.

(68) Dissert. 2 de paschali Latinorum cyclo, p. 723 et seqq. tom. II Operum citatæ editionis.

(69) Dissert. historic. de synodo quinta, § 2, tom. I Operum, pag. 683 : « Idque colligitur ex anno obitus Justiniani imperatoris. »

(70) Eginhardus, natione Germanus, Caroli M., qui obiit an. 814, a secretis, imperatori suo admodum charus fuit. Præter *Vitam Caroli Magni*, *Annales etiam rerum gestarum* Pipini regis, Caroli Magni et Ludovici Pii, ab anno 741 ad annum 829, conscripsit, qui pluries fuerunt editi, præsertim a Duchesnio *Scriptorum Francicæ* tom. II, ubi vide p. 29, ad an. 774 edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1686.

(71) Chronicon Augiense est sæculi X, et incipit ab anno Christi 709, desinitque ad annum 954. Exstat apud Stephani Baluzii *Miscellanea* novo ordine digesta et aucta, opera et studio Joannis Dominici Mansi, tom. I edit. Lucæ anni 1761. Lege p. 120, ubi ad annum 773 hæc scripta reperiuntur : « Capta est Italia a Francis, et Carolus Romam pervenit. »

(72) Chronicon hujusmodi est sæculi IX, illudque pariter edidit Baluzius tom. et pag. citatis : incipit ab an. 691 usque ad an. 814. In eo ad annum 774 legitur : « Hoc anno perrexit domnus Karolus ad Romam ad sanctum Petrum, et revertens inde acquisivit Peccunia (melius Pavia) civitate, sive Cicino (melius Ticino) cum rege Desiderio, et cum gaudio reversus est in Francia. »

(73) In eodem tom. I, pag. 120 citatæ ejusdem editionis.

(74) Citato lib. III, cap. 24, pag. 592, ubi agit quomodo Constantinus episcopis et plebibus religiosas litteras sæpius scripserit; ubi ait : « Sed et alia plurima ejusmodi scripsit, ac pene innumerabiles exaravit epistolas; nunc episcopis præscribens ea quæ ad Ecclesiarum Dei utilitatem spectabant; nunc ipsas plebes per litteras compellans, fratresque et conservos suos nominans Ecclesiæ populos, vir beatissimus. Verum hæc separato volumine colligere, alias fortasse otium fuerit, ne hujus historiæ nostræ series interrumpatur. »

(75) Hæc sunt Valesii verba ad hunc Eusebii locum : « Certe Eusebius, quod hic pollicetur, postea implevit, omnesque epistolas et sanctiones imperatoris Constantini, quæ ad catholicam fidem spectabant, speciali libro complexus est. Id me docuit codex Medicæus, in quo ad calcem *Historiæ ecclesiasticæ* præscripta est epistola Constantini ad Palæstinos, quam in superiori libro retulit Eusebius, et post supradictam epistolam leguntur hæc verba : Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ μοι κείσθω. Φέρε δὲ λοιπόν· τοὺς νόμους καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλοῦς καὶ πρωτάτου βασιλέως ἐπιστολάς, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὁμοῦ πάσας συναγάγωμεν.

Digitized by Google

amussim consentire animadvertimus (76). Idcirco Leontium, Anastasium, aliosque ex Græcis, qui Portuensem episcopum Hippolytum dixerunt, non temere locutos fuisse credendum est, sed ex antiquis notis, vel genuinis operum titulis edoctos, hoc posteris per mille quadringentos et ultra annos constantissime tradidisse. Quamobrem Tillemontio et Ceillierio nos satisfecisse putamus, qui Leontii, Anastasii, cæterorumque deinceps Græcorum testimonia, tanquam parum firma, rejiciunt, hoc tantum rationis momento, quod ipsi ea, quæ Eusebius ac S. Hieronymus ignorarunt, scire nullo pacto potuerint. Quod falsum omnino esse, non solum ex iis quæ hactenus diximus, verum etiam ex Athenagoræ facto, de quo nec verbum quidem fecit S. Hieronymus in suo *illustrium virorum Catalogo*, cuilibet notissimum esse potest. Hoc ipsum etiam doctissimis viris, qui Eusebii et ipsius S. Hieronymi silentium nobis objiciunt, alias persuasum fuit; nonnulla enim, ut supra ostendimus, ex notis ipsi mutuarunt, quæ eosdem Eusebium ac S. Hieronymum penitus latuerunt. Vetustissimam igitur Portuensis Ecclesiæ traditionem non æquo jure nunc rejicere Tillemontius et Ceillierius conantur, cum ipsa optimis veterum testimoniis sit probe suffulta, quorum vim simplices conjecturæ vel minimum imminuere nequaquam valebunt.

A

B

VIII. *Cur S. Hippolytus a Græcis quibusdam scriptoribus episcopi Romani, vel papæ nomine donetur, examinatur.*

Objiciet fortasse aliquis, Leontium, Germanum, aliosque ex Græcis scriptoribus, quorum testimonia in prima dissertationis parte retulimus, S. Hippolytum non Portuensem, sed « Romanæ urbis episcopum, imo et papam » vocasse (77). His tamen respondendum, S. Hippolytum a Græcis « Romani episcopi » nomine fuisse donatum, eo quod episcopalem sedem in provincia Romana, id est « suburbicaria, » obtinuerit, quæ Roma ab ipsis vocabatur, ejusque episcopi a Græcis οἱ ἀπὸ Ῥώμης, vel οἱ κατὰ Ῥώμην, « apud Romam, » vel « juxta Romam » appellabantur. « Sic Roma, inquit Stephanus Lemoyne, sumitur pro provincia et eparchio Romano. » In synodo Sardicensi epistola ad Ecclesiam Alexandrinam data fuit, in qua dicitur : Ἡ ἁγία σύνοδος συναχθεῖσα... ἀπὸ Ῥώμης... καὶ Ἰταλίας (78) : « Sancta synodus congregata ex urbe Roma et Italia; » ubi « Roma » pro provincia Romana, « Italia » pro diœcesi Mediolanensi usurpantur (79). Ita etiam in epistola Aureliani de negotio Pauli Samosateni : « Interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ religionis antistites Romani episcopi scriberent. » Quamobrem summopere miramur, quod vir doctissimus Jacobus Combefisius dubitare se asserat, num hæc Græcorum verba, Ῥώμης ἐπίσκοπος, « Romæ episcopus, » eo, quo mox diximus sensu, sint accipienda, eo quod tantam antiquitatem S. Hippolyto supparem non sapiant (80). Sed quid antiquius hac in re adduci poterat imperatoris Aureliani epistola, et synodo Sardicensi? Verum quænam fuerit Græcorum mens, dum S. Hippolytum « Romani episcopi » nomine designarunt, eruditissime patet ex Syncello, Anastasio apocrisiario et Nicephoro, quorum testimonia alias relata sunt. Quam vero provinciæ Romanæ nomen latissime acceptum fuerit etiam Alexandri papæ III ævo, cuilibet Lateranensis concilii subscriptiones inspicienti, a Luca Dacherio primum editas, clarissime patere poterit (81).

C

Nec desunt etiam apud Latinos exempla, ex qui-

(76) Antiquos etiam auctores interdum libris suis alienisque notas aliquas addidisse, multis exemplis probare possemus. Sufficiat tamen nobis Photii exemplum, cujus duas notas antea ineditas vulgavit primo Bernardus de Montfaucon in celeberrima S. Joannis Chrysostomi editione, in § 6 prælationis ad tom V editionis Paris. an. 1724, ex cod. XII sæculi XIII bibliothecæ Coislinianæ, quarum una fol. 52, docemur Photium integram ejusdem S. Patris expositionem in Psalmos nanciscl non potuisse; altera, pag. 21 et 22, S. Joannis Chrysostomi expositionem aliquam in psalmum VIII exhibet, et ad calcem invenitur scriptum : Ὁ Φώτιος γράφει, « Photius scribit. » Legendus hac de re Montfaucon loc. cit.

D

(77) In quodam codice mss. Græco 193 bibliothecæ Coislinianæ exstat Hippolyti fragmentum *de Ezechia*, et *episcopus Romanus* appellatur apud Fabric. Oper. S. Hippolyti tom. I, pag. 271, et tom. II, pag. 31; quo etiam tom. II, pag. 22, pariter habemus : « S. *Hippolyti episcopi Rom. et martyris* fragmenta excerpta ex Commentario in Genesim ex 88 Patribus collecto, qui exstat mss. Vindobonæ in *bibl. augustiss. imperatoris.* »

(78) Synodus Sardicensis anno 347 habita fuit Sardicæ in Illyrico. Exstat hujus synodi epistola apud Labbe tom. II *Concilior.*, p. 694 edit. Venetæ anni 1728.

(79) Hinc in subscriptionibus episcoporum, quæ pag. 692 exstant, invenimus : « Lucius ab Italia de Verona. Severus ab Italia de Ravennensi. Ursacius ab Italia de Mediolano. » Et pag. 688 : « Fortunatianus ab Italia de Aquileia. »

(80) Franciscus Combefisius tom. I *Biblioth. Græc. Patrum Auctar. noviss.*, pag. 63 edit. Paris. an. 1672 : « Quod a viro amicissimo, erudito, infulato (scilicet Petro de Marca archiepiscopo Paris.) observatum, episcopos *Romanos* dici, qui quasi levando onus Romani ipsius antistitis, ejusque vice in Urbe celebrent ad id muneris peculiariter delecti, inter quos se ipse annumerabat, nescio an tantæ antiquitatis sit, ut inde Hippolytus Ῥώμης episcopus audire Græcis potuerit. »

(81) Exstant in tom. I *Spicilegii*, pag. 656 edit. Parisiis anni 1723. Hic illas exscribendas ducimus, ut appareat quam late sese provincia Romana extendisset : « De provincia Romana : Hubaldus Hostiensis, Hugo Terracinensis, Joannes Fundanus, Jonatas Fundanus, Zacharias Marsus, Odalrisius Walvensis, Bodo Reatinus, Formundus Verulanus, Leo Aletrinus, Rodulphus Ferentinus, Asahel Agninus, Petrus Signinus, Milo Tyburtinus, Joannes Sutrinus, Martinus Nepesinus, Censius Tuscanensis, Petrus civitatis Castellanensis, Armatus Narniensis, Paulus Hortanus, Petrus Amelinus, Richardus Urbevetanus, Gratianus Tudertinus, Vivianus Perusinus, Petrus Castrensis, Leo Clusinus, Martinus Grosse-

Digitized by Google

bus constat suburbicarios antistites « Romanos episcopos » vocatos fuisse; quos etiam summus pontifex Nicolaus II in decreto de electione Romani pontificis in synodo Romana (82), anni 1059 emisso, « cardinales episcopos » nominat. In Chartanus, Paulinus Tunensis, Gulfranus Sunensis, Guilelmus Lucensis, Petrus Lunensis, Rufinus Assisinas, Raimerus Castellanus, Rasisericus Spolentinus, Offreductus Eugubinus, Aloderius Callensis, Guisso Urbinas, Nicolaus Simphronius, Jacobus Senegalliensis, Acceptabilis Camerinensis, Jordanus Humanensis, Petrus Firmanus, Rainaldus Esinus, Gentilis Ausumanus, Mimaldus Phanensis, Jochelinus Ariminensis, Petrus Piscariensis, Julius Florentinus, Lamfractus Fesulanus, Tedbaldus Placentinus, Stephanus Monopolitanus, Anselmus Methensis, Radulphus Melsensis S. Marci. » Concilium hujusmodi Lateranense an. 1179 celebratum fuit.

(82) Exstat in concilio Romano decretum de electione Romani pontificis in tom. XII *Concilior.* edit. Venetæ an. 1730, pag. 50, in quo hæc leguntur : « Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligere apostolicæ sedis pontificem, ubi congruere viderint. » Huic decreto subscripserunt Bonifacius Albanensis, Ubertus Sylvæ Candidæ Ecclesiæ, Petrus Ostiensis episcopus, aliique numero 76. In codice Vaticano num. 1984 exstant hujusmodi episcoporum subscriptiones, a Labbe p. 51, editæ, in quibus episcopi suburbicarii *Romani episcopi* dicuntur : « Bonifacius Dei gratia Albanensis episcopus, Ubertus episcopus sanctæ Sylvæ Candidæ Ecclesiæ, Petrus Ostiensis episcopus, Petrus Lavicanus episcopus. Hujusmodi Romani episcopi subscripserunt unacum Joanne Portuensi episcopo. » Hoc ipsum decretum habetur etiam in *Chronico Farfensi* edito a Muratorio tom. II, part. II, *Rerum italic. scriptor.*, pag. 645 edit. Mediolani 1726. In quo has legimus subscriptiones pag. 646 : « Nicolaus episcopus sanctæ catholicæ et apostolicæ Romanæ Ecclesiæ huic decreto a nobis, sicut superius legitur, promulgato, subscripsi, et Romani episcopi 5, id est, Bonifacius Albanensis, Umbertus Sylvæ Candidæ, Petrus Ostiensis, Petrus Lavicanus, et Joannes Portuensis; et cardinales 4, Joannes tituli S. Marci, Leo tit. S. Laurentii in Damaso, Guido S. Mariæ trans Tiberim, Desiderius S. Cæciliæ : et diaconi 3, Martius, Crescentius, Amantius, etc. » Ubi episcopus Joannes Portuensis inter *episcopos Romanos* est relatus.

(83) In *Itiner. Ital.*, pag. 145, § 10, tom. I *Musæi Italici* edit. citatæ Lutetiæ Parisiorum anni 1724 : « Dodo episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ dedit libras quinque pro rebus post mortem, id est ecclesiam S. Mariæ cum casamento ipso Cassiano. Actum mense Octobri, temporibus Benedicti VIII. » Post hujusmodi relata verba hæc ipse Mabillonius prosequitur : « In alio diplomate illi suffraganei vocantur *Romani episcopi*. Dodo mox laudatus videtur fuisse episcopus Sabinensis omissus apud Ughellium. » Hunc Dodonem P. Faustus Antonius Marroni cleric. regularium scholarum Piarum *De Ecclesia et episcopis Sabinensibus Commentar.*, p. 29 edit. Romæ anni 1758, e Sabinensium episcoporum numero expungit, et potius ad Ecclesiam Narniensem spectare suspicatur. Utcunque sit, nostra sententia robur acquirit, cum etiam Narniensis Ecclesia in suburbicaria provincia exsistat.

(84) Hanc inscriptionem per extensum refert idem Mabillonius loc. cit., quando agit de ecclesia Beatæ Mariæ de Capella trans Tiberim, olim *S. Mariæ ad Pineam* nuncupata; hanc etiam ab ipso descriptam hic referre non piget : « Anno Domini 1090, indict. XIII, mense Mart. die XXV, dedicata est hæc tulario Farfensi, Mabillonio teste (83), Dodo episcopus Sabinensis, *S. Romanæ Ecclesiæ episcopus* dicitur; quemadmodum quoque in inscriptione anni 1090 episcopus Sabinensis et Tusculanus vocantur *episcopi Urbis* (84). Leontius itaque, Germaecclesia S. Mariæ, quæ appellatur *ad Pineam*, per episcopos urbis, id est V. Savinensem et Joannem Tusculanens., tempore domni Urbani II papæ, in qua sunt reliquiæ ex vestimentis sanctæ Mariæ Virginis, vel : Petri apostoli, Cornelii PP., Callixti PP., Felicis PP., Hippolyti mart., Anastasii mart., Melixi, Marmeniæ mart.

Da Damaso vitam post mortem, Christe redemptor. » Sabinensis episcopus in inscriptione memoratus *Ubaldus* vocabatur, de quo legendus Ughellius *Ital. sac.* tom. I, pag. 560 edit. Venetæ an. 1717. Hic subscripsit bullæ Urbani II favore monasterii Cavensis anno 1092, pontif. IV, datæ. Legendus quoque in hanc rem idem Faustus Antonius Marroni *De Ecclesia et episcopis Sabinensibus Commentar.*, p. 41. Multa sunt alia documenta, in quibus suburbicarii antistites *Romani episcopi* nominantur; aliqua tamen præcipua his adjungere visum est. Ughellius tom. V *Ital. sacr.*, pag. 50, affert documentum consecrationis templi patriarchalis Aquileiensis a Poppone patriarcha, qui illud exstruxerat, anno 1031 peractæ, quod prostat ad ejusdem ecclesiæ australem januam, in quo duo cardinales assistentes *episcopi Romani* dicuntur. « 1031, indictione XIV, in Idus Julii. Ego Poppo hujus Aquil. Ecclesiæ patriarcha unacum duobus Romanis episc. cardinalib. et 12 coep., præsidente D. Joanne papa XIX, et imperatore Conrado Augusto, consecravi hoc templum in honorem S. Mariæ genit. Dei, et SS. martyr. Hermach. et Fortunati, etc. » Ipse Poppo multa huic Templo donavit pro institutione quinquaginta presbyterorum, qui in eo divina persolverent, ut ex donationis instrumento ab eodem Ughellio, p. 51, descripto apparet, quam donationem etiam ex consilio *duorum Romanorum pontificum*, id est episcoporum, se fecisse commemorat his verbis : « Quibus (quinquaginta fratribus) et ex consilio, voluntate advocati ejusdem Ecclesiæ honorabilis viri Valperti, nec non ex consilio duorum Romanorum pontificum, Joannis et Dudonis, simulque cæterorum coepiscoporum, scil. Roberti Concordien... quædam ex bonis ejusdem Ecclesiæ... concessi. » Et in fine : « Actum in eadem ecclesia anno Dominicæ Incarnationis 1031... Residentibus autem duobus Romanis pontificibus cum cæteris episc. et clericis, etc. » Joannes et Dodo fuerunt cardinales, ut patet ex eorum subscriptionibus ad calcem prædictæ donationis apud Ughellium p. 53 relatis : « Ego Poppo sanctæ Aquileiensis Ecclesiæ patriarcha propria manu subsc. Ego Joannes Romæ Ecclesiæ cardinalis episcopus subscripsi. Ego Dodo similiter S. R. E. cardinalis episcopus subscripsi, etc. » De his omnibus videndus Joannes Franciscus Bernardus Maria de Rubeis, *Monumenta Ecclesiæ Aquileiensis*, cap. 55, p. 513 et seqq. edit. Argentinæ anni 1740. Insigne tamen pro nostra sententia habemus documentum in lib. VI Luitprandi, qui an. 946 circiter claruit, *De rebus imperatorum et regum*, cap. 6, pag. 115 edit. Antwerpiæ anni 1640, qui de synodo agens Ottonis I jussu contra Joannem XII celebrata, hanc, rogantibus etiam *Romanis episcopis*, coactam fuisse tradit : « Post triduum rogantibus tam Romanis episcopis quam plebe, magnus in S. Petri ecclesia fit conventus, sederuntque cum imperatore archiepiscopi. Item cap. 7, p. 116 : « Romani pontifices et cardinales presbyteri, ac diaconi cum universa plebe » commemorantur, quemadmodum etiam cap. 9, p. 118, in epist. eidem Joanni papæ data ab eodem imperatore

Digitized by Google

nus, aliique, qui S. Hippolytum episcopum Romanum vocant, Anastasio apocrisiario, Syncello, cæterisque omnino consentiunt, atque hoc plane nomine ipsum appellarunt, quia Portuensis Ecclesiæ episcopus fuit, quæ in suburbicaria provincia sita est, quam Græci *Romam* dixerunt.

Papæ demum titulum, quem S. Hippolyto tribuunt antiqui codices Taurinensis, Ottobonianus et Vaticanus 1431, non Romanum pontificem, sed cujuslibet urbis episcopum designare nemo est qui nesciat. *Papæ* enim nomen omnibus Christiani orbis episcopis ante XI sæculum commune fuit, ut notant eruditi viri Ruinartius (85), Ludovicus Thomassinus (86), atque, ut alii quamplurimi prætereantur, Bollandi continuatores in erudita (87) dissertatione, quam de *papæ* nomine Vitæ S. Heraclæ

his verbis : « Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet episcopos, cardinales, presbyteros, diaconos, et universam plebem de vestra absentia percontaremur, et quid causæ esset quod nos Ecclesiæ vestræ, vestrique defensores videre noluissetis, talia de vobis, tamque obscœna protulerunt, ut, si de histrionibus dicerentur, vobis verecundiam ingererent. » Item cap. 10, p. 120, habemus : « Ad hæc Romani pontifices, reliquusque clerus, et cunctus populus dixerunt : Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum. » Et tandem cap. 11, p. 122 : « Residentibus itaque domno Leone summo et universali papa in ecclesia Lateranensi, et imperatore sanctissimo Othone, et episcopis Romanis, Italicis, etc. » Apud Josephum Mariam Suaresium lib. II *Prænestes antiquæ*, cap. 10, pag. 187 edit. Romæ anni 1655, legimus ex Flodoardo in epist. Hincmari Rhemensis Petrum episcopum quemdam Romanum. In *Chronico Farfensi* Romanus quidam episcopus nomine Petrus jam ninnis vetulus Romæ morans apud S. Vincentium juxta ecclesiam Beati Petri sub Leone IX recensetur anno 1048, Beroaldo vigesimo septimo abbate præsidente cœnobio, apud ipsum Suaresium loc. cit., qui etiam refert, lapidi altaris monasterii S. Gervasii d'Eysses in Agennensi diœc., quod anno 1577 Calvinianorum rabie incensum dirutumque fuit, ab evangelii cornu ad cornu epistolæ legi incisum hoc epitaphium : « Hic requiescit beatissimus Aduinus episcopus urbis Romæ. » Plura vide apud eumdem Suaresium cap. cit., ubi etiam prodit, p. 189, Romæ habitasse episcopum Ostiensem in monasterio, seu abbatia S. Mariæ in Pallaria ; Ecclesiam S. Laurentii in Miranda fuisse episcopium Sabinense, atque ex Anastasio Bibliothecario et Innocentio III, episcopium Albanense commemorat. In basilica Lateranensi septem cardinales episcopi celebrabant, unicuique die assignata : Dominica scilicet sacrum faciebat episcopus Ostiensis ; fer. II, sanctæ Rufinæ ; III, Portuensis ; IV, Sabinensis ; V, Prænestinus ; VI, Tusculanus ; Sabbato, Albanus ; qui papæ divina conficienti etiam assistebant cum abbatibus designatis. Hinc non solum interdum *episcopi Lateranenses* ii cardinales nuncupati fuere, verum etiam alii episcopi suburbicariæ provinciæ hoc nomine aliquando appellati reperiuntur, et idem Suaresius loc. cit., p. 119, in oppido Poli se legisse testatur in ecclesia S. Stephani inscriptionem anno 1138 incisam, in qua *Guido cardinalis episcopus Lateranensis et S. Tiburtinæ Ecclesiæ nuncupatur*. Plura vide apud ipsum Suaresium toto cap. 10 citato, in quo de sex episcopis cardinalibus abunde disserunt.

(85) Ruinart. *Act. martyrum*, pag. 148, necnon pag. 304, in Actis SS. Theodoti, etc., et ad verba : « Sic lamentantibus illis, singulos amplexus est sanctus, monuitque, ut quando veniret papa B. Fronto, etc., » hæc notare non omittit : « Jam observavit noster Mabillonius in Actis SS. Mammarii et aliorum martyrum Africanorum tom. IV *Analect.*, *papæ* seu *papatis* nomen presbyteris etiam tributum fuisse. Græcum hic habet, ὁ Πάπας, quo nomine donatur Antonius presbyter in Actis SS. Juliani et Basilissæ, in vetustissimo lectionario Luxoviensi. »

(86) Lib. I, part. I, cap. IV, *Vetus et nova Ecclesiæ disciplina*, pag. 11 editionis citatæ

(87) Exstat tom. V. *Act. sanctorum* mensis Junii, in *Patriarcharum Alexandrin. Historia chronologica*, parergon. 11, pag. 22 edit. Venetiis anno 1744, ubi multa de origine et notione nominis *papæ* erudite habentur. Inter varias hujusce nominis, quæ afferuntur, origines, ea potissimum nobis placet, quæ cardinali Baronio in notis ad diem X Januarii, pag. 21 cit. edit., aliisque probata fuit, nempe hujusmodi vocem a Græco Πάπας, id est *Pater*, esse repetendam, non vero, ut alias etymologias nullius momenti prætermittamus, a duabus dictionibus *Pa-Pa*, nempe *Pater Patrum* ; ex eo quod, ut recte ibidem observat ipse Baronius, Hormisda in epistola synodali concilii provincialis Epiri et *Pater Patrum*, et *Papa* nuncupatur : « Synodus veteris Epiri, Joannes, Matthæus, Constantinus, etc., domino nostro per cuncta sanctissimo et beatissimo Patri Patrum, Comministro, ac principi episcoporum Hormisdæ papæ. » Videnda quæ hac de re Joannes Baptista Solerius in citata *Hist. patriarcharum Alexandrinorum chronologica*, num. 153, p. 25, adnotavit, qui pariter pulcherrime observat num. 154, p. 26, a Græcis hujusmodi nomen ad Latinos transiisse : et recte quidem ac merito hic titulus summo pontifici convenit qui ut ejusdem Solerii, num. 156, verbis utamur, fidelium Pater est « non natura, aut gente, sed ætate et admonitione, auctoritate et doctrina. » Hinc, ut inquit Baronius in loc. cit., « cum futuris temporibus obtinuisset communis usus, ut *papæ* nomen tantummodo Romano tribueretur pontifici, et schismatici illud sibi in odium ejusdem Romani præsulis fastu superbo vindicarent, aliaque non concessa præsumerent ; Gregorius VII papa anno a Christo Domino 1073, sui vero pontificatus anno tertio, sexto Kalendas Martii, indict. XIII, habuit Romæ synodum adversus schismaticos, ubi statuit inter alia plura, ut *papæ* nomen unicum esset in universo orbe Christiano, nec liceret alicui seipsum vel alium eo nomine appellare. Hæc in Regesto epistolarum Gregorii VII, quod asservatur in bibliotheca Vaticana, ubi canones ejus synodi scripti habentur. Servant id ipsum Græci, ut nomine *papæ* Romanum pontificem intelligant, ut ex Nicetæ Choniatæ scriptis apparet. » Hujusmodi *papæ* nomine antiquissimis temporibus non solum clerici venerandi, quemadmodum loc. cit. nos monet Baronius, et Rigaltius in suis ad S. Cyprianum observationibus apud Solerium num. citat. 153 ; verum etiam presbyteri, hieromonachi, et parœciarum rectores appellabantur, ut notat Gangius in suo *Glossar.* verb. *Papa*, et hoc nomine vocatum fuisse Mammarium Africanum martyrem in Actis ejusdem refertur ab eodem du Cange loc. cit. : « Est, qui tibi pro nobis respondeat, Mammarius Papa noster. » Joannes Pearsonius in *Vindiciis epistolarum S. Ignatii*, part. I, cap. 11, p. 330, in *SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt* tom. II exsistentibus, et du Cange loc. cit., *papæ* nomine solum patriarcham Alexandrinum inter Orientales Ecclesiæ præsules postremis temporibus fuisse vocatum tradunt. Hoc nomen priscis temporibus accommodatum fuisse episcopis, innumera nos monent antiquitatis documenta. Clerus Romanus ad Carthaginensem scribens de morte S. Cypriani hæc ait, epist. 8, juxta ordinem Fellii sæpius

Digitized by Google

patriarchæ Alexandrini subjecerunt. Hinc etiam Prudentius Valerianum Cæsaraugustanum episcopum, cui elegantissimum hymnum de S. Hippolyto nuncupavit, his carminibus *papam* nominat :

Rorantes Saxorum apices vidi, optime papa,
Purpureasque notas vepribus impositas.

Tandem sanctissimus pontifex Gregorius VII edita constitutione hujusmodi nomen soli Romano pontifici merito reservavit.

IX. *Stephani le Moyne sententia de Romano S. Hippolyti episcopatu expenditur.*

His tamen non acquiescit Stephanus le Moyne (88), sed sibi probabile videri fatetur, S. Hippolytum ipsiusmet Romæ episcopum esse potuisse, notissimo exemplo Lini, Cleti, Clementis, quos uno eodemque tempore episcopatum obtinuisse nonnulli autumant. Sed qui paulo supra tam egregie nos docuit, S. Hippolytum Romanum episcopum ab antiquis vocatum, quia episcopatum in Romana provincia obtinuit, idque multis exemplis ex ecclesiastica antiquitate petitis comprobavit, quorum præcipua nos ipsi jam superius exscripsimus, huic puræ ac inani conjecturæ nullo modo assentiri debebat, cum apud veteres altum de re maxima inveniatur silentium. Quod quidem evenire nunquam potuisset, si S. Hippolytus augustissimam B. Petri cathedram ascendisset. Nec Lini, Cleti et Clementis exemplum quidpiam hanc ipsius le Moyne conjecturam juvare potest; etenim magni scriptores Baronius (89), Pagius (90) Tillemontius (91) antiquorum auctorum, sancti Irenæi (92) scilicet, S. Epiphanii (93), aliorumque testimoniis innixi, con-

citatæ edit. Amstelodami anni 1700, p. 179 : « Didicimus secessisse benedictum papam Cyprianum a Clemente subdiacono. » Ad quæ verba hæc scribit Rigaltius p. eadem : « Sic appellari Carthaginis episcopum non invident Romani ; sed nec aliter appellat Romanum pontificem Tertullianus libr. *De Præscript. adversus hæreticos*, et lib. *De pudicitia*. Hi fuere tunc Romano pontifici cum plerisque aliarum urbium episcopis tituli communes. » Hinc etiam in titulo epist. 30, pag. 209, hæc leguntur : « Cypriano papæ presbyteri et diaconi Romæ consistentes salutem. » Sicuti etiam in titulo epist. 35, p. 218. Frequenter quoque apud alios antiquos Ecclesiæ Patres *papæ* nomine episcopos vocatos novimus. Ita apud S. Hieronymum lib. III *contra Rufinum*, Oper. S. Hier. tom. II, p. 545, num. 16 edit. Vallarsii an. 1735 : « Scribis quoque, me litteris indicasse, quod papa Theophilus expositionem fidei nuper ediderit, quæ ad vos necdum pervenit, » et paulo post : « Tu qui papæ Theophili dicis te in omnibus sententiam sequi ; » et deinde paucis interjectis, *papam* Epiphanium nominat ; exstant etiam epistolæ 86 et 88 ejusdem S. doctoris *beatissimo Papæ Theophilo datæ*, Oper. tom. I, p. 531 et 532 edit. ejusdem Vallarsii 1754, in quarum altera p. 533 habentur hæc verba : « Admitere ergo, papa amantissime atque beatissime, et per omnem occasionem ad Occidentales episcopos scribe, ut mala germina, acuta, ut ipse significas, succidere falce non cessent. » In qua etiam Anastasius summus Pontifex *papa* vocatur pag. eadem. Ita pariter in epistolis 102 et 103, tom. I, p. 626 et seqq. *sancto ac beatissimo papæ Augustino* datis, hæc inveniuntur : « Memento mei, sancte ac venerabilis papa, et sanctum ac venerabilem fratrem nostrum papam Alypium, ut meo obsequio salutes, obsecro... Incolumem te et memorem mei Christus Dominus noster tueatur omnipotens, domine vere sancte et suspiciende papa. » Innumera alia sunt apud eumdem S. Hieronymum hujusmodi exempla, quæ prætereuntur consulto, ne longiores simus in re exploratissima : innumera quoque apud S. Augustinum in epistolis 13, 18, 222, 256, aliosque, quos laudat Joachimus Vadianus lib. *De primitivæ Ecclesiæ statu* sub finem, Bignonius ad lib. I Marculfi, Savaro ad Sidonium lib. I, epist. 6. In serie quoque episcoporum Metensium scripta sub Carolo Magno Chrodegangus *papæ* nomine insignitur :

Nobilis in cunctis papa Chrodegangus habetur.

Plura vide apud *du Cange* loc. cit. ; Theophilum Raynaudum Oper. tom. X, in Onomastico pontificio, verb. Papa ; Macri *Hierolexico* verbo eodem, aliosque qui hoc de nomine abunde disseruerunt. Hinc, ut inquit du Cangius loc. cit., « cum communis esset illa nomenclatura, factum est ut Romani pontifices titulum *universalis* nomini *papæ addiderint* » : sic *universalis papa* dicitur Joannes VIII in synodo Ticinensi an. 876, tom. II capitular., col. 237 et 239. Idem summus pontifex *papa coangelicus compellatur* in synodo Romana an. 877, ibid. p. 255.

(88) Diatrib. de S. Hippolyto inferius citanda, p. 29 : « Sed rem forsan non a vero ita alienam asseremus, si dicamus illum (Hippolytum) etiam ex parte in se suscepisse onus regendi ipsius episcopatus Romani. Nam Hippolyti tempore multi Arabes et Græci Romæ agebant, quos forsan episcopus Hippolytus regebat, et quibus sacra Græce vel Arabice administrabat. Nec insolentis hoc erat moris, duos in una urbe episcopali admittere episcopos. Sic Roma in ipsa Linus, et Clemens, et Cletus dicuntur successores Petri, quod videtur seriem et ordinem successionis episcoporum Romanorum aliquo modo turbare. Sed optime a viris egregie doctis hoc conciliatur, asserendo Clementem, Linum, Cletum fuisse episcopos simul et eodem tempore, unum Pauli, alterum Petri, unum circumcisionis, alterum præputii, unum Judæorum, alterum gentium, unum Latinorum, qui in urbe degebant, et nondum Latinæ linguæ satis assueverant. »

(89) Ad annum Christi 69, num. 41, p. 646, tom. I cit. edit., ubi multa in idem argumentum sanctorum Patrum affert testimonia.

(90) *Breviario historic. chronologico-critico*, ubi agit de his pontificibus pag. 5 et seqq., tom. I edit. Lucæ an. 1729.

(91) Tom. II *Mémoires*, etc., art. 2, *in* Saint Clément, pag. 152 et seq., et note 1, sur S. Clément, pape, p. 545 et seqq.

(92) Lib. III *Adversus hæreses*, cap. 3, p. 202 edit. Oxoniæ cit. an. 1702 : « Fundantes igitur et instruentes beati apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus in his, quæ sunt ad Timotheum Epistolis, meminit. Succedit autem ei Anacletus, post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui vidit apostolos et contulit cum eis. » Videnda quæ ad hunc locum adnotantur a Joanne Ernesto Grabe.

(93) *Adversus hæreses* lib. I, tom. I, hæresi 7, vel 27, n. 6, p. 107, cit. edit. Parisiensis : « Etenim Romæ primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt. Inde Linus, tum Cletus. Post hunc Clemens Petri et Pauli temporum æqualis, de quo Paulus meminit ad Romanos scribens. » Et paulo post : « Sed utcunque sese habuerit, Romanorum pontificum ista successio est : Petrus, et Paulus, Linus, ac Cletus, Clemens, Evaristus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui est a me paulo ante in episcoporum ordine numeratus. »

Digitized by Google

stantissime tenent, S. Petro Linum, Lino Anacletum, Anacleto Clementem in summi apostolatus munere successisse. Hunc Moynii locum exscribit Joannes Albertus Fabricius in libro cui titulus *Salutaris lux Evangelii*, abs se edito (94), in quo Christianæ fidei initia apud omnes gentes ea, qua par est, eruditione repandit, additque ipsius Moynii testimonium, ut probet duos episcopos unam eamdemque Ecclesiam eodem tempore gubernasse. Sed hasce Presbyterianorum tricas jam centies radicitus convulserunt viri præstantissimi ex nostris, et ex Anglicanis quamplures, inter quos Thomas Dilsonus, Henricus Hamondus, et Joannes Pearsonius, qui peritioris eruditionis laude et ingenii acumine plurimum excellunt. Denique Jacobus Basnagius præcipuum hocce Moynii somnium convellit in suis de S. Hippolyti vita et scriptis animadversionibus (95).

X. *Tillemontii conjectura, qua sanctum Hippolytum Antiochiæ passum, et in vicina Syria episcopum fuisse, refellitur.*

Tillemontius (96) in eam videtur inclinare sententiam, quod S. Hippolytus gloriosam martyrii palmam Antiochiæ consecutus sit; ideoque in aliqua proxima Syriæ urbe episcopatum obtinuisse censet. Hanc conjecturam diligenti quadam veterum Martyrologiorum inspectione fulcire utitur; sed irrito prorsus conatu. Antiquissimum enim martyrologium, cuilibet præferendum, quod edidit Dacherius, diserte habet : « In Tuscia B. Hippolyti episcopi de antiquis. » Huic consentit aliud Martyrologium bibliothecæ Ottobonianæ, in quo paucissima sanctorum nomina qualibet die occurrunt. Ex hujusmodi igitur Martyrologiis constat S. Hippolytum, nec Antiochiæ passum, nec in Syria, sed in Tuscia. Nec addat Tillemontius, mendum et confusionem in hoc Martyrologio irrepsisse, eo quod alia Martyrologia hac eadem die presbyterum Antiochenum Novati discipulum celebrent, Græci vero S. Hippolytum *papam* Romæ referant; proindeque credendum sit, Hippolytum, qui Antiochiæ passus est, non presbyterum, sed episcopum fuisse, non Romæ, ut Græci habent, sed in Syria. Iis enim respondemus cum doctissimo Ruinartio (97), antiqua, quæ « Adonem præcesserunt, et aliquot ex his, quæ post (ejusdem Adonis) ætatem scripta sunt, nudum Hippolyti nomen die XXX Januarii » exhibere; quo fit, ut his conjecturis et emendationibus Tillemontii nullus supersit locus. Antiquissimi Martyrologii Dacheriani et pervetusti Ottoboniani lectio confirmatur a tot antiquis scriptoribus, quos superiori hujusce dissertationis parte recensuimus, ex quibus aperte colligimus S. Hippolytum Portus Romani, qui ad antiquæ Tusciæ fines pertinuit, episcopum exstitisse.

XI. *Bignæi sententia de duobus Hippolytis rejicitur.*

Demum Margarinus Bignæus (98), duos et ipse Hippolytos confinxit : unum scilicet Græcum, cujus luculentissima exstant monumenta ab ipso aliisque edita; Portuensem alterum, quem Romana veneratur Ecclesia; « per me liceat, inquit, duo sint Hippolyti, Latinus unus ille prior Portuensis, Græcus vero alter hujus orationis auctor. » Peculiaris hujusce sententiæ potissimam his verbis affert rationem : « Non ita esse verisimile Italum episcopum, vel Græce scripsisse, vel fuisse tanta necessitudine cum Origene conjunctum. » Verum levissimæ huic conjecturæ nimium indulsit Bignæus. Quapropter jure ac merito Leo Allatius hanc ipsius divinationem rejecit in descriptione codicis Ghisiani, quam, ut alias diximus, edidit doctissimus Josephus Blanchinus in *Vindiciis sacrorum codicum* his verbis (99): « Sed hac sua opinione fallitur Bignæus; possem plures enumerare Italos in Græcis non tantum intelligendis sed scribendis etiam fuisse versatissimos; ut de aliis sileam, Ælianus Præneste natus tantum in Græca oratione valuit, ut *Apis Attica* inter Græcos a Græcis ipsis vocari meruerit. » Allatio subscribunt doctissimi editores *Bibliothecæ Patrum* editionis Lugdunensis, qui Margarinum errasse scribunt; « nam S. Hippolytus Portuensis episcopus Græcus fuit, et Græce scripsit. »

(94) Cap. 15, p. 353, edit. Hamburgi an. 1731.

(95) In tom. I *Antiq. lect.* Henrici Canisii, pag. 3 : « Multo minus crediderim, illum (Hippolytum) Romanam sedem tenuisse. Quidquid enim fuerit de nascentis Ecclesiæ primordiis, verisimile non fit binos episcopos Romanam rexisse Ecclesiam ineunte tertio sæculo, quo vulgatum ferebatur axioma : *Unus Deus, unus episcopus.* Id non latuisset Hieronymum, plurimos annos in ipsa Roma versatum; qui tamen Hippolyti sedem episcopalem ignoravit. Denique de tam solemni exemplo geminorum episcoporum in una eademque sede non siluissent vel schismatici, vel cæteri scriptores ecclesiastici. »

(96) Sæpius citato tom. III, pag. 242 : « Bollandus et Florentinus croient que saint Hippolyte, marqué le 29 et le 30 de Janvier dans les *Martyrologes* de S. Jérôme, comme un évêque de l'antiquité, et dans quelques-uns comme ayant souffert à Antioche, est le grand Hippolyte dont nous parlons. Les Grecs l'honorent en effet dans ces mêmes jours, quoiqu'ils rapportent très-mal son histoire, le confondant avec celui de Porto. S'il a effectivement souffert à Antioche, c'est une grande preuve qu'il a été évêque dans l'Orient, et sans doute dans la Syrie. » Et pag. 674, in Notis ad S. Hippolytum, in fine notæ 2, hæc repetit : « Comme Usuard et Adon ne parlent point du tout de S. Hippolyte évêque, cela peut donner quelque sujet de croire que ç'a plutôt été en Orient qu'en Occident qu'il a exercé l'épiscopat et qu'il a souffert le martyre. Nous verrons en effet dans la note 4 un S. Hippolyte évêque marqué à Antioche le 29 et le 30 de Janvier, et on croit que c'est celui-ci. Pierre Damien le fait aussi venir de devers Antioche. Ainsi il aura pu être évêque de quelque petite ville de Syrie. » Legenda pariter sunt ea, quæ in nota 4, ab eodem Tillemontio de S. Hippolyti episcopatu proferuntur.

(97) *Act. martyrum*, in admonitione in martyrium S. Hippolyti, pag. 144 citatæ editionis Veronensis.

(98) *Biblioth. Patrum*, tom. III, pag. 252 edit. Lugduni anni 1677.

(99) Tom. I, fol. 262.

Digitized by Google

Quamobrem summopere miramur virum alioquin eruditissimum tam futilibus argumentis innixum duos Hippolytos finxisse; nam, quod attinet ad summam illam necessitudinem, quam, ipso Photio teste (1), cum Origene Hippolytum nostrum habuisse credit, hoc facili evanescit negotio. Hippolytus enim, qui Irenæi discipulus fuit, quique idcirco in Occidente meliorem vitæ suæ partem transegit, haudquaquam tanta necessitudine cum Origene conjunctus esse potuit, qui primo Alexandriæ, deinceps Cæsareæ, Cappadociæ, Tyri, aliisque Orientis locis ad obitum usque moratus est (2). Hinc optimo quidem jure doctissimi viri nonnulli, inter quos Sebastianus Tillemontius (3), Photii lapsum exagitant, qui ex prava Hieronymiani *Catalogi* Græca versione a Sophronio adornata deceptus, Hippolytum nostrum Origene familiarissime usum, illique septem et amplius notarios suppeditasse dictitavit; cum hæc non Hippolyto, sed Ambrosio (4), munificentissimo Origenis Mæcenati, tribuenda omnino sint. Photium denique hujusmodi erroribus obnoxium quandoque fuisse docent eruditi viri, et præcipue ipse Tillemontius (5), qui ejus prochronismum de S. Panteni ætate, quem apostolorum discipulum falso credidit ipse Photius, primus detexit. Quod denique miretur summopere Bignæus, Italum episcopum Græce scripsisse, id quidem Portuensi Hippolyti nostri sedi haud obesse potest, cum S. Clemens I Romanus pontifex luculentissimam epistolam Græce conscripserit (6), et S. Irenæus Lugdunensis episcopus Attico sermone magnum illud contra hæreses opus aliaque non pauca exaraverit. Nec cuiquam hucusque, quod sciamus, in tanta scriptorum turba in mentem venit, Romanæ S. Clementis et Lugdunensi S. Irenæi sedibus contradicere, propterea quod illi Græce scripserint, Halloixio (7) excepto, qui, futilibus conjecturis indulgens, S. Irenæum Thyatirenorum in Lycia antistitem exstitisse credidit.

XII. *Stephani le Moyne sententia de Arabica S. Hippolyti sede exponitur.*

Stephanus le Moyne sæpius citatus, superiori sæculo exeunte, collectaneam quamdam veterum Patrum, cui titulus *Varia sacra*, edidit Lugduni Batavorum anno 1685, duobus tomis in-4, in quorum uno, pag. 53, fragmentum vulgavit sermonis S. Hippolyti contra Græcos, seu contra Platonem, *De universi causa*. Hac arrepta occasione in Prolegomenis, omnigena eruditione refertis, diatribam de S. Hippolyto instituit, in qua de ejus sede, scriptis rebusque gestis fusius agit (8). Primo itaque illum gente Arabem fuisse scribit, conjectatque

(1) Codice CCXXI, pag. 302 cit. edit.: « Ferunt item hunc (Hippolytum) conciones ad populum, Origenis imitatione, habuisse, illoque familiarissime utentem, tantum esse factum scriptorum ejusdem admiratorem, ut ad divinam Scripturam commentario illustrandam hortando impulerit: additis etiam illi suo sumptu septem notariis qui dictata celeriter exciperent, totidemque librariis qui accurate describerent; hæc igitur subministrantem Hippolytum, sine remissione solitum exigere opus, quod elaborasset Origenes, atque hinc etiam *operis exactorem* in epistola quadam ab eo nominari. »

(2) Legendus S. Hieronymus lib. *De viris illustribus*, cap. 54, pag. 878, tom. II Operum citatæ editionis, ubi de Origene, ejusque operibus et itineribus multa commemorat.

(3) Note 3, sur saint Hippolyte, pag. 675, tom. III, sæpius citato.

(4) Hac de re legendus Eusebius *Histor. ecclesiastic.* lib. VI, cap. 23, pag. 287, et D. Hieronymus lib. *De viris illustribus*, cap. 61, p. 887 ejusdem Vallarsii editionis. Hunc Photii errorem corrigit etiam Aubertus Miræus in sua *Bibliotheca ecclesiastica*, ad caput 56 libri *De viris illustribus* S. Hieronymi, pag. 134 editionis Hamburgi anni 1718.

(5) Tom. III citato, pag. 171, ubi erudite de S. Panteno agit.

(6) Exstat apud Petrum Coustant *Epistol. Romanorum pontificum*, tom. I, p. 9 citatæ edit. Paris. anno 1721. Vide monitum ad eamdem epist. p. 6.

(7) Petrus Halloix, *De vita S. Dionysii Corinthiorum episcopi*, etc., pag. 608 edit. Duaci an. 1636.

(8) In Prolegomenis ad *Varia sacra*, pag. 29, terg.: « Si mentem nostram ulterius liceat aperire, et si nova conjectura præcedentes cumulare adhuc mihi concedatur, quid impedit quominus dicamus Hippolytum fuisse episcopum Portus Romani? Non quidem Portus Ostiensis, Portus ad littus maris Tyrrheni ad Ostia Tiberis; sed Portus Romani in Arabia. Nam revera in Arabia Portus erat nobilissimus, Romanis præcipue notus, et qui cum ab illis admodum frequentaretur, vocabatur Portus Romanus. » De eo Philostorgius lib. III, cap. 4: « Ædificavit (Theophilus) ecclesiam, ubi Romanum erat emporium, extrorsum ad Oceanum positum; vocant vero oppidum Adanem, quo iis, quos ex Romanis venire contingit, appellere mos est. » Eadem habet Nicephorus, sed quæ hausit ex Philostorgio. Emporium istud Romanum Ptolemæo vocatur ἐμπόριον Ἀραβίας, lib. VI et lib. VIII: « Quia totius Arabiæ erat nobilissimum, et illuc Græci, Romani, Ægyptii per mare Rubrum ex Clismate Portu, vel pedestri itinere Copto ad Berenicem, tandem totum istud mare præterlapsi, extra Babelmandel, et fauces sinus Arabici ad Portum Romanum in Oceano situm appellebant. Vocatur aliis Aden, ut ex Uranio apud Stephanum constat. Quod nomen adhuc superstes manet, et regioni tribuitur Arabiæ Felicis, ubi est Portus iste Romanus, qui ab Arriano dicitur, ni fallor, Arabia Felix in *Periplo maris Rubri*, et aliis Adana. » De Adana regno vide Marcum Paulum Venetum lib. II, cap. 46; Alfragan., *De elementis astronom.*, cap. 9: « Primum clima transit terram Jeman, ubi urbes claræ Dafara, Oman, Hadramuta, Aden. » Scherif Elidris, in *Geographia*, quæ perperam vocatur Nubiensis, climat. 1, part. VI: « Est vero Aden urbs parva, celebris tamen, quia est portus utriusque maris, et ex ipsa solvuntur navigia Sindæ, Indiæ, et Sinarum, et ad ipsam deferuntur vasa Sinica; unde patet fuisse portum Arabiæ nobilissimum, et propter situm et Orientalibus et Occidentalibus omnium magis frequentatum. Ideo Portus, Emporium Arabiæ, imo vocabatur Arabia Felix, ut patet ex *Periplo* Arriani, quia erat totius Arabiæ Felicis locus amœnissimus et istius beatissimæ regionis nobilissimum compendium. » Et pag. 30 hæc repetit: « Non Portus Ostiensis ad Tiberis ostia, sed Portus Romani in Arabia, ubi Hippolytus diu vixisse memoratur; et revera si Portus Ostiensis fuisset episcopus, et ibi martyrio fuisset consummatus, monumentum istud illius memoriæ consecratum, statua ista cathedralis marmorea litteris Græcis utrinque circumscripta, sæculo præterito ex ruderibus quibus

Digitized by Google

(nullo tamen veterum testimonio) pagum Arabiæ Petreæ Bostrensis diœcesis illi patriam fuisse, diuque Bostræ, quæ fuit ejusdem Arabiæ metropolis, vixisse, et episcopum Portus Romani in Arabia Felice exstitisse. Novam hanc viri eruditi sententiam de Arabico S. Hippolyti episcopatu probarunt nonnulli ex heterodoxis litterarum fama præstantes, Guilielmus scilicet Cave (9), Fridericus Spanhemius (10), Samuel Basnagius (11), et novissime Albertus Fabricius Hamburgensis (12). Sed quam longe a vero distet hæc Stephani le Moyne divinatio, ex iis, quæ mox dicenda sunt, cuilibet facile patebit.

XIII. *Fundamenta hujus sententiæ indicantur, et auctor libelli, qui S. Gelasii I papæ nomen præfert, inquiritur.*

Moynius divinationem suam duobus veterum testimoniis fulcire conatur (13), quorum unum ex quodam scripto *De duabus naturis in Christo*, quod Gelasii papæ I nomen præfert, alterum vero ex Philostorgio desumit.

Quoad primum, celebris est inter eruditos controversia, quisnam Gelasius libelli, quem mox laudavimus, auctor fuerit (14). Nonnulli Gelasio primo Romano pontifici tribuunt, alii Gelasio Cyziceno, quidam Gelasio Cæsareensi adjudicant. Magnus *Annalium ecclesiasticorum* parens Baronius (15) immensa, qua pollebat, eruditione, rem hanc ad sanioris critices regulas diligentissime revocavit, maximisque argumentis ostendit Gelasium Romanum pontificem hujusce libelli auctorem haud fuisse. Gennadius enim (16) scribit, Gelasium papam edidisse contra Eutychianos *grande et præclarum volumen;* cui Anastasius Bibliothecarius (17) consentire videtur, qui hujusmodi opus *libros* diserte appellat. Hæc Gennadii verba, qui genuinum Gelasii opus legerat, quem nunc habemus libellum, designare posse nemo censebit; nam cum illum *grandi et præclarum volumen* disertim Gennadius appellet, atque hujusmodi verbis parce admodum ipse usus sit, tam parvæ molis libello convenire non posse nemo non videt. Quod sane ipsomet Gennadio

dam erula, in sede episcopali, quam occupasset Hippolytus, ab illius cultoribus posita et collocata fuisset; nimirum intra Portus Ostiensis territorium et pomœria. Jam vero inventum est in æde Laurentiana ad Urbem, quo constare mihi videtur, Romanos illum vindicasse, Romæ præcipue egisse, ibi Evangelio propagando, et hæresum viru et veneno exstinguendo alacriter et strenue incubuisse, nullius episcopalis sedis vicinæ rectorem fuisse, et si Portus episcopus habitus est, non Portus in Latio et diœcesis Romanæ, sed Portus Romani in Arabia episcopum agnitum et reputatum fuisse. » Hæc ille.

(9) In sæpius citato tom. II *Scriptorum ecclesiasticorum Hist. litteraria*, pag. 102 : « Cum cl. Moynio merito concludere possumus, Hippolytum Portus Romani, emporii in Arabia celeberrimi, Adenæ etiam dicti, et a Romanis mercatoribus admodum frequentati, episcopum fuisse. Verum hæc paulo clarius et explicatius exponenda sunt. Aden urbs erat ad Rubrum mare sita.... In hac urbe quin sedem habuerit Hippolytus *Portus Romani* episcopus, nulli dubitamus. Unde ipsum *Arabiæ metropolis* episcopum fuisse scribit Gelasius papa...ex hoc *Portu Romano* nata est vulgaris fabula, Hippolytum *Portus Romani* ad Ostia Tiberis decimo sexto ab Urbe lapide episcopum fuisse. » Vide etiam Oudinum citato tom. I, p. 221.

(10) *Epitome isagogica ad histor. ecclesiast.*, p. 151, tom. I, edit. Lugduni Batavorum anni 1689.

(11) *Annal. politico-ecclesiastici*, ad ann. 222, tom. II, pag. 288, num. 7 edit. Roterodami anni 1706 : « Cuinam vero Ecclesiæ præfectus fuerit (Hippolytus), nec dicit Eusebius, et a se ignorari profitetur Hieronymus... in Oriente tamen officio functum esse episcopi, conjecturam ducimus ex Hieronymo : *Scripsit homiliam de laude Domini Salvatoris in qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat.* Quem dicentem audivisse videtur Origenes, cum in Arabia versaretur, quo bis tertiumve se contulerat.... Itaque eo inclinat animus, ut in Arabia episcopatum obtinuerit Hippolytus, non in Italia, cum Portuensem Origenes Ecclesiam non adierit, ut auditor esset Hippolyti,.. multa se probabilitatis specie commendat doctissimi conjectura Lemoynii, etc. »

(12) *Biblioth. Græc.* lib. v, cap. 1, pag. 203, tom. V : « Portus Romani, non Ostiensis in Italia, sed celebris in Arabia hoc nomine emporii episcopatum gessisse doctissimi viri Stephani le Moyne conjectura est, qui de Hippolyto ejusque scriptis copiose disseruit in Prologomenis notisque ad *Varia sacra*, et præter Tillemontium ac Caveum de hoc est consulendus. »

(13) Prolegomena ad *Varia sacra*, pag. 28, ubi ait adhuc ignorari S. Hippolyti episcopatum, atque hæc scribit : « Quod confirmari potest testimonio ipsius Gelasii pontificis Romani, qui eodem sæculo v paulo post fata Hieronymi sedem Romanam occupavit. Is quippe in libro *De duabus in Christo naturis* citat *Hippolytum episcopum metropolis Arabiæ in Memoria hæreseon*. « Quod non suspectum debuit reddere istud opusculum eminentissimo cardinali, quasi non esset opus Gelasii pontificis, qui, inquit cardinalis, non potuit ignorare Hippolytum fuisse episcopum Romanum, non vero Arabem metropolitanum. Sed hoc ignoravit Hieronymus in ipsa Roma 50 annis ante Gelasium, quidni ergo Gelasius idem etiam ignorasset? Certe opus istud propterea in suspicionem venire non debuit. Nec est fetus Gennadii, nec Gelasii Cæsariensis, nec Gelasii Cyziceni, sed Gelasii pontificis Romani. Quod tandem calculo suo contra tres eminentissimos cardinales Baronium, Bellarminum, Perona confirmarunt Sirmondus, Petavius, Chifletius, Labbeus, aliique viri laudibus litterariis ornati et insignes. »

(14) Exstat iste liber in *Antidoto adversus hæreses* Basileæ 1528, fol., et cum aliis veterum scriptis de duabus naturis et una persona in Christo, Tiguri 1571, fol.; denique in *Bibliotheca Patr.* vol. VIII, p. 699.

(15) Ad annum Christi 496, num. 1 et seqq., tom. VIII *Annalium*, pag. 595 edit. citatæ.

(16) Libro *De viris illustribus*, cap. 94, in tom. II Operum S. Hieronymi edit. Vallarsii, pag. 987 : « Gelasius urbis Romæ episcopus scripsit *adversus Eutychen et Nestorium* grande et præclarum volumen, et tractatus diversarum Scripturarum et sacramentorum elimato sermone, et *adversus Petrum et Acacium* scripsit epistolas, quæ hodie in Ecclesia tenentur catholica. Fecit et hymnos in similitudinem Ambrosii. Obiit sub Anastasio Augusto. »

(17) In Vita S. Gelasii tom. III, pag. 195 edit. Romæ ex typographia Vaticana anno 1728 : « Hic fecit tractatus et hymnos, sicut beatus Ambrosius episcopus, et libros *adversus Eutychen et Nestorium*, qui hodie in bibliotheca et Ecclesiæ archivio recondita tenentur »

Digitized by Google

teste clarius elucescit; nam opera Antiochi episcopi (18) contra avaritiam, et Theophili Alexandrini (19) contra Origenem *grande volumen* ab ipso appellantur. Severi autem Sulpitii (20) *Historiam*, cum cæteris ejusdem operibus, *opusculi* titulo insignivit; quæ quidem historia triplo major supra laudato libello esse cuilibet eamdem lustranti facile patebit (21). His accedit, quod Gennadii de Gelasio testimonium desideratur in antiquissimo codice Vaticano, quem Vaticanæ bibliothecæ acquisivit eruditissimus ejusdem præfectus Laurentius Zaccagnus. Hunc codicem laudavit vir sapientissimus Lucas Holstenius, qui eumdem vidit in bibliotheca clericorum regularium S. Andreæ de Valle, illumque merito antiquissimum vocat; ibi enim quondam quadratis et vere Romanis litteris Ciceronis orationes *in Verrem* descriptæ fuerunt, quibus postea deletis ac corrasis, S. Hieronymi et Gennadii *Catalogus* uncialibus iterum, sed recentioribus litteris superscriptus fuit. Secundo argumento Baronius (22) probat multa in hoc libello inveniri, quæ a S. Gelasio papa exarata esse pene impossibile est, et Eusebium Cæsariensem multis observat in eodem libello encomiis ornari, quem Arianum fuisse certum est, cujus opera inter librorum apocryphorum numerum ab eodem Gelasio rejiciuntur, et Græcos Patres tantum laudari, nec non Ambrosium, Hieronymum, cæterosque ex Latinis silentio præteriri. Verum Jacobus Sirmondus (23), Philippus Labbeus (24), Antonius Pagius (25) senior, S. Gelasium hujusmodi libelli auctorem credunt, non solum quia in antiquissimis codicibus descriptus ille est inter indubitatas ejus epistolas, et S. Fulgentius, qui paucis post Gelasium annis floruit, ex hoc libello tanquam Gelasii papæ tria desumpsit testimonia, quæ in librum *De 5 quæstionibus* apud Ferrandum diaconum, cap. 18, retulit; verum etiam quia laudatur a Joanne II papa in epistola *ad Avienum* (26) *cæterosque senatores*. Sed his Sirmondi argumentis magnus Baronius videtur non obscure satisfecisse; quamvis ipse Ferrandi testimonium videre non potuerit, cujus Opera Franciscus Chifletius multis post Baronii mortem annis edidit. Observat itaque eminentissimus cardinalis, nonnulla ab impostoribus S. Gelasio papæ eodem vi sæculo, in quo ipse obiit et Fulgentius floruit, supposita fuisse. Optimum sententiæ suæ testem laudat Cassiodorum, qui diserte scribit S. Gelasio papæ supposita fuisse adnotationes quasdam in epistolas D. Pauli, in quibus Pelagiani dogmatis vestigia supererant (27). « In Epistolas, inquit, tresdecim S. Pauli adnotationes conscriptas in ipso initio meæ lectionis inveni, quæ in cunctorum manibus ita celebres habebantur, ut eas a sancto Gelasio papa urbis Romæ, doctissimi viri studio dicerent fuisse conscriptas, quod solent facere qui res vitiosas cupiunt gloriosi nominis auctoritate defendere. Sed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt, subtilissimas quidem esse ac brevissimas dictiones, sed Pelagiani erroris venena illic esse seminata. » Cassiodori igitur ævo, qui circa annum 556 hæc scripsit (28), supposititia Gelasii papæ opera circumferri jam multo ante cœpta erant, quæ a disertissimis viris pro veris et genuinis habebantur; ideoque non improbabile quibusdam videbitur S. Fulgentium aliosque ge-

(18) Cap. 20, pag. 962 citatæ edit. : « Antiochus episcopus scripsit adversus avaritiam unum et longum volumen. »

(19) Cap. 33, pag. 966 dictæ edit.: « Theophilus Alexandrinæ civitatis episcopus scripsit adversus Origenem unum et grande volumen, quo omnia pene ejus dicta et ipsum pariter damnat, simul docens non a se primum eum, sed ab antiquis Patribus et maxime Heracla fuisse et a presbyterio ejectum, et de Ecclesia pulsum, et de civitate fugatum. »

(20) Cap. 19, pag. 961 cit. edit. : « Severus presbyter, cognomento Sulpitius Aquitaniæ provinciæ, vir genere et litteris nobilis, et paupertatis atque humilitatis amore conspicuus, clarus etiam sanctorum virorum Martini Turonensis episcopi et Paulini Nolensis notitia, scripsit non contemnenda opuscula. »

(21) Legendus Baronius ad dictum annum 496, num. 4, pag. 596, tom. VIII cit. edit., ubi hæc nos etiam docet : « Verum non unum duntaxat librum; sed quod grande et præclarum opus Gennadius nominat, in quinque libros fuisse partitum liquet. Habet id enim Anastasius Bibliothecarius in libro *De Romanis pontificibus*, cum affirmat quinque libros adversus Nestorium et Eutychetem ab eodem Gelasio fuisse conscriptos, cum tamen opusculum, quod Gelasii nomine exstat editum, unius libri periodo terminetur. »

(22) Ad dictum annum 496, n. 7, p. 596 : « Qui Gelasius *De duabus naturis* opusculum illud scripsit, cum in fine profitetur se catholicorum, ut ait, magistrorum testimonia afferre, quibus a se dicta confirmet, tamen inter plures sanctorum orthodoxorum Patrum assertiones ponit post Magnum Athanasium, ante Gregorium Nazianzenum, Eusebium Cæsariensem, conclamatum jam sæpe ab omnibus antesignanum Arianorum, ejusque tres sententias ex diversis locis acceptas refert : quæ quidem quam indigna sint Gelasio papa, nemo non videt; quamque alienus sit auctor ille ab aliquo Latino scriptore; cum in re tanta nitatur Græcorum duntaxat auctoritate, vix duobus Latinis ex plurimis in testimonium adductis. Quam vero econtra ea conveniat Gelasio illi a Photio recensito, cognosce, dum ipse in dicto opere de Nicæno concilio eumdem Eusebium Cæsariensem plurimum laudat, et titulis orthodoxo magno viro dignis exornat, atque ab omni Arianæ hæresis suspicione vult exemptum, dum ipsum nunquam Ario consensisse non sit veritus affirmare. » Legendus Bellarminus *De script. ecclesiasticis*, in *S. Gelasio papa* tom. VII Oper. citatæ edit., pag. 187.

(23) Apud ipsum Labbeum citandum.

(24) Dissert. historica ad lib. *De script. ecclesiasticis* Bellarmini, pag. 188.

(25) Ad annum dictum 496, num. 3, pag. 538, tom. VIII *Annal.* Baronii citat. editionis.

(26) Hæc sunt rationum momenta, quibus Sirmondus et ex eo citati auctores S. Gelasio opus hujusmodi ascribendum esse propugnant. His subscribit etiam Cave *Script. eccles. hist. litteraria*, tom. I, pag. 463.

(27) *De institutione divinarum litterarum*, cap. 8, tom. II Operum, pag. 543, edit. Rothomagi an. 1679.

(28) Legendus Cave tom. I citato, pag. 501.

Digitized by Google

nuinum S. Gelasii papæ opus non vidisse (29), sed hoc opusculum, dum scriberet, in promptu habuisse. Alii vero, qui hujusmodi libelli S. Gelasium papam auctorem esse contendunt, hæc de S. Fulgentio non sine injuria scribi posse judicant; cum difficile ipsis videatur tantum virum ita turpiter fuisse hallucinatum, ut genuinum Gelasii opus a supposititio secernere nesciverit, dum tria luculentissima testimonia ex ipso desumpta in laudato libro recitavit. Nec mirum, inquiunt, cuilibet esse debet, si S. Gelasius papa multa ex Eusebii Cæsariensis operibus testimonia desumpserit, quæ tamen in decreto de libris recipiendis et non recipiendis inter apocryphos ipse rejecerat; nam, ut docuit eruditissimus præsul Justus Fontaninus in opere *De antiquitatibus Ortæ* (30), libris illis S. Gelasius non eo fine apocryphi notam inussit, ut moneret catholicos viros ne ipsis ullam adhiberent fidem, eo quod hæresibus scaterent, sed ut ipsis canonicam tantum auctoritatem denegarent. Antonius Arnaldus in eximio illo opere adversus Claudium Charentonensem cæterosque Calvinianos pro sacrosancto Eucharistiæ sacramento tam luculenter conscripto, mediam profitetur sententiam, videlicet hoc opusculum, quod nunc superest, esse fragmentum magni operis S. Gelasii papæ adversus Eutychetem (31). Verum quomodocunque sese res habeat, hanc quæstionem viris doctioribus discutiendam relinquimus. Nobis tantummodo sufficiat probasse incertum adhuc esse num S. Gelasius papa hujus libelli auctor exstiterit, quominus opus illud tanquam genuinum *et grande* ipsius *volumen* contra Eutychetem *de duabus naturis in Christo* a nobis suscipi debeat. Quapropter doctissimi Tillemontii (32) argumentum penitus concidit, qui ex hac Gelasii papæ, ut ipse credidit, de S. Hippolyti sede sententia, etiamsi illa longissime a vero distet, A omnino negat, S. Hippolytum Portuensi Ecclesiæ præfuisse, dum v sæculo desinente hoc Romæ prorsus ignotum fuerit; verum cum hujusce libelli S. Gelasium papam auctorem exstitisse tuto firmari non possit, Romanæ Ecclesiæ de S. Hippolyti sede traditionem in hoc eodem libello frustra requirimus.

XIV. *Heterodoxi libelli de duabus naturis testimonio perperam transsubstantiationis mysterium oppugnare conantur.*

Quamobrem etiam miramur quosdam heterodoxos, qui veras criticæ, ut aiunt, regulas callent, neglectis tot antiquorum Patrum testimoniis, ex hoc dubiæ fidei scripto deducere conari, S. Gelasium papam augustissimi Eucharistiæ sacramenti B transsubstantiationem negasse; cum in genuinis, quæ supersunt, epistolis, eadem SS. pontifex de transsubstantiatione docuerit, quæ tradiderunt antiquissimi Patres Origenes, Irenæus, Cyprianus, aliique (33), quorum luculentissima testimonia non uno in loco recitat cl. monachus Remigius Ceillierius (34). Quinimo ex ipsismet laudati opusculi verbis, quæ nobis magno clamore hæretici objiciunt, nihil deduci potest quod sententiæ heterodoxorum faveat; verba enim illa : « Certa sacramenta, quæ sumimus, corporis et sanguinis Christi divina res est, propter quod, et per eadem divinæ efficimur consortes naturæ, et tamen esse non desinit substantia, vel natura panis et vini (35); » non sunt accipienda, quemadmodum Albertus Clau- C dius (36), et nuper Guilielmus Cave (37), aliique heterodoxi, qui sacramentarii dicuntur, interpretantur, quasi Gelasius, seu quisquis sit hujus opusculi auctor, in sanctissimo Eucharistiæ sacramento post consecrationem veram panis substantiam remanere crediderit. Voces enim illæ οὐσίας et φύσεως apud Græcos, *substantiæ* et *naturæ* apud

(29) Recte in hanc rem hæc scribit Baronius ad dictum ann. 496, n. 5 : « Si tempore Cassiodori Gelasii æqualis, sive ipso Gelasio vivente, sive potius paulo post ejus obitum, tantum nefas aggredi ausa est audax hæreticorum præsumptio, ut Pelagianum opus Gelasii nomine prænotarit; quid adeo mirandum si commentariolus ille, de quo est quæstio, ejusdem nomine inveniatur eodem tempore esse vulgatus? » Et num. 7, ubi agit de Joanne papa II, qui citat hujusmodi opus in epistol. *ad Avienum* D *aliosque senatores*, quæ est num. 3, et repetitur in tom. V *Collect. conciliorum*, pag. 896 edit. Venetæ ann. 1728, ait citari quidem Gelasium, sed absque ullo Romani pontificis titulo. Incertum est proinde, an Gelasium papam Joannes intellexerit : en verba ipsius Joannis pag. 898 : « Gelasius ex libro adversus Nestorium et Eutychem. »

(30) Lib. II, cap. 3, § 3, pag. 217 et seqq., ubi quonam sensu verbum *apocrypha* sit accipiendum diserte multis allatis eruditionum monumentis ostendit. Decreti Gelasiani hæc sunt verba : « Historia Eusebii Pamphili apocrypha. » Vide Prolegomena ad *Vitas pontificum* Josephi Blanchini, pag. 67, tom. IV edit. Romæ 1735, ubi ipsum S. Gelasii decretum emendatum habetur.

(31) *La perpétuité de la foi de l'Eglise catholique touchant l'Eucharistie défendue*, lib. v, cap. 10, tom. III, pag. 228 edit. Paris. ann. 1704, ubi agit de textu ex libello S. Gelasii desumpto : « Le premier de ces auteurs est le pape Gélase, dont les ministres de Bâle ont fait imprimer un traité, ou plutôt un fragment contre les hérésies de Nestorius et d'Eutychès, qui est très-défectueux et très-plein de fautes, comme Aubertin même est obligé de le reconnaître. »

(32) Sæpius citato tom. III, pag. 673, note 2, sur saint Hippolyte : « Mais, de plus, s'il est vrai que le pape Gélase l'ait cru métropolitain d'Arabie, quand même il se serait trompé en cela, c'est néanmoins une preuve manifeste qu'on ne savait point à Rome, à la fin du ve siècle, qu'il eût été évêque ni à Porto, ni en aucun autre lieu d'Italie. »

(33) De augustissimo Eucharistiæ sacramento multa scripsit citatus Arnaldus in egregio opere, cujus superius mentionem habuimus, ubi multis in locis sanctorum Patrum sententiæ et doctrinæ reperiuntur.

(34) Præsertim tom. I *Hist. générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques*, cap. 11, art. 4, ubi refertur doctrina S. Ignatii martyris de Eucharistia, num. 5, pag. 660.

(35) Apud Baronium ad dictum annum 496, num. 9, pag. 597, tom. VIII cit. edit.

(36) Legendus Arnaldus citato tom. III, cap. 10, pag. 227 et seqq.

(37) Tom. I citat., pag. 463, ubi libellum huius-

Digitized by Google

Latinos promiscue, pro *speciebus* seu *accidentibus*, usurpatas fuisse centies docuerunt magni viri Baronius (38), Arnaldus (39), Bellarminus (40), et novissime Orientalium linguarum consultissimus Michael Lequienus (41) ord. Prædic. theologus insignis. Etenim, ut scite observat magnus *Annalium ecclesiasticorum* parens, antiqui Patres hujusmodi vocibus bona fide tunc temporis promiscue usi sunt; hæreticis enim nondum exortis securior simplicitas loquebatur; verum cum superveniens hæreticorum malitia subtilibus cavillationibus simpliciorum animis fucum facere conaretur, opus fuit excogitare quædam vocabula, *accidentium* scilicet seu *specierum*, quæ apertissime hæreticorum quisquilias et cavillationes pessumdarent. Immerito pariter heterodoxi recentiores, neglectis antiquissimis Patribus, a quibus sacrosancta Eucharistia *caro Verbi Dei*, *corpus Domini* disertissime appellatur, nobis epistolæ *ad Cæsarium monachum*, S. Joanni Chrysostomo attributæ, et sancti Gelasii de duabus naturis infirma testimonia objiciunt, cum tot disertissimi primævæ Ecclesiæ, et posteriorum temporum Patres veram ecclesiastici panis transsubstantiationem agnoverint, et de eadem innumeris fere locis apertissime locuti sint; quibus putidas hasce scriptorum lacinias magnis Chrysostomi et Gelasii nominibus insignitas objicere, rectioribus, quas docent, criticæ regulis patentissime repugnare nemo non videt. Quis enim sibi persuadeat Chrysostomum, qui tot tantisque in locis eucharistici panis miraculosam transsubstantiationem ingenue fassus est, mutata nunc sententia heterodoxorum somniis favere (42); et S. Gelasium Romanum pontificem, qui in epistola *ad episcopos Dardaniæ*, ut monet Baronius (43), augustissimum Eucharistiæ sacramentum, *panem qui de cœlo descendit*, vocat, nunc sibimet contradicere, et in sacratissimo corporis Christi mysterio naturalem panis substantiam post consecrationis verba remanere, scripsisse sibi poterit imaginari? Ingenue igitur fateri oportet cum doctissimo Lequieno, Epistolam *ad Cæsarium monachum* genuinum haud esse magni Chrysostomi fetum, sed putidum figmentum post exortam Nestorii hæresim, imo post Chalcedonense concilium, ab imperito nebulone concinnatum; et opusculum *De duabus naturis* inter indubia S. Gelasii papæ opera nequaquam esse numerandum, cum nulla ex sui parte iis, quæ de ipso antiqui scriptores tradiderunt, respondeat. Verum si aliquis Antonio Arnaldo assentiri maluerit, hoc, quod habemus, esse Gelasiani operis mutilum fragmentum libentius concederemus; sed quid *naturæ* verba apud ipsum S. Gelasium significent, ipsemet S. pontifex docet, dum Eutychianos stultitiæ arguit, quod inficiarentur duas vel tres naturas esse non posse. « Quid quod ipsi etiam unam dicendo naturam in Domino Jesu Christo, naturæ tamen nomen convincuntur asserere, an unam liceat nominare naturam, et duas, vel plures rerum cæterarum appellare fas non erit? Quis ista non rideat, et tanquam puerilia deliramenta despiciat (44)? » Si igitur plures unius rei naturas esse posse credidit S. Gelasius, nemo non videt pro *natura*, *species* seu *accidentia* intellexisse; alioquin si de substantia locutus esset, non plures, sed unicam esse rerum naturam affirmasset. Corporis enim substantia, juxta egregios philosophos, unica est, accidentia vero seu species quamplurimæ.

XV. *Ejusdem libelli incerti auctoris de Arabica S. Hippolyti sede sententia expenditur.*

Sed de his hactenus; nunc ad S. Hippolytum revertamur, quem Stephanus Lemoyne (45), hujus opusculi testimonio innixus, Arabem episcopum fuisse conjicit. En ipsiusmet antiqui scriptoris in præfato opusculo verba: « S. Hippolyti episcopi et martyris Arabum metropolis in *Memoria hæresum*. » Perpendat igitur lector num hoc testimonium, in quo, ut recte Tillemontius (46) monuit, grammaticæ leges desiderantur, tot disertissimis Prudentii, Leontii, Anastasii, aliorumque testimoniis anteferendum sit, qui per mille et quingentos fere annos S. Hippolytum Romanum vel Portus Romani episcopum fuisse constantissime tradiderunt, omnesque hos doctissimos viros turpiter hallucinatos sit credendum, et solum auctorem toties memorati libelli omnibus hisce beatiorem et fortunatiorem exstitisse, utpote cui soli datum fuerit veram S. Hippolyti sedem aliis ignotam nancisci. Sed a viris eruditis qui, neglectis tot antiquorum testimoniis, huic opusculo integram fidem præbent, petimus quidnam sibi velit hæc dicendi ratio: « Episcopi et martyris Arabum metropolis. » Forsan quod Hippolyto metropolis Arabiæ patria fuerit? Si hæc intelligit auctor, libentius credemus; quamvis nullus

modi S. Gelasio papæ tribuendum esse contendit.

(38) Ad dictum annum 496, num. 12 et seqq., pag. 598 et seqq.

(39) Citat. tom. III, pag. 231 et seqq.

(40) *De sacram. Eucharist.*, lib. II, c. 27, tom. III Operum, pag. 259 edit. Venetæ ann. 1721.

(41) In notis ad lib. IV S. Joannis Damasceni, tom. I Operum, cap. 13, *De fide orthodoxa*, p. 270 edit. Parisiensis anni 1712, nota 2.

(42) Legenda dissertatio tertia ejusdem Michaelis Lequien de epistola *ad Cæsarium monachum*, quæ S. Joannis Chrysostomi nomine insignita est. In qua S. Joannem Chrysostomum hujus epistolæ auctorem minime esse mirifice ostendit, et sententias in ea reperiri quæ ab ejusdem S. Patris doctrina dissentiunt. Exstat in citat. tom. I Operum, pag. 48.

(43) Ad dictum annum 496, num. 15, pag. 598, tom. VIII citato, ubi hæc Gelasii verba legimus: « Ut salutaris alimonia panis illius, qui de cœlo descendit, fideles hunc sumentes ad vitam perducat æternam. »

(44) Tom. IV *Biblioth. Patrum*, p. 563.

(45) In diatriba de S. Hippolyto loco superius cit.

(46) Note 2, sur saint Hippolyte, tom. III, pag. 672.

Digitized by Google

probatæ fidei scriptor S. Hippolytum Arabem fuisse docet. Nec quidquam suffragari potest, ut aliquis S. Hippolytum Arabem fuisse defendat, quod nonnulla ipsius opuscula Arabico et Syriaco sermone exarata reperiantur, et Abedjesu episcopus Sobensis (47) quædam ipsius S. Hippolyti scripta suo *librorum ecclesiasticorum Catalogo* recenseat; episcopus enim ille Sobensis alios in eodem *Catalogo* scriptores enumerat, qui nec Syri, nec Arabes fuerunt, sed Græci, vel Latini, ut S. Damasus, aliique qui in eodem *Catalogo* habentur. Exstant in *Bibliotheca Clementino-Vaticana* Josephi Simonii Assemanni quidam Syriaci et Arabici codices in quibus hæc S. Hippolyto tribuuntur; *Canones Arabici duo de quadraginta* (48), quemadmodum Græce quoque exstat ejusdem S. Hippolyti homilia *De Antichristo, de secundo Christi adventu, et de fine mundi* (49). Exstant denique Syriace fragmenta quædam *De quatuor animalibus, in Jeremiam, in Cantica canticorum, et de quinque illis quæ Matthæus in Christi genealogia prætermisit* (50). Sed ex his nil aliud colligi posse censemus, quam hæc aliorumque Græcorum vel Latinorum Patrum opera, de quibus sermonem habet Abedjesu, ex Græco vel Latino in Syriacum idioma versa fuisse, quemadmodum de S. Gregorio Nazianzeno et de S. Basilio M. certo asserere possumus, quorum scripta nonnulla Syriace exstant in quibusdam bibliothecis.

Si vero ex supra laudatis verbis : « Episcopi et martyris Arabum metropolis » aliquis deducere existimabit, S. Hippolytum in Arabica quadam metropoli gloriosam martyrii palmam consecutum esse, is meras nugas ageret. Prudentius enim testis, ut vulgo dicitur, omni exceptione major, S. Hippolytum in Portu Romano, ubi ille degebat A plebique suæ præerat, martyrio coronatum aperte scribit (51) :

Sistitur insano rectori Christicolas tunc
Ostia vexanti per Tiberina viros.
Illo namque die Roma secesserat, ipsos
Peste suburbanos ut quateret populos.

Et post pauca (52) :

Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oras,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.

Nec Prudentio adversatur vetustissimum calendarium, quo usa est sub Liberio Romana Ecclesia, dum S. Hippolyti festum Idibus Augusti consignat his verbis : « Hippolyti in Tiburtina, et Pontiani in Calixti : » verba enim illa *in Tiburtina* et *in Calixti* cœmeteria designant in quibus SS. martyrum corpora quiescebant, et Hippolyti cœmeterium in via B Tiburtina situm fuisse superius ostendimus. Consentit eidem Prudentio vetustissimum Martyrologium a Dacherio editum his verbis : « In Tuscia S. Hippolyti episcopi de antiquis. » Consentit denique Martyrologium Romanum Ottobonianum, et aliud a Fabricio (53) laudatum, quod S. Hippolytum nostrum in Portu Romano pro Christi fide occubuisse testatur.

Demum si ex superius citatis verbis libelli *De duabus naturis* S. Gelasio ascripti, S. Hippolytum Arabiæ metropolitanum fuisse aliquis credere voluerit, oportet, ut nobis ille demonstret, quænam fuerit hæc Arabiæ metropolis cui præesse potuerit Hippolytus. Ex veteribus enim, quæ supersunt, C monumentis, nullam in Arabia Hippolyti ævo ecclesiasticam metropolim, præter Bostram, exstare potuisse compertum est (54). Petra siquidem urbs Nabateorum Arabum civilis metropolis, quæ Arabiæ Petrææ nomen dedit, in metropolim ecclesiasticam erecta est post concilium Chalcedonense (55),

(47) De hoc Sobensi episcopo plurima habet Josephus Simonius Assemannus *Bibliotheca Oriental. Clementino-Vaticana*, tom. III, parte I, pag. 1, et seqq. edit. Romæ anni 1725, qui hujusmodi catalogum edidit, et multa in præfatione notavit.

(48) Legendus Assemannus *Biblioth. Orient.* tom. I, pag. 619 edit. Romæ 1719, et in citato tom. III, pag. 15.

(49) Apud Asseman. tom. eodem I, pag. 603, codice 12, et pag. 597, codice 39.

(50) Cit. tom. I, pag. 607, cod. 3.

(51) Hymn. cit. de S. Hippolyto vers. 38 et D seqq.

(52) Versu nempe 47.

(53) Tom. I Operum S. Hippolyti, pag. 20, x Kal. Sept. : « In *Portu urbis Romæ* natalis S. Hippolyti, qui dicitur Nunnus, cum sociis suis. »

(54) Legendus Tillemontius citato tom. III, nota 2, sur saint Hippolyte, pag. cit. 672. Carolus a S. Paulo, *Geographia sacra*, in *Patriarchatu Antiocheno*, p. 295 edit. Amstelodami anni 1703, nullam aliam Arabiæ metropolim, præter Bostram, agnoscit, « cujus episcopus Constantinus subscribit concilio Chalcedonensi, et in Constantinopolitano II, gener. V, Joannis Bostrenorum metrop. episc. memoria est. » In Notitiis antiquis ab eodem Carolo a S. Paulo editis, etiam Bostra metropolis provinciæ Arabiæ describitur: Βόστρα μητρόπολις, pag. 50. Bostra in Arabia etiam commemoratur a Claudio Ptolemæo, *Geograph. univers.* lib. V, c. 17, pag. 104 edit. Basileæ 1540, aliisque geographis antiquis et recentioribus. P. Michael Lequien in *Oriente Christiano*, tom. II, pag. 854, edit. Paris. an. 1740, ubi agit de provincia Arabiæ, multa de metropoli Bostra erudite habet, quam in notitiis Hieroclis et Leonis imp. provinciæ Arabiæ metropolim dici observat; hujus Ecclesiæ episcopos ipse Lequien recenset, nempe Timonem, Beryllum, Maximum N., qui Petrum Capitoliadis episcopum et martyrem in presbyterum ordinavit, Nicomachum, Titum, Bagadium, Eulysium, Antiochum, Constantinum, Antipatrum, Julianum, Joannem, Simeonem, Stephanum, et denique Gregorium, qui anno 1671, die XX Octobris et XV Novembris, duplici Macarii Antiocheni patriarchæ de Eucharistia testimonio subscripsit. Anno 1672 in concilio Hierosolymitano, quod Calvinianos digna nota et censura inussit, sedit et subscribit Philemon Hieromonachus et archimandrita, et administrator sanctissimæ metropolis Bostrorum. Vide eumdem Lequien pag. cit. usque ad pag. 860.

(55) De urbe Petra multa docte habuit idem Lequien tom. III *Orient. Christian.*, pag. 665 et seqq. citat. edit.; ubi an duo fuerint hujus nominis urbes, una scilicet in Palæstina, in Arabia altera, examinat, et de Ario seu Macario, et Asterio, harum urbium episcopis, multa disserit, et concludit, Petram, quæ episcopali honore decorata erat, in Arabia tantum fuisse, et episcopos alterutri ascriptos Petræ Arabiæ esse adjudicandos, Ario, sive Macario

Digitized by Google

quæque postmodum ex Arabiæ provincia avulsa, Palæstinæ tertiæ cum nonnullis sedibus adjuncta fuit (56). Civiles vero metropoles in Arabia quamplures exstiterunt, quas memorant Strabo, Plinius, Philostorgius, Arrianus, antiqua *Orbis descriptio* a Gothofredo in lucem emissa (57). Istarum tamen episcopi antiquissimis hisce temporibus in ecclesiasticis tabulis nusquam occurrunt (58).

XVI. *Bostræ, tempore S. Hippolyti, Arabiæ metropolis, episcopus erat Beryllus.*

Bostræ vero præsul fuit Beryllus, quem usque ad Gordiani tempora vitam perduxisse testatur S. Hieronymus (59), quo fit ut S. Hippolytus, qui S. Irenæi discipulus fuit, Bostrensi Ecclesiæ præesse nequiverit. Irenæus cum in Occidente meliorem vitæ suæ partem transegisset, anno Christi 203 (60), quo tempore forsan Beryllus nondum Bostrensem regebat Ecclesiam, martyrio est coronatus. Ideoque tunc temporis non in Oriente, sed in Occidente Hippolytum fuisse verosimillimum nobis videtur. Beryllus vero anno Christi 238, quo, mense scilicet Julio, Gordianus imperii summam accepit, Bostrensem Ecclesiam gubernabat; etenim hoc anno Origenes ab episcopis Arabiæ Petrææ rogatus, in Arabiam se contulit, ibique Beryllum in hæresim lapsum orthodoxæ fidei luce illuminavit (61). Gordianus Augustus, sub quo vixit Beryllus, usque ad annum Christi 244 Romano præfuit imperio (62). Hinc veritati consonum minime videtur S. Hippolytum, quem anno 252 martyrio coronatum cum Ruinartio (63) conjicimus, tam parvo annorum spatio ex Occidente in Orientem transfretasse, et Beryllo, qui post Gordianum aliquantulum forsan vixit, in episcopatu successisse; ac denuo Romam migrasse, et in Portu Romano martyrii palmam fuisse consecutum. Quapropter Hippolytus Bostrensis Ecclesiæ episcopus non fuit, nec alia unquam tunc temporis in Arabia, præter Bostram, ecclesiastica exstitit metropolis cui ipse præesse potuerit; ideoque recte firmari posse nobis suademus eos turpiter hallucinatos qui, unico laudati opusculi testimonio, Hippolytum Arabiæ metropolitanum fuisse crediderunt.

XVII. *Auctor ejusdem libelli de duabus naturis ex male intellecta Rufini versione deceptus S. Hippolytum metropolitanum Arabiæ nominavit.*

Hinc optimo quidem jure affirmare oportet cum Joanne Baptista Cotelerio (64), auctorem libelli *De duabus naturis*, qui S. Hippolytum Arabiæ metropolitanum credidit, ex male intellecta Rufini versione fuisse deceptum, quod quidem præstanti viro jure meritoque suboluit. Rufini enim versio ita se habet: « Erat autem inter cæteros et Beryllus scriptorum præcipuus, qui et ipse diversa opuscula reliquit. Episcopus hic fuit apud Bostram Arabiæ urbem maximam; erat nihilominus et Hippolytus, qui et ipse aliquanta scripta reliquit, episcopus. » Ex quibus postremis verbis factum est, ut, inquit Cotelerius, « quod intelligendum erat de Hippolyto pariter episcopo, acceptum fuerit a Gelasio de Hippolyto pariter metropolitano Arabum. » Quam Cotelerii conjecturam verosimillimam esse nemo prudens dubitabit. Hanc probavit Jacobus Basnagius (65) in *Animadversionibus de vita, morte et scriptis S. Hippolyti*, tacito tamen Cotelerii nomine,

tantum excepto, quem alicujus loci Palæstinæ sibi ignoti episcopum fuisse putat. Vide etiam p. 722 et seqq. tom. ejusd. III, ubi longus de Petra metropoli ejusque ecclesia sermo instituitur. Hæc *Adriana* ab Adriano imperatore dicta fuit, et in nummis veteribus reperitur, ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ; quod confirmatur etiam ex Dionis Cassii testimonio apud ipsum Lequien loc. cit., pag. 723. Quod tempore concilii Chalcedonensis Petra non fuerit metropolis Arabiæ, ex eo constat, quia nusquam in Actis dicti concilii metropolis nominatur. Bostram et Philadelphiam metropoles dictas legimus actione I ejusdem Chalcedonensis concilii in tom. IV *Conc.* pag. 851 edit. Venetæ 1728: « Constantino Bostrenæ civitatis metropolis Arabiæ; » et pag. 855: « Eulogio Philadelphiæ metropolis Arabiæ. »

(56) Legendus Carolus a S. Paulo *Geograph. sacra*, pag. 302 et 307.

(57) Videndus Lequien citato tom. III, pag. 722 et *seqq.* et 1306.

(58) Idem Lequien citato tom. III, pag. 723, numerat præsules Petræ, nempe: Asterium, qui cum adhæsisset Eusebianis contra Athanasium, tandem in concilio Sardicensi anno 347 ab iis discessit, et sententiæ, quam pro Athanasio ac cæteris præsulibus orthodoxis tulerunt Sardicenses Patres, cum aliis subscripsit; Joannem, qui anno 457 eamdem Ecclesiam gubernabat; Theodorum, qui anno 536 synodo trium Palæstinarum Hierosolymis congregatæ adversus Anthimum aliosque hæreticos, præside Petro patriarcha, interfuit et subscripsit Θεόδωρος ἐπίσκοπος Πετρῶν (tom. V *Concil.*, pag. 1262 cit. edit.); Athenogenem, circa finem sæculi VI, de quo plura habet citatus Lequien loc. cit., pag. 726. Mittimus alios recentioris ævi præsules, de quibus legendus idem Lequien loc. cit., pag. 727 et 1306. Circa vero S. Hippolyti tempora nullum archiepiscopum hujus Ecclesiæ reperire potuimus.

(59) In lib. *De viris illustribus*, cap. 60, tom. II Operum cit. edit., pag. 886: « Beryllus Arabiæ Bostrensis episcopus, cum aliquanto tempore gloriose rexisset Ecclesiam, ad extremum lapsus in hæresim, quæ Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus... Claruit autem sub Alexandro Mammeæ filio, et Maximino et Gordiano, qui in imperium successerunt. »

(60) Hoc anno 203 passum Irenæum conjicit etiam Ruinartius *Act. martyrum sincera*, p. 62, ubi observat, quod S. Epiphanius passim Irenæum *B. Senem* appellat, quem Eusebius in *Chronico*, ad annum 183, tunc temporis *insignem* fuisse refert.

(61) Legendus in hanc rem Tillemontius citato tom. III, artic. 23, pag. 542, ubi hanc historiæ partem pertractat.

(62) Videndus Gisbertus Cuper. dissert. *De tribus Gordianis*.

(63) Admonition. in martyrium S. Hippolyti, *Act. martyr. sincera*, pag. 144.

(64) *Monument. Ecclesiæ Græc.*, tom. II, pag. 659.

(65) Apud Canisium *Antiq. lectionib.* tom. I, p. 3 citat. edit.: « Hippolytus, quamvis in Oriente natus, non fuit Arabiæ metropolitanus. Manavit ea sententia ex mendosa versione Rufini. Dixerat Eusebius Beryllum esse *episcopum Bostræ apud Arabes;* et pariter Hippolytum *urbis cujusdam antistitem.* Addit Rufinus *urbem maximam* esse Bostram Arabum. Inde conjecit Gelasius illam urbem esse metropolim, et Hippolytum æque ac Beryllum fuisse metropolitanum apud Arabes; a Gelasio ad posteros Baronium Canisiumque defluxit error facile

Digitized by Google

qui primus incerti auctoris hallucinationem de Arabica ipsius S. Hippolyti sede detexit atque vulgavit.

XVIII. *Stephani le Moyne conjectura de S. Hippolyti sede in Portu Romano Homæritarum ex Philostorgii historia desumpta rejicitur.*

Nunc ad Stephani le Moyne (66) conjecturam deveniamus, qui S. Hippolytum non Portus Romæ, sed Portus Romani in Arabia episcopum fuisse contendit. Præcipuum opinionis suæ fundamentum ex Philostorgio (67) desumit, qui legationem a Constantio Augusto ad Indos missam (68), ut eos ad Christi fidem traduceret, describens, narrat (69) Theophilum Indum, hujusce legationis principem, prius Sabæorum, seu Homæritarum regiones lustrasse, deinceps ad Auxumitas interioris Æthiopiæ Africanæ populos se contulisse. Homæritæ Felicis Arabiæ populi extimam Erythræi maris oram incolunt, quæ eamdem provinciam ab Indis distinguit; apud hos Theophilus aliquantisper commoratus, gentis præfectum Christianorum sacris initiavit, qui, postmodum miraculosis, si Deo placet, Theophili Ariani operibus commotus, tres ecclesias in totidem regni sui celeberrimis urbibus proprio ære a fundamentis excitavit, unam in ipsa metropoli totius gentis Taphuron; secundam ἐν ᾧ τὸ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΜΠΟΡΙΟΝ ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν Ὠκεανὸν τετραμμένον. Καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην ἔνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνουμένους ἔθος ἦν καθορμίζεσθαι: « Ubi erat *Romanum Emporium* extrorsum apud Oceanum positum; vocant vero oppidum Adanen, quo iis, quos ex Romanis venire contingit, appellere mos est. » Tertiam vero ecclesiam in altera regionis parte exstruxit, ubi Persicum est emporium in ostio maris Persici, quod ibi est situm (70).

Moynius igitur sequenti argumentationis genere S. Hippolytum Arabem episcopum fuisse sibi persuadet: Gelasius S. Hippolytum *Arabiæ metropolitanum* appellat; Philostorgius nos docet in Arabia Felice urbem quamdam exstitisse *Portus Romani* nomine insignitam; quid igitur restat, quin credamus scriptores omnes, qui S. Hippolytum *Portus Romani* episcopum fuisse scripserunt, non Portum urbis Romæ ad Tyrrheni maris oras, sed Portum Romanum Erythræi maris in Arabia Felice situm designare voluisse? Atque ut suam sententiam probabiliorem redderet, hujusce Arabici Portus insignia et encomia contexuit, situs opportunitatem, mercatorum frequentiam summopere commendans. Sed quam longe a vero aberret vir alioquin summæ eruditionis, fusius demonstrare in animo est. Quod ad Gelasii testimonium attinet, quem auctorem toties memorati opusculi *De duabus naturis* ipse credidit, superius probasse nobis suademus, Moynium cæterosque, qui hoc abutuntur testimonio, vana locutos esse, atque ex eo, contra nostram de Portuensi S. Hippolyti sede ad oram maris Mediterranei sententiam, infirmum deduci argumentum. Restat igitur ut de Philostorgii auctoritate illiusque testimonio aliqua dicamus.

Fatemur quidem Evangelii lucem antiquissimis Ecclesiæ sæculis apud omnes peræque gentes apostolicorum virorum cura longe lateque diffusam fuisse; ideoque nullam fere orbis cogniti et Romanorum commerciis frequentati partem exstitisse credimus, quam primis etiam Ecclesiæ temporibus Evangelii lux non penetraverit. Optimum tam admirandæ rei testem Arnobium (71) habemus, cujus jam ævo Christiana religio Seras, Persas et Medos, Asiam, Syriam, Arabiam, Ægyptum, Achaiam, Macedoniam, Epirum, et insulas ac provincias omnes quas sol oriens atque occidens lustrat, pervaserat. Arnobio consentiunt Tertullianus (72), aliique (73) illorum et posteriorum temporum scriptores, quorum luculentissima hac de re testimonia in unum congessit Joannes Albertus Fabricius in libro cui titulus, *Salutaris lux Evangelii* (74) *toti orbi per divinam gratiam exoriens*, etc., in quo Christianæ

animadvertendus. Sic enim Græca se habent: Ἐπίσκοπος δὲ οὗτος (Beryllus scilicet) ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων, ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας ποῦ καὶ αὐτὸς προεστὼς Ἐκκλησίας. Quæ sic debent reddi: « Beryllus fuit episcopus Bostræ Arabum: Hippolytus etiam alteri Ecclesiæ præfuit, etc. »

(69) Vide pag. 102 hujus dissertationis in nostris notis, ubi Stephani le Moyne verba per extensum retulimus, not. 5.

(67) Lib. III *Ecclesiasticæ historiæ*, cap. 4, pag. 486 edit. Cantabrig. anni 1720, sæpius citatæ.

(68) Peracta est hæc legatio anno 356, ut existimat Gothofredus in *Comment. leg.* 2 *Codic. Theod.* de legatis, data XVIII Kal. Febr., indictione XV, Constantio Aug. VIII et Juliano Cæs. coss., in qua dicit imperator: « Nullus ad gentem Axumitarum et Homæritarum ire præceptus, » etc., id est, *legatione fungi jussus*, ut explicat Gothofredus lib. XII. *Cod. Theodos.*, tit. 12, tom. IV., p. 616, edit. Lipsiæ an. 1740.

(69) *Ecclesiatic.* Philostorgii *Histor. epitome* a Photio patriarcha confect. Latine reddita Henrico Valesio interprete. lib. III, n. 4, pag. 486.

(70) Sunt verba ipsius Philostorgii loc. cit., pag. 488, et post hujusmodi verba hæc statim sequuntur num. 5: « At Theophilus cum apud Homæritas singula, prout poterat et prout temporis ratio sinebat, ordinasset, et ecclesias dedicavisset, et ornamentis, quibus poterat, exornasset, ad insulam Divu, quam ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ perrexit regiones, multaque, quæ apud illos non rite fiebant, emendavit. »

(71) Lib. II, *Contra gentes*, pag. 17, terg., edit. Romæ apud Franciscum Priscianen. Florentinum.

(72) In *Apologetico adversus gentes*, cap. 37, pag. 67, edit. Paris. 1616.

(73) Nempe S. Clemens Romanus *Epist. ad Corinth.*; S. Ignatius *Epist. ad Philadelphenses*, cap. 4; S. Justinus martyr *Dialogo cum Tryphone*; Origenes lib. I *contra Celsum*; Lactantius *De mortibus persecutorum*, c. 2; Eusebius orat. *de laudibus Constantini*; S. Chrysostomus homilia 2 *in Joannem*, et homil. 1 *De laudibus S. Pauli apostoli*; S. Hieronymus *in Amos*, *epist. ad Heliodorum*, *epitaphio Nepotiani*, *et epist. ad Lætam*, et alii quamplurimi, quos numerare longum esset.

(74) Cap. 2, pag. 25 et seqq. edit. Hamburgi anni 1731, ubi multa Christianorum Patrum veterum de propagatione Evangelii testimonia referun-

Digitized by Google

religionis primordia apud omnes gentes summa eruditione repandit.

Verum episcopalium sedium non eadem ratio censenda est ; cum enim apostolici viri in fundandis Ecclesiis Romani imperii politiam potissimum secuti fuerint, idcirco evenit, ut primis Ecclesiæ sæculis apud barbaras gentes extra Romani imperii limites sitas, quamvis Christiani non pauci apud eas degerent, nullæ episcoporum sedes ibidem exstiterint. Sic Carmaniæ (75), Bactrianæ (76), aliarumque Orientalium regionum, quas nondum Romani victricibus armis subegerant, antiquissimis hisce sæculis ecclesiasticæ tabulæ nullos exhibent episcopos. Sed quid remotissimarum ac barbararum gentium historias repetamus, cum ipsamet Gallia, tot eximiis Romanorum triumphis, victoriis, diuturnoque eorum imperio clarissima, paucissimos S. Irenæi ævo episcopos numeret? Pace postmodum Ecclesiæ reddita, Christiana religio, quæ jam pridem sensim promulgabatur, palam ac aperte per omnes gentes longe lateque diffusa est. Sic Æthiopia quarto sæculo ineunte cum suis regibus, Frumentii et Edesii ope, Christum agnovit (77). Et S. Hieronymus de *India, Perside atque Æthiopia monachorum quotidie turbas* suscipiebat ; et ipsius ævo deposuerat *pharetras Armenius, Hunni* discebant *Psalterium*, *Scythiæ frigora* fervebant *calore fidei, Getarum rutilus et flavus exercitus Ecclesiarum* circumferebat *tentoria*, quemadmodum ipsemet scriptum reliquit (78). Arabia vero una ex vastissimis totius orbis provinciis, quæ ab antiquis geographis in tres partes divisa fuit, nempe in Petræam, Desertam et Felicem, non uno eodemque tempore Christum universa coluit et episcopos habuit. Ea provinciæ pars (79), quæ Romano subeat imperio, omnium prima Christi fidem est amplexa ; idcirco ibidem quamplures episcopales sedes exstitisse patet ex antiquis ecclesiasticis tabulis apud Carolum a S. Paulo (80) ; pluresque habuisset, nisi Petra nobilissima provinciæ illius civilis metropolis tertiæ Palæstinæ, ut diximus, fuisset cum quibusdam sedibus adjuncta (81). Arabiæ Desertæ historia his temporibus est obscurissima, nec ab antiquis scriptoribus alios illius populos memoratos videmus, præter Homadas, Scenitas, Saracenos, aliosque perpaucos, apud quos, num exstiterint, vel quando esse cœperint episcopi, nobis plane incompertum est. Saracenorum primus episcopus habetur Moses, qui anno Christi 377 circiter floruit (82).

XIX. *Moynius in Arabiæ Felicis parte S. Hippolyti sedem fuisse credidit.*

Arabia Felix cæteras illius provinciæ partes cum populorum et urbium numero, tum commerciorum frequentia antecellit. In hac S. Hippolytum episcopatum obtinuisse credidit Moynius. S. Thomam ibidem Evangelii præconem exstitisse tradunt nonnulli ; Moynius (83) et S. Paulum ad-

tur, quorum nonnulla nomina superiori nota descripsimus.

(75) De Ecclesia Carmaniæ hæc scribit sæpe citat. Lequien tom. II *Orient. Christ.*, pag. 1256, edit. Parisiis 1740 : « Carman, sive Carmania, Persidi affinis versus austrum provincia est cum ejusdem nominis primaria civitate, quæ quartus episcopatus est sub metropolita Persidis ; sed cujus antistitem neminem inveni. »

(76) Hæc de hujusmodi episcopali sede habet Carolus a S. Paulo, *Geographia sacr.*, pag. 310 : « Bactrorum antistes Alypius est in concilio Chalcedonensi a Bactro, ut arbitror, prius Zariaspa dicta, Bactrianæ regionis capite et regia. *Ptolom. lib.* VI, *cap.* 11. » Michael Lequien in suo *Oriente Christiano*, tom. III, pag. 762, postquam aliqua de episcopali sede hujus Ecclesiæ, quæ etiam *Metrocomias* nuncupabatur, retulerit, ipsius episcopos enumerat, nempe Alypium, qui in secunda synodo Ephesina anno 449 inter Palæstinæ episcopos sedit, et in Actis hujus synodi lectis in Chalcedonensi concilio nominatur Ἀλύπιος Βάκτρων : Gregorium, qui synodicis litteris Joannis Hierosolymitani præsulis adversus Severum Antiochenæ sedis invasorem, aliosque concilii Chalcedonensis hostes anno 518 initio imperii Justini subscripsit ; Barachum, qui sedit an. 532, et Antonium, qui anno 649 Bacathorum Ecclesiæ regiminī invigilabat.

(77) Legendus Michael Lequien, *Oriente Christiano*, tom. II, de patriarchatu Alexandrino, num. 48, pag. 365 et seqq., et pag. 642, ubi agit de Ecclesia Æthiopiæ, sive Abyssiniæ, et pag. 643 et seqq., in quibus ipsius episcopos, qui *Axamenses* dicti sunt, enumerat.

(78) Epist. ad Lætam, quæ est num. 108 juxta Dominici Vallarsii editionem, tom. I Oper. S. Hieronymi, pag. 671, edit. Veronæ anni 1734 sæpius citatæ.

(79) Scilicet Petræa, quæ, ut Caroli a S. Paulo verba usurpemus, *Geogr. sacr.*, pag. 276, « sola Romanis parebat, claudebaturque a septentrione Syria salutari et Ægypto, a meridie mari Rubro et Arabia Felice, ab ortu Arabia deserta. »

(80) *Geograph. sacra*, pag. 295 : nempe Bostra metropolis, Adra, Medava, Gerasa, Nibe, Philadelphia, Esbus, Neapolis, Philippopolis, Constantine, Dionysias, Maximianopolis, Avara, Elana, Zerabena, Erra, Anitha, Parembola. Legendus idem Carolus a S. Paulo, qui episcopos nonnullos harum Ecclesiarum, pag. cit. et seqq., recenset, et ea quæ a Luca Holstenio ibidem adnotantur. De nonnullis harum Ecclesiarum episcopis egregie disseruit citatus Lequien, ubi agit de provincia Arabiæ, *Orient. Christiano*, tom. II, p. 854 et seqq.

(81) Guilielmus Tyrius lib. XIV *De bello sacro*, cap. 14, provinciam Arabiæ ab Orientali diœcesi avulsam ait, et Palæstinæ adjectam a Justiniano imperatore tempore quintæ generalis synodi, annuente Vigilio pontifice maximo. A Carolo a S. Paulo *Geograph. sacr.*, pag. 307, Palæstinæ tertiæ Ecclesiæ recensentur, nempe Petra metropolis, Augustopolis, Arindela, Arad, Ariopolis, Eluza, Zoara, Sodoma, Phenon, Pharan, Aila. Legendæ etiam sunt de harum Ecclesiarum episcopis Lucæ Holstenii notæ.

(82) Adeundus Lequien tom. II, cit., pag. 851, ubi de Saracenis qui Christianis legibus se subjecerunt diserte agit, et Moysen atque Eustachium Saracenorum episcopos recenset. Moysen fuisse primum Saracenorum episcopum patet tum ex iis, quæ a Socrate *Hist. ecclesiastica* lib. IV, cap. 36, p. 258 edit. Cantabrigiæ citatæ narrantur, ubi legenda quæ adnotavit Valesius, tum etiam quæ a Sozomeno *Hist.* lib. VI, cap. 38, pag. 275 cit. edit. scribuntur.

(83) In diatrib. de S. Hippolyto, pag. 24 cit. edi-

Digitized by Google

dit, qui forsan, ut ipse inquit, in Portu Romano, emporio totius Arabiæ celeberrimo, prima Evangelii semina jecit, antequam Hierosolymam migraret principis apostolorum visendi gratia. Verum longe decipitur Moynius; nam, ut peritiores critici (84) docent, S. Paulus vicinas Damasco et Arabiæ Petrææ terras haud est prætergressus, quæ longissimo terrarum spatio ab Homæritarum regione dissitæ sunt. Atque hoc sensu accipienda sunt illa S. Hieronymi verba in epistola ad Paulinum presbyterum (85) : « (Paulus) post Damascum Arabiamque lustratam, ascendit Hierosolymam, ut videret Petrum. » Verum quantumvis S. Thomas ipsis Ecclesiæ incunabulis Evangelium barbaris hisce gentibus annuntiasset, malignus Satanas superveniens in agro Domini supersemina- B vit zizania, Arabesque pristinis superstitionibus et idololatriæ restituit. Quod etiam de Indis evenisse colligimus ex Eusebio; hi enim S. Bartholomæum apostolum Evangelium prædicantem audiverunt, sed cum S. Pantenus post multos annos ibidem se contulisset, paucos quidem reperit, qui aliquam et obscuram Christi notitiam haberent (86). De Arabibus idem evenisse scribit Philostorgius, cui integram Moynius fidem præbet, dum narrat a Constantino Ariano Theophilum Satanæ apostolum ad Homæritas, Auxumitas et Indos missum fuisse eo fine, ut eos ad pietatem traduceret; et cum ipsos vel Judæorum superstitionibus addictos, vel gentium erroribus esse imbutos scribat, nullam de Christianis ibidem degentibus mentionem C facit. Clarissima sunt hæc Philostorgii verba (87) : « Circumcisam vero eam gentem esse, octavo circumcidentes se die, et sacrificare soli, et lunæ, et indigenis dæmonibus; haud parvum numerum Judæorum his immistum. » Si igitur, Philostorgio teste, medio quarto sæculo Christiana religio Homæritis primum innotuit, templaque apud ipsos vero Deo dicata esse cœperunt, cur Moynius S. Hippolytum Homæritarum episcopis accenset? S. Hippolytum anno Christi 252 martyrio coronatum fuisse judicamus; cum vero Homæritæ, ut Philostorgius (cujus testimonio utitur Moynius) nos moneat, Constantii ævo, hoc est inter annum 341 et 346, ad Christum ope Theophili conversi fuerint, recte quidem apparet hæc convenire nullo pacto inter se posse; centum enim annorum spatium inter S. Hippolyti martyrium et Homæritarum conversionem intercedit. Neque quis nobis objiciat Philostorgium memoriæ mandasse, Theophilum Arianorum hæresim Homæritis jam orthodoxis prædicasse; nam si ibidem tunc temporis fuissent Christiani, Philostorgius profecto illos nominasset, eodem plane modo quo, post gentiles, Judæos etiam non paucos eamdem regionem incoluisse apertissime testatus est. Moynii igitur divinatio ipsiusmet Philostorgii testimonio, quo potissimum nitebatur, penitus corruit atque evanescit. Verumtamen ipse Moynius, quamvis Philostorgium optimum suæ sententiæ patronum nactus esset, non tamen ipsius auctoritatem vetustissimam de Portuensi S. Hippolyti sede traditionem, vel minimum, infringere debere advertere potuisset; magnus enim *Annalium ecclesiasticorum* parens (88), et post eum Jacobus Gothofredus (89), merito impurissimi hominis fidem suspectam habent; dum ipse Philostorgius, Photio teste (90), qui attentissime legit ejusdem *Historiam*, eamque in compendium redegit, « narrat fere contraria omnibus ecclesiasticis historicis, laudibus extollens quos novit Arianismo infectos, et convitiis orthodoxos perfundens; ut esse hoc ejus opus non tam historia videatur, quam hæreticorum laudatio, cum nuda et mera vi-

tionis et pag. 30, ubi de Portu et Arabia agit, hæc scribit : « Frequentabatur vero ab omnibus ipse Portus. Et ibi apostolus Paulus forsan Evangelium annuntiavit. Apostolus Thomas, antequam ulteriores Indos penetraret, dicitur etiam ibi hæsisse, et Evangelii opes et margaritas cum istis omnium gentium mercatoribus feliciter communicasse. »

(84) Legendæ Hugonis Grotii adnotationes in Epist. S. Pauli ad Galatas, cap. I, vers. 17, ad hujusmodi apostoli verba : « Neque veni Hierosolymam D ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum, » ubi notat : « In loca Damasco proxima : ipsa enim Damascus tunc sub Arabum erat regno. Hæc prima est gentium, cui Paulus Evangelium annuntiavit; in hoc quoque Moysi similis, cui post relictam Ægyptum prima statio in Arabia. Sic impletum mystice vaticinium Isaiæ XLII, 2. Hoc iter Lucas non enarravit, quia ei non adfuit. » Grot. Oper. theologicorum tom. III, pag. 864 edit. Basileæ an. 1732.

(85) Quæ est juxta Dominici Vallarsii edit. num. 53, S. Hieronymi Oper. tom. I, pag. 269, edit. cit.

(86) En Eusebii verba *Hist. ecclesiast.* lib. V, cap. 10, pag. 223, de Panteno philosopho, Latine reddita : « Pantenus in Indos usque penetrasse dicitur, ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipsius jam præverterat, apud quosdam Christi notitia imbutos reperiisse; quibus scilicet Bartholomæus unus ex duodecim apostolis, olim, ut fama est, prædicaverat, et Evangelium Matthæi Hebraicis conscriptum litteris reliquerat, quod quidem ad prædicta usque tempora servatum esse memoratur. »

(87) Cf. supra not. 69. Philostorgio consentit etiam Nicephorus *Hist. eccl.* lib. VIII, cap. 34, pag. 607 edit. Lutetiæ Parisiorum anni 1630 citatæ : « Indorum gens quæ Bartholomæi doctrinæ expers permanserat, a sacerdote quodam Frumentio instituta, sacri dogmatis particeps est facta. Ne quis autem putet Christianismum ab hominibus provenire; id vel ex eis, qui apud Indos fuere, Christianis, facile est cognoscere. Indi autem Sabæi primum, deinde etiam Homæritæ sunt appellati . . . gens ipsa circumciditur, ac soli, lunæ, aliisque ejus regionis incolis dæmonibus sacrificant. Immista ei quoque est non exigua Judæorum multitudo. »

(88) Ad annum Christi 354, num. 11 et 16, tom. IV, pag. 525 et seqq. edit. Lucæ citatæ.

(89) Post Baronii mortem Jacobus Gothofredus excerpta ex *Hist. ecclesiastica* Philostorgii, quæ Photius ex 12 ejus libris collegit, in lucem emisit : vide ipsius dissert. in Philostorgium.

(90) In *Biblioth.* codice XL, pag. 26 citatæ editionis.

Digitized by Google

tuperatione atque accusatione catholicorum (91). » Photium vero iniquam de Philostorgii *Historia* sententiam tulisse nemo censebit, cum hæc ipsa, quæ de Theophili Indi legatione Philostorgius posteris tradidit, mendaciis scatere videantur. Primo enim nemo ex probatis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus, præter Nicephorum qui hæc parum caute ex Philostorgio mutuatus est, de Theophilo Arianorum coryphæo similia nuspiam narravit (92). Secundo, Theophili legatio ad Auxumitas falsi vitio summopere laborat; nam Auxumitæ hac Theophili prædicatione non egebant, quia paucos ante annos, scilicet circa annum 327, Frumentius et Ædesius sanctissimi fratres eosdem ad veri Dei cultum traduxerunt (93), quod inficiari non potest; optimos enim habemus testes S. Athanasium (94) et Rufinum; ideoque his omnibus, quæ de Theophilo Indo narrat *Deo invisus* Philostorgius, caute admodum fides adhibenda est.

XX. *Quo tempore episcopales sedes apud Homæritas institutæ sint, inquiritur.*

Quo vero tempore episcopales sedes in Homæritarum regione primum excitatæ fuerint, incertum plane est. Probabilius tamen videtur eas sero admodum ibidem institutas, et quod summopere dolendum, easdem exiguo annorum intervallo iterum penitus evanuisse. S. Gregentius (95), qui sexto sæculo floruit, in disputatione quadam cum Judæo, quam mendose aliquantisper edidit Gulonius, et emendatior exstat in duobus codicibus, uno bibliothecæ Ottobonianæ, altero bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis apud Lambecium (96), dicitur episcopus urbis *Tapharensium* (97), quæ, Philostorgio teste, Homæritarum metropolis fuit. Verum hanc disputationem merito suspectam habet doctissimus Pagius (98). Menæorum etiam fides dubia est. Gregentio substitutus est alius episcopus, teste Joanne Asiæ apud Assemannum (99). Metaphrastes in Actis S. Aretæ martyris scribit a patriarcha Alexandrino episcopum (nempe Gregentium), ut Lambecius credit, fuisse ordinatum eumque Homæritis missum (1). Nagranitarum episcopum Paulum quemdam laudat idem Metaphrastes apud Assemannum (2); sed hujus scriptoris testi-

(91) Nec mirum; in gratiam Arii, Aetii et Eunomii adversus Catholicos *Historiam* suam Philostorgius concinnavit. Ipsius auctoritas etiam apud ipsum Photium parvi fuit: scribit enim codice XL citato: « Ipse (Philostorgius) scriptor mendax est, et fabulis minime abstinens, prædicatque doctrinæ maxime causa Aetium et Eunomium, quasi soli repurgassent pietatis dogmata, tempore contaminata, prodigiose hoc ipsum mentiendo; signorum autem et vitæ gratia laudat Eusebium Nicomediæ episcopum, quem etiam *Magnum* nominat, et Theophilum Indum, aliosque complures. »

(92) Aptissime in rem nostram hæc scribit Baronius ad dictum an. 354, num. 15, pag. 527, tom. IV: « Hæc itaque voluimus addidisse, ut lectorem admoneremus caute legenda esse quæ ex lutoso hæreticorum fonte Nicephorus adeo inconsiderate derivat, quæque Suidas ex Thalasio prodit ejusdem farinæ homine . . . Nicephorus ex scriptis hæretici hominis Philostorgii ea edidit, quæ antiquiores Græci historici Theodoretus, Socrates et Sozomenus, et si qui alii horum successores fuere, sunt penitus aversati, utpote referta mendaciis, et omni prorsus fide carentia; atque adeo contempserunt, ut nullus prorsus illorum hujus Theophili meminisse vel leviter saltem reperiatur: nam ipsum Philostorgii vel tantum nomen sic exhorruerunt, ut cuncta ab eo scripta exsecranda duxerint, et digna quæ perpetuo silentio damnarentur. »

(93) Adeundus Baronius ad dictum ann. 354, num. 14, pag. 526, tom. cod. IV, ubi legenda sunt ea quæ a Pagio num. 7 et seqq. erudite adnotantur.

(94) Horum testimonia legimus apud Baronium ad an. Christi 327, num. 8 et seqq., pag. 197 et seqq., tom. IV, ubi Pagius multa num. 7 et seqq. de Indorum conversione, de Frumentio, de India citeriori, seu Æthiopia ac India orientali, aliisque rebus ad nostram sententiam spectantibus erudite disseruit, et nonnullos hac de re errores examinavit. Hæc omnia apud ipsum Pagium legenda patent, ex quibus confirmatur, quarto tantum sæculo Homæritas Christianam fidem fuisse amplexos. Michael Lequien tomo secundo *Orient. Christian.* pag. 369, fuse agit de Æthiopica Ecclesia Alexandrino patriarchæ subjecta, ac de tempore quo Christianam religionem receperit, quem lector consulere poterit; legendus etiam idem Lequien, pag. 662 et seqq., tom. eodem II, ubi de Ecclesia Homæritarum sermonem habet.

(95) Legendus Guilielmus Cave in sæpe citato tom. I, p. 521, ubi multa de eodem Gregentio refert, qui anno 540 floruit, et agit de operibus ab eodem editis, cujus *Acta disputationis cum Herbano* Judæo habitæ exstant Græco-Latine a Nicolao Gulonio cum scholiis breviculis edita Parisiis anno 1586, in-8 et exinde in *Auctario* Ducæano Parisiis anno 1624, tom. I recusa.

(96) Lib. v, pag. 131, ubi refert in bibliotheca Cæsarea exstare mss. hactenus non editum, cujus titulus in linguam Latinam versus sonat: *Sancti Gregentii archiepiscopi Tapharensis legislatio sub nomine Abramii regis Homæritarum*: sive *Abramii regis Homæritarum leges a sancto Gregentio archiepiscopo Tapharensi compositæ.* Adeundus Pagius ad annum Christi 523, num. 10, tom. IX *Annal.* pag. 331 edit. Lucæ anni 1741.

(97) Disputationis titulus hic est: *Sancti Patris nostri Gregentii archiepiscopi Tapharensis disputatio cum Erbano Judæo.* Legendus Assemannus *Biblioth. Orientat.*, tom. I, p. 383 edit. Romæ 1719.

(98) Ad dictum an. 523, loc. cit. num. 12, p. 332.

(99) Tom. I citatæ *Biblioth. Orientat.*, p. 383.

(1) Ita legimus apud ipsum Assemannum loc. cit., pag. 382. En Metaphrastis verba pag. 945: « Patriarcha autem Alexandriæ ordinatum episcopum misit ad Homæritas. Qui, cum illis consecrasset templum quod fuerat ædificatum, baptizat quidem omnes qui erant in civitatibus et pagis Homæritarum in nomine sanctæ Trinitatis. Ex eis autem ordinat diaconos et presbyteros, et Ecclesiis, quæ erant in regione, reddit statum suum solitum. » Eadem referuntur in ms. Menologio Græcorum apud Lambecium, lib. v, pag. 133.

(2) In dissertatione de Syris Nestorianis in *Biblioth. Orientat.* tom. III, parte secunda, c. 10, § 3, pag. 593, ubi multis deductis antiquitatis monumentis de Christianæ religionis initio et progressu in Arabia eruditissime agit. Quæ in ea narrantur, quæque nostram sententiam de origine catholicæ fidei apud Homæritas confirmant, lectu digna omnino sunt; merito denique concludit, pag. 602, in Homæritarum regno quatuor episcopatus fuisse, primum in urbe Taphar, alterum in Aden, tertium in

Digitized by Google

monia parvi faciunt magni viri. Procopius (3) vero scribit Paulum seu Zoylum, orthodoxum Alexandriæ patriarcham, episcopum quemdam Homæritis ordinasse, quem ipsi Nestoriana hæresi infecti recipere noluerunt, ideoque ille Alexandriæ mortuus est. Atque hæc episcopalium sedium apud Homæritas infelix sors fuit, quæ, sero ibidem institutæ, cito esse desierunt. Invidus humani generis hostis infelicissimos populos patriis Sabæorum et Koreschitarum superstitionibus decepit, quas longe lateque, ac diu per totam fere Arabiam grassatas esse, ex Arabum scriptorum monumentis probavit, ut Abrahamum Ecchelensem et Joannem Henricum Hottingerum prætereamus, sæpius citatus Josephus Simonius Assemannus (4). Idcirco infelices Christi fidelium reliquiæ, si unquam apud ipsos post tot clades exstiterunt, in heterodoxorum errores misere lapsæ sunt. Tandem impudentissimum Mabumetum, antequam miserrimas gentes stultis sectæ suæ blanditiis decepisset, idololatriæ nomen dedisse certum est, templumque illud Meccæ apud Musulmannos celeberrimum gentium diis dicasse, omnibus est notissimum; quod quidem nobis infelicissimum tunc etiam temporis Christianorum statum in Arabia Felice ob oculos ponit. Verum si Moynius hæc sedulo animadvertisset, antequam novam illam de S. Hippolyti sede exposuisset conjecturam, eamdem, nostro quidem judicio, nunquam probasset; superius enim ostensum est Christianæ religionis initia apud Homæritas, etsi a S. Thoma repeti quodammodo possint, quem Indis Christi Evangelium annuntiasse scimus (5), maximum tamen fidei incrementum et novam Homæritarum conversionem, si Philostorgio fides, integro post S. Hippolytum sæculo, accidisse nemo negabit. Episcopi vero nulli his temporibus apud Homæritas occurrunt, qui tamen sequentibus sæculis exstitisse memorantur; ut de illis episcopis sileamus, quos enumerat Metaphrastes in Actis sanctorum (6), cujus tamen fides apud eruditos summopere dubia est.

A

B

C

XXI. *Portus Romanus et Emporium Romanum inter se distinguunt, quamvis pro uno eodemque a Moynio accipiantur.*

Aliud restat Stephani le Moyne (7) argumentum ex eodem Philostorgio deductum, ex quo non mediocris opinionis suæ vis pendet. Scribit Philostorgius unam ex Homæritarum urbibus in regione Adanen sitam, Romanorum Emporium exstitisse. Quamobrem S. Hippolytum hujusce urbis, in qua Emporium Romanum fuit, episcopum esse potuisse, et omnes Græcos scriptores, qui eumdem episcopum Portus Romani fuisse scripserunt, cum S. Gelasio, qui Arabicam illi sedem tribuit, hoc pacto conciliare posse Moynius sibi persuadet. Verum, antequam vir eruditus hanc veterum scriptorum inter se pugnantium iniret concordiam, lectori persuadere oportebat, inter has voces, *Portus Romanus* et *Emporium Romanum*, nihil interesse. Nobis vero persuasissimum est, earumdem vocum disparem omnino esse rationem; veteres enim scriptores portum Romanum, de quo hic sermo est, nullum præter Ostiensem, a Claudio exstructum, exstitisse diserte testantur; emporia vero Romanorum plurima in orbe Romano, et apud barbaras nationes extra imperii Romani limites sitas memorant veteres geographi. Portus itaque Romanus toties ab antiquis scriptoribus memoratus, celeberrimum urbis Romæ navale a Nerone instauratum denotat, quod ipsimet Græci Latina voce Πόρτου designarunt, ut Acta genuina S. Ignatii (8), Syncellus, titulus codicis Constantinopolitani, quem laudat Anastasius Apocrisiarius, auctor *Chronici Alexandrini*, Zonaras, aliique (9) nobis satis superque indicare videntur. Imo Procopius vocem Latinam Græcis litteris exaratam describit, et ne Græci, Latini sermonis forsan ignari, proprium hujus vocis sensum ignorarent, hæc verba addidit, λιμένος Ῥώμης, quæ sonant Latine, « Portus Romæ; » τὸν λιμένα, ὃν δὴ Πόρτον Ῥωμαῖοι καλοῦσι, « navale, quod Romani Portum appellant (10). » In titulo codicis supradicti Constantinopolitani ἐπίσκοπος

Emporio ad ostium maris Persici, quæ Hormuz fuisse videtur, et quartum in Nagran urbe. Legendus sæpe citatus Lequien *Orient. Christiano*, tom. II, pag. 662, in qua de Ecclesia Homæritarum sermonem habet, et illius episcopos recenset; nempe Paulum, Joannem, Gregentium, etc., de quibus multa erudite disseruit.

(3) Vide etiam Lequien loc. cit., tom. II, pag. 665, et Assemannum tom. III, part. II *Biblioth. Orientat.*, pag. 602, dissert. de Syris Nestorianis superius citat.

(4) Dissert. cit. de Syris Nestorianis, cap. 10, § 3, pag. 591 et seqq.

(5) Legendus hac de re idem Assemannus tom. II *Biblioth. Orientat.*, pag. 387, ubi patriarchæ et primates Orientis ex *Chronico* Gregorii Bar-Hebræi describuntur. In eo « Thomam Orientis apostolum ... in vastas Indiarum regiones profectum, Calamiæ martyrium consummasse » legimus. Indiæ nomine, ut egregie docuit Gisbertus Cuperus, *Obsevat.* lib. IV, cap. 7, pag. 141, veniunt Libya, Ægyptus, Æthiopia, Arabia, Palæstina; ideoque et Homæritarum regioni *Indiæ* nomen tribuit Joannes Asiæ in *Historia* apud Dionysium patriarcham in *Chronico*, cujus excerpta edidit ipse Assemannus *Biblioth. Orientat.* tom. I, pag. 559, ubi in notis, num. 1, observat *Indorum* nomine, non Indos modo proprie dictos fuisse, qui citra vel ultra Gangem sunt, sed etiam Æthiopes atque Homæritas intelligi, ut liquet ex Stephano *De urbibus*, et Theophane ad ann. Incarnationis 563, et ex Theophylacto lib. III, c. 9. Vide Pagium ad ann. 327, 522, 571 et 572.

(6) Vide Assemannum tom. I *Biblioth. Orient.*, pag. 382 et seqq.

(7) Vide pag. 102, not. 3, hujus secundæ dissertationis partis, in qua le Moyni verba retulimus.

(8) Apud Ruinart., *Act. martyrum sincera et selecta*, pag. 18, num. 5.

(9) Horum verba relata sunt in prima hujusce dissertationis parte, pag. 70 et seqq.

(10) *De bello Gothico* lib. I, cap. 26, pag. 48 edit. Venetæ anni 1729, ubi describit Portus occupationem a Vitige factam, et post recitata, quæ in dis-

Digitized by Google

Πόρτου, ἤγουν τοῦ λιμένος Ῥώμης : « episcopus Portus, videlicet portus Romæ, » S. Hippolytus dicitur. Acta genuina S. Ignatii Portum nominant, dum eumdem S. Ignatium docent profectum esse ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρτου (11), ut Romam adiret, ubi gloriosi certaminis palmam consequi debebat. His omnibus in hac re anteponendus est Dio, qui accuratissime portum Romanum a Claudio exstructum describens, quem ipse Græca voce λιμήν appellat, diserte scribit, quod a Latinis *Portus Ostiensis*, ex eo quod ad ostia Tiberis fuit constructus, nominatur (12).

Quapropter hoc eodem rationis momento Carolus du Fresne, in præfatione ad *Chronicon paschale* (13), S. Hippolytum Portuensem episcopum censet, cum a nonnullis antiquis scriptoribus *episcopus Portus*, nullo adjuncto vocabulo, appelletur. Quo nomine nulla alia civitas recte designari potest, præter Portum Romanum, ut patet ex supra laudatis testimoniis, et ex insigni inscriptione quam Jacobus Sponius Aquis Sextiis in ædibus Peiresckii descripsit atque vulgavit (14). Patet igitur Moynium, hac vocum homonymia deceptum, irrito prorsus conatu S. Hippolytum Homæritis falso adjudicasse. *Emporii* enim dictio (15), ut omnes norunt, nihil aliud denotat quam locum in quo conveniunt mercatores, ubi statutæ mercium stationes habentur, quas nos Itali *scalas* dicimus; Plinius vero *forum nundinarium* vocat, et Scylax Chariandenus (16), in *Periplo*, *emporium a portu* probe distinguit, dum in Cilicia memorat ἐμπόριον Ἀλάνη, καὶ λιμήν, *emporium Alane*, seu, ut Salmasio placuit, *Adane et portus*. Emporium etiam Hispanica urbs fuit ultra columnas Herculeas in Iberorum regione sita, et a Græcis Massiliæ colonis condita, cujus meminit idem Scylax in *Periplo* (17). Certas quasdam leges, ut monet Jacobus Gothofredus (18), Romani imperatores mercatoribus suis apud barbaras gentes commorantibus præscripserunt, quas præterire piaculum erat. Hinc evenit ut loca, ubi juxta easdem leges nundinæ habebantur, *Emporia Romanorum* vocarentur. Exstat in *Codice* Justinianeo titulus *de commerciis et mercatoribus* (19) : in quo, lege quarta, extra ea loca nundinis destinata, quæ procul dubio *Emporia* dicebantur, ab Honorio et Theodosio imperatoribus aliquid vendi hoc pacto prohibetur : « Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi subjectos, ultra ea loca in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet, ne alieni regni, quod non convenit, scrutentur arcana. Nullus igitur posthac imperio nostro subjectus ultra Nisibin, Callinicum et Artaxatam emendi seu vendendi species causa proficisci audeat, nec præter memoratas civitates cum Persa merces existimet commutandas, sciente utroque, qui contrahit, et species, quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, sacro ærario nostro vindicandas, et præter earum rerum ac pretii amissionem, quod fuerit numeratum vel commutatum, exsilii se pœnæ sempiternæ subdendum. » Si quis scire cupiat quænam in Oriente fuerint emporia Romana et barbarica, legat Arriani *Periplum maris Rubri*, quod nunc habetur tom. I *Geographorum minorum*, quos edidit Joannes Hudsonus Oxoniæ anno 1698. Urbs illa, quæ Emporium Romanum in Homæritarum regione sita constituit, ab antiquis et accuratis geographis, Ptolemæo et Arriano, *Arabia* vocabatur, quod ad marginem Ptolemæi jampridem adnotavit antiquæ geographiæ peritissimus Lucas Holstenius (20);

sertatione referuntur, verba, hæc paulo post addit : « Ultra istud os ad ripam (Tiberis) condiderunt urbem olim Romani, quæ mœnibus cincta est validissimis, ductoque a portu vocabulo *Portus* dicitur. »

(11) Apud ipsum Ruinart. loc. cit., p. 18, n. 5 : « Unde igitur Portu, ita dicto, profecti sunt. »

(12) *Histor. Romanæ* lib. LX, num. undecimo, in Claudio, tom. II Operum, pag. 949 edit. Hamburgi anni 1752, ipsius verba Latine reddita damus : « Claudius instituit portum ibi (circa ostia Tiberis) fabricari . . . effodit continentem haud exiguo spatio, ambitumque omnem crepidine lapidum firmavit, ac in eum locum mare accepit; deinde ex utraque hujus loci parte aggeres in ipso mari magnos jecit, multumque iis maris complexus est, quin ibi insulam effecit, imposita turri unde noctu ignes emicantes signum nautis darent. Isque portus ab eo exstructus *Ostiensis* Latinis dicitur. »

(13) Num. 20 et seqq., pag. 14 seq. Vide etiam loc. cit., pag. 13, ubi observat Portuensi S. Hippolyti episcopatui nihil officere posse, quod ipse *Romanus* nuncupatur : « Legimus nostrum Hippolytum *Romanum* solummodo nuncupatum in *Catalogo imperatorum Constantinopolitanorum* edito a Leunclavio lib. II *Juris Græco-Romani*. Quod tamen nostræ sententiæ minime contrarium est, ut alias observavimus. »

(14) *Miscellanea eruditæ antiquitatis*, sect. X, num. 20, pag. 329 edit. Lugduni 1685, ubi mentio est Marci Aurelii Heronis æditui ædis Serapidis, quæ est in Portu : M. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΠΟΡΤΩ ΣΕΡΑΠΙΔΟΣ. Ubi vox illa, *in Portu*, nil aliud significat quam Portuensem civitatem. Vide etiam du Fresne, pag. 14, loc. cit.

(15) Robertus Stephanus in *Thesauro linguæ Latinæ* scribit, verb. *Emporium* : « Locus, in quo res venales exponuntur, ab ἐμπορέω, *lucror*, *negotior*. »

(16) Vide in *Geographis* Hudsonii, tom. I.

(17) Vide etiam Robertum Stephanum loc. cit. : « Emporium oppidum est a Massiliensibus ædificatum a Pyrenæis montibus stad. 1004 intervallo, et Hispaniæ finibus ad Galliam distans : a quo Emporienses populi dicti sunt, ut videre est apud Strabonem lib. III.

(18) Dissert. de Philostorg., p. 108.

(19) Lib. IV, tit. 63, tom. II *Corpus juris civilis Romani*, pag. 191 edit. Lipsiæ anni 1740.

(20) Vide Ptolemæum *Geograph.* lib. VI, cap. 7, pag. 113 edit. Basileæ 1540, ubi : « Arabia Emporium; » et ad hunc locum hæc adnotata legimus : « Aden hodie, munitissima urbs, et emporium famigeratum » lib. II, cap. 4. Lud. Vartoman. Ptolemæi Græcus contextus habet Ἀραβίας ἐμπόριον. Holstenius tamen legendum advertit, Ἀραβία, ut Arrianus habet; et quidem in Latina versione optime legitur « Arabia Emporium, » quam lectionem secutus est Joannes Hudsonus in edenda Ptolemæi *Descriptione Arabiæ*, et *Tabula urbium insignium*. Mendosa est lectio codicis Coisliniani, qui pro *Ara-*

Digitized by Google

ex quo certe constat urbem illam, quam S. Hippolyti sedem credidit Moynius, non *Portus Romani* nomine insiguitam fuisse, sed *Arabiam* fuisse nun-

cupatam, quæ nunc vocatur *Aden*, cujus meminit Abulfeda in *Descriptione Arabiæ*, et nostris etiam temporibus insigne Arabum et Indorum mercatorum

bia, ἐμπόριον exhibet. Petrus Daniel Huetius in libello *De veterum mercatorum commerciis et navigationibus*, pag. 332, 333, 334 edit. Parisien. anni 1716, scribit Caium Cæsarem, Augusti filium, Arabiæ Felicis Emporium devastasse. Sed vir cæteroquin eruditus toto cœlo hac in re aberrasse nobis videtur; nam, ut optime observat Henricus Dodwellus dissert. 4 de auct. *Peripli maris Erythræi*, edit. tom. I *Geograph. min.* Hudsoni Oxoniæ 1698, in 8, § 2 et seqq., pag. 86, auctor *Peripli maris Erythræi*, quem Arriano tribuunt, ex quo hæc didicit Huetius, sub imp. Marco et Vero floruit; ideoque hæc verba ejusdem Arriani in *Periplo* tom. I *Geograph. min.*, pag. 15 : « At vero paulo ante nostra tempora Cæsar eam destruxit, » Augusti ævo non B conveniunt, cum centum et sexaginta anni inter Augustum et Verum intercedant. Præterea Plinius *Hist.* lib. VI, cap. 28, ut observat idem Dodwellus, et ante ipsum vir maximus Henricus Norisius in Cœnotaph. Pisan. dissert. 2, cap. 12, pag. 380, tom. III Operum edit. Veronæ anni 1729, hæc habet : « Caius Cæsar, Augusti filius, prospexit tantum Arabiam; » ex quibus apertissime constat Caium Cæsarem a bellicis tumultibus ac cladibus Arabiæ inferendis prorsus abstinuisse. Plinio etiam consentit quodammodo Propertius elegantissimis hisce carminibus lib. II, el. 10, v. 15, 16 :

India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho,
Et domus intactæ te tremit Arabiæ,

Et lyricorum princeps Horatius :

Intactis opulentior
Thesauris Arabum.

His addere possumus alia duo veterum testimonia, C ex quibus evidentissime patet, nec C. Cæsarem, nec Ælium Gallum, qui in Arabia Felice populi Romani arma primus intulit, Homæritarum regionem, in qua hoc Emporium situm fuisse scimus, nuspiam attigisse. Strabo, antiquorum geographorum princeps, *Geograph.* lib. XVI, ubi agit de Arabia, pag. 1126, et seqq. edit. Amstelodami anni 1707, accuratissimum hujus itineris commentarium contexuit, quod si diligentissime perpendamus, aperte patebit Romanos ab improbissimo Silæo Nabatæorum procuratore deceptos, non ultra Marsiabam Rhamanitarum urbem processisse, quæ duorum dierum itinere ab aromatifera Homæritarum et Sabæorum regione aberat, *loc. cit.*, *pag.* 1128. Straboni subscribit Plinius lib. VI, cap. 28 et 29, ex quo deducimus Ælium Gallum in Homæritarum regionem nunquam pervenisse, sed in eorum provinciam exploratores misisse, ex quibus multa didicit, quæ describit. Demum Dio Cassius, qui sub Commodo, Pertinace, aliisque imperatoribus usque ad Alexandri Mammeæ filii tempora floruit, hanc Romanorum in Arabia Felice expeditionem describens, eos usque ad Athrullorum urbem pervenisse testatur, lib. LIII *Hist. Romanæ*, in *Cæsare Augusto*, num. 29, p. 729 cit. edit. Hamburgi anni 1750, tom. I, quæ juxta Strabonem, loc. cit., p. 1128, longius quam Marsyaba Rhamanitarum metropolis, ab Homæritarum regione dissita erat; etenim Ælius Gallus prius Athrullam cepit, eamque præsidio firmavit, ipso Strabone, loc. cit., teste, postmodum « Marsyabas processit, quæ duorum dierum itinere tantum ab aromatifera regione » aberat. Sed in hac re anteponendus est Strabo Dioni, utpote qui ex Ælio Gallo Arabicæ expeditionis duce, cujus erat amicus, quemadmodum lib. cit. XVI, pag. 1170, ipsemet fatetur, hæc didicit; ultimus igitur Romanorum itineris in hac provincia terminus non Athrulla fuit, sed Marsyaba.

Verum diligenti animadversione perpendenda sunt Dionis verba, qui multis post Trajanum annis vixit, et loc. superius citato, postquam hujus expeditionis morbum et incommoda, quibus obnoxii fuerunt Romani, narrasset, hæc addit : « Hi primi, atque, ut mea fert sententia, soli etiam Romanorum eousque in Arabia ista bello progressi sunt. Athrullorum (Athlulorum) enim tenus, quæ urbs insignis est, pervenerant. » Ex his enim non obscure colligimus alteram Dodwelli sententiam, qui Arabiæ Felicis Emporium a Trajano devastatum credidit, caute admodum esse probandam, quamvis ipse eo potissimum nitatur argumento, quod Trajanus, Sexto Rufo et Paulo Diacono testibus, classem in Rubro mari constituerit, quod fieri nunquam potuit, inquit Dodwellus, nisi Trajanus utrumque maris littus occupasset; ideoque sibi persuadet, hoc tempore Romanos celeberrimum hoc Emporium diripere potuisse. Nos vero rectæ rationi magis consonum censemus, Trajanum non in eo maris Rubri tractu classem instituisse, quem *Indicum* quandoque a veteribus appellatum constat, sed in sinu ejusdem maris, quem *Arabicum* nuncupamus, quemque etiam plerique ex antiquis scriptoribus *Rubrum* vocarunt. Hic enim sinus Romanis proximus fuit provinciis, Ægypto scilicet, Arabiæ Petrææ, quarum postremam Trajanus urbis gentium dominæ imperio adjunxit; ideoque ne barbaris rebellandi occasio in promptu esset, non solum terrestribus copiis, sed etiam maritima classe hujus provinciæ oras munire voluit, ut ipsos ab externis auxiliis accersendis penitus prohiberet. Leuccomii siquidem, sive Albus vicus Arriani ævo ultimus Romani imperii in Arabia limes erat, ut tam custodiæ, quam quartæ partis mercium, quæ importabantur, recipiendæ causa, centurio cum exercitu mitteretur. Sabaitarum vero et Homæritarum regionem haud Romanis ævo suo subjectam affirmat ipsemet Arrianus; cum Charibaelem harum regionum Dynastam *Romanorum imperatorum amicum* tantum fuisse dicat his verbis Latine redditis : « Hanc (nempe Marpharlis regionem) novem dierum itinere sequitur Aphar metropolis, in qua sedem domiciliumque habet Charibael legitimus Homæritarum, et qui his vicini sunt, Sabaitarum rex, imperatorum nostrorum amicus; ad quos crebras legationes et munera mittit. Supra laudata igitur Arriani verba cum excidio nobilissimi Emporii Trajano adscripto convenire non poterunt; cui vero ex Romanis imperatoribus tribuendum sit, nobis est incompertum, quamvis Herodianus lib. III *Hist.* n. 73, pag. 528, inter *Romanæ historiæ scriptores* collectos a Friderico Sylburgio edition. Francofurti D anni 1590, scribat *Septimum Severum*, post transgressam *regionem Interamnanam*, *agrumque Adiabenorum*, *etiam in Arabiam Felicem* excurrisse; et Herodiano assentire quodammodo videatur Zosimus lib. I *Historiarum*, p. 657 ejusdem collectionis, qui *Arabiam universam a Severo excidio datam* memoriæ prodidit. Verum Herodiani verba ex Dione interpretanda sunt, qui lib. LXXV, pag. 1256 citatæ editionis, cum Arabes illos a Severo domitos nusquam Felicis Arabiæ accolas dicat, sed Arabes tantum, eosque cum Osroenis et Adiabenis numeret his verbis : « Severus . . . exercitum contra barbaros, Osroenos, Adiabenos et Arabes duxit, » nobis quodammodo patefacit, Severum nunquam Arabiam Felicem subegisse, sed Petræam, ac desertæ Arabiæ partem Osroenis ac Adiabenis propinquas. Hac etiam interpretatione donanda sunt Zosimi verba, cum et ipse *Arabes scenitas* loc. cit. disertim nominet. Spartianus in *Severo* pag. 71 collectionis

Digitized by Google

emporium est. De hac eadem urbe ita scribit Philippus Cluverius (21) : « Aden omnium pulcherrima, et munitissima ad fauces sinus Arabici. Aden suum habebat principem, qui fraude Solymani Belierbe Cayrensis circumventus, urbe occupata, occisus est. » Ex *Geographia* Bleawiana didicimus Aden nunc esse metropolim regni ejusdem nominis, ibique Emporium nobilissimum ævo etiam nostro superesse, Indicarum rerum mercatoribus patens. Exactissimam ejusdem urbis descriptionem nobis exhibet Ludovicus, patricius Romanus, qui ibidem XVI sæculi initio aliquantisper commoratus est; recentiorem vero habemus in novissimo *Atlante historico* Godewillei, et in amplissimo *Lexico geographico* in Batavia nuper in lucem emisso (22).

Tot igitur argumentis, quæ hucusque fuse nimis, quam par erat, adduximus, cuilibet persuasum esse credimus Stephanum le Moyne levissima ac futili conjectura innixum opinari S. Hippolytum Arabici Homæritarum Emporii, ad quod sequiori ævo appellere consueverunt Romani, episcopum fuisse; *Emporii* enim *Romani* nomen, quod Philostorgius huic civitati tribuit, ipsius dignitatem ac præstantiam designat, non locum aut urbem, quæ, Ptolemæo et Arriano testibus, *Arabia* dicta fuit; quod Philostorgius, quamvis post ipsos floruit, forsan

A ignoravit. Si antiqui scriptores hanc urbem *Portum Romanum*, quod Græcis λιμὴν dicitur, appellassent, vel S. Hippolytum *Emporii* alicujus, non vero *Portus Romani* episcopum dixissent, utique Moynium nugas locutum esse minime putaremus; sed cum nobis persuadere conetur S. Hippolytum in ultima Arabia Felice episcopalem sedem obtinuisse, hoc tantum argumento, quod ibidem emporium Romanum exstiterit, vana omnimodo docuisse existimamus. Hic enim non emporia Romana quærimus, quorum plurima in toto orbe Romanis mercatoribus pervia exstitisse exploratum est; sed *Portum Romanum*, qui non procul ab Urbe dissitus, unicus fuit, et in quo sedisse S. Hippolytum veteres omnes uno ore fatentur; et si hac in re Moynio fides

B adhibenda esset, non solum Arabes, sed Persæ, Æthiopes, aliique, ubi Romanorum fuerunt emporia, S. Hippolytum tanquam proprium episcopum sibi vindicare sine injuria eodem argumenti genere possent.

XXII. *S. Petrus Damianus S. Hippolytum Portuensem cum Nonno episcopo Edisseno confudit.*

Post S. Gelasium et Philostorgium Stephanus le Moyne (23) sanctum Petrum Damianum conjecturæ suæ patronum asserere non dubitat; scribens enim S. Damianus ad Nicolaum II (24) Romanum ponti-

Histor. August. scriptor. Claudii Salmasii edit. Parisiensis ann. 1620, *Arabes* a Severo *in deditionem* acceptos, *et Adiabenos tributarios* coactos etiam scribit. Verum Arabiam Felicem nunquam a Romanis in provinciam fuisse redactam evidentissime constat; Romanorum siquidem Arabia eosdem habuit limites, quos Petrææ tribuunt veteres geographi, videlicet a septentrione Euphratem, ab oriente montes Babyloniæ, a meridie Arabiam Felicem, ab occidente Judæam. Vide Pancirol. *Notit. dignitat. imper. Orient.*, cap. 117. Sed ad Trajanum revertamur, qui postquam Ctesiphontem celeberrimam Assyriæ urbem expugnavit, longius quam cæteri imperatores studio visendi barbaras regiones, Romani imperii limites excessit; et in Indiam velut novus Alexander sese contulisset, nisi ingravescente jam ætate deterritus, hujus expeditionis consilium penitus abjecisset. Sed Trajani peregrinatio, quamvis longissima, tamen per eas regiones tantum instituta fuit, quæ ab Homæritarum provincia longo intervallo distabant. Trajanus siquidem, Dione teste lib. LXVIII in Trajano, num. 28, p. 1145, postquam Ctesiphontem cepit, statuit mare Rubrum trajicere, hoc est sinum Persicum, nam; ut etiam advertit Gisbertus Cuperus, veteres quandoque Persicum sinum Rubri maris nomine donarunt, quemadmodum etiam Christophorus Cellarius *Geographiæ antiquæ* lib. III, cap. 14 pag 600 edit. Lipsiæ anni 1782, t. II adnotavit: « Mesene quoque insula Tigridis, in qua Atambilus regnabat, nullo labore » idem imperator potitus est, deinceps qui Spasini « Vallum, urbem ita dictam, habitabant, » ipsum amice receperunt. Tandem venit ad Oceanum, sed longius in Erythræum sinum progredi non potuit; dum enim navigat versus Oceanum, atque de reditu cogitat, gentes, quas antea debellaverat, defecere, ideoque Ctesiphontem redire quanto citius oportuit, et longioris navigationis consilium penitus evanuit. Ex hac igitur Dionis narratione, quam de Trajani navigatione tam accurate instituit, difficile nobis videtur deduci posse Trajanum cum Erythræi maris sinum attigisse, qui Homæritarum

littora alluit, in quibus Arabiæ Emporium erat; cum ipse secundo flumine Tigri, quod in sinu Persico se exonerat, in Oceanum non longius processerit;

C celeriter enim ad perdomandos rebellantes populos in provinciam redire coactus fuit; quamobrem certo nobis persuasum est Romanos nunquam extremas hasce Homæritarum oras victricibus armis illis temporibus attigisse.

Quod ad sequiora tempora attinet, sæpe citatus Simonius Assemannus dissert. 4 ad Chron. Orient., § 9, pag. 255, et § 28, pag. 264, ut alios scriptores prætereamus, scribit Romanorum commercium cum Homæritis ab anno Christi 354, in quo Constantius legationem eisdem misit, usque ad annum 520, imperante Justino, perdurasse, in quo Romani mercatores, direptis eorum facultatibus, jussu Damiani seu Dimionis Homæritarum regis interfecti fuerunt. Ex his igitur, quæ fuse narravimus, apparet S. Hippolyti ætate Homæritarum regionem nondum Romanis paruisse, proindeque in ea tunc temporis Romanorum Emporium non exstitisse. Quo fit ut tota le Moynii conjectura penitus corruat.

D (21) *Manuduct. ad geograph. universal.*, pag. 66 et 67.

(22) Legenda sunt ea, quæ in *Dictionario geographico* de la Martinière, tom. I, p. 85 edit. Venetæ anni 1737, verbo *Aden* proferuntur.

(23) Diatriba de S. Hippolyto, p. 50, tergo, ubi textum S. Petri Damiani integrum describit.

(24) In opusculo 19 *De abdicatione episcopatus* ad Nicolaum II Romanum pontificem, quod exstat tom. III Operum S. Petri Damiani, pag. 211 edit. Constantini Cajetani Parisiis anno 1743, cap. 7, n. 21, pag. 217, hæc ait: « Beatus quoque Nonnus martyr, qui et Hippolytus, memoriæ nostræ non prætereundus occurrit. Qui nimirum postquam 30 millia Saracenorum ad Christi fidem efficacissima prædicatione convertit, postquam beatam quoque Pelagiam de lupanaribus ad Ecclesiæ pudicitiam provocavit, postquam denique nonnullos sanctarum expositionum libros luculenter explicuit, tandem episcopatum deseruit; de Antiochenis partibus, un

Digitized by Google

ficem, et S. Hippolyti episcopi et martyris gesta breviter narrans, refert S. Hippolytum, postquam triginta Saracenorum millia ad Christum convertisset, et B. Pelagiam ex lupanaribus ad Ecclesiæ castitatem revocasset, et sanctarum expositionum libros luculenter explicuisset, tandem episcopatum de Antiochenis partibus, unde erat oriundus, deseruisse, et cum Romam se contulisset, in Portu Romano martyrium consummasse. Verum Moynius ipse, qui antiquissimos scriptores Leontium, Anastasium, Germanum Constantinopolitanum, aliosque, qui S. Hippolytum Portus Romani episcopum crediderunt, nulla fide dignos censet, eo quod Eusebius et S. Hieronymus ejus sedem ignoraverint, summa quidem injuria nunc nobis objicit hoc S. Petri Damiani testimonium, qui undecimo sæculo vixit, in quo antiquarum rerum notitia apud nostrates penitus fere collapsa erat; præsertim cum ipse S. Damianus non solum in hac, quam instituit de S. Hippolyti gestis narratione, qua S. Hippolytum nostrum cum Nonno Edesseno perperam confudit, ut Moynius ipse fatetur (25), sed in aliis rebus, præcipue in enarrandis S. Petri Urseoli gestis, qui quinque et 50 annos ante ipsum floruit, sæpe aliquid humani passus sit, ut patentissime ostendit citatus Justus Fontaninus (26). Saracenorum conversionem, quam S. Hippolyto nostro tribuit S. Damianus, ut Nonno Edesseno adjudicandam esse censeamus, quod a *sharac*, non a *sarac* deductum esse arbitratur Lequienus (27), Hippolyti ævo vix innotuisse nobis suademus; licet Ptolomæi ætate τὴν Σαρακηνήν, *Saracene*, angustiorem Petrææ Arabiæ portionem fuisse *inter Ægyptum et Nigros montes* scribat Cellarius (28); et Plinius (29), cujus tamen contextum hoc loco depravatum suspicantur viri doctissimi, Saracenos inter alios Arabiæ populos recenseat, et nihil de eorum numero aut moribus addat. Verum Saracenos v° sæculo primum toti orbi innotuisse scribunt nonnulli, dum patrios fines prætergressi, populabundi in Palæstinam hoc ævo se contulerunt, cujus regione tyrannide occupata, exinde eorum potentia ab exiguis profecta initiis adeo crevit, ut in Asia, Africa, Europa longe lateque dominati sint. Hinc evenit ut Saracenorum nomine posterior ætas quoscunque Scenitas Arabes, et ubicunque positos, designaverit; ideoque Ammianus Marcellinus lib. xiv scribit, Saracenorum gentem ab Assyriis initium capere, et ad Nili cataractas porrigi et confinia Blemmyarum. Infimo tamen ævo tam late acceptum Saracenorum nomen, ut quoscunque idololatras ac Mahumetanos hac appellatione donarint illorum temporum scriptores (30). Nonnus itaque Edessenus tam magnum Saracenorum numerum in Palæstina, vel in Osroena, cujus provinciæ metropolim ipse regebat, hoc ævo baptizare potuit, in quo ipsorum numerus certe quidem maximus fuit. Secundo Pelagiam ad bonam frugem rediisse hortatu Nonni Edesseni, non Hippolyti Portuensis, omnes veteres scribunt (31). Tertio Arabia Felix Antiocheno patriarchæ nunquam paruit, sed Alexandrino (32), qui, Procopio teste (33), Homæritis episcopum misit. Verum cum Edessa nobilissima et antiquissima Osroenæ provinciæ metropolis (non Phœniciæ ad Libanum, ut perperam scripsit Hardui-

de erat oriundus, abscessit, Romanos fines appetiit. Cumque beata Aurea apud Ostiam civitatem, saxo cervicibus alligato, in marinis fluctibus martyrium consummasset, B. Nonnus sanctum cadaver pia devotione collegit, et cum omni diligentia tumulavit. Quem mox idem persecutor, qui dicebatur Vulpius, juxta Tiberis alveum in foveam aquis plenam mergi præcepit, cujus postmodum corpus, consummato triumphali martyrio, in civitate quæ Portus dicitur, Christiana devotio sepelivit. Illico audita est vox velut infantium per unam fere horam clamantium: *Deo gratias*. Qui ergo talem vitæ meruit clausulam, liquido patuit, quia episcopatum desereas, coram Deo non incurrit offensam. »

(25) Diatriba de S. Hippolyto p. 31 : « Sed quod addit Petrus Damiani, Hippolytum pœnitentem Pelagiam convertisse, et illam a turpissimis moribus et prostitutis ad meliorem frugem et vitam castissimam perduxisse, hic tempora congrue desiderari possunt. Nam Pelagia sub Theodosio Juniore pœnitens et reclusa vixit Hierosolymis, quod ad ævum Hippolyti aptari nullo modo potest. Et videtur hic Petrus Damiani Hippolytum Nonnum cum Nonno episcopo Edesseno confudisse, et unum pro altero habuisse. . . adeo ut deceptus videatur fuisse Petrus Damiani, qui Hippolyto Nonno Portuensi episcopo tribuit emendationem et pœnitentiam Pelagiæ. »

(26) Dissert. de S. Petro Urseolo, c. 2, p. 3 et seqq. edit. Romæ anni 1730.

(27) In notis ad librum S. Joannis Damasceni *De haeresibus*, c. 7, num. 101, nota 2, p. 110, tom. I Operum ejusdem S. Joannis Damasceni citatæ edit.: « Saracenorum nomen Arabicum est, *non a sarac, furatus est* [quia Arabes latrociniis vivunt], sed *a scharac, ortus est*, eo quod Orientis partes incolant, quo sensu Hebræi vocabantur *Orientales*. » Legendus quoque du Fresne in *Glossario* verb. *Saraceni*, ubi multa de hujusmodi nomine refert.

(28) Lib. III *Geographiæ antiquæ*, cap. 14, § 37, p. 586, tom. II edit. Lipsiæ ann. 1752. Vide Ptolemæum *Geographiæ* lib. v, cap. 17, p. 104 cit. edit.: « Protenduntur in regione montes, qui Melanes, vel Nigri appellantur, a sinu scilicet, qui juxta Pharum est quasi ad Judæam, gentesque sunt ab occasu quidem horum montium ad Ægyptum et Saracene. »

(29) *Hist.* lib. VI, cap. 28, tom. I edit. Harduini, pag. 728. Lege tamen hac de re Cellarium citato lib. III, c. 14, p. 600.

(30) Vide etiam du Fresne de *Saraceni* nomine et aliis ejusdem nominis significationibus, in *Glossario*.

(31) De S. Pelagia, quæ fuit meretrix Antiochena, lege ipsius Vitam, auctore Jacobo Diacono ejus coævo, interprete Eustachio, et alia in Simeone Metaphraste. Vide apud Surium die 8 Octobris, tom. V *De vitis sanctorum*, ab Aloysio Lipomano episcopo Veronæ olim conscriptis, p. 225 edit. Venetæ anni 1581, et Raineri monachi Leod. *Speculum pœnitentiæ*, seu *Vitæ S. Pelagiæ* lib. II, ex cod. mss. Leodiensi in Beru. Pezii *Thesaur. anecdotor.*, tom. IV, part. III, col. 69, 82.

(32) Hac de re legendus sæpe citatus Michael Lequien, tom. II *Orientis Christiani*, pag. 662 et seqq.

(33) Loc. cit.

Digitized by Google

nus[34]), intra patriarchatus Antiocheni diœcesim sita fuerit (35), et cum S. Damianus scribat S. Hippolytum episcopatum dè Antiochenis partibus deseruisse, nemo non videt hæc Hippolyto, ut autumant Arabiæ Felicis episcopo, cujus diœcesis patriarchatui Alexandrino suberat, convenire non posse, sed potius Nonno Edesseno tribui debere, qui Antiocheno patriarchæ subjectus fuit. Demum S. Petrus Damianus hæc omnia, quæ de S. Hippolyto habet, ex Actis S. Aureæ mutuatus est, quæ immortali viro Cæsari cardinali Baronio (36) minus placuerunt; nec immerito magnus vir horum Actorum fidem suspectam habuit; ipsa enim, ut recte monuit Tillemontius (37), miris scatent fabulis, summaque temporum confusione laborant; idcirco ipsis parum fidendum censemus. Eadem nunc in duobus exstant codicibus sat vetustis, quorum primus, Aringhio indice, in tabulario Lateranensi invenitur, alter in bibliotheca Vallicellana. Papebrochius, Fabricio teste (38), sinceriora S. Aureæ Acta se reperisse scribit, in quibus S. Hippolytus Arabum metropolitanus dicitur, et Cyriacus Portuensis episcopus. Si hujusmodi Acta doctissimi socii Bollandiani vulgabunt, videbimus in quibus a Vallicellanis et Lateranensibus differant. Nobis tamen persuasissimum est, horum Actorum auctoritatem tot antiquis scriptoribus haud esse anteponendam. Si enim hæc Acta sinceriora essent, S. Hippolytum non Arabiæ metropolitanum, nec Cyriacum Portuensem, sed Ostiensem episcopum appellassent. Nec mirum si S. Petrus Damianus S. Hippolytum *Nonni* nomine insignivit; hoc enim ipse vel ex Actis S. Aureæ, vel ex antiquis Martyrologiis discere potuit, in quibus S. Hippolytus hoc nomine designatur, præcipue in Longobardico pervetusto bibliothecæ Ottoboniæ, et in altero, quod laudat Fabricius (39). Verum hoc *Nonni* nomen, quod, ut diximus, episcopum primævæ Ecclesiæ denotat, S. Damianum forsan in errorem induxit, dum sanctum Hippolytum episcopum Nonnum cum Nonno Edesseno confudit, qui tribus integris sæculis post S. Hippolytum floruit. Num igitur S. Petri Damiani testimonium tot disertis antiquis scriptoribus præferendum sit, doctis viris judicandum relinquimus.

XXIII. *Origenes S. Hippolytum in Portu Romano alloquentem audire potuit.*

Objiciet demum aliquis, S. Hippolytum non in Occidente, sed in Oriente episcopum fuisse, quia Origenes, qui in Oriente vixit, S. Hippolytum alloquentem audivit (40). Halloixius Origenis vindex S. Hippolytum in Arabia ab eodem auditum conjectat (41), ea adductus ratione, quod Origenes anno Christi 217, ut Tillemontio (42) placuit, in Arabiam a provinciæ præfecto evocatus migravit. Verum hæc Halloixii conjectura Tillemontio parum arridet (43). Origenem Romam se contulisse certum omnino est (44); quapropter si Halloixio licuit pura conjectura asserere S. Hippolyti homiliam ab Origene in Arabia auditam fuisse; nobis quoque, qui veterum testimoniis probavimus S. Hippolytum Portus Romani non in Oriente, sed in Occidente episcopatum obtinuisse, licebit firmare, Hippolytum vel Romæ, vel in Portuensi ecclesia, præsente Origene, fuisse locutum.

XXIV. *S. Hippolyti marmoreum monumentum in agro Verano prope ejus cœmeterium ab antiquis Christi fidelibus collocatum, antiquam Portuensis Ecclesiæ traditionem mirifice comprobat.*

Tandem nonnullis S. Hippolyti episcopatus Portuensis minus arridet, ex eo quod ipsius monumen-

(34) Legendus Norisius *De epochis Syromacedonum* dissert. 2, Oper. tom. II, p. 115 cit. edit.

(35) Legendus Carolus a sancto Paulo, *Geograph. sacra*, pag. 292, et Lequien cit. tom. II, pag. 954 et seqq.

(36) Ad annum 229, num. 7, tom. II, p. 481 cit. edit. : « Hæc autem omnia locupletius scripta leguntur in dictis S. Aureæ martyrii Actis, quæ mendis plena in multis essent restituenda. »

(37) Citato tom. III, not. 4 sur saint Hippolyte, p. 676.

(38) Oper. S. Hippolyti tom. I, pag. 21, ubi hæc verba Danielis Papebrochii referuntur : « Habemus sinceriora S. Aureæ pariter passæ Acta, in quibus res tota ascribitur tempore Alexandri imp. ipso anno 222, 4 Mart. regnare exorsi, quo prædictus Hippolyti Canon terminatur, et Portuensis pro eo tempore episcopus illic appellatur Cyriacus, Hippolytus vero appellatur Arabum metropolitanus. »

(39) Tom. I Operum sancti Hippolyti, pag. 20 : « x Kal. Sept. in Portu urbis Romæ natalis S. Hippolyti, qui dicitur Nonnus, cum sociis suis. »

(40) Ex S. Hieronymo etiam hoc discimus in lib. *De viris illustribus*, c. 61, Oper. tom. II, pag. 886 cit. edit. Vallarsii : « Hippolytus... scripsit... et προσομιλίαν de laude Domini Salvatoris, in qua, præsente Origene, se loqui in ecclesia significat. »

(41) Petrus Halloix, *Origenes defensus*, *Vitæ Origenis* lib. I, c. 10, pag. 29 edit. Leodii anni 1648 : « Tunc quidem (nempe cum Origenes in Arabia morabatur) accidisse illud, quod de S. Hippolyto refertur, nempe dum concionem ad populum de Domini Salvatoris laude haberet, atque in præsentem Origenem oculos intendisset, ejus præsentiam auditoribus indicasse, seu quod eum dictis suis assentientem videret, seu quod plebi talem, tantumque declarando hospitem, gratificari vellet. »

(42) Tom. III, in *Origene*, art. 13, p. 521.

(43) Loc. cit., p. 522 : « Mais pour le lieu et le temps, il est difficile d'en rien dire de certain, parce que nous ne savons point en quel pays saint Hippolyte était évêque. »

(44) Id enim diserte tradit Eusebius lib. VI *Hist. eccl.*, c. 14, pag. 274 : « Adamantius vero (id enim etiam Origeni nomen fuit), Zephyrino per hæc tempora Romanam Ecclesiam gubernante, se in urbem Romam advenisse scribit, cum sibi in votis fuisset, sicut ipsemet alicubi dicit, Romanam Ecclesiam omnium antiquissimam coram videre. Ibi paulisper moratus, Alexandriam redit. » Legenda sunt ea, quæ a Valesio adnotantur ad hunc Eusebii locum, qui quamvis invitus Baronio concedat, hujusmodi adventum anno 220 contigisse, illi tamen non assentitur, eumdem iterum Romam venisse anno 248, et secundum adventum de altero Origene intelligendum observat. Vide etiam Alloix *Vitæ Origenis* lib. I, c. 7, p. 20, et Tillemontium tom. III, art. 8, de Origene, pag. 510 et seqq., ubi etiam de ipsius Romam adventu, et anno multa habent.

Digitized by Google

tum non in Portuensi ecclesia, cui ipse præfuit, ab illius cultoribus positum ac collocatum fuerit, sed agro Verano. Hujusce rei si aliqua haberetur ratio, Hippolytus, non Portuensis, sed Tiburtinus episcopus, cum Scaligero dicendus esset. Verum tam longe abest, ut hujusmodi argumentum rem nostram infringere vel minimum valeat, quinimo veterem Romanæ Ecclesiæ traditionem de Portuensi S. Hippolyti sede quam maxime confirmet. Etenim insigne illud tanti martyris monumentum in agro Verano positum et repertum fuit, quia ibidem S. martyris reliquiæ, ut Prudentius nos docuit, a Christianis in cœmeterio conditæ fuerunt, quod postea una cum ædicula S. Hippolyti nomine Deo fuit dicatum (45); quo in loco cum Deus opt. max. tanti martyris precibus quamplurima miracula operari dignaretur (46), Romani exterique magna frequentia S. martyris tumulum venerabantur; unde Prudentius, qui Romæ fuit et populorum multitudinem præsens conspexit, hæc scribit (47) :

Mane salutatum concurritur, omnis adorat
Pubis, eunt, redeunt solis ad usque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul, et peregrinos
Permistim populos religionis amor.

Et paucis interjectis sancti Hippolyti diem festum Idibus Augusti celebrari solitum describens, inquit (48) :

Urbs augusta suos vomit effunditque quirites,
Una et patricios ambitione pari,
Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Discrimen procerum, præcipitante fide;
Nec minus Albanis acies se candida portis
Explicat, et longis ducitur ordinibus.
Exsultant fremitus variarum hinc inde viarum,
Indigena, et Picens, plebs et Etrusca venit.
Convenit Samnitis atrox habitator, et altæ
Campanus Capuæ, jamque Nolanus adest.
Quisque sua lætus cum conjuge, dulcibus et cum
Pignoribus rapidum carpere gestit iter;
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi;
Hæret et in magnis densa cohors spatiis.
Angustum tantis illud specus esse catervis
Haud dubium est, ampla fauce licet pateat.

Cum igitur marmorea S. Hippolyti cathedra inter hujusce cœmeterii rudera effossa fuerit, nemo non videt Scaligerum aliosque futili coniectura deceptos, S. Hippolytum vel Tiburtinis immerito tribuere, vel, quod pejus est, nec in Portuensi, nec in alia quavis Occidentis Ecclesia sedisse cum Moynio cæterisque perperam negare. Antiqui ergo Christi fideles statuam S. Hippolyti nomine insignem in agro Verano viæ Tiburtinæ contiguo collocarunt, non quod ipse Tiburtinus fuerit episcopus, sed quia pretiosissima tanti martyris pignora, a Portu Romano translata, ibidem fuerunt sepulta. Quapropter, præter hoc nobilissimum ipsius monumentum, minores etiam imagunculæ anaglyphici operis ibidem detectæ patrum nostrorum memoria fuerunt, quarum ectypa, ut alias observavimus, nobis suppeditat Aringhius. S. Hippolyti igitur monumentum in agro Verano repertum nunquam tot scriptorum de Portuensi sede ipsius sententiam infirmare poterit; imo ipsa ex hoc miro fulcitur testimonio, cum monumentum illud, quod S. Hippolyti episcopi et martyris esse nemo unquam negare ausus est, prope cœmeterium effossum sit, ubi certo scimus S. Hippolyti reliquias, ex Portu Romano translatas, a Christi fidelibus fuisse repositas.

XXV. *Moynius Portuensis Ecclesiæ antiquitatem S. Hippolyti ævo æqualem perperam negavit.*

Nunc reliquum est, ut aliqua de Portuensis Ecclesiæ antiquitate cursim delibemus, ne quis nobis objiciat cum Moynio, S. Hippolytum ejusdem sedis episcopum esse non potuisse, eo quod sequiori potius ævo, quam antiquissimis S. martyris temporibus sedes Portuensis instituta esse videatur. Quod si Portuensem Ecclesiam antiquissimis temporibus suos episcopos habuisse nobis probare contigerit, ipsemet Moynius manus victas dabit, et S. Hippolytum, quem dudum Homæritis tribuere conatus est, Portuensi Ecclesiæ restituet. En ipsiusmet Moynii verba (49) : « Ingenue tamen profiteor, me cum multis facile admissurum, Hippolytum dictum episcopum Romanum, quia Portus in Romana diœcesi erat episcopus, si constaret Portum fuisse episcopatum tempore Hippolyti, et episcopo Portuensi eadem permissa, quæ posterioribus temporibus illi permissa sunt in ordine cardinalium, in ordinatione et consecratione pontificis Romani, et in sacris qui-

(45) In citato hymno S. Hippolyti cœmeterium ipsius ita describit, vers. 151 :

Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Mersa latebrosis crypta patet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores summo tenus intrat hiatu,
Illustratque dies limina vestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere visa est
Nox obscura, loci per specus ambiguum;
Occurrunt celsis immensa foramina tectis
Quæ jaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus
Arcta sub umbrosis atria porticibus :
Attamen excisi subter cava viscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui.

Et paulo post, vers. scilicet 170 :

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris apposita,
Servat ad æterni spem judicis ossa sepulcro,
Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

(46) Ingens miraculorum copia ad S. Hippolyti tumulum a Deo patratorum, etiam ab ipso Prudentio describitur loc. cit. vers. 175 :

Mira loci pietas, et prompta precantibus ara
Spes hominum placida prosperitate juvat.
Hic corruptelis animique et corporis æger,
Oravi quoties stratus, opem merui.
Quod lætor reditu, quod te, venerande sacerdos,
Complecti licitum est, scribo quod hæc eadem,
Hippolyto scio me debere : Deus cui Christus
Posse dedit, quod quis postulet annuere.

(47) Loc. cit. vers. 190.
(48) Loc. cit. vers. 200.
(49) De S. Hippolyto diatriba, p. 29, terg.

Digitized by Google

busdam obeundis in variis Romæ sacellis et basilicis. Sed ista sunt sequioris ævi, nec Portus episcopatus tanta se potest vetustate commendare. » Portuensis episcopatus antiquitatem Moynius facili negotio inspicere poterat, si notissimum *Geographiæ sacræ* volumen a Carolo a Sancto Paulo elaboratum tantisper consuluisset, nec solo Ughelli testimonio acquiescere maluisset, qui tamen non admodum sero Portuensium episcoporum seriem inchoavit (50). Carolus a S. Paulo (51) Gregorium laudat, qui concilio Arelatensi primo interfuit et subscripsit (52); Ughellus Romanum subjungit, qui circa annum Domini 370 vixit, et deinceps utrosque sequuntur Petrus, Castus, aliique. A Portuensi episcopo Romanum pontificem consecrari, res non adeo recens est; nam ex *Diurno Romanorum pontificum*, quem collectum post annum 685 scribit ejus editor Joannes Garnerius, constat jam tunc temporis hunc morem invaluisse, ut episcopus Portuensis consecrationi Romani pontificis interesset (53). At si sedulo rem ipsam inspiciamus, hujusce ritus primordia in Romana Ecclesia vetustissima esse nemo dubitabit, cum S. Cornelius papa apud Eusebium « adumbratam inani quadam manuum impositione » Novatiani ordinationem appellet (54), eo quod, ut inquit Henricus Valesius, facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi pontificis Romani jus habebant (55). Hinc apparet quam immenso vetustatis intervallo Homæritarum Ecclesias Portuensis antecellat; idcirco ipsam inter antiquissimas totius Italiæ sedes recensendam esse nemini dubium erit. Moynius nimis confidenter, ne dicamus temere, ipsius antiquitatem in dubium revocare ausus est, et cum Gregorius ipsius episcopus concilio Arelatensi interfuerit, paucis scilicet annis post redditam catholicæ Ecclesiæ pacem, nullum ambigendi locum superesse censemus, quin Portuensis episcopatus primordia ab Hippolyto repetenda esse credamus, aliosque post ipsum episcopos Portuensem Ecclesiam usque ad Gregorium obtinuisse, quinquaginta scilicet annorum intervallo, quorum nomina temporum injuria perierunt (56).

XXVI. *Moynii divinatio de antiqua Portus Romani aeris insalubritate rejicitur.*

Nec insurgat Moynius loc. proxime citato objiciendo Portum Romanum, aeri inclementi obnoxium, paucissimos semper aluisse habitatores. « Erat Portus Ostiensis a Claudio constructus, a Trajano reparatus, gravi et inclementi aeri obnoxius, et qui paucissimos semper aluit indigenas et incolas. » Aeris enim inclementia, quæ nunc per agrum Romanum ob neglectam ipsius culturam longe lateque grassatur, S. Hippolyti ævo Romanis exterisque inaudita fuit. Minutius Felix S. Hippolyti synchronus vindemiarum tempore per otium Ostiam secessit cum Octavio ac Cæcilio Natali, ipsamque ob aeris salubritatem atque clementiam eximie commendat. En tanti scriptoris verba (57): « Placuit *Ostiam* petere, *amœnissimam civitatem*, quod esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda et apposita curatio; » et paucis inter-

(50) *Ital. sacr.*, tom. I, pag. 3 edit. Venetæ anni 1717, post S. Hippolytum Romanum episcopum anno 370 recensuit, quamvis Lucentius Gregorium deinde produxerit.

(51) *Geograph. sacr. Italiæ*, p. 47.

(52) Mansi, *Concil.* t. I.

(53) In libro *Diurno Romanorum pontificum*, c. 2, articul. 8, ritus ordinandi pontificis: « Tunc episcopus Albanensis dat orationem primam; deinde episcopus Portuensis dat orationem secundam; postmodum adducuntur Evangelia, et aperiuntur et tenentur super caput electi a diaconibus. »

(54) En verba Eusebii Latine reddita lib. VI *Hist. ecclesiast.*, cap. 43, pag. 311: « Eos (episcopos) a quibusdam sui similibus, quos ad id (Novatianus) comparaverat, inclusos hora decima, temulentos et crapula oppressos, adumbrata quadam, et inani manuum impositione, episcopatum sibi tradere per fraudes atque insidias vindicat. »

(55) In notis ad hunc locum: « Adumbratam et cassam illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi Romani pontificis jus habebant; ejusmodi erat Ostiensis, Tiburtinus, et alii, » etc. De ritu consecrandi Romani pontificis ab episcopis, inter quos Portuensis numeratur, legendus Christianus Lupus Oper. tom. VI, p. 315 et seqq., ubi agit de conciliabulo Brixinensi, edit. Venetæ anni 1725, et Catalanus in *Commentar. in cærem. sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, lib. I, § 13, p. 109 et seqq., edit. Romæ anni 1750, aliique permulti, quos libenter præterimus, qui de re satis nota sermonem instituerunt. Tiburtinum episcopum jus habuisse in consecratione Romani pontificis, ut scribit citatus Valesius, nullibi nobis reperire datum est.

(56) Portuensis Ecclesiæ antiquitas vel etiam ab eo comprobatur, quod antiquissimis etiam temporibus Christiani in Portu Romano exstiterint, quorum nonnulli martyrii palmam sunt assecuti, qui in Martyrologio Romano sunt descripti. Sub Trajano imperatore Hyacinthum martyrem in Portu Romano obiisse in Martyrologio Romano die 26 Julii legimus, de quo etiam agit Usuardus, Ado, Martyrologium Fuldense, et alii recentiores. Videndus Giorgi in notis ad Martyrologium Adonis die 26 Julii, p. 355, Tillemontius tom. II, p. 573, et Bollandiani socii die 26 Jul., Act. SS. mensis Julii, tom. VI, pag. 303 edit. Venetæ anni 1749. Quinquaginta milites martyres in persecutione Valeriani in Portu Romano occisos refert idem Martyrologium Romanum die 8 Julii, et die 15 ejusdem in eodem Portu Romano natalis sanctorum martyrum Eutropii, Zosimæ et Bonosæ sororum describitur. Item 22 Augusti in eodem Portu Romano memoria sanctorum martyrum Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis et Felicis cum sociis eorum, habetur. Secunda Martii in Portu Romano sanctos martyres Paulum, Heraclium, Secundillam et Januarium notatos invenimus; die 24 Maii S. Vincentium martyrem, et quinta denique Septembris sanctum Herculanum martyrem. De quibus omnibus legendi sunt Beda, Usuardus, Ado, aliique, nec non Baronius in notis ad Martyrologium, Dominicus Giorgi in suis ad Adonis Martyrologium, Sollerius ad Martyrologium Usuardi notationibus, et Bollandiani socii in superius recensitis dietus.

(57) § 2, pag. 44 edit. Cantabrigiæ an. 1707

Digitized by Google

jectis : « Itaque cum diluculo ad mare inambulando littore pergeremus, ut et aura aspirans leniter membra vegetaret, et cum eximia voluptate molli vestigio cedens arena subsisteret... » Perpensis igitur eximiis hisce Minutii verbis, quis unquam de salubritate Portus Romani Ostiæ finitimi recte dubitare poterit? Quapropter jure ac merito Jacobus Gronovius patentissimum Moynii lapsum castigat in notis ad hunc Minutii locum his verbis : « Cum vero Ostiam ita cernimus ab auctore descriptam, ut non modo amœnissimam vocare censuerit, sed etiam commendaverit; tum a marinis balneis, tum vero ab aura; hinc fateri cogor, me nescire, an ratio sua constiterit eruditissimo quondam nostro le Moyne, cum in Prolegomenis ad *Varia sacra*, p. 20, scripsit : « Erat Portus Ostiensis a Claudio conB « structus, a Trajano reparatus, gravi et incle« menti aeri obnoxius, et qui paucissimos semper « aluit indigenas et incolas. » Credo frequentiorem Ostiam fuisse, nec tamen Procopius, aut alii Ostiam, vel Portum sic deprimunt. » Hæc Gronovius. Verum si quis rem altius disquirere, et aeris inclementiæ originem, qua nunc ager Romanus laborat, perscrutari vellet, legat, si lubet, eruditum Joannis Baptistæ Donii libellum *De insalubritate agri Romani*, et sapientissimi viri Ferdinandi card. Nuptii disquisitionem *De Romani agri cultura restituenda :* quod vero paucissimi mortales Portum Romanum tunc temporis habitarent, hoc nemini probare poterit Moyntus; quis enim sibi persuadeat C celeberrimum mundi portum ad quem merces, quæ ex toto terrarum orbe Romam gentium dominam comportabantur, appellere necesse erat, adeo incolis destitutum, ut paucissimos tantum mortales aluisse credendum sit? Si antiquos lapides tantisper consulimus, non exiguus statim hominum numerus emergit, qui publicis tantummodo Portus Romani usibus destinati fuere, quorum *corpora*, sive *collegia* in iisdem monumentis sæpe memorantur, scilicet fabrorum, tignariorum, ferrariorum, tabulariorum, mensorum, fabrorum navalium (58), aliorumque, quorum numerum ex iis colligere fas est, A quæ de hujusmodi antiquorum collegiis viri doctissimi tradiderunt. His etiam jungendi sunt caudicarii, saccarii Portus Romæ, quorum mentio habetur in *Codice* Theodosiano (59). Horum corpora numerosa fuisse recte monet Jacobus Gothofredus (60), utpote qui annonam aliasque merces Urbis usibus destinatas saccis et minoribus navigiis asportabant. Præcipuos etiam magistratus in Portu Romano destinatos nobis suppeditat idemmet *Codex* Theodosianus, in quo exstat titulus *De patronis horreorum Portuensium* (61), qui annonæ præerant; procuratores Portus Ostiensis exhibent etiam antiquæ inscriptiones; sacerdotes Serapidis cultu mancipatos legimus in supra laudata inscriptione apud Sponium, cujus genuinam lectionem B immerito in dubium vocant nonnulli, qui pro *Portu*, *Pontum* legendum esse autumant, nullo quidem rationis momento, quo primam Sponii lectionem immutandam esse doctis viris persuadeant. Etenim, ut scite observat Jacobus Gronovius (62), Serapidis templum non modo apud Sinopenses in Ponto exstitit, verum etiam non longe a Portu Romano, quemadmodum ex Minutio deducimus, qui Serapidis simulacrum non longe ab Ostia commemorat.

S. Hieronymus, in epistola ad Pammachium (63), xenodochium ab hoc nobilissimo viro in Portu Romano exstructum memorat. S. Ambrosius (64) *operas Portuenses* nominat, et Philostorgius (65), de Alarico loquens, qui Portum Romanum et urbem C ipsam Portuensem dira obsidione devicit, hæc inquit : « Hic vero confestim Portum occupavit. Id autem est maximum navale urbis Romæ, tribus portubus constans, et in parvæ urbis magnitudinem extensum. » Procopius (66), qui bello Gothico interfuit et Portum Romanum præsens forsan invisit, disertissime testatur apud eumdem urbem fuisse a Romanis conditam : « Ultra istud os, ad ripam (Tiberis) condiderunt urbem olim Romani, quæ mœnibus cincta est validissimis, ductoque a portu vocabulo *Portus* dicitur. Hanc civitatem a Procopio memoratam infimis etiam temporibus exstitisse

(58) Lege Gruterum p. 437, num. 2, ubi in basi statuæ repertæ an. 1590 Ostiæ : *Fabrum. Navalium. Portens. Corpus. Fabrum. Navalium Ostiens.* et p. 462, n. 1 : *Mensores. Nos. Portuenses. quib. vetus. fuit cum. Caudicariis Diuturnumq. Luctamen.* De collegiis suprascriptis multa reperies apud Gruterum aliosque inscriptionum collectores.

(59) Lib. XIV, tit. 22, leg. 1, pag. 294, tom. V edit. Lipsiæ anni 1741. De caudicariis et mensoribus Portuensibus agitur eodem lib. XIV, tit. 4, leg. 9, pag. 200, ubi lege quæ hoc loco et alibi a Gothofredo adnotantur.

(60) *In Paratitl.*, lib. XIV, tit. 1, lege 1, de suariis, pecuariis, et susceptoribus vini, cæterisque corporatis, tom. V, pag. 188.

(61) Lib. XIV, tit. 23, leg. 1, in eodem tom. V, pag. 292. Vide etiam quæ hoc in loco Gothofredus tradidit.

(62) In notis ad citatum locum Minutii Felicis, § 2. Serapidem non longe a Portu Romano ad maris littus simulacrum habuisse, ipse Minutius his D verbis testatur eodem loco : « Cæcilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens, osculum labiis pressit. »

(63) Epist. 66, juxta editionem Vallarsii, p. 399, Oper. tom. I, edit. Veronæ anni 1734 : « Audio te xenodochium in Portu fecisse Romano, et virgam de arbore Abraham in Ausonio plantasse littore; » id etiam repetit epist. 76, ad Oceanum de morte Fabiolæ, tom. cit, p. 461.

(64) In epist. ad Eusebium, quæ est num. 54 juxta editionem Parisiensem monachorum ord. S. Benedicti e congregatione S. Mauri an. 1690, Oper. tom. II, p. 1005 : « Apparitor præfecturæ, qui propter operas Portuenses offensam contraxerat, jam in Portu navigat. »

(65) *Ecclesiasticæ Hist.* lib. XII, num. 3, p. 544 citat. edit.

(66) *De bello Gothico* lib. I, cap. 26, p. 18 citat. edit.

Digitized by Google

constat. Quod si infelicissimis hisce temporibus, quibus, irruentibus barbaris, ipsa gentium domina fœdæ servitutis vincula subire coacta est, Portus Romanus inter munitissimas urbes recensita fuit, quid censendum erit de ejusdem felicitate et incolarum frequentia sub Gordianis cæterisque Augustis, quorum ævo floruit S. Hippolytus, dum res Romanæ adhuc integræ permanebant? Ex quibus omnibus apertissime constat Moynium perperam scripsisse, Portum Romanum episcopali sede S. Hippolyti ævo nondum fuisse decoratum, eo quod paucissimi ibidem mortales permanere ob aeris insalubritatem potuerint.

XXVII. *S. Hippolyti natalis dies quænam apud veteres fuerit, expenditur.*

Sed antequam hujus dissertationis finem faciamus, optimum esse ducimus annuam diem investigare, quam antiqui Christi fideles tanto martyri sacram esse voluerunt. Equidem si post Prudentium antiquissima Ecclesiarum Occidentalium monumenta consulimus, quæ Martyrologia præcesserunt, statim animadvertimus, magni Hippolyti memoriam Idibus Augusti in sacris Ecclesiæ fastis fuisse descriptam. Prudentius, qui dum Romæ moraretur, B. Hippolyti solemnitati, quam in illius cœmeterio celebrabant Romani, præsens interfuit, eamdem Idibus Augusti consignatam fuisse scribit (67):

Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat.

Prudentio consentiunt non solum vetustissimum Kalendarium aliaque antiquitatis monumenta, quæ prima dissertationis parte laudavimus, verum etiam Kalendarium Romanum a J. Frontone vulgatum (68), quibus omnibus S. Hippolyti martyris memoria Idibus Augusti consignatur. Ita pariter in vetustissimo *Sacramentorum* libro *Romanæ Ecclesiæ* reperimus, quem summo reipublicæ litterariæ bono edidit vir sapientissimus et rerum liturgicarum peritissimus Jos. Maria card. Thomasius (69), et in *Sacramentario Gregoriano*, quod ipsemet ven. vir ad vetustissimi codicis Caroli Magni ævo conscripti, qui nunc in bibliotheca Ottoboniana asservatur, exemplar recensuit, emendavit, et typis vulgasset, nisi immatura mors optimum tanti viri consilium prævenisset (70). Duobus hisce incorruptis venerandæ antiquitatis monumentis tertium addere possumus, vetustissimum nempe *Sacramentorum* librum, quem edidit Josephus Blanchinus in suis ad Anastasium Bibliothecarium Prolegomenis (71). In hac etiam magni Hippolyti memoria Idibus Augusti consignatur.

Græci vero S. Hippolytum *papam* Romæ tertio Kalendas Februarii colunt, ut ex eorum Menologio et Synaxariis, quorum duo brevissima exhibent totidem bibliothecæ Ottobonianæ antiquissimi sacrorum Evangeliorum codices, quinimo ex Latinis vetustissimum Martyrologium, quod edidit Lucas Dacherius (72), Græcis consentit, dum IV Kalend. Februarii « in Tuscia S. Hippolyti episcopi de antiquis » meminit. Sed Adonis, Usuardi, Notcherii et Bedæ Martyrologia pristinum Latinæ Ecclesiæ morem sequuntur, dum S. Hippolyti festum Idibus Augusti recitant (73). Quamobrem Prudentii testimonium in hac re Græcorum Menologiis et Synaxariis præferendum censemus. Nec quis miretur in Romano Martyrologio ab incomparabili viro Cæsare card. Baronio in lucem edito, de S. Hippolyto non *Idibus Augusti* sed *undecimo Kal. Septembris* mentionem haberi; Idibus vero Augusti S. Hippolyti militis, qui pro Christo « sub Decio imperatore, Valeriano præfecto, » ut Adonis verbis utamur (74), passus est, quique B. Laurentii socius fuit, ut ex vetustissimo Missali Gothico colligimus (75), diem festum celebrari. Etenim hæc natalitiorum dierum confusio non aliunde oriri potuit, quam ex præcipuis Ecclesiæ cujuspiam consuetudinibus; quæ cum propria die SS. martyrum

(67) Sæpius citat. hymn. 11, vers. 231.

(68) Die 13 mens. August. natal. S. Hippolyti, p. 191 edit. Veronæ anni 1733.

(69) Lib. II *Sacramentorum*, Operum tom. VI, p. 146 edit. Romæ anni 1751. Natalis S. Hippolyti Idibus Augusti ita refertur cum sequentibus orationibus: « In natali S. Hippolyti. Id. Aug. *Sancti Hippolyti martyris, Domine, quæsumus, veneranda festivitas salutaris auxilii nobis præstet augmentum. Per*, etc.

SECRETA.

« *Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut nostræ humilitatis oblatio et pro tuorum grata sit honore sanctorum, et nos corpore pariter, et mente purificet. Per*, etc.

POSTCOMMUN.

« *Sumptis, Domine, sacramentis, quæsumus ut intercedente beato martyre tuo Hippolyto, ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per*, » etc. Vide Muratorium, *Liturgia Romana vetus*, tom. I, p. 662.

(70) *Sacramentarium Gregorianum* fuit etiam a Muratorio editum tom. II, *Liturgia Romana vetus*, et in eo Idibus Augusti refertur natalis sancti Hippolyti cum tribus pariter orationibus, pag. 112 et seqq. edit. Venetæ anni 1748.

(71) Tom. IV, p. 38 edit. Romæ anni 1735, ubi Idibus Augusti « Natale sanctorum Hippolyti et Pontiani » habetur, et orationes diversæ cum sequenti præfatione describuntur: « Vere dignum, etc. Tibi enim, Domine, festiva solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam sancti Hippolyti martyris tui sanguis in veritatis tuæ testificatione profusus magnifico nominis tui honore signavit. Per, » etc.

(72) Tom. II *Spicilegii*, pag. 3 edit. Parisiensis anni 1723 sæpius citatæ.

(73) Legenda sunt quæ de S. Hippolyto advertit Dominicus Giorgi in adnotationibus ad Martyrologium Adonis die 30 Jan., p. 72 edit. cit., die 13 Augusti, pag. 402; et 25 ejusdem mensis, pag. 420.

(74) In Martyrolog.: « Idibus Augusti Romæ S. Hippolyti sub Decio imperatore, Valeriano præfecto, etc. » pag. 400 cit. edit.

(75) In eo enim habetur missa S. Hippolyti martyris. Vide *Liturgiam Romanam veterem* editam a Ludovico Muratorio, tom. II, pag. 628 edit. cit.

Digitized by Google

annuam solemnitatem recolere non posset ob præ- A
« ipuum aliquem Ecclesiæ illius heroem, cujus me-
moria eadem die, quo forsan S. Hippolyti festum
occurrebat, celebrari contingeret, necesse fuit, ut
illam ad sequentes dies, vel etiam menses transfer-
ret; ideoque cum præcipui illius Ecclesiæ fasti in
aliquem universalis martyrologii codicem irrepse-
rint, ex quo postmodum alia fuerunt descripta
exemplaria, inde ortam opinamur hanc dierum fe-
storum discrepantiam. In vetustissimo Romanæ Ec-
clesiæ Kalendario Liberii temporibus confecto (76)
« III Kalendas Januarii, Felicis in Calisti depositio »
signatur. In altero vero Kalendario Romano Fron-
tonis hæc eadem depositio decimo quarto die Ja-
nuarii describitur (77). S. Agnetis in Liberiano
unica mentio habetur : « duodecimo Kalendas Fe- B
bruarii Agnetis in Nomentana (78); » apud Fron-
tonem hac eadem die (79), et vigesima octava Ja-
nuarii habetur « Natale S. Agnæ. » Ita pariter
S. Hippolyti nostri memoria in Græcorum Syna-
xariis, et in Martyrologio Dacheriano 28 Jan.
celebratur. In Romano Martyrologio 22 Aug., in
alio perantiquo bibliothecæ Ottobonianæ, et altero
apud Fabricium, 23 ejusd. mensis (80). Aliud de-
nique apud eumdem Fabricium tertio Idus Septem-
bris S. Hippolyti festum recitat (81). Ideoque nil
mirum, si nostris hisce temporibus natalis S. Hip-
polyti episcopi Portuensis ex propria sede quodam-
modo avulsus, undecimo Kal. Septembris celebre-
tur; et Idibus Augusti S. Hippolyti festum habea- C
tur, qui in Breviario Romano dicitur a S. Laurentio
baptizatus, in Missali Gothico ejusdem socius; in
Breviariis mss. bibliothecæ Ottobonianæ, et in Bre-
viario Mozarabo (82) sub Decio imperatore et Va-
leriano præfecto passus perhibetur, et *in agro Præ-
toriano sepultus*. Quæ quidem omnes discrepantiæ
nostram sententiam de mutato S. Hippolyti festo
non leviter confirmant.

XXVIII. *Die 22 Aug. modo ab Ecclesia, et in diœ-
cesi Portuensi S. Hippolyti episc. dies festus cele-
bratur.*

Sed ne inveteratam Romanæ Ecclesiæ consuetu-
dinem, quam nunc universus Occidens amplexus
est, innovare velle nobis quispiam vitio vertat, an-
nuam B. Hippolyti solemnitatem eodem die, quo in
Martyrologio Romano habetur, nunc recoli posse
non dubitamus. Hæc tantum monuimus, ut osten- B
deremus vetustissimum fuisse cum in Latina, tum
in Græca Ecclesia B. Hippolyti episcopi et martyris
cultum; utpote cujus mentio in vetustissimis om-
nium Ecclesiarum fastis Idibus Augusti habeatur.
Quamobrem cum viro doctissimo Ruinartio (83)
fateri oportet, duplicem Hippolytum hac die 13
Augusti ab antiquis celebratum fuisse : unum a
Prudentio memoratum; alterum vero B. Laurentii
socium, cui nonnulla ex primi Actis attributa sunt.
Porro, ut ipsemet clarissimus monachus observat,
antiquiora Kalendaria, Liberianum scilicet et Car-
thaginense, cum Romano Martyrologio, quod Hie-
ronymo tribuitur, consentiunt. *Sacramentarium* Ge-
lasianum (84) et Gregorianum (85), hac ipsa die
Idibus Augusti, ut superius diximus, S. Hippoly- C

(76) Editum quoque fuit a Joanne Georgio Ec-
cardo in *Corpor. historic. medii ævi*, tom. I, p. 25
edit. Lipsiæ anni 1723. In eo etiam Idus Aug. legi-
mus : « Hippolyti in Tiburtina, et Pontiani in Ca-
listi. »

(77) Die XIV natale S. Felicis in Pincis, p. 137 ci-
tatæ edit. Veronæ ann. 1733.

(78) Apud Eccardum loc. cit., pag. ead. 25.

(79) Die XXI mense supras. : « Natale sanctæ
Agne, » pag. 141, et p. 142 : « Die XXVIII mens.
supras. natal. S. Agne. »

(80) Operum S. Hippolyti tom. I, pag. 20, X Kal.
Sept. : « In Portu urbis Romæ natalis S. Hippolyti,
qui dicitur Nunnus cum sociis suis. » Giorgius in
notis ad Martyrologium Adonis die XXIII Aug. de
S. Hippolyto hæc notat : « Hippolytus hac die co- D
litur a Hieronymianis, qui ita habent : « et in
« Porto (*sic*) urbis Romæ natalis S. Hippolyti, qui
« dicitur Nonnus, cum sociis suis; » Romanum
parvum : « Romæ Hippolyti, Quiriaci, et Archil-
« lai. » Ado et Usuardus habent : « in Portu Ro-
« mano. » Martyrologium Ottobonianum hac die :
« In Porto Romano natalis S. Hippolyti qui dicitur
« Nunnus, cum sociis suis : Martyrologium reginæ
Suecorum agit pridie hujus diei his verbis : « In
« Porto (*sic*) Romano natalis S. Hippolyti, » sociis
prætermissis. Martyrologium quoque Romanum
unum *Hippolytum* in Portu Romano, sociis præter-
missis, recolit pridie hujus diei, nempe 22 Aug. »

(81) Eadem pag. 20, III Id. Sept. : « In Portu ur-
bis Romæ natalis SS. Ingenui et Hippolyti martyr-
rum. »

(82) Fol. 343.

(83) Admonitione in martyrium S. Hippolyti,
num. 4, pag. 144 : « Existimamus duplicem Hip-
polytum hac die 13 Aug. celebrari : unum a Pru-
dentio memoratum, alterum vero beati Laurentii
socium, cui nonnulla ex primi Actis tributa sunt.
Porro antiquiora Kalendaria, Romanum scilicet ab
Ægydio Bucherio editum, et Carthaginense, cum
Romano Martyrologio, quod S. Hieronymo attri-
buitur, Missale Gelasianum, et Sacramentarium
Gregorianum hac ipsa die Idum Augusti Hippoly-
tum, seu, ut vulgo veteres scribunt, *Ypolytum*
martyrem celebrant sine ulla sociorum mentione,
aut aliqua speciali nota, quæ ipsum S. Laurentii
socium, aut alterum fuisse designet. »

(84) Orationes, quæ in eo habentur, superius jam
descripsimus col. 539.

(85) In eo enim Idibus Augusti « natale S. Hip-
polyti » recensetur cum tribus sequentibus oratio-
nibus apud Muratorium, *Liturgia Romana vetus*,
tom. II, pag. 112 cit. edit. « Da nobis, omnipotens
Deus, ut beati Hippolyti martyris tui veneranda
solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem.
Per eumdem Christum, etc. »

SUPER OBLATA.

« *Respice, Domine, munera populi tui, sanctorum
festivitate votiva, et tuæ testificatio veritatis nobis
proficiat ad salutem. Per Dominum*, etc.

AD COMPLENDUM.

« *Sacramentorum tuorum, Domine, communio sum-
pta nos salvet, et in tuæ veritatis luce confirmet.
Per Dominum*, » etc. In *Sacramentario* Leoniano ab
eodem Muratorio edito habetur etiam natalis san-
ctorum Hippolyti et Pontiani Idibus Augusti, et in
orationibus nulla de Hippolyti sociis mentio est,
neque in præfatio, in quo hæc tantum habentur,

Digitized by Google

tum martyrem celebrant « sine ulla sociorum mentione, aut aliqua speciali nota, quæ ipsum S. Laurentii socium, aut alterum fuisse designet. » Quæ cum ita sint, nemo non videt S. Hippolytum Portuensem episcopum et martyrem Prudentii carminibus celebratum, in vetustissimis hisce catholicæ Ecclesiæ monumentis memorari (86). Ex his igitur, quæ hucusque duabus dissertationis nostræ partibus

tom. I, *Liturgia Romana vetus*, pag. 400 : *Vere dignum*, etc. *Tibi enim, Domine, festiva solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam S. Hippolyti martyris tui sanguis in veritatis tuæ testificatione profusus magnifice nominis tui honore signavit.*

(86) Insignis semper exstitit præcipuo quodam modo in Portu Romano S. Hippolyti episcopi et martyris memoria. Deo in ejusdem episcopi honorem templum in eodem Portu Romano fuisse excitatum ex antiquissimis monumentis certum omnino est, quod adhuc tempore S. Leonis PP. III, qui Petri cathedram anno 795 ascendit, exstabat, cui pontifex *vestes de Stauraci* duas dono dedit, teste Anastasio Bibliothecario in Vita ejusdem S. Leonis III, tom. I edit. Blanchini anni 1718, Romæ, pag. 288 : « Fecit autem idem almificus pontifex in basilica Beati Hippolyti martyris in civitate Portuensi vestes de Stauraci duas, unam super corpus ejus, et aliam in altari majori. » S. Leo etiam IV anno 847 summus pontifex renuntiatus, alia dona in ecclesia S. Hippolyti, quæ in insula Portuensi erat exstructa, cumulavit, eodem Anastasio auctore, in eo pag. 383 cit. edit. : « Obtulit et in ecclesia Beati Hippolyti martyris, quæ ponitur in insula Portuensi, quæ nuncupatur Arsis, vestem de fundato, habentem gammadias ex argento textas, unam, vela de fundato numero quatuor. » Summus etiam pontifex Portuensem civitatem munivit, et profugos Corsos in illam recepit, « quousque sanctæ sedis præsulibus, populoque Romano in cunctis obedientes ac fideles exsisterent, » ut Anastasii verbis utamur loc. cit., pag. 385. Hanc quidem ecclesiam multoties ab episcopis Portuensibus restauratam adhuc exsistere scimus. De ea recentioribus temporibus in visitationibus episcoporum, quæ in tabulario diœcesano Castri Novi patriæ nostræ exsistente asservantur, sermo instituitur. Nonnullas indicare, quas propriis oculis lustravimus, in animo est, in quibus oratoria sanctorum Hippolyti, Blasii et sanctissimi Crucifixi extra civitatem Portuensem describuntur : nempe Marci Antonii Tomati episcopi olim Bitecten., et visitatoris apostolici Portuensis ann. 1661, pag. 230, cardinalis Martii Ginetti episcopi Portuensis an. 1667, pag. 7, Nicolai cardinalis Ludovisii an. 1682, pag. 214 ; in quo cardinalem Barberinum ruralem hanc Sancti Hippolyti ædem restaurasse perhibetur, et de puteo S. Hippolyti sermo est, cujus etiam jam meminerat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die XXII Aug. his verbis : « Viget adhuc in Portu Romano memoria S. Hippolyti episcopi, illaque conspicitur alta fovea aquis plena, in quam projectus martyrium consummavit. » Exstant visitationes Alderani card. Cybo anni 1683, pag. 95, et ejusdem cardinalis anni 1687, pag. 190 ; Petri card. Ottoboni anni 1689, pag. 53 ; Flavii card. Chisii anni 1691, pag. 847 ; Jacobi card. Fransoni anni 1696, pag. 421 ; atque ut de aliis recentioribus et nostrorum temporum sileamus, Clementis PP. XI anni 1705, per Marcum Battaglinum episcopum Nucerinum pag. 116, in quibus omnibus ecclesia S. Hippolyti prope Portuensem civitatem describitur. In civitate totaque diœcesi Portuensi festum S. Hippolyti die 22 Aug. cum officio et missa *de communi unius martyris sub ritu duplici* celebratur, vigore sequentis decreti sacræ rituum congregationis, quod ex regestis anni 1676, fol. 34, ejusdem S. congregationis eduximus : « Sanctissimus Dominus noster Clemens PP. X, ad pias preces eminentissimi et reverendissimi domini Ulderici episcopi Portuensis cardinalis Carpinei, ac præfecti congregationis sacrorum rituum benigne induisit, ut in posterum in prædicta diœcesi Portuensi singulis annis die XXII Augusti celebrari possit festum S. Hippolyti martyris primi episcopi Portuensis cum officio et missa de communi unius martyris sub ritu duplici ab omnibus de clero tam sæculari quam regulari utriusque sexus respective, qui ad horas canonicas tenentur, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Hac die 6. Maii 1676. » Hinc Fr. Joannes Antonius card. Guadagni, episcopus Portuensis et S. Rufinæ, cui plurimum cives mei ob patriæ nostræ collata beneficia debere fatentur, die 26 Septembris anni 1756 cavit, ut hujusmodi decretum omnino servaretur, proposito etiam edicto typis impresso, quod est tenoris sequentis :

DECRETUM.

Frater Joannes Antonius miseratione divina episcopus Portuensis, et S. Rufinæ S. R. E. card. Guadagni, sanctissimi domini nostri papæ vicarius generalis, Romanæque curiæ, ejusque districtus judex ordinarius. Omnibus et singulis sacerdotibus et clericis, qui sub nostræ Portuensis et S. Rufinæ diœcesis jurisdictione horas canonicas communi jure recitare tenentur, præcipimus, et præcipiendo stricte mandamus, ut sub die 22 Augusti cujuslibet anni unusquisque clericus officium et quilibet sacerdos officium et missam S. Hippolyti primi episcopi Portuensis UTI PATRONI TOTIUS DIŒCESIS *de communi unius martyris et pontificis omnino celebret, et respective persolvat sub ritu primæ classis una cum octava in executionem sacræ rituum congregationis decreti diei* 6 *Martii* (in regesto S. congregationis habetur Maii) 1676, *utque id facilius adimpleatur in quibuslibet ecclesiæ sacrariis hujusmodi nostrum decretum typis editum per parochos, aliosque, ad quos spectat, semper affixum retineri jubemus sub pœnis arbitrio*, etc. *Dat. Romæ ex ædibus nostris die* 16 *Septembris* 1756, F. J. A. CARD. GUADAGNI, EPISCOPUS PORTUENSIS. *Bernardinus Cicconi cancellarius episcopalis.* Sæculo elapso Flavius cardinalis Ghisius noster episcopus lectiones proprias secundi nocturni de S. Hippolyto compilatas S. rituum congregationis examini subjecit, quæ etiam in tabulario diœcesano asservantur ; quæque deinde a card. Fransono Portuensi episcopo in aliam formam redactæ, card. Colloredo pro revisione traditæ fuere ; de his tamen, forsan eorumdem cardinalium obitu eveniente, nulla amplius instantia in eadem S. congregatione restaurata fuit. Optandum certe esset, ut aliquis Portuensis episcopus proprias lectiones de tanto præsule ab eadem S. congregatione approbatas reportaret, ad celeberrimi episcopi et martyris cultum in nostra diœcesi in dies augendum ; præsertim cum S. Hippolytus Portuensis diœcesis sit patronus, et hac quidem de causa *S. Hippolyti Ecclesia* episcopatus Portuensis in nonnullis monumentis nominatus reperitur, præsertim in bulla Gregorii PP. IX, dat. Reate IV Nonas Augusti anno 1236, qua omnia privilegia et jura a Benedicto, Leone et Joanne Romanis pontificibus episcopis Portuensibus concessa, Romano Portuensi episcopo confirmavit, apud Ughellium, tom. I, pag. 131 *Italiæ sacræ* citat. edit., his verbis : « Felicis autem memoriæ papam Calixtum antecessorem nostrum et temporis qualitas, et vicinitas locorum induxit, sicut in suo privilegio perspeximus contineri, ut *Portuensem beati martyris Hippolyti*, et SS. martyrum Rufinæ et Secundæ in Sylva Candida uniret Ecclesias, et sub unius gubernatione antistitis perpetuis temporibus decerneret

Digitized by Google

lusius, quam par erat, de magni Hippolyti episcopi et martyris disputavimus, satis superque nobis probasse suademus, eumdem non Oriente, ut Tillemontio, vel in Arabia Felice, ut Stephano le Moyne visum fuit, sed in *Portu Romano* prope Urbem episcopatum obtinuisse. Ideoque in episcoporum Portuensium serie collocandum nemo ibit inficias. Decem enim et plures ætatis certæ scriptores hoc nobis tradiderunt, inter quos eminent Prudentius, Leontius, Anastasius Apocrysiarius, Syncellus, aliique, quorum testimonia prima dissertationis parte congessimus. Nec desunt veterum codicum inscriptiones et notæ; Catenarum et Martyrologiorum testimonia, ex quibus S. Hippolytum Portuensem episcopum fuisse constantissime evincimus. Quæ quidem omnia Eusebii ac S. Hieronymi de S. Hippolyti sede silentio anteponenda nemo prudens negabit. Supralaudati enim scriptores, qui post Eusebium et S. Hieronymum vixerunt, non temere hæc dictarunt, sed hæc omnia ex genuinis ejusdem S. Hippolyti operum titulis, et ex antiquis notis codicibus appositis, quarum unam in Parisiensi codice Sorbonico Marianus Victorius legerat (87), vel ex sinceris S. martyris Actis, quæ temporum injuria interciderunt, discere potuisse, cum erudito monacho Joanne Lyronio non uno exemplo probare conati sumus. Quinimo ipsemet S. Hieronymus, qui egregiam martyrii gloriam in toties laudato *Catalogo* reticet, alibi S. Hippolyto præcipue attribuit. Quod quidem mirum in modum nostram juvat sententiam. Stephani insuper le Moyne conjecturam omnino improbabilem nonnullis rationis momentis in medium allatis ostendimus, et ex ipsiusmet Philostorgii testimonio evangelicam lucem extremas Homæritarum oras, in quibus Emporium Romanum situm erat, centum post S. Hippolytum annos penetrasse, et episcopales sedes trecentos fere post annos ibidem esse cœpisse, certis deductis argumentis deduximus. Quapropter nil aliud restat, nisi vetustissimam Romanæ Ecclesiæ *de Portuensi S. Hippolyti sede* traditionem optimis nixi rationibus defendamus, et Portuensem episcopum prope Romam celeberrimum Christi martyrem S. Hippolytum exstitisse tutissime pronuntiemus.

permanere. » Episcopium Portuense *S. Hippolyti* episcopium etiam vocatur in bulla Benedicti PP. VIII, apud Ughell. tom. I, p. 116 : « Concedimus et confirmamus vobis vestrisque successoribus in perpetuum prædictum episcopium S. Portuensis Ecclesiæ, quod positum esse videtur foris prædictam civitatem Portuensem, cui vocabulum est *S. Hippolyti* ; » et in altera Leonis IX, apud ipsum Ughelli loc. cit., pag. 121 : « Hac igitur re inclinati decrevimus petitioni tuæ satisfacere, scilicet ut tibi tuisque successoribus ipsum Portuensem episcopatum confirmemus, quod utique libenter facimus. Et primum ipsum episcopatum Portuensis Ecclesiæ, quæ posita esse videtur foris prædictam Portuensem civitatem, cui vocabulum est *S. Hippolyti*... concedimus. » Quæ omnia antiquum cultum in Portuensi diœcesi S. Hippolyto præstitum satis superque confirmant.

(87) Ita ipse Marianus Victorius ad *Catalogum de scriptoribus ecclesiasticis*, in S. Hippolyto, testatur ad verba illa S. Hieronymi : « Nomen quippe urbis scire non potui; » hoc modo : « Hippolytus Portuensis episcopus fuit, ut in vetusto codice manuscripto apud Sorbonam Parisiensem legi, » Operum S. Hieronymi tom. I, p. 568 edit. ejusd. Mariani Victorii Parisiis anno 1579, apud Sebastianum Nivellum sub Ciconiis via Jacobæa. Pro coronide placet etiam adjungere quæ scribit Franciscus Combefisius *Bibliothecæ Græcorum Patrum Auctar. novissim.*, pag. 63 citatæ edit. Parisiensis anno 1672, qui non solum Mariano Victorio fidem præbet, verum etiam quæ alias a nobis relata sunt, mirum in modum confirmat : « Factum esse (Hippolytum) Portuensem episcopum, sicque Romanum antistitem, Romanæ scilicet proprie metropoleos suffraganeum, ut vocant, ac comprovincialem, ultra quam erat Romana propria diœcesis, in qua Romanus pontifex creabat episcopos peculiari jure, qui idcirco episcopi Romani, ut distincti a Gallis, Hispanis, aliisque in quavis provincia metropolitico jure, ex Canonum Nicænorum dispositione ordinari solitis, nonnullis nuncupantur, Græci significant, quod ita citant : sicque legisse auctor est Marianus Victor in antiquo codice Sorbonæ. »

S. HIPPOLYTI PORTUENSIS

ACTA LATINA

Quæ olim in ecclesia legebantur ad diem XI Kal. Septembris (Aug. 22).

([De Magistris], *Acta Martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico*, Romæ, 1795, in-fol., Append., p 459. Ex codice Vallicellano n. VII, fol. 252. — Monet editor Acta ista, in Actis SS. Bolland. ad diem Augusti 22 jam edita, pro merito æstimata non fuisse, quando constat vetustiora esse translatione corporis Hippolyti adeoque sæculo IX.)

Beatus Ypolitus qui et Nonus dicitur, cujus prædicatione Alexandria conversa fuerat, limina apostolorum visitare cupiens, Romam adiit. Sanctorum sepulcra ubicunque in locis vel in cœmeteriis invenire poterat curiosissime requirebat, ibique digna Deo laudes referens, die noctuque orationibus persistebat. Postmodum vero ad Portum Tyberianæ urbis properans, Spiritus sancti gratia revelante Ver-

Digitized by Google

bum vitæ quibus poterat cum miraculorum indiciis prædicabat. Denique postquam multa divinorum librorum commentaria edidit, et beatam virginem Auream pro Christo passam sepelivit, cum Ulpium Romulum urbis Romæ vicarium reprehenderet, quod Christianos crudeliter damnaret, ipsius vicarii præcepto ligatis manibus ac pedibus in foveam aqua plenam præcipitatur, sicque cum martyrii triumpho ad Christum perrexit. Tunc audita est quasi vox infantium dicentium Deo gratias.

Qua voce audita Ulpius Romulus dicebat : Modo patefiunt artes magicæ, nonne auditis consolationes (88) dæmonum ? Pretiosissima autem sancti martyris anima cum hujusmodi laudis voce cœlos penetravit, unde non dubium est angelorum illic solatia consorti affuisse. Christiani vero noctu levaverunt corpus ejus de puteo occulte, et cum hymnis et laudibus, omnique veneratione sepelierunt in eodem loco, non longe ab ipsa fovea, sed quasi pedes plus minus sexaginta in insula, quæ uno latere mare habet, a duobus divisione alvei Tyberis cingitur : vicesima secunda die mensis Augusti. Ubi et quotidie præstantur Christi beneficia, et fructus orationum sancti martyris exuberant usque in præsentem diem.

S. HIPPOLYTI PORTUENSIS

ACTA GRÆCA.

([De Magistris], *Acta martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico*, Romæ, 1795, in-fol., Præf. p. XLV.)

—

MONITUM.

Quis Actorum quæ subjicimus fuerit auctor, non ita facile definiri potest, quod ipsum in plerisque sinceris martyrum Actis usuvenit, quorum ut certa est fides, ita sunt incerti auctores. Quod si morem Ecclesiæ Romanæ, Ostiensis tam propinqua et suburbicaria, imitata est, notarius aliquis aut alius e clero hæc Acta collegerit. Neque enim ii sumus qui Pontificalis libri (89) auctoritatem contemnere possimus, dum narrat a S. Clemente papa id negotii fuisse notariis impositum, ut martyrum Acta studiose conquirerent.... Hunc morem imitatas fuisse alias Ecclesias, ac præsertim Carthaginensem, veteres prodiderunt (90), adeoque habuit Ostiensis Ecclesia Romanam quam sequeretur. Quoniam vero Actorum Ostiensium scriptor plus in una virgine Chryse atque ipsius procuratore Sabiniano immoratur quam in cæteris martyribus, non temere quis conjiceret eumdem scriptorem inter illius domesticos esse recensendum. In his Actis denique duo memorantur presbyteri, Eusebius et Concordius, quorum primus μακάριος, *beatus*, honorifice nominatur, alter velut ignotus producitur, τὶς Κόρδιος τοῦνομα, *quidam* nomine Cordius. Hunc modestissime de se loquentem si quis rei gestæ scriptorem velit, non repugnabimus ; uterque autem in sepeliendis martyribus non levem impendit operam. At is quicunque fuerit scriptor, æqualis illorum temporum fuit : nihil enim habet de Censorini martyrio, quamvis ab ipso initium faciat, ac exsilium ac vincula enarret ; cui plane coronam non denegasset si quidem ante suam scriptionem occubuisset, vel in carcere. Græci autem Censorinum non modo fuisse martyrem, sed quo mortis genere palmam consecutus fuerit nos docent (91). Id omne profecto cum in Actis nostris desideretur, argumento est eadem prius fuisse conscripta quam caput martyr secandum præberet. Hujus itaque martyrii silentium tantum abest ut fidem extenuet Actorum, quod viro acutissimo visum est (92), ut imo eorumdem antiquitas inde comprobetur.

At Græcone an Latino sermone Acta hæc fuerint primum edita, non immerito dubitari potest : namque in Latina urbe pronum est suspicari patria lingua fuisse composita, propter etiam styli quam præ se ferunt nativam quamdam simplicitatem. Verumtamen Latinus auctor, etsi perantiquus haberi possit, ipsorumque martyrum æqualis, adeo pedissequum se prodit Græci contextus, ut interdum nec assequatur ; veluti Græcus ubi ait sub initium de martyre Censorino : Οὗτος ἀπὸ τῆς καταπρόσωπον τοῦ βασιλέως Κλαυδίου θέας οὐχ ὑπεχώρει, ἀλλ' εἴπερ τινὰς ἐκ τῶν Χριστιανῶν ἑώρακε πρὸς ἀναίρεσιν ἐλκομένους, ἢ καὶ πρὸς δημοσίαν εἱρκτὴν ἀπαγομένους, λεληθότως τούτους ἐνίσχυε, καὶ ὅσον αὐτῷ εὐπορεῖτο τροφὰς τοῖς ἐν φυλακαῖς τυγχάνουσι : Latinus reddidit : *Hic ante Claudii aspectum non recedens, sed si quos vidisset e Christianis ad necem trahi, vel ad custodiam publicam, occulte confortabat, et quantum ei, largiebatur victum in carceribus, ministrabat et vinculis, et custodiis.* Illa vero *ante Claudii aspectum non recedens*, itemque alia, *quantum ei ;* postrema denique *ministrabat vinculis et custodiis*, magis interpretem sapiunt verbatim Græca reddere conantem, quam auctorem quemlibet suo utentem patrio sermone. Paria sunt quæ pertinent ad Claudii sententiam : Καὶ παράχρημα ἐκέλευσεν αὐτὸν διὰ τῆς στρατιᾶς ἀπενεχθῆναι κατὰ τὴν Ὀστησίαν πόλιν : *et confestim adduci eum jussit per milites ad Ostiensem civitatem.* Quæ satis expedita interpres reddidit : *Et jussit eum propter militiæ consortium Ostiæ in custodia mancipari.* Minas etiam

(88) *Consultationes* : nam veteres, vel auctores, vel certe librarii *consulare*, quod est *consulere* dixerunt ; indeque *consulatio*, et *consolatio* pro *consultatione* irrepsit. V. Salm. ad Tertull. *De pal.*, p. 162, et Drakenb. ad Liv. XXI, 16.

(89) Liber pontificalis, ed. Vignolii, p. 14.
(90) S. Cyprian., epist. 12.
(91) Siber., *Martyrol metr.*, Jan. 30, p. 41.
(92) Tillemont, *Mém eccl.*, III, 680.

Digitized by Google

vicarii Ulpii Romuli adversus martyrem Sabinianum : Τοῦτον ἐν ῥοπῇ καταλύσω, sic exposuit : *in momento eum confringam aut avellam ;* ubi unum verbum καταλύσω per duo explicans, interpretem se agere manifestius ostendit. Hæc autem non temere adnotavimus, propterea quod viri eruditissimi hæserint in paribus Actis, atque uter contextus, Latinusne an Græcus prior habendus esset pronuntiare noluerint (93). Alii quidem propensiores fuerunt in archetypa Græca (94), quod impugnarunt alii (95) : adhuc tamen postremi de SS. Nicandri et Marciani Actis censuerunt, Græce primum scripta fuisse, quamvis Latine tantum proponantur in Actorum sincera collectione (96) atque hæc interpretis esse non adeo certa suadeant argumenta, ut ea quæ suppetunt in Actis MM. Ostiensium. Illa enim S. Nicandri, *neutra interpretationem redolent, ita ut utrorumque textus* αὐτοφυής (genuinus) *videri possit, vel ex alterius linguæ scripto transfusus* (97).

Atque in Actis quidem Ostiensibus nemo styli elegantiam requiret ; potius vero mirabitur quædam in contexta Græco proponi vocabula quæ vix alibi occurrunt, vel composita ut καταπρόσωπον, *coram*, vel ignota ut ἁρμεντάριον, *equuleus ;* quod hæsitans interpretatus est vir peritissimus, qui epistolam Theodori episcopi Iconiensis de martyrio SS. Cyrici et Julittæ Latine reddidit. Namque illa : Ὁ δικαστὴς κελεύει ἁρμενταρίῳ ἀναρτηθεῖσαν αὐτὴν εὐτόνως ξέεσθαι, vertit : *Judex, sublimis e ligno seu equuleo, valide fodi latera jubet* (98). Vetus autem interpres nomen tortoris proprium censuisse apparet : *Præses indignans Armentario præcepit extentam eam decoriari* (99). Noster vero interpres, quantumvis indoctior, in ea voce nihil hæsit. Illa enim : Θυμωθεὶς Ῥώμυλος ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν τῷ ἁρμενταρίῳ ἀναρτηθῆναι, transtulit . *Iratus Romulus jussit eum in equuleo levari* (1). Glossarium vetus *armentarium* explicat ξύλον ἁρμητάριον, ὁπλισμός, *lignum armetarium, armatura* (2). Stipes itaque indicari videtur nomine *ligni armetarii*, quod lignum pro *equuleo* deinde usurpatum est, *n* littera interjecta, ut in aliis : vix enim Græci propriam vocem habent, quæ Latinorum *equuleo* respondeat, si pro tormento accipiatur. Fl. Josephus de Machabæis cum ὄργανα ἁρθρέμβολα dixit, *equuleum* designavit (3) pariterque Nazianzenus dum loquitur de hac ipsa Machabæorum historia (4). Ἁρθρέμβολα vero dicta sunt ὄργανα βαλλόμενα εἰς τὰ ἄρθρα : *instrumenta quæ membris injiciuntur*, ut Hesychius, vel παρὰ τὸ ἐξαρθροῦν τὸν ἐμβαλλόμενον, *eo quod luxent artus illius, qui* in equuleum *injicitur ;* quod alii e Græcis adnotarunt. Synonyma ergo haberi possunt ἁρθρέμβολα, et ἁρμητάρια, præsertim si hoc ultimum deducatur ab ἅρω, vel ἀρτάω, nimirum *apto* et *suspendo*, unde non pauca Græci Latinique habent. Apud Ægyptios vero Ἑρμετάριον, *Hermetarium* dictum est pro *armetario*, sive quod illi ad *Hermetem* omnia referrent, sive a truncis, quos *Hermas* vocabant, sive facili mutatione qua et sequiores Græci non ἁρμάρια sed ἑρμάρια dixerunt (5) quæ Latinis *armaria* sunt. Hinc apud M. Athanasium occurrit ἐποίησαν ἐπὶ τῶν καλουμένων ἑρμηταρίων κρεμασθῆναι, *in hermetariis quæ appellant suspendi jusserunt* (6). Hoc martyrum Ostiensium Actis debemus, quod Græcorum Lexica locupletent, cum in equuleo designando variis utantur vocibus præterquam nostra (7) quæ primum in hisce Actis occurrit, deinde in aliis longe posterioribus SS. Ciryci et Julittæ.

Nunc ea removenda est opinio, quæ disertorum quoque mentibus insedit, non potuisse nimirum in Latina suburbicaria civitate Acta martyrum Ostiensium Græce conscribi : namque hæc potissima fuit ratio cur hactenus nullo sint numero habita. Neque illud modo repetendum est, quod prima Romanorum institutio a Græcis litteris initium sumebat, idque doctiorum suffragio (8), cum res patrias Græco sermone conscriptas a pluribus haberent historicis (9), unum tantummodo proferemus, quod Augustus per otium jussit *lege proposita ut Romani Græco, Græci Romano habitu et sermone uterentur*. Quam legem Tiberius in senatu actisque publicis locum habere noluit ; privatim vero servasse constat cum poemata etiam Græce conscripserit. Nescio autem an Claudius illustres Græcos at Latine imperitos ex eadem lege damnarit : ipse quidem non pauca Græce scripsit (10). Facilius certe in eam legem Augusti peccarunt Græci quam Latini, quibus Græcissandi morem poeta censor eo usque objecit, ut in mulierculis etiam notaret :

Omnia Græce,
Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.

Adrianus plane *Græculus* cognomento est dictus (11) et M. Aurelius nonnisi Græce de sua vita commentatus est. Severus ipse, licet Africanus, Latinoque adeo sermoni addictior, in Græcis litteris plurimum profecisse dicitur : viro autem Julia Domna ut assentaretur, academiam in palatio instituit Græcorum, Græceve loquentium ; quos inter Ælianus, homo Prænestinus, Atticam expressit elegantiam. Una hactenus videbatur jurisprudentia veterem servasse Romani sermonis dignitatem, cum Alexander Sev. propter eam, de qua suo loco disseremus in Græcas litteras propensionem, viam stravit jurisconsultis, qui ex Papiniani etiam et Ulpiani schola Græce scribere non dubitarunt. Claudius ipse Gothicus Aureolo interempto prope Mediolanum, ut suæ victoriæ magis quam tyranno monumentum excitaret, non Latino sermone sed Græco usus est. Nam exstat etiamnum illi monumento inscriptum elegans epigramma, quod poeta vetus inepte, alii non insulse Latinum e Græco expresserunt. Innumeri denique lapides Græce inscripti, Romæ in ejusque vicinia eruti, hoc ipsum testantur ; illi præsertim qui Latine quamvis concepti, Græcis tamen litteris exarati sunt : cujusmodi est epitaphium Severæ M. quod inferius iterum excudimus. Nisi enim in Græci sermonis communi usu æque ac Latini, nunquam id factum esset, quod et manifestius inscriptiones bilingues demonstrant.

Christiani vero Græco sermoni eo magis adhæserunt, quod sacris libris uterentur Græce conscriptis, Novo nimirum Testamento, Veteri autem juxta LXX Interpretum versionem. Hinc a Marci Evangelio (quod Romæ Græca lingua scriptum fuisse narrant Hieronymus et Augustinus, aliis licet repugnantibus), usque ad ultimum sæculi III scriptorem, nisi fuerint Africani, omnes Græce sua opera ediderunt ; nam Africani

(93) L. Holsten. et Emeric. Bigot., Præf. in Act. S. Bonif. M.
(94) Tillem., *Mém. eccl.*, t. V, p. 686 et seq.
(95) Mazoch. in Kal. Neap., p. 749.
(96) Ruinart., *Act. MM.*, p. 484, ed. Ver.
(97) Mazoch., l. c., p. 665.
(98) Epist. Theod. Icon. ap. Combef., *Illustr. MM. triumph.*, p. 238.
(99) Ruin., *Act. MM.*, p. 421, not. 4.
(1) Act. MM. Ost. in fin.
(2) *Gloss.* Philox. et al., p. 17.
(3) Fl. Jos. de Machab., VIII et X.
(4) S. Greg. Naz., or. 22.
(5) Meurs., *Gloss.*, Opp. IV. p. 206.
(6) S. Athanas., *Apol. ad Const.*, t. I, p. 698.
(7) Vid. Jungerm., not. ad lib. Hier. Magii *De equul.*, ad cap. 8, p. 292.
(8) Liv. IX, 36 ; Quintilian., l. I.
(9) Dionys. Halic., *Hist.* l. VI ; Voss., *De hist. Lat.*, l. III.
(10) Suet., Octav., 98, et Claud., 42.
(11) Spartian., Adr., 1.

Digitized by Google

Latinis admodum delectati sunt litteris. Verumtamen ipse Tertullianus cum *De velandis virginibus* librum ab omnibus legi vellet, Græce primum edidit, deinde etiam Latine, ascripto suo nomine, quod in aliis fere prætermisit (12). Romani autem pontifices Petri exemplum secuti sunt, qui Græce scripsit suas Epistolas : neque enim alio sermone usus est Clemens, vel in duabus epistolis quæ tandem hoc sæculo Syriace prodierunt; nam qui eas recipit, e Græco fuisse conversas facile decernet. Tertio sæculo Græce fuisse Acta martyrum Ostiensium conscripta, nihil novi ac inusitati habet, quod minuere possit eorum fidem. Si quis tamen eadem Acta ex amplissima Eusebii Cæsariensis collectione repetere mallet, adhuc ea sincera esse fateretur ; eoque magis in pretio haberet, quod amisso thesauro, hæc veluti per medios fluctus reliquiæ ad nos pervenerunt. Nam de Metaphraste nulla suspicio, a quo Allatius, dum universa interpolata, vel ut ipse censet, expolita conquirit Acta, nostra non recenset; stylus certe ab illo Metaphrasti nimium distat.

Verumtamen ut sine ulla offensione prodeant Acta MM. Ostiensium, ab ipsis procœmium distinximus : sæpe autem in Actis MM. sincerioribus aliqua occurrit præfatio, unde illustrior evadat narratio atque prolixior. Henricus Valesius quæ in vulgus emisit Acta Procopii martyris, breviora cum essent, addito elogio ipsius vitæ, duplo magis excreverunt. Philippi Heracleensis episcopi Acta martyrii, aliquando præfationem habuisse ipso initio deprehenditur : *Beatus itaque Philippus diaconus primum*, et quæ sequuntur. Tarachi et sociorum Acta in contextu Græco epistola carent, quæ præfationis loco in Latinis codicibus præmittitur. Nostra quoque Acta in mss. S. Maximini apud Treviros fusiora sunt, ac longiore procœmio exornata. *Sed hinc nullatenus Actorum ipsorum auctoritas minuitur*, ait censor eximius, dum agit de hujusmodi additionibus (13). Ac profecto Cypriani Carthaginiensis cum habeamus Acta martyrii, quinetiam ipsa proconsularia; longe prolixiora Pontius diaconus exhibuit in suo libello, aut *egregio volumine*, ut Hieronymus loquitur. Merito itaque magno in pretio habentur additiones et procœmia, quæ præsertim a scriptoribus coævis proficiscuntur. Sunt vero quædam a librariis inter describendum inserta, ut martyres non sine laude nominarent, persecutores autem cum exsecratione, quos *impios* et *iniquos*, illos autem *sanctos beatosque* dixerunt. Has voces de suo postmodum addidisse Græcos Actis Ostiensibus testatur Latina versio, in qua desiderantur; eaque pariter doxologiam in fine primævam exhibet, quæ Græcam excludit utpote posterioris ævi; adeoque singillatim additiones distinximus.

Atque hæc sane commoda ex martyrum nostrorum Latinis Actis accepimus; illud vero incommodi quod notis aliquot chronologicis, hisque pernecessariis destituuntur, quæ servatæ sunt in contextu Græco. Nam corpora martyrum qui omnium primi sunt passi, postquam in mare projecta fuerunt, pleraque a. d. VI Id. Augusti, alia quarto post die recepta et deposita fuisse dicuntur. Quinto autem posthac die, iterum S. Chryse producta, et ingenti cum saxo in mari demersa est; cujus corpus ad littus ejectum Hippolytus Portuensis cum invenisset, sepulturæ tradidit XIX Kal. Septembris. Nunc autem legitur IX Kal., quod mendum in Græco facile tollitur, legendo ἐννεακαίδεκα, ubi tachygraphi lapsu habetur ἐννέα : quinque nimirum dies numerantur ad usque XIX Kal. Sept. quo die S. Chryse passa est; corpus vero postridie, nempe XVIII Kal., fuit ab Hippolyto Portuensi depositum. Quæ si animadvertissent in contextu Græco docti viri, nunquam Acta contempsissent, perinde ac si repugnantia quædam narrarent; neque enim Hippolytus, qui martyr etiam occubuit XII Kal. Sept., corpus beatæ Chryses potuit sepulturæ tradere IX Kal. Sept. Nunc autem prona sunt omnia ex dierum ratione, quæ sedulo adnotata est in Actis Græcis, quo sane magis ipsorum pretium augetur : nam Latinus interpres nihil habet *de quarto* die post VI Id. Aug., pridie quam B. Chryse damnata est; ut errore demonstrato sua fides constet Actis MM. Ostiensium.

Acta martyrum Ostiensium nobis suppeditavit codex Regius Taurinensis, cujus descriptionem ediderunt præstantissimi auctores catalogi bibliothecæ regiæ Taurinensis, t. I, p. 218-222.

—

MAPTYPION

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

ΚΥΡΙΑΚΟΥ, ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ, ΜΑΞΙΜΟΥ, ΧΡΥΣΗΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ

—

MARTYRIUM

SANCTORUM

CYRIACI, HIPPOLYTI, MAXIMI, CHRYSES ET ALIORUM

—

PROŒMIUM.

I. (14) [Temporibus Claudii præsidente vicario A Ulpio Romulo magna persecutio orta est in Chri-

Α'. Ἐν ταῖς ἡμέραις Κλαυδίου (τοῦ παρανόμου) βασιλέως, παρόντος βικαρίου Οὐλπίου Ῥωμύλλου,

(12) Tertull., *De vel. virg.*, I, ibiq. Rigalt. et Prior. not.

(13) Ruinart., Præf. in Act. MM., p. VIII.

(14) Versio antiqua ap. Mombrit. t. I, p. sine numero, 197, cum titulo *Passio S. Censurini et sociorum MM.*

Digitized by Google

μέγιστος ἀνήφθη διωγμὸς τοῖς (τηνικαῦτα οὖσιν) Χριστιανοῖς. Ἦν οὖν τις ἀνὴρ Κενσουρῖνος προηγούμενος τῆς τοῦ μαγιστορίου ἐξουσίας (15-1) καὶ ἐν τῷ λεληθότι (2) Χριστιανὸς, καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν. Οὗτος ἀπὸ τῆς καταπρόσωπον βασιλέως Κλαυδίου θέας οὐχ ὑπεχώρει, ἀλλ' εἴπερ τινὰς ἐκ τῶν Χριστιανῶν ἑώρακε πρὸς ἀναίρεσιν ἑλκομένους, ἢ καὶ πρὸς δημοσίαν εἱρκτὴν ἀπαγομένους, λεληθότως τούτους ἐνίσχυε, καὶ ὅσον αὐτῷ εὐπορεῖτο τροφὰς τοῖς ἐν φυλακαῖς τυγχάνουσι, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς, καίτοι ῥήσεσιν κατηχουμένοις διηκόνει (3). Τοῦτο ἀκούσας ὁ (δυσσεβέστατος) καῖσαρ Κλαύδιος καὶ ὀργισθεὶς, κελεύει αὐτὸν κρατηθέντα ἐνώπιον αὐτοῦ παραστῆναι. Καὶ τούτου παραστάντος οὕτως πως διεσάφησε λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ὁ τῶν θεῶν θρησκευτής, καὶ τῆς ἡμετέρας ἐξουσίας ἀεὶ διαλαλήσας; Ἰδοὺ ἡ ἡμετέρα ἡμερότης οὐδένα δουλεύοντα αὐτῇ ἀπεσείσατο πώποτε, ἀλλὰ εἰς τὴν τούτων θεραπείαν διαπαντὸς ἡμεῖς τὴν πολιτείαν πηδαλιουχοῦντες κατορθοῦμεν (4). Τότε ὁ Κενσουρῖνος ἀπεκρίθη λέγων· Ἐγὼ μαρτυρίαν λέξω περὶ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτός ἐστι θεὸς ἀληθινὸς, ὁ σταυρωθεὶς, καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ θεωμένων (5) τῶν σταυρωσάντων αὐτόν. Ὃς καὶ μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐμφανισθεὶς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, βλεπόντων αὐτῶν ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς. Οὗτος ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς κατηξίωσεν παραγίνεσθαι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ προελθεῖν ἐκ γαστρὸς Παρθένου. Οὗτος μέντοι κατῆλθεν διὰ φιλανθρωπίαν ἐπὶ τῆς γῆς, τοὺς οὐρανοὺς μὴ καταλιπών. Τότε ὀργισθεὶς (ὁ δυσσεβέστατος) Κλαύδιος ἔφη· Μαίνεαι, Κενσουρῖνε, καὶ παραχρῆμα ἐκέλευσεν αὐτὸν διὰ τῆς στρατιᾶς ἀπενεχθῆναι κατὰ τὴν Ὀστησίαν πόλιν (6), καὶ πρὸς τὸ δεσμωτήριον παραφυλάττεσθαι ἐκεῖ. Τότε ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ ἄστεος Ῥώμης, ἀλλ' ὡς ἀπὸ μιλίων πεντεκαίδεκα (7) ἐν φρουρᾷ καὶ δεσμοῖς κατεχόμενος, τῷ Θεῷ τοὺς αἴνους ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀνέπεμπεν.

Β'. Ἐν αὐτῷ τοιγαροῦν τῷ τόπῳ πλησίον τῆς αὐτῆς Ὀστησίας πόλεως ἦν τις συγκλητικὴ οἰκοδέσποινα, ἐκ γένους τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ὑπάρχουσα, ὀνόματι Χρυσῆ, ἥτις πολλοὺς διωγμοὺς

A stianos. Erat quidam vir præpositus magisteriæ potestatis, et in occulto Christianus, timens Deum, et credens in virtute Domini Jesu Christi, quotidio in absconditis suis orationibus et jejuniis epulabatur et eleemosynis. Hic ante Claudii aspectum non recedens, sed si quos vidisset e Christianis ad necem trahi, vel ad custodiam publicam, occulte confortabat, et quantum ei, largiebatur victum in carceribus, ministrabat et vinculis et custodiis. Hoc audito Claudius rex iratus jussit eum teneri et ante conspectum suum adduci, cui ita dixit: Tu es vir ille Censurinus deorum cultor, æternæ majestatis semper affabilis (8-9)? Mansuetudo nostra nullum servientem sibi despexit, sed in culturam deorum semper nos rempublicam gubernantes propagamus.

B Tunc Censurinus respondens dixit: Ego testimonium dico de Domino Jesu Christo, quia ipse est verus Deus, qui crucifixus est et sepultus, et resurrexit ipsis videntibus, qui eum crucifixerunt, quia prædixerat quod post mortem viveret; et videntibus illis ascendit in cœlum. Hic nostris temporibus dignatus est venire a Patre in uterum Virginis: qui quidem sic dignatus est descendere ad terras ut cœlum non desereret. Tunc iratus Claudius dixit: Insanis, Censurine; et jussit eum propter militiæ consortium Ostiæ in custodia mancipari. Ille autem in custodia et in vinculis obligatus Deo laudes die noctuque canebat.

C II. In ea civitate erat quædam virgo ex genere regiæ potestatis nomine Aura: quæ multas jam persecutiones experta ex inscriptionibus (10), fuerat damnata, cum viris religiosis et sacris virginibus

(15-1) Magistri officiorum dignitas plerumque a Græcis dicitur μαγιστερία ἀρχή· a Latinis *magisteria dignitas*, cujus formulam Cassiodorus recitat *Var.* VI, 6; τοῦ μαγιστορίου legitur in Actis, quemadmodum apud Græcos Μαΐστωρ, μαΐστορος.

(2) *In absconditio*, pro λεληθότως, quod paulo post sequitur.

(3) Privatim docere laici poterant quemadmodum et diaconissæ, de quibus pseudo-Hieron., *Comm. in Rom.* XVI, *in suo sexu ministrare videntur in baptismo, sive* in ministerio verbi: quæ respondent illis in contextu Græco, ῥήσεσι διηκόνει, *verbis ministrabat.*

(4) Popularis haberi voluit Claudius, quin et omnium ordinum studiosus, ut reipublicæ potius vindex quam imperii videretur. Hinc illa P. R. acclamatio: *Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps* (*dictum octuagies*). Trebell. Poll. *Claud.* Simulatione hac humanitatis, a suis eximias est laudes consecutus: Ἐν πᾶσαις διατρέψας ταῖς ἀρεταῖς, καὶ πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ὑπηκόοις ἐναποθέμενος. *Vir omni virtutum genere ornatus, et qui magnum sui desiderium subditorum animis inditum reliquit.* Zos. *Hist.* I, 47. Eaque opinio effecit ne inter persecutores referretur.

(5) De custodibus dicitur θεωμένων, *prospicientibus*; mox autem de discipulis βλεπόντων, *videntibus*.

(6) De variis *Ostiæ* appellationibus disserit post alios Adr. Polit. *ad M. R.*, p. 503, quemadmodum et Portus Romani Cellar., *Geog. Ant.* II, 9, p. 501, ubi tamen in eo errat, quod insulam Portuensem ad mare sacram Æsculapio dixit; quæ ultima intra urbem fuit.

(7) *Sexdecim nempe milliarium, cum Antonino et Tabula Peutingeriana cumque ipsa veritate, quam mensura per me pluries atque uniformiter acta corroboravit.* Fabrett., de Aq. diss. 3, 15; Antonin. Itin., pag. 301 ed. Wesseling.; Tab. Peuting., Segm. V, ed. F. C. de Scheyb.

(8-9) Nobiscum semper colloquens. *Promissor collocutionis nostræ.* Cassiod. *Var.* VI, 6.

(10) In græco tantum est καταδικασθεῖσα, *damnata*: interpres autem adjecit *ex inscriptionibus*, propterea quod recenti adhuc memoria constaret de judicii forma. Namque *inscriptio* fuit accusatio ab ipso accusatore subscripta, cum sponsione pœnam eamdem reo servatam subeundi, ni vera esset accusatio. Symm. lib. I, ep. 49; Brisson. *De Form.*, lib. V, p. 442. *Inscriptionum* haud semel R. leges meminerunt; ac mirum est Bolland. socios alioqui doctis-

Digitized by Google

in prædiolo suo vacabat. Hæc quotidie ad sanctum Censurinum die noctuque veniens omnia victualia ministrabat : cujus et vincula manu sua abluens, oculos et faciem suam (l. ejus) lavabat. Erant enim et in eodem loco sanctus Maximus presbyter et Archelaus diaconus; qui quotidie sacrificia Deo cum hymnis et laudibus offerebant. Præterea beatus Maximus presbyter tanta mirabilia in nomine Domini Jesu Christi exercebat : ut dum quis (l. is) introisset ad beatum Censurinum, statim vincula de manibus et pedibus ei solvebantur. Tunc aperiens os suum beatus Maximus cœpit dicere ad custodes : Fratres, derelinquite dæmones et idola varia; et cognoscite Dominum Jesum Christum perpetuum regem, qui fuit ante sæcula et est, et venturus est judicare vivos et mortuos et sæculum per ignem. Nam cœlum et terra transeunt; Dominus vero Jesus meus Christus nunc et semper et in æternum erit. Custodes dixerunt ad Maximum presbyterum : Et quid faciemus, ut cognoscamus hunc, quem tu prædicas? Maximus presbyter dixit : Baptizetur unusquisque vestrum; et credite Christum Deum; et idola vana derelinquite, et pœnitentiam agite : quia nescientes blasphemastis nomen ejus sanctum; et multos sanctos ipsius interemistis. Tunc Felix, Maximus, Taurinus, Herculanus, Novinus, Historacinus, Menna, Commodius, Hermis, Maurus, Eusebius, Rusticus, Monaxius, Amandinus, Olympius, Eipros (11), et Theodorus, tribuni, (l. tribunus), decem et septem miserunt se ad pedes beati Maximi ut baptizarentur; qui mox secundum consuetudinem et baptizati sunt, et acceperunt gratiam Christi. Tunc sanctus Quiriacus episcopus (12) chrismate Christi eos perunguens signavit illos verbis fidei.

A ὑπομείνασα, καὶ καταδικασθεῖσα, μετὰ ἀνδρῶν εὐλαβῶν, καὶ παρθένων ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς χωρίῳ ἐτύγχανε σχολάζουσα (13). Αὕτη ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τῷ ἁγίῳ Κενσουρίνῳ οἴκοθεν αὐτῆς τὰς τροφὰς ἐχορήγει· οὗτινος τὰ δεσμὰ ταῖς οἰκείαις χερσὶν ὕδατι ἀποπλυνοῦσα, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον ἀπέλιπεν (14). Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ὑπῆρχον ὅ τε ἁγιώτατος Μάξιμος ὁ πρεσβύτερος, καὶ Ἀρχέλαος διάκονος, οἵτινες ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας ἱερουργίας τῷ Θεῷ μετὰ ὕμνων καὶ αἴνων προσεκόμιζον ἐκεῖ (15). Ὥστε (ὁ μακαριώτατος) Μάξιμος πρεσβύτερος τοσαῦτα θαυμάσια ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξετέλει, ὥστε εἰσιέναι αὐτὸν πρὸς τὸν ἅγιον Κενσουρῖνον, καὶ παραχρῆμα τὰ δεσμὰ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ διαλυθῆναι. Τότε ἀνοίξας τὸ B στόμα αὐτοῦ (ὁ μακαριώτατος) Μάξιμος ὁ πρεσβύτερος εἶπεν πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς φύλακας· Ἀδελφοὶ ἐγκαταλείψατε τοὺς δαίμονας καὶ τὰς προσκαίρους ἡδυπαθείας, καὶ ἐπίγνωτε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν διηνεκῆ βασιλέα, ὃς ἦν πρὸ τῶν αἰώνων, τὸν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον διὰ πυρός. Διότι ὁ ἡμέτερος αἰὼν παρέρχεται, καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀεὶ ἐστὶν, καὶ ὁ αὐτὸς ἔσται. Οἱ δὲ φύλακες (16) εἶπον πρὸς τὸν μακάριον Μάξιμον τὸν πρεσβύτερον· Καὶ τί ποιήσωμεν περὶ τούτου οὗπερ σὺ κηρύττεις, ὃν καὶ ἐπέγνωμεν διὰ τῶν λαληθέντων παρὰ σοῦ, καὶ δι' αὐτῶν γινομένων ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ σημείων, ὅτι ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ, καὶ ταῖς σαῖς εὐχαῖς δεσμὰ C διαλύονται. Ἀπεκρίθη πρὸς αὐτοὺς ὁ μακάριος Μάξιμος ὁ πρεσβύτερος καὶ εἶπεν· Ἵνα βαπτισθῇ ὁ καθεὶς ὑμῶν καὶ πιστεύσῃ εἰς Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ μάταια εἴδωλα ἐγκαταλείψῃ, καὶ μετανοήσῃ· ὅτι ἀγνοοῦντες ἐβλασφημήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διὸ τοὺς ἁγίους ἐβασανίσατε. Τότε ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες αὐτῶν, ὅ τε Φῆλιξ, Μάξιμος, Ταυρῖνος, Ἑρ-

simos putasse de nota inscripta in fronte S. Aureæ hic fieri sermonem, t. IV, Aug. die XXIV, p. 757. Hinc novimus Auream adeo aperte Christianæ religioni vacasse, ut sæpius in se paganorum odium concitaret; nihil enim de talionis pœna solliciti erant, qui suæ *inscriptionis* vadem haberent martyrem designatam. *Inscriptionum* cognitio propria erat *vicarii* urbani. Cassiod. *Var.* VI, 15 : *Vice sacra sententiam dicis, et quod maximæ fidei signum est* in inscriptionibus *vita tibi committitur hominum, quod inter mortales constat esse pretiosum.*

(11) *Cyprus*, vel *Cyprius*.

(12) Omnium primus inter Ostienses episcopos *Quiriacus* occurrit. Maron., *De ep. Ost.*, p. 9. Græcis est Κυριακός, *Cyriacus*, quem nostra hæc Acta martyrio coronatum fuisse testantur; ejusque natalis dies in Martyr. Rom. XI Kal. Sept. est adnotatus.

(13) Exemplum S. Aureæ nobiles aliæ Romanæ secutæ sunt. *Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, et rus electum pro solitudine : multoque ita vixistis tempore, ut ex imitatione vestri et conversione multarum, gauderemus Romam factam Jerosolymam.* S. Hier., ep. 16, ad Princip.

(14) Hæc officia usitata fuisse Christianis virginibus erga martyres mirum non est, cum hospitibus eadem præstarent. Vid. Sozom. *H. E.*, l. I, 11.

(15) Ἱερουργία, *hierurgia*, hic pro sacrificio missæ manifeste accipitur, quam hujus vocis propriam significationem quoad potuit suppressit Svicerus. Recentiora sunt autem nostris Actis testimonia quæ profert; ut vetustissimus hujusce vocis usus inde appareat. Quod S. Maximus cum hymnis et laudibus offerret sacrificium incruentum, id Actorum vetustati videtur tribuendum, antequam decretus esset certus hierurgiæ ordo; vel persecutionis tempori, quo breviorem fuisse liturgiam, docet E. Bona. *Hymnus* quidem intelligi potest *angelicus : Gloria in excelsis;* laudes vero sive αἶνοι Psalmorum tres postremi, qui a Græcis αἶνοι dicuntur.

(16) Ad apostolorum Acta illustranda ubi sermo est de custodia S. Petri ad necem servati ab Herode Agrippa, nondum aliquid simile in historia suppetebat. Nunc autem præsto est in pari militum numero, eorumque pari exitu, quamvis feliciori. Nam Herodes *cum requisisset, et non invenisset, inquisitione facta de custodibus, jussit eos duci;* Act. XII, 19. Nostri vero martyres obierunt. *Quatuor* itaque *militum quaternionibus*, qui apostolorum principem custodiebant, respondent nostri milites, qui sexdecim numerantur, Censorini custodes. Quaterni scilicet pro quavis vigilia noctis custodiæ advigilabant Romano more, quem Herodes est imitatus. *Nam de singulis centuriis quaterni pedites excubitum nocte faciunt.* Modest., *De vocab. rei milit.*, int. *Script. rei milit.*, t. I, p. 359.

Digitized by Google

κουλιανὸς, Νεβέριος (17) Στοράκινος, Μῆνας, Κομόδιος, Ἑρμῆς, Μαῦρος, Εὐσέβιος, Ῥωστίκιος, Μονάκριος (18), Ἀμανδῖνος, Ὀλύμπιος, Κύπριος, καὶ Θεόδωρος ὁ τριβοῦνος ἔβαλον ἑαυτοὺς ἅμα πρὸς τοὺς πόδας τοῦ μακαριωτάτου Μαξίμου τοῦ πρεσβυτέρου, δεόμενοι τοῦ ἀξιωθῆναι αὐτοὺς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ὅστις παρ' αὐτὰ κατὰ τὴν εἰωθυῖαν ἀκολουθίαν (19) πάντας ἐκτελέσας, καὶ τὰς μακαρίας Χρυσῆς ἐσθῆτας (19*) διακοσμησάσης, καὶ σιτία πρὸς διατροφὴν παρεχούσης, ἐβάπτισεν ἅπαντας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰδόντες· (20) τε λοιπὸν ἐκομίσαντο τὴν χάριν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ. Νυκτὸς δὲ παραγινομένης ὁ μακαριώτατος Κυριακὸς ὁ ἐπίσκοπος τὸ τοῦ Χριστοῦ μύρον (21) χρίσας, ἐσφράγισεν αὐτοὺς, καὶ κατηχήσας τοῖς τῆς πίστεως λόγοις ἐσφράγισεν ἀπελούσας * (22) αὐτούς.

Γ. Σκυτεὺς δέ τις ἦν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, οὗτινος ὁ A υἱὸς ἐν ταύτῃ ὥρᾳ ἦν τεθνηκώς. Παριόντων δὲ τῶν μακαρίων Κυριακοῦ τε καὶ Μαξίμου μετὰ τῆς μακαρίας Χρυσῆς, ἀλλὰ μὲν καὶ τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ στρατιωτῶν, ἔθρηνε· ὁ σκυτεὺς ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Τότε ὁ μακαριώτατος Μάξιμος ὁ πρεσβύτερος ἔφη πρὸς τὸν σκυτέα· Πίστευσον εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατενώπιον πάντων ἡμῶν, καὶ σὺ ζήσεις καὶ τὸν υἱόν σου ἀπολήψῃ. Ὁ δὲ μετὰ δακρύων εἶπεν· Εἰς τίνα πιστεύσω; εἰς ὑπερ ἀπὸ τῆς νεότητός μου μέχρι τοῦ νῦν ἐβλασφήμησα; Μάξιμος (ὁ πρεσβύτερος) εἶπεν· Μεταμελήθητι ἐφ' οἷς ἔπραξας, διότι ὁ Θεὸς ἡμῶν τῶν μετανοούντων ἐστὶν, μὴ ἀποδιδοὺς κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλὰ ποιῶν κατὰ τὸ μέγα αὐτοῦ ἔλεος. Ὁ δὲ σκυτεὺς εἶπεν· Οὐκοῦν B βαπτίσατέ με ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἵνα πιστεύσω. Τότε ἐβαπτίσθη εἰς τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Τριάδος. Καὶ γενόμενος Χριστιανὸς, μετὰ τὸ δέξασθαι αὐτὸν τὴν σφραγῖδα τοῦ Χριστοῦ, χαίρων καὶ ἀγαλλιώμενος ἀπήγαγεν αὐτὸν εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ὅνπερ ὡς ἐθεάσατο ὁ μακαριώτατος Μάξιμος ὁ πρεσβύτερος μετὰ δακρύων ἔφη· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ καταξιώσας μορφὴν δούλου ἀναλαβεῖν, ἵνα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας λυτρώσῃς, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου ὅπως ἐπιγνώσηταί σε τὸν ποιητὴν, καὶ δημιουργὸν αὐτοῦ. Τότε ὁ μακαριώτατος Κυριακὸς ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν· Κύριε, ἐν τῷ σῷ ὀνόματι κάμπτομεν τὰ γόνατα ἡμῶν. Ὡς δὲ ηὔξαντο ἐπιπολὺ, ἔφη πάλιν ὁ μακαριώτατος Κυριακός· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ διὰ ἔλεος ἄμετρον καὶ τὴν ἀνθρώπων σωτηρίαν C

III. Sotor (*sic*) autem erat in eodem loco: cujus filius eadem hora mortuus fuerat. Transeunte autem beato Quiriaco et Maximo et beata Aura, lamentabatur sotor in morte filii sui. Tunc beatus Maximus presbyter dixit ad sotorem: Tu crede in Deum Jesum Christum coram omnibus nobis; et tu vives et filium tuum recipies. Ille autem cum lacrymis dixit: In quo credam: quem a juventute mea blasphemavi? Respondit beatus Maximus: Pœnitentiam age, quia Deus pœnitentium est non reddens secundum peccata nostra; sed faciet secundum suam magnam misericordiam. Soter autem dixit: Ego credo in Deum Jesum Christum. Tunc beatus Maximus baptizavit eum in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti; et dum accepisset signum Christi gaudens et exsultans deduxit beatum Quiriacum et Maximum presbyterum ad filium suum. Tunc beatus Quiriacus episcopus dixit: Domine Jesu Christe, qui dignatus es formam servi suscipere, ut nos de servitute diaboli liberares; qui Lazarum jam pœnitentem (l. fetentem) suscitare dignatus es, et filium unicum viduæ redonasti; ostende super hunc famulum tuum tuam misericordiam; ut cognoscat te Deum vivum, et verum, creatorem nostrum in regeneratione sua; quia tu regnas in sæcula sæculorum; et cum omnes respondissent Amen, revixit qui erat mortuus, et cœpit loqui dicens: Ego vidi Deum Jesum Christum reducentem me de tenebris ad lucem. Tunc catechizavit eum; et cum baptizatus esset et accepisset signum crucis, su-

(17) Mss. S. Maximin. ap. Trevir. *Benerius*, aut *Venerius*, ut Siber., *Martyrol. metr.* p. 41, qui frustra numerum auxit. Nam Auram et Chrysen duas facit; duos etiam Theodorum et Tribunum.

(18) Mss. S. Maximin., *Monaxius*; Siber., *Monagreus*.

(19) Ἀκολουθία, quam Latini *sequentiam* dixerunt, hic pro universo ritu administrandi Baptismi sumitur, ac ostendit ejusdem ritus et cæremoniarum Baptismi vetustatem; quinetiam vocis ipsius quam Græci adhuc retinent. Nondum tamen antiquius nostris Actis monumentum apparuit, ubi hoc sensu ἀκολουθία usurpetur. S. Epiphanius ex interpretatione S. Hieronymi videtur missæ ordinem ἀκολουθίαν dixisse, quam Hieronymus vertit *consequentium* in epist. ad Joann. Jerosol.

(19*) Vetustissimum de candidis neophytorum vestibus testimonium. Acta S. Genesii M. nostris posteriora sunt.

(20) Lectorem semel monitum volumus, nos asterisco notasse nonnulla verba, quæ a communi usu vel syntaxi abhorrere videntur. Cuique autem legenti patebit, versionem Latinam non parum abesse quin textum Græcum ad verbum exprimat. Cæterum interpretationem novam Græco textui magis consonam edimus ad calcem voluminis. Edit. Patrol.

(21) *Τοῦ Χριστοῦ μύρον*. Antiquus ritus balsami commiscendi cum oleo in sac. chrismate confirmatur, adeoque mirum est aliquos ad Alcuinum et Amalarium descendere, ut permistionis ejusdem necessitatem ostendant. Nam in *Constitutionibus apostolicis* hujusce ritus fit mentio, atque ordo Baptismi describitur, ne oleum catechumenorum cum chrismate confundatur, quod faciunt hæretici. Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι· καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ. *Unges autem prius oleo, deinde baptizabis aqua, et tandem signabis unguento.* lib. VIII, cap. 22. Quod autem τοῦ μύρου nomine *balsamum* designet, inferius ostendit c. 27, ubi gratias agit καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, *etiam pro fragrantia unguenti*, et cap. 44.

(22) *Succinctus summus sacerdos pedes tibi lavit.* Ambros. *De sacram.* III, 1. Consuetudinem hanc Ecclesia R. non habuit propter multitudinem baptizatorum, aliasque causas. Alibi tamen viguisse novimus; nunc etiam in Ecclesia Ostiensi. Illiberitani PP. eam sustulerunt can. 48, fortasse, *ne ad ipsum sacramentum Baptismi videretur pertinere*, ut ait S. Aug. ad Jan. ep. 119, 18. Quod noctu S. Cyriacus hæc omnia gesserit, persecutionis a Claudio excitatæ argumentum est.

Digitized by Google

scepit eum beata Aura : erat enim annorum decem qui resuscitatus est nomine Faustinus. Eodem tempore nuntiatum est Claudio, quia mortuus suscitatus fuisset per orationem sanctorum ; et dixit Claudius : Hoc non est præter artem magicam. Et vocavit ad se vicarium Urbis nomine Ulpium Romulum, cui hæc præcepit dicens : Sacrilegam Auram quæ obscuravit genus regiæ potestatis suæ, et cum magicis artibus desiderans semper habitare, pœnis constringe ; ita ut si sacrificaverit et crediderit diis deabusque, vivat et inscriptio mea firmata aboleatur ; aut qui inventi fuerint cum ea societate participes simul pœnis crucientur.

A σταυρωθεὶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὁ τὸν Λάζαρον ἐγείρας, καὶ τὸν μονογενῆ υἱὸν τῆς χήρας ζωοποιήσας, δεῖξον καὶ τανῦν τὰ θαυμάσιά σου ἐπὶ τοῦτον τὸν δοῦλόν σου ἵνα ἐπιγνώσηταί σε Θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινὸν ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ αὐτοῦ, ὅτι δημιουργὸς εἶ τῶν ἁπάντων, καὶ βασιλεύεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ ἐν τῷ πάντας ἀποκριθῆναι τὸ Ἀμὴν, ἀνέζησεν ὁ τεθνηκὼς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν τοιάδε· Ἐγὼ ἑώρακα τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπαναστρέφοντά με ἀπὸ τοῦ σκότου εἰς τὸ φῶς (23). Τότε κατήχησεν αὐτὸν, καὶ ἐβάπτισεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Κομισάμενος τὴν σφραγῖδα τοῦ Πνεύματος, ὅπερ καὶ ἐδέξατο ἡ μακαρία Χρυσῆ, καλέσασα τὸ ὄνομα αὐτοῦ Φαυστῖνον (24), ὄντα ὡς ἐτῶν δώδεκα. Ἐν αὐτῷ οὖν τῷ καιρῷ ἀνεκρίθη τῷ (παρανόμῳ) βασιλεῖ Κλαυδίῳ ὡς ὁ παῖς ὁ τετελευτηκὼς ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν διὰ προσευχῆς τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, καὶ φησὶν ὁ Κλαύδιος· Τοῦτο οὐκ ἔστιν ἄλλο εἰ μὴ τεχνὴ μαγική (25). Καὶ κελεύει κληθῆναι τὸν βικάριον τοῦ ἄστεως Ῥώμης, ὀνόματι Οὔλπιον Ῥώμυλον, ᾧτινι προσέταξε λέγων· Τὴν ἱερόσυλον Χρυσῆν, ἥτις ἀπημαύρωσε τὸ γένος τῆς βασιλικῆς αὐτῆς ἐξουσίας, καὶ μετὰ μάγων τεχνητῶν ἐπιποθεῖ διαπαντὸς εἶναί τε καὶ κατοικεῖν, διαφόροις αὐτὴν τιμωρίαις σὺ σφίγξον ἕως οὗ πεισθεῖσα προσκυνήσειε (26) τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς. Καὶ εἰ μὲν πεισθομένη, ζήσει· τότε καὶ ἡ γραφὴ (27) ἡ ἐπ' αὐτῇ κυρωθεῖσα ἀπαλειφθήτω. Εἰ δὲ καί τινες εὑρεθήσονται σὺν αὐτῇ ποινκλατίαις (28), αἰκισθήσονται.

—

ACTA.

—

1. Veniens (autem) Ulpius Romulus in civitatem Ostiam jussit omnes sanctos custodia mancipari. Diluculo autem surgens jussit sibi beatam Auram repræsentari : cui sic dixit : O insania magicæ artis quæ in te floret, quid egisti ut perderes regiam majestatem, et natales claros obscurares? Beata Aura respondit : Ego obscuravi dæmones, et deserui idola vana et manufacta, et cognovi unum Deum vivum et verum, et Deum Jesum Christum Filium

B Α'. Ἐλθὼν (δὲ ὁ δυσσεβέστατος) Οὔλπιος Ῥώμυλος ὁ βικάριος ἐν τῇ πόλει Ὀστησίᾳ, ἐκέλευσε πάντας τοὺς ἁγίους (29) ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀσφαλισθῆναι. Τῇ δὲ ἑωθεν ἀναστὰς, προσέταξε τὴν μακαρίαν Χρυσῆν παραστῆναι, ᾗτινι οὕτως πως εἶπεν· Ὦ μανία τῆς γοητικῆς τέχνης τῆς ἐν σοὶ ἐπανθούσης (30), ἵνα ἀπολέσῃς τὴν βασιλικὴν δόξαν, καὶ τὰ γενέσιά σου τὰ λαμπρὰ ἀμαυρώσῃς. Ἡ δὲ μακαρία Χρυσῆ ἀποκριθεῖσα εἶπεν αὐτῷ· Μᾶλλον ἐγὼ ἀπεσκότωσα τοὺς

(23) *In fraternitate sæpissime ... reversus est spiritus mortuo, et donatus est homo orationibus sanctorum. Jam etiam . . . et mortui resurrexerunt, et perseveraverunt nobiscum annis multis.* S. Iren., l. II, 31 et 32 ; V. Euseb. *H. E.*, v, 7 ; et S. Aug. *De civ. Dei* XXII, 8. Οὐδὲ μόνος Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἔγειρε νεκρὸν, ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Ἐφέσῳ καὶ Φιλίππου θυγατέρες ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐξειργασμένους εὑρεῖν ἔστι πολλοὺς τῶν πάλαι καὶ νῦν θεοφιλῶν ἀνδρῶν. *Neque enim solus Petrus apostolus mortuum ab inferis excitavit ; verum etiam Joannes evangelista in urbe Epheso, et Philippi filiæ Hierapoli : multosque, tam ex antiquis, quam ex nostræ memoriæ piis hominibus, eadem sæpenumero gessisse comperimus.* Sozom., *H. E.* VII, 27. Ἀλλὰ μανία σαφὴς καὶ τῶν Δεσποτικῶν θαυμάτων τοὺς τρόπους ἀνερευνᾶν. *Sed mera est insania Dominicorum miraculorum modos perscrutari.* Theodoret., ep. 45.

(24) Qui militiæ nomen dederant Censorini custodes, nomen retinent ; puero autem novum in Baptismo imponitur, fortasse alicujus martyris, qui mos erat Christianorum, ex Theodoreti animadversione. Præter *Faustinum* Brixiensem, alii duo cognomines Romæ passi sunt, incertum quo tempore. Fuerat etiam anno 262 cum Gallieno consul *Faustinus*, qui si domum Augustam, unde ortum habuit Chryse, aliquatenus attigit, potuit virgo, vel gentilis, vel etiam Christiani memoriam renovare.

(25) Vetus calumnia sub Claudio instaurata, qua pagani miraculorum vim et Christianorum virtutem evertere nitebantur.

(26) In maritimam urbem, Æolicam formam irrepsisse mirum non est, quam recentiores grammatici cum Dorica unam faciunt. Communi dialecto esset προσκυνήσῃ.

(27) *Γραφή.* Δημοσίου τινὸς ἦν ἐγκλήματος ὄνομα . . . ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλοις πολλοῖς ἀδικήμασιν, ὅταν ἢ δημοσίᾳ ἢ ὡς ἀπὸ δημοσίων αὐτοῖς ἐγκαλῇ τις. Inscriptio. *Publici cujusdam criminis nomen . . . Sed et in multis aliis criminibus obtinet, cum aut publice, aut perinde ac in publicis, alius alium judicio est persecutus.* Harp., *Lex.*, p. 111. Nostrum interpretem recte vertisse γραφὴν, *inscriptionem*, superius adnotavimus.

(28) F. κοινολαῖται, *ex promiscua plebe*, vel potius ποικίλαις αἰκίαις, *variis cruciatibus*.

(29) Christiani adhuc *sancti* vocabantur, apostolico more qui diu perduravit. Ἅγιοί εἰσι πάντες, ὅσοι πίστιν ὀρθὴν μετὰ βίου ἔχουσι, κἂν σημεῖα μὴ ἐργάζωνται. *Sancti sunt omnes quicunque rectam fidem cum vita retinent, etiamsi non operentur signa.* S. Joan. Chrys. in I ad Timoth. hom. 14.

(30) Ἐπανθούσης. Magicas artes eo magis efflorescere ait atque conspicuas esse in S. Chryse, quo illa junior erat atque nobilior.

Digitized by Google

δαίμονας, τοὺς ἀπατῶντας ὑμᾶς, καὶ καταλείψασα τὰ μάταια εἴδωλα τὰ χειροποίητα, ἐπέγνων ἕνα Θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινὸν, καὶ τὸν μονογενῆ Υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τὸν πατέρα σου τὸν διάβολον ἅμα τῷ (παρανόμῳ) βασιλεῖ Κλαυδίῳ ἐν σκοτίᾳ κατακρινεῖ. Οὔλπιος Ῥώμυλος βικάριος εἶπεν· Ἐξηπάτηται αὕτη ἐκ τῆς μαγικῆς τέχνης, καὶ λέγει αὐτῇ· Ἐγκατάλειπε λοιπὸν τὰς ματαιότητας ταύτας, καὶ προνόησαι τῆς γενεαλογίας σου. Ἡ δὲ μακαρία Χρυσῆ ἐνεφύσησεν (31) εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λέγουσα· Ἄθλιε, εἰ εἶδες τὸν δημιουργὸν Θεὸν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, οὐκ ἂν προέφερες ἐκ τοῦ στόματός σου βλασφημίαν. Τηνικαῦτα δὲ ὀργισθεὶς ὁ βικάριος ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐν τῇ ἅντυγι (32) ἀναρτηθῆναι. Ἐν δὲ τῷ διασπᾶσθαι αὐτὴν τοῖς νεύροις, προθύμως τε καὶ ὡραιοτάτῳ προσώπῳ ἤρξατο λέγειν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὃς με ἐκ τοῦ ᾅδου πρὸς τὰ οὐράνια μετέωρα ἠξίωσας κουφισθῆναι. Πρὸς ἣν ὁ βικάριος ἔφη· Ἴδωμεν· εἰ ὁ Χριστός σου ἐλθὼν ῥύσεταί σε. Ἀπεκρίθη ἡ μακαρία Χρυσῆ καὶ εἶπεν· Ἐγὼ μὲν ἄξια οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ καταξιώσας με ἐκ τῆς ἀχλύος τοῦ κόσμου τούτου ῥυσθῆναι, δύνατός ἐστιν καὶ σὲ καὶ τὸν (παράνομόν σου) Κλαύδιον καταλῦσαι. Ἐν δὲ τῷ ταῦτα λέγειν αὐτὴν, ἄφνω συνεθλάσθη ἡ ἅντυξ· καὶ κατενεχθεῖσα ἐκεῖθεν ἔστη ὑγιής. Ἐκέλευσεν οὖν (ὁ παράνομος) Ῥώμυλος ῥοπάλοις αὐτὴν τύπτεσθαι, ὑπὸ φωνῆς τοῦ κήρυκος λέγοντος· Ἡ ἱερόσυλος Χρυσῆ, βλασφημήσασα τὰς θεὰς, καὶ τὸ βασιλεῖον τοῦ κυβερνήτου τῆς ἡμῶν ἐλευθερίας Κλαυδίου βδελυξαμένη, τυπτέσθω. Ἡ δὲ ἁγία παρθένος ἑβόα λέγουσα· Εὐλόγητος εἶ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὄνπερ ἤδη ἐγὼ ὁρῶ

A ejus: qui venturus est judicare vivos et mortuos; et patrem tuum diabolum una cum Claudio vos in tenebris habet damnare. Vicarius Romulus dixit: Inducta ab insania magicæ artis, desere vanitates istas et consule generositati tuæ. Beata Aura insufflavit in faciem vicarii dicens: Miser, si scires Deum creatorem cœli et terræ; non proferres ex ore tuo blasphemias. Iratus autem Romulus vicarius jussit eam in equuleo suspendi. Et cum attraheretur nervis, facie alacris et speciosa cœpit dicere: Gratias ago tibi Domine Jesu Christe, qui me de inferis ad sublimia cœlestia dignatus es sublevare. Et dixit Romulus: Ubi es? quem prædicas Christus tuus liberet te. Beata Aura respondit: Ego digna non sum, sed ille qui dignatus est me de caligine mundi eripere, potens est te et Claudium destruere. Et dum B hoc dixisset confractus est equuleus; et depositam exinde jussit eam fustibus cædi sub voce præconia (34) dicens: Sacrilega Aura, noli blasphemare deos et regum gubernatores. Illa autem dicebat: Benedictus es, Domine Jesu Christe, quem ego jam video. Tunc Romulus ad ministros dixit: Date flammas ad latera ejus. Et cum applicatæ fuissent flammæ, gaudens voce clara et facie speciosa dixit ad Romulum: O infelix! pudor tibi non est conspicere membra genitricis tuæ in conspectu tuo ignibus assari? Romulus dixit: Tua infelicitas hæc meretur; quæ deseruisti deos immortales et regiam potestatem, et desiderasti magicis artibus coinquinari. Tunc semiustam jussit retrudi in custodiam.

Ῥώμυλος βικάριος εἶπεν· Δότε λαμπάδας καιομένας εἰς τὰς πλευρὰς αὐτῆς. Ὡς δὲ προσέφερον αὐτῇ τὰς λαμπάδας, χαίρουσα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ ὡραιοτάτῳ προσώπῳ ἔφη πρὸς τὸν (δυσσεβέστατον) Ῥώμυλον· Ὦ ἀτυχέστατε, οὐκ ἔστιν σοι αἰσχύνη ἐνατενίζειν μέλεσιν σώματος τῆς τε γεννησάσης σε, ἣν κατενώτιόν σου στήσας; Οὔλπιος Ῥώμυλος εἶπεν πρὸς αὐτήν· Ἡ σὴ δυστυχία ταῦτα ἐπιτεύξεται, ἡ ἐγκαταλιποῦσα τοὺς ἀθανάτους ἡμῶν θεοὺς, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν, καὶ ἐπιποθήσασα ταῖς μαγικαῖς τέχναις καταχρανθῆναι. Τότε ὀφθεῖσα ἀπὸ τῆς γῆς (33) ἡμίκαυστος, ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐγκατάκλειστον γενέσθαι.

Β'. Καὶ προσέταξε τοὺς μακαρίους ἄνδρας εἰσάγειν, Μάξιμον τὸν πρεσβύτερον, καὶ Ἀρχέλαον τὸν διάκονον, καὶ λέγει πρὸς αὐτούς· Ἵνα τί δι' ὑμῶν βλασφημοῦνται αἱ προσηγορίαι τῶν μεγίστων θεῶν; καὶ ἀπο-

II. Et jussit adduci Maximum presbyterum et Archelaum diaconum; quibus et dixit: Per vos et doctrinam vestram blasphemantur nomina deorum (35), et circumducitis homines, ut non credant

(31) Christiana virgo ritum exprimit suis familiarem. S. Irenæus de matronis quæ Marco hæretico restiterunt narrat: Ἤδη δὲ τῶν προτέρων (πιστοτέρων) τινὲς γυναικῶν τῶν ἐχουσῶν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ καὶ μὴ ἐξαπατηθεισῶν . . . καταφυσήσασαι καὶ καταθεματίσασαι αὐτὸν ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θυάσου. *Enimvero matronæ quædam fideliores, ac timore Dei præditæ, nec ab eo in fraudem inductæ* . . . . exsufflantes eum, *ac diris omnibus devoventes ab hujusmodi cœtu sese abstraxerunt.* S. Iren. I, 13, 4. Rebantur scilicet Satanam se hoc pacto depulsuras, quemadmodum ab exorcistis fiebat. *De contactu deque* afflatu nostro, *etiam de corporibus, nostro imperio* (dæmones) *excedunt inviti.* Tertull. *Apolog.*, 23, et alib. S. Dionysius M. Alexandrinus: Καὶ γάρ εἰσι καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ μόνον ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς. *Erant enim et sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo,* et insufflantes duntaxat, *ac vocem edentes, dæmonum præstigias disturbare possint.* Epist. ad Hermam, ap. Eus. *H. E.* VII, 10. Prudentius de S. Romano M.: C *Insufflat, ipsos ceu videret dæmones.* *Peristeph.*, X, 920.

(32) Interpres *equuleum* vertit, nec temere: nam in Philoxeni *Glossario* ἄντυγες *clitellæ* sunt. Verumtamen equuleus paulo post ἑρμητάριον dicitur in iisdem Actis; adeoque cum Hesychio aliisque *rotam* vertimus, unde ἀντύγων χνόαι, *rotarum axes*, vel ἀντιγόχνοιαι, uti Suidas, *rotæ currus.*

(33) Confracta rota humi stratam virginem lampadibus aduri jussit Romulus, ideoque additur ἀπὸ τῆς γῆς, *a terra.*

(34) *Præconia vox* dicta est quemadmodum et *quæstionaria.* Exempla apud Cangium exstant; plura etiam exstarent, nisi dissimulatum id esset in martyrum Actis, maxime proconsularibus, quod Christiani diligentius adnotarunt. Namque in Actis MM. Scillitanorum, ubi legimus, *Saturninus proconsul per præconem*

(35) XII *Consentium*, vel *majorum*, ut in Græco legitur, μεγίστων, quorum nomina duobus Ennii versiculis protrita sunt. Interpres aut Latini librarii nonnulla omiserunt, quemadmodum ea quæ sequuntur de SS. Cyriaco et Maximo seorsum in carcere necatis.

Digitized by Google

secundum morem antiquitatis. Respondit Maximus presbyter et dixit: Non nos seducimus homines; sed quantum gratia Dei donat per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum liberamus de errore sæculi; et mancipamus nomini sancto ejus. Tunc Romulus dixit: Isti quidem digni sunt morte; et jussit sanctum Quiriacum episcopum, et sanctum Maximum presbyterum, et Archelaum diaconum, et omnes milites ad arcum ante theatrum capite cædi. Quorum corpora jussit jactari in mare. Quos beatus Eusebius collegit; et ad littus maris, et in campo abscondit et sepelivit juxta Urbem in crypta via Ostiense. Taurinum, Herculanum etiam Portu Romano abscondit. Beatum Theodorum tribunum posuit in mausoleo suo; et omnes alios collegit, et posuit eos juxta corpora sanctorum Quiriaci episcopi et Maximi presbyteri.

A πλανᾶτε τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα μὴ πιστεύσωσιν αὐτούς; Ἀπεκρίθη ὁ μακάριος Μάξιμος πρεσβύτερος καὶ εἶπεν· Ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀποπλανοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λυτρούμεθα πάντας ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων. Τότε ὀργισθεὶς ὁ (παράνομος) Ῥώμυλος εἶπεν· Οὗτοι μὲν οὖν ἄξιοι θανάτου εἰσίν· καὶ ἐκέλευσε τὸν μακάριον διάκονον Ἀρχέλαον ἀπενεχθῆναι εἰς τὴν καμάραν ἔμπροσθεν τοῦ θεάτρου, κἀκεῖσε κεφαλικὴν τιμωρίαν ὑποστῆναι, καὶ ἐτραχηλοκοπήθη ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ. Τὸν δὲ μακάριον Μάξιμον ἐκέλευσεν βληθῆναι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Τότε ὁ μακάριος Εὐσέβιος ὁ πρεσβύτερος συνέλεξε νυκτὸς τὸ σῶμα τοῦ μακαρίου Ἀρχελάου, καὶ τοῦτο κατέθαψεν ἐν τῷ πεδίῳ. Ἔτι μὲν καὶ οἱ στρατιῶται, οἱ διὰ τοῦ μακαρίου Μαξίμου πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ, τῷ ὁμοίῳ θανάτῳ ἐτελειώθησαν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ (παράνομος) Ῥώμυλος προσέταξεν ὥστε τοὺς ἁγίους μάρτυρας, Μάξιμον τὸν πρεσβύτερον καὶ Κυριακὸν τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰς κεφαλὰς ἀποτμηθέντας (36), τὰ τούτων σώματα ἐν τῇ θαλάσσῃ ῥιφῆναι. Περὶ ὧν ὁ μακάριος Εὐσέβιος ὁ πρεσβύτερος ταῦτα εὐρηκὼς συνέλεξεν ἐπιμελῶς, καὶ πρὸ τῷ αἰγιαλῷ τῆς θαλάσσης ἐν τῷ πεδίῳ πλησίον τῆς Ὑστησίας κατέθαψεν πόλεως (37). Ἄτινα καὶ κατέθετο ἔγγιστα αὐτῆς ἐν τῇ κρυπτῇ, τῇ πρὸ ἓξ εἰδῶν Αὐγούστων, ἐν τῇ ὁδῷ τῆς Ὀστησίας. Ταυρῖνον δὲ καὶ Ἐρκουλιανὸν ἐν τῷ Πόρτῳ Ῥώμης κατέκρυψεν. Μετὰ τετάρτην τοιγαροῦν ἡμέραν εὗρεν τὰ σώματα τῶν λοιπῶν ἁγίων ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῆς θαλάσσης κείμενα, καὶ τὸν μακάριον Θεόδωρον τὸν τριβοῦνον κατέθετο ἐν τῷ τρούλῳ (38)· Ἅμα δὲ τοὺς λοιποὺς πάντας συνέλεξεν, καὶ ταῦτα πλησίον τῶν ἁγίων σωμάτων καὶ συμμαρτύρων Κυριακοῦ τε καὶ Μαξίμου κατέθετο.

B

III. Post dies quinque jussit sibi Romulus beatam Auram repræsentari: quæ cum affuisset aspectibus Romuli, gaudens dixit ad eum: Miser, quid perdidisti dies tuos? cognosce creatorem tuum Christum Filium Dei, et noli adorare lapides vel æs aut aurum vel argentum; sed adora Dominum Jesum Christum crucifixum; qui resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos; inde venturus est judicare vivos et mortuos et sæculum per ignem. Cui respondit Romulus: Modo videbis Christum tuum, quem credis, si non sacrificaveris diis. Beata Aura dixit: Bene dixisti, miser, et aliquando protulisti verita-

Γ. Μετὰ οὖν ἡμέρας πέντε ἐκέλευσεν ὁ (δυσσεβέστατος) Ῥώμυλος παραστῆναι αὐτῷ τὴν μακαρίαν Χρυσῆν. Ἡ ἁγία ὡς παρέστη τῷ ἡγεμόνι, χαίρουσα εἶπεν αὐτῷ· Ἄθλιε, ἕνατί ἀπόλλεις τὰς ἡμέρας σου; ἐπίγνωθι λοιπὸν τὸν δημιουργόν σου Χριστὸν τὸν Κύριον Θεὸν εἶναι, καὶ μὴ προσκυνήσῃς λίθους ἢ χαλκουργήματα, εἴτε χρυσᾶ εἴτε ἀργυρᾶ· ἀλλὰ προσκύνησον τὸν Κύριόν μου Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἐσταυρωμένον ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὃς ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν τῇ τριημέρῳ ταφῇ αὐτοῦ, ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς, ὅθεν πάλιν ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον διὰ πυρός (39). Ἥτινι ἀποκριθεὶς (ὁ

C

per præconem sanctos duci jussit, præconis voce inclamante ductos esse intelligimus; quod in Actis proconsularibus desideratur ap. Ruinart., p. 78 et 80 ed. Par. Studiosius certe Christiani præsentes exceperunt martyrum Acta, quam exceptores; eaque animadversio tuetur Acta proconsularibus fusiora. In epistola de martyrio S. Polycarpi sedulo est adnotatum: *Tunc voce præconis in arena media ter clamatum est*; in Græco: Πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίτον.

(36) Ostiensibus vel paganis acceptissimos fuisse oportet Cyriacum et Maximum, quos ideo Romulus in carcere necari jussit, ne qua oriretur seditio. Martyres quidem sanctissimis moribus, optime de omnibus meruisse certum est.

(37) Horum corpora cum aliis MM. Ostiensium Parmæ asservari aiunt Bollandiani ad diem XXIII Augusti, t. IV, p. 566.

(38) Unico λ ea vox primum occurrit Græco sermone, at Latina origine, siquidem a *trua* Latini *trullam* fecerint, ut Varro ait: sive potius Græci suum τρυβλίον ita immutarint. Hic pro monumento concamerato accipitur Theodori tribuni, qui cohorti militum Ostiæ præerat, sibique paraverat sepulcrum paganus, quod martyr sacravit.

(39) Singularem quamdam παῤῥησίαν, loquendi libertatem, ostendunt Romanæ martyres nobilissimæ, quas inter celebris est S. Anastasia, ipso natali die D. N. J. C. in Mart. Rom. adnotata. Hujus Acta martyrii ex membrana IX sæculi, unciali charactere exarata descripsimus, qua parte servata sunt; nam pleraque exciderunt.

D Probus dixit: *et animos eorum ad sacrilegium qui obtemperare decreverant regalibus institutis. Anastasia respondit: Ego doloribus fatigata etiam pedes osculabar, ne aliquando cederent dolore compulsi. Nam et quousque habui multam summam auri in eorum necessitatibus expendi. Nunc vero erogatis omnibus animam meam ad passionem aptavi; justum judicans ut eos qui me derelinquerunt* (sic) *aliquatenus comprehendam. Probus dixit: Quoniam sacrilegam te dii diutius celari non passi sunt, ipsi fecerunt ut tuo te ore detegeres. Anastasia dixit: Ego in zelo incitata sum eorum in quibus sermo Domini mei Jesu Christi completus est quod ait:* Erunt primi novissimi et novissimi primi. *Nam quicumque mihi posteriores fuerunt in fide, priores me facti ad palmam martyrii adtingentes... Probus dixit: in... muliere, et quantum apparet nobili, mihi sustinere videris... Anastasia dixit: Si de patre... gloriarer, non dixissem: Christi ancilla sum, sed dixissem, Prætextati sum filia. Audiens Probus hanc*

Digitized by Google

ὠμότατος) Ῥώμυλος ἔφη· Ἀρτίως ὄψει τὸν Χριστόν σου, ἐὰν μὴ θύσῃς τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς. Ἡ ἁγία Χρυσῆ εἶπεν αὐτῷ· Καλῶς εἴρηκας σὺ, ἐλεεινέ, κἂν ὀφέποτε προήγαγες τὴν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος, λέγων, ὡς ἐὰν μὴ θυσιάσω τοῖς δαιμονίοις, ὄψομαι τὸν Χριστόν μου. Τότε θυμωθεὶς ὁ (δυσσεβέστατος) Ῥώμυλος, διότι λοιπὸν ἐν ταῖς λέξεσιν αὐτῆς ἡττημένος ἐγεγόνει, ἐκέλευσεν μετὰ λίθων τὰς σιαγῶνας αὐτῆς συνθλασθῆναι. Ἡ δὲ ἁγία Χρυσῆ ἐβόα φωνῇ μεγάλῃ λέγουσα· Δόξα σοι, Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὅτι ἀξίαν με ἐποίησας μετὰ τῶν δούλων καὶ θεραπαινῶν σου συναριθμιθῆναι·. (Ὁ ἀσεβέστατος) Ῥώμυλος λέγει αὐτῇ· Λοιπὸν προνόησαι τὴν γενεαλογίαν σου, καὶ προσκυνήσασα τοῖς θεοῖς ἡμῶν, θῦσον αὐτοῖς, καὶ λάβε σου ἄνδρα κατὰ τὴν γενεάν σου. Πρὸς ὃν πεπαῤῥησιασμένη ἡ ἁγία παρθένος ἀναβοήσασα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ εἶπεν· Ἐγὼ ἤδη ἄνδρα ἔχω τὸν δημιουργὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὄνπερ σὺ ἀγνοεῖς εἰδέναι, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς δαίμονας ἐπίστασαι, οἵτινες τὴν καρδίαν σου θυμὸν λυσσώδη ἐπλήρωσαν. Αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ὀργισθεὶς ὁ (παράνομος) Ῥώμυλος ἐκέλευσεν τοῖς ὑπηρέταις αὐτοῦ ταῖς μολιβδίναις σφαίραις τύπτεσθαι αὐτήν. Ἧτις πολυτυπτηθεῖσα μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο. Ἐκέλευσε δὲ πάλιν λίθον μέγαν δεσμευθῆναι κατὰ τοῦ τραχήλου αὐτῆς, καὶ οὕτως κρεμασθῆναι ἐν τῇ θαλάσσῃ. Ἥστινος τὸ ἅγιον σῶμα περιῆλθεν ἕως τοῦ αἰγιαλοῦ, ὅπερ ὁ μακαριώτατος Νόνος ὁ καὶ μετονομασθεὶς Ἱππόλυτος συνήγαγεν, καὶ τοῦτο κατέθαψεν ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς χωρίῳ, ἔνθα καὶ κατῴκει, ἔξω τῶν τειχέων τῆς Ὁστησίας πόλεως, τῇ πρὸ ἐννέα (40) Καλανδῶν Σεπτεμβρίων.

A tem ex ore tuo dicens mihi, si non sacrificavero dæmoniis, videro Christum. Iratus itaque Romulus, quia in dictis suis fuerat victus, jussit ut lapide maxillæ ejus cæderentur diutissime: clamabat autem beata Aura dicens: Gloria tibi, Domine Jesu Christe, quia merui inter servos tuos cognominari. Romulus dixit: Jam consule generositati tuæ, et adora deos, et sacrifica, et accipe virum secundum natales tuos. Cui fiducialiter beata Aura voce clara dixit: Ego virum habeo Dominum cœli et terræ Jesum Christum, quem tu miser negasti te scire, sed cognoscis dæmones qui cor tuum insania et rabie impleverunt. Iratus Romulus eadem hora jussit ante conspectum suum plumbatis eam deficere. Quæ cum diu cæderetur magis confortabatur, et dedit in B eam sententiam, lapidem magnum ligari jussit ad collum ejus, et præcipitari in mare. Cujus corpus sanctum pervenit ad littus. Beatus vero Nonnus collegit corpus ejus et sepelivit in prædio ipsius, ubi habitaverat foras muros portæ Ostiæ nono Kalendas Septembris.

Δ'. Τότε οὖν ὁ (παράνομος) βικάριος ἐκράτησεν Σαβινιανόν τινα ἐπιμελητὴν τοῦ τόπου ἐκείνου· καὶ ἤρξατο παρ' αὐτοῦ ἐπιζητεῖν τὰς ὑπάρξεις τῆς μακαρίας Χρυσῆς λέγων· Ἡ ἱερόσυλος Χρυσῆ, ἥτις ἐξελέξατο διὰ τῆς μαγικῆς αὐτῆς τέχνης μᾶλλον τὸν θάνατον ἢπερ τὴν ζωὴν, πολὺν ἐκέκτητο πλοῦτον. Τοὺς οὖν θησαυροὺς αὐτῆς καὶ τὰ κόσμια κατενώπιον ἡμῶν φέρων, θῦσον καὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ζῆθι ὑποκύπτων καὶ τοῖς προστάγμασι τῶν αὐτοκρατόρων. Σαβινιανὸς εἶπεν· Ἐγὼ πάντοτε ταπεινοφροσύνην ἐδιδάχθην παρὰ τῆς ἁγίας παρθένου Χρυσῆς, ἥτις καὶ ἐδίδαξέν με καθομολογεῖν ἕνα Θεὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Ἐπεὶ χρυσὸς ἡμῖν καὶ ἄργυρος ἢ μαργαρίται οὐχ ὑπάρχουσιν. Ὁ δὲ (δυσσεβέστατος) Ῥώμυλος ἔφη αὐτῷ· Σύνδραμε σεαυτῷ

IV. Tum Romulus tenuit Sabinianum quemdam agricolam loci illius, et cœpit ab eo quærere facul- C tates beatæ Auræ dicens: Sacrilega Aura, quæ magis elegit per magicas artes mori quam vita nobiscum frui, tuæ amicitiæ semper fuit communis. Thesaurum ejus vel ornamenta ante conspectum nostrum declarare festina, et sacrifica diis, et vive, et humiliare secundum jussa principum. Sabinianus dixit: Ego vero semper humilitatem doctus sum a sancta Aura quæ me docuit confiteri Dominum meum Jesum Christum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Nam aurum aut argentum vel margaritas non me habere scias, nisi Dominum Jesum Christum. Romulus dixit: Succurre tibi, et occultos thesauros principum redde, et sacrifica diis, et recede ab insania falsa. Sabinianus dixit: Ego

D

esse fil. Prætextati... jussit familia... parvam quæ eum tuebatur. Et agnoscens... ab eis ita esse, imperatori suggessit de ea dicens: Filiam Prætextati nobilissimi viri a Christianis ita deceptam pro Christi nomine... vellet interfici. His *auditis* Dioclitianus (sic) *jussit eam diligenter custodiri. Dicebat enim... ad aures suas in... quod immane patrimonium vendidisset. Altera itaque die Probus jussit eam in secretarium adduci: Quam... interrogans de vendito patrimonio... pretium prodegisset. Respondet Anastasia dicens: Ego si adhuc haberem quod expenderem, non me persequentibus demonstrarem. Verum quia universa expensa... secura festino* ad mortem. *Nihil enim* licet *diabolo de facultatibus meis per suos...* usurpare *cultores... cognitionem Dioclitiano suggessit. Tunc ad Anastasiam Probus dixit: Deos deasque* (sic) *cultor erat Prætextatus pater tuus, et ipsos colere debetis, et non Christum nescio quem Judæum, qui a suis occisus est... adorare. Anastasia dixit: Ego deos deasque patris mei semper colui, et nisi eos bene coluissem, hodie ad confessionem sancti nominis Christi non exirem. Probus dixit: Et si coluisti eos, quare deseruisti culturam tuam? Anastasia dixit: Non deserui, nec desero. Probus dixit: Ergo coles deos deasque patris tui? Anastasia dixit: In tantum colo eos, ut ab omni eos injuria liberarem. Denique dum araneæ eos intexerent, et aves stercorarent, ego eos liberavi, atque conflans eos in pecuniam converti. Probus dixit: Hoc sacrilegium nec aures meæ audire queunt. Tunc ridens beata Anastasia dixit: Miror prudentiam vestram, ac si sacrilegium times lapides frangere, succendere, æramenta conflare; certe si putas aliquam divinitatem latere in simulacris vanissimis, date mihi copiam evertendi, et eos evertens patiar ab eis aliquid.* Cætera desunt.

(40) Legendum ἐννεακαίδεκα Καλανδῶν, XIX Kal., ut in Præfatione monuimus.

Digitized by Google

quidem mereor cædi pro peccatis meis, sed gratias ago Domino meo Jesu Christo et credo me idoneum esse ad cognoscendam ejus misericordiam, etiam qui mihi dignatus est suam gratiam in Baptismo donare. Nam hoc scias aurum temporale me non habere, ac dæmoniis cervices meas non flectere; fac quod vis. Iratus Romulus jussit ut cum plumbatis cervices ejus tunderentur sub voce præconia: Deos et deas principum blasphemare noli.

καὶ τοὺς ἀποκρύφους θησαυροὺς τοῖς αὐτοκράτορσιν ἀπόδος, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς. Σαβινιανὸς εἶπεν· Ἐγὼ μὲν οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν τί ποτε ἐπιτεύξομαι, ἀλλ' ὅσον ὁ Κύριός μου καὶ Θεὸς ἐπινεύσας χαρίσασθαι καταξιώσειεν· οὕτω πιστεύω. Ἐπὶ τοῦτο γίνωσκε χρυσὸν ἐπίκηρον μὴ ἔχειν με, μηδὲ βουλὴν τὸ γόνυ κάμψαι τοῖς εἰδώλοις. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια λέγοντος τοῦ μακαρίου Σαβινιανοῦ, ὁ (παράνομος) Ῥώμυλος ἐκέλευσεν τοῖς ὑπηρέταις αὐτοῦ ὅπως μετὰ τῶν μολιβδίνων σφαιρῶν τὸν αὐχένα αὐτοῦ συνθλάσωσι.

V. Eodem die audiens hoc beatus Hippolytus senex obtulit se in conspectum Romuli, cui ita voce clara dixit: O miser, si scires, non cruciatibus dares cervices sanctorum, sed te ipsum humiliares, et crederes Deo, et Domino Jesu Christo, et servis ejus, et non lapidibus vanis et metallis. Iratus Romulus præcepit, ut pedibus et manibus ligatis in foveam vivus mergeretur. Beatus vero Hippolytus dum mersus fuisset in foveam ante muros Portus Romani, vox audita est per spatium horæ unius quasi infantium clamantium: Deo gratias. Romulus dixit: Hoc insania magicæ artis esse cognosco.

Ε'. Τοῦτο δὲ ἀκούσας ὁ μακαριώτατος Ἱππόλυτος ὁ πρεσβύτερος (41), ἐλθὼν ἔστη ἐνώπιον τοῦ Ῥωμύλου, καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ εἶπεν· Ὦ ἄθλιε, εἰ ἔβης Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱόν, οὐκ ἂν οὕτως ἐβασάνισας τοὺς αὐχένας τῶν ὁσίων αὐτοῦ, ὅπως ταπεινωθῶσι τοῖς ματαίοις ὑμῶν εἰδώλοις· ἀλλὰ μᾶλλον σαυτὸν ἐταπείνωσας τῷ κτίστῃ καὶ δημιουργῷ τῶν ἁπάντων καὶ τοῖς αὐτοῦ δούλοις, καὶ οὐχὶ λίθοις ματαίοις, καὶ κώφοις, καὶ ἀψύχοις ὑπέκυψας. Ταῦτα ἀκούσας ὁ (ἀσεβέστατος) Ῥώμυλος ἐθυμώθη σφόδρα, καὶ προσέταξε τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ τὰς χεῖρας δεδεμένον εἰς βόθυνον κατακρημνισθῆναι. Τοῦ οὖν μακαρίου Ἱππολύτου βυθιζομένου ἐν τῷ τείχει (42) εἰς τὸν βόθυνον πόρτου, τὸν ἀναγορευόμενον Πόρτον, ἄφνω φωνὴ ἠκούσθη ὡσεὶ διαστήματος ὥρας μιᾶς καθάπερ νηπίων λεγόντων εὐχαριστίας τῷ Θεῷ. καὶ ἐν τῷ ταῦτα εἰπεῖν, ἀφῆκεν τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ, τῇ προδεκαμιᾶς καλανδῶν Σεπτεμβρίων. Τότε ἔφη ὁ (παράνομος) Ῥώμυλος· Αὕτη ἡ μανία μαγικῆς τέχνης εἶναι διαγινώσκεται.

VI. Tunc cum furore clamans cœpit dicere: Hic Sabinianus qui captus est cupiditate magicæ artis, et libidine thesaurorum: in momento eum confringam, aut avellam a terra si non se humiliaverit diis, et sacrificaverit eis. Quibus dictis jussit eum fustibus cædi sub voce præconia: Redde thesauros principum, et humilia te diis a quibus gubernatur res publica. Ille autem dicebat: Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, qui dignatus es me cum servis tuis sociare. Cum vero diu cæderetur, firma et alacris facies ejus esse videbatur. Iratus Romulus jussit eum in equuleo levari, et cum attraheretur nervis sub voce præconia, nihil aliud agebat nisi gratias Domino Jesu Christo. Romulus dixit: Insanit, et securus est de magicis consiliis. Et jussit ut flammis ureretur; et cum applicuissent flammas ad ejus latera, cœpit Romulus clamans dicere: Jam consule tibi, et redde thesauros. Beatus autem Sabinianus gratias agebat Deo dicens: Domine, accipe spiritum meum. Et hoc cum dixisset, emisit spiritum; cujus corpus jussit in puteum jactari. Eodem tempore veniens quidam Concordius presbyter noctu levavit corpus de puteo, et sociavit beatæ Auræ sub

Ϛ'. Καὶ ἤρξατο μετὰ θυμοῦ βοᾶν καὶ λέγειν· Οὗτος ὁ Σαβινιανὸς ἐθηρεύθη διὰ τῆς μαγικῆς αὐτοῦ τέχνης τῇ φιλαργυρίᾳ, καὶ τῶν χρημάτων ἡδυπαθείᾳ. Τοῦτον ἐν ῥιπῇ καταλύσω ἀπὸ τῆς μανιώδους ὁδοῦ αὐτοῦ εἰ μὴ ταπεινωθήσεται, καὶ θύσῃ τοῖς μεγίστοις ἡμῶν θεοῖς. Τούτων οὖν καὶ τοιούτων λεγόμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν ξύλοις τυπτηθῆναι (τυφθῆναι) ὑπὸ φωνῆς τοῦ κήρυκος λέγοντος· Ἀπόδος τοὺς θησαυροὺς τοῖς αὐτοκράτορσιν ἡμῶν, καὶ ταπεινώθητι τοῖς παντοδυνάμοις θεοῖς, δι' ὧν πηδαλιουχεῖται ἡ σύμπασα ἡμῶν πολιτεία. Ὁ δὲ μακάριος Σαβινιανὸς ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ καταξιώσας με μετὰ τῶν δούλων σου συγκαταριθμηθῆναι. Ὡς δὲ ἐπιπολὺ ἐτύπτετο, ἑδραῖον ἦν καὶ πρόθυμον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Τότε θυμωθεὶς (ὁ ἀσεβέστατος) Ῥώμυλος ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν τῷ ἁρμενταρίῳ (43) ἀναρτηθῆναι· καὶ ἐν τῷ διασπασθῆναι αὐτὸν τοῖς νεύροις, καὶ τῆς φωνῆς τοῦ κήρυκος ἐπιβοώσης, αὐτὸς οὐδὲν ἄλλο ἔλεγεν, εἰ μὴ· Εὐχαριστῶ τῷ Κυρίῳ μου Ἰησοῦ Χριστῷ. Ὁ δὲ βικάριος ἔφη πρὸς τοὺς παρεστῶτας αὐτῷ· Οὗτος μαίνεται, καὶ ἀμέριμνός ἐστιν τῶν μαγικῶν συμβουλιῶν. Καὶ προσέταξεν φλόγαις * κατακαῆναι αὐτόν.

(41) Ætas hic designatur Hippolyti, non gradus, quemadmodum paulo ante dictus fuerat *Nonnus*. Ita Græci hunc locum acceperunt, quibus nunquam Hippolytus fuit presbyter, sed episcopus Portus Romani: Latinus etiam interpres reddidit *B. Hippolytus senex*.

(42) Locus corruptus facile restituendus, ἐκ τῆς τύχης εἰς τὸν βόθυνον πόρτου, τοῦ ἀναγορευομένου Πόρτου: eamque lectionem Latine reddidimus infra in recenti versione quam ad calcem voluminis inter *Addenda* sistimus.

(43) De ἁρμενταρίῳ, *equuleo*, in præfatione disseruimus, quæ vox eo facilius in maritima urbe obtinuit, quod vela navium ἅρμενα dicebantur; is vero qui ad summum navis conscenderet ἁρμενηστής, ut in lege Rhodia est adnotatum: aliquando etiam ἅρμενον fuit *instrumentum*. Quod si cum Ægyptiis ἑρμητάριον efferamus, ἕρμας et ἕρμα fuit scopulus vel exstans vel in mari latens, quinetiam pila marmorea in portubus: ἕρμα denique fuit *saburra*.

Digitized by Google

Ἐν δὲ τῷ προσάγεσθαι τὰς φλόγας ταῖς τοῦ ἁγίου Σαβινιανοῦ πλευραῖς ἥρξατο βοᾷν ὁ (παρανομώτατος) Ῥώμυλος καὶ λέγειν πρὸς αὐτόν· Ἄθλιε, προνόησαι σαυτοῦ, καὶ ἀπόδος τοὺς θησαυροὺς, οὓς παρὰ σοὶ ἔγνωμεν εἶναι ἐν ἀποκρύφοις. Ὁ δὲ μακάριος Σαβινιανὸς ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ηὐχαρίστει τῷ Κυρίῳ λέγων· Κύριε ὁ Θεός μου, λαβὲ τὸ πνεῦμά μου ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἀφῆκεν ἐν εἰρήνῃ τὸ πνεῦμα· οὗτινος τὸ σῶμα ἐκέλευσεν εἰς φρέαρ ῥιφῆναι. Τῷ αὐτῷ οὖν καιρῷ ἐλθών τις Κόρδιος τοὔνομα πρεσβύτερος, νυκτὸς ἀνείλετο τὸ σῶμα ἐκ τοῦ φρέατος, καὶ συνήρμοσεν αὐτὸ μετὰ τῆς ἁγίας Χρυσῆς ὑπὸ μίαν ἡμέραν πρὸ πέντε Καλανδῶν Φεβρουαρίων, χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (45).

A die quinto Kalendas Januarias (44), regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

VETERUM TESTIMONIA

DE

S. HIPPOLYTO EPISCOPO ET MARTYRE.

I.

S. Anatolius Laodicensis episcopus in præfat. ad Canonem Paschalem, *apud Ægidium Bucherium* De doctr. temp., *pag.* 439.

Nam et in veteribus exemplaribus, id est Hebræis et Græcis voluminibus, non tantum lunæ cursum, sed etiam solis non solum gressus, sed et singula ac minutissima horarum momenta, quæ in suo tempore, cum ratio poposcerit, proferemus, invenimus computata. E quibus Hippolytus XVI annorum circulum quibusdam ignotis lunæ cursibus composuit. Alii XXV, alii XXX, nonnulli LXXXXIV annorum circulum computantes, nunquam ad veram Paschæ computandi rationem pervenerunt. Verum majores

B nostri, Hebræorum et Græcorum librorum peritissimi (Isidorum, et Hieronymum, et Clementem dico), licet dissimilia mensium principia pro diversitate linguæ senserint; tamen ad unam eamdemque Paschæ certissimam rationem, die et luna et tempore convenientibus, summa veneratione Dominicæ Resurrectionis, consenserunt. Sed et Origenes omnium eruditissimus, et calculi componendi perspicacissimus (quippe qui et χαλκευτής vocatus), libellum de Pascha luculentissime edidit.

II.

Eusebius, Hist. eccl. *lib.* VI, *cap.* 20, *interprete H. Valesio.*

Ἤκμαζον δὲ κατὰ τοῦτο πλείους λόγιοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες· ὧν καὶ ἐπιστολὰς, ἃς πρὸς ἀλλήλους διεχάραττον, ἔτι νῦν σωζομένας εὑρεῖν εὔπορον. Αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν

C Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ, πρὸς τοῦ τηνικάδε τὴν αὐτόθι διέποντος Ἐκκλησίαν Ἀλεξάνδρου ἐπισκευασθείσῃ.... Τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι, διαφόρους φιλοκαλίας καταλέλοιπεν. Ἐπίσκοπος δ'

Eadem tempestate multi ecclesiastici viri doctrina excellentes florebant: quorum epistolas quas ad se vicissim scripserunt, hactenus asservatas facile est reperire. Exstant enim nostra quoque ætate in bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro Ecclesiæ illius episcopo constructa... Inter hos fuit Beryllus Bostrenorum in Arabia episcopus, qui præter epistolas et lucubrationes, varia quoque elegantis in-

INTERPRETATIO RUFINI.

Florebant autem per idem tempus (*regnante Geta, Macrino*, etc.) plurimi disertissimi in Ecclesiis viri, quarum epistolas quas ad se invicem dabant, reperimus in Hierosolymorum bibliotheca, ad nos usque servata, quam construxerat vir eruditissimus de quo superius memoravimus, Alexander loci ipsius episcopus..... Erat inter cæteros et Beryllus scriptorum præcipuus, qui et ipse diversa opuscula dereliquit. Episcopus fuit hic apud Bostram, Arabiæ urbem maximam. Erat nihilominus et Hippolytus, qui et ipse aliquanta scripta dereliquit, episcopus.

(44) In cod. mss. S. Maximini ap. Trevir. legitur *sub die* V *Kal. Sept.*, eamque lectionem in sequenti versione retinuimus, quamvis in dissertatione probabilem causam afferamus legendi a. d. V Kal. Febr., ut in contextu Græco. breviatio *Septembris* fraudi librariis fuit, unde alii mensem *Januarium*, alii *Februarium* substituerunt: omnes tamen diem servarunt V *Kal.*

(45) Doxologia sequioris ævi a Græcis librariis huc invecta: *Gratia et miserationibus, et humanitate Domini nostri Jesu Christi, quocum Patri, cum S. Spiritu gloria, potentia, honor et adoratio nunc et semper in sæcula sæculorum.* Priorem formulam exhibet Latinus interpres.

Digitized by Google

genii monumenta dereliquit. Similiter et Hippolytus, alterius cujusdam Ecclesiæ episcopus.

A οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος, ἑτέρας που (1) καὶ αὐτὸς προεστὼς Ἐκκλησίας.

Idem ibid., lib. VI, *cap.* 22.

Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum de Pascha composuit: in quo temporum seriem describens, et canonem quemdam paschalem per sexdecim annorum circulum exhibens, anno primo imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit. Ex reliquis autem illius scriptis hæc sunt, quæ ad notitiam nostram pervenerunt: In opus sex dierum; in ea quæ post sex dies consecuta sunt; adversus Marcionem; in Canticum canticorum; in capita quædam Ezechielis; de Pascha; adversus omnes hæreses. Sed et alia plurima apud alios asservata licet reperire †.

Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα (2) προθεὶς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος παντοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Τῶν δὲ λοιπῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· Εἰς τὴν ἑξαήμερον· εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον· πρὸς Μαρκίωνα· εἰς τὸ Ἆσμα· εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ· περὶ τοῦ Πάσχα· πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις· πλεῖστά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς ἂν εὕροις σωζόμενα.

Idem in Chronico *ad annum* MMCCXLIII.

Geminianus presbyter Antiochenus, et Hippolytus, et Berylllus episcopus Arabiæ Bostrenus, clari scriptores habentur.

III.

S. Hieronymus lib. De viris illustr. *cap.* 61, *cum vetere interprete Græco.*

Hippolytus cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui), rationem Paschæ temporumque canones scripsit usque ad primum annum Alexandri imperatoris, et sexdecim annorum circulum, quem Græci ἐκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit; et Eusebio qui super eodem Pascha, canonem, decem et novem annorum circulum, id est, ἐννεακαιδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi: in hexaemeron, et in Exodum, in Canticum canticorum, in Genesin, et in Zachariam: de Psalmis, et in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Proverbiis, de Ecclesiaste, de Saul et Pythonissa, de Antichristo, de Resurrectione, contra Marcionem, de Pascha: adversus omnes hæreses, et προσομιλίαν de laude Domini Salvatoris, in qua præsente Origene se loqui in ecclesia significat. In hujus æmulationem Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem in Scripturas commentarios scribere, præbens ei septem et eo am-

B Ἱππόλυτος, οὐκ οἶδα ποίας Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως, τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἐδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ Πάσχα, καὶ τοὺς χρονικοὺς κανόνας ἕως πρώτου ἐνιαυτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαὲξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν οἱ λεγόμενοι Γραικοὶ ἐκκαιδεκαετηρίδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ τοῦ Πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξαντι πρόφασιν παρεσχηκώς. Ἔγραψεν εἰς τὰς θείας Γραφὰς ὑπομνήματα, ἀφ' ὧν τάδε εὗρον· εἰς τὴν ἑξαήμερον, εἰς τὴν Ἔξοδον, εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων, εἰς τὴν Γένεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ Ψαλμῶν, εἰς Ἡσαΐαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ Ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περὶ Ἐκκλησιαστοῦ, περὶ Σαὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, περὶ Ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ Πάσχα, C κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, προσομιλίαν (3) περὶ τῶν ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ (4). Ἀμβρόσιος, ὄντινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένει τὰς

† INTERPRETATIO RUFINI.

In illis diebus Hippolytus de quo ante memoravimus, inter cætera scripta sua libellum de Pascha scriptum edidit: in quo cum descriptionem quamdam faceret de sexdecim annorum circulo, qui in Paschæ ratione observari solet, nescio quam supputationem secutus, universa tempora intra primum Alexandri imperatoris annum concludit. Sed et alii ejus libelli pervenerunt ad nos, id est in hexaemeron, et ea quæ post hexaemeron scripta sunt, et contra Marcionem, et in Canticum canticorum, et in partem quamdam Ezechielis prophetæ, et contra omnes hæreses. Sed et alia apud alios opuscula ejus inveniri certum est.

(1) Rufinus ἑτέρας retulit ad φιλοχαλίας, non ad ἐκκλησίας, ut rectius fecit Hieronymus, cujus locum ex *Catalogo scriptorum eccl.* habes infra. Pro ἐκκλησίας alii legunt παροικίας, ut Joan. Langus ad Nicephori v, 15, qui verbis Eusebii addit Hippolytum Πόρτου Ῥώμης fuisse episcopum; quod Eusebius et Hieronymus ignoverunt, et qui Hieronymi insistunt vestigiis juniores Latini etiam infimæ ætatis, ut Vincentius Bellovacensis lib. XII *Speculi historialis* c. 30.

(2) In cod. Medic. legitur προσθείς, male, ut opinor. VALES.

(3) Ita legendum (cum Græco interprete) pro πρὸς ὁμιλιῶν, vel ut alii περὶ ὁμιλιῶν. FABRICIUS.

(4) Sophronius, sive quisquis fuit interpres Græcus recentior, vitiosam secutus est interpunctionem, quæ etiam in pluribus Hieronymi editionibus exstat, *præsente Origene se loqui in Ecclesia significat in hujus æmulationem.* FABRIC.

Digitized by Google

θείας ὑπομνηματίσαι Γραφάς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν. Διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ *ἐργοδιώκτην* αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

A plius notarios, eorumque expensas, et librariorum parem numerum, quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην Origenes eum vocat.

IV.

Andreas Cæsariensis in Apocalyps. XIII, 1, *pag.* 70.

Τινὲς μὲν τὸ *θηρίον* τοῦτο δευτερεύουσάν τινα δύναμιν τοῦ Σατανᾶ, τῶν λοιπῶν δαιμόνων ἄρχουσαν, ἐξειλήφασι· τὸ δὲ μετ' αὐτὸ ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν, τὸν Ἀντίχριστον. Τοῖς δὲ ἁγίοις, Μεθοδίῳ καὶ Ἱππολύτῳ καὶ ἑτέροις, εἰς [αὐτὸν] τὸν Ἀντίχριστον τὸ παρὸν θηρίον ἐξείληπται· ἐκ τῆς πολυταράχου τοῦ βίου τούτου θαλάσσης καὶ πολυκύμονος ἐξερχόμενον. Τὰ δὲ *δέκα κέρατα* σὺν τοῖς διαδήμασι, καὶ αἱ *ἑπτὰ κεφαλαὶ*, τήν τε τοῦ διαβόλου πρὸς αὐτὸν [τὸν Ἀντίχριστον] ἕνωσιν αἰνίττεται (ταῦτα γὰρ [καὶ] αὐτῷ προσόντα ἀνωτέρω ἡρμήνευται), τήν τε εἰς δέκα τῆς γηΐνης βασιλείας ἐπ' ἐσχάτων διαίρεσιν, καὶ τὴν τῷ κόσμῳ τούτῳ σύστοιχον ἑβδοματικὴν βασιλείαν, ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ἐκμετρουμένην, ἑπτὰ δὲ διαδοχαῖς διαιρουμένην, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται.

Quidam per hanc *bestiam* accipiunt virtutem quamdam viribus et nequitia Satana inferiorem, cæteris autem dæmonibus utroque genere eminentiorem : per bestiam vero quæ paulo post e terra emergit, Antichristum ipsum. At sanctus Methodius et Hippolytus, et alii veteres, de ipso Antichristo præsentem locum interpretati sunt; ut qui ex turbulento plurimumque undoso vitæ hujus mari egressurus sit. Per *decem* autem *cornua* totidem diadematis exornata, et *septem capita*, familiaritatem illam denotari volunt, quæ inter ipsum et diabolum intercedet (nam hæc illi affore jam ante quoque indicatum est), regnique terreni in decem partes sectionem ; et regnum præterea septenarium mundi hujus cursui conformatum, septem quidem dierum spatio dimensum, et in septem rursum successiones distributum; prout in sequentibus latius id explicabitur.

B

Idem in Apocalyps. XIII, 18, *pag.* 75.

[40] *Γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν.* Ὁ γνοὺς τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ καὶ παιδείαν, ἐκμανθάνων δι' αὐτῆς τὰ τοῦ λόγου μυστήρια· καὶ οἱ γνόντες τὴν ἀληθῆ καὶ ἐπουράνιον σοφίαν, εὐκόλως νοήσουσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν λαλουμένους λόγους· διό φησι· *Δέξασθαι στροφὰς λόγων*· τὰ γὰρ ἀντιστρόφως ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λελαλημένα, ταῦτα τοῖς πιστὴν καρδίαν ἔχουσι πρὸς Θεὸν εὔγνωστα γίνεται.

D

Hæc de Judæorum populo, et de Christi cæde, intelligit. Putabant enim illum in terra tantummodo habere conversationem.

[41] Ταῦτα εἰς τὸν τῶν Ἰουδαίων δῆμον καὶ τὴν κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίαν ἐξείληφεν· ᾤοντο γὰρ αὐτὸν ἐπὶ γῆς μόνον ἔχειν τὸ πολίτευμα.

Non accipient tantum, sed etiam hæreditabunt. Impii vero etiamsi extolluntur, id ad majorem ipsorum ignominiam redundat. Veluti si quis hominem deformem atque distortum in alto collocet, non honorat sed magis dehonestat, manifestam constituens pluribus turpitudinem ejus. Sic item Deus extollit impios, ut publicum faciat dedecus illorum. Exaltatus fuit etiam Pharao, sed ut mundum accusatorem haberet.

[42] Οὐχ ἁπλῶς λήψονται, ἀλλὰ κληρονομήσουσι· οἱ δὲ ἀσεβεῖς, εἰ καὶ ὑψοῦνται, ἀλλ' ὥστε μείζονα γενέσθαι τὴν ἀτιμίαν αὐτῶν· ὡς γάρ τις τὸν δυσειδῆ καὶ διεστραμμένον, εἰ ὑψώσειεν, οὐκ ἐδόξασε, ἀλλ' ἠτίμασε πλέον, κατάδηλον αὐτοῦ τὸ αἶσχος πλείοσι καταστήσας· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ὑψοῖ τοὺς ἀσεβεῖς, ἵνα ἐμφανῆ καταστήσῃ τὴν ἐκείνων ἀσχημοσύνην· ὑψώθη καὶ Φαραώ, ἀλλ' ὥστε τὴν οἰκουμένην κατήγορον ἔχειν.

Animadvertendum est, donum bonum dici ab eo

[43] Σημειωτέον ὅτι δῶρον ἀγαθὸν ὀνομάζει τὸν

[37] Isa. XLV, 7. [38] cap. I, 1. [39] III Reg. III, 12. [40] v. 2. [41] cod. Vat. 1802, sive A. f. 7, b. — cap. I, 11. [42] cap. III, 35. — A. f. 20, b. [43] cap. IV, 2. — A. f. 20, b.

Digitized by Google

νόμον, διὰ τὸν λαμβάνοντα δῶρα ἐν κόλποις ἀδίκως· A pro lege, propter illum qui dona in sinum injuste accipit. Ille legem deserit, qui eam transgreditur. Legem porro vel quam diserte nominat, vel quam idem observavit.

[45] Καὶ πῶς ἐστι, περιχαράκωσον; Λογισμοὺς αὐτῇ κύκλῳ περίθες ἱερούς· πολλῆς γάρ σοι δεῖ τῆς ἀσφαλείας, ἐπεὶ καὶ πολλὰ τὰ ἐπιβουλεύοντα τῇ τοιαύτῃ κτήσει· εἰ δὲ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ περιχαρακοῦν αὐτήν, αἱ δὲ ἀρεταὶ ἐφ' ἡμῖν, χάρακες ἄρα εἶεν, αἱ ὑψοῦσαι τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ· οἷον, ἄσκησις, μελέτη, καὶ ὁ ἄλλος τῶν ἀρετῶν ὁρμαθός· ἃς ὁ τηρῶν, τὴν σοφίαν τιμᾷ· μισθὸς δὲ, τὸ πρὸς αὐτὴν μετεωρισθῆναι καὶ περιληφθῆναι ὑπ' αὐτῆς ἐν τῷ ὑπερκοσμίῳ παστῷ.

Recta videt qui cogitationes habet perturbatione liberas: et vera dogmata, is qui exterioribus phantasiis non percellitur. Cum dicit: Oculi tui videant æquitatem, de visione animæ loquitur. Et cum hortatur: Comede mel, fili, ut sit dulcedo gutturi tuo, mel tropice dicit divinam doctrinam, quæ spiritalem conficit animæ scientiam. Sed et animam tangit sapientia. Ama enim eam, ut amplexetur te. Jam anima per complexum virtuti copulata, sanctitate repletur et puritate. Insuper Christi unguentorum anima affectat odoratum.

[46] Ἀσεβεῖς μὲν οἱ ἑτερόδοξοι, παράνομοι δὲ οἱ παραβάται τοῦ νόμου· ὧν τὰς ὁδοὺς, ἤτοι τὰς πράξεις, μὴ ἐπελθεῖν φησί. B

Impii sunt heterodoxi: peccatores autem legis transgressores: quorum vias et actus sectari vetat.

[47] Ἡ ἀρετὴ μεσότης· διὸ καὶ τὴν ἀνδρείαν μεταξὺ τῆς θρασύτητος καὶ τῆς δειλίας εἶναί φησι· νῦν δὲ C ὀνομάζει δεξιά· οὐ τὰ φύσει δεξιὰ ἐστὶν αἱ ἀρεταὶ, ἀλλὰ τὰ φαινόμενα σοὶ δεξιὰ διὰ τὰς ἡδονάς· ἡδοναὶ δέ εἰσιν, οὐ μόνον Ἀφροδίσια, ἀλλὰ καὶ πλοῦτος καὶ τρυφή· ἀριστερὰ δὲ, φθόνος, ἁρπαγαὶ, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· βορέας γὰρ, φησὶ, σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται· βορέαν γὰρ συμβολικῶς τὸν πονηρὸν καλεῖ ἤτοι τὸν διάβολον, ἀφ' οὗ ἐξεκαύθη πάντα τὰ κακὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ὀνόματι δὲ οὗτος ἐπιδέξιος, ὅτι ἄγγελος καλεῖται δεξιῷ ὀνόματι. — Σὺ, φησὶν, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ τῷ Θεῷ μελήσει τοῦ τέλους· προπορεύεται γάρ σου· καταλύων τοὺς πολεμίους, ὡς ἐν εἰρήνῃ σε βαδίσαι.

Virtus medium tenet. Quare etiam fortitudinem dicit esse mediam inter audaciam et timorem. Nunc vero dicit dextera, non quæ sunt naturaliter dextera, cujusmodi sunt virtutes, sed quæ dextera propter voluptates tibi videntur. Voluptates autem sunt non solum Venereæ, verum etiam divitiæ ac deliciæ. Sinistra vero, cædes, rapinæ, et his similia. Nam boreas rigidus ventus, dexter appellatur. Quippe boream symbolice, malignum diabolum vocitat, a quo mala omnia incenduntur in orbe. Eidem nomen est dexter, quia angelus vocatur dextro, id est fausto nomine. — Tu, inquit, declina a malo, et Deo cura erit finis tui. Anteibit enim te, hostes profligans, ut pacifice gradiaris.

[48] Δείκνυσι γὰρ καὶ διὰ τοῦ ζῴου, τὸ τῆς ἡδονῆς καθαρόν· καὶ διὰ τοῦ πώλου, τὸ τῆς γυναικὸς παρίστησι γαῦρον καὶ ποθεινόν· καὶ ἐπειδὴ πολλὰ οἶδε τὰ D παροξύνοντα, ἀσφαλίζει, ἀῤῥαγῆ τὸν τῆς φιλίας αὐτοῖς δεσμὸν ἐπιτίθησι, τὸ ἀδιάῤῥηκτον αὐτοῖς μηχανώμενος· ἄλλως δὲ ἡ σοφία, ἤτοιοῦν ἔλαφος, τοὺς τῶν ἑτεροδόξων ὀφιώδεις λόγους πέφυκεν ἐλαύνειν καὶ ἀναιρεῖν· αὕτη οὖν, φησὶ, συνέστω σοι πῶλος οὖσα τῷ νεάζειν ἅπασαν ἀρετήν· καὶ ἐπεὶ μὴ ὅμοιον γυνὴ καὶ σοφία, αὕτη τοὐναντίον ἡγείσθω σοι· οὕτω γὰρ ἀπακριβώσεις λογισμοὺς ἀγαθούς.

Nempe per cervam denotat voluptatis in conjugio innocentiam; et per pullum, alacritatem mulieris exprimit et amabilitatem. Et quia multa cernit ad vitium incitantia, caute consulit, et indissolubile conjugibus vinculum injicit, constantiam illis concilians. Alioqui sapientia, cervi instar, heterodoxorum serpentinas doctrinas repellere valet et exstinguere. Hæc igitur, inquit, tecum sit quasi pullus, ut omnem virtutem innovet. Et quia non est mulieri similis sapientia, hæc potius sit tibi dux. Sic enim bonas procreabis cogitationes.

[49] Ἵνα μὴ λέγῃς· Τί γὰρ βλάβος τοῖς ὀφθαλμοῖς, μὴ πάντως οὔσης ἀνάγκης τὸν ἐνορῶντα τραπῆναι; δείκνυσί σοι, ὡς ἡ μὲν ἐπιθυμία, πῦρ ἐστιν· ἡ δὲ

Ne forte dicas: Cur noceant oculi, cum plane non sit necesse eum perverti qui cernit? ostendit tibi concupiscentiam esse ignem; carnem, vesti-

[45] v. 8. — A. f. 21, a. [46] v. 14. — A. f. 22. b. [47] v. 25. — A. f. 23, b. [48] v. 27. — A. f. 24, a. [49] cap. v, 19. — A. f. 27, b. [50] cap. vi, 27. — A. f. 31, a.

Digitized by Google

mentum; hanc quidem facile capi; illam vero esse tyrannicam. Quod vero non modo est inclusum, verum etiam colligatum, haud ante egredietur quam sibi exitum fecerit. Jam qui spectat mulierem, etiamsi diffugiat, non tamen purus concupiscentia discedet. Cur autem opus est negotia habere, si absque ipsis possumus esse pudici? Observa quid dicat Jobus: *Fœdus pepigi cum oculis meis, ne de muliere aliena cogitarem.* Hic nimirum illusionis vim agnoscebat. Paulus etiam hanc ob causam castigabat corpus et in servitutem redigebat. Spiritali autem sensu, ille alligat in sinu ignem, qui impuram cogitationem immorari in corde sinit: incedit autem super carbones is qui peccatum operando propriam animam perdit.

A σάρξ, ἱμάτιον· τὸ μὲν εὐάλωτον· ἡ δὲ τυραννική· ὅταν δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐγκείμενον ᾖ, ἀλλὰ καὶ ἀποδεδεμένον, οὐ πρότερον ἐξελεύσεται, ἕως ἑαυτῷ ποιήσει διέξοδον· ὁ γὰρ ἰδὼν γυναῖκα, εἰ καὶ διέφυγεν, ἀλλ' οὐκ ἐπιθυμίας καθαρὸς ἀνεχώρησε· τί δὲ δεῖ πραγμάτων, παρὸν ἀπραγμόνως σωφρονεῖν; Ὅρα τί φησὶν ὁ Ἰώβ· *Διαθήκην διεθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, τοῦ μὴ κατανοῆσαι γυναῖκα ἀλλοτρίαν*[49]· οὕτως οἶδε τὴν τῆς ἐπηρείας ἰσχύν· καὶ ὁ Παῦλος δὲ τούτου ἕνεκεν ὑπεπίεζε τὸ σῶμα καὶ ἐδουλαγώγει· κατὰ δὲ θεωρίαν, ἀποδεσμεύει πῦρ ἐν κόλπῳ ὁ συγχωρῶν ἀκάθαρτον λογισμὸν ἐγχρονίζειν τῇ καρδίᾳ· περιπατεῖ δὲ ἐπάνω ἀνθράκων, ὁ διὰ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας τὴν ἰδίαν ἀπολλύων ψυχήν.

Novisti ejus damnum; cave itaque ne concupiscentiam admittas; mors enim ejus immortalis est. Cæteroqui vulnerat quidem sermonibus, occidit vero peccatis eos qui sibi indulgent. Nam multa nequitiæ genera stultos ad inferna deducunt. Conclavia mortis, vel profunditas, vel divitiæ. Quis ergo effugiet?

B [50] Κέμφος ἐστὶν εἶδος λάρου, ὃς οὕτως ἀκρατῶς ἔχει πρὸς ἡδονήν, ὡς αἵματος πληροῦσθαι δοκεῖν τοὺς ἀφθαλμοὺς ἐν τῷ ὀχεύειν· καὶ λανθάνει ἀναισθητῶν βρόχοις πολλάκις ἢ χερσὶ περιπίπτων ἀνθρώπων· τούτῳ οὖν τὸν προστιθέμενον τῇ πόρνῃ, δι' ἀκολασίαν ἀπείκασεν· ἢ διὰ τοῦ ζῴου εὐηθες· καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἄφρων ἐπηκολούθησε· φασὶ δὲ αὐτὸν τοσοῦτον χαίρειν ἀφρῷ, ὥστε εἴ τις πλέων ἀφρὸν ἐπὶ χειρὸς ἕξει, ἐπικάθηται τῇ χειρί· τίκτει δὲ καὶ ἐν ὀδύνῃ.

Novam Hierusalem, sanctam carnem dicit. Columnas septem, septenarium sancti Spiritus in ea quiescentis. Veluti testatur Isaias dicens: *Immolavit victimas suas.*

[51] Εἴδες αὐτῆς τὴν βλάβην· μὴ ἀναμείνῃς δέξασθαι τὴν ἐπιθυμίαν· ἀθάνατος γὰρ αὐτῆς ἡ τελευτή· ἄλλως δὲ τιτρώσκει μὲν λόγοις, ἤτοι λογισμοῖς, φονεύει δὲ ταῖς ἁμαρτίαις τοὺς πειθομένους· πολλὰ γὰρ εἴδη κακίας τοὺς ἀνοήτους εἰς ᾅδου κατάγοντα· ταμεῖα δὲ θανάτου, ἢ τὸ βάθος ἢ ὁ πλοῦτος αὐτοῦ· πῶς οὖν ἔστι διαφυγεῖν;

C [52] Τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἁγίαν σάρκα· στύλους ἑπτά, τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπ' αὐτῇ ἀναπαυομένου, ἐσήμανε· καθὼς Ἡσαΐας μαρτυρεῖ, λέγων· *Ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα.*

Animadverte, oportere sapientem multis esse utilem; adeo ut qui utilis sibi soli est, non sit sapiens. Valde enim improbatur sapientia, si vim suam ad unum sui possidentem redigat. Sicut venenum non est noxium alteri corpori, sed recipienti tantummodo; ita qui fit improbus, se ipsum lædit, non alium. Nemo quippe virtute præditus, ab improbo læditur.

[53] Σημείωσαι ὅτι τὸν σοφὸν πολλοῖς εἶναι χρήσιμον ἀναγκαῖον· ὡς ὅ γε ἑαυτῷ χρήσιμος μόνον, οὐκ εἴη σοφός· πολλὴ γὰρ τῆς σοφίας κατηγορία, εἰ μέχρι τοῦ κεκτημένου τὴν δύναμιν ἕξει· ὥσπερ δὲ ἰὸς οὐκ ἂν εἴη βλαβερὸς ἑτέρῳ σώματι, ἀλλὰ τῷ δεχομένῳ μόνῳ· οὕτως καὶ ὁ ἀποδὰς κακὸς, ἑαυτὸν βλάψει, οὐκ ἄλλον· οὐδεὶς γὰρ ἐνάρετος παρὰ κακοῦ βλάπτεται.

Fructus justitiæ et arbor vitæ, Christus est; qui quatenus homo tantummodo, omnem justitiam implevit; et tanquam suapte vita, scientiæ et virtutis fructus quasi arbor protulit, unde comedentes vitam æternam acquirent, et vitalem paradisi arborem gustabunt, cum Adamo et omnibus justis. At animæ peccatorum abripiuntur immaturæ a facie Dei qui eas derelicturus est in tormenti igne.

D [54] Καρπὸς δικαιοσύνης καὶ δένδρον ζωῆς, ὁ Χριστός ἐστιν· ὁ μόνος ἀνθρωπίνως πᾶσαν δικαιοσύνην πληρώσας· καὶ ὡς αὐτοζωὴ τοὺς τῆς γνώσεως καὶ ἀρετῆς καρποὺς ὡς δένδρον ἐβλάστησεν, ἐξ οὗ οἱ ἐσθίοντες ἀειζωΐαν λήψονται, καὶ τοῦ παραδείσου τοῦ δένδρου τῆς ζωῆς ἀπολαύσονται, σὺν Ἀδὰμ καὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις· αἱ δὲ τῶν παρανόμων ψυχαὶ ἀφαιροῦνται μὲν ἄωροι ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, παρὰ τὸ παρορᾶν αὐτὸς αὐτοὺς ἐν τῇ φλογὶ τῆς βασάνου.

Non hominum sed Dei potius gratiam inveniat.

[55] Οὐ παρὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ παρὰ τῷ Θεῷ δύναμιν εὕρῃ.

Hic interrogat sapientiam, qui voluntatem Dei

[56] Οὗτος ἐρωτᾷ σοφίαν, ὁ γνῶναι ζητῶν τί τὸ

[49] Job xxxi, 1. [50] cap. vii, 22. — A. f. 37, b. [51] v. 26. — A. f. 38, a. [52] cap. ix, 1. — A. f. 45, a. [53] cap. ix, 12. [54] cap. xi, 30. — A. f. 55, b. [55] cap. xii, 2. — A. f. 56, a. [56] cap. xvii, 26. — A. f. 77, a.

Digitized by Google

θέλημα τοῦ Θεοῦ· ἑνεὸν δὲ ἑαυτὸν ποιήσας, περὶ οὗ μαθεῖν ἦλθεν, οὗτος δόξει φρόνιμος εἶναι· εἰ οὗτος ἐρωτᾷ περὶ σοφίας, ὁ βουλόμενος τι περὶ σοφίας μαθεῖν· οὗτος δὲ σιωπᾷ ἀπὸ σοφίας, ὁ μὴ μόνον οὐδὲν θέλων γνῶναι περὶ σοφίας, ἀλλ' ἀποπαύων καὶ τοὺς πλησίον· διὸ καὶ φρονιμώτερος λέγεται εἶναι ὁ πρότερος τοῦ δευτέρου.

explorat. Rudem se ejus rei præbens, quam discere venit, videbitur prudens. Si quis interrogat de sapientia, scire volens partem ejus; alter vero silet, non solum a sapientia nihil discere volens, sed et cæteros ab ejus studio deterrere; procul dubio prior prudentior posteriore æstimabitur.

[87] Τῇ βδέλλῃ. Τρεῖς θυγατέρες ἦσαν τῇ ἁμαρτίᾳ ἠγαπώμεναι ἀγαπήσει, ἡ πορνεία, ὁ φόνος [88], καὶ εἰδωλολατρεία· αἱ τρεῖς οὐκ ἐνεπίπλησαν αὐτήν· οὐ γὰρ ἐμπίπλαται· διὰ τούτων τῶν πράξεων νεκροῦσα ἡ ἁμαρτία τὸν ἄνθρωπον, μηδέποτε ἠλλοιωμένη, ἀλλὰ πάντοτε ἐπαύξουσα· ἡ γὰρ τετάρτη, φησὶν, οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν ἱκανὸν, ἡ κατὰ πάντα πονηρὰ ἐπιθυμία· τετάρτην λέγων, τὴν μετὰ πάντων ἐπιθυμίαν ἐσήμανεν· ὥσπερ γὰρ ἓν μὲν ἔστι τὸ σῶμα, μέλη δὲ πολλὰ ἔχει, οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία μία οὖσα, πολλὰς καὶ ποικίλας ἐπιθυμίας ἐν ἑαυτῇ ἔχει, δι' ὧν ἐπίβουλος τῶν ἀνθρώπων γίνεται· ὅθεν τοῦτο διδάξαι βουλόμενος, διὰ παραδειγμάτων δή φησιν, ᾅδης καὶ ἔρως γυναικὸς, καὶ τάρταρος, καὶ γῆ οὐκ ἐμπιπλαμένη ὕδατος· καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, οὐ μὴ εἴπωσιν, ἀρκεῖ· οὐδένα γὰρ τρόπον ὁ ᾅδης οὐ διαλείπει δεχόμενος ψυχὰς ἀνόμων ἀνθρώπων· οὐδὲ ὁ ἔρως τῆς ἁμαρτίας, ὡς γυναικὸς, παύεται ἐκπορνεύων, προδότης τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ὅστις γενόμενος· ὡς τάρταρος δὲ, ἀεὶ ἐν λυγρῷδει καὶ ζοφώδει τόπῳ ὑπάρχων, οὐ καταλαμβάνεται ὑπὸ ἀκτῖνος φωτὸς, οὕτως δὲ πᾶς ὁ ἐν παντὶ πάθει σαρκὸς τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύων, ὡς γῆ οὐκ ἐμπιπλαμένη ὑδάτων, μηδέποτε εἰς ἐξομολόγησιν καὶ λουτρὸν παλιγγενεσίας ἐλθεῖν δυνάμενος, ὡς ὕδωρ καὶ πῦρ μὴ λέγοντα, ἀρκεῖ.

Hirudini. Tres erant peccato dilectæ admodum filiæ, scortatio, homicidium, idololatria. Neque tamen hæ tres saturant illud, quoniam est insatiabile. Per hos quippe semper actus perimens hominem peccatum, nunquam mutatur, sed augetur perpetuo. Quarta enim, inquit, nunquam ait: Satis est; quartam esse significans universalem concupiscentiam. Sicut enim unum est corpus, multa vero membra habet; sic et peccatum multas ac varias concupiscentias in se habet, quibus insidias homini struit. Quod volens demonstrare, utitur exemplis inferni, et amoris mulierum, tartari, et terræ nunquam imbre repletæ. Et aqua, et ignis nunquam dicent: Sufficit. Nullatenus etiam infernus desinit a recipiendis affligendisque improborum hominum animabus. Neque peccati amor, id est erga mulierem, cessat a scortando, factus animæ propriæ proditor. Sicut vero tartarus in tristi ac tenebroso loco reconditus, radios non recipit; ita etiam omnis qui in qualibet carnis passione servit peccato. Sicut terra nunquam aquis repleta, ita hic ad confessionem et lavacrum regenerationis venire non valens, aquæ instar et ignis, nunquam dicit. Sufficit.

[89] Ὃν γὰρ τρόπον ὄφις ἐπὶ πέτρας ἰχνοποιῆσαι οὐ δύναται, οὕτως οὐδὲ ὁ διάβολος ἐπὶ σῶμα Χριστοῦ ἁμαρτίαν ἠδυνήθη εὑρεῖν· λέγει γὰρ ὁ Κύριος· *Ἰδοὺ ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν*[89a]. — Καθὼς γὰρ ναῦς διακλείουσα ἐν τῷ πελάγει, ἴχνη καὶ ὁδοὺς οὐ καταλείπει, οὕτως οὐδὲ ἡ Ἐκκλησία ἐν κόσμῳ πολιτευομένη ὡς ἐν πελάγει, καταλείπει τὴν ἰδίαν ἐλπίδα ἐπὶ τῆς γῆς, ἔχουσα τὴν ζωὴν ἀποκειμένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἧς ἐπὶ βραχὺ παρελθούσης, οὐκ ἔστιν ἰχνηλατῆσαι τὴν δίοδον. — Τῆς Ἐκκλησίας μὴ καταλιμπανούσης ἐν κόσμῳ τὴν ἐλπίδα, τῆς τὰ πάντα φερούσης Χριστοῦ σαρκώσεως, τρίβον νεκρώσεως ἐν ᾅδου οὐκ ὑπελίπετο. — Τίνος, ἀλλ' ἢ τοῦ ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ παρθένου γεγεννημένου; ὃς τὸν τέλειον ἄνθρωπον ἀνανεώσας ἐν κόσμῳ ἐπιτελεῖ τὰς δυνάμεις, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ὡς καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ· ἦν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα· τούτου οὖν τὸ νέον καὶ ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας, ὃς διοδεύων κατὰ πόλεις καὶ χώρας, ἴατο τὰς νόσους καὶ τὰς ἀσθενείας τῶν ἀνθρώπων.

Quemadmodum serpens in petra vestigium facere nequit, sic neque diabolus in Christi corpore invenire peccatum potuit. Dicit enim Dominus: *Ecce venit princeps hujus mundi, et in me nihil inveniet.* — Sicut enim navis mare tranans, vestigium viasque post se non relinquit; sic neque Ecclesia in mundo tanquam in pelago versans, spem suam in mundo relinquit, quia vitam suam in cœlis reposuit: atque interim brevi tempore transiens, vestigia transitus in via non imprimit. — Cum Ecclesia spem suam non dimittat, quam habet erga omnis boni fontem, Christi incarnationem, semitam mortis in inferno non facit. — Cujusnam, nisi nati de Spiritu sancto et virgine? qui perfectum hominem in mundo renovans prodigia edidit, capto initio a Joannis baptismate, sicut evangelista testatur. Erat autem Jesus incipiens quasi annorum triginta. In hac igitur juvenili et florente ætate, circumiens civitates et regiones, hominum morbos et infirmitates sanabat.

[90] Ὀφθαλμὸν καταγελῶντα πατρὸς καὶ ἀτιμάζοντα γῆρας μητρός. Βλασφημοῦντα τὸν Θεὸν, καὶ μητέρα ἐξουθενοῦντα Χριστοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν,

Oculus qui subsannat patrem, et qui despicit senectutem matris. Nempe oculum blasphemantis Deum, et Christi matrem sapientiam Dei, effodiant

[87] Vulg. cap. xxx, v. 15. — A. f. 109, a, et cod. Vat. 432, f. 90, sive B. [88] cod., φθόνος. [89] Vulg. xxx, 19. — A. f. 111, a. [89a] Joan. xiv, 30. [90] B. f. 90.

Digitized by Google

eum corvi de vallibus; impuri scilicet malique spiritus visualem lætitiæ oculum, eumque comedant pulli aquilarum: nempe qui sunt ejusmodi, conculcentur pedibus sanctorum. A

ἐκκόψαισαν αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φαράγγων, τὰ ἀκάθαρτα καὶ πονηρὰ πνεῦματα, τὸ διορατικὸν τῆς εὐφροσύνης ὄμμα· καὶ καταφάγοιεν αὐτὸν νεοσσοὶ ἀετῶν· καὶ καταπεπατημένα ἔσονται τοῖς ποσὶ τῶν ἁγίων.

Tria ego intelligere nequeo, et quartum penitus ignoro: vestigium aquilæ volantis; nempe Christi ascensum. *Viam serpentis in petra;* nempe diabolus non invenit peccati vestigium in corpore Christi. Et *semitam navis mare decurrentis;* nempe Ecclesiæ in hujus mundi pelago fluctuantis, et ob spem suam in Christum a cruce quasi gubernaculo rectæ. Denique *vias viri in adolescentia,* illius nimirum qui ex Spiritu sancto et Virgine natus est. Ecce enim, inquit Scriptura, vir cui nomen Oriens.

[61] *Τρία ἐστὶν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω· ἴχνη ἀετοῦ πετομένου,* τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάληψιν. Καὶ *ὁδοὺς ὄφεως ἐπὶ πέτρας·* ὁ διάβολος οὐχ εὗρεν ἴχνος ἁμαρτίας ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ *τρίβους νηὸς ποντοπορούσης,* τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἐν πελάγει τῷ βίῳ τούτῳ, τῇ εἰς Χριστὸν ἐλπίδι διὰ τοῦ σταυροῦ κυβερνωμένης. Καὶ *ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι,* τοῦ ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς Παρθένου γεγεννημένου· ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ.

Talis est via mulieris adulteræ, quæ ubi rem patravit, abstergens se, nihil ait se mali egisse. Videlicet ita se gessit Ecclesia, quæ postquam cum idolis fornicata fuerat, his abrenuntians atque diabolo, et peccato eluto, veniaque impetrata, nulli jam inquit pravitati se obnoxiam affirmat. B

Τοιαύτη ὁδὸς μοιχαλίδος, ἥ ὅταν πράξῃ ἀπονιψαμένη, οὐδὲν φήσει πεπραχθῆναι ἄτοπον· τοιαύτη ἐστὶν ἡ ἀναστροφὴ τῆς Ἐκκλησίας πιστευούσης Χριστῷ, ἥ μετὰ τὸ πορνεῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἀποταξαμένη τούτοις καὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ ἀπολουσαμένη τὰς ἁμαρτίας, καὶ λαβοῦσα ἄφεσιν, οὐδέν φησι πεπραχέναι ἄτοπον.

Per tria movetur terra: nempe per Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Et quartum non potest sustinere, id est postremum Christi adventum. — Si servus regnaverit. Israel in Ægypto servus, in regione promissa regnator. — Stultus dapibus plenus. Hic scilicet facile regionem adeptus, et comedens, atque repletus, recalcitravit. — Et ancilla si expulerit heram suam. Domini interfectrix synagoga, Christi carnem cruci suffixit. C

Διὰ τριῶν σείεται ἡ γῆ· διὰ Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· καὶ τὸ τέταρτον οὐ δύναται φέρειν, τὴν ἐσχάτην ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. — Ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ. Ὁ Ἰσραὴλ ἐν Αἰγύπτῳ δοῦλος γενόμενος, καὶ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας βασιλεύσας. — Καὶ ἄφρων πλησθεὶς σιτίων. Τὴν γῆν ἐξ ἑτοίμου λαβὼν, καὶ φαγὼν καὶ ἐμπλησθεὶς ἀπελάκτισε. — Καὶ παιδίσκη ἐὰν ἐκβάλλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. Ἡ κυριοκτόνος συναγωγὴ σταυρώσασα τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ.

Tria sunt minima in terra, et hæc sunt sapientiora sapientibus: formicæ, gens infirma, quæ parant sibi in messe cibum. Gentes similiter per fidem in Christum parant sibi vitam æternam operibus bonis. Chœrogryllii, populus æque invalidus, curant sibi in petra cubilia. Gentes super spiritali lapide Christo ædificatæ sunt, qui factus est in caput anguli. Stellio qui manibus innititur, et facile capitur, hic moratur in regum castellis. Latro extensis in cruce manibus Christoque innixus, in paradiso habitat, quæ est arx trium regum Patris, Filii et Spiritus sancti.

Τέσσαρα εἰσὶν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς, ταῦτα δὲ τῶν σοφῶν σοφώτερα· οἱ μύρμηκες οἷς οὐκ ἔστιν ἰσχὺς, ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφήν. Καὶ τὰ ἔθνη διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἑτοιμάζουσιν ἑαυτοῖς τὴν αἰώνιον ζωὴν δι' ἔργων ἀγαθῶν. Καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι, ἔθνος οὐκ ἰσχυρὸν, ἐποίησαν ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους. Τὰ ἔθνη ἐπὶ τῇ πνευματικῇ πέτρᾳ Χριστῷ ᾠκοδόμηνται, ἥτις ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Ἀσκαλαβώτης χερσὶν ἐρειδόμενος καὶ εὐάλωτος ὤν· οὗτος οἰκεῖ ἐν ὀχυρώμασι βασιλέων. Ὁ λῃστὴς ἐν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἐπερειδόμενος, οἰκεῖ ἐν τῷ παραδείσῳ, τῷ ὀχυρώματι τῶν τριῶν βασιλέων, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος.

Regem locusta non habet, et tamen tanquam ad unius jussum in aciem procedit. Sine rege erant gentes, quia peccato erant subjectæ: nunc autem Deo credentes cœlestem militiam exercent. — Tria sunt quæ bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter. Angeli nimirum in cœlis, sancti in terra, animæ justorum sub terra. Quartum, nempe Dei Verbum incarnatum, pertransiit feliciter per Virginis vulvam; reformatoque Adamo, pertransit cœlorum januam, primitiæ resurrectionis itemque ascensionis factus.

[62] Ἀβασίλευτον ἡ ἀκρὶς, καὶ ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως. Ἀβασίλευτα ἦσαν τὰ ἔθνη, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας γὰρ ἐβασιλεύοντο· νῦν δὲ πιστεύσαντες τῷ Θεῷ, στρατεύονται τὴν ἐπουράνιον στρατείαν. — Τρία ἐστὶν ἃ εὐόδως πορεύεται, καὶ τὸ τέταρτον ὃ καλῶς διαβαίνει. Ἄγγελοι ἐν οὐρανοῖς, ἅγιοι ἐπὶ τῆς γῆς, ψυχαὶ δικαίων ὑπὸ γῆν· καὶ τὸ τέταρτον, ὁ Θεὸς Λόγος σαρκωθεὶς, διέβη καλῶς μήτραν Παρθένου· ἀνάπλασιν τοῦ Ἀδὰμ ποιούμενος, διέβη πύλας οὐρανῶν, ἀπαρχὴ ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως πᾶσι γενόμενος. D

Leonis catulus bestiarum fortissimus. Christus

Σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν. Χριστὸς ἐν

[61] v. 19. [62] B. f. 91

Digitized by Google

τῷ Ἰούδᾳ ὑπὸ Ἰακὼβ προφητευόμενος. — Ἀλέκτωρ περιπατῶν ἐν θηλείαις εὐψύχως. Παῦλος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προθύμως κηρύσσων τὸν λόγον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. — Τράγος ἡγούμενος αἰπολίου. Ὁ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κόσμου ἁγιασθείς.—Καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει· Χριστὸς βασιλεύσας ἐπὶ τὰ ἔθνη, δημηγορεῖ διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

A in Juda a Jacob prædictus. — Gallus inter feminas incedens alacriter. Paulus in Ecclesiis intrepide prædicans doctrinam Christi Dei.—Hircus caprarum dux. Idem Christus propter mundi peccata immolatus. — Et rex concionans in populo. Christus super gentes regnans, prædicat per prophetas atque apostolos doctrinam veritatis.

[63] Τὸν πεποιωμένον ἐν τῇ κακίᾳ· ὁ δὲ Ἀπόστολος, *Τοὺς ἁμαρτάνοντας*, φησὶν, *ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε*· τὸν ἐκτραπέντα πρὸς ὀλίγον. — [64] Τίνες οἱ χοιρογρύλλιοι, ἀλλ' ἢ ἡμεῖς; οἳ ἐσκάμεν ποτὲ χοίροις, ἐν πάσῃ ῥυπαρίᾳ τοῦ κόσμου ἀναστρεφόμενοι, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες Χριστῷ, ἐποικοδομοῦμεν τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ τὴν ἁγίαν σάρκα Χριστοῦ, ὡς ἐπὶ πέτραν.

Stabilitum in nequitia. Apostolus autem, *Peccantes*, inquit[63], *coram omnibus argue*. Vel facile perversum. — Quinam sunt chœrogryllii, nisi nos, qui olim similes suibus eramus, et in omni hujus mundi spurcitia volutabamur? sed nunc postquam Christo credidimus, ædificamus domos nostras super sanctam Christi carnem[64], tanquam super B petram.

[65] Ὁ σεισμὸς δηλοῖ τὴν ἐπὶ γῆς πραγμάτων μεταβολήν· ἡ ἁμαρτία τοίνυν δούλη οὖσα φύσει, ἐβασίλευσεν ἐν τῷ θνητῷ τῶν ἀνθρώπων σώματι, ἅπαξ μὲν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ· δεύτερον ἐπὶ τῶν Σοδομιτῶν, μὴ ἐνεγκάντων τὴν εὐφορίαν τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ξένους βιασαμένων· τρίτον ἐπὶ τῆς μισητῆς Αἰγύπτου τῆς λαχούσης ἄνδρα τὸν Ἰωσὴφ, σιτομετροῦντα πᾶσιν, ἵνα μὴ διαφθαρῶσι λιμῷ· ἀλλ' οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐτυχίαν, εἰς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξυβρίσασα. — Οἰκέτις δὲ ἐκβαλοῦσα τὴν ἑαυτῆς δέσποιναν· ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἡ δούλη οὖσα καὶ ξένη τῶν ἐπαγγελιῶν, τὴν εὐγενίδα καὶ κυρίαν Συναγωγὴν ἐκβαλοῦσα, γέγονε κυρία καὶ νύμφη Χριστοῦ. — Διὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος σείεται πᾶσα ἡ γῆ· τὸ τέταρτον οὐ δύναται φέρειν· ἦλθε C γὰρ τὸ μὲν πρῶτον διὰ νομοδιδασκάλων· δεύτερον δὲ διὰ προφητῶν· τρίτον διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἑαυτὸν φανερῶς ἐπιδεικνύς· τέταρτον κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν ἐρχόμενος· οὗ τὴν δόξαν σύμπασα κτίσις οὐ μὴ βαστάξῃ.

Terræ motus significat rerum in mundo conversionem. Peccatum itaque, quod suapte natura servile est, regnavit in corpore hominum mortali, semel quidem diluvii tempore, iterum apud Sodomitas qui terræ fertilitate non contenti, hospitibus quoque vim faciebant; tertio denique in exosa Ægypto, quæ nacta virum Josephum, cunctis triticum distribuentem ne fame perirent, non tulit sapienter felicitatem suam, filios Israelis injuria afficiens.—Ancilla vero expellens dominam: Ecclesia ex gentibus est, quæ ancilla cum esset et extranea promissionibus, nobilem et dominam Synagogam ejiciens, facta est domina et sponsa Christi.—A Patre et Filio et sancto Spiritu terra universa concutitur. Quartum ferre non potest. Venit primo per legislatores; secundo per prophetas; tertio per Evangelium ipse semet palam ostendens. Quarto judex vivorum et mortuorum veniet, cujus gloriam universa creatura ferre non poterit.

Aliud fragmentum.

(Ex Galland.)

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου πάπα Ῥώμης εἰς τό· « Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον. »

S. Hippolyti (22) *papæ Romani in illud Prov.* IX, 1: *« Sapientia ædificavit sibi domum. »*

Χριστὸς, φησὶν, ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς σοφία καὶ δύναμις, ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, τὴν ἐκ Παρθένου σάρκωσιν, καθὼς προεῖρηκεν· *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*. Ὡς μαρτυρεῖ καὶ ἡ σοφὸς προφήτης· Ἡ πρὸ τοῦ αἰῶνος, φησὶ, καὶ παρεκτικὴ ζωῆς, ἡ ἄπειρος *σοφία* τοῦ Θεοῦ *ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον ἑαυτῇ* ἐξ ἀπειράνδρου μητρὸς, ναὸν γοῦν σωματικῶς περιθέμενος. *Καὶ ὑπήρησε στύλους ἑπτά*· τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος εὐωδίαν, ὡς φησιν Ἡσαΐας· *Καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν* D

Christus, inquit, Dei et Patris sapientia et virtus, ædificavit sibi domum, carnem ex Virgine, ut prædixerat (23): *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*[66]. Hoc idem sapientissimus testatur propheta (24): Quæ ante sæcula fuit, inquit, et præbet omnibus vitam, infinita Dei *sapientia ædificavit sibi domum* ex matre virum haud experta, templum corporaliter induens. *Et extulit* (25) *columnas septem*: sacrosancti Spiritus dona fragrantissima, sicut ait Isaias: *Et requiescent super eum septem*

[63] Gr. cap. XXVII, 22. [64] I Tim. v, 20. [65] v. 26. [66] s. communio in baptismo. [67] v. 31. A. f. 112, a. [66] Joan. I, 14.

(22) Hunc locum debes præclaro et cultissimæ doctrinæ viro Christophoro Matthæo Pfaffio, qui eum, cum hæc excuderentur, Græce ex codice Taurinensi 82 excerpta varia veterum scriptorum complectente descriptum misit Parisiis ad doctissimum collegam meum Jo. Christophorum Wolfium. Fabric.

(23) Prædixerat Joannes nimirum evangelista, in cujus locum quemdam hæc ab Hippolyto scripta esse mihi persuadeo, licet in Proverbiorum loca etiam commentatum jam supra notavi. Id.

(24) Salomon, cujus deinceps verba interpretatur. Id.

(25) Al. ὑπήρεισε, *excidit*. Id.

Digitized by Google

spiritus Dei[69]. Alii septem columnas dicunt esse septem divinos ordines quibus per sanctam atque inspiratam divinitus ejus doctrinam creatura sustentatur, hoc est prophetas, apostolos, martyres, hierarchas sive sacerdotes, ascetas, sanctos, justosque. Illud vero, *immolavit victimas suas*, prophetas denotat et martyres qui in nulla non civitate et regione ab infidelibus ovium instar mactantur quotidie pro veritate et clamant : *Propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis*[70]. Et *miscuit* in poculo suo *vinum*, in virgine divinitatem suam uniens cum carne tanquam vinum merum ac purissimum, Salvator ex ea natus est, sine confusione Deus et homo. *Et paravit mensam suam*, promissam sanctæ Trinitatis cognitionem, necnon venerandum sanctumque ejus corpus ac sanguinem quæ in arcana et divina mensa quotidie perficiuntur et sacrificantur in memoriam nunquam non recolendæ memoria et primæ illius divinæ et arcanæ divinæ cœnæ. Illud porro, *misit servos suos* Sapientia, Christus nimirum, convocans alta præconii voce : Si quis est, inquit, *insipiens, veniat ad me*, sanctos utique misit apostolos universum permeantes mundum, qui gentes ad ipsius agnitionem vere vocarent sublimi ac divina sua prædicatione. Insipientes vero appellat eos qui sancti Spiritus virtutem nondum sunt assecuti : *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis :* divinam ipsius carnem, ac venerabilem ejus sanguinem, inquit, dedit nobis edendum bibendumque in remissionem peccatorum.

A ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν εἶναι στύλους ἑπτά, τὰ ἑπτὰ θεῖα τάγματα τὰ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ καὶ θεοπνεύστου διδασκαλίας τὴν κτίσιν βαστάζοντα, ἤγουν τοὺς προφήτας, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς μάρτυρας, τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἀσκητάς, τοὺς ὁσίους καὶ τοὺς δικαίους. Τὸ δὲ, *ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα*, τοὺς προφήτας φησὶ καὶ μάρτυρας, τοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῶν ἀπίστων ὥσπερ ἄρνας ἀναιρουμένους ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ βοῶντας· *Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.* Καὶ *ἐκέρασεν* εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς *οἶνον*, εἰς τὴν παρθένον τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἑνώσας τῇ σαρκὶ ὡς οἶνον ἄκρατον, ὁ Σωτὴρ ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς ἀσυγχύτως Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. *Καὶ ἡτοίμασατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν*, τὴν ἐπίγνωσιν τῆς B ἁγίας Τριάδος κατεπαγγελλομένην· καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ἅπερ ἐν τῇ μυστικῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ καθ' ἑκάστην ἐπιτελοῦνται θυόμενα εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀειμνήστου καὶ πρώτης ἐκείνης τραπέζης τοῦ μυστικοῦ θείου δείπνου. Τὸ δὲ, *ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτῆς δούλους* ἡ Σοφία, ὁ Χριστὸς δηλονότι, *συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος.* Ὅς ἐστιν *ἄφρων, ἐκκλινάτω πρὸς μέ*, φάσκουσα, τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους πρόδηλον, τοὺς εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον διαδραμόντας καὶ προσκαλέσαντας τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐκείνου ἐπίγνωσιν ἀληθῶς τῷ ὑψηλῷ καὶ θείῳ τούτων κηρύγματι. Τὸ δὲ *καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν εἶπε*, τοῖς μήπω κεκτημένοις τὴν τοῦ ἁγίου C Πνεύματος δύναμιν δηλονότι· *Ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κέκρακα ὑμῖν*, τὴν θείαν αὐτοῦ σάρκα καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα δέδωκεν ἡμῖν, φησὶν, ἐσθίειν καὶ πίνειν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

IN CANTICUM CANTICORUM.

I.

Sim. de Magistris, *Acta mart. Ostiens.*, p. 274, ex cod. membr. Vatic. CIII fragmentum sequens Syriace et Latine affert, his præmissis: « In Salomonis *Canticum* scripsit Hippolytus, ac Deum Verbum tanto ante in Ecclesia ex gentibus collecta, præsertim vero in parente sua Virgine sanctissima suas delicias quæsivisse ostendit; adeoque Syri, de Virgine apud se nata gloriantes, Hippolyti commentarium a priscis temporibus transtulerunt e Græco in patrium sermonem, unde quædam adhuc supersunt, veluti in illud : *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum, et fluant aromata ejus.* « His aromatibus cum oblectatus esset Joseph, « filius Regis a Deo designatur. His Virgo Maria cum uncta esset, in ventre suo concepit Verbum: tum « nova arcana novamque veritatem, ac novum regnum, tum quoque magna et inexplicabilia mysteria de« monstrat. »

II.

Apud Galland., ex Anastasio Sinaita, quæst. 41, *pag.* 320.

Hippolyti in Canticum canticorum.

Et ubinam est copiosissima illa scientia? ubi illa mysteria? et ubi libri? exstant enim sola Proverbia

D Ἱππολύτου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων (26).

Καὶ ποῦ πᾶσα ἡ πλουσία αὕτη γνῶσις; ποῦ δὲ τὰ μυστήρια ταῦτα; καὶ ποῦ αἱ βίβλοι; ἀναφέρονται

[69] cap. XI, 2. [70] Psal. XLIV, 2; Rom. VIII, 36.

(26) Eusebius, εἰς τὸ Ἆσμα. S. Hieronymus, *in Canticum canticorum*. Syncellus, εἰς τὰ Ἆσματα. Nicephorus, εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων. FABRIC.

Digitized by Google

γὰρ μόναι αἱ Παροιμίαι, καὶ ἡ Σοφία, καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς, καὶ τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων. Τί οὖν; ψεύδεται ἡ Γραφή; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ πολλὴ μέν τις ὕλη γέγονε τῶν γραμμάτων, ὡς δηλοῖ τὸ λέγειν Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων· σημαίνει γὰρ ὅτι, ἅπερ εἶχον αἱ πεντακισχίλιαι ᾠδαὶ ἐν τῷ ἑνὶ διηγήσατο· ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου τὰ μὲν τῶν βιβλίων ἐξελέχθησαν, τὰ δὲ περιῴφθησαν. Ὅθεν φησὶν ἡ Γραφή· Αὗται αἱ Παροιμίαι Σολομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι, ἃς ἐγράψαντο οἱ φίλοι Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως· πόθεν δὲ ἐξελέξαντο, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν βιβλίων τῶν ἐγκειμένων ἐν αἷς λέγει ταῖς τρισχιλίαις παραβολαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ᾠδαῖς; Ἐξ αὐτῶν οὖν τούτων οἱ φίλοι Ἐζεκίου σοφοὶ ὑπάρχοντες ἐξελέξαντο τὰ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας. Τάς τε βίβλους (27) τοῦ Σολομῶντος τὰς περὶ τῶν Παραβολῶν καὶ ὨΙδῶν, ἐν αἷς περὶ φυτῶν καὶ παντοίων ζώων φυσιολογίας, χερσαίων, πετεινῶν τε καὶ νηκτῶν, καὶ ἰαμάτων πάθους, πάντως γραφείσας αὐτῷ ἀφανεῖς ἐποίησεν Ἐζεκίας διὰ τὸ (28) τὰς θεραπείας τῶν νοσημάτων ἔνθεν κομίζεσθαι τὸν λαὸν, καὶ περιορᾷν αὐτῶν παρὰ Θεῷ τὰς ἰάσεις.

et Sapientia, et Ecclesiastes, et Canticum canticorum. Quid ergo? falsumne dicit Scriptura? absit. Sed fuit quidem magna eorum quæ scripsit, materia et diversitas; idque ostendit dicendo *Canticum canticorum:* significat enim se id quod continebatur ter mille odis seu canticis [71], hoc uno comprehendisse. In diebus autem Ezechiæ alii quidem libri fuerunt electi, alii vero neglecti. Unde dicit Scriptura: *Hæc sunt Proverbia Salomonis discreta* (30'), *quæ scripserunt amici Ezechiæ regis* [72]. Unde autem selegerunt nisi ex libris qui inerant in ter mille proverbiis et quinquies mille odis seu canticis? Ex ipsis igitur sapientes amici Ezechiæ elegerunt ea quæ pertinebant ad ædificationem Ecclesiæ. Libros vero Salomonis Parabolarum et Canticorum, in quibus scripserat de plantarum et omnis generis animalium natura, terrestrium, volatilium, natatilium, et de morbis sanandis, Ezechias abolevit, quod populus exinde peteret medelas morborum, eorumque sanationem a Deo petere negligeret.

IN ISAIAM PROPHETAM.

Apud Gallandium ex codice bibliothecæ Coislinianæ, num. 193, *fol.* 36.

I.

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης, περὶ Ἐζεκίου.

Ἔτι μαλακισθέντος (29) τοῦ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καὶ κλαύσαντος, ἦλθεν ἄγγελος καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἶδον τὰ δάκρυά σου, καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς σου. Ἰδοὺ προστίθημι εἰς τὸν χρόνον σου ἔτη ιε', τοῦτο δέ σοι τὸ σημεῖον παρὰ Κυρίου· Ἰδοὺ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀναβαθμῶν τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, οὓς κατέβη ὁ ἥλιος, τοὺς δέκα ἀναβαθμούς (30), οὓς κατέβη ἡ σκιά, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν λβ'. Τοῦ γὰρ ἡλίου δραμόντος ἐπὶ τὴν δεκάτην ὥραν, πάλιν ἀνεπόδισε. Καὶ πάλιν ἡνίκα Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ ἐπολέμει τοὺς Ἀμωραίους, τοῦ ἡλίου ἤδη εἰς δυσμὰς κλίνοντος, καὶ τοῦ πολέμου ἀθρόως ἐπιχειμένου, εὐλαβηθεὶς Ἰησοῦς, μήποτε νυκτὸς ἐπιγενομένης διαφύγωσιν οἱ ἀλλόφυλοι, ἐβόησε λέγων· Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλών· ἕως ἂν ἐκπολεμήσω τὸν λαὸν τοῦτον. Καὶ ἔστη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἐν τῇ στάσει αὐτῶν, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν κδ'. Καὶ ἀνέστρεψεν ἐπὶ Ἐζεκίου σὺν τῷ ἡλίῳ, καὶ σελήνη εἰς τοὐπίσω· ἵνα μὴ ἡ σύγκρουσις τῶν δύο στοιχείων γένηται ἀτάκτως ἀλλήλων ἐπι-

Hippolyti episcopi Romæ, de Ezechia.

Adhuc ægrotante Ezechia rege Judææ et flente, accessit angelus et dixit ad eum: *Vidi lacrymas tuas et audivi vocem tuam. Ecce addo ætati tuæ annos quindecim. Hoc vero tibi signum esto a Domino. Ecce converto umbram graduum domus patris tui quos descendit sol, decem gradus quos descendit umbra* [73], ut dies ista fiat horarum triginta duarum. Sol enim cum jam ad decimam horam decucurrisset, iterum reversus est. Itidem ut cum Jesus Nave belligeraret adversus Amorrhæos, sole jam ad occasum vergente, et bello confertim incumbente, veritus Josue ne per noctem ingruentem alienigenæ effugerent, exclamavit: *Stet sol in Gabaon, et luna in valle Elon* [74], donec populum hunc debellavero. *Et stetit sol ac luna in statione sua*, ut esset dies illa horarum viginti quatuor. Atque sub Ezechia etiam cum sole recessit luna, ne duo elementa cœli inordinate invicem congredientes colliderentur. Et perculsus tunc Marodachon Chaldæus rex Babylonis, quod astrologicam artem colebat astrorumque cursum accurate metiebatur, causa cognita epistolam

[71] III Reg. IV, 32. [72] Prov. XXV, 1, sec. LXX. [73] Isa. XXXVIII, 5, 7, 8. [74] Jos. X, 12.

(27) *Τάς τε βίβλ.* Quæ sequuntur, e codice ms. bibliothecæ Cæsar. edidit Lambecius lib. VIII, pag. 390. FABRIC.

(28) *Διὰ τό*, κ. τ. λ. Eadem referunt Suidas in *Ἐζεκίας*, Syncellus et alii, ut dixi in *Codice pseudepigrapho Vet. Test.* pag. 1043 seq. ID.

(29) *Μαλακισθέντος.* In *Bibliotheca Coisliniana* edita a cl. Montfauconio, citatur fragmentum istud pag. 245, ubi tamen mendose excusum μακαρισθέντος· atque idem error in Hippolytum Fabricianum irrepsit tom. I, pag. 271.

(30) *Τοὺς δέκα ἀναβαθμούς*, κ. τ. λ. Hæc recitat Michael Glycas in *Annal.* part. II, pag. 194.

(30') Contra Græcam versionem, quæ habet ἀδιάκριτοι.

Digitized by Google

et dona misit ad Ezechiam; quem in modum Christo fecere etiam ex oriente magi.

A φερομένων. Καὶ καταπλαγεὶς τότε Μαρωδαχῶν ὁ Χαλδαῖος ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, διὰ τὸ τὴν ἀστρολογικὴν τέχνην ἀσκεῖν, καὶ τὸν τούτων δρόμον ἀκριβῶς καταμετρεῖν, μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν καὶ δῶρα τῷ Ἐζεκίᾳ, ὃν τρόπον ἐποίησαν καὶ οἱ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν πρὸς Χριστόν.

II.

Theodoretus in Ἀτρέπτῳ *sive dialog.* 1.

Sancti Hippolyti ex sermone in exordium Isaiæ: Ægypto quidem mundum comparavit, manufactis vero cultum idolorum, terræ motui denique interitum et deletionem ipsius. Dominum porro Verbum nubeculæ levi et purissimo tabernaculo, in quo thronum collocans Dominus noster Jesus Christus, ingressus est in vitam, ut errorem concuteret.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ἡσαΐου· Αἰγύπτῳ μὲν τὸν κόσμον ἀπείκασε, χειροποιήτοις δὲ τὴν εἰδωλολατρίαν, σεισμῷ δὲ τὴν μετανάστασιν καὶ κατάλυσιν αὐτῆς. Κύριον δὲ τὸν Λόγον, νεφέλην δὲ (*sic*) κούφην τὸ καθαρώτατον σκῆνος, εἰς ὃ ἐνθρονισθεὶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον, σεῖσαι τὴν πλάνην.

III.

Ut Alexandri Augusti propensam in Christianos voluntatem Hippolytus excoleret, in Isaiam *scripsit, qua parte narrat, solem retrogradum Dei nutu vitam Ezechiæ regi portendisse diuturniorem. Nonnulla ex eo Hippolyti scripto Theodoretus recitat; alia protulit Fabricius: quædam e schedis nostris, nondum edita subjicimus.* (Sim. de Magistris, *Acta mart. Ostiens.*, f. 197, ex mss. codd. Vat. DCCLV, fol. 144 et ex mss. bibliothecæ S. Marci Venet., cod. XVI, fol. 260, et XXV, fol. 274.)

Invenimus in commentariis, quæ sunt a senioribus edita, fuisse diem illum horarum triginta duarum. Cum enim sol suum cursum perageret, pervenissetque ad horam decimam, atque umbra per decem gradus in domo templi descendisset, conversus est iterum sol per decem gradus retro, juxta verbum Domini, factæque sunt horæ viginti. Ac rursum consueto more cum sol proprium cursum absolvisset, in occasum excessit. Fuerunt itaque horæ triginta duæ (31).

B Εὑρίσκομεν ἐν τοῖς ὑπομνηματισμοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀναγεγραμμένοις, γεγενῆσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν λβ'. Τοῦ γὰρ ἡλίου διαδραμόντος, καὶ ἐπὶ τὴν δεκάτην ὥραν φθάσαντος, καὶ τῆς σκιᾶς τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς τοῦ οἴκου τοῦ ναοῦ κατελθούσης, ἀνέστρεψε πάλιν ὁ ἥλιος τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς εἰς τὰ ὀπίσω, κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου, καὶ ἐγένοντο ὧραι κ'. Καὶ πάλιν τὸν ἴδιον δρόμον κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν κυκλώσας ὁ ἥλιος ἐπορεύθη εἰς δυσμάς. Ἐγένοντο οὖν ὧραι λβ'.

IN JEREMIAM ET EZECHIELEM.

In Jeremiam scripsisse Hippolytum a nemine veterum, quod sciam, traditur. Nam quæ ejus referuntur in Catena Patrum Græcorum ad Jer. XVII, 11, *petita sunt e libro* De Antichristo, *c.* 55. *Rufinus in interpr.* Hist. eccl. *Eusebii*, VI, 22, *tradit Hippolytum scripsisse* « *in partem quamdam Ezechielis prophetæ,* » *in ea scilicet capita quæ Hierosolymitani templi descriptionem continent, ex eoque commentario hæc servata sunt* (De Mag. *ubi supra*, ap. Anastas. Sinait., quæst. 41, al. 44, ex mss. Bodleian.)

Quantæ magnitudinis fuerit Salomonis templum? Longitudo erat quadraginta cubitorum, altitudo viginti. Conversum autem erat non ad orientem, ne precantes adorent solem orientem, at solis Dominum. Nemo autem miretur si cum dixerit Scriptura fuisse longitudinem quadraginta cubitorum, ego dixerim sexaginta; nam paulo post aliorum viginti meminit, describens Sancta sanctorum, quæ Dabir quoque nominat. Longitudo ergo templi erat quidem quadraginta cubitorum, Sancta autem sanctorum erant aliorum viginti. Josephus dicit duarum contignationum fuisse templum, et totam altitudinem fuisse centum viginti cubitorum. Ita etiam significavit liber Paralipomenon, dicens: *Et cœpit*

C Πόσος ἐστὶ τὸ μέγεθος ὁ Σολομώντιος ναός; τὸ μὲν μῆκος ἐξήκοντα πηχῶν, τὸ δὲ εὖρος κ'. Ἐτέραπτο δὲ οὐ πρὸς ἕω, ἵνα οἱ προσευχόμενοι μὴ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνῶσιν, ἀλλὰ τὸν τοῦ ἡλίου Δεσπότην. Θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ τῆς Γραφῆς μ' πηχῶν εἰρηκυίας τὸ μῆκος, ἐξήκοντα εἶπον ἐγώ. Μετ' ὀλίγα γὰρ καὶ τῶν ἄλλων κ' ἐπιμέμνηται τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ Δαβὴρ ὀνομάζει. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἅγια μ' πηχῶν ἦν· τὰ δὲ Ἅγια τῶν ἁγίων ἄλλων κ'. Ὁ δὲ Ἰώσηππος διόροφον τὸν ναὸν γεγενῆσθαι λέγει, καὶ πᾶν τὸ ὕψος ρκ' πηχῶν εἶναι. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ τῶν Παραλειπομένων βίβλος δεδήλωκε, λέγουσα· *Καὶ ἤρξατο Σολομὼν τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ. Μῆκος πηχῶν ἡ διαμέτρησις ἡ πρώτη ξ', καὶ εὖ-*

(31) Hæc illa nimirum sunt, quæ posteriores Græci ex Hippolyto indicarunt: Γίνεται οὖν ἡ ἡμέρα ἐκείνη κατὰ τὸν Ἱππόλυτον τριάκοντα καὶ δύο ὡρῶν. Τοὺς γὰρ δέκα ἀναβαθμοὺς διαδραμὼν ὁ ἥλιος τοὺς αὐτοὺς πάλιν ἀνέδραμεν. Εἶτα τῇ ἰδίᾳ διατάξει χρησάμενος ἐπὶ δυσμὰς ἦλθε, τοὺς δώδεκα πάλιν ἀναδραμών. Καὶ οὕτω μὲν ὁ Ἱππόλυτος. *Ac diem quidem illum tradit Hippolytus triginta duas horas habuisse. Sol enim gradus decem permensus, deinceps per eosdem recurrebat. Quo facto ad suum cursum ordinarium reversus, duodecim reliquis gradibus peragratis, ad occasum pervenit. Atque hæc Hippolyti est sententia.* Glycas, *Annal.* p. 194.

Digitized by Google

ρος πηχῶν κ', καὶ ὕψος ρκ', καὶ κατεχρύσωσεν αὐτὸν ἔσωθεν χρυσίῳ καθαρῷ.

Salomon ædificare domum Dei. Longitudo cubitorum sexaginta erat prima dimensio, et latitudo cubitorum viginti, et altitudo centum viginti; et deaurávit ipsum intrinsecus auro puro (32) [78].

IN DANIELEM.

(Sim. De Magistris, *Daniel secundum Septuaginta* ex codice Chisiano, Romæ 1772, in-folio, pag. 95; Mai, *Script. vet. collectio nova*, I, III, ed. 1831, pag. 29-56, *passim.*)

MONITUM.

(Hænel, *De Hippolyto episcopo*, Gottingæ, 1838, p. 30.)

I.

Commentarii in Danielem fragmentum non exiguum titulo Hippolyto ascriptum (33), in quo explicantur cap. VII — XII, et II, 31 seqq., publicavit Simon de Magistris ex codice Chisiano (34). Aliud præclarum fragmentum ejusdem commentarii edidit Angelus Maius (35), qui sibi proposuit ex illo commentario ea tantum edere, quæ inedita latebant. Cum nosset fragmentum, quod de Magistris publicaverat (36), apparet codicem Romanum complura complexum esse, quam quæ ex illo codice ipse edidisset; concludere tamen non licet, quæcunque in Chisiano codice leguntur, inveniri in Catena laudata. Itaque difficile videtur dijudicare quomodo alter codex sese habeat ad alterum, atque probare num uterque, an uter verus sit habendus. Comparato utroque codice intelligimus, eos non ita sese habere, ut alter altero perfici possit. Id quod facile intelligitur. Cap. VII, 4, enim explicatur latius apud Angelum Maium quam apud Simonem; adjungitur enim apud Maium quod historia docetur, promissa illa vere impleta esse. Quæ vero explicatio conjungi nequit cum iis, quæ proferuntur in codice Chisiano; nam eadem sententia, Nabuchodonosorum gloria privatum e regno pulsum esse, occurrit in utroque codice, ita ut, si quæ uterque habet, conjunxeris in unum, eadem duplici modo legantur, id quod omnino fieri non potest. Idem valet de versu 5, ad quem apud Angelum Maium breviter eadem interpretatio adjuncta est, quam latius illustratam in codice Chisiano invenimus; apud Angelum Maium autem additur, cur comparati sint Persæ cum urso. Quæ in codice Chisiano ad versum 6 notata leguntur, contracta sunt apud Angelum Maium, sed adjungitur, cur interpres putet, cum panthera esse comparatum Græcum regnum ejusque regem Alexandrum. Eodem modo diversa sunt, quæ in utroque codice leguntur (37) ad versum 7. Idem valet omnino de quatuor prioribus capitibus apud Simonem lectis. Si igitur cogimur, ut dicamus non omnia certe quæ in utroque codice inveniuntur, posse partes esse ejusdem libri, inde tamen concludere non licet fragmentum alterum esse genuinum, alterum non genuinum, atque eo minus, quia sententiæ in eo prolatæ consentiunt, atque forma tantum, qua illæ vestitæ sunt, diversa est. Aliis autem locis, quæ Angelus Maius profert conveniunt iis quæ in codice Chis. leguntur; ita ut, si quæ edidit Angelus Maius, interjecissemus iis, quæ in hoc codice laudantur, perfectus videretur exsistere commentarius. Ita quæ apud Ang. Maium adnotata ad cap. IX, 21, inveniuntur, quadrant in ea quæ in codice Chis. exhibentur in initio capitis XI; quæ ad X, 12, in ea quæ in fine capitis XXVII; quæ ad X, 16, et 18 et 20, locum tenere possunt ante verba καὶ νῦν φησί, in fine capitis XXVIII; quæ ad XII, 1—3, legi possunt ante cap. XLI. Verbo tenus consentiunt quæ ad X, 6, apud Angelum Maium notantur cum iis, quæ capite XXVI leguntur; eodem modo inveniuntur ad XII, 7, notata in capite XLIII; atque eadem, quæ ad X, 13, exponuntur, habes cap. XXVIII (38).

Cum igitur similitudo non exigua inter utrumque codicem cognoscatur, verisimile videtur, ab eodem esse auctore compositos illos *in Danielem commentarios*. Attamen mirum videretur, si idem vir confecisset duos in eumdem librum commentarios. Quod ænigma ut solvamus, respiciendum nobis est ad Hippolyti librum *De Antichristo*, in quo (cap. 22-26) eadem leguntur, quæ paucis tantum omissis apud Simonem cap. 1-3 exhibentur. Cum autem mirum nobis visum sit, quod idem auctor dicitur eadem in duobus diversis libris scripsisse, in sententiam incidimus hanc, locum illum ex altero in alterum scriptum delatum esse. Sin vero quæ leguntur apud Simonem, cap. 1-3 desumpta sunt ex libro *De Antichristo*, sane fieri non potuit, ut quæ illo loco apud Simonem leguntur, consentiant cum iis quæ ad eumdem Danielis locum notata invenimus in codice quem edidit Angelus Maius. Cum autem, quia ea quæ apud Simonem leguntur, magna ex parte perficienda sunt iis quæ in codice Vaticano exhibentur, concedendum sit, commentarium apud Simonem lectum ex toto *in Danielem commentario* excerptum esse : ve-

[78] II Paral. III, 1, 3, 4.

(33) Titulus sonat : Ἱππ. ἐπισκ. Ῥωμ. τῆς τοῦ Δανιὴλ ὁράσεως καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπιλύσεις ἐν ταύτῳ ἀμφοτέρων.

(34) Cf. ejus *Danielem secundum LXX* ex *Tetraplis* Origenis, Rom. 1772, p. 95 seqq. De codice ipso disseritur in præfat. ad eundem librum p. XX et XXXVIII sqq. Cf. T. D. Michaelis *Orientalische und exegetische Bibliothek*, Thl. 3, S. 153 sqq.; Thl. 4, S. 1 sqq.

(35) L. I, tom. I, pars. II, p. 161 sqq. Invenit hoc in Catena Patrum in Danielem, de qua latius disserit in præfat. p. XXXVII sqq.

(36) Cf. l. l. p. 162, not. 1.

(37) Exempli causa afferimus, quæ adnotata sunt ad versum 5. Cf. Ang. Mai, p. 20 : Ἵνα ἐν τούτῳ (θηρίῳ δευτέρῳ) δείξῃ τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν. Τρία δὲ πλευρὰ καλεῖ τὰ τρία ἔθνη· λέγει οὖν,—ἦρχεν αὐτὸ τὸ θηρίον,—οἳ ἦσαν Μῆδοι, Ἀσσύριοι καὶ Βαβυλώνιοι. Apud Simonem cap. 1, p. 96 : Δεύτερον θηρίον ὁρᾷ ὅμοιον ἄρκτῳ, ὅπερ ἦσαν Πέρσαι· μετὰ γὰρ Βαβυλωνίους Πέρσαι διεκράτησαν. Τὸ δὲ λέγειν τρία πλευρὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, τρία ἔθνη ἔδειξε, Πέρσας, Μήδους, Βαβυλωνίους· ὅπερ δέδεικται μετὰ τὸν χρυσὸν ὁ ἄργυρος ἐν τῇ εἰκόνι.

(38) Pro Μιχαὴλ tantum legitur in codice Chis. ὁ λέγων.

Digitized by Google

risimile videtur, eum, qui illum commentarium a Simone editum excerpserit, sumpsisse cap. 1-3 ex Hippolyti libro *De Antichristo* (cap. 22-26), quia hoc loco brevius leguntur, de quibus latius disseruit Hippolytus in *commentario* ipso *ad Danielem*.

Quæ codice Chis. servata sunt, collata videntur non multum post Hippolytum, nam Apollinarius (39) refert, nostrum unacum Nabuchodonosori somnio explicasse visionem ipsius Danielis (40). Cum illud fragmentum tam vetusto tempore confectum videatur, dubium est, num Photius legerit illa excerpta, an commentarium ipsum. Sed puto, eum, si illa legisset, relaturum fuisse, Hippolytum interpretatum esse somnium tantum Nabuchodonosori conjunctum cum Danielis visione. — Cum igitur ejusdem libri partes habeamus, quæ Angelus Maius edidit, et quæ in codice Chis. inde a cap. 4 usque ad finem leguntur, non autem quæ in eodem habentur in quatuor prioribus cap., hoc loco, quo nobis probandum est, quæ hodie adsint partes Hippolyti *commentarii in Danielem*, non respicimus ea quæ pars libri *De Antichristo* habenda sunt.

Cum fragmentum a Simone editum ex Hippolyti libro *De Antichristo* et toto *commentario in Danielem* jam collatum sit circa medium sæcul. IV (41), necesse est, ut inter Hippolyti verum librum *De Antichristo* et *commentarium* totum *in Danielem* similitudo sit non exigua. Si igitur invenimus similitudinem inter librum quemdam Hippolyto ascriptum, in quo de Antichristo disseritur, et commentarium quemdam in Danielem, qui eumdem auctorem habere dicitur, hunc utrumque ab Hippolyto confectum putamus, nisi certæ dubitandi adsint causæ. Similia vero leguntur in fragmentis laudatis atque in libro *De Antichristo* a M. Gudio edito (cf. § 42). Ita quæ de tempore, quo mundus consummetur, docentur de Antichristo cap. 42 et 43, latius probantur in *commentario ad Danielem*, apud Simonem cap. 4-7; quæ de Henocho et Elia, Christi præcursoribus, atque de hebdomadibus annorum et de Babylonica captivitate leguntur cap. 43 et 64, exhibentur quoque in Dan. 22 et 40; de Antichristo cap. 25 contenditur, vere facta esse, quæ Daniel vaticinatus sit, id quod historia probatur in Dan. cap. VIII et IX. De Antiocho, Alexandri Magni nepote, cujus mentio fit de Antichristo cap. 49, latius disseritur in Dan. cap. X; eadem, quæ de Ammonitis et Moabitis referuntur de Antichr. cap. 51, in Dan. cap. XL invenis. Locum in libro *De Antichr.*, cap. 26, qui desideratur in ea codicis Chis. parte (cap. 1-3), quam desumptam ex illo libro probavimus, legimus verbo tenus apud Angelum Maium ad cap. 7, 15 (l. l. p. 205). Præterea interpres utitur eodem Messiano, quem dicunt, interpretandi modo, quem in aliis Hippolyti scriptis adhibitum invenimus (42). Quod in commentario, de quo nunc disserimus, constituitur numerus annorum qui præteriti fuerunt a mundo creato usque ad Christum, atque tempus ostenditur, per quod Babylone retinebantur Judæi, bene quadrat in nostrum, qui artem arithmeticam fovebat. Denique, id quod maximi momenti est, Hieronymus et Photius (43) ipsi, se legisse fragmenta commentarii in Danielem laudata, testantur. Alter enim eorum (44) nostro ascribit sententiam aliquam, quæ constructa videtur ex iis quæ in codice Chis. leguntur cap. 13, 15, 39. Alter refert (45) Hippolytum mundi finem posuisse in anno post. Chr. n. quingentesimo, quia sexies modo mille annos mundus maneat, quinquies autem mille quingentique præteriti sint a mundo creato usque ad Christum. Id quod latius exponitur in cod. Chis. cap. 4.

Quæ cum ita sint, luce clarius est utrumque fragmentum confectum esse ab Hippolyto. Cum Photius referat (l. l.) nostrum non verba singula, sed sententiarum nexum atque tenorem explicasse, opinor codicem, quem Angelus Maius legit, integrum atque perfectum nostri *commentarium in Danielem continere*. Itaque maximi momenti esset, si ille vir celeberrimus publicasset totum codicem.

II.

De historiæ Susannæ fragmento (46).

Allegorico modo historiam de Susanna refert Hippolytus ad Ecclesiam, quæ a gentibus vexatur. Susanna est typus Ecclesiæ, ejusque conjux Joacimus Christi; Babylonem refert ad mundum; hortum, in quo lavabatur Susanna, significat ei vocationem sanctorum, qui tanquam fructiferæ arbores in Ecclesia plantati sint. Duo seniores significant ei duos populos, alter Hebræos, alter paganos, qui diabolo incitati Ecclesiam conjuncti persequuntur. Ut accuratius perspiciamus rationem, qua in libello disseritur, pauca alia ex illo proferamus. Vers. 15 diem aptum, quo lavatum in hortum ivit Susanna, refert ad festum Paschale, quo omnibus lavacrum paretur. Susannam lavatam esse dicit, quia fuerit munda Dei sponsa. Puellæ quæ eam comitantur, sunt fides in Christum atque charitas in Deum. Vers. 21 contendit, cum Susanna fuisse in lavacro adolescentem quemdam, sed non, qui cum illa commisceretur, sed qui innocentiæ testis foret. Vers. 22, refert, quæ de falso accusata Susanna narrantur, ad Ecclesiæ statum, cum Christiani Hippolyti ætate, nisi venerati essent paganorum idola, ad tribunal adducti mortis damnarentur. Vers. 23 transfert in eos qui propter Christum patiuntur. Vers. 35, vexata Susanna flebat, ut lacrymis exciret Λόγον, qui et lacrymis Lazarum mortuum in vitam revocasset.

Quæ scripta esse ante Constantinum imperatorem, inde elucet, quod vers. 22 verba, ἀνεστέναξε Σωσάννα, referuntur ad Christianos martyres, qui, nisi obsequentes paganis idola venerarentur, ad tribunal adducerentur. Vers. 5 probatur, illa esse conscripta eo tempore, quo Judæi et pagani se conjunxissent ad destruendas res Christianas, id quod factum est nostri tempore (47). Ratio interpretandi pulchre quadrat in Hippolyti ingenium. Inveniuntur sententiæ, quæ similes videntur aliis a nostro in genuinis libris prolatis; e. c. vers. 12 dicit, eodem, quo seniores ad Susannam, modo in Ecclesiam venire genti-

(39) Cf. Angelum Maium, l. l., p. 173.

(40) Si cognosset nostri in Dan. commentarium verum, non video cur non illum ipsum, sed maluerit ea citare, quæ ex alio ejusdem libro deducta sint.

(41) Cf. testimonium Apollinarii apud Angelum Maium, l. l, p. 173.

(42) Cf. quæ Hipp. adnotavit ad cap. 3, 92 et 93, et ad cap. 7.

(43) Quæ Anastasius Sinaita (quæst. 48, cf. Fabr. vol. I, pag. 272) ex Hipp. *in Danielem commentario* laudat, referenda sunt ad ea quæ in cod. Chis. cap. 1, leguntur. Ex loco ipso patet, ipsum desumptum esse ex interpretatione quæ spectat ad Nabuchodonosori somnium et Danielis visum simul explicatum. Cf. apud Simonem cap. 1, not. 1.

(44) Hieron. in Dan. 9, 27.

(45) Photius, cod. CCI.

(46) Quem librum primus edidit Combefisius (noviss. *Biblioth. Patrum* tom. I), excusus est iterum a Fabr. vol. I, p. 273. Eumdem inveniri in codice Romano, quem in antecedenti § laudavimus, testatur Angelus Maius l. l. tom. I, pars II, p. 161, nota 1.

(47) Cf. Ceillier l. l. p. 326.

Digitized by Google

les atque Judæos, ut falsos testes adversus Christianos se præbeant. Similiter admonet auctor libri *De Antichristo* (cap. 1) Theophilum, ut caveat ne hic liber in conspectum veniat profanorum hominum. Vers. 33 invenimus eamdem de Verbo sententiam, quæ latius exponitur de Antichristo (cap. 2 et 4, cf. librum Hipp. *adversus Judæos*). Eodem allegorico modo interpretatus est noster benedictionem Jacobi et Isaaci.

Cum deinde Hippolyto a Syncello (48) ascribatur liber *De Susanna et Daniele*, non habemus cur hunc librum, qui locum habet in eodem cod. Rom., ex quo Angelus Maius edidit *commentarium in Danielem*, nostro abjudicemus. Combefisius (49) putat Hieronymum et Photium de hoc tantum libro dixisse. Eos vero non solum hunc librum, sed etiam totum in Danielis librum commentarium, qui complectebatur hunc etiam librum atque ea quæ in canticum trium puerorum scripsit, legisse, jam probavimus.

III.

De cantico trium puerorum.

Hippolytum hunc canticum legisse in medio capitis III Danielis libri canonici, inde apparet quod citantur versus illius capitis (50) eodem numero quo referuntur a Græcis interpretibus. Cum igitur commentarium in Danielis librum canonicum hunc in canticum trium puerorum complecti in aprico sit, ea, quæ inveniuntur in Catena Patrum in psalmos et cantica sacræ Scripturæ (edit. Corderian. tom. III, p. 951 ad 3, 37 (51), legenda sunt in adnotationibus ad cap. 3 libri canonici. Cum igitur commentarius in canticum trium puerorum innexus sit commentario in Danielis canonicum librum, quin optimo jure ei ascribatur, non est quod dubitemus.

IV.

De Hippolyti proœmio in commentarium ad Danielem.

Fragmentum apud Fabricium (v. I, p. 278) proœmium esse commentarii in Danielem videtur. Primum, cur conscripserit hunc libellum, deinde, quando vixerit Daniel et versatus sit captivus Babylone, exponit; denique paucis illustrat Judæorum historiam a Joacha rege usque ad tempus, quo in exsilium Babylonem ducti sunt. Quibus absolutis hoc modo transire videtur ad explicandam historiam de Susanna : Τοῦ λαοῦ πάντος μετοικισθέντος (εἰς Βαβυλῶνα) . . . . . εὑρίσκομεν τὸν μακάριον Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προφητεύοντα, καὶ ἔνδικον τῆς Σωσάννης γενόμενον. Non videre possemus, quid sibi vellet additamentum, Danielem Babylone exstitisse vindicem Susannæ, nisi hisce verbis eum transire voluisse ad commentarium in historiam de Susanna conjicere liceret. Atque traditum nobis est, historiam de Susanna locum tenuisse in codice, quo utebatur Hippolytus, ante librum canonicum Danielis (52). Talis cum fuerit codex nostri scriptoris, verisimile videtur proœmium illud ab Hippolyto vere esse compositum (53). Quæ sententia confirmatur a Syncello (54). Dicit enim ab Hippolyto relatum esse in scripto *de Susanna et Daniele*, Joacimum sive alio nomine Jechoniam, cum tres annos regnasset, cum populo Babylonem ductum esse, inter quos Danielem ejusque tres amicos; uxorem vero regis fuisse Susannam. Cum in Hippolyti libro *de Daniele et Susanna* nihil inveniatur de Daniele abducto, neque de tempore per quod regnaverit Joacimus, id quod in proœmio legitur, genuinum illud ascribimus Hippolyto. Præterea autem non invenias, quæ a nostri ingenio abhorreant, sed insunt sane aliqua, quæ pulchre in eum quadrant, e. c. quod tam accurate indicatur tempus per quod singuli regnaverint reges. Porro hoc proœmium post Constantinum imperatorem non scriptum esse, inde elucet, quod et Daniel nominatur propheta atque Christi martyr, et tribus ejus amicis attribuitur epitheton μάρτυρες πιστοί.

—

PROŒMIUM.

Τοῦ ἁγιωτάτου Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης. A *Sanctissimi Hippolyti Romæ episcopi.*

Τὴν ἀκρίβειαν τῶν χρόνων τῆς γεγενημένης αἰχμαλωσίας τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν Βαβυλῶνι ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, καὶ τὰς τοῦ μακαρίου Δανιὴλ τῶν ὁραμάτων προφητείας, τὴν τούτου ἐν Βαβυλῶνι ἐκ παιδὸς ἀναστροφήν· πρόσειμι καὶ αὐτὸς μαρτυρήσων ὁσίῳ καὶ δικαίῳ ἀνδρὶ προφήτῃ καὶ μάρτυρι Χριστοῦ γεγενημένῳ· ὃς οὐ μόνον τὰ τοῦ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ ὁράματα τοῖς τότε καιροῖς ἀπεκάλυψεν, ἀλλὰ καὶ ὁμοίους αὐτῷ παῖδας ἐκδιδάξας, μάρτυρας πιστοὺς ἐν κόσμῳ προήγαγεν· οὗτος τοίνυν γίνεται κατὰ τοὺς χρόνους τῆς προφητείας τοῦ μακαρίου Ἱερεμίου, τῆς δὲ βασιλείας Ἰωακεὶμ τοῦ Ἐλιακείμ· ὃς ἅμα τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις ληφθεὶς, ἄγεται μετ' αὐτῶν εἰς Βαβυλῶνα. Πέντε γὰρ οὗτοι υἱοὶ γίνονται

Cui constitutum sit, ut diligenter ostendam tempora captivitatis Babylonicæ filiorum Israel, ac beati Danielis visionum oracula (ejus scilicet a puero Babylone vitam ac conversationem), venio et ipse ut viro sancto et justo prophetæ Christique martyri testimonium perhibeam. Is namque non solum regis Nabuchodonosoris visa per hæc tempora declaravit, verum etiam ei similes pueros edocens, fideles in mundo testes produxit. Natus itaque Daniel est, quo tempore beatus Jeremias propheta claruit, et quo Joacim filius Eliacim rex fuit. Is una cum reliquis captivis ac manubiis captus, pari sorte Babylonem ducitur. Sunt enim hi quinque beati Josiæ filii, Joachas, [16] Eliacim et Joannan; Sede-

[16] IV Reg. XXIII, 30.

(48) Cf. G. Syncellum in *Chronogr.*, p. 218, apud Fabr. vol. I, p. 272.

(49) L. l., p. 62.

(50) Cf. Angelum Maium l. l. tom. I, pars. 1, p. 161.

(51) Cf. Fabric., vol. I, p. 280. Quæ ex Hipp. in *Daniel. commentario* laudat Eustratius CP. adv. Psychopannychitas cap. 19, exhibentur apud Fabr. vol. II, p. 32.

(52) Cf. Fabr. vol. I, p 273 : Αὕτη μὲν οὖν ἡ ἱστορία γεγένηται ὕστερον, προεγράφη δὲ τῆς βίβλου πρώτης . . . . . εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐν τοῖς προφήταις ὁράσεις τινὰς πρώτας γεγραμμένας, καὶ ἐπ' ἐσχάτων πεπληρωμένας.

(53) Quod quidem non magni est momenti, cum præstantissimi codices in initio libri Danielis canonici historiam de Susanna exhibeant. Cf. Simonem l. l. in præfat. p. XVII.

(54) In *Chronogr.*, p. 218.

Digitized by Google

cias (qui et Jechonias) et Sedum. Et quidem Joachas post mortem patris a populo in regem ungitur, cum esset annorum trium supra viginti. Adversus hunc ascendit Pharao Nechao mense tertio regni ejus; vinctumque captum ducit in Ægyptum, ac multam terræ imposuit, centum talenta argenti, et decem auri. Constituitque pro eo regem super terram fratrem ejus Eliacim, cui nomen vertit Joacim, annis undecim. Adversus hunc ascendit Nabuchodonosor [77] rex Babylonis, vinctumque captum Babylonem ducit, partemque vasorum domus, quæ erant Jerosolymis. Hic, cum in carcerem conjectus esset eoque teneretur, ut qui Pharaonis amicus exstitisset, et ab eo rex constitutus fuisset, anno septimo supra tricesimum educitur ab [78] Evilat Marodach rege Babylonis; detunditque illius caput, et erat ei a consiliis, et comedebat in mensa ejus, ad eum usque diem, quo mortuus est. Cum hic igitur abductus fuisset, regnat filius ejus Joacim annis tribus. Ascenditque in eum Nabuchodonosor, ipsumque ac reliquæ plebis decem millia virorum Babylonem traducit; atque ejus patruum regem pro eo constituit, quem mutato nomine Sedeciam vocavit: pactisque cum eo juramentis ictoque fœdere, Babylonem redit. Hic, cum regnasset annos undecim, ab eo deficiens, in Pharaonis regis Ægypti partes transivit. Anno itaque decimo, venit in eum ex Chaldæa Nabuchodonosor, urbemque vallo cinxit atque obsedit, omnique ex parte arctavit. Quamobrem magna eorum pars fame interierunt: alii gladio cæsi; nonnulli inter spolia ac manubias capti; urbs igne succensa; templum murique destructi. Omnes thesauros inventos in domo Domini abstulit exercitus Chaldæorum, cunctaque vasa aurea et argentea; omneque æs contrivit Nabuzardan princeps coquorum, et tulit ea in Babylonem. Ipsum vero Sedeciam per noctis silentia fugientem cum septingentis viris, persecutus exercitus Chaldæorum, inque Jericho eum assecutus, adduxit ad regem Babylonis in Reblatha: qui, judicio de illo in ira furoris instituto, ob violatum Domini jusjurandum et fœdus quod cum illo pepigerat, ejus filios coram ipso jugulavit, ac Sedeciæ oculos cæcavit, ipsumque ferreo vinxit pondere, ac Babylonem duxit, ubi erat molens in molendino donec diem obiit. Defunctique arreptum cadaver retro muros projecerunt. In eo completum Jeremiæ oraculum dicentis: *Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Jechonias filius Joacim rex Juda annulus in manu dextera mea, inde evellam te. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, in manu a quorum facie tu formidas, in manu Chaldæorum. Et projiciam te, et matrem quæ peperit te, in terram alienam, et moriemini ibi. In terram autem quam votis expetunt animabus suis, non reducam te. Inhonoratus est Jechonias, ut vas inutile, cujus nullus est usus; idcirco projectus est atque*

[77] IV Reg. xxiv, 10. [78] IV Reg. xxv, 27.

A τοῦ μακαρίου Ἰωσίου, Ἰωάχας, Ἐλιακεὶμ καὶ Ἰωάνναν, Σεδεκίας, ὁ καὶ Ἰεχονίας, καὶ Σαδούμ. Καὶ ὁ μὲν Ἰωάχας, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χρίεται ὑπὸ τοῦ λαοῦ εἰς βασιλέα, ὢν ἐτῶν κγ'. Ἐπὶ τοῦτον ἀναβαίνει Φαραὼ Νεχαὼ, ἐν τῷ μηνὶ τῷ τρίτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· καὶ λαβὼν αὐτὸν δέσμιον, ἄγει εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἐπιτίθησι φόρον τῇ γῇ, ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου, καὶ δέκα τάλαντα χρυσίου. Καὶ καθιστᾷ ἀντ' αὐτοῦ Ἐλιακεὶμ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βασιλέα ἐπὶ τῆς γῆς, ὃν μετωνόμασεν Ἰωακεὶμ, ἐπὶ ἔτη ἕνδεκα. Ἐπὶ τοῦτον ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ λαβὼν αὐτὸν δέσμιον, ἄγει εἰς Βαβυλῶνα, καὶ μέρος τι τῶν σκευῶν οἴκου τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Οὗτος κατάκλειστος γενόμενος, ὡς
B φίλος τοῦ Φαραὼ καὶ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεὺς κατασταθείς, ἐν τῷ λζ' ἔτει ἐξάγεται ὑπὸ Εὐιλὰτ Μαρωδὰχ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ἔκειρεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἦν αὐτοῦ σύμβουλος, καὶ ἤσθιεν ἐν τῇ τραπέζῃ αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀπέθανε. Τούτου οὖν μεταχθέντος, βασιλεύει ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωακεὶμ, ἔτη τρία (55). Καὶ ἐπὶ τοῦτον ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ, καὶ μετοικίζει αὐτόν τε καὶ τοῦ λαοῦ δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ καθιστᾷ ἀντ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃν καὶ μετωνόμασε Σεδεκίαν· μεθ' οὗ ὅρκια καὶ συνθήκας ποιησάμενος, ἄπεισιν εἰς Βαβυλῶνα. Οὗτος βασιλεύσας ἔτη ια' ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου· ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ ἔτει ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν Ναβουχοδονόσορ
C ἐκ γῆς Χαλδαίων, καὶ περιεχαράκωσε τὴν πόλιν καὶ περιεκάθισεν αὐτὴν κύκλωθεν, καὶ συνεῖχεν αὐτὴν πάντοθεν. Ὅθεν οἱ πλείονες αὐτῶν ἐν λιμῷ διεφθάρησαν· οἱ δὲ ἐν ῥομφαίᾳ ἀπώλοντο· τινὲς δὲ αὐτῶν αἰχμάλωτοι ἐλήφθησαν, ἡ δὲ πόλις ἐνεπυρίσθη ἐν πυρὶ καὶ ὁ ναὸς καὶ τὸ τεῖχος καθῃρέθη. Καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἔλαβεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων, καὶ πάντα τὰ σκεύη, τά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· καὶ πάντα χαλκὸν ἐξέκοψεν Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος, καὶ ἤνεγκε αὐτὰ εἰς Βαβυλῶνα. Αὐτὸν δὲ τὸν Σεδεκίαν διὰ νυκτὸς φεύγοντα μετὰ ἀνδρῶν ἑπτακοσίων, κατεδίωξεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων, καὶ κατέλαβον αὐτὸν ἐν Ἰεριχὼ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος εἰς Ῥεβλαθά. Καὶ ἐκρίθη μετ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἐν θυμῷ, ἐν τῷ παραβεβηκέναι αὐτὸν τὸν ὅρκον Κυρίου, καὶ τὴν διαD θήκην ἣν διέθετο πρὸς αὐτὸν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἔσφαξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς Σεδεκίου ἐξετύφλωσεν. Καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐν πέδαις σιδηραῖς, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ ἦν ἀλήθων ἐν τῷ μύλωνι, ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀπέθανεν. Καὶ ἐν τῷ ἀποθανεῖν αὐτὸν, λαβόντες τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἔῤῥιψαν ὀπίσω τοῦ τείχους Νινευί. Ἐπὶ τούτου πληροῦται ἡ προφητεία Ἱερεμίου, λέγοντος· *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος. Ἐὰν γενόμενος γένηται Ἰεχονίας υἱὸς Ἰωακεὶμ βασιλεὺς Ἰούδα ἀποσφράγισμα ἐπὶ τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς, ἐκεῖθεν ἐκσπάσω σε, καὶ δώσω σε εἰς χεῖρας τῶν ζητούντων τὴν*

(55) Al., τριμήνιον, *menses tres.*

Digitized by Google

ψυχήν σου. Ὃν σὺ εὐλαβῇ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων. Καὶ ἀπορρίψω σε καὶ τὴν μητέρα σου τὴν τεκοῦσάν σε εἰς γῆν οὗ οὐκ ἐτέχθης ἐκεῖ· κἀκεῖ ἀποθανεῖσθε. Εἰς δὲ τὴν γῆν ἣν αὐτοὶ εὔχονται ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, οὐ μὴ ἐπιστρέψω σε. Ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος ἄχρηστον, οὗ οὐκ ἔστι χρεία, διότι ἐξερρίφη καὶ ἐξεβλήθη εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδει. Γῆ, ἄκουε λόγον Κυρίου. Γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον ἀνθρωπον, ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ. Γεγένηται οὖν ἡ αἰχμαλωσία αὐτοῖς εἰς Βαβυλῶνα μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου. Τοῦ οὖν λαοῦ παντὸς μετοικισθέντος καὶ τῆς πόλεως ἐρημωθείσης, τοῦ τε ἁγιάσματος καθῃρημένου εἰς τὸ πληρωθῆναι τὸν λόγον Κυρίου, ὃν ἐλάλησεν διὰ στόματος τοῦ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος· *Ὅτι ἔρημον ἔσται τὸ ἁγίασμα ἑβδομήκοντα ἔτη*· εὑρίσκομεν τὸν μακάριον Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προφητεύσαντα, καὶ ἔκδικον τῆς Σωσάννης γενόμενον.

A *ejectus in terram, quam non noverat. Audi, terra, sermonem Domini. Scribe virum istum abdicatum, quia ex semine ejus non adolescet princeps qui sedeat in sede David in Juda* [79]. Contingit ergo captivos transferri Babylonem, postquam exierant ex Ægypto. Cum igitur populus omnis translatus fuisset, civitas quoque desolata ac destructa sanctificatio est, ut impleretur sermo Domini, quem locutus erat per os Jeremiæ prophetæ, dicentis : *Quia desolata erit sanctificatio annis septuaginta* [80]; invenimus beatum Danielem Babylone vaticinatum esse ac Susannæ vindicem exstitisse.

—

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ ΤΗΣ ΤΟΥ ΔΑΝΙΗΛ ΟΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΝΑΒΟΥΧΟΔΟΝΟΣΟΡ ΕΠΙΛΥΣΕΙΣ ΕΝ ΤΑΥΤΩ ΑΜΦΟΤΕΡΩΝ (56).

B *HIPPOLYTI EPISCOPI ROMÆ* (57) *DANIELIS ET NABUCHODONOSORI VISIONUM SOLUTIONES AMBARUM SIMUL.*

I. Λέαιναν εἰπὼν *ἐκ τῆς θαλάσσης*, τὴν τῶν Βαβυλωνίων βασιλείαν γεγενημένην ἐσήμανε, καὶ ταύτην εἶναι τῆς εἰκόνος *τὴν χρυσῆν κεφαλήν*. Τὸ δὲ λέγειν *πτερὰ* αὐτῆς ἀετοῦ, ὅτι ὑψώθη ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐπήρθη αὐτοῦ ἡ δόξα. Εἶτα φησὶν, *ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς*, ὅτι καθῃρέθη αὐτοῦ ἡ δόξα· ἐξεδιώχθη γὰρ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Τὸ δὲ εἰπεῖν· *Καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη*, ὅτι μετενόησεν ἐπιγνοὺς ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ. Μετὰ γοῦν τὴν λέαιναν, δεύτερον θηρίον ὁρᾷ ὅμοιον ἄρκτῳ, ὅπερ ἦσαν Πέρσαι· μετὰ γὰρ Βαβυλωνίους, Πέρσαι διεκράτησαν. Τὸ δὲ λέγειν *τρία πλευρὰ ἐν τῷ στόματι* αὐτῆς, τρία ἔθνη ἔδειξε, Πέρσας, Μήδους, Βαβυλωνίους· ὅπερ δέδεικται μετὰ τὸν χρυσὸν ὁ ἄργυρος ἐν τῇ εἰκόνι. Ἔπειτα τὸ τρίτον θηρίον, *πάρδαλις*, οἵτινες ἦσαν

I. Cum dixit *leænam ex mari*, Babyloniorum regnum constitutum significavit, et hoc esse *simulacri caput aureum*. Dicens autem *alæ* ejus *aquilæ*, (significavit) regem Nabuchodonosor exaltatum, ipsiusque gloriam contra Deum elatam fuisse. Deinde dixit *evulsæ sunt alæ ipsius*, quia eversa fuit gloria ejus; e regno enim suo expulsus est. Dicens vero : *Cor hominis datum est ei, et super pedes hominis stetit*, (indicat) eum resipuisse, quando se hominem esse agnovit, ac dedit gloriam Deo. Porro post leænam, secundam bestiam vidit *similem urso*, qui erant Persæ; namque post Babylonios, Persæ regnum obtinuerunt. Dicendo autem, *tria latera in ore ejus*, tres gentes ostendit, Persas, Medos, Babylonios; quemadmodum argentum in simulacro post aurum demonstratum est. Sequitur tertia bestia, *pardus*, qui erant Græci; namque post Persas Alexander

C

[79] Jer. XXII, 24, seqq. [80] Jer. XXV, 11.

(56) Ἐν ταύτῳ ἀμφοτέρων, *ambarum simul*. Eadem qua Hippolytus methodo, utramque visionem exposuit S. Jacobus Nisibenus serm. 5, ex quo nonnulla delibamus. *Nam quando vidit Daniel visionem quatuor bestiarum, vidit primam de filiis Cham semen Nembrod, nempe Babylonis; et secundam de Medis, et de Persis, qui sunt filii Japhet; et tertiam de Græcis fratribus Medorum; et quartam de filiis Sem, qui filii sunt Esau. Et fuit consortium filiorum Japhet cum filiis Sem. Ablatus est autem principatus a minori ex filiis Noe Japhet, et datus est majori filio Sem, et usque adhuc permanet, et permanebit in sæcula sæculorum. Et cum completum fuerit tempus principatus filiorum Sem, accipiet regnum princeps, qui est ex filiis Judæ* (Christus) *cum secundo advenerit. Porro in visione Nabuchodonosor regis, quando vidit statuam, quæ erecta stabat ante eum, caput statuæ erat ex auro puro, manus, pectus et brachia de argento, et venter, et femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, et pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* Eximius quoque S. Jacobi alumnus haud aliter easdem visiones est interpretatus, quod ipsius testimonio constat. *Præsens nempe Danielis visio cum præterito Nabuchodonosoris statuam cernentis somnio omnino consentit, et unam eamdemque prophetiam componit. Quare regnum Babylonicum, quod ibi comparatur auro omnium metallorum præstantissimo, hic similitudine leonis omnium bestiarum fortissimi, et aquilæ inter aves pernicitatis eximiæ describitur.* S. Ephr. in Dan. c. VII, 4.

D (57) Cur Hippolytus Romæ episcopus dicatur, ut non semel a Græcis, satis in Præfatione disseruimus. Ad ipsius *Commentaria in Danielem* pertinet fragmentum a Combefisio editum, et cum ipsis nævis a Fabricio bis, ac postremo in Veneta *Patrum Bibliotheca* recusum. Fragmenti epigraphem et initium exhibemus (*Vide supra, col.* 638) : Τοῦ ἁγιωτάτου Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης· « Τὴν ἀκρίβειαν τῶν χρόνων τῆς γεγενημένης αἰχμαλωσίας τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν Βαβυλῶνι ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, » κ. τ. λ. *Sanctissimi Hippolyti Romæ episcopi.* « *Cum constitutum sit, ut diligenter ostendam tempora captivitatis Babylonicæ filiorum Israel,* » etc. *Commentariorum* itaque Hippolyti *in Danielem*, tale initium fuisse apparet.

Digitized by Google

Macedo, sublato Dario, rerum potitus est; quod in simulacro *æs* indicavit. Quod autem dicit, *alæ quatuor volucris, et quatuor capita bestiæ*, luculenter ostendit quo pacto Alexandri dominatio in quatuor partes distracta fuerit; *quatuor* enim *capita* dicens, quatuor reges, qui ex ea surrexerunt, significavit; supremum enim diem obiens Alexander, regnum suum in quatuor partes divisit. Postea, inquit, *quarta bestia terribilis atque stupenda, dentes ipsius ferrei, et ungues ipsius ærei.* Quinam vero hi sunt, nisi Romani? Quorum regnum in præsentia exsistens ferro (in simulacro) comparatur; *crura enim ejus*, inquit, *ferrea.*

A οἱ Ἕλληνες· μετὰ γὰρ Πέρσας, Ἀλέξανδρος ἐκράτησεν ὁ Μακεδὼν, καθελὼν Δαρεῖον· ὃ δέδεικται ἐν τῇ εἰκόνι ὁ *χαλκός*. Τὸ δὲ λέγειν *πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ, καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τῷ θηρίῳ* σαφέστατα ἔδειξε, πῶς διεμερίσθη εἰς τέσσαρα μέρη ἡ βασιλεία Ἀλεξάνδρου· *τέσσαρας* γὰρ *κεφαλὰς* εἰπὼν, τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀναστάντας ἐμήνυσε· τελευτῶν γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος, διεῖλε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τέσσαρα μέρη. Ἔπειτα φησὶ, *θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον· οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ*· τίνες οὖν οὗτοι, ἀλλ' ἢ Ῥωμαῖοι; ὅπερ ἐστὶν ὁ σίδηρος, ἡ νῦν ἑστῶσα βασιλεία· *αἱ κνῆμαι γὰρ αὐτῆς*, φησὶ, *σιδηραῖ* (59).

II. Post hæc igitur quid superest, dilecti? nisi vestigia pedum simulacri, in quibus *pars erit ferrea, pars autem testea, simul commistæ.* Mystice designavit per digitos pedum, decem reges ex ipso (regno) excitandos: quod ait Daniel: *Considerabam bestiam, et ecce cornua decem post eam*, in quibus prodibit *aliud* (parvum) *adnatum*; per quod nonnisi Antichristus exsurgens designatur; ipse autem Judæ regnum restituet. Jam *tria cornua* dicens ab ipso *evelli*, tres reges designat Ægypti, Libyæ et Æthiopiæ, quos in acie belli interficiet. Qui omnibus subactis, immitis et crudelis tyrannus exsistens, tribulationem et persecutionem in sanctos faciet, adversus eos elatus. Post quem reliquum est, ut veniat de cœlo *lapis, qui percussit simulacrum*, et comminuit illud, et transtulit omnia regna, et dedit regnum sanctis Altissimi. Hic factus est *mons magnus, et implevit universam terram.*

II. Μετά γ' οὖν τοῦτο τί περιλείπεται ἀγαπητοι (60); ἀλλ' ἢ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν τῆς εἰκόνος, ἐν οἷς B *μέρος μέν τι ἔσται σιδηροῦν, μέρος δέ τι ὀστράκινον, ἀναμεμιγμένα εἰς ἄλληλα.* Μυστικῶς ἐδήλωσε διὰ τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν, τοὺς δέκα βασιλεῖς τοὺς ἐξ αὐτῆς ἐγειρομένους· ὅπερ λέγει Δανιήλ· *Προσενόουν τῷ θηρίῳ, καὶ ἰδοὺ δέκα κέρατα ἐπίσω αὐτοῦ*, ἐν οἷς ἀναβήσεται *ἕτερον παραφυάδιον*· ὅπερ δέδεικται οὐχ' ἕτερος ἀλλ' ἢ ὁ Ἀντίχριστος ἐγειρόμενος· καὶ αὐτὸς τὴν Ἰούδα βασιλείαν ἀναστήσει. *Τρία* δὲ *κέρατα* λέγων ὑπ' αὐτοῦ *ἐκριζοῦσθαι*, τοὺς τρεῖς βασιλεῖς δείκνυσιν, Αἰγύπτου, Λιβύων τε, καὶ Αἰθιόπων, οὓς ἀνελεῖ ἐν παρατάξει πολέμου· ὃς κρατήσας πάντων δεινὸς, ὠμοτύραννος ὢν θλῖψιν καὶ διωγμὸν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ποιήσει, ἐπαιρόμενος κατ' αὐτῶν· μεθ' ὃν λοιπὸν (61) ἥξει ἀπ' οὐρανῶν *ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα*, καὶ συντρίψας αὐτὴν, καὶ μεταστήσας πάσας τὰς βασιλείας, καὶ δοὺς τὴν βασιλείαν ἁγίοις Ὑψίστου· οὗτος ὁ γενηθεὶς *ὄρος μέγα, καὶ πληρώσας πᾶσαν τὴν γῆν.*

III. Cum hæc itaque futura sint, et digiti simulacri in democratias transierint, et decem cornua bestiæ in decem regna divisa fuerint; quæ proposita sunt, attentius inspiciamus, eaque lustremus quodammodo oculis ipsis. *Caput aureum simulacri, est lœna*, qua Babylonii repræsentabantur; *humeri, et brachia argentea, ursus*, quo Persæ designabantur et Medi. *Venter et femora ænea, pardus*, quo Græci qui ab Alexandro imperarunt, significabantur; *crura ferrea, bestia stupenda, ac terribilis*, Romani erant, qui modo imperium tenent; *vestigia pedum testa et fictum*, sunt decem cornua, quæ futura sunt; *cornu alterum parvum, quod inter ipsa adnascitur*, est Antichristus; *lapis percutiens simulacrum et comminuens*, qui implevit terram, Christus est e cœlis veniens, et mundo judicium inducens (58).

III. Τούτων οὖν ἐσομένων, καὶ τῶν δακτύλων τῆς C εἰκόνος εἰς δημοκρατίας χωρησάντων, καὶ τῶν δέκα κεράτων τοῦ θηρίου (62) εἰς δέκα βασιλείας μερισθέντων· ἴδωμεν σαφέστερον τὰ προκείμενα, καὶ κατανοήσωμεν αὐτὰ ὀφθαλμοφανῶς. *Κεφαλὴ τῆς εἰκόνος χρυσῆ, ἔστιν ἡ λέαινα*, Βαβυλωνίοι ἦσαν· *ὦμοι καὶ βραχίονες ἀργυροῖ, ἡ ἄρκτος*, Πέρσαι καὶ Μῆδοι· *κοιλία καὶ μηροὶ χαλκοῖ, ἡ πάρδαλις*, οἱ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου κρατήσαντες Ἕλληνες· *κνῆμαι σιδηραῖ, θηρίον ἔκθαμβον καὶ φοβερὸν*, Ῥωμαῖοι οἱ νῦν κρατοῦντες· *ἰσχὺν ποδῶν ὄστρακον, καὶ σίδηρος*, τὰ δέκα κέρατα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· *κέρας ἕτερον μικρὸν ἀναφυόμενον ἐν αὐτοῖς*, ὁ Ἀντίχριστος· *λίθος ὁ πατάσσων τὴν εἰκόνα καὶ συντρίβων*, ὁ πληρώσας τὴν γῆν, Χριστὸς ἀπ' οὐρανῶν D ἐρχόμενος, καὶ τῷ κόσμῳ κρίσιν ἐπάγων.

IV. Verum ne in hac parte propositum argumen-

IV. Ἵνα δὲ μηδ' ἐν τούτῳ ἀναπόδεικτον καταλείψω-

(58) Huc usque paria leguntur in lib. *De consummatione mundi*, sect. 14, et in altero *De Antichristo*, sect. 23 ac seq., quorum primus velut i suppositi tius rejicitur, alter probatur. Uterque tamen interpolatus facile deprehenditur hujus *Commentarii* collatione.

(59) Quæ apud Anastasium Sinaitam, quæst. 48, leguntur ex Hippolyti *Commentariis in Danielem*, huc referenda sunt: Τῶν γὰρ σιδηρῶν, κ. τ. λ. Vid. infra.

(60) Sæpe in Hippolyti scriptis occurrit ἀγαπητέ, vel ἀγαπητοί, aliquando etiam in suppositiis φιλόχριστοι. Apparet autem nostrum commentarium ex homiliis constare, habitis in conventu fidelium.

(61) In lib. *De Antichrist.*, 26, μετ' ὀλίγον. Ibid. sect. 5, ἐπειδὴ καιρὸς λοιπὸν ἀπαιτεῖ: Tanaquillus Faber: *Cuivis*, inquit, *appareat pro* λοιπὸν *legi oportere* οὐδέν; quin etiam apparet nihil esse immutandum.

(62) Gudius, τοῦ θυσιαστηρίου. Combefisius, *haud pœnitendo*, inquit, *conatu emendavi* τοῦ τετάρτου θηρίου: quod prope verum est.

Digitized by Google

μεν τὸ προκείμενον· διὰ τὸ λύχνον εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, τὰ τῶν χρόνων εἰπεῖν ἀναγκαζόμεθα, ἃ μὴ ἔξεστιν εἰπεῖν τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ βίαν· λεγόμενοι γὰρ χρόνοι ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, καὶ ἀπὸ Ἀδὰμ καταριθμούμενοι, εὐδηλα ἡμῖν παριστῶσι τὰ ζητούμενα· ἡ γὰρ πρώτη παρουσία τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἡ ἔνσαρκος, ἐν Βηθλεὲμ ἐπὶ Αὐγούστου γεγένηται, πεντακισχιλιοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ ἔτει· ἔπαθε δὲ ἔτει (63) τριακοστῷ τρίτῳ· δεῖ οὖν ἐξ ἀνάγκης τὰ ἑξακισχίλια ἔτη πληρωθῆναι (64), ἵνα ἔλθῃ τὸ Σάββατον, ἡ κατάπαυσις, ἡ ἡμέρα ἡ ἁγία, ἐν ᾗ *κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ*· τὸ Σάββατον τύπος ἐστὶ καὶ εἰκὼν τῆς μελλούσης βασιλείας τῶν ἁγίων, ἡνίκα *συμβασιλεύσουσι τῷ Χριστῷ*, παραγινομένου αὐτοῦ ἀπ' οὐρανῶν, ὡς Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ διηγεῖται· *Ἡμέρα γὰρ Κυρίου, ὡς χίλια ἔτη*· ἐπεὶ οὖν ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς ἐποίησε τὰ πάντα, δεῖ τὰ ἑξακισχίλια ἔτη πληρωθῆναι· οὐδέπω γὰρ πεπλήρωται ὡς Ἰωάννης λέγει· *Οἱ πέντε ἔπεσαν· εἷς ἐστι, τουτέστιν ὁ ἕκτος· ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε.*

V. Τὸν ἄλλον δὲ λέγων, τὸν ἕβδομον διηγεῖται, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ κατάπαυσις· ἀλλὰ πάντως ἐρεῖ τις· Πῶς μοι ἀποδείξεις, εἰ πεντακισχιλιοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ ἔτει ἐγεννήθη ὁ Σωτήρ; Εὐκόλως διδάχθητι, ὦ ἄνθρωπε· τὰ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλαι ὑπὸ Μωϋσέως περὶ τὴν σκηνὴν γεγενημένα, τύποι καὶ εἰκόνες τῶν πνευματικῶν ἐτελοῦντο μυστηρίων· ἵνα ἐλθούσης ἐπ' ἐσχάτων τῆς ἀληθείας ἐν Χριστῷ, ταῦτα πεπληρωμένα νοῆσαι δυνηθῇς· φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν· *Καὶ ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσίῳ καθαρῷ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν· καὶ ποιήσεις τὸ μῆκος αὐτῆς δύο πήχεων καὶ ἡμίσεος· καὶ τὸ εὖρος αὐτῆς πήχεως, καὶ ἡμίσεος· καὶ πήχεως καὶ ἡμίσεος τὸ ὕψος·* ὅπερ συναγόμενον τὸ μέτρον ποιεῖ πήχεις πέντε, καὶ ἥμισυ· ἵνα δειχθῇ τὰ πεντακισχίλια καὶ πεντακόσια ἔτη.

tum absque demonstratione relinquamus, dicere cogimur tempora, propterea quod lucerna sint homini, quæ non licet raptim recensere. Dictis enim temporibus ab orbe condito, et ab Adam enumeratis, manifesta nobis exhibentur ea, in quibus versatur quæstio. Primus enim adventus Domini nostri in carne, in Bethleem sub Augusto factus est, quinquies millesimo quingentesimo anno; passus vero est anno tricesimo tertio. Oportet igitur omnino, ut sex millium annorum numerus adimpleatur, ut veniat Sabbatum, scilicet requies, dies sancta, in qua *requievit Deus ab omnibus operibus suis*[81]. Sabbatum typus est et imago futuri regni sanctorum, quando *regnabunt cum Christo*, adveniente ipso e cœlis, ut Joannes in sua Apocalypsi enarrat. *Dies enim Domini tanquam mille anni*[83]. Quoniam igitur sex diebus Deus fecit omnia, oportet sexies mille annos adimpleri; nondum enim adimpleti sunt, sicut Joannes dicit : *Quinque exciderunt, unus manet*, scilicet sextus, *alius nondum venit*[82].

V. Alium autem dicens, septimum commemorat, in quo est requies. Sed omnino dicet aliquis : Quo pacto mihi ostendes, quod quinquies millesimo et quingentesimo anno natus sit Salvator? Facile addisce, o homo; quæ enim in eremo olim sub Moyse circa tabernaculum facta sunt, fuerunt figuræ et imagines spiritualium mysteriorum, ut, veniente in novissimis temporibus veritate in Christo, hæc adimpleta cognoscere possis : dicit enim ad ipsum : *Et facies arcam ex lignis imputribilibus, et deaurabis eam auro mundo intus et foris; et facies longitudinem ipsius duos et semis cubitos; et latitudinem ipsius cubitum et dimidium, et altitudinem cubitum et semis*[84]: quæ mensuræ in unum collectæ faciunt cubitos quinque et dimidium, ut quinquies mille et quingenti ostendantur anni.

[81] Genes. II, 2. [83] Psal LXXXIX, 4. [82] Apoc. XVII, 10. [84] Exod. XXV, 10.

(63) Maluit ab Irenæo præceptore, quam a communi sententia Hippolytus discedere. Nam scripserat Irenæus passum esse Christum quadragenario majorem, lib. II, c. 22.

(64) *Τὰ ἑξακισχίλια ἔτη πληρωθῆναι.* Hæc illa sunt, quæ Photius in Hippolyto damnavit. Τοῦτο καὶ θερμοτέρας ἂν εἴη τοῦ προσήκοντος γνώμης, καὶ ἡ ἀπόφασις ἀνθρωπίνης ἀγνοίας, ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίας τῆς ἄνωθεν διελέγχει. *Hoc sane calidioris, quam decebat, est animi, atque asseveratio hæc, humanam potius ignorantiam quam cœlestem aliquam inspirationem arguit* (cod. CCII). Verumtamen hæc ipsa Irenæus docuerat: Ἡ συντέλεια αὐτῶν τὸ ς' ἔτος ἐστίν. *Consummatio ipsorum sextus millesimus annus est* (lib. V, c. 28 et 29). Quinimo ante Irenæum Barnabas, συντελεῖ ὁ Θεὸς Κύριος ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα, *omnia consummabit Dominus Deus in sex millibus annorum* (Ep. sect. 15). Accepta nimirum a veteri Synagoga ad nos transmiserunt, ipsique Hebræi eadem servarunt. *Tradidit R. Elias : Sex mille annis exsistit mundus : bis mille, inanitas; bis mille, lex; bis mille, dies Messiæ. At propter peccata nostra, quæ multiplicata sunt, exceptio est quoad futura. Dixit Elias ad R. Judam, fratrem R. Salæ Pii : Non erit mundus minus durans quam* LXXXV *jubilæis, et in jubilæo ultimo veniet filius Davidis. Cui ille : Ejusne exordio an fine? Respondit ei : Nescio. Cum finierit, an priusquam finierit? Respondit, nescio.* Gemar. B. *Sunhedr.*, c. 11. Latinis Patribus, qui in eadem sententia cum Irenæo, Hippolyto, Eustathio Antiocheno, aliisque Græcorum fuerunt, nollem Augustinum quoque accenseri ab aliquibus; namque eam opinionem historice refert, sæpius autem refellit. Germanus CP. ait Hippolytum lib. *De Antichristo* tradere ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει τὴν μέλλουσαν παρουσίαν ἔσεσθαι· *fore anno sexies millesimo quingentesimo eum adventum, qui futurus est.* In *Myst. theor.* Hippolyto jungit Cyrillum et Chrysostomum; veteres enim sextum et septimum assumebant millenarium, ut rerum finis initio responderet, de quo legimus : *Complevitque Deus die septimo opus suum* (Gen. II, 2). Hebræus quidem ita legit; at Samaritanus : *Perfecit autem Deus in die* sexto *opus suum quod fecerat.* Samaritanum sequuntur, nisi et præcedant, LXX Seniores, itemque Syriaca versio, unde ortum habuit de mundi fine varietas locutionum. Andreas Cæsariensis eamdem Hippolyti sententiam refert in cap. XVII, 10 *Apocal.* Hippolyti τὸ ἁπλούστερον καὶ ἀρχαιότροπον, in contrarium vertit Cotelerius : *Hippolytus, inquit, in Photio præcipitis calliditatis merito arguitur, imo simplicitatis.*

Digitized by Google

VI. Quo tempore adveniens Salvator ex Virgine (*arca* auro mundo deaurata, intus quidem Verbo, foris vero Spiritu sancto) suum corpus mundo protulit; adeo ut veritas demonstrata sit, et manifestata *arca*. A generatione igitur Christi computandi sunt reliqui quingenti anni, ut sex millium annorum numerus adimpleatur, et ita erit finis. Quod vero quinto et dimidio tempore adfuerit Salvator in mundo, ferens incorruptam arcam, suum scilicet corpus, dicit Joannes : *Erat autem hora sexta*[65], ut dimidium diei ostenderet, *dies autem Domini mille anni*, horum igitur dimidium sunt quingenti. Neque enim conveniens erat ut ipse citius adveniret, adhuc enim pondus legis durabat, sexta non adimpleta (innovatur enim baptisma), sed quinta et dimidia, ut in reliquo dimidio tempore Evangelium in omnem orbem terrarum prædicaretur, et adimpleta sexta die præsens vita cessaret.

VII. Quoniam vero Persæ trecentis triginta annis regnum tenuerunt, et post eos ad trecentos annos Græci ipsi celebriores fuerunt, necesse est, ut quarta bestia, tanquam fortior et major omnium quæ ante ipsam fuere, quingentis regnatura sit annis. Temporibus vero adimpletis, et decem cornibus postremis ex ipsa (bestia) exortis, apparebit in ipsis Antichristus. Hoc autem bellum, et persecutionem adversus sanctos faciente, tunc oportet manifestationem Domini de cœlis exspectare.

VIII. Postquam propheta veritatem eorum, quæ ventura essent, nos accurate docuerat, a proposito desistens, ad Persarum Græcorumque imperium redivit, aliam nobis enarrans visionem, quæ facta, et suis adimpleta est temporibus, ut cum in hoc fideles nos constituisset, etiam in eis, quæ futura erant, fideliores Deo exhibere posset. Quæ igitur in prima visione enarraverat, hæc rursus a capite retexit ad fidelium ædificationem; *arietem* enim cornu petentem contra mare, aquilonem et austrum, Darium Persarum regem intellexit, qui omnes gentes in suam redegit potestatem; *hæ enim*, inquit, *bestiæ non stabunt coram eo. Hircum* vero caprarum a Libyæ vento venientem, Alexandrum Macedonem Græcorum regem dicit; quod vero (Hircus) *appropinquaverit ad ipsum* arietem, *efferatusque percusserit*

[65] Joan. xix, 14.

VI. Ἐν ᾧ χρόνῳ παρὼν ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Παρθένου *τῆς κιβωτοῦ* · τὸ ἴδιον σῶμα τῷ κόσμῳ προσήνεγκεν (65)· *χρυσίῳ* καθαρῷ κεχρυσωμένης ἔνδοθεν μὲν τῷ Λόγῳ, ἔξωθεν δὲ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ὥστε ἀποδέδεικται ἡ ἀλήθεια, καὶ πεφανέρωται ἡ *κιβωτός*. Ἀπὸ γενέσεως οὖν Χριστοῦ δεῖ ψηφίζειν πεντακόσια ἔτη τὰ ἐπίλοιπα εἰς συμπλήρωσιν τῶν ἑξακισχιλίων ἐτῶν, καὶ οὕτως ἔσται τὸ τέλος· ὅτι δὲ πέμπτῳ καὶ ἡμίσει καιρῷ παρῆν ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ κόσμῳ, φέρων τὴν ἄσηπτον κιβωτὸν, τὸ ἴδιον σῶμα, λέγει ὁ Ἰωάννης· Ἦν δὲ ὥρα ἕκτη· ἵνα ἥμισυ τῆς ἡμέρας ἐπιδείξῃ· *ἡμέρα δὲ Κυρίου χίλια ἔτη* · τούτων οὖν τὸ ἥμισυ, γίνεται πεντακόσια. Οὐ γὰρ ἐκδέχετο αὐτὸν τάχιον παρεῖναι, ἔτι γὰρ βάρος νόμου ἦν, οὐδὲ ἕκτης πεπληρωμένης (καινοῦται γὰρ τὸ λουτρὸν), ἀλλὰ πέμπτης καὶ ἡμισείας, ἵνα ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ ἡμίσει χρόνῳ, εἰς πάντα τὸν κόσμον τὸ Εὐαγγέλιον κηρυχθῇ, καὶ πληρωθείσης τῆς ἕκτης ἡμέρας παύσῃ τὸν νῦν βίον.

VII. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Πέρσαι ἐκράτησαν βασιλεύσαντες ἔτη τριακόσια τριάκοντα (66), καὶ μετὰ τούτους οἱ Ἕλληνες αὐτοὶ ἐνδοξότεροι ὑπάρχοντες ἐπὶ ἔτη τριακόσια, ἐξ ἀνάγκης τὸ τέταρτον θηρίον ὡς ἰσχυρὸν καὶ μεῖζον πάντων τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ γενομένων, βασιλεύσει ἔτη πεντακόσια· τῶν καιρῶν συμπληρωμένων, καὶ τῶν δέκα κεράτων ἐπ' ἐσχάτων ἐξ αὐτοῦ ἐγειρομένων, ἀναφανήσεται ἐν αὐτοῖς ὁ Ἀντίχριστος· τούτου πολεμοῦντος καὶ διώκοντος τοὺς ἁγίους, τότε δεῖ προσδοκᾷν ἀπ' οὐρανῶν τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Κυρίου.

VIII. Παυσάμενος ὁ προφήτης τοῦ προκειμένου ἐκδιδάξας ἡμᾶς μετὰ πάσης ἀκριβείας τῶν ἐσομένων τὴν ἀσφάλειαν, μετέβη πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν Περσῶν καὶ Ἑλλήνων βασιλείαν, ἑτέραν ὅρασιν ἡμῖν διηγούμενος, ἥτις ἐγένετο καὶ ἐπληρώθη ἐν τοῖς ἰδίοις καιροῖς· ὅπως ἐν τούτῳ πιστοὺς ἡμᾶς καταστήσας, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα γίνεσθαι πιστοτέρους τῷ Θεῷ παραστῆσαι δυνηθῇ· ὅσα μὲν οὖν ἐν τῇ πρώτῃ ὁράσει διηγήσατο, ταῦτα πάλιν ἐκ δευτέρου ἄνωθεν ἐπεξεργεῖται, πρὸς οἰκοδομὴν τῶν πιστευόντων· τὸν γὰρ *κριὸν* τὸν κερατίζοντα κατὰ θάλασσαν, καὶ βορρᾶν, καὶ νότον, Δαρεῖον λέγει τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, ὃς περιεγένετο πάντων τῶν ἐθνῶν· *ταῦτα γὰρ*, φησὶ, *τὰ θηρία οὐ στήσονται ἐνώπιον αὐτοῦ* · *τὸν δὲ τράγον* τῶν αἰγῶν τὸν ἐρχόμενον ἀπὸ Λιβὸς, Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λέγει, τὸν τῶν Ἑλλήνων βασι-

(65) Singularis Hippolyti erga Deiparam pietas apparet, quæ hæreditario quodam jure ipsi cessit. Ex apostolo enim Joanne in Polycarpum, ex Polycarpo in Irenæum, ex Irenæo in Hippolytum cæterosque est propagata. Paria autem ex Hippolyti scriptis in psalmum XXII servavit Theodoretus dialog. I, p. 56, tom. IV. Vide supra. Eadem fere e sancto Irenæo habet sanctus Joannes Damascenus contra Jacobitas.

(66) *Τριακόσια τριάκοντα*. Legendum διακόσια τριάκοντα, quæ supputatio est etiam Julii Africani, S. Hippolyto coævi. Alter quoque annorum numerus, qui ad Græcos pertinet, idem est in Hippolyto et Africano, si Hieronymi versionem sequamur. Ait enim apud ipsum Africanus : *Permansit regnum Persarum usque ad initium Macedonum annis decentis triginta, et ipsi Macedones regnaverunt annis trecentis* (Comm. in Dan. IX, 24). Eusebius vero septuaginta annos addit ex eodem Africano : Εὑρίσκομεν γὰρ τὴν Περσῶν βασιλείαν ἔτεσι διακοσίοις τριάκοντα περιγραφομένην, τήν τε Μακεδόνων εἰς ἔτη τριακόσια ἑβδομήκοντα παρατείνουσαν (*Demonstrat. evang.*, VIII, 2). Chronographus anonymus, qui eodem ævo ac Hippolytus et Africanus vixit sub Alexandro Severo, aliter Persarum et Græcorum annos recenset, ut ex hoc ipso diversus ab utroque deprehendatur. Ap. Canis. *Lect. antiq.*, tom. II, edit. Basnag. p. 162.

Digitized by Google

λέα· τὸ οὖν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν κριὸν καὶ ἀγριωθῆναι αὐτὸν, καὶ τύψαι αὐτὸν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ συντρίψαι, καὶ ῥίψαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ καταπατῆσαι, τοῦτο σημαίνει ὅπερ καὶ γεγένηται.

A *ipsum in faciem, et contriverit, et projecerit in terram, et conculcaverit*, hoc significat, quod et gestum est.

IX. Συνάψας γὰρ πόλεμον πρὸς τὸν Δαρεῖον ὁ Ἀλέξανδρος ἴσχυσε κατ' αὐτοῦ, καὶ προηγεῖτο πάσης τῆς δυναστείας αὐτοῦ, ἀνελὼν καὶ καταπατήσας τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ· εἶτα μετὰ τὸ ὑψωθῆναι τὸν τράγον τῶν αἰγῶν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ, τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη τέσσαρα κέρατα ὑποκάτω αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ· κρατήσας γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος πάσης τῆς γῆς Περσίδος, καὶ ὑποτάξας αὐτοὺς, ὕστερον τελευτᾷ διελὼν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τέσσαρας ἀρχὰς, ὡς ἐπάνω δέδεικται· ἐξ οὗ *ὑψώθη κέρας ἓν καὶ ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ δι' αὐτὸν*, φησὶ, *θυσία* B *ἐταράχθη, καὶ ἐρρίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη.*

IX. Cum enim bellum adversus Darium Alexander suscepisset, superior evasit, copiisque ipsius deletis profligatisque, totius regni imperium obtinuit; deinde postquam hircus caprarum exaltatus est, cornu ipsius magnum fractum est, et orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli. Potitus quippe Alexander omni Persarum regione, ipsisque in suam ditionem redactis, postremo obiit, regno suo in quatuor principatus diviso, veluti superius fuit demonstratum. Unde *exaltatum est cornu unum, et magnificatum est usque ad potentiam cœli; ac per ipsum*, inquit, *sacrificium turbatum est, et humi justitia dejecta est.*

X. Γεγένηται γὰρ ὁ Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς Ἐπιφανὴς (67) ὢν ἐκ τοῦ γένους Ἀλεξάνδρου· βασιλεύσας δὲ τῆς Συρίας, καὶ δὴ λαβὼν ὑφ' αὑτὸν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, ὕστερον ἀνέβη ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἁγίασμα, καὶ ἔλαβε πάντας τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἐν οἴκῳ Κυρίου, καὶ τὴν λυχνίαν τὴν χρυσῆν, καὶ τὴν τράπεζαν, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐποίησε φονοκτονίαν μεγάλην ἐν τῇ γῇ· ὡς λέγει· *Καὶ τὸ ἅγιον συμπατηθήσεται ἕως ἑσπέρας καὶ ἕως πρωὶ ἡμέραι χίλιαι τριακόσιαι.* Συνέβη γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, τρία ἥμισυ ἔτη ἔρημον μεῖναι τὸ ἁγίασμα, ὡς πληρωθῆναι χιλίας τριακοσίας ἡμέρας, μέχρις οὗ ἀναστὰς Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος, C μετὰ τὴν τελευτὴν Ματθίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀντέστη αὐτῷ, καὶ ἐξέκοψε τὰς παρεμβολὰς Ἀντιόχου, καὶ ἐλευθέρωσε τὴν πόλιν, καὶ ἀνεκτήσατο τὰ Ἅγια, καὶ ἀνεκαίνισεν αὐτὰ, ποιήσας πάντα κατὰ τὸν νόμον.

X. Fuit enim Antiochus cognomento Epiphanes ex Alexandri successione, qui cum in Syria regnaret, et Ægyptum universam in suam redegisset potestatem, tandem in Jerusalem ascendit, inque sanctuarium ingressus, omnes thesauros, qui erant in domo Domini, et candelabrum aureum, et mensam, et altare, abstulit, ingentemque in terra cædem fecit, sicut dicit: *Et sanctuarium conculcabitur, usque ad vesperam, et usque ad mane diebus mille trecentis.* Accidit enim per id tempus, ut tribus cum dimidio annis desertum maneret sanctuarium, ut adimplerentur mille trecenti dies, donec surgens Judas Machabæus post obitum Matthiæ patris sui, restitit ipsi, castrisque Antiochi deletis, urbeque in libertatem vindicata, recuperavit Sancta, et renovavit illa, omnia juxta legem faciens.

XI. Ἐπειδὴ οὖν καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ, καθὼς ὑφ' ἡμῶν νενόηται, οὕτως ταῦτα διηγήσατο τῷ προφήτῃ, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς σαφῶς πάντα ἀναγέγραπται, ἴδωμεν καὶ ἐν ταῖς ἑτέραις ἑβδομάσι τί λέγει· οὗτος γὰρ ἀναγνοὺς τὴν βίβλον Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, ἐν ᾗ γέγραπται, ἑβδομήκοντα ἔτη ἔρημον ἔσεσθαι τὸ ἁγίασμα, ἐν νηστείαις, καὶ δεήσεσιν ἐξομολογούμενος ἱκέτευε, τάχιον ἐπιστρέψαι τὸν λαὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν· οὕτως οὖν διηγούμενος λέγει· D *Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀσσουήρου ἀπὸ σπέρματος τῶν Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῶν Χαλδαίων· ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὡς ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη·* καὶ ἑξῆς.

XI. Quoniam vero etiam angelus Gabriel quemadmodum a nobis intellecta sunt, hæc ita narravit prophetæ, uti et gesta, et in libris Machabæorum aperte omnia descripta fuere: videamus et in aliis hebdomadibus quid dicat. Hic enim cum Jeremiæ prophetæ librum legisset, in quo scriptum erat, septuaginta annis desertum futurum sanctuarium, in jejuniis et obsecrationibus confitens deprecabatur, ut celerius populus e captivitate in Jerusalem urbem reverteretur: sic igitur enarrans ait: *In primo anno Darii filii Assueri de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni*; et quæ sequuntur.

XII. Μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν αὐτοῦ καὶ δέησιν, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· *Ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν σὺ εἶ*· ταῦτα γὰρ ἰδεῖν ἐπιθυμεῖς, ἅπερ δι' ἐμοῦ μέλλεις διακονεῖσθαι· καιρῷ δὲ ἰδίῳ ταῦτα πληρωθήσεται· καὶ ἐπήνεγκε λέγων· *Οἱ ἑβδομάδες συνετμήθησαν*

XII. Post confessionem, et obsecrationem ipsius, inquit angelus ad ipsum: *Vir desideriorum tu es*: hæc enim scire cupis, quæ per me tibi nota fient, tempore vero suo eadem perficientur, et intulit dicens: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt*

(67) *De Antichristo*, 49, ὢν ἔκγονος Ἀλεξάνδρου. Ἔκγονος Hippolyto idem est atque ἔπίγονος.

Digitized by Google

super populum tuum, et super urbem sanctam, ut consummentur prævaricationes et sigillentur peccata, et deleantur iniquitates, et obsignetur visio, et propheta, et ungatur Sanctus sanctorum : et cognosces, et intelliges ab exitu sermonum, ut respondeatur, et ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ.

XIII. Cum itaque (Gabriel angelus) LXX hebdomades nominasset, easque in duas partes distribuisset, ut magis intelligeretur quod ab ipso ad prophetam dicebatur, ita prosecutus est : *Usque ad Christum ducem hebdomades septem;* quæ quadraginta novem annos faciunt. Vigesimo primo anno videt hæc Babylone Daniel; quadraginta novem igitur annis ad vigesimum primum additis, complentur septuaginta anni, quos beatus prædixit Jeremias : *Septuaginta annis desolatum erit sanctuarium post captivitatem a Nabuchodonosor factam, et post hæc revertetur populus, et offeretur sacrificium, et oblatio, Christo duce ipsorum* [86].

XIV. De quo vero Christo loquitur, nisi de Jesu filio Josedec, qui eo tempore una cum populo reversus est, et septuagesimo anno sanctuario ædificato, obtulerunt sacrificium secundum legem? Omnes enim reges et sacerdotes appellabantur Christi, propterea quod ipsi oleo sancto, quod paravit olim Moyses, ungebantur. Hi igitur Domini nomen ferebant, in seipsis figuram præmonstrantes et imaginem præferentes, quoad usque e cœlis perfectus Rex, et Sacerdos appareret, qui solus voluntatem Patris fecit, sicut et in Regum libris scriptum est : *Et suscitabo mihi ipsi sacerdotem fidelem, qui faciet omnia secundum cor meum* [87].

XV. Ut igitur ostenderet tempus quo ille adfuturus erat, quem beatus Daniel videre cupiebat, dicit : *Et post septem hebdomades, aliæ sexaginta duæ hebdomades,* quæ quadringentorum triginta quatuor annorum tempus continent. Postquam enim reversus est populus ex Babylonia, duce ipsorum Jesu filio Josedec, et Esdra scriba, et Zorobabel filio Salathiel ex tribu David, quadringenti triginta quatuor anni fuerunt usque ad adventum Christi, ut Sacerdos sacerdotum in mundo appareret, et qui tollit peccata mundi aperte ostenderetur, sicut Joannes de illo ait : *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* [88]. Similiter Gabriel dicit : *Ut deleantur iniquitates, et propitientur peccata.* Quis vero delevit iniquitates nostras? Docet te Paulus apostolus dicens : *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum ;* et deinde, *Delens, quod adversus nos erat chirographum peccatorum, quod erat contrarium nobis* [89].

XVI. Quod igitur deleantur iniquitates et expientur peccata, hoc ostendit. Quinam vero sunt, quibus expiantur iniquitates suæ, nisi credentes in nomine ejus, et per bona opera faciem ejus placan-

A ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν, τοῦ σφραγῖσαι ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι ἀδικίας, καὶ τοῦ σφραγῖσαι ὅρασιν, καὶ προφήτην, καὶ τοῦ χρῖσαι Ἅγιον ἁγίων· καὶ γνώσῃ, καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων, τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο.

XIII. Ἑβδομήκοντα οὖν ἑβδομάδας ὀνομάσας, καὶ διελὼν αὐτὰς εἰς δύο, ἵνα μᾶλλον νοηθῇ τὸ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν προφήτην λαλούμενον, φησὶν οὕτως· Ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου ἑβδομάδες ἑπτά· ἃ ἐστιν ἔτη τεσσαρακονταεννέα· εἰκοστῷ καὶ πρώτῳ ἔτει θεωρεῖ ταῦτα ἐν Βαβυλῶνι Δανιήλ· τῶν οὖν τεσσαράκοντα ἐννέα πρὸς τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ἔτει ψηφιζομένων, πληροῦται ἑβδομήκοντα ἔτη, ἅπερ εἴρηκεν B ὁ μακάριος Ἱερεμίας· Ἑβδομήκοντα ἔτη ἔρημον ἔσται τὸ ἁγίασμα, ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς γενομένης αὐτοῖς ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψει ὁ λαὸς, καὶ προσενεχθήσεται θυσία, καὶ προσφορὰ, Χριστοῦ ἡγουμένου αὐτῶν.

XIV. Χριστοῦ δὲ τίνος λέγει, ἀλλ' ἢ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ὃς ὑπέστρεψεν ἅμα τῷ λαῷ τότε, καὶ ἑβδομηκοστῷ ἔτει, οἰκοδομηθέντος τοῦ ἁγιάσματος, προσήνεγκαν θυσίαν κατὰ τὸν νόμον; πάντες γὰρ οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ ἱερεῖς Χριστοὶ προσηγορεύοντο, διὰ τὸ χρίεσθαι αὐτοὺς τῷ ἐλαίῳ τῷ ἁγίῳ, ὃ ἐσκεύασε πάλαι Μωσῆς. Οὗτοι οὖν τὸ Κύριον ὄνομα ἔφερον μεθ' ἑαυτῶν, τὸν τύπον προμηνύοντες καὶ τὴν εἰκόνα προφέροντες, ἕως οὗ ἀπ' οὐρανῶν ὁ τέλειος Βασιλεὺς, καὶ Ἱερεὺς παρῆν, ὃς μόνος τὸ θέλημα C τοῦ Πατρὸς ἐποίησεν· ὡς καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις γέγραπται· Καὶ ἀναστήσω ἐμαυτῷ ἱερέα πιστὸν, ὃς ποιήσει πάντα κατὰ τὴν καρδίαν μου.

V. 8: *Et videbant eam duo seniores.* Hæc enimvero Judæorum principes nunc e libro volunt amputare, dicentes ea non gesta esse Babylone: quos nempe pudeat tanti illius per id tempus seniorum facinoris.

Καὶ ἐθεώρουν αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντες βούλονται νῦν περικόπτειν τῆς βίβλου, φάσκοντες μὴ γενέσθαι ταῦτα ἐν Βαβυλῶνι· αἰσχυνόμενοι τὸ ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γεγενημένον.

V. 9: *Et everterunt sensum suum.* Qui enim Ecclesiæ insidias struxerunt ejusque corruptores fuerunt, quonam modo justa judicare possint; aut mundo corde in cœlum suspicere, qui principi hujus sæculi sint mancipati?

Καὶ διέστρεψαν τὸν ἑαυτῶν νοῦν. Οἱ γὰρ ἐπίβουλοι καὶ φθορεῖς τῆς Ἐκκλησίας γενόμενοι, πῶς δύνανται δίκαια κρίνειν, ἢ καθαρᾷ καρδίᾳ ἀναβλέπειν εἰς τὸν οὐρανὸν, τῷ ἄρχοντι τοῦ αἰῶνος τούτου δεδουλωμένοι;

V. 10: *Eranique ambo erga eam stimulis agitati.* Vere enim accipi potest quod ita dictum est; semper enim duo populi, Satanæ cujus afflatu aguntur, stimulis incitati, persecutionum procellas ærumnasque adversus Ecclesiam suscitare student; quærentes qua demum ratione eam corrumpant, cum secum ipsi non consentiant. B

Καὶ ἦσαν ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς. Καὶ γὰρ ἔστιν ἀληθῶς καταλαβέσθαι τὸ εἰρημένον, ὅτι πάντοτε οἱ δύο λαοὶ κατανυσσόμενοι ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦντος Σατανᾶ, βούλονται διωγμοὺς καὶ θλίψεις ἐγείρειν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, ζητοῦντες ὅπως διαφθείρωσιν αὐτὴν, ἑαυτοῖς μὴ συμφωνοῦντες.

V. 12: *Et observabant sollicite.* Id vero animadvertamus operæ pretium est: hactenus scilicet observare ac curiosius inquirere quæ in Ecclesia fiant, tum gentiles, tum ex circumcisione Judæos; qui videlicet falsos testes adversum nos velint subornare, quemadmodum ait Apostolus: *Propter autem subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo* [b]. C

Καὶ παρετηροῦντο φιλοτίμως. Σημειωτέον δὲ τοῦτο· ὅτι ἕως νῦν παρατηροῦνται καὶ περιεργάζονται τὰ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πραττόμενα, οἵ τε ἐξ ἐθνῶν καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς Ἰουδαῖοι, βουλόμενοι ψευδεῖς μάρτυρας καταφέρειν καθ' ἡμῶν, ὡς ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Διὰ δὲ τοὺς παρεισαχθέντας ψευδαδέλφους, οἵτινες εἰσῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.*

Peccati genus est, quærere ut feminis attendas animum.

Εἶδος ἁμαρτίας, τὸ ζητεῖν προσέχειν γυναιξίν.

V. 13: *Et egressi recesserunt a se mutuo.* Quod ergo a se mutuo recesserunt hora prandii, hoc significat in terrenis quidem cibis non consentire Judæos cum gentibus; in sensu vero cunctisque rebus ad sæculi usum spectantibus, convenire ac communicare.

Καὶ ἐξελθόντες διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων. Τὸ οὖν, *διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀρίστου*, τοῦτο σημαίνει· ὅτι ἐν μὲν τοῖς βρώμασι τοῖς ἐπιγείοις οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἐθνῶν οὐ συμφωνοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς θεωρίαις καὶ παντὶ κοσμικῷ πράγματι, τούτοις συνερχόμενοι κοινωνοῦσιν.

V. 14: *Et sciscitantes ad invicem causam, confessi sunt suam concupiscentiam.* Ipsi sibi vaticinantur, sciscitantibus cogitationibus reddituros esse Deo rationem [a] pro omnibus quæ peccaverint, quemadmodum Salomon ait: *Sciscitatio* (seu examen) *perdet impios* [b]. Capiuntur enim hi sciscitatione.

Καὶ ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν, ὡμολόγησαν τὴν ἐπιθυμίαν. Αὐτοὶ ἑαυτοῖς προφητεύονται, ὡς μελλήσουσιν ὑπὸ λογισμῶν ἐταζόμενοι λόγον δοῦναι τῷ Θεῷ ὑπὲρ πάσης ἁμαρτίας ἧς ἔπραξαν, ὡς Σολομὼν λέγει· *Ἔτασμὸς δὲ ἀσεβεῖς ἀλεῖ.* Ἁλίσκονται γὰρ οὗτοι ὑπὸ ἐτάσεως.

V. 15: *Dum observarent diem aptum.* Quem porro nisi diem Paschæ, per quem lavacrum in pomario æstuantibus paratur, et Susanna lavans, munda Deo sponsa sistitur? D

Ἐν τῷ παρατηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον. Ποίαν εὔθετον, ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ Πάσχα, ἐν ᾗ τὸ λουτρὸν ἐν παραδείσῳ τοῖς καιομένοις ἑτοιμάζεται, καὶ Σωσάννα ἀπολουομένη, καθαρὰ νύμφη Θεῷ παρίσταται;

Cum duabus solis puellis. Quando enim Ecclesia ex more cupit lavacrum suscipere, duas necessario ancillas comites habet. Etenim Ecclesia per fidem in Christum et per charitatem in Deum confessa recipit lavacrum.

Μετὰ δύο μόνον κορασίων. Ἡνίκα γὰρ ἂν τὸ κατὰ σύνηθες ἐπιθυμῇ λουτρὸν λαβεῖν ἡ Ἐκκλησία, ἐξ ἀνάγκης ταύτῃ δύο παιδίσκας δεῖ παρακολουθεῖν· διὰ γὰρ τῆς πίστεως εἰς Χριστὸν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λαμβάνει τὸ λουτρὸν ὁμολογοῦσα ἡ Ἐκκλησία.

V. 18: *Dixitque puellis: Afferte mihi oleum.* Proinde fides et charitas, oleum et smegmata lavantibus parant. Quænam vero smegmata, nisi Verbi

Καὶ εἶπε τοῖς κορασίοις· Ἐνέγκατε δή μοι ἔλαιον. Ὡς πίστις καὶ ἀγάπη τὸ ἔλαιον καὶ τὰ σμήγματα τοῖς λουομένοις ἑτοιμάζουσι. Τίνα δὲ ἦν τὰ

[a] Gal. II, 4. [b] Rom. II, 15. [a] Prov. I, 32.

Digitized by Google

σημήγματα, ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου Λόγου ἐντολαί; τί δὲ τὸ A mandata? quodnam autem oleum, nisi virtus Spiritus sancti? quibus post lavacrum tanquam unguento fideles perunguntur. Cuncta hæc per beatam Susannam nostri causa figurabantur: ne modo scilicet, qui Deo credimus, ea quæ impræsentiarum in Ecclesia fiunt, tanquam nova ac peregrina existimemus; sed cuncta hæc olim per patriarchas figurata credamus, quemadmodum etiam Apostolus ait: *Hæc contingebant illis in figuris; scripta autem sunt ad nostram exhortationem, in quos fines sæculi devenerunt* [7].

ἔλαιον, ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμις; αἷς μετὰ τὸ λουτρὸν ὡς μύρου χρίονται οἱ πιστεύοντες. Ταῦτα πάντα διετυποῦτο διὰ τῆς μακαρίας Σωσάννης δι' ἡμᾶς· ἵνα νῦν ἡμεῖς, οἱ τῷ Θεῷ πιστεύοντες, μὴ ὡς ξένα τὰ νῦν γενόμενα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ νοήσωμεν, ἀλλ' ἢ πάντα ταῦτα διὰ τῶν πατριαρχῶν προτετυπωμένα πιστεύσωμεν, καθὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησαν.*

Καὶ ἐξῆλθον κατὰ τὰς πλαγίας θύρας. Προμηνύουσι, ὅτι ὁ βουλόμενος τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ ὕδατος μεταλαβεῖν, ἀποτάξασθαι μὲν ὀφείλει τῇ πλατείᾳ θύρᾳ· διὰ δὲ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης εἰσελθεῖν.

Καὶ οὐκ εἶδον τοὺς πρεσβυτέρους. Ὥσπερ γὰρ τότε ἐν τῷ παραδείσῳ συνεκρύβη ὁ διάβολος ἐν τῷ ὄφει, οὕτω καὶ νῦν ἐν τοῖς πρεσβυτέροις ἐγκρυβείς, τὴν ἑαυτοῦ ἐνεκίσσησεν ἐπιθυμίαν, ἵνα πάλιν ἐκ δευτέρου διαφθείρῃ τὴν Εὔαν.

Ἰδοὺ αἱ θύραι τοῦ παραδείσου κέκλεινται. Ὦ παρανόμων ἀρχόντων καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας μεμεστωμένων· ταῦτα ὑμῖν παρέδωκε Μωϋσῆς; οὕτω δὲ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες ἑτέρους διδάσκετε; Ὁ λέγων μὴ φονεύειν, αὐτὸς φονεύεις; Ὁ λέγων μὴ ἐπιθυμεῖν, αὐτὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον διαφθείρειν θέλεις;

Καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ σου ἐσμέν. Τί ἀναπείθετε, ἄνομοι, σώφρονα καὶ ἀκέραιον ψυχὴν λόγοις ψευδέσιν, ἵνα τὴν οἰκείαν ἐπιθυμίαν στήσητε;

Εἰ δὲ μή, καταμαρτυρήσομέν σου. Ταῦτα, ὑμῶν τὰ ἀπ' ἀρχῆς δεινὰ τολμήματα, διὰ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐν ὑμῖν ἐμφωλεύσαντα πλάνον. Ἦν γὰρ ὄντως μετὰ ταύτης νεανίσκος ἀπ' οὐρανῶν ὑμέτερος (1), οὐ συγγινόμενος αὐτῇ, ἀλλὰ συμμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ.

Καὶ ἀνεστέναξεν Σωσάννα. Τούτων οὖν τῶν ῥημάτων ἀκούσασα ἡ μακαρία Σωσάννα, κατενύγη τὴν καρδίαν, καὶ ἔφραξε τὸ στόμα, μὴ βουλομένη ὑπὸ ἀνόμων πρεσβυτέρων μιανθῆναι. Ἔστι δὲ καὶ καταλαβέσθαι ἀληθῶς τὸ συμβὰν ἐπὶ τῇ Σωσάννῃ. Τοῦτο γὰρ νῦν καὶ ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πληρούμενον εὕροις. Ἡνίκα γὰρ οἱ δύο λαοὶ συμφωνήσουσι διαφθεῖραί τινας τῶν ἁγίων, παρατηροῦνται ἡμέραν εὔθετον, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσευχομένων ἐκεῖ πάντων καὶ τὸν Θεὸν ὑμνούντων, ἐπιλαβόμενοί εἵλκουσί τινας καὶ κρατοῦσι, λέγοντες· Δεῦτε, *συγκατάθεσθε ἡμῖν, καὶ τοὺς θεοὺς θρησκεύετε· εἰ δὲ μή, καταμαρτυρήσομεν ὑμῶν.* Τοὺς δὲ μὴ βουλομένους, προσάγουσιν αὐτοὺς πρὸς τὰ βήματα καὶ κατηγοροῦσιν, ὡς ἐναντία τοῦ δόγματος Καίσαρος πράττοντας, καὶ κατακρίνουσι θανάτῳ.

Στενά μοι πάντοθεν. Ἴδετε ῥήματα σωφρονούσης γυναικὸς, καὶ Θεῷ μεμελημένης. *Στενά μοι*, φησὶ, *πάντοθεν*· ἡ γὰρ Ἐκκλησία οὐ μόνον ὑπὸ Ἰουδαίων θλίβεται καὶ στενοχωρεῖται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἐθνῶν, καὶ

Et exierunt per posticum. Nempe præsignantes, qui velit in pomario aqua intingi, debere nuntium remittere portæ latæ [8], et per arctam et coangustatam ingredi.

B *Et non viderunt seniores.* Quemadmodum enim tunc in pomario (paradiso) delituit diabolus in serpente [9]; sic nunc quoque in senioribus latitans, sua illos concupiscentia accendit, ut rursus denuo corrumpat Evam.

Ecce ostia pomarii clausa sunt. O scelerato judices plenosque diabolico afflatu! Num hæc vobis tradidit Moyses? Sicne legentes legem alios docetis? Qui prædicas non faciendum homicidium, homicidium facis? Qui dicis non concupiscendum, ipse uxorem proximi corrumpere cupis?

Et in concupiscentia tui sumus. Utquid, scelesti, castam animam atque simplicem verbis mendacibus a mentis sententia avocatis, ut libidinem vestram statuatis?

C *Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium.* Hæc vestra ab initio projectæ mentis ausa improba, seductoris gratia qui in vobis ab initio latitaret. Erat namque vere cum ea vester e cœlis juvenis, non qui cum illa commisceretur, sed qui testis foret veritati.

Et ingemuit Susanna. His itaque verbis auditis, beata Susanna doloris aculeum animo sensit, osque obturavit, quæ nollet scelestissimorum seniorum injuria constuprari. Licet vero etiam vere intelligere, quod in Susanna contigit. Hoc enim nunc quoque in Ecclesia impleri invenias. Cum enim duo populi consenserint, ut quosdam de Ecclesia perdant, diem aptum observant; ingressique D in domum Dei, cunctis ibi orantibus Deumque laudantibus, apprehensos quosdam trahunt, tenentque dicentes: *Venite, idemque ipsi ac nos sentite, ac diis cultum adhibete. Quod si nolueritis, testimonium adversum vos dicemus.* Eos autem qui noluerint, ad tribunalia adducunt, et accusant velut qui agant contra decretum Cæsaris, ac morte eos damnant.

Angustiæ sunt mihi undique. Videte verba castæ mulieris, ac cujus Deo cura est. *Angustiæ*, inquit, *sunt mihi undique.* Ecclesia enim nedum a Judæis affligitur ac angustias patitur, verum etiam [illegible]

[7] I Cor. x, 11. [8] Matth. VII, 13, 14. [9] Gen. III, 1.

(1) *Νεανίσκος ὑμέτερος.* Id est Daniel, spiritu propheticæ præsens. Comber.

Digitized by Google

bus; necnon ab iis qui Christiani dicuntur, nec tamen sunt. Ejus enim pudicitiam ac felicitatem velut contuentes, corrumpere eam nituntur.

Sive enim hoc egero, mors mihi est. Deo enim inobedientem esse, ac hominibus obedire, æternam mortem ac supplicium parit.

Si autem non egero, non effugiam manus vestras. Hoc quoque vere dixit. Qui enim adducuntur propter nomen Dei, siquidem fecerint quod jubentur ab hominibus, Deo moriuntur, ac in mundo vivunt; si autem non egerint quod illi imperant, non effugiunt judicium manus, a quibus ipsis morte damnantur.

V. 23 : *Melius est mihi sine opere.* Hoc namque præstantius, ab iniquis hominibus mori, ut cum Deo vivant; quam illis consentiendo et ab eis solutos, incidere in manus Dei.

V. 24 : *Et clamavit voce magna.* Ad quem, rogo, clamavit Susanna, nisi ad Deum? quemadmodum ait Isaias : *Tunc clamabis, et Deus exaudiet te; adhuc loquente te dicet : Ecce adsum* [10].

Clamaverunt et duo seniores contra eam. Iniqui enim et improbi non cessant clamare adversum nos, et dicere : *Tolle e terra, qui tales sint; non enim decet eos vivere.*

Evangelico sensu Susanna contempsit eos qui occidunt corpus [11], ut salvaret animam suam a morte. Nam peccatum mors animæ est; præsertim autem mœchia. Quia enim anima Christo copulata, discessione a fide in perennem traditur mortem, pœnam scilicet æternam; ad ejus rei fidem, violato quoque corporalium nuptiarum fœdere perversisque thalamis, lex pœnam mortis indixit.

V. 25 : *Et cucurrit unus, et aperuit ostia.* Nempe latam et spatiosam ostendens viam, quam incedendo, qui illis morem gerunt, pereunt.

V. 30 : *Porro Susanna erat delicata valde.* Non quod meretricios fucos corpori adspersos haberet, uti habebat Jezabel, aut oculos variis pigmentis cerussaque ac minio oblitos; sed fidei et castitatis ac sanctimoniæ decore pollebat.

V. 34 : *Et posuerunt manus super caput ejus.* Ut vel ejus contactu, libidinem suam exsatiarent.

V. 35 : *At illa flebat.* Lacrymis enim et fletu e cœlis Verbum excibat, quod lacrymis suscitaturum erat mortuum Lazarum [12].

V. 41 : *Et credidit eis multitudo.* Operæ pretium igitur est, ut in omni firmi negotio, mendacibus animum non attendamus; nec facile judicum personis ut obsequamur adduci non sinamus, qui nos Deo rationem reddituros esse non nesciamus : sed sectando veritatem, accuratam fidei rationem inquirendo, Deo accepti erimus.

V. 44 : *Et exaudivit Deus vocem ejus.* Quicunque enim invocant eum ex corde puro, hos exaudit

[10] Isa. LI, 9. [11] Matth. X, 28. [12] Joan. XI, 35.

A ὑπὸ τῶν λεγομένων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ Χριστιανῶν· οἱονεὶ τὸ σῶφρον καὶ εὐπαθὲς ταύτης ἐνορῶντες, φθείρειν ταύτην βιάζονται.

Ἐὰν τε γὰρ τοῦτο πράξω, θάνατός μοί ἐστιν. Τὸ γὰρ παρακοῦσαι Θεοῦ, καὶ ὑπακοῦσαι ἀνθρώποις, θάνατον καὶ κόλασιν αἰώνιον ἐργάζεται.

Ἐὰν δὲ μὴ πράξω, οὐκ ἐκφεύξομαι τὰς χεῖρας ὑμῶν. Καὶ τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκεν. Οἱ γὰρ προσαγόμενοι ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἐὰν μὲν πράξωσι τὸ ὑπ' ἀνθρώπων κελευόμενον, ἀποθνήσκουσι τῷ Θεῷ· ζήσουσι δὲ ἐν κόσμῳ· ἐὰν δὲ μὴ πράξωσι τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων κελευόμενον, οὐκ ἐκφεύγουσι τὰς χεῖρας τῶν δικαστῶν, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων κατακρινόμενοι.

Αἱρετόν μοί ἐστι μὴ πράξασαι. Τοῦτο γὰρ διαφορώτερον, ἀποθανεῖν ὑπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων, ἵνα B παρὰ Θεῷ ζήσωσιν· ἢ συνθεμένους αὐτοῖς, καὶ ἀπολυθέντας ὑπ' αὐτῶν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ. Πρὸς τίνα οὖν ἀνεβόησεν ἡ Σωσάννα, ἀλλ' ἢ πρὸς Θεόν; ὡς Ἡσαΐας λέγει· *Τότε βοήσεις, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι.*

Ἀνεβόησαν καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι κατέναντι αὐτῆς. Οἱ γὰρ ἄνομοι οὐ παύονται βοῶντες καθ' ἡμῶν, καὶ λέγοντες· *Αἶρε ἐκ τῆς γῆς τοὺς τοιούτους, οὐ γὰρ καθῆκον αὐτοὺς ζῆν.*

Εὐαγγελικῶς ἡ Σωσάννα κατεφρόνησε τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, ἵνα σώσῃ τὴν ψυχὴν ἑαυτῆς ἐκ θανάτου. Θάνατος δὲ ψυχῆς, ἡ ἁμαρτία, ἐξαιρέτως δὲ ἡ μοιχεία. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ συναφθεῖσα τῷ Χριστῷ C ψυχὴ, ἀποστᾶσα τῆς πίστεως εἰς τὸν διηνεκῆ παραπέμπεται θάνατον, τὴν αἰώνιον κόλασιν· πρὸς πίστιν τούτου, καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν γάμων παραλυομένων καὶ διορυττομένων, θάνατον ὥρισεν ὁ νόμος ἐπίτιμιον.

Καὶ δραμὼν ὁ εἷς, ἤνοιξε τὰς θύρας. Τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν ἐπιδεικνύων, δι' ἧς οἱ τούτοις πειθόμενοι ἀπόλλυνται.

Ἡ δὲ Σωσάννα ἦν τρυφερὰ σφόδρα. Οὐ κάλλος περὶ σῶμα πορνικὸν, ὃν τρόπον περιέκειτο τῇ Ἰεζάβελ, οὐδὲ ὄψις ποικίλοις χρώμασι πεφυκωμένη· ἀλλ' εἶχε κάλλος πίστεως καὶ σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ.

Ἔθηκαν τὰς χεῖρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. Ἵνα κἂν ἐν τῷ ἅψασθαι αὐτῆς, τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας D τὸν κόρον τελέσωσι.

Ἡ δὲ ἦν κλαίουσα. Διὰ γὰρ τῶν δακρύων ἐφείλκετο τὸν ἀπ' οὐρανῶν Λόγον, τὸν μέλλοντα διὰ δακρύων ἐγείρειν τὸν Λάζαρον τεθνηκότα.

Καὶ ἐπίστευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγή. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ἐν παντὶ πράγματι ἐδραίους γενομένους, μὴ τοῖς ψευδέσιν προσέχειν, μηδὲ προσώποις ἀρχόντων εὐκόλως συναρπαζομένους πείθεσθαι, γινώσκοντας, ὅτι λόγον ἔχομεν δοῦναι τῷ Θεῷ· ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ στοιχοῦντες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως ἐπιζητοῦντες, εὐάρεστοι ἐσόμεθα τῷ Θεῷ.

Καὶ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς αὐτῆς. Ὅσοι γὰρ ἐπικαλοῦνται αὐτὸν ἐκ καθαρᾶς καρδίας, τού-

Digitized by Google

:ων ὁ Θεὸς ὑπακούει· ὅσοι δὲ ἐν δόλῳ καὶ ὑποκρί- A Deus; quicunque vero in dolo et hypocrisi,
σει, ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτῶν. ab eis Deus faciem suam avertit.

Πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν. Ἐπειδὴ δὲ φθάσαντες ἐν τῷ προοιμίῳ, διηγησάμεθα, ὅτι οἱ δύο πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἀναφέρονται τῶν δύο λαῶν, τοῦ τε ἐκ περιτομῆς καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν, οἳ καὶ ἀεὶ ἐπίβουλοι γίνονται τῆς Ἐκκλησίας· ἴδωμεν τὰ ῥήματα αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ, καὶ μάθωμεν, ὅτι ἐν μηδενὶ ἡμᾶς διαψεύδεται ἡ Γραφή. Τῷ γὰρ πρώτῳ πρεσβυτέρῳ διαλεγόμενος, ὡς νομοθέτῃ ἐπιτιμᾷ· τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὡς ἐθνικῷ διαλέγεται, *σπέρμα Χαναὰν* ἀποκαλῶν· καίτοι ὄντα ἐν περιτομῇ.

V. 52 : *Inveterate dierum malorum.* Quia jam initio ipsoque exordio exposuimus, duos seniores assumi in typum duorum populorum, ejus scilicet qui ex circumcisione et illius qui ex gentibus, qui semper Ecclesiæ insidias struunt; videamus ipsas Danielis voces, ac intelligamus nulla re nos Scripturam fallere. Nam primum seniorem alloquens, ut legisperitum eum increpat : alteri vero ut gentili loquitur, v. 56, *semen Chanaan* ipsum vocans, tametsi in circumcisione et Judæus erat.

Ἤδη γὰρ ἄγγελος Θεοῦ. Δηλοῖ δὲ, ὅτι ἡνίκα προσηύξατο ἡ Σωσάννα πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἰσηκούσθη, τότε ἐξαπεστάλη ὁ ἄγγελος βοηθήσων αὐτῇ, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ Τωβία καὶ τῆς Σάρρας συνέβη. Προσευξαμένων γὰρ αὐτῶν, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ αὐτῇ ὥρᾳ εἰσηκούσθη ἡ δέησις ἀμφοτέρων, καὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Ῥαφαὴλ ἰάσασθαι τοὺς δύο.

V. 55 : *Jam enim angelus Dei.* Porro ostendit, quo tempore Susanna ad Deum oravit, fuitque exaudita, missum ei fuisse angelum qui eam adjuvaret, haud secus ac se res in Tobia et Sarra habuit [13] ; ambobus enim eadem die eademque hora orantibus, exaudita est amborum oratio, missusque est angelus Raphael qui eos sanaret. B

Καὶ ἀνέστησαν ἐπὶ τοὺς δύο πρεσβυτέρους. Ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· *Ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται.*

V. 61 : *Et consurrexerunt adversus duos seniores,* Ut impleretur quod dictum est : *Qui fodit foveam proximo suo, incidet in eam* [14].

Προσέχειν οὖν ὀφείλομεν πᾶσιν, ἀγαπητοὶ, φοβούμενοι μή τις ἔν τινι παραπτώματι κρατηθεὶς, αὐτὸς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοχος γένηται, γινώσκοντες ὅτι ἐκδικος ὁ Θεὸς περὶ πάντων γίνεται· αὐτὸς ὢν ὁ Λόγος ὀφθαλμός (2)· λανθάνει δὲ τοῦτον τῶν ἐν κόσμῳ πραττομένων οὐδέν. Διὸ ἀεὶ ἐγρήγοροι καρδίας (*ἴσ.* καρδίᾳ ἢ καρδίαις) καὶ σωφρόνως βιοῦντες, τὴν Σωσάνναν μιμησώμεθα.

In omnibus itaque attendere debemus, charissimi, timentes ne quis in aliquo delicto deprehensus suæ ipsius animæ obnoxius fiat, scientes quia vindex est Deus de omnibus; cum Verbum ipsum sit oculus, quem nihil latet eorum quæ in mundo fiunt. Idcirco semper pervigiles animo ac caste viventes, Susannam imitemur.

—

Τοῦ ἁγιώτατου Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης.

Τὴν ἀκρίβειαν τῶν χρόνων, κ. τ. λ.

Sanctissimi Hippolyti Romæ episcopi (5)

Cui constitutum sit ut, etc.

—

FRAGMENTA ALIA.

(Ex Galland.)

I.

Apud Anastasium Sinaitam, quæst. XLVIII, *pag.* 327.

Ἱππολύτου εἰς τὸν Δανιὴλ (4).

Hippolyti in Danielem.

Τῶν γὰρ σιδηρῶν κνημῶν τῶν νῦν ἐπικρατουσῶν ἐπὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν, καὶ τοὺς δακτύλους χωρησάντων, κατὰ τὴν τοῦ φοβεροῦ θηρίου δεῖξιν, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν καιροῖς σεσήμανται, ἥξει ἀπ' οὐρανῶν ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα, καὶ συντρίψας αὐτὴν, καὶ μεταστήσει πάσας τὰς βασιλείας, καὶ δώσει τὴν βασιλείαν ἁγίοις Ὑψίστου. Οὗτος ὁ γενηθεὶς ὄρος μέγα, καὶ πληρώσας τὴν γῆν, περὶ οὗ εἴρηται· *Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν· καὶ* C

Cum enim tibiæ ferreæ quæ nunc dominatum obtinent, ad vestigia pedum et digitos processerint, congruenter terribilis bestiæ ostensioni, sicut est significatum prioribus temporibus, e cœlis veniet lapis, qui, percussa statua et contrita, transferet omnia regna, et dabit regnum sanctis Altissimi. Hic est qui factus est mons magnus, et implevit terram, de quo dictum est : *Contemplabar in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli veniens tanquam Filius hominis, et usque ad Antiquum dierum pervenit; et ei datus est principatus et honor et regnum :*

[13] Tob. III, 24. [14] Prov. XXVI, 27.

(2) Αὐτὸς ὢν ὁ Λόγος ὀφθαλμός. Cotelerius tom. II *Monument.*, pag. 525, legit, αὐτὸς ὢν ὅλος ὀφθαλμός. Fabric.

(3) Fragmentum hoc, quod Hippolyti commentariorum in Danielem initium sive procœmium esse videtur, fragmentis in Danielem supra editis præmittimus. Edit. Patr.

(4) *Εἰς τὸν Δανιήλ.* Meminere Hippolyti ἑρμηνείας in Danielem, Hieronymus cap. LXI *De vir. illustr.*; Photius codd. CCII et CCIII; Œcumenius procœmio in Apocalypsin, edito in bibl. Coisliniana pag. 278; Suidas in Ἱππόλυτος, aliique. Fabric. — Vide infra inter *Homiliarum fragmenta* § IX.

Digitized by Google

et omnes populi, tribus et linguæ servient ipsi: potestas ejus, potestas æterna quæ non transibit, et regnum ejus non interibit [18].

A αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.

II.

In Canticum trium puerorum. Ex Catena Patrum in Psalmos et Cantica sacræ Scripturæ tom. III edit. Corderianæ, pag. 951, ad ℣. 87.

Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino: benedicite apostoli, prophetæ et martyres Domini Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

Hippolyti episcopi Romani.

Admiranda sunt, o dilecti, quæ a tribus pueris in camino dicta sunt: quomodo nihil ex rebus creatis præterierunt, ut nempe nihil quasi liberum B vel sui juris esse putaretur: sed quum omnia comprehendissent ac nominassent, cœlestia, terrestria et subterranea, omnia Deo subjecta esse ostenderunt, ut qui omnia per Verbum creaverit: ne quis ullam creaturam vel increatam vel sine principio esse gloriaretur.

Εὐλογεῖτε, Ἀναρία, Ἀζαρία, Μισαὴλ, τὸν Κύριον· εὐλογεῖτε, ἀπόστολοι, προφῆται καὶ μάρτυρες Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης,

Θαυμάσαι δὲ ἔστιν, ἀγαπητοὶ, τὰ ὑπὸ τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ λεγόμενα· πῶς οὐδὲν παρέλιπον τῶν ἐκτισμένων, ἵνα μὴ ὡς ἐλεύθερον αὐτεξούσιον νομισθῇ· ἀλλὰ πάντα συμπεριλαβόντες καὶ ὀνομάσαντες τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ καταχθόνια, πάντα δοῦλα ἔδειξαν εἶναι τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα διὰ τοῦ Λόγου κτίσαντος, ἵνα μή τις καυχήσηται ὡς ἀγένητόν τι καὶ ἄναρχον εἴη κτισμάτων.

IN MATTHÆUM.

(De Magistris, *Acta Martyrum Ostiens.*, p. 405.)

In Matthæi cap. VI, 11. — *Sententiam suam exponit περὶ τοῦ ἐπιουσίου vel de pane substantiali.*

Ideo quærere jussi sumus quod ad conservationem corporalis substantiæ sufficiat: non pulmentum, sed alimentum, quod deficit corpori restaurans, mortemque ex fame prohibens; non mensas opiparas et in voluptates effusas, neque quæcunque corpus insultare animo efficiunt, sed panem, et hunc non in multorum annorum numerum, sed hodie nobis sufficientem.

C Διὰ τοῦτο ζητεῖν προσετάχθημεν τὸ πρὸς τηρησιν ἐξαρκοῦν τῆς σωματικῆς οὐσίας· οὐ τρυφὴν ἀλλὰ τροφὴν, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦσαν τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ κωλύουσαν θάνατον· οὐ τραπέζας φλεγμαινούσας, καὶ εἰς ἡδονὰς ἐκμαινούσας, οὐδ' ὅσα σκιρτᾷν τὸ σῶμα κατὰ τῆς ψυχῆς παρασκευάζει, ἀλλ' ἄρτον, καὶ τοῦτον οὐκ εἰς πολὺν ἐτῶν ἀριθμὸν, ἀλλὰ τὸν σήμερον ἡμῖν ἀρκοῦντα.

IN LUCAM.

(Mai, *Scriptorum vet. Collectio nova*, tom. IX, Romæ, 1837, p. 645.)

CAP. II.

Vers. 7.—Hippolyti.—Si vis autem, Verbum Dei erat primogenitum, e cœlo ad beatam Mariam descensum, et homo primogenitus in utero formatus, ut primogenitus Dei primogenito homini unitus manifestaretur.

Vers. 22.— Hippolyti.— Cum illum (Jesum) tulerunt in templum ut sisterent eum Domino, purificas solverunt oblationes; si enim purifica munera juxta

[18] Dan. VII, 13, 14.

D ΚΕΦ. Β'.

Ἱππολύτου. Εἰ δὲ βούλει, Λόγος Θεοῦ ἦν πρωτότοκος, ἀπ' οὐρανῶν ἐπὶ τὴν μακαρίαν Μαρίαν κατερχόμενος, καὶ ἄνθρωπος πρωτότοκος ἐν κοιλίᾳ πλασσόμενος, ἵνα ὁ πρωτότοκος Θεοῦ πρωτοτόκῳ ἀνθρώπῳ συναπτόμενος δειχθῇ.

Ἱππολύτου. Ὅτε αὐτὸν ἀνήγαγον εἰς τὸ ἱερὸν, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, τὰς καθαρσίους ἐπιτελοῦντες ἀναφοράς· εἰ γὰρ τὰ καθάρσια δῶρα κατὰ τὸν νόμον

Digitized by Google

ὑπὲρ αὐτοῦ προσεφέρετο, ταύτῃ καὶ ὑπὸ νόμον γέγονεν· οὔτε δὲ ὁ Λόγος ὑπέκειτο τῷ νόμῳ, καθάπερ οἱ συκοφάνται δοξάζουσιν, αὐτὸς ὢν ὁ Νόμος· οὔτε ὁ Θεὸς ἐδεῖτο θυμάτων καθαρσίων, ἁθρόᾳ ῥοπῇ καθαρίζων ἅπαντα καὶ ἁγιάζων· ἀλλ' εἰ καὶ ἐκ τῆς παρθένου τὸ ἀνθρώπινον ὄργανον ἀναλαβὼν ἐφόρησε, καὶ ὑπὸ νόμον ἐγένετο, κατὰ τὰς τῶν πρωτοτόκων ἀξίας καθαρισθείς, οὐκ αὐτὸς δεόμενος τῆς τούτων χορηγίας ὑπέμενε τὰς θεραπείας, ἀλλ' ἵνα τῆς τοῦ νόμου δουλείας ἐξαγοράσῃ τοὺς πεπραμένους τῇ δίκῃ τῆς ἀρᾶς.

A legem pro eo offerebantur, hoc modo sub lege factus est: neque enim Verbum subjectum erat legi, sicut sycophantæ existimant, cum ipse sit Lex: neque Deus indigebat hostiis purificis, qui puncto temporis purificat omnia et sanctificat: sed etsi ex virgine humanum organum suscipiens induit, et sub lege factus sit, secundum primogenitorum consuetudinem purificatus; non ipse tamen indigebat istarum cæremoniarum apparatu; sed eas pertulit, ut a servitute legis redimeret illos qui venditi fuerant jure maledictionis.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἱππολύτου. Διὰ τοῦτο πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες αὐτὸν, ἔπτηξαν· καὶ πύλαι χαλκαῖ, καὶ μοχλοὶ σιδηροῖ συνετρίβησαν· ἰδοὺ γὰρ ὁ Μονογενὴς εἰσῆλθεν ὡς ψυχὴ μετὰ ψυχῶν, Θεὸς Λόγος ἔμψυχος· τὸ γὰρ σῶμα B ἔκειτο ἐν μνημείῳ, οὐχὶ κενωθὲν τῆς θεότητος, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ ᾅδῃ ὢν, τῇ οὐσίᾳ ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτως ἦν ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ· ἀχώρητος γάρ ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς, ὡς ὁ Πατὴρ, καὶ πάντα περιέχει· ἀλλὰ θέλων ἐχωρήθη ἐν σώματι ἐμψύχῳ, ἵνα μετὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς πορευθῇ εἰς τὸν ᾅδην, καὶ μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι.

CAPUT XXIII.

Hippolyti.—Propterea ostiarii inferorum videntes eum intremuerunt: et postes æreæ, et ferrei vectes confracti sunt. Ecce enim Unigenitus intravit quasi anima inter animas, Deus Verbum in anima habitans; nam corpus jacebat in monumento, non vacuum divinitatis, séd sicut in inferno adest, et substantialiter apud Patrem, sic erat in corpore et in inferno, nam illocabilis est Filius sicut Pater omniaque comprehendit; [sed libens habitavit in corpore animam habente, [ut cum propria anima descenderet in inferna et non nuda divinitate.

IN JOANNIS EVANGELIUM ET APOCALYPSIN.

Hieronymus laudat Nostri libellum De Apocalypsi; *in marmoreo laterculo nominatur*, ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. *Ebedjesu inter nostri scripta refert apologiam pro Apocalypsi et Evangelio Joannis. Itaque videtur Hippolytus in eodem libro docuisse, Evangelium et Apocalypsin, quæ Joanni apostolo ascribuntur, vere ab eo conscripta esse. Num in illo disputaverit contra Alogos an contra eos qui Romæ hos libros rejecerunt, constituere non audemus. Cum Hieronymus commentarium in Apocalypsin ab Hippolyto conjectum laudare videatur, id quod Syncellus* (5) *plane affirmat: præterea cum quanti æstimaverit Apocalypsin inde appareat quod in libro* De Antichristo (*cap.* 26 *et* 48) *et ipse confitetur, et singulos locos sæpe affert atque diligenter exponit, revera eum illius libri interpretationem scripsisse non inepte aliquis conjecerit.*

(5) *Chronogr.* p. 358.

FRAGMENTA DUBIA

IN PENTATEUCHUM.

(*Pentateuchus Arabicus ms.* cum commentariis SS. Patrum [Huntling. ms. 84 litteris Syriacis et Bodl. NE c. 35, litteris Syriacis fol.].—Arabice et Latine edidit Fabricius *Opp. Hippolyti* II, 33. — Spurium esse hoc opusculum jam nemo non agnoscit, et ideo satis sit Latinam versionem exhibere. Vide, si lubet, notitiam *de Vita et scriptis S. Hippolyti*, supra, col. 545.)

PRÆFATIO.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Dei unius. Hoc est exemplar legis excellentis.

Verum operæ pretium est, priusquam incipiamus describere exemplar libri legis, ut doceamus te, o frater, de excellentia ejus et dignitate dispositionis ejus. Prima ejus excellentia est, quod tradidit illam Deus per manum Domini beatissimi, principis prophetarum, et primi apostolorum, sive eorum, qui missi sunt ad filios Israelis, nempe Mosis, filii Amran, filii Cahath, e filiis Levi.

Ipse autem omnigena scientia ornatus fuit, et præditus optima indole; illustris dignitate, morum C probitate conspicuus, ratiocinandi facultate egregius, collocutus fuit cum Deo. Elegitque illum tanquam instrumentum pretiosum. Per principem et prophetam suum descendere fecit, (tradidit) illam (legem) Deus optimus maximus, glorificetur nomen ejus, in lingua Syriaca Targum, quam transtulerunt Septuaginta in linguam Hebræam, nempe in linguam populi ejus, et idioma plebis.

Suscepit itaque illam Moses a Domino sæculorum, et primus fuit cui concredita est, quique illius canonibus et regulis morem gessit. Deinde illam docuit filios Israelis, qui et illam amplexi sunt. Et

Digitized by Google

explicuit eis profunda ejus mysteria et obscuritates; exposuitque ea, quæ erant minus facilia, prout Deus ipsi permisit; et celavit eos illa legis arcana, prout prohibuit illum Deus. Neque exstitit inter illos, qui peritior esset in judiciis et decretis ejus et abdita doctrinæ ejus sensa planius impertiretur, donec transferret illum Deus ad se, postquam eum perfectum reddiderat in deserto per totos quadraginta annos.

Atque hæc sunt nomina doctorum (ab Hebr. חבר socius) qui continua successione tradiderunt legem post Mosem prophetam usque ad adventum Messiæ.

Scito itaque, o frater, benefaciat tibi Deus, quod Deus tradidit legem præstantissimam in manus Mosis prophetæ, filii Amran.

Tradiditque illam Moses Josuæ, filio Nun.

Tradiditque illam Josua filius Nun τῷ Anathal.

Tradiditque illam Anathal τῷ Jehud.

Tradiditque illam Jehud τῷ Samgar.

Tradiditque illam Samgar τῷ Baruk.

Tradiditque illam Baruk τῷ Gideon.

Tradiditque illam Gideon τῷ Abimelech.

Tradiditque illam Abimelech τῷ Taleg.

Tradiditque illam Taleg τῷ Babin Gilaaditæ.

Tradiditque illam Babin τῷ Jiphtach.

Tradiditque illam Jiphtach τῷ Ephran.

Tradiditque illam Ephran τῷ Elul ex tribu Zebulon.

Tradiditque illam Elul τῷ Abdan.

Tradiditque illam Abdan τῷ Shimshon forti.

Tradiditque illam Shimshon τῷ Helkanah, filio Jerachmu, filio Jehud. Ille autem fuit pater Samuelis prophetæ. De quo Helkana mentio est initio libri Regum primi.

Tradiditque illam Helkana τῷ Eli sacerdoti.

Tradiditque illam Eli Samueli prophetæ.

Tradiditque illam Samuel Nathani prophetæ.

Tradiditque illam Nathan τῷ Gad prophetæ.

Tradiditque illam Gad propheta Shemaiæ doctori (socio).

Tradiditque illam Shemaia τῷ Iddo doctori.

Tradiditque illam Iddo Achiæ.

Tradiditque illam Achia τῷ Abihu.

Tradiditque illam Abihu Eliæ prophetæ.

Tradiditque illam Elia discipulo suo Elisæo.

Tradiditque illam Elisæus Malachiæ prophetæ.

Tradiditque illam Malachia τῷ Abdiahu.

Tradiditque illam Abdiahu τῷ Jehuda.

Tradiditque illam Jehuda Zachariæ doctori.

In diebus illis venit Bachthansar, rex Babel, et vastavit domum sanctuarii, et in captivitatem duxit filios Israelis in Babel. Et post captivitatem Babel,

Tradidit illam Zecharia doctor Esaiæ prophetæ, filio Amos.

Tradiditque illam Esaia Jeremiæ prophetæ.

Tradiditque illam Jeremia propheta Chizkieli.

A Tradiditque illam Chizkiel propheta Hoseæ prophetæ, filio Bazi.

Tradiditque illam Hosea Joieli prophetæ.

Tradiditque illam Joiel τῷ Amos prophetæ.

Tradiditque illam Amos Obadiæ.

Tradiditque illam Obadia τῷ Jonan prophetæ, filio Mathi, filii τοῦ Armelah, qui fuit frater Eliæ prophetæ.

Tradiditque illam Jonan Michæ Morashitanitæ, qui

Tradidit illam τῷ Nachum Alkousitæ.

Tradiditque illam Nachum τῷ Chabakuk prophetæ.

Tradiditque illam Chabakuk Sophoniæ prophetæ.

Tradiditque illam Sophonia Chaggæo prophetæ.

Tradiditque illam Chaggæus Zechariæ prophetæ

B filio Bershiæ.

Tradiditque illam Zecharia Malachiæ captivus.

Tradiditque illam Malachia Ezræ doctori.

(6) Tradiditque illam Ezra τῷ Shamai antistiti et Jadua τῷ Samean, Samean tradidit illam Antigono.

Tradiditque illam Antigonus Josepho filio Johezeris (et) Josepho filio Gjuchanan.

Tradiditque illam Joseph Jehosuæ filio Barachiæ.

Tradiditque illam Jehosua Nathani Arbelitæ.

Tradiditque illam Nathan Shimeoni, seniori filio Shetach.

Ipse est, qui portavit Messiam in ulnis suis.

Simeon tradidit illam Jehudæ.

Jehuda tradidit illam Zechariæ sacerdoti.

C Tradiditque illam Zecharia sacerdos, pater Joannis Baptistæ, Josepho doctori ex tribu sua.

Tradiditque illam Joseph Hanani et Caiaphæ. Ab istis autem ablatum est sacerdotium, et regnum, et prophetia.

Isti fuerunt doctores usque ad adventum Messiæ; ambo erant sacerdotes filiorum Israelis.

Fuit itaque summa antistitum venerabilium honorabilium fides de hac lege præstantissima quinquaginta sex sacerdotum, exceptis Hanan et Caiapha.

Iique sunt qui illam tradiderunt in ultimis diebus reipublicæ filiorum Israelis, neque amplius exstitere sacerdotes post istos.

Hæc est historia eorum, quæ contigerunt circa le-

D gem præstantissimam.

Dixit Armius, auctor libri Temporum: Anno decimo nono regni Ptolemæi regis, jussit ut congregarentur seniores filiorum Israelis, ut sibi in manus præsentarent librum legis, et ut singuli eorum præsto essent ad explanandos sensus ejus.

Astiterunt itaque seniores, secum habentes legem præstantissimam. Tunc jussit ut unusquisque eorum interpretaretur sibi librum legis.

At ille repugnabat (dissentiebat ab expositione) expositioni, quam transtulerant seniores. Et jussit seniores detrudi in carceres et vincula.

(16) Confer Tsemach David, et Maimon. Præfat. ad Seder Zeraim in Pokockii *Porta Mosis*, p. 36.

Digitized by Google

Et arreptum librum legis conjecit in altam fossam, et immisit super illam ignem et cineres fervidos, per septem dies. Tum postea præcepit, ut conjicerent lutum civitatis in illam fossam, in qua erat liber legis. Et impleta fuit fossa usque ad summum.

Mansit lex sub stercore in illa fossa per septuaginta annos, et non periit, neque corruptum fuit ex ea vel unum folium.

Anno vigesimo primo regni Apianuti regis eduxerunt librum legis e fossa, et ne unum quidem folium ex ea erat corruptum.

Et, post ascensionem Christi in cœlum, venit rex Titus, filius Aspasiani, regis Romæ, in Jerusalem, obsiditque et cepit illam. Et destruxit ædificium domus secundæ, quam ædificaverant filii Israel. Destruxit Titus rex domum sanctuarii; interfecit omnes qui erant in ea ex Judæis, et ædificavit Tsionem (*sic*) in sanguine eorum. Et post illam deportationem (captivitatem) dispersi sunt Judæi in servitutem. Neque amplius congregati sunt in civitatem Jerusalem, neque usquam revertendi spes est.

Postquam igitur vastata fuit Jerusalem, tradidit (tradiderunt) illam (legem) Shemaia et Antalia (Abtalion) reges Baalbach (7) civitatis, quam ædificaverat olim Soliman (Salomo), filius Davidis regis, quæque denuo restaurata fuit in diebus Menasse regis, qui medium secuit Esaiam prophetam cum serra.

Rex Adrianus ex filiis Edom obsedit Baalbach, cepitque illam et occidit omnes qui erant in illa ex Judæis, quotquot erant de prosapia Davidis, in servitutem redegit.

Et dispersi sunt Judæi per universam terram, quemadmodum prædixerat Deus excelsus: *Et dispergam vos inter gentes, et dissipabo vos inter populos.*

Atque hæc sunt, quæ ad nos pervenerunt de historia istius libri præstantissimi.

Explicit præfatio.

In nomine Dei æterni, sempiterni, maximi, misericordis, miseratoris.

Incipimus cum auxilio Dei describere librum legis, et expositionem ejus prout exposuerunt Patres puri (sancti), docti, optimi.

Hæc itaque expositio libri primi. Qui quidem est liber creationis, entium creatorum.

SECTIO PRIMA.

De creatione cœli et terræ. Initio creavit Deus[16], etc. (8).

Expositio in illud, quod dixit Deus.

Et quidem beatus propheta, magnus ille Moses, scripsit librum hunc, appellavitque et titulo insignivit *librum Entis*, id est, Entium creatorum, etc. (9).

SECTIO II-III.

Et dixit Dominus: *Et ego missurus sum aquas diluvii super terram ad perdendum omne corpus, in quo*[17], etc.

Dixit Hippolytus expositor Targhumista: Nomina uxorum filiorum Noah hæc sunt: nomen uxoris Sem Nahalath Mahnuk, et nomen uxoris Cham Zedkat Nabu, et nomen uxoris Japheth Arathka. Hæc autem sunt nomina earum in Syriaco Targhum (*quæ sequuntur sic erant expressa ut puto Syriace in versione aliqua Syriaca*): Uxoris Sem, nomen Nahalath Mahnuk. Uxoris Cham nomen Zedkat Nabu. Uxoris Japheth nomen Arathka.

Indicavit itaque Deus Noacho, certioremque illum fecit de adventu diluvii et de interitu vastatorum (impiorum).

Jussitque Deus altissimus, ut descenderet de monte sancto, ipse et filii ejus et uxores filiorum ejus, et ut fabricaret navem (arcam) trium contignationum (sive tabulatorum).

Contignatio inferior erat pro bestiis (feris) rapacibus, agrestibus, noxiis. Inter illas erant asseres sive trabes ligneæ, quæ eas ab invicem separarent, quominus mutuo coirent (10). Contignatio media erat pro avibus variisque earum generibus.

Contignatio denique superior erat pro Noacho ipso, filiisque ejus, pro conjuge ipsius, et uxoribus natorum ejus.

Fecit etiam Noah ostium navi a latere orientali.

Fabricavit etiam conditoria aquæ et promptuaria ciborum.

Postquam igitur imposuit finem fabricandæ navi, ingressus est Noah cum filiis suis Sem, Cham et Japheth in cavernam thesaurorum.

Et quidem primo aditu feliciter invenerunt cor-

[16] Gen. I, 1. [17] Gen. VI, 17.

(7) Heliopolis Syriæ.

(8) In ms. codice Laudiano (num. A. 182) eadem exstat præfatio Arabicis litteris, cum ea, quam descripsi. Sed nulli sunt commentarii ad versionem. Hunc codicem laudat Pokockius in sua Præfatione ad variantes lectiones Arabici Pentateuchi Saadiani, tomo sexto Bibl. Polyglott. Londin., atque etiam mentionem facit istius successionis pontificum usque ad Annam et Caipham. Ibi quoque laudat nostram Catenam sub nomine duorum Commentariorum in Pentateuchum litteris Syriacis dialecto Arabica, etc., quorum versionis specimen exhibet in num. 5.

(9) Patrum nomina, ex quibus concinnatus est hic Commentarius sive Catena in Pentateuchum, sunt hæc præcipua, quæ hic apponam, prout occurrunt in decursu operis. Primus est Mar Ephrem Syrus, deinde Basilius episcop. Cæsareæ, Mar Jacobus Rohaviensis, Jo. Chrysostomus, Origenes, Mar Jacobus episc. Serugiensis, Epiphanius episcopus insulæ Cypri, Dionysius, Ibn Selib, Cyrillus, uterque episcop. Hierosolym. et Alex., Ibn Batrik, Hippolytus, qui ubique appellatur Expositor sive Interpres Targum, Philoxenes episcop., Evagrius, Athanasius patriarcha Alexandrinus, etc. Hippolytus noster circiter 40 loca commentatus est in hoc opere. Primus locus, ubi occurrit nomen Hippolyti, est in Gen. cap. VI, 17, ut sequitur.

(10) Confer Pirke R. Eliezer cap. 23.

Digitized by Google

pora Patrum, Adami, Sethi, Enoshi, Kainanis, Mahalalielis, Jaredi, Mathusalachi, Lamechi. Octo illa corpora erant in conditorio thesaurorum, videlicet Adami, Sethi, Enoshi, Kainanis, Mahalalielis, Jaredi, Mathusalachi, Lamechi.

Tulit autem Noah corpus Adami. Tuleruntque filii ejus munera. Portabat Sem aurum, Cham myrrham, Japheth thus. Deinde egressi e caverna thesaurorum, transtulerunt munera et corpus Adami in montem sanctum.

Cumque sedissent juxta corpus Adami ex adverso paradisi, cœperunt lamentari et flere jacturam paradisi.

Tum descendentes de monte sancto sublatisque oculis versus paradisum redintegrarunt fletum et ejulatum, æternum vale dixerunt his verbis: Vale (pax tibi), o paradise Dei. Vale, o domicilium religionis et puritatis. Vale, o sedes voluptatis et deliciarum.

Tum amplexi sunt lapides montis sancti et arbores, fleveruntque et dixerunt: Vale, o domicilium bonorum. Vale, o mansio corporum sanctorum.

Deinde triduo completo, descendit Noah, cum filiis suis et uxoribus natorum suorum de monte sancto ad radices montis sancti ad locum navis. Erat enim (arca) sub prominentia (l'abri) montis sancti.

Et ingressus est Noah in navem; deposuitque corpus Adami et munera in medio navis super feretro ligneo, quod recipiendo corpori præparaverat.

Admonuitque Deus Noachum dicens: Fac tibi crepitacula e ligno buxi (vel cupressi). שגשואר autem est lignum dictum Sagh, i. e. platanus Indica.

Fabrica etiam malleolum ejus (tintinnabulum) ex eodem (ligno). Longitudo autem crepitaculi erit trium cubitorum integrorum et latitudo ejus unius cubiti cum dimidio.

Et præcepit ei Deus, ut pulsaret crepitacula per singulos dies tribus vicibus. Videlicet prima vice summo diluculo; secunda vice, in medio diei; et tertia vice ad occasum solis.

Accidit autem, statim atque pulsasset Noah crepitacula, ut protinus accurrerent filii Cainis et filii Vahimi ad ipsum; quos admonuit et perterruit narrando de adventu proximo diluvii, et de interitu jamjam festinante et imminente.

Ea vero fuit misericordia Dei erga illos, ut converterentur et resipiscerent; sed non morem gesserunt filii Cainis Noacho, in eo quod illis prædicabat. Et congregavit Noah ex omnibus volucribus omnis generis paria mares et femellas; atque ita etiam ex omnibus bestiis, tam cicuratis quam silvestribus, paria et paria.

SECTIO IV.

Ad Genes. cap. VII, *v.* 6.

Dixit Hippolytus expositor Syrus Targum: Invenimus in exemplari antiquo Hebræo, Deum præcepisse Noacho, ut ordine disponeret bestias feroces in contignatione sive tabulato inferiore, et divideret mares a femellis, asseribus ligneis interpositis,

Atque ita fecit omnibus bestiis (feris) jumentis; et etiam volucribus in tabulato medio.

Jussit autem (Deus) ita separari mares a feminis decentiæ et honestatis causa, ne scilicet commiscerentur adinvicem.

Dixit porro Deus Mosi: Provide cibaria tibi ipsi et natis tuis. Et sint ex tritico molito, pisto, subacto aqua, exsiccato. Et jussit illico Noach conjugi suæ et uxoribus filiorum suorum, ut strenue incumberent subigendo massam et reconderent in furno. Subegerunt ergo massam, et pinsuerunt ferme quantum ipsis sufficeret, adeo ut non remaneret nisi perparum.

Et admonuit Deus Noachum dicens ei: Quisquis annuntiaverit tibi de adventu diluvii primus, perdes illum ipso momento. Interea vero uxor Chami astabat immissura panem ingentis molis in furnum. Et subito profluxit aqua e furno juxta verbum Domini, et penetravit, dissolvit scaturigo aquæ panem. Exclamavit itaque uxor Cham ad Noachum dicens ei: O domine, venit verbum Dei, *venit illud quod promisit* (*prædixit*) *Deus*. Exsequere igitur id quod præcepit Dominus.

Cumque audivisset Noah verba uxoris Cham, dixit ei: Jam ergo venit diluvium? Dixit ei uxor Cham: Tu dixisti hoc.

Admonuit autem Dominus derepente dicens Noacho, Ne perdas uxorem Chami; nam ab ore tuo cœpit perditio (primus dixisti: Venit diluvium). Ad vocem Noachi venit diluvium, et subito scaturigo dissolvit illum panem.

Et apertæ sunt cataractæ cœli, et aquæ pluviæ ingruerunt super terram. Nempe illa vox, quæ olim dixerat: *Congregentur aquæ in locum unum et appareat terra* [16], eadem vox permisit, ut sponte sua erumperet scaturigo aquarum et fluxus marium et eduxit aquas.

Recogita quid dixerit Deus de mundo: Humilientur omnia excelsa ejus, et humiliata sunt; et eleventur humilia ejus de profundis ipsius.

Et facta fuit terra vacua privata entibus suis quemadmodum erat initio.

Et quidem pluvia descendebat desursum, et terra erumpebat deorsum. Et periit compositio mundi, abruptus fuit ordo ille primitivus. Factusque est mundus, qualis erat ab initio desolatus ab aquis, quæ illum inundaverunt. Neque relictum fuit ex ejus entibus quidquam in integritate sua.

Pessumdata fuit structura prior, et deformis fuit terra fluctu aquarum ingruentium super illam, et magnitudine inundationum ejus, et multitudine imbrium, et eruptione abyssorum ejus, aquis perpetuo erumpentibus. Denique relicta fuit qualis erat antea.

[16] Gen. I, 9.

Digitized by Google

SECTIO V.

Ad Genes. cap. VIII, *v.* 1.

Dixit Hippolytus, expositor Targum, et Dominus meus, Jacobus Rohaviensis : Vigesimo septimo die mensis Jiar, qui est mensis secundus Hebræus, elevata fuit arca ab introitu (a radicibus) montis sancti, jamque illam portabant aquæ, et super illis in gyrum circumacta fuit versus quatuor mundi cardines. Arca igitur a monte sancto tetendit orientem versus, tum reversa est in occidentem, deinde conversa fuit ad meridiem, denique orientem versus tendens appulit ad montem Kardu, die primo mensis decimi (11). Atque is est mensis Kanun secundus.

Et egressus est Noah ab arca vigesimo septimo die mensis Jiar anno secundo; nam arca morata per quinque menses integros natando fluctuavit super aquas, et spatio dierum quinquaginta et unius appulit ad terram. Neque postea adhuc fluctuavit. Sed tantummodo successive obversa fuit versus quatuor cardines terræ, ac denique iterum substitit orientem versus. Dicimus autem id fuisse signum crucis. Arca autem fuit instar Christi, qui exspectabatur. Illa enim arca fuit causa salutis Noachi et filiorum ejus; itemque jumentorum, ferarum, et volatilium. Christus autem, quando passus fuit in cruce, liberavit nos a criminibus et peccatis, et abluit nos in sanguine suo purissimo.

Et quemadmodum reversa fuit arca in orientem, appulitque ad montem Kardu (12); ita etiam Christus perfecto et completo opere, quod sibi proposuerat, reversus est in cœlum in sinum Patris sui, et sedit super solio gloriæ suæ ad dextram Patris.

Quoad montem Kardu, is est in oriente in regione filiorum Rabaa, appellantque illum Orientales montem Godash (*Gordyæum*), vocant autem Arabes et Persæ Ararat (13).

Et est civitas, cui nomen est Kardu, et mons iste ab ea sic appellatur, qui quidem altissimus est et inaccessibilis, ad cujus verticem nemo unquam potuit ascendere propter vim ventorum et aeris procellarum, quæ ibi perpetuo regnant. Quod si quis autem attentaverit conscendere, irruunt in illum dæmones, et de montis jugo in planitiem præcipitem dejiciunt, et moritur. Nemo autem novit, quid sit in superficie montis, nisi quod quædam reliquiæ ligni Arcæ adhuc jacent in superficie verticis montis.

SECTIO X.

Ad Deut. cap. XXXIII, *v.* 1.

Dixit Hippolytus expositor Targum, quod Moses, cum absolvisset hanc prophetiam, benedixit etiam super omnes filios Israel, per singulas tribus seorsim, et precatus est pro illis.

A Deinde admonuit Deus Mosem dicens ei : Ascende in montem Nebo, qui quidem cognitus est nomine montis Hebræorum, qui est in terra Moab contra faciem Jericho.

Et dixit ei : Contemplare terram Chanaan, quam ego daturus sum filiis Israel in hæreditatem. Tu vero nequaquam ingredieris in illam, quapropter intuere illam a longe. Cum ergo contemplaretur illam Moses, vidit illam terram, terram virentem, omni copia et ubertate abundantem, frequentibus consitam arboribus, et obstupuit Moses et flevit.

Et cum descendisset Moses de monte Nebo, vocavit Josuam filium Nun, et dixit ei coram filiis Israel : Confortare et esto robustus. Tu enim introducturus es filios Israel in terram quam promisit B Deus patribus eorum, se illis daturum in hæreditatem. Ne ergo timeas a populis, neque reformides a gentibus; nam Deus erit tecum.

Et scripsit Moses illam Sennam (14) (Hebr. משנה secundariam legem, sive Deuteronomium), tradiditque illam sacerdotibus filiis Levi, præcepitque illis dicens : Usque ad septem annos occultate hanc Sennam, neque manifestetis illam in integro decursu septem annorum. (*Tuncque*) in festo Tabernaculorum legent sacerdotes filii Levi hanc legem coram filiis Israel, ut observent, omnis populus, tam viri, quam feminæ, sermones Dei. Præcipe, ut custodiant verbum Dei, quod est in illa lege. Quisquis autem violaverit unum ex istis præceptis, esto maledictus.

C Postquam itaque complevisset Moses scriptionem legis, tradidit illam Josuæ filio Nun, præcepitque ut traderet eam filiis Levi sacerdotibus. Præcepit quoque illis Moses et jussit, ut reponerent librum legis intra arcam fœderis Domini, ut ibi maneret in testimonium in æternum.

Cumque finem præcipiendi fecisset Moses, jussit ei Deus ut ascenderet in montem Nebo, qui est ex adverso Jericho. Ostendit illi Dominus universam terram promissionis a quatuor cardinibus ejus, a deserto usque ad mare, et a mari usque ad mare. Dixitque illi Deus : Tu quidem illam vidisti oculis tuis, at vero nequaquam ingredieris in illam. Mortuus est itaque illic Moses, servus Dei, jussu Dei. Et sepelierunt eum angeli in monte Nebo, qui est D ex adverso Beth Phegor.

Et nemo novit sepulcrum ejus usque ad hunc diem. Occultavit enim Deus sepulcrum ejus.

Vixit autem Moses centum et viginti annos; neque caligaverat visus ejus, neque corrugata erat pellis vultus ejus.

Mortuus fuit Moses die quodam hora tertia diei, septimo die mensis secundi, qui est mensis Jiar.

Et lamentati sunt super eo filii Israelis in campestribus Moab per tres dies.

(11) Ita Targum Onkelos Gen. VIII, 4. Targum Jonathan קרין.

(12) Ita Targum Onkelos Gen. VIII, 4.

(13) V. Fuller. *Misc. Sacr.*, lib. I, c. 4, et Bochart. *Phaleg.* p. 22.

(14) Hoc nomine Mohammedani suas Traditiones appellant præter Alkoranum.

Digitized by Google

Impletusque fuit Josua filius Nun spiritu sapientiæ; nam Moses imposuerat manum suam super illo. Et obedierunt ei omnes filii Israelis. Admonuitque Deus Josuam filium Nun die quodam, nempe die septimo mensis Nisan.

(15) Tempus, quo exaratus est codex Huntlingdonianus, num. 84, ex quo hæc potissimum descripsimus, sic notatur : *Fuit autem finis scriptionis hujus legis, et expositionis ejusdem ultimo (die) Tishrin primi, die Parasceves (Veneris) hora nona. Eratque annus millesimus octingentesimus octogesimus nonus. Per manum contemptibilem servi Dei Kas Marpha Nam.*

In fine paginæ Arabicis litteris hæc habentur : *Operam dabamus huic libro benedicto optimo (scribendo), nomine (jussu) Schamas Ibn Kas Ibrahim e civitate celeberrima Kathor. Amen.*

A Vixit autem Josua filius Nun, centum et decem annos, et mortuus est die quarto, qui fuit dies primus mensis Elul. Et sepelierunt eum in civitate Thamnatserach in monte Ephraim.

Laus Deo pro perfectione (operis) (15).

Continet folia 240.

Alter codex inter Bodleianos num. NE. c. 3. 3. sic habet: *Fuit finis exemplaris hujus libri benedicti præstantissimi, anno millesimo octingentesimo nonagesimo primo Græco, ex annis (sive æra) Ascandri Græci filii Philippi. Idque per manum hominis contemptibilis, peccatoris..... qui dignus non est, cujus nomen inscribatur libro spirituali, qualis est hic.*

Et in margine idem annus notatur numericis litteris. *Scribebat anno 1891 Græcorum in Beræa civitate.*

Continet folia 254.

IN PSALMOS.

(Simon de Magistris, *Acta martyrum Ostiensium*, Append., p. 439, ex ms. Casanatensi O. I. 10 cum Vaticano collato.)

HIPPOLYTI EPISCOPI ROMÆ ARGUMENTUM ENARRATIONIS IN PSALMOS.

Κεφαλὴ τῆς εἰκόνος χρυσῆ, ἡ λέαινα, Βαβυλώνιοι ἦσαν· ὦμοι καὶ βραχίονες ἀργυροῖ, ἡ ἄρκτος, Πέρσαι καὶ Μῆδοι· κοιλία καὶ μηρὸς χαλκοῦς, ἡ πάρδαλις, οἱ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου κρατήσαντες Ἕλληνες· κνῆμαι σιδηραῖ, θηρίον ἔκθαμβον καὶ φοβερὸν, Ῥωμαῖοι οἱ νῦν κρατοῦντες· ἴχνη ποδῶν, ὄστρακον καὶ σίδηρος, καὶ τὰ δέκα κέρατα, τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· κέρας ἕτερον μικρὸν ἀναφυόμενον, ὁ ἐν αὐτοῖς Ἀντίχριστος· λίθος πατάσσων τὴν γῆν, καὶ ἐπάγων τῷ κόσμῳ τὴν κρίσιν, Χριστός.

Ταῦτά σοι, ἀγαπητὲ, μετὰ φόβου μεταδίδομεν, εὐκόλως διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν Χριστοῦ ἀγάπην. Εἰ γὰρ οἱ πρὸ ἡμῶν μακάριοι προφῆται γεγενημένοι, εἰδότες αὐτὰ οὐκ ἠθέλησαν μετὰ παῤῥησίας κηρύξαι, ἵνα μὴ τάραχον ποιήσωσι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, ἀλλὰ μυστικῶς διηγήσαντο διὰ παραβολῶν καὶ αἰνιγμάτων λέγοντες· « Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν· » πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς κινδυνεύσομεν τολμῶντες τὰ ὑπ' ἐκείνων ἀποκρύφως εἰρημένα εἰς φανερὸν λέγειν; Ἴδωμεν τοίνυν τὰ συμβησόμενα ἐπ' ἐσχάτων ἐπὶ τὴν πόρνην τὴν ἀκάθαρτον ταύτην· ὁποία δὲ καὶ ποταπὴ ἡ κατὰ χόλον Θεοῦ ἐπελεύσεται αὐτῇ πρὸ τῆς κρίσεως μερικὴ βάσανος.

Δεῦρο (61) οὖν, ὦ μακάριε Ἡσαΐα, ἐξεγέρθητι, εἰπὲ σαφῶς τί προεφήτευσας (62) περὶ τῆς μεγάλης Βαβυλῶνος. Εἶπας γὰρ καὶ περὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ τετέλεσται. Σὺ γὰρ εἶπας μετὰ παῤῥησίας· « Ἔστι ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· τὴν χώραν ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν ἐνώπιον ὑμῶν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ πολλῶν (63) ἀλλοτρίων. Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηράτῳ (64), ὡς πόλις πολιορκουμένη. » Τί οὖν; Οὐ γεγένηται ἤδη ταῦτα; Οὐ πεπλήρωται τὰ

digiti simulacri et statuæ seu imaginis, in democratias cesserint; decem vero capita quartæ bestiæ in decem regna divisa sint: videamus clarius quæ argumento proposita sunt, eaque quasi ob oculos posita sic coram consideremus.

XXVIII. Aureum caput simulacri, leæna, Babylonii erant; humeri et brachia argentea, ursus, Persæ et Medi; venter femurque æneum, pardus, qui ab Alexandro Græci rerum potiti sunt; crura ferrea, stupenda bellua ac terribilis, Romani, qui nunc rerum potiuntur; vestigia pedum, testa ferrumque, ac decem cornua, quæ futura sunt regna et imperia; cornu aliud parvum succrescens, qui inter illa numeratur, Antichristus; lapis percutiens conterensque simulacrum, qui terram adimplevit, et judicium mundo infert, Christus.

XXIX. Hæc tibi, charissime, non sine timore communico, propensa tamen voluntate, ob excellentem charitatem Christi. Nam si decessores nostri beati prophetæ qui hæc explorata haberent, noluerunt palam prædicare, ne hominum animos turbarent, sed arcana ratione parabolarum tecta involucris, et perplexis obscurisque sermonibus enarrarunt dicentes: « Præsto sit animus sapientia prædituss[38]; » quanto nobis potius non vacabit periculo, qui ab illis occulte dicta atque obtecta, in apertum dicamus? Videamus igitur quæ in extremis eventura sunt super immunda hac meretrice: qualisque ac quantus cruciatus, Dei indignatione ante diem judicii prærogata in antecessum pœnarum parte, illi superventurus.

XXX. Ades igitur, o beate Isaia; exsurge, dic palam quæ vaticinatus es de civitate magna Babylone. Nam etiam de Hierusalem locutus es, sicque factum est. Tu enim aperte dixisti: « Terra vestra deserta; civitates vestræ igne succensæ. Regionem vestram alieni devorant in conspectu vestro, et desolata est, subversa a populis alienis. Derelinquetur filia Sion quasi tabernaculum in vinea, et sicut pomorum custodia in cucumerario, sicut civitas expugnata [39]. » Quid igitur? Num hæc jam non exstiterunt? Nonne impleta sunt,

[38] Apoc. xvii, 9. [39] Isa. i, 7, 8.

obnoxium corpus quod sustentant, reddant, merito assumpsit Hippolytus in democratiæ popularis regiminis typum, quod raro tranquillum est, populis per licentiam aliis in alios plerumque tumultuantibus, malisque in eos, qui sunt meliores, illosque opprimentibus. Quod sequebatur monstro simile, fugeratque Gudii diligentiam, καὶ τῶν δέκα κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, haud pœnitendo puto conatu emendavi atque mutavi, τοῦ τετάρτου θηρίου. Hujus enim sunt decem cornua, et in illis designata decem regna, ac reliqua a regno Romanorum seu imperio: quasi certo numero pro incerto: in quibus, num cornu illud novum et parvum origine, tanta immanitate provectum, aliaque evellens capita inque illis succrescens, Mahometes, tot jam regnis potitus primum in suis Arabibus et Saracenis, postmodum in Turcis et Osmanidarum gente; ac num vere Antichristus, sive illius operans mysterium, in certo uno (haud forte ita remoto) complendum? Quanta nimirum per eum discessio? quantis provinciis ac regnis exstinctum juge sacrificium ac Christianum nomen, dum nostris ipsi dissidiis ad reliqua sternimus viam, ejusque acinacem quasi sponte in cervices nostras accersimus. Altaris cornua decem, inauditum, sed magis quatuor: et licet essent et illa decem, nihil tamen ad Hippolyti, explicatione Danielis, intentum. Combef.

(61) *Δεῦρο*, κ. τ. λ. Hæc et sequentia illustrantur a magno Bossuetio Meldensi episcopo in præfat. ad Apocalypsin, § 33.

(62) *Τί προεφήτευσας*. Combef., ἃ προεφήτευσας.

(63) *Κατεστραμμένη ὑπὸ πολλῶν*. Combef., μετεστραμμένη ὑπὸ λαῶν.

(64) *Ἐν σικυηράτῳ*. Ebroic. ms., ἐν σικυηλάτῳ. Gud.

Digitized by Google

quæ a te dicta sunt? Nonne eorum terra Judæa desolata est? Nonne succensum sanctuarium? Nonne eorum eversi muri? Nonne civitates destructæ? Nonne regionem alieni devorant? Nonne ejus ditionis Romani potiuntur? Nam quo odio in te exarserant, serra disciderunt, ac Christum in crucem egerunt. In mundo mortuus es, sed vivis in Christo.

A ὑπὸ σοῦ εἰρημένα; Οὐκ ἠρήμωται αὐτῶν ἡ Ἰουδαία γῆ; Οὐκ ἐμπέπρησται τὸ ἁγίασμα; Οὐ κατέστραπται αὐτῶν τὰ τείχη; Οὐκ ἀνῃρέθησαν αἱ πόλεις; Οὐ τὴν χώραν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν; Οὐ τὴν γῆν Ῥωμαῖοι κρατοῦσι; Καὶ γὰρ μισήσαντές σε οἱ ἄνομοι ἔπρισαν (65), καὶ Χριστὸν ἐσταύρωσαν. Ἀπέθανες ἐν κόσμῳ, ἀλλ' οὖν ἐν Χριστῷ ζῇς (66).

XXXI. Quem vestrum magis diligam, tene, an Jeremiam? Sed et Jeremias lapidatur. Magis vero Jeremias, sed et Daniel testatur. Daniel, præ omnibus in tuas laudes effundor. Quin Joannes quoque nihil falsi loquitur. Quantis vos labiis linguisque glorificabo, quinimo quod in vobis Verbum loquitur? Mortui estis cum Christo, sed vivetis cum Christo. Audite et lætamini. Ecce enim quæ locuti estis, per tempus impleta sunt. Vidistis enim ea primum, sicque deinde cunctis ætatibus prædicastis. Cunctis ætatibus ministrastis Dei oracula. Vocati estis prophetæ, ut salutem omnibus possetis præstare. Tunc enim vere propheta est, cum, prænuntiatis quæ futura sunt, ea postea evenisse ostenderit. Boni magistri discipuli fuistis. Hæc vobis merito quasi viventibus acclamo. Habetis enim vobis jam in cœlis repositam vitæ ac incorruptionis coronam [60].

Τίνα οὖν ὑμῶν πλεῖον ἀγαπήσω ἢ σέ (67); ἀλλὰ καὶ Ἱερεμίας λιθάζεται. Εἰ Ἱερεμίας (68) δὲ μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ Δανιὴλ μαρτυρεῖ. Δανιὴλ, ὑπὲρ πάντας ἐπαινῶ σε, ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης οὐ ψεύδεται. Πόσοις ὑμᾶς στόμασι καὶ γλώσσαις δοξάσω, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν ὑμῖν λαλήσαντα Λόγον; Ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ· ζήσεσθε δὲ σὺν Χριστῷ· ἀκούσατε καὶ B χαίρετε (69)· ἰδοὺ τὰ ἀφ' ὑμῶν λελαλημένα, κατὰ καιρὸν πεπλήρωται. Εἴδετε γὰρ αὐτὰ πρῶτον, εἶθ' οὕτως ἐκηρύξατε πάσαις γενεαῖς. Τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια διηκονήσατε πάσαις γενεαῖς. Προφῆται ἐκλήθητε, ἵνα πάντας σῶσαι δυνηθῆτε. Τότε γὰρ ὄντως ὁ προφήτης, ὅταν τὰ μέλλοντα γενέσθαι προκηρύξας, ὕστερον συμβάντα αὐτὰ ἀποδείξῃ. Καλοῦ διδασκάλου ἐγένεσθε μαθηταί. Ταῦτα ὑμῖν ἀξίως ὡς ζῶσιν ἐπιφωνῶ. Ἔχετε γὰρ ἤδη τὸν τῆς ζωῆς καὶ ἀφθαρσίας ἀποκείμενον ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς στέφανον.

XXXII. Dic, quæso, beate Daniel. Certam mihi facito fidem, obsecro. Vaticinaris de leæna Babylone [61]: ibi enim captivus versabaris. Narrasti quæ erant futura de urso: adhuc enim vitæ superstes C eras, eaque facta vidisti. Deinde pardum mihi loqueris; undenam vero ut hæc sciveris? jam enim defunctus eras. Quis hæc loqui docuit, nisi qui ex utero matris te formavit [62]? Deus, ais. Dixisti enim [63], nec falsum locutus es: surrexit pardus: venit hœdus caprarum; percussit arietem; contrivit cornua ejus; conculcavit eum pedibus; illius potitus est. Exaltatus est in ruina ejus; surrexerunt sub illo quatuor cornua. Lætare, beate Daniel; non es deceptus; cuncta hæc evenere.

Λέγε μοι ὦ μακάριε Δανιήλ. Πληροφόρησόν μοι, παρακαλῶ. Προφητεύεις περὶ τῆς λεαίνης ἐν Βαβυλῶνι· αἰχμάλωτος γὰρ ἦς ἐκεῖ. Διήγησαι τὰ μέλλοντα περὶ τῆς ἄρκτου· ἔτι γὰρ ἐν κόσμῳ ἦς καὶ εἶδες αὐτὰ γεγενημένα. Ἔπειτα λέγεις μοι πάρδαλιν· καὶ πόθεν σοι ταῦτα εἰδέναι; ἤδη γὰρ κεκοίμησαι. Τίς σε ταῦτα ἐδίδαξε λαλεῖν, ἀλλ' ἢ ὁ πλάσας (70) σε ἐκ κοιλίας (71) μητρός; Θεός, λέγεις. Εἶπας γὰρ καὶ οὐκ ἐψεύσω· ἀνέστη ἡ πάρδαλις· ἦλθεν ὁ τράγος τῶν αἰγῶν· ἔτυψε τὸν κριόν· συνέτριψεν αὐτοῦ τὰ κέρατα· κατεπάτησεν αὐτὸν τοῖς ποσίν. Ὑψώθη ἐν τῷ πεσεῖν αὐτόν· ἀνέστησαν τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ. Εὐφραίνου, μακάριε Δανιήλ· οὐκ ἐπλανήθης· γεγένηται ταῦτα πάντα.

XXXIII. Post hæc mihi rursus enarrasti quartam bestiam, tremendam illam atque stupendam: « Dentes ejus ferrei, et ungues ejus ænei, comedens et D comminuens, ac residua pedibus suis conculcabat. » Jam nunc ferrum dominatur; jam edomat

Μετὰ τοῦτο πάλιν μοι διήγησαι θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον· « Οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ, ἐσθίον καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει. » Ἤδη κρατεῖ νῦν ὁ σίδηρος· ἤδη δαμάζει καὶ λεπτύνει

[60] II Tim. IV, 8. [61] Dan. VII, 4. [62] Jerem. I, 5. [63] Dan. VII, 6; VIII, 2-8.

(65) *Οἱ ἄνομοι ἔπρισαν.* Isaiam serra lignea dissectum jussu Manassis regis, quamplurimi veterum tradunt, ut notavi in *Codice pseudepigrapho Vet. Test.*, pag. 1088. De Jeremia lapidato ab Ægyptiis, cujus mentio paulo post, ibid. pag. 1111. FABRIC.

(66) *Ἀλλ' οὖν ἐν Χριστῷ ζῇς.* Leg., ἀλλὰ νῦν σὺν Χριστῷ ζῇς, ut infra cap. seq. ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ· ζήσεσθε δὲ σὺν Χριστῷ. Quod toties apud Paulum. TAN. FAB.

(67) *Ἀγαπήσω ἢ σέ;* Combef., ἀγαπήσω ἢ σὲ, ἢ Ἱερεμίαν; et mox omittit εἰ. FABRIC.

(68) *Ἱερεμίας.* Leg. Ἱερεμίαν. GUD.

(69) *Χαίρετε.* Ita Combefisius. Gudius edidit χάρητε, legerim χαρεῖτε. FABRIC.

(70) *Πλάσας.* Leg. ἁγιάσας, vel καλέσας. GUD.

(71) *Ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας.* Dicta hæc in Jeremiam, unde nonnullis visum, ex utero sanctificatum esse, et mundatum a peccato originis: quod illius singulare privilegium foret. Quod vero Hippolytus ad Danielem trahit, illique accommodat, non tam μνημονικὸν aliquid peccasse putandus est, quam veram et communem opinionem insinuasse: commune scilicet esse prophetis, ut et ministris evangelicis, sic ex utero a Deo formari et sanctificari, seu segregari in ministerium, ut Paulus loquitur, per gratiæ præparationem, non per ipsam ejus infusionem: in divina prædestinatione, non ipsa in tempore justificatione. COMBEF.

Digitized by Google

πάντα· ἤδη ὑποτάσσει πάντας τοὺς μὴ θέλοντας· ἤδη βλέπομεν αὐτὰ ἡμεῖς· ἤδη δοξάζομεν τὸν Θεὸν ὑπὸ σοῦ διδασκόμενοι.

Ἀλλ' ἐπειδὴ προὔκειτο ἡμῖν περὶ τῆς πόρνης εἰπεῖν, πάρελθε, ὦ μακάριε Ἡσαΐα. Ἴδωμεν τί λέγεις περὶ Βαβυλῶνος. « Κατάβηθι, κάθισον ἐπὶ γῆς, θυγάτηρ παρθένος Βαβυλῶνος· κάθισον, θυγάτηρ Χαλδαίων· οὐκέτι προστεθῇ σοι κληθῆναι ἁπαλὴ καὶ τρυφερά. Λάβε μύλωνα, ἄλεσον ἄλευρον, ἀποκάλυψαι τὸ κάλυμμά σου, ἀναξύρισον (72) τὰς πολιάς, ἀνακάλυψαι τὰς κνήμας, διάβηθι ποταμούς· ἀνακαλυφθήσεται ἡ αἰσχημοσύνη σου, φανήσονται αἱ ὀνειδισμοί σου· τὸ δίκαιον ἐκ σοῦ λήψομαι (73), οὐκέτι οὐ μὴ παραδῶ σε ἀνθρώποις. Ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος Σαβαὼθ, ὄνομα αὐτῷ Ἅγιος Ἰσραήλ· κάθισον κατανενυγμένη, εἴσελθε εἰς τὸ σκότος, θυγάτηρ Χαλδαίων, οὐκέτι οὐ μὴ κληθήσῃ ἰσχὺς βασιλείας.

« Παρωξύνθην ἐπὶ τὸν λαόν μου· ἐμίανα (74) τὴν κληρονομίαν μου. Ἐγὼ ἔδωκα εἰς τὴν χεῖρά σου· σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεον· σὺ δὲ ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἐβάρυνας τὸν ζυγόν, καὶ εἶπας, Εἰς τὸν αἰῶνα ἔσομαι ἄρχουσα. Οὐκ ἐνόησας ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲ ἐμνήσθης τὰ ἔσχατά σου. Νῦν δὲ ἄκουε ταῦτα, ἡ τρυφερὰ, ἡ καθημένη, ἡ πεποιθυῖα, ἡ λέγουσα ἐν τῇ καρδίᾳ· Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέρα· οὐ καθιῶ χήρα, οὐδὲ γνώσομαι ὀρφανή (75). Νυνὶ δὲ ἥξει ἐπὶ σὲ τὰ δύο ταῦτα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, χηρεία καὶ ἀτεκνία. Ἥξει ἐξαίφνης ἐπὶ σὲ ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου, ἐν τῇ ἰσχύϊ τῶν ἐπαοιδῶν σου σφόδρα, τῇ ἐλπίδι τῆς πορνείας σου. Σὺ γὰρ εἶπας, Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέρα. Καὶ ἔσται ἡ πορνεία σου σοὶ αἰσχύνη, ὅτι εἶπας ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Ἐγώ εἰμι. Καὶ ἥξει ἐπὶ σὲ ἀπώλεια, καὶ οὐ μὴ γνῷς. [Βόθυνος, καὶ ἐμπεσῇ εἰς αὐτόν. Καὶ ἥξει ἐπὶ σὲ ταλαιπωρία, καὶ οὐ μὴ δυνήσῃ καθαρὰ γενέσθαι. Καὶ ἥξει ἐπὶ σὲ ἐξαπίνης ἀπώλεια, καὶ οὐ μὴ γνώσῃ.] Στῆθι νῦν ἐν ταῖς ἐπαοιδαῖς σου, καὶ ἐν τῇ πολλῇ φαρμακείᾳ σου, ἃ ἐμάνθανες ἐκ νεότητός σου, εἰ δυνήσῃ ὠφεληθῆναι. Κεκοπίακας ἐν ταῖς βουλαῖς σου· στήτωσαν καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ· οἱ ὁρῶντες τοὺς ἀστέρας ἀναγγειλάτωσάν σοι, τί μέλλει ἐπὶ σὲ ἔρχεσθαι. Ἰδοὺ πάντες ὡς φρύγανα πυρὸς, οὕτω καυθήσονται, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωνται τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκ φλογός. Ὅτι ἔχεις ἄνθρακας πυρὸς, κάθισαι ἐπ' αὐτούς. Οὕτως ἔσται σου (76) εἰς βοήθειαν. Ἐκοπίασας ἐν τῇ μεταβολῇ

et comminuit omnia; jam invitos omnes sub jugum mittit. Hæc nos jam videmus; jam a te docti Deum glorificamus.

XXXIV. Quoniam vero propositum nobis fuerat ut de meretrice loqueremur, adesto, beate Isaia. Videamus quid dicas de Babylone. « Descende, sede in terra, filia virgo Babylonis; sede, filia Chaldæorum; non amplius adjicietur tibi ut voceris mollis et delicata. Tolle molam: mole farinam, revela operimentum tuum, rade canos, discooperi tibias, transi flumina; revelabitur turpitudo tua; apparebunt opprobria tua; ultionem ex te sumam; nequaquam ultra te hominibus tradam. Qui eruit te Dominus Sabaoth, nomen ei Sanctus Israel. Sede compuncta; ingredere in tenebras, filia Chaldæorum; nequaquam ultra vocaberis fortitudo regni.

XXXV. « Iratus sum super populum meum; contaminavi hæreditatem meam. Ego dedi eos in manu tua; tu vero non dedisti eis misericordiam; tu vero super seniores aggravasti jugum, et dixisti: In æternum ero domina. Non cogitasti hæc in corde tuo, nec novissimorum recordata es. Nunc autem audi hæc, delicata, quæ sedes, quæ confidis, quæ dicis in corde tuo: Ego sum, et non est altera; et non sedebo vidua, neque sciam orbitatem. Nunc autem venient super te hæc duo in una die, quod vidua sis ac orba liberis. Venient repente in veneficio tuo, in fortitudine incantationum tuarum valde, spe fornicationis tuæ. Tu enim dixisti: Ego sum, et non est altera. Et erit fornicatio tua tibi confusio, quod dixisti in corde tuo: Ego sum. Et veniet super te perditio, et nescies; et fovea, et incides in eam. Et veniet super te miseria, et non poteris munda fieri. Et veniet super te repente interitus, et non intelliges. Sta nunc in incantationibus tuis, et in multis veneficiis tuis, quæ discebas a juventute tua, si poteris adjuvari. Laborasti in consiliis tuis: stent et salvam te faciant astrologi cœli: qui contemplantur stellas, annuntient tibi quid futurum sit super te. Ecce omnes tanquam stipula ignis, sic comburentur, et non eruent animam suam de flamma. Quandoquidem habes carbones ignis, sede super eos: sic inde juvaberis. Laborasti in mutatione tua a juventute. Homo in semetipso erravit: tibi autem non erit salus [a]. »

[a] Isa. XLVII, 1-15.

(72) *Ἀναξύρισον*. Quasi « novacula rade; » quod expressius est, majusque servitutis ac luctus indicium. Reliqui tamen ἀνακάλυψαι, « denuda, detege comam tuam; » nec aliter Hebræa; ut sit istud Hippolyti scribæ mendum. *Προστεθῇ σοι*. Forte et ipsum expressius, quam προστεθήσῃ aliorum. COMBEF.

(73) *Τὸ δίκαιον ἐκ σοῦ λήψομαι*. Plana phrasis, quam sic expressere omnes interpretes. Vulg. « Capiam ultionem. » Targ. « Ultionem perfectam capiam ex te. » Syriac. « Supplicium de te sumam, » etc. Sic belle Nobilius: « Quod justum est de te auferam. » Significat propheta, ipsummet Deum ultorem fore, nec aliis tradendo ulturum: quod gravius ad terrorem. Sic Paulus Hebr. X, 21: « Horrendum est incidere in manus Dei viventis. » IDEM.

(74) *Ἐμίανα*. Sic palam Hebræa ac reliqui Interpretes; nec nisi errore scriptum ἐμίανας, quod Græca Vulg. habent. Passim occurrit in Scriptura in persona Dei sic ulciscentis, et permittentis sancta contaminari. IDEM.

(75) *Ὀρφανή*. Combef., ὀρφανίαν. Sic et apud LXX.

(76) *Ἔσται σου*. Id., ἔσται σοι.

Digitized by Google

Hæc quidem tibi Isaias vaticinatur : videamus num et Joannes similia locutus sit.

σου ἐκ νεότητος. Ἄνθρωπος καθ' ἑαυτὸν ἐπλάγχθη (77)· σοὶ δὲ οὐκ ἔστι σωτηρία. » Ταῦτα μὲν προφητεύει σοι Ἡσαΐας· ἴδωμεν δὲ εἰ τὰ ὅμοια αὐτῶν ἐφθέγξατο ὁ Ἰωάννης.

XXXVI. Hic enim cum in Patmo insula versaretur, videt apocalypsim qua detecta horrenda mysteria, eaque narrans, etiam alios affatim docet. Dic, quæso, beate Joannes apostole et Domini discipule, quidnam audisti et vidisti de Babylone? Expergiscere et loquere : nam et hæc te in exsilium relegavit. « Et venit unus de septem angelis qui habebant septem phialas, et locutus est mihi, dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, et inebriati sunt qui inhabitant terram, de vino prostitutionis ejus. Et abstulit me in spiritu in desertum : et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem et cornua decem. Et mulier erat amicta purpura et coccino, et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus, et immunditias fornicationis terræ. In fronte ejus nomen scriptum : Mysterium ; Babylon magna, mater scortationum et abominationum terræ.

Οὗτος γὰρ ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ὢν, ὁρᾷ ἀποκάλυψιν μυστηρίων φρικτῶν, ἅτινα διηγούμενος ἀφθόνως καὶ ἑτέρους διδάσκει. Λέγε μοι, μακάριε Ἰωάννη, ἀπόστολε καὶ μαθητὰ τοῦ Κυρίου, τί εἶδες καὶ ἤκουσας περὶ Βαβυλῶνος ; Γρηγόρησον καὶ εἰπέ· καὶ γὰρ αὐτή σε ἐξώρισε. « Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησέ μοι λέγων· Δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν, μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς. Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα. Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη πορφυροῦν καὶ κόκκινον, κεχρυσωμένη χρυσῷ, καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα ποτήριον χρυσοῦν ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς γέμον βδελυγμάτων, καὶ τὰ ἀκάθαρτα (78) τῆς πορνείας τῆς γῆς Ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον· Μυστήριον· Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.

XXXVII. « Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum videns illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus : Cur miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris et bestiæ quæ illam portat, quæ habet capita septem et cornua decem. Bestia quam vidisti, erat, et non est : futurumque est ut ascendat de abysso, et in interitum eat. Et mirabuntur inhabitantes terram (quorum non scriptum est nomen in libro vitæ a constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, et non est, et quæ ventura est.

« Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν, θαῦμα μέγα. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· Διατί ἐθαύμασας ; Ἐγὼ ἐρῶ σοι τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ θηρίου, τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα. Τὸ θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι· καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν. Καὶ θαυμάσουσιν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν, ὧν οὐ γέγραπται τὸ ὄνομα ἐν βίβλῳ τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλέποντες τὸ θηρίον, ὅ τι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ παρέσται (79).

XXXVIII. « Hic sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet; et reges septem sunt. Quinque ceciderunt : unus autem est, alter nondum venit ; et cum venerit, oportet illum breve tempus manere. Et bestia, quæ erat et non est, et ipsa octava est, et de septem est, et in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient cum bestia. Hi unam voluntatem habent, et virtutem et potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, et Agnus vincet illos ; quoniam Dominus dominorum est, et rex re-

« Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Ἑπτὰ κεφαλαὶ, ἑπτὰ ὄρη εἰσὶν, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν· καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν. Οἱ πέντε ἔπεσαν, ὁ δὲ εἷς ἔστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε· καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι. Καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, οὐκ ἔστι [καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι] καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. Τὴν μίαν (80) γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ διαδώσουσιν. Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς· ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ βασιλεὺς βασι-

(77) *Ἐπλάγχθη*. Id., ἐπλανήθη. Et mox, οὐκ ἔσται.

(78) *Καὶ τὰ ἀκάθαρτα*. Reliqui, ἀκαθαρτότητος, quæ vox satis dura. Pro τῆς γῆς, reliqui αὐτῆς· Syriacus tamen « terram, » quasi aliam litteram hanc habuerit, vel alterius supplementum ; ac si mulieris immunditia, ipsa terræ immunditia dicta sit. Sic enim comparatum, ut labes ex uno scorto, in plures ac ipsum pæne orbem diducatur. COMBEF.

(79) *Καὶ παρέσται*. Sic etiam codex Alexandr., et videtur optima lectio. Vulg. Græca, καίπερ ἐστί. Latina desiderant. Sic quoque Syriac. et Arabic, « ventura » habent. IDEM.

(80) *Τὴν μίαν*. Combef. οὗτοι μίαν. Sic textus Græcus.

Digitized by Google

λευόντων ἐστί· καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πιστοί. A

« Καὶ λέγει μοι· Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ κάθηται ἡ πόρνη, λαοὶ καὶ ὄχλοι καὶ ἔθνη εἰσὶ καὶ γλῶσσαι. Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, καὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην αὐτὴν ποιήσουσι καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι γνώμην μίαν, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθήσονται οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἐστὶν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

« Μετὰ ταῦτα εἶδον ἄλλον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην· καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἔκραξεν ἰσχυρᾷ (81) φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου [καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου], καὶ μεμισημένου· ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. Καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσαν· Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς, ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς ἵνα μὴ λάβητε· ὅτι ἐκολλήθησαν (82) αἱ ἁμαρτίαι (83) ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. C

« Ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκε (84), καὶ διπλάσατε τὰ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν. Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει· Κάθημαι βασίλισσα καὶ χήρα οὐκ εἰμὶ, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς θάνατος, καὶ πένθος, καὶ λιμὸς, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κρίνας αὐτήν. Καὶ κλαύσονται καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὴν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες· Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά· ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαύσουσι καὶ πενθήσουσιν ἐπ' αὐτήν· ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράσει οὐκέτι· γόμον χρυσίου, καὶ ἀργυρίου, καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ, καὶ κοκκίνου· καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, D

gum; et qui cum illo, vocati, electi et fideles sunt.

XXXIX. « Et dixit mihi : Aquæ quas vidisti ubi meretrix sedet, populi sunt et turbæ et gentes et linguæ. Et decem cornua quæ vidisti, et bestia, hi odient meretricem, et desolatam eam facient et nudam, et carnes ejus comedent, et ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in cor eorum ut faciant quod illi placuerit, et faciant unam voluntatem, et dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regnum super reges terræ [48].

XL. « Post hæc vidi alterum angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam; et terra illuminata est a claritate ejus. Et clamavit in fortitudine voce magna, dicens : Cecidit, cecidit Babylon magna, et facta est habitatio dæmoniorum: et custodia omnis spiritus immundi, et custodia omnis volucris immundæ et exosæ; quia de vino iræ scortationis ejus biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa fornicati sunt, et mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt. Et audivi aliam vocem de cœlo dicentem : Exite de illa, populus meus, ne participes sitis delictorum ejus, et de plagis ejus ne accipiatis. Quoniam adhæserunt peccata ejus usque ad cœlum, et recordatus est Dominus iniquitatum ejus.

XLI. « Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis : et duplicate duplicia secundum opera ejus. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum; quia in corde suo dicit : Sedeo regina, et vidua non sum; et luctum non videbo. Ideo in una die venient plagæ ejus, mors et luctus et fames, et igni comburetur; quia fortis est Deus, qui judicavit eam. Et lugebunt et plangent super eam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendii ejus, longe stantes propter metum tormentorum ejus, dicentes : Væ, væ, civitas illa magna, Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit judicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt et lugebunt super eam, quoniam merces eorum nemo emet amplius : merces auri, et argenti, et lapidis pretiosi, et margaritæ, et byssi, et purpuræ, et serici, et coccini (et omne lignum thyinum, et omnia vasa eboris, et omne vas ex ligno pretiosissimo, et æramento, et ferro, et marmore; et cinnamomum, et

[48] Apoc. xvii, 1-18.

(81) Ἰσχυρᾷ. Id., ἐν ἰσχύϊ. Sic textus Græcus vulgatus.

(82) Ἐκολλήθησαν. « Adhæserunt. » Eadem Syriac. et Arabic. Græca vulg. ἠκολούθησαν, « secuta sunt peccata usque ad cœlum. » Vulg. : « Pervenerunt. » Quæ non multum sensu absunt. Combef.

(83) Αἱ ἁμαρτίαι. Id., αὐτῆς αἱ ἁμαρτ. Ut in Græc.

(84) Ἀπέδωκε. Id., ἀπέδωκεν ὑμῖν. Neque aliter Græca.

Digitized by Google

amomum, et odoramentum, et unguentum, et thus, et vinum, et oleum, et similam, et triticum, et pecora, et oves, et hædos); et equorum, et rhedarum, et mancipiorum, et animas hominum. Et poma desiderii animæ tuæ recesserunt a te, et omnia pinguia et clara perierunt a te, et amplius illa jam non invenies. Mercatores horum qui divites facti erant, a longe stabunt, propter metum tormentorum ejus, flentes et lugentes, atque dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta erat bysso, et purpura, et coccino, et deaurata erat auro et lapide pretioso et margaritis, quod una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ. Et omnis gubernator, et omnis in navibus versantium turba et nautæ, et qui mare exercent omnes, a longe steterunt et clamaverunt videntes fumum incendii ejus, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ? Et miserunt pulverem super capita sua, et clamaverunt flentes et lugentes, dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari, de pinguedine ejus; quoniam una hora desolata est.

A καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ μαρμάρου· καὶ κιναμώμου· καὶ ἄμωμον, καὶ θυμίαμα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ τράγους· καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων. Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπώλετο ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ αὐτὰ εὕρῃς. Οἱ ἔμποροι τούτων οἱ πλουτίσαντες, ἀπὸ μακρόθεν στήσονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες, καὶ πενθοῦντες, καὶ λέγοντες· οὐαὶ, Οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον, καὶ πορφυροῦν, καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσίῳ, καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργαρίταις· ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν καὶ ἔκραξαν βλέποντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες· Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ; Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραξαν κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες· Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες τὰ πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς πιότητος (85) αὐτῆς· ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.

B

XLII. « Lætare super eam, cœlum, et angeli, et apostoli, et prophetæ, quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, et misit in mare, dicens: Sic impetu mittetur Babylon civitas illa magna, et ultra jam non invenietur. Et vox citharœdorum et musicorum et tibia canentium et tuba, non audietur in te amplius; et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius, et vox molæ non audietur in te amplius; et lux lucernæ non lucebit in te amplius; et vox sponsi et sponsæ non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ; quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes; et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium qui interfecti sunt in terra [46]. »

C

« Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ, οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγγελοι, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς. Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον, ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων· Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν, καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ σαλπιγκτῶν, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης, οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς· ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐν τῇ αὐτῇ αἷμα τῶν προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς. »

XLIII. Apertissime in his testimoniis sigillatim declaratum est de tormentorum judicio, quæ extremis temporibus, per tyrannorum qui tunc erunt injuriam, illam incessura sunt: operæ pretium vero est, ut et tempus diligenti examine exponamus, quando scilicet futurum sit ut hæc eveniant, et cornu illud parvum inter eos emergat. Nempe quando crura ferrea quæ etiamnum rerum potiuntur, ad vestigia pedum digitosque evaserint, juxta simu-

D

Περὶ μὲν τῆς τῶν βασάνων, τῶν ἐπερχομένων αὐτῇ ἐπ' ἐσχάτων ὑπὸ (86) τῶν τότε ἐσομένων τυράννων μερικῆς κρίσεως, σαφέστατα ἐν τοῖς ῥητοῖς τούτοις δεδήλωται· δεῖ δὲ ἡμᾶς καὶ τὸν χρόνον ἐξηκριβωμένους (87) ἐκθέσθαι, ἐν οἷς καιροῖς ταῦτα συμβήσεται, καὶ ὡς τὸ κέρας τὸ μικρὸν ἐν αὐτοῖς ἀναφανήσεται. Τῶν γὰρ κνημῶν τῶν σιδηρῶν τῶν νῦν ἔτι κρατουσῶν, ἐπὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν, καὶ τοὺς δακτύλους χωρησάντων κατὰ τὴν τῆς εἰκόνος

[46] Apoc. XVIII, 1-24.

(85) *Ἐκ τῆς πιότητος*. Singularis hæc lectio; apta tamen ea vox, si et alii codices astipularentur, cum omnes habeant, ἐκ τῆς τιμιότητος, quæ vox satis dura, nec ad sensum expedita. Nam quod Vulg. reddit « ex pretiis suis, » quasi remotius est; etsi ita etiam Æthiopic. Non male Arabic. « ex fastu ejus; » est enim ea ratio facilis distractionis mercium, sed supposita opulentia civitatis, quam nostrum illud rite designat; veraque et formalis ratio est constituendi celebris emporii, et quod ita mercatores illo ditescant: nobilitas et fastus, quasi remota et communis. COMBEF.

(86) *Ὑπὸ τῶν*. Combef., ἀπὸ τῶν.

(87) *Ἐξηκριβωμένους*. Ms. Ebroic., ἐξακριβαζομένους. GUD.

Digitized by Google

φανέρωσιν, καὶ τὴν τοῦ θηρίου τοῦ φοβεροῦ δεῖξιν, καθὼς σεσήμανται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, οἷς καιροῖς ὁ σίδηρος καὶ τὸ ὄστρακον εἰς ταυτὸν ἀναμιγήσεται. Δείξει δὲ ἡμῖν Δανιὴλ τὰ προκείμενα. Λέγει γάρ· « Καὶ διαθήσει (88) διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία· καὶ ἔσται, ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεταί μου θυσία καὶ σπονδή. » Μίαν μὲν οὖν ἑβδομάδα ἐτῶν τὴν ἐσχάτην τὴν ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ σύμπαντος κόσμου ἐσομένην ἐπ' ἐσχάτων (89) ἐσήμανεν· ἧς ἑβδομάδος τὸ μὲν ἥμισυ λήψονται οἱ δύο προφῆται, Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας. Οὗτοι γὰρ κηρύξουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους, μετάνοιαν τῷ λαῷ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καταγγέλλοντες.

lacri seu imaginis et statuæ manifestationem, bestiæque formidabilis speciem, uti in superioribus designatum est; quando futurum est, ut ferrum et testa in unum misceantur. Ostendet vero nobis Daniel hæc ita proposita. Ait enim : « Et disponet testamentum multis hebdomada una. Et erit : in dimidio hebdomadæ auferetur sacrificium meum et libatio [47]. » Unam ergo annorum hebdomadam extremam significavit, quæ in fine totius mundi futura sit; cujus hebdomadæ dimidium sument duo prophetæ, Enoch et Elias. Hi enim prædicabunt dies mille ducentos sexaginta, amicti saccis [48]; qui nimirum populo cunctisque gentibus pœnitentiam indicant.

Ὥσπερ γὰρ δύο παρουσίαι τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τῶν Γραφῶν ἐδείχθησαν· μία μὲν ἡ πρώτη κατὰ σάρκα γενομένη ἄτιμος διὰ τὸ ἐξουθενηθῆναι (90) αὐτὸν, καθὼς προανεφώνει Ἡσαΐας λέγων· « Εἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, [ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ,] ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη· » ἡ δὲ δευτέρα παρουσία αὐτοῦ κεκήρυκται ἔνδοξος (91), ὡς παραγενήσεται ἀπ' οὐρανῶν μετὰ δυνάμεως ἀγγέλων (92), καὶ Πατρικῆς δόξης, ὡς φησιν ὁ προ-

XLIV. Quemadmodum enim duplex nobis Domini ac Salvatoris adventus Scripturarum testimonio proditus est; unus quidem ac primus in carne, nulla honorum pompa ac claritate, ut despicabilis foret, ut olim vaticinatus fuerat Isaias, dicens : « Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem : sed species ejus contempta et deficiens supra omnes homines. Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, nulliusque rationis habita [49]; » alter vero ejus adventus in majestate futurus prædicatus est, quando de cœlis veniet angelorum sti-

[47] Dan. IX, 27. [48] Apoc. XI, 3. [49] Isa. LIII, 2, 3.

(88) *Καὶ διαθήσει*, « disponet. » Reliqui δυναμώσει, quod communiter reddunt « confirmabit. » Quasi robustum firmumque reddet, devictis plane grave : unde et Syriac. : « Grave reddet fœdus. » Nullo modo audiendus videtur Hippolytus, qui ad secundum hæc adventum Christi et ad Antichristum trahat; cum reliqui melius ad Christi primum adventum spectare velint, ejusque mortis pœnam et Hierosolymorum excidium, Romanorum duce Tito : quando exusto templo, sic victima cessavit et libatio, desolato loco, quo solum facere licebat. Captatio hæc certi temporis Antichristi, ut et Christi ad judicium venturi omnino cavenda, quod nosse hæc mortales Providentia noluerit. Videndus Chrys. hom. 2 *adversus Judæos*, et Hieronymus *in Daniel.* IX, aliique ibid. Scaliger l. VI *Emend. temporum*. COMBEF.

(89) *Ἐπ' ἐσχάτων*. Sic modo, initio hujus cap. Combefisius tamen, ἐπ' ἐσχάτου.

(90) *Ἐξουθενηθῆναι*. Combef., ἐξουδενωθῆναι.

(91) *Ἔνδοξος*. Ita Combefisius : quod postea visum probatumque Tanaq. Fabro. Edit. Gud. apud Fabricium, ἐνδόξως.

(92) *Μετὰ δυνάμεως ἀγγέλων*. Ubique quasi regia pompa, angelorum satellitio frequens describitur gloriosus hic Christi adventus : nec aliter exponenda in Evangeliis vox δύναμις, ubi ita usurpatur ad propositum. Matth., XXIV, 30 : « Venientem in nubibus cœli, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Vulg. « Cum virtute magna et majestate, » sive gloria et claritate; cui reliqui cum Græcis jungunt adjectivum. At, quod Luc. IX, 26, ita habetur : Ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· et ita ut Græca habent, reddidit Vulg. « Cum venerit in majestate sua et Patris et sanctorum angelorum, » mihi prorsus suspectum, exque Matthæo et Marco, eumdem textum referentibus, emendandum; ut ubique angeli Christi satellitio comites describantur, non quorum gloria et majestas, sit Christi majestas et gloria seu claritas, sicut ipsa sua et Patris, uti horum verborum totus tenor, sensu minus apposito, significare videtur. Sic certe reliqui interpretes. Syr. « Cum venerit in gloria Patris sui, cum angelis ipsius sacrosanctis : » quæ sunt ipsa Marci verba VIII, 38, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Matth. XVII, 27 : « In gloria Patris sui cum angelis suis, » μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Nec aliter in Luca etiam Arabicus et Persicus reddiderunt : non alia plane ratione, quam quia meliores Græcos codices nacti sunt, etsi modo non suppetunt, quos noverim, qui ita habeant. Obrepere etiam Scripturis canonicis, humana vel fragilitate vel oscitantia, fallente manu scribæ, menda aliqua, notius est, quam ut egeat ulla probatione, apud eos qui Scripturas sacras ut apographa venerantur, vel etiam ut versiones, non ut ipsa quasi Dei digito scripta autographa, ac prophetarum manu exarata, seu etiam illis divino Spiritu et prophetico recognita atque subscripta. Ecclesiæ sit, virorum doctorum opera ac solertia, κατὰ καιροὺς emendare, meliorum codicum ope ac antiquiori traditione, non ex suo capite, quod nullæ jam exstent ejus generis novæ revelationes; nullaque sit illius fides, qui dicat se habere : divini vero Spiritus muneris sit atque numinis quo semper Ecclesiam regit, ut per eam occasionem, nihil quo divina fides lædatur, in universam Ecclesiam et catholicam obrepere sinat : aliis interim minutioribus hominum disputationi ac criticæ relictis. Hocque maxime satis prospectum Scripturarum integritati ac puritati : vixque adducatur ut aliter credat atque sentiat, qui corde docili ac erudito præditus sit; maleque sectarii quidvis aliud catholicis objectant, quod modestiam plusculum colant, nec facile vetera (ipsa sua simplicitate veneranda, magisque ex Ecclesiæ traditione, cujusvis scioli opinationibus, Vatiniano in pontificios, ut insulse vocant, odio) convelli sinant. Utinam uno

Digitized by Google

pante militia, et in Paterna claritate [50]; quomodo ait propheta : « Videbitis regem in decore et majestate [51]; » et : « Aspiciebam cum nubibus cœli tanquam Filium hominis venientem, et usque ad Antiquum dierum pervenit : et oblatus est ei; et datum est ei imperium et honor et gloria et regnum, omnes tribus et linguæ servient ei; regnum ejus regnum æternum, quod non interibit [52]. » Sic et duo præcursores monstrati sunt. Primus fuit Joannes, Zachariæ filius, qui in omnibus præcursor ac præco Salvatoris exstitit; cœlesteque lumen quod mundo illuxerat, annuntians, ex matris utero præcursoris partes implevit primus, ab Elisabeth conceptus; ut et his qui ex matris vulva parvuli erant, novam ex Spiritu sancto et Virgine, qua donandi essent, nativitatem ostenderet.

XLV. Hic audita matris salutatione, exsiliit gaudens in utero [53], in Virginis pariter utero conceptum Deum Verbum intuens. Deinde prædicaturus in desertum venit, annuntians populo baptismum pœnitentiæ; nempe gentilibus in mundi deserto viventibus, salutem prænuntians. Tum in Jordane ipsum coram Salvatorem ostendit, dicens : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [54]. » Hic iis etiam qui erant in inferno prior evangelizavit, sublatus Herodis gladio, illic factus præcursor; nempe ibi quoque indicaturus exspectandum Salvatoris descensum, qui sanctorum animas de manu mortis esset liberaturus.

XLVI. Quod enimvero Salvator cunctorum hominum resurrectionis principium auctorque futurus erat, par erat ut unus ipse a mortuis suscitaretur, per quem judicium in omnem mundum intrare deberet; ut qui digne functi certamine essent, digne quoque ab eo coronarentur; præclaro scilicet agonis positore, et qui primus stadium confecisset : qui in cœlum receptus, in Dei ac Patris dextera sedet, ac rursus in mundi consummatione, judex manifestandus est. Necesse est ut ejus præcursores ante manifestentur, quemadmodum per Malachiam et angelum dicit : « Mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus [55]. Et reducet corda patrum ad filios,

φήτης· « Βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε· καὶ· Ἐθεώρουν μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς Υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· καὶ προσηνέχθη αὐτῷ, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ βασιλεία· πᾶσαι αἱ φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται. » Οὕτω καὶ δύο πρόδρομοι ἐδείχθησαν· ὁ μὲν πρῶτος γενόμενος Ἰωάννης, ὁ τοῦ Ζαχαρίου υἱὸς, κατὰ πάντα πρόδρομος καὶ κῆρυξ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενηθεὶς, εὐαγγελιζόμενος τὸ ἐπουράνιον φῶς, τὸ ἐν κόσμῳ φανὲν, προέδραμεν ἐκ κοιλίας μητρὸς πρῶτος, συλληφθεὶς ὑπὸ τῆς Ἐλισάβετ, ἵνα καὶ τοῖς ἐκ κοιλίας μητρὸς νηπίοις ὑπάρχουσιν, ἐπιδείξῃ τὴν ἐσομένην αὐτοῖς διὰ Πνεύματος ἁγίου καὶ Παρθένου, καινὴν γέννησιν.

Οὗτος ἀκούσας τὸν ἀσπασμὸν τῆς Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησεν ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἀγαλλόμενος (93), ἐνορῶν τὸν ἐν κοιλίᾳ τῆς Παρθένου συνειλημμένον Θεὸν Λόγον. Ἔπειτα κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ παρεγένετο, βάπτισμα μετανοίας τῷ λαῷ καταγγέλλων· προμηνύων σωτηρίαν τοῖς ἐν ἐρημίᾳ κόσμου πολιτευομένοις ἔθνεσι. Μετὰ ταῦτα ἐν τῷ Ἰορδάνῃ αὐτοψεὶ δεικνύει τὸν Σωτῆρα, καὶ λέγει· « Ἴδε, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Οὗτος προέφθασε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ εὐαγγελίσασθαι (94), ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Ἡρώδου, πρόδρομος γενόμενος ἐκεῖ· σημαίνειν μέλλων κἀκεῖσε κατελεύσεσθαι τὸν Σωτῆρα λυτρούμενον τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἐκ χειρὸς θανάτου.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀρχὴ ἀναστάσεως πάντων ἀνθρώπων ἦν ὁ Σωτὴρ, ἔδει τὸν Κύριον μόνον ἀνίστασθαι ἐκ τῶν νεκρῶν, δι' οὗ ἡ κρίσις παντὶ τῷ κόσμῳ εἰσελεύσεται· ἵνα οἱ ἀξίως ἀγωνισάμενοι, ἀξίως καὶ παρ' αὐτοῦ στεφανωθῶσιν· ὑπὸ τοῦ καλοῦ ἀγωνοθέτου, πρώτου τὸ στάδιον διηνυκότος, τοῦ ἀναληφθέντος εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καθεσθέντος, καὶ πάλιν ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τοῦ κόσμου κριτοῦ πεφανερωθησομένου (95). Ἀναγκαίως δεῖ πρώτους τοὺς προδρόμους αὐτοῦ φανερωθῆναι, καθὼς διὰ Μαλαχίου καὶ ἀγγέλου (96) φησί· « Πέμψω ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου, τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ· ὃς ἀποκαταστήσει καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει

[50] Luc. IX, 26. [51] Isa. XXXIII, 17. [52] Dan. VII, 13, 14. [53] Luc. I, 41. [54] Joan. I, 29. [55] Malach. IV, 5, 6.

omnes veritatis studio Christiana pietate ac εὐλαβείᾳ in divinis Scripturis operam poneremus, earumque elucidatione ac cultu, vitam æternam nobis præmio quæreremus! COMBEF.

(93) *Ἀγαλλόμενος*, Leg. ἀγαλλιώμενος. GUD.

(94) *Εὐαγγελίσασθαι*. Joannem Baptistam præcursorem Christi etiam apud inferos fuisse, communiter Græci statuunt. Vide Leonem Allatium *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 303 seq. FABRIC.

(95) *Πεφανερωθησομένου*. *Manifestandus est*. Ita Combefisius, pro πεφανερωμένου apud Gudium. Lectio Combefisiana probatur quoque Tanaquillo Fabro.

(96) *Μαλαχίου καὶ ἀγγέλου*. Sic restitui, cum fœdo errore esset, καὶ Ἀγγαίου. Quid enim Aggæo cum hac Malachiæ auctoritate? Ἄγγελος vero etymum est vocis Malachiæ, ut omnibus notum est, cujus unius citatus locus, ipse illustris, additis etiam, quæ ab angelo dicta sunt Luc. I, 17, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων· « et incredulos, inobedientes, contumaces, ad prudentiam justorum : » quo tamen non videtur Hippolytus respexisse, addendo, καὶ ἀγγέλου, alioqui scribendum illi fuerat, καὶ τοῦ ἀγγέλου, ut Græce docti norunt; videaturque hæc ipsa pars vaticinii Malachiæ, quæ modo in ejus libro desideretur, ut sunt etiam postremi ejus capitis versus in Græcis turbati : in quibus ipse titulus, Προφήτης ἄγγελος Μαλαχίας, unde procul dubio Hippolytus, quod ita scripsit, habuerit. COMBEF.

Digitized by Google

σει δικαίων, μήποτε ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. » Οὗτοι οὖν παραγενόμενοι κηρύξουσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἀπὸ οὐρανῶν Χριστοῦ ἐπιφάνειαν· οἳ καὶ ποιήσουσι σημεῖα καὶ τέρατα εἰς τὸ κἂν οὕτως δυσωπῆσαι καὶ ἐπιστρέψαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς μετάνοιαν, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῶν ἀνομίαν τε καὶ ἀσέβειαν.

Λέγει γὰρ Ἰωάννης· « Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους· » Τουτέστι, τὸ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος, ἧς εἴρηκε Δανιήλ. « Οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Κυρίου τῆς γῆς ἑστῶσαι· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θελήσει ἀδικῆσαι, πῦρ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις θελήσει ἐν τούτοις ἀδικῆσαι, οὕτως δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι. Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ὑετὸς βρέξῃ τὰς ἡμέρας τῆς προφητείας αὐτῶν, καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν [θελήσωσι. » Καὶ ὅταν] τελέσωσι τὸν δρόμον αὐτῶν καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τί φησιν ὁ προφήτης; « Τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου ποιήσει μετ' αὐτῶν πόλεμον, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτοὺς, » διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτοὺς δόξαν δοῦναι τῷ Ἀντιχρίστῳ. Τουτέστι, τὸ ἀναφῦον μικρὸν κέρας. Ὃς ἐπαρθεὶς λοιπὸν τῇ καρδίᾳ, ἄρχεται ἑαυτὸν ὑψοῦν καὶ δοξάζειν ὡς Θεὸν, διώκων τοὺς ἁγίους, καὶ βλασφημῶν τὸν Χριστὸν, καθὼς λέγει Δανιήλ· « Προσενόουν τῷ κέρατι, καὶ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ ὡσεὶ ἀνθρώπου ἐν τῷ κέρατι, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἴσχυσε πρὸς αὐτοὺς, ἕως ἂν ἀνῃρέθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. »

Ἀλλ' ἐπεὶ δεῖ λεπτομερέστερον περὶ αὐτοῦ διηγήσασθαι, πῶς τε τὸ ἅγιον Πνεῦμα δι' ἀριθμοῦ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μυστικῶς ἐδήλωσε, σαφέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ διηγησόμεθα. Λέγει γὰρ Ἰωάννης οὕτως· « Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἶχε κέρατα δύο, ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων. Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ἐποίει ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐποίει τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ἐποίει σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβῆναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν κατενώπιον τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τὰ σημεῖα, ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγον τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ, ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας καὶ ἔζησε. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πνεῦμα δοῦναι τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου [ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου], καὶ ποιήσῃ, ἵνα ὅσοι ἐὰν μὴ προσκυνήσωσι τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἀποκτανθῶσι. Καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ἐλευ-

A et inobedientes ad prudentiam justorum : ne forte veniam, et percutiam terram penitus [86]. » Hi itaque venientes prædicabunt futuram Christi e cœlis apparitionem; facientque signa et prodigia, ut vel sic inflectant atque convertant hominum animos ad pœnitentiam, ob nimiam improbitatem ac impietatem qua laborant.

XLVII. Ait enim Joannes : « Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt dies mille ducentos sexaginta, amicti saccis [87]. » Hoc est : dimidium istud hebdomadæ, de qua Daniel locutus [88] est. « Isti sunt duæ olivæ et duo candelabra in conspectu Dei terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, et devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum B occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum : et potestatem habent super aquas, vertendi eas in sanguinem, et ut terram percutiant omni plaga, quotiescunque voluerint [89]. » Ubi autem cursum suum perfecerint suumque testimonium, quidnam dicit propheta? « Bestia quæ ascendit de abysso, faciet adversus eos bellum, et vincet illos, et occidet illos [90]; » quod nimirum noluerunt dare gloriam Antichristo. Hoc enim est cornu illud parvum succrescens. Is namque jam elatus corde, seipsum exaltare incipiet et ut Deum glorificare, persequens sanctos ac Christum blasphemans, quemadmodum ait Daniel : « Et considerabam cornu; et ecce oculi tanquam hominis in cornu, et os loquens grandia. Et aperuit C os suum in blasphemiam adversus Deum. Et cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, et prævaluit adversus eos; quoadusque interfecta est bestia, et periit, et corpus ejus traditum est in combustionem ignis [91]. »

XLVIII. Sed quia necesse est subtilius de eo disputare, et quomodo Spiritus sanctus ex numero etiam ejus nomen significaverit, quæ ad ipsum attinent, clarius edisseremus. Sic enim ait Joannes : « Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, et habebat cornua duo similia agni, et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu ejus : et faciebat terram et D habitantes in ea adorare primam bestiam, cujus curata est plaga mortis ejus. Et faciebat signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seducit habitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladii, et vixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiæ, ut et loquatur imago bestiæ, et faciat, ut quicunque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur. Et faciet omnes, pusillos et magnos, divites et pauperes, liberos et servos, ut det eis characterem ejus in manu eorum dextera, aut in

[86] Luc. I, 17. [87] Apoc. XI, 3. [88] Dan. IX, 27 [89] Apoc. XI, 4-6. [90] Ibid. 7. [91] Dan. VII, 8, 9.

Digitized by Google

fronte eorum : ut nè quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, nomen scilicet bestiæ, sive numerum nominis ejus. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est, et numerus ejus sexcenti sexaginta sex [62]. »

XLIX. Bestiam igitur ascendentem de terra, futurum vocat Antichristi regnum. Duo autem cornua, ipsum, ac qui illi comes, pseudoprophetam. Quod autem ejus « cornua, agni similia » dicit; hoc significat, fore ut ille similem se Dei Filio præferat, seque regem exhibeat. Quod « sicut draco loquitur, » hoc est, quod seductor est et non verax. Quod autem « potestatem prioris bestiæ faciebat, facitque ut terra et qui in ea habitant, adorent primam bestiam, cujus plaga mortis curata est ; » hoc significat, ex Augusti legum rationibus, per quem Romanum conditum imperium est, ipsum quoque imperaturum esse legesque sanciturum; qua solertia confirmet omnia, majoremque sibi claritatem asciscat. Hæc enim quarta bestia est, cujus capiti illatum vulnus, et rursus curatum est; quod scilicet prope conciderit imperium hoc, sive etiam in contemptum abierit, et in decem diademata resolutum sit: tunc vero Antichristus sagacis homo ingenii ac versutus, velut ipsum curaturus ac renovaturus sit. Hoc enim est quod dictum est a propheta : « Daturum scilicet eum spiritum flatumque imagini, ac locuturam esse bestiæ imaginem. » Vigebit enim et invalescet rursus, ob sancitas ab eo leges : facietque ut omnes qui non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur. Hic fides ac patientia sanctorum claresceat. Ait enim : « Et faciet ut omnes, pusilli et magni, divites et pauperes, liberi et servi, bestiæ characterem in manu sua dextera aut in fronte accipiant; ut nemo possit emere aut vendere, nisi qui bestiæ signaculum habeat; ejus scilicet nomen, seu numerum nominis illius. » Cum enim dolis consutus sit, et adversus Dei servos su-

[62] Apocal. XIII, 11-18.

(97) *Τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου.* Sic etiam codex Alex. sine particula aut dividente aut copulante: ut nomen istud bestiæ, intelligatur ipsum ejus *χάραγμα*, « character, obsignatio, » velut fere obsignatur nummus, quamquam nec illi sæpius ipsa regis imago deest. Χάραγμα θηρίου, quod Barborita vult esse unctionem in fronte et manu quam Ecclesia frequentat, egregie confutat Hugo Grotius *Append.* sua *de Antichristo*; ubi suorum, sive in suis capitosiorum, ineptiam serio exagitat: qui Antichristi imaginem, non ad Romam idololatram, qualis fuit sub Domitiano, Trajano, Aureliano aliisque principibus ; sed ad Romam Christianam, sub papatu (summo scilicet Petri successione sacerdotio, et Christi peculiari jure vicario) tam procaciter trahunt, quam insulse; ut cujus laudem ambiunt, rebus sacris et ecclesiasticis eruditiunculæ, vel hic maxime cæcante affectu, et ut rudem plebeculam secum dementent ac seditionis tædam illi accendant, vim omnem depulisse ostendant. COMBEF.

(98) *Καὶ τὸν μετ' αὐτόν.* Leg. καὶ αὐτόν τε καὶ

θέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν· ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου (97), ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. Ὁ ἔχων νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ ἐστιν χξς'.

Τὸ μὲν οὖν θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, τὴν βασιλείαν τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου ἐσομένην λέγει· τὰ δὲ δύο κέρατα, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν (98) ψευδοπροφήτην· τὸ δὲ εἰπεῖν· « τὰ κέρατα αὐτοῦ ὅμοια ἀρνίῳ· » ὅτι ἐξομοιοῦσθαι μέλλει τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν βασιλέα ἐπιδεικνύειν· τὸ δὲ « λαλεῖν ὡς δράκων, » ὅτι πλάνος ἐστὶ καὶ οὐκ ἀληθής· τὸ δὲ καὶ « τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου (99) ἐποίει, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· » τοῦτο σημαίνει, ὅτι κατὰ τὸν Αὐγούστου νόμον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ βασιλεία Ῥωμαίων συνέστη, οὕτω καὶ αὐτὸς κελεύσει καὶ διατάξει, ἅπαντα ἐπικυρῶν διὰ τούτου, καὶ δόξαν ἑαυτοῦ πλείονα περιποιούμενος. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θηρίον τὸ τέταρτον, οὗ ἐπλήγη ἡ κεφαλὴ, καὶ πάλιν ἐθεραπεύθη· διὰ τὸ καταλυθῆναι αὐτὴν (1), ἢ καὶ ἀτιμασθῆναι, καὶ εἰς δέκα διαδήματα ἀναλυθῆναι· ὃς τότε πανοῦργος ὢν, ὥσπερ θεραπεύσει αὐτὴν καὶ ἀνανεώσει. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου, ὅτι « Δώσει πνεῦμα τῇ εἰκόνι, καὶ λαλήσει ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου. » Ἐνεργήσει γὰρ καὶ ἰσχύσει πάλιν διὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ ὁριζόμενον νόμον· καὶ ποιήσει ἵνα ὅσοι ἐὰν μὴ προσκυνήσωσι τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἀποκταν-θῶσιν. Ὧδε ἡ πίστις καὶ ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων φανήσεται· φησὶ γάρ· « Καὶ ποιήσει πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τὸ μέτωπον· ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. » Δόλιος γὰρ ὢν καὶ ἐπαιρόμενος κατὰ τῶν δούλων τοῦ

τὸν μετ' αὐτὸν, vel potius μετ' αὐτοῦ, quod et Gudius conjiciebat, mihi aptius videtur, ut Antichristo qui quasi rex Romanorum teneat imperium, illi adsit pseudopropheta, qui regno bestiæ constabiliendo omnem operam conferat; ut scilicet ille Deus habeatur; velut fere Apollonius Tyanæus Domitiano. Ut omnia quæ contigerunt vel in Antiochi persecutione, vel in Romanis principibus Christo infensis, eadem ipsa exspectentur in Antichristo extremis temporibus, majori etiam cumulo exhibenda, quo ille absolute Antichristus est, mortalium nequissimus. Etiam Diocletiano imperatore Romæ prohibitum emere aut vendere, nisi thure focis impositio, seu alia in signum idololatrici cultus litatione, quæ bestiæ *χάραγμα* esset ac signaculum : Romæ Christo infensæ, ejusque omnem cultum omni opera studentis abolere. IDEM.

(99) *Τοῦ πρώτου θηρίου.* Ita Combefisius, textum Apocalypseos XIII, 12 secutus. Omittit θηρίου Gudius.

(1) *Αὐτὴν.* Combef., ταύτην.

Digitized by Google

Θεοῦ, βουλόμενος ἐκθλίβειν καὶ ἐκδιώκειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ διὰ τὸ μὴ διδόναι αὐτοὺς αὐτῷ δόξαν, κελεύσει πάντας πανταχοῦ πυρεῖα (2) τεθῆναι, ἵνα μηδεὶς δύνηται τῶν ἁγίων μήτε ἀγοράσαι μήτε πωλῆσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐπιθύσῃ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ χάραγμα, τὸ « ἐπὶ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς » διδόμενον. Τὸ δὲ *ἐπὶ τὸ μέτωπον* εἰπεῖν, ἵνα πάντες ὦσιν ἐστεφανωμένοι, πύρινον καὶ οὐ ζωῆς, ἀλλὰ θανάτου στέφανον μεθ' ἑαυτῶν περιφέροντες (3). Οὕτω γὰρ ἐτεχνάσατο κατὰ τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς, ὁ τῆς Συρίας γενόμενος βασιλεὺς, ὢν ἔκγονος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Καὶ αὐτὸς τοῖς τότε καιροῖς ἐπαρθεὶς τῇ καρδίᾳ ἔγραψε ψήφισμα, « βωμοὺς πρὸ τῶν θυρῶν τιθέντας » ἅπαντας ἐπιθύσειν, καὶ « κισσοὺς (4) ἐστεφανωμένους πομπεύειν τῷ Διονύσῳ· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους ὑποτάσσεσθαι, τούτους μετὰ ἀπαγχισμὸν (5) καὶ ἐτασμὸν βασάνων ἀναιρεῖσθαι. » Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τὰ ἀντάξια παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ δικαιοκρίτου καὶ παντεπόπτου Θεοῦ ἔλαβε· γενόμενος γὰρ σκωληκόβρωτος μετήλλαξε τὸν βίον. Καὶ ταῦτα μὲν εἴ τις βούλοιτο λεπτομερῶς ἐνιστορῆσαι, σεσήμανται ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς.

A perbia elatus, eos exstirpare velit exque mundo fugare ob negatam illi gloriam; jubebit omnes ubique rogos ponere ac thuribula, ne quis sanctorum emere possit aut vendere, quin prius immolaverit. Hoc enim illud signaculum est, quod datur « in manu dextera. » Quod vero « in fronte » dicit, hoc est, ut omnes coronati sint, igneumque, non vitæ, sed mortis, secum inferant sertum. Sic namque etiam adversus Judæos molitus est Antiochus Epiphanes, Syriæ rex, Alexandri Macedonis nepos. Nam et ille per hæc tempora corde elatus, decretum tulit, « aris pro foribus positis, » cunctos immolaturos, atque « hedera coronatos, Baccho circituros. Qui nolint parere, hos cruciatibus atque tormentis examinatos, neci tradendos esse [63]. » Verum is quoque, B condigna a Domino, justoque judice ac omnium inspectore Deo, recepit præmia. Exesus enim vermibus, vita exemptus est. Ac si quis hæc sigillatim legere velit singulaque lustrare, in libris Machabæorum perscripta inveniet.

Νυνὶ δὲ πρὸς τὸ προκείμενον ἐροῦμεν. Ταῦτα γὰρ καὶ αὐτὸς τεχνάσεται, κατὰ πάντα θλίβειν τοὺς ἁγίους θέλων· λέγει γὰρ ὁ προφήτης καὶ ἀπόστολος· « Ὧδε ὁ νοῦς. Ὁ ἔχων σοφίαν ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ ἐστιν χξ'. » Περὶ μὲν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, οὐκ ἐν ἡμῖν τοσοῦτον ἀκριβὲς ἐξειπεῖν, ὡς ἐνενόησε καὶ ἐδιδάχθη περὶ αὐτοῦ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ὅσον C μόνον ὑπονοῆσαι· ἀναφαίνοντος γὰρ αὐτοῦ δείξει ὁ μακάριος τὸ ζητούμενον. Πλὴν ὅσον νοοῦμεν ἀμφιβάλλοντες λέγομεν. Πολλὰ μὲν εὑρίσκομεν ὀνόματα τούτῳ τῷ ἀριθμῷ ἰσόψηφα περιεχόμενα (6), οἷον, ὥσπερ εἰπεῖν, τὸ *Τειτὰν* ἐστιν, ἀρχαῖον καὶ ἔνδοξον ὄνομα (7), ἢ τὸ *Εὐάνθας* (8)· καὶ γὰρ αὐτὸ τῇ αὐτῇ

L. Nunc vero ad propositum quod attinet dicemus. Hoc enim ipse quoque molietur, modis omnibus sanctos affligere volens. Ait enim propheta et apostolus: « Hic intellectus est. Qui habet sapientiam, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est; et numerus ejus sexcenti sexaginta sex [64]. » Sane ad ejus nomen quod attinet, non in nobis tanta sapientiæ vis, ut enarrare possimus, quemadmodum de illo intellexit didicitque beatus Joannes, ac vel solum conjectura tradere. Illo enim apparente, docebit vir beatus quo de quærimus. Cæterum quantum hæsitantes animoque dubii capimus, dicimus. Multa quidem nomina inveniemus pari numero atque computo comprehensa, ut, verbi

[63] I Mach. I, 58; II Mach. VI, 7. [64] Apoc. XIII, 18.

(2) *Πυρεῖα*. « Tripodes, acerras, » et si quid ejusmodi est in quod proclive incensi pulvisculum mittere, solemni immolationis ritu, ad testandam animi devotionem; quod maxime sacrificii genus exigebant gentiles, ab iis quorum suspectam haberent religionem. Antiochus hedera coronatos Baccho circuire cogebat: Christianorum tyranni, thure saltem litare; hincque adeo πύρινον sibi στέφανον asciscere scite ait mox Hippolytus, qui sic immolent ac Antichristo pareant: « ignis coronam. » Erat πειρατήρια, quæ vox hic fungi est, sive antiquarii sive ejus qui exscripsit errato. COMBEF.

(3) *Περιφέροντες*. Combef., ἐπιφέροντες.

(4) *Κισσούς*. Id. κισσοῦ. At κισσοῖς legit Tanaquillus Faber.

(5) *Μετὰ ἀπαγχισμόν*. Duplici mendo erat, ἐπαγχονισμόν, debuisset ἀπαγχονισμόν scribere. Ego minori mutatione, ἀπαγχισμόν, quæ vox signantissima est, ad exprimendos dolores immensos ac cruciatus, quibus pene quis enecetur ac stranguletur. Tob. III, 11: Ἐλυπήθη σφόδρα ὥστε ἀπάγξασθαι. « Tristata est valde, ut quasi strangularetur; » quasi suppresso spiritu doloris vi immoreretur. Cum ergo habeamus verbum ἀπάγχομαι, a quo facile derivari possit τὸ, ἀπαγχισμός, nihil necesse ad alia remotiora recurrere. COMBEF.

(6) *Ἰσόψηφα περιεχόμενα*. Notum est vocari ἰσόψηφα nomina, quorum litteræ numerorum more computatæ, eamdem summam conficiunt. Vocabulum περιεχόμενα Gudio tollendum videbatur; et abesse salvo sensu potest, nec tamen obest idem si adsit, nec sensum corrumpit; quia nomen et ἰσόψηφον esse alteri, et continere in se ἰσόψηφα, scilicet γράμματα, potest. FABRIC.

(7) *Τειτὰν . . . ἀρχαῖον καὶ ἔνδοξον ὄνομα*. Imitatur Hippolytus magistrum suum Irenæum, qui lib. V *contr. hær.*, cap. 30, § 3, hæc habet: « Titan.... et antiquum, et fide dignum, et regale .... nomen. » D Paulo ante dixerat idem Irenæus: « Sed et TEITAN, prima syllaba per duas Græcas vocales ε et ι scripta, omnium nominum quæ apud nos inveniuntur, magis fide dignum est. Etenim prædictum numerum habet in se, et litterarum est sex, singulis syllabis ex ternis litteris constantibus, et vetus, et semotum: neque enim eorum regum qui secundum nos sunt, aliquis vocatus est Titan; neque eorum quæ publice adorantur idolorum apud Græcos et barbaros, habet vocabulum hoc: et divinum putatur apud multos hoc nomen; ut etiam sol, Titan vocetur ab his qui nunc tenent: et ostentationem quamdam continet ultionis et vindictam inferentis, quod ille (Antichristus) simulat se male tractatos vindicare. »

(8) *Εὐάνθας*. Idem Irenæus l. c.: « Quoniam autem non propter inopiam nominum habentium numerum nominis ejus dicimus hæc, sed propter timorem erga Deum et zelum veritatis: ΕΥΑΝΘΑΣ

Digitized by Google

gratia, est nomen *Titan*, quod nomen antiquum ac illustre est; vel *Evanthas;* nam hoc quoque pari comprehenditur computo, aliaque non pauca quæ licet invenire. Quia tamen jam diximus, prioris bestiæ plagam curatam esse, ac loqui imaginem fecisse, quod est robur illi viresque tribuisse: palam omnibus est, qui etiamnum rerum potiantur, Latinos esse. Si igitur ut unius hominis nomen transferatur, *Latinus* efficietur. Quare nec prædicandum, quasi hoc sit illius nomen, nec rursus nesciendum, posse eum aliter nuncupari: sed cum Dei mysterium in corde habeamus, cum timore fide servandâ, quæ a beatis prophetis prædicta sunt; ut cum illa fient, prospiciendo solerter non decipiamur. Supervenientia enim tempora, etiam hunc de quo hæc dicta sunt, manifestabunt.

LI. Sed ne his duntaxat sententiis dictisque illos inducamus, qui divinorum eloquiorum cultu delectantur, aliis pluribus demonstrationibus ostendemus. Ait enim Daniel: « Et isti salvabuntur de manu ejus, Edom et Moab, et principium filiorum Ammon [65]. » Ammon et Moab filii Lot ex filiabus progeniti [66], quorum etiamnum genus perseverat. Ait enim Isaias: « Et volabunt in navibus alienigenarum; mare simul prædabuntur, et eos qui a solis ortu. Et in Moab primum manus injicient; filii autem Ammon primi obedient [67]. »

LII. Hic igitur illis temporibus emergens occurret: triumque cornuum ex decem pugnæ acie potitus, illisque radicitus evulsis, Ægypto scilicet, Libya et Æthiopia, acceptis eorum spoliis ac manubiis, reliquis etiam cornibus quæ nec ipsa immunia exsistant, oblæsisque finibus (8') se illi subjicientibus, exaltari animo incipiet et adversus Deum efferri, qui totius orbis terrarum potiatur. Ejus prima aggressio erit adversus Tyrum et Berytum, ac circumvicinam regionem. His enim urbibus primum expugnatis, aliis terrorem injiciet, quemadmodum Isaias ait: « Erubesce, Sidon, dixit mare. Fortitudo vero maris dixit: Non parturivi, neque peperi, nec educavi juvenes, nec exaltavi virgines. Quando autem auditum fuerit Ægypto, capiet eos dolor pro Tyro [68]. »

LIII. Iis ita futuris, dilectissime, ac tribus cornibus ab eo excisis, post hæc se ut Deum exhibere incipiet, quemadmodum prædixit Ezechiel: « Pro eo quod exaltatum est cor tuum, et dixisti: Deus sum ego [69]. » Similiter quoque Isaias: « Tu autem

ψήφῳ ἐμπεριέχεται, καὶ ἕτερα πλείονα εὑρεθῆναι δυνάμενα. Ἀλλ' ἐπειδὴ προέφθημεν (9) λέγοντες, ὅτι ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θηρίου τοῦ πρώτου, καὶ ποιήσει (10) λαλεῖν τὴν εἰκόνα, τουτέστιν, ἴσχυσε (11)· φανερὸν δ' ἐστὶ πᾶσιν, ὅτι οἱ κρατοῦντες ἔτι νῦν εἰσι Λατῖνοι· εἰς ἑνὸς οὖν ἀνθρώπου ὄνομα μεταγόμενον, γίνεται *Λατεῖνος*. Ὥστε οὔτε προκηρύσσειν δεῖ ὡς ὄντος τούτου ὀνόματος, οὔτε πάλιν ἀγνοεῖν, ὅτι μὴ ἄλλως δύναται λέγεσθαι· ἔχοντες δὲ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ, μετὰ φόβου φυλάσσειν πιστῶς τὰ ὑπὸ τῶν μακαρίων προφητῶν προειρημένα, ἵνα γινομένων αὐτῶν, προϊδόντες μὴ σφαλλώμεθα. Τῶν γὰρ καιρῶν ἐπιγινομένων, καὶ αὐτὸς περὶ οὗ ταῦτα εἴρηται, φανερωθήσεται.

Ἀλλ' ἵνα μὴ μόνοις τοῖς ῥητοῖς τούτοις πείσωμεν τοὺς τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια φιλοπονοῦντας, δείξομεν δι' ἑτέρων ἀποδείξεων πλειόνων. Λέγει γὰρ Δανιήλ· « Καὶ οὗτοι σωθήσονται ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, Ἐδὼμ καὶ Μωάβ, καὶ ἀρχὴ υἱῶν Ἀμμών. » Ἀμμὼν καὶ Μωάβ, οἱ ἐκ τῶν θυγατέρων τοῦ Λὼτ υἱοὶ γεγενημένοι, ἐξ ὧν τὸ γένος ἕως τοῦ νῦν διαμένει. Λέγει γὰρ Ἡσαΐας· « Καὶ πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, θάλασσαν ἅμα προνομεύοντες, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἐπὶ Μωάβ πρῶτον τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσιν· οἱ δὲ υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται. »

Οὗτος οὖν τοῖς τότε καιροῖς ἀναδειχθεὶς ὑπαντεῖ (12)· καὶ κρατήσας ἐν παρατάξει πολέμου τῶν τριῶν κεράτων ἐκ τῶν δέκα, καὶ ἐκριζώσας αὐτὰ, ὅπερ ἐστὶν Αἰγύπτου, καὶ Λιβύων, καὶ Αἰθιόπων, λαβὼν τὰ σκύλα καὶ τὰ λάφυρα, ὑποταγέντων αὐτῷ καὶ τῶν λοιπῶν κεράτων τῶν περιβλαπτομένων, ἄρξει ὑψοῦσθαι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπαίρεσθαι κατὰ τοῦ Θεοῦ, πάσης τῆς οἰκουμένης κρατῶν· τὸ δὲ ὅρμημα αὐτοῦ πρῶτον ἔσται ἐπὶ Τύρον καὶ Βήρυτον, καὶ τὴν πέριξ χώραν. Ταύτας γὰρ πρῶτον τὰς πόλεις ἐκπορθήσας, ταῖς ἑτέραις φόβον ἐγγεννήσει, καθὼς φησιν Ἡσαΐας· « Αἰσχύνθητι, Σιδὼν, εἶπεν ἡ θάλασσα· ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς θαλάσσης εἶπεν· Οὐκ ὠδινον, οὐδ' ἔτεκον, οὐδ' ἐξέθρεψα νεανίσκους, οὐδὲ ὕψωσα παρθένους. Ὅταν δὲ ἀκουστὸν γένηται Αἰγύπτῳ, λήψεται αὐτοὺς ὀδύνη περὶ Τύρου. »

Τούτων οὕτως ἐσομένων, ἀγαπητὲ, καὶ τῶν τριῶν κεράτων ὑπ' αὐτοῦ ἐκκοπέντων, μετὰ ταῦτα ἄρξεται ὡς Θεὸν ἑαυτὸν ἐπιδεικνύναι, ὡς προεῖπεν Ἰεζεκιήλ· « Ἀνθ' ὧν ὑψώθη ἡ καρδία σου, καὶ εἶπας, Θεός εἰμι ἐγώ. » Καὶ Ἡσαΐας ὁμοίως· « Σὺ δὲ εἶπας ἐν τῇ

[65] Dan. XI, 41. [66] Gen. XIX, 37, 38. [67] Isa. XI, 14. [68] Isa. XXIII, 4, 5. [69] Ezech. XXVIII, 6.

enim nomen, habet numerum de quo quæritur: sed nihil de eo affirmamus. » Statimque subdit: « Sed et ΛΑΤΕΙΝΟΣ nomen, habet sexcentorum sexaginta sex numerum; et valde verisimile est, quoniam novissimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim sunt qui nunc regnant; sed non in hoc nos gloriabimur. » Hæc autem propterea in medium adduximus, ut magis inde constet, Irenæi scripta Hippolytum præ oculis habuisse. Hinc etiam compertum fit, tria ista nomina perperam fuisse in versione hisce litteris consignata, *Titan*, *Evanthas* et *Latinus:* neque enim ad mentem Hippolyti numerus apocalypticus 666 inde exsurgere potest; ut proinde sic exprimenda fuissent, ΤΕΙΤΑΝ, ΕΥΑΝΘΑΣ, ΛΑΤΕΙΝΟΣ: quo quidem modo illa expressit vetus Irenæi interpres.

(8') *Finibus.* In Græco κεράτων· unde videtur interpres legisse περάτων. EDIT. PATROL.

(9) *Προέφθημεν.* Ita legendum, pro προέφημεν. FABRIC.

(10) *Ποιήσει.* Combef., ἐποίησε.

(11) *Ἴσχυσε.* Forte ἰσχύσει. GUD.

(12) *Ὑπαντεῖ.* Legendum ὑπαντήσει, unde sequitur, καὶ ἄρξει. TAN. FAB.

Digitized by Google

καρδίᾳ σου· Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσομαι, ἐπάνω τῶν ἄστρων τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου· ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Νυν δὲ εἰς ᾅδην καταβήσῃ, εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. » Ὡσαύτως καὶ Ἰεζεκιήλ· « Μὴ λέγων ἐρεῖς τοῖς ἀναιροῦσί σε, Θεός εἰμι ἐγώ; Σὺ δὲ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός. »

A dixisti in corde tuo: Ascendam in cœlum, super stellas cœli ponam solium meum; ero similis Altissimo. Nunc autem in infernum descendes, ad fundamenta terræ [70]. » Simili quoque ratione Ezechiel: « Nunquid dicens loqueris interficientibus te: Deus sum ego? Tu vero homo, et non Deus [71]. »

Δεδειγμένων οὖν διὰ τῶν ῥητῶν τούτων τῆς φυλῆς, καὶ τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀναιρέσεως, τοῦ τε ὀνόματος μυστικῶς σεσημασμένου, ἴδωμεν καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ (13). Αὐτὸς γὰρ προσκαλέσεται πάντα τὸν λαὸν πρὸς ἑαυτὸν ἐκ πάσης χώρας τῆς διασπορᾶς, ἰδιοποιούμενος ὡς τέκνα ἴδια, ἐπαγγελλόμενος ἀποκαταστήσειν τὴν χώραν, καὶ ἀναστήσειν αὐτῶν τὴν βασιλείαν καὶ τὸν λαὸν, ἵνα ὑπ' αὐτῶν ὡς Θεὸς προσκυνηθῇ, ὡς λέγει ὁ προφήτης· « Συνάξει πᾶσαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἄχρι δυσμῶν· οὓς κεκλήκοι, καὶ οὓς οὐ κεκλήκοι, πορεύσονται μετ' αὐτοῦ. » Καὶ Ἱερεμίας δὲ εἰς αὐτὸν χρώμενος παραβολῇ, φησὶν οὕτως· « Πέρδιξ ἐφώνησε, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκε, ποιῶν τὸν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως· ἐν ἡμίσει ἡμερῶν καταλείψουσιν αὐτὸν, καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν αὐτοῦ ἄφρων. »

LIV. Cum his locis, Antichristi tum tribus probata sit, tum ejus exhibitio ac interitus; nomen quoque obscure designatum sit ac sub ænigmate; videamus et quid acturus sit. Ipse enim congregabit ad se omnem populum ex omni regione qua dispersi sunt, velut suos ipsius filios asciscens propriosque adhibens, restituturum se regionem pollicitus, regnumque illorum ac populum suscitaturum, ut ab eis tanquam Deus adoretur, sicut ait propheta: B « Congregabit omne regnum suum a solis ortu usque ad occasum. Quos vocaverit, et quos non vocaverit, cum eo venient [72]. » Jeremias quoque sic de illo loquitur sub avis metaphora: « Perdix clamavit: congregavit quæ non peperit; faciens divitias suas non cum judicio. In dimidio dierum derelinquent eum; et erit in novissimis diebus suis insipiens [73]. »

Οὐ βλάψει οὖν διὰ τὸ προκείμενον, καὶ τὴν τέχνην τοῦ ζώου διηγήσασθαι, καὶ ὅτι οὐ μάτην ἀπεφήνατο (14) ὁ προφήτης τὸ ῥητὸν, τῇ τοῦ ζώου παραβολῇ χρώμενος· τοῦ γὰρ πέρδικος κενοδόξου ζώου ὑπάρχοντος, ἐπὰν πλησίον ἴδῃ ἑτέρου πέρδικος καλιὰν ἔχουσαν νεοσσοὺς, ἀποπτάντος τοῦ πατρὸς αὐτῶν εἰς τὴν νομὴν, μιμούμενος τὴν τοῦ ἀλλοτρίου φωνὴν προσκαλεῖται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς νεοσσούς· οἱ δὲ νομίσαντες

LV. Nihil ergo officiet, præsentis argumenti gratia, quominus etiam animalis artem astumque enarremus, ac ostendamus, non frustra prophetam hæc locutum esse, ejus animalis usum similitudine. Nam cum perdix superbum animal sit, ubi prope alterius perdicis nidum in quo sint pulli, viderit, C quorum parens ad pastum avolarit, æmula alieni voce, ad se pullos vocat: pulli vero suum ipsam

[70] Isa. XIV, 13-15. [71] Ezech. XXVIII, 9. [72] Etiam superius cap. 15, hæc citata ut prophetica. [73] Jer. XVII, 11.

(13) *Τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.* In partitione operis, supra cap. 5, posuit Hippolytus se quinto loco dicturum esse περὶ πλάνης τοῦ Ἀντιχρίστου. Itaque pro πρᾶξιν, emenda fidenter τὴν πλάνην αὐτοῦ. Et hoc ex tota serie probari potest. Cap. 55 vocat τὴν τέχνην τοῦ ζώου, et mox, καταλείψαντες τὸν πλάνον. Ib. — Non est tamen necessaria hæc Tanaquilli Fabri emendatio: quia πρᾶξις, ut vox generalis, etiam πλάνην Antichristi potest denotare. FABRIC.

(14) *Ἀπεφήνατο.* Sic emendavi ex Catena Græca in Jerem. cum esset ἀπεκρίνατο, ac reliqua ita mutila essent, ut vix ullus ex eis congruus sensus elici posset. Erit et hoc argumento, esse hanc veram Hippolyti lucubrationem, non quam spuriam ejus nomine Picus vulgavit, in qua nulla hæc exstant. Ad sensum vero Hippolyti (qui et aliorum plurium D Græcorum Patrum, necnon et Hieronymi) perdicem sic vocare vel excludere alienos pullos, qui deinde verum parentem agnoscant et alienum relinquant; alienum a natura hujus animalis, docti recentiores animadverterunt, quod nobis proprie usuque vulgato perdix est: aliaque sunt veri perdicis vitia auctoribus sacris profanisque notata; in quibus Origenes ad Jerem. laudatum locum, τὸ κακοηθέστατον καὶ τὸ ἀκάθαρτον numerat, quod callidissimum cavendo pullis animal, et quod salacissimum, ut se mares alii alios ineant, etc. Aliud genus avis multis ostendit Bochartus *De animalibus sacræ Scripturæ*, tomo I, oblongo rostro, qualis fere nostra rusticula, nec nobis satis notum, cujus ea indoles, ut aliena ova foveat et excludat, habeatque ac vocet ut suos, alienos pullos, qui et deserant. Familiarissimum istud in gallinis domesticis; quæ anatum, anserum, aliaque ova foveant et excludant, pullosque non suos frustra vocitent, cum illi ex indole quod nacti sunt, mox nati actitent; puta anates aquis inhiant iisque innatant, spreta gallinæ voce, quæ nec sic ut suos, alienos fetus fovere desinit; tantus illius ex innato prolis amore stupor. Nec aliter videatur de illa ave, quam Jeremias exemplo usurpavit; ac parabola scite avaros reprehendit, qui sine judicio opes non eis permansuras congregent, sæpe etiam in vita dimittendas, nedum cum vita morte eis commutanda erit. Grotii expositio, dictum hoc a propheta, quod perdicum ova sæpe subventanea sunt, ut Arist., l. VI, c. 2, tradidit aliique, nihil ad rem aut ex mente prophetæ: nec ejus comparatio hoc petit, sed quod avis sic frustra, nulloque suo commodo, alienos, pro suis, pullos excludat. Ægyptium קדא vocat in Beresith Rabbà, R. Josue, Caninæ filius, nec aliter Chrysostomus in Catena, *Perdicem Ægyptiam*, quod præcipue in Ægypto sit id genus avis. Montanam esse, nec tanti pretii, ut in illa venator debeat operam perdere, indicat, quod se illi David comparat, persequente Saule inter montana. Illud ἐφώνησε, « vocavit, » cum in Hebræis non exstet, additum videtur a Septuaginta; qua voce, et quod συνήγαγε transtulerunt, τὸ דגר « congregavit » (quod melius Hieronymus aliique, « fovit, ») illam sibi fabellam habuere Græci interpretes, ad quam nihil sacer textus cogit: qui, vel si vox illa Hebraica esset « congregare, » ut sentit David Kimchi, aliter intelligendus esset, quam ut velit vocare et congregare, quos ex alienis ovis, ut suos exclusisset; velut fere præter gallinas, quibus ipsi aliena ova supponimus, sunt illæ omnes aves, quibus cuculus sua supponit, exesis illarum ovis. COMBEF.

Digitized by Google

parentem eam existimantes, ad illam accurrunt. Gloriaturque illa ac sibi placet in alienis pullis, quasi in suis. Reverso autem vero parente suaque ipsius voce inclamante, ea pulli agnita, relictoque seductore, ad verum se parentem conferunt. Eodem similiter tropo usus est propheta, translata in Antichristum fabula. Is namque ad se ipse humanum vocabit genus, eos sibi addicere studens: nempe abs se omnes liberatum iri pollicitus, qui sibi ipsi salutem præstare non potest.

LVI. Is igitur congregatis ad se, qui ubique gentium de populo exsistent increduli, illorum rogatu ac suasione veniet, ut sanctos, eorum inimicos ac adversarios ulciscatur, quemadmodum ait apostolus et evangelista: « Judex erat in civitate, qui Deum non timebat, nec hominem reverebatur. Vidua autem quædam erat in illa civitate quæ interpellabat eum, dicens: Vindica me de adversario meo. At ille nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam [74]. »

LVII. Judicem iniquitatis, qui nec Deum timeat, neque hominem revereatur, citra ullam dubitationem Antichristum vocat, ut qui filius diaboli sit et vas Satanæ. Regnum enim adeptus, adversus Deum efferri incipiet, qui nec vere Deum timeat, neque Filium Dei omnium vere judicem revereatur. Dicendo autem esse viduam in civitate, ipsam Jerusalem designat, quæ plane vidua est, a perfecto ac cœlesti sponso Deo derelicta. Hæc illum adversarium suum et non Servatorem vocat, non intelligens quod dictum est a Jeremia propheta: « Pro eo quod non crediderunt veritati, tunc loquetur populo huic et Jerusalem spiritus erroris [75]. » Sed et Isaias similiter: « Eo quod noluerit populus iste bibere aquam Siloe quæ vadit cum silentio, sed vult habere Rasin et filium Romeliæ regem super vos; propterea ecce Dominus adducet super vos aquam fluminis, fortem et multam, regem Assyriorum [76]. » Regis symbolo Antichristum significat, quemadmodum etiam alius propheta dicit: « Et erit hæc a me pax, quando Assyrius supervenerit in terram vestram, et quando ascenderit super montes vestros [77]. »

A τὸν ἴδιον πατέρα αὐτῶν ὑπάρχειν, προστρέχουσιν αὐτῷ. Ὁ δὲ γαυριᾷ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις τέκνοις, ὡς ἐν ἰδίοις· ἐπανελθόντος δὲ τοῦ ἀληθινοῦ πατρὸς, καὶ βοήσαντος τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, ἐπιγνόντες οἱ νεοσσοὶ, καταλείψαντες τὸν πλάνον πορεύονται ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν πατέρα. Τῷ αὐτῷ ὁμοίως μετεχρήσατο ὁ προφήτης τρόπῳ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου· ὡς προσκαλέσεται πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλότρια ἰδιοποιεῖσθαι βουλόμενος, λύτρωσιν πᾶσιν ἐπαγγελλόμενος, ἑαυτὸν σῶσαι μὴ δυνάμενος.

Οὗτος οὖν ἐπισυνάξας πρὸς ἑαυτὸν τὸν πάντοτε ἀπειθῆ λαὸν γεγενημένον, ἔρχεται παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν διώκειν τοὺς ἁγίους, ἐχθροὺς καὶ ἀντιδίκους αὐτῶν ὑπάρχοντας, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστής· « Κριτὴς ἦν ἐν πόλει τὸν Θεὸν μὴ B φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. Χήρα δέ τις ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἣ παρεκάλει αὐτὸν, λέγουσα· Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν ἐπὶ χρόνον· ὕστερον μέντοι εἶπεν ἐν ἑαυτῷ λέγων· Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, οὐδὲ ἄνθρωπον ἐντρέπομαι, ἀλλά γε διὰ τὸ παρενοχλεῖν με τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν. »

Κριτὴν μὲν οὖν ἀδικίας, τὸν μήτε τὸν Θεὸν φοβούμενον, μήτε ἄνθρωπον ἐντρεπόμενον, ἀδιστάκτως τὸν Ἀντίχριστον λέγει, ὡς υἱὸν ὄντα τοῦ διαβόλου, καὶ σκεῦος τοῦ Σατανᾶ· ἄρξεται γὰρ βασιλεύσας κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐπαίρεσθαι, μήτε ἀληθῶς τὸν Θεὸν φοβούμενος, μήτε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κριτὴν πάντων ὄντα ἐντρεπόμενος. Χήραν δὲ λέγων εἶναι ἐν τῇ πόλει, C αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ σημαίνει, ἥτις ὄντως ἐπὶ χήρα, κατάλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ τελείου καὶ ἐπουρανίου Θεοῦ νυμφίου· ἥτις τοῦτον ἀντίδικον ἑαυτῆς, καὶ οὐ Σωτῆρα ἀποκαλοῦσα, μὴ ἐπιγνοῦσα τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου· « Ἀνθ' ὧν ἠπείσθησαν τῇ ἀληθείᾳ, τότε λαλήσει τῷ λαῷ τούτῳ καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ πνεῦμα πλανήσεως. » Καὶ Ἡσαΐας ὁ ὁμοίως· « Διὰ τὸ μὴ βουληθῆναι τὸν λαὸν τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλοὰμ (15), τὸ πορευόμενον ἡσυχῆ πιεῖν, ἀλλὰ (βούλεσθαι ἔχειν τὸν Ῥασὶν καὶ τὸν υἱὸν Ῥομελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν· διὰ τοῦτο ἰδοὺ Κύριος ἀνάγει ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ πολὺ, τὸν) βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. » Βασιλέα ἐν συμβόλῳ τὸν Ἀντίχριστον λέγει, καθὼς καὶ ἕτερος προφήτης φησί· « Καὶ ἔσται αὕτη ἡ παρ' ἐμοῦ εἰ- D ρήνη (16), ὅταν ὁ Ἀσσύριος ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ἐπιβῇ ἐπὶ τὰ ὄρη ὑμῶν. »

LVIII. Quin et Moyses similiter, cum præsciret fore ut populus verum mundi Salvatorem repelleret

Καὶ Μωϋσῆς δὲ ὁμοίως, προγινώσκων ὅτι μελλήσει ὁ λαὸς ἀπωθεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι τὸν ἀληθῆ τοῦ

[74] Luc. XVIII, 2-5. [75] Jer. IV, 11. [76] Isa. VIII, 6, 7. [77] Mich. V, 5.

(15) *Σιλοάμ.* Combef., Σιλωάμ. Sic apud LXX.

(16) *Καὶ ἔσται αὕτη ἡ παρ' ἐμοῦ εἰρήνη.* « Et erit hæc a me pax. » Græca Vulg.: Αὐτὴ εἰρήνη, vel ut ms. Alex., αὐτὴ ἡ εἰρ· « erit illi pax. » Sed Hebraica masculino genere et rectum ad Christum referunt, de quo superiores versiculi, quibus nostra magis accedunt. Nempe ipse pax nostra adversus Assur, et quo illius potentiam infringamus, sive est Antichristus, sive quivis alius tyrannus: quo scilicet nobis a Deo, de illo victoria præstatur.—*Ἐπὶ τὰ ὄρη.* Hebraica, « domus, » et quidem excelsas ac « palatia, » quomodo etiam Syr. Vulg. Græca, *τὴν χώραν*, « regionem vestram, » quod communius est, aliudque videantur Septuaginta reddidisse. An ὄρη, quod ita Hippolytus, quasi montium altitudine et mole illa palatia et ædes viderentur, per auxesim Scripturis non insuetam? COMBEF.

Digitized by Google

κόσμου Σωτῆρα, συναίρεσθαι δὲ τῇ πλάνῃ, ἐπίγειον βασιλέα αἱρούμενος, τὸν δὲ ἐπουράνιον ἀθετεῖν, φησίν· « Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα συνῆκται παρ' ἐμοῦ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου; ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω, καὶ ἐν καιρῷ, ὅταν σφαλῇ ὁ ποῦς αὐτῶν. » Ἐσφάλησαν οὖν κατὰ πάντα, ἐν μηδενὶ σύμφωνοι τῇ ἀληθείᾳ εὑρισκόμενοι· μήτε κατὰ τὸν νόμον, διὰ τὸ παραβάτας αὐτοὺς (17) γενέσθαι· μήτε κατὰ τοὺς προφήτας, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τοὺς προφήτας ἀνῃρηκέναι· μήτε κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φωνήν, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα σταυρωθῆναι· μήτε τοῖς ἀποστόλοις πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς ἐκδιωχθῆναι· πάντοτε ἐπίβουλοι καὶ προδόται τῆς ἀληθείας γενόμενοι, μισόθεοι καὶ μὴ φιλόθεοι εὑρισκόμενοι, καὶ οἱ τότε λαβόμενοι καιρὸν· ἐκδικίαν γὰρ παρὰ ἀνθρώπου θνητοῦ τυχεῖν εὔχονται κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ ἐγειρόμενοι. Ὅς φυσιωθεὶς ὑπ' αὐτῶν (18) ἄρχεται βίβλους κατὰ τῶν ἁγίων ἐκπέμπειν τοὺς πάντας πανταχοῦ ἀναιρεῖσθαι, τοὺς μὴ θέλοντας αὐτὸν σεβάζειν καὶ προσκυνεῖν ὡς Θεὸν, καθώς φησιν Ἡσαΐας· « Οὐαὶ γῆς πλοίων πτέρυγες, ἐκ πέραν ποταμῶν Αἰθιοπίας· ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὕμηρα, καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνας (ἐπάνω τοῦ ὕδατος· πορεύσονται γὰρ ἄγγελοι κοῦφοι) πρὸς ἔθνος μετέωρον (19), καὶ ξένον λαὸν καὶ χαλεπὸν εἰς αὐτούς, ἔθνος ἀνέλπιστον καὶ καταπεπατημένον.

ac abjiceret, errori vero consentiret, terrenum diligens regem, ac cœlestem spernens : « Nonne hæc, inquit, condita sunt apud me, et signata in thesauris meis? In die ultionis retribuam, et in tempore, cum labetur pes eorum [78]. » Per omnia itaque lapsi sunt et erraverunt, qui in nullo veritati concordes exstiterunt : nec in lege, quod eam transgressi sunt; nec in prophetis, quod prophetas quoque occiderunt; nec in Evangeliorum voce, quod et Salvatorem ipsum crucifixerunt; nec apostolis credentes, quod et illos persecuti sunt; ubique veritati insidias nectentes ejusque proditores, Dei magis odio ducti, quam ejus ullo amore devoti; qui et ipsi tunc ubi erunt nacti occasionem, mortalem hominem sui ultorem fore rogabunt, adversus Dei servos animis incitati. Quibus ille fastu tumens, libellos in omnes partes adversus sanctos destinare incipiet, ut qui eum colere et quasi Deum venerari noluerint, omnes ubique interficiantur; quemadmodum ait Isaias : « Væ terræ navium alæ, trans flumina Æthiopiæ. Qui mittit in mare obsides, et epistolas biblinas super aquam. Ibunt enim nuntii leves ad gentem erectam suspensique animi, et peregrinum populum sævumque in eos, gentem insperatam et conculcatam [79]. »

LIX. Verum nos qui in Filium Dei speramus, ab infidelibus a quibus conculcamur, persecutionem patimur. Alæ enim navium, Ecclesiæ sunt; mare vero, mundus, in quo Ecclesia, velut navis pelagi salo, fluctibus jactatur, nec tamen naufragio perit; quippe cum solertem gubernatorem Christum secum habeat. Fert vero etiam in medio erectum adversus mortem tropæum, quæ videlicet crucem Domini secum portet. Est enim ejus prora, Oriens; puppis vero, Occidens; cavitas mediaque capacitas, Meridies; clavi, duo Testamenta; circumextenti funes, Christi charitas quæ Ecclesiam astringit; linum quod secum fert, lavacrum est regenerationis quæ fideles renovat, unde sunt illa præclara. Venti loco adest

'Αλλ' ἡμεῖς οἵτινες ἐλπίζοντες εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, διωκόμεθα καταπατούμενοι ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀπίστων. Πλοίων γὰρ πτέρυγές εἰσιν αἱ Ἐκκλησίαι· θάλασσα δέ ἐστιν ὁ κόσμος, ἐν ᾧ ἡ Ἐκκλησία, ὡς ναῦς ἐν πελάγει χειμάζεται μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀπόλλυται· ἔχει γὰρ μεθ' ἑαυτῆς τὸν ἔμπειρον κυβερνήτην Χριστόν· φέρει δὲ ἐν μέσῳ καὶ τὸ τρόπαιον, τὸ κατὰ τοῦ θανάτου, ὡς τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου μεθ' ἑαυτῆς βαστάζουσα. Ἔστι γὰρ αὐτῆς μὲν πρώρα, ἡ Ἀνατολή· πρύμνα δὲ, ἡ Δύσις· τὸ δὲ κύτος (20), Μεσημβρία· οἵακες δὲ, αἱ δύο Διαθῆκαι· σχοινία δὲ περιτεταμένα, ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ σφίγγουσα τὴν Ἐκκλησίαν· λίνον (21) δὲ ὃ φέρει μεθ' ἑαυτῆς, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας ἀνανεούσης τοὺς πι-

[78] Deut. xxxiv, 34, 35. [79] Isa. xviii, 1, 2.

(17) *Παραβάτας αὐτούς.* Id. παραβάτας αὐτοῦ.

(18) *Ὑπ' αὐτῶν.* Combef., παρ' αὐτῶν.

(19) *Πρὸς ἔθνος μετέωρον.* Locus hic visus Hieronymo difficillimus, quem allegorice de hæreticis exponit. Μετέωρον, quod « excelsam » reddit, quasi obvia significatione, et post eum Nobilius, mihi non satisfacit. Putandi Septuag. voluisse vim Hebraicæ vocis reddere, quæ velut « distractum tractumque » sonat, hujus amplitudinis voce, ac qua forte nulla commodior exsistat. Sit ergo, « Ad gentem erectam, suspensi animi, consilia molientem, » ac si quid ejusmodi est. Combef.

(20) *Τὸ δὲ κύτος.* Sic emendavi, cum repræsentarit Gudius, τὸ δὲ κύκλον· parumque felici conjectura, κοῖλον emendandum putaverit. Est hæc navis descriptio, ipsa accurata, cui proinde post proram et puppim, τὸ κύτος assignandum erat, tota media capacitas his intercepta et laterum amplitudo, quam sic Græci vocant. Athen., κατὰ μέσον τῆς νεὼς κύτος ἐν κοίλῃ, « medius navis venter, seu ventricosus alveus. » Nec aliter Jul. Pollux lib. I, cap. 4, *Περὶ μερῶν* νεώς· Καὶ τὸ μὲν ἔδαφος τῆς νεὼς, κύτος καὶ γάστρια καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται. Ubi non bene Rodolphus Gualtherus, « Pavimentum, fundum, alvum, ἀμφιμήτριον. » Domus quidem ἔδαφος, « pavimentum » recte dicatur; navis, minime; sed, quod Hesych. et Suid. χώρημα, βάθος, πλάτος, « capacitas, profunditas, latitudo, » totus denique medius navis sinus et venter; ὄγκος Suid. non solum quod imo sternitur, quasi ad carinæ locum, quomodo videtur Gualtherus accepisse, quod vocat, pavimentum. Κύτος in capite, tota illa pars quæ capillis tegitur, continetque ac obtegit cerebrum; quam qui pavimentum diceret, næ is scitus interpres esset. Ib.

(21) *Λίνον.* Et hic πλοῖον erat : at quomodo navis secum πλοῖον fert, quasi navis navem? nam πλοῖον navis est, haud secus ac ναῦς. Mirorque Gudio non subluisse. Quod sic lavacro regenerationis comparet Hippolytus, nihil aliud commodius lino occurrit, quo sic capiuntur pisces, et cujus metaphora, prædicatio evangelica Proclo, Chrysost., etc., declaratur. Ejus itaque navis, quæ Ecclesia est, linum capiendis pisciculis, et ut jam

Digitized by Google

Spiritus ille e cœlis, quo fideles consignantur Deo. Habet pariter illi comites et ferreas anchoras, sancta nimirum Christi mandata, quæ ferri robur ipsum præferant. Quin et nautas a dextris atque sinistris habet, sanctorum angelorum more assistentes, quorum ope continetur atque munitur Ecclesia. In ea, scala quæ in altum ad antennam subvehit, imago est salutaris Christi passionis, fideles trahens ut in cœlos conscendant. Signa super antennam in altum sublata, prophetarum, martyrum et apostolorum in Christi regno quiescentium stipatus ordo.

A στεύοντας, ὅθεν δὴ ταῦτα λαμπρά· πάρεστιν ὡς πνεῦμα, τὸ ἀπ' οὐρανῶν, δι' οὗ σφραγίζονται οἱ πιστεύοντες τῷ Θεῷ· παρέπονται δὲ αὐτῇ καὶ ἄγκυραι σιδηραῖ, αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ αἱ ἅγιαι ἐντολαί, δυναταὶ οὖσαι ὡς σίδηρος. Ἔχει δὲ καὶ ναύτας δεξιοὺς καὶ εὐωνύμους, ὡς ἁγίους ἀγγέλους παρέδρους δι' ὧν ἀεὶ κρατεῖται καὶ φρουρεῖται ἡ Ἐκκλησία· κλίμαξ ἐν αὐτῇ εἰς ὕψος ἀνάγουσα ἐπὶ τὸ κέρας, εἰκὼν σημείου πάθους Χριστοῦ, ἕλκουσα τοὺς πιστοὺς εἰς ἀνάβασιν οὐρανῶν· ψηφαροὶ δὲ (22) ἐπὶ τὸ κέρας ἐφ' ὑψηλοῦ αἰνούμενοι (23), τάξις προφητῶν, μαρτύρων τε καὶ ἀποστόλων, εἰς βασιλείαν Χριστοῦ ἀναπαυομένων.

LX. De persecutionis vero ærumna, quam adversarius Ecclesiæ inducet, etiam Joannes loquitur : « Et vidi signum magnum et mirabile, mulierem B amictam sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Et in utero habens clamat parturiens, et cruciabatur ut pareret. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui erat recturus omnes gentes. Et raptus est filius ad Deum et ad thronum ejus. Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi eam pascant diebus mille ducentis sexaginta [80]. Et tunc videns draco, persecutus est mulierem quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum; ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis, a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret rapi a flumine. Et adjuvit terra mulierem, et aperuit os suum, et absorbuit flumen, quod miserat serpens ex ore suo. Et iratus est draco in mulierem, et abiit ut faceret bellum cum sanctis de ejus semine, qui custodiunt mandata Dei et habent testimonium Jesu [81]. »

Περὶ μὲν οὖν τῆς θλίψεως τοῦ διωγμοῦ, τῆς ἐσομένης ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου, καὶ Ἰωάννης φησί· « Καὶ εἶδον σημεῖον μέγα καὶ θαυμαστὸν, γυναῖκα περιβεβλημένην τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δεκαδύο· καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. Καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς, τῆς μελλούσης τίκτειν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἡρπάγη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ· καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει τὸν τόπον ἐκεῖ ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα. Καὶ τότε ἰδὼν ὁ δράκων ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν C ἄρρενα· καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως. Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις (ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμόν· ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ· καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῇ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν, ὃν ἔβαλεν ὁ ὄφις) ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. »

LXI. Mulierem amictam sole clarissime Ecclesiam significavit, paterno indutam Verbo, quod sole micantius splendet. Dicendo vero, « lunam sub pedibus ejus, » cœlesti claritate lunæ in morem ornatam ostendit. Quod autem ait, « in capite ejus corona stellarum duodecim, » duodecim apostolos designat, per quos fundata est Ecclesia. « Et habens in utero clamat parturiens, et cruciabatur ut pareret; » quia non cessat Ecclesia ex corde Verbum gignere, quod in mundo ab infidelibus persecutionem patitur. « Et peperit, inquit, filium masculum, qui

Τὴν μὲν οὖν γυναῖκα τὴν περιβεβλημένην τὸν ἥλιον, σαφέστατα τὴν Ἐκκλησίαν ἐδήλωσεν ἐνδεδυμένην τὸν Λόγον τὸν Πατρῷον ὑπὲρ ἥλιον λάμποντα· « σελήνην » δὲ λέγων « ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, » D δόξῃ ἐπουρανίῳ ὡς σελήνην κεκοσμημένην· τῷ δὲ λέγειν (24), « ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δεκαδύο, » δῆλοι τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, δι' ὧν καθίδρυται ἡ Ἐκκλησία. « Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν· » ὅτι οὐ παύσεται ἡ Ἐκκλησία γεννῶσα ἐκ καρδίας τὸν Λόγον, τὸν ἐν κόσμῳ ὑπὸ ἀπίστων διωκόμενον. « Καὶ

[80] Apoc. XII, 1-6. [81] Ibid. 13, 17.

Christi ac Ecclesiæ membra sint, extra mundi profani salsedinem, lavacrum est regenerationis, quo sic Christo incorporamur. COMBEF.

(22) Ψηφαροί. Velim discere quid istud in re nautica, quidve ita antennæ impositum illique imminens, ac quasi supervolitans, quod sanctos in Christi regno quiescentes, symbolo repræsentet? Videntur esse, quæ Polluci lib. I, cap. 9, ἄμβολα καὶ σύμβολα, quæ in medio antennæ ponit, κατὰ τὸ ἱστόν, « qua parte religatur malo; » sintque quasi rostra et insignia, quasi tessellati aliquid operis, quod præcipue vox illa sonat. Τὸ, ψηφὶν καὶ ψηφίον, « rostrum avium, » orneosophium', est quasi corona, quæ istiusmodi ornamenta admittit et icunculas ac signa, superiori jam sede locata. Ib.

(23) Αἰνούμενοι. Forte αἰρούμενοι. GUD. — Vel ἠωρημένοι ab αἰωρέω. TAN. FAB.

(24) Τῷ δὲ λέγειν. Combef., τὸ δὲ λέγειν.

Digitized by Google

ἔτεκε, φησὶν, υἱὸν ἄῤῥενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη· » τὸν ἄῤῥενα καὶ τέλειον Χριστὸν παῖδα Θεοῦ, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγελλόμενον, ἀεὶ τίκτουσα ἡ Ἐκκλησία, διδάσκει πάντα τὰ ἔθνη. Τὸ δὲ λέγειν, « ἡρπάγη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ· » ὅτι ἐπουράνιός ἐστι βασιλεὺς, καὶ οὐκ ἐπίγειος ὁ δι' αὐτῆς ἀεὶ γεννώμενος, καθὼς καὶ Δαβὶδ προανεφώνει λέγων· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » « Καὶ εἶδε, φησὶν, ὁ δράκων, καὶ ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα· καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ αἱ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν, καὶ καιροὺς, καὶ ἥμισυ καιροῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως. » Αὗται εἰσὶν αἱ χίλιαι διακόσιαι ἑξήκοντα, τὸ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος, ἃς κρατήσει τύραννος, διώκων τὴν Ἐκκλησίαν φεύγουσαν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ ἐν ἐρημίᾳ κρυπτομένην ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἔχουσαν μεθ' ἑαυτῆς οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ τὰς δύο πτέρυγας τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, τουτέστιν, Ἰησοῦ Χριστοῦ πίστιν, ὃς ἐκτείνας τὰς ἁγίας χεῖρας ἐν ἁγίῳ ξύλῳ, ἥπλωσε δύο πτέρυγας, δεξιὰν καὶ εὐώνυμον, προσκαλούμενος πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ σκεπάζων ὡς ὄρνις νεοσσούς. Καὶ γὰρ διὰ Μαλαχίου φησί· « Καὶ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἀνατελεῖ Ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. »

erat recturus omnes gentes; » nimirum Ecclesia, dum Christum Dei masculam ac perfectam prolem, qui Deus et homo prædicatur, semper parit, docet omnes gentes. Porro dicendo : « Raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus; » cœlestem regem, non terrenum esse significat, qui ex illa semper nascitur, ut etiam David pronuntiavit, dicens : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum [82]. » « Et vidit, inquit, draco et persecutus est mulierem, quæ pepererat masculum. Et datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis, a facie serpentis. » Hi sunt dies mille ducenti sexaginta [83] (dimidium scilicet hebdomadæ) quibus tyrannus rerum potietur, persequens Ecclesiam fugientem de civitate in civitatem, et in solitudine in montibus latitantem, nullo alio tutam præsidio, quam duarum alarum aquilæ magnæ; fidei scilicet Jesu Christi, qui, extensis in sancta cruce sanctis manibus suis, duas extendit alas, dexteram atque sinistram, vocans ad se omnes fideles, ac velut gallina eos protegens. Nam et ait per Malachiam : « Vobis qui timetis nomen meum, orietur Sol justitiæ; et sanitas in pennis ejus [84]. »

Λέγει δὲ καὶ ὁ Κύριος· Ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω· τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ὁ ἐν ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· ἔσται γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, ὁποία οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. » Δανιὴλ δὲ λέγει· « Καὶ δώσουσι βδέλυγμα ἐρημώσεως (25) ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἐννενήκοντα. Μακάριος ὁ ὑπομείνας καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἐννενήκοντα πέντε. »

LXII. Ait vero etiam Dominus : « Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto (qui legit, intelligat), tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes; et qui in tecto, non descendat tollere vestem suam; et qui in agro, non revertatur ut tollat aliquid de domo sua. Væ autem prægnantibus et lactantibus in diebus illis. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Et nisi breviati fuissent dies illi, non salva fieret omnis caro [85]. » Daniel autem ait : « Et dabunt abominationem desolationis dies mille ducentos nonaginta. Beatus qui exspectavit et pervenit ad dies mille ducentos nonaginta quinque [86]. »

Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος γράφων πρὸς Θεσσαλονικεῖς, φησίν· « Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτῆς (26), εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῶν ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου· μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς

LXIII. Beatus item Paulus apostolus scribens ad Thessalonicenses, ait : « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostri aggregationem in ipso, ut non cito moveamini a sensu, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolas, tanquam nobis auctoribus, quasi instet dies Domini : ne quis vos decipiat ullo modo; quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui est adversarius, et extollitur

[82] Psal. cix, 1. [83] Apoc. xi, 3. [84] Malach. iv, 2. 20-23. [85] Dan. xi, 31; xii, 11, 12.

[86] Matth. xxiv, 15-22; Marc. xiii, 14-20; Luc. xxi.

(25) *Βδέλυγμα ἐρημώσεως.* Græca Vulg. ἠφανισμένον. Videtur Hippolytus ex memoria hæc scripsisse; ut qui dies mille ducentos nonaginta quinque ponit, ubi Hebræa omnesque interpretes mille trecentos triginta quinque habent, quanquam nusquam proclivior διαφωνία et error, quam in numeris. Etiam Matthæi verba parum luxata, aliter ac Græca Vulg. omnesque alii habent. Combef.

(26) *Ἐπ' αὐτῆς.* Et hoc singulare. Græca Vulg. ἐπ' αὐτὸν, referendo ad Christum, non ad adventum, τῆς παρουσίας. Sensus tamen altus est et expeditus, ut respiciat raptum electorum ac præstantium justorum ad eum in aera : quæ eorum aggregatio in ipso Domini adventu, cujus commonefacere potuit Paulus eosdem Thessalonicenses, eorumque animos ad eum erigere. Ib.

Digitized by Google

super omnem qui dicitur Deus aut numen, ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se esse Deum. Non meministis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc obstaculum scitis, ut ille reveletur in suo tempore. Nam mysterium jam operatur iniquitatis; tantum qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui : cujus adventus secundum operationem Satanæ, in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus, et in omni deceptione injustitiæ, in iis qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt. Et propter hoc mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacium ; ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed injustitiæ sponte adhæserunt [87]. » Ait vero Isaias : « Tollatur impius, ne videat gloriam Domini [88]. »

LXIV. His itaque, charissime, futuris, unaque in duas divisa septimana, ac tunc apparente abominatione desolationis duumque Domini prophetarum ac præcursorum cursu consummato, ac jam mundi universi appetente consummatione; quid reliquum est, quam ut Dominus et Salvator noster Jesus Christus Deus e cœlis appareat, in quem speravimus? qui conflagrationem justumque judicium cunctis inducturus sit, qui in eum non crediderunt. Ait enim Dominus · « His jam fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquavit redemptio vestra [89]. Et capillus de capite vestro non peribit [90]. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, et fulget usque ad occidentem, sic erit adventus Filii hominis. Ubicunque fuerit cadaver, illic congregabuntur et aquilæ [91]. » Fuit autem cadaver (26*) in paradiso; ibi enim Adamus cecidit. Aitque rursus : « Tunc mittet Filius hominis angelos suos, et congregabit electos suos a quatuor ventis cœli [92]. » David quoque prænuntians judicium Dominique apparitionem : « A summo cœlo egressio ejus, inquit, et occursus ejus usque ad summum cœli, et non est qui se abscondat a calore ejus [93]. » Calorem vero, conflagrationem vocat. Sic autem Isaias : « Vade, populus meus, intra in cubiculum tuum; claude ostium tuum; abscondere modicum aliquantulum, donec pertranseat ira Domini. [94] » Paulus item : « Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam hominum, qui veritatem Dei in injustitia detinent [95]. »

ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ἐπαιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε ἑαυτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι (27) ἐστὶ Θεός. Οὐ μνημονεύετε, ὅτι, ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται. Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ· οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ. » Ἡσαΐας δὲ λέγει· « Ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. »

XIV. Hæc igitur, fratres, significant nobis Scripturæ. Hanc œconomiam tradit nobis Joannes in Evangelio, testimonio suo; et hoc Verbum confitetur Deum, sic inquiens: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [69]. » Si ergo Verbum erat apud Deum, et Deus erat, quid ergo? dicetne aliquis dicere Joannem duos Deos? Duos quidem Deos non dicam, sed unum; Personas vero duas; œconomiam tertiam, gratiam dico sancti Spiritus. Pater quidem unus, Personæ vero duæ, quia et Filius; tertia autem Spiritus sanctus. Pater mandat, Verbum perficit, Filius autem ostenditur per quem Pater creditur. Œconomia consensionis redigitur ad unum Deum: unus enim est Deus qui mandat, Pater; qui obedit, Filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus. Pater qui est « super omnia, » Filius « per omnia, » Spiritus sanctus « in omnibus [70]. » Aliter Deum unum intelligere non possumus, nisi vere Patri et Filio et Spiritui sancto credamus. Etenim Judæi Patrem glorificaverunt, sed non egerunt gratias; siquidem non agnoverunt Filium. Discipuli agnoverunt Filium, sed non in Spiritu sancto; idcirco negaverunt. Sciens igitur Verbum Patris, œconomiam et voluntatem Patris, quod non vult aliter Pater glorificari, nisi sic; cum resurrexisset, tradidit hoc discipulis: « Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [71]. » Docuit hic, quod quicunque unum quid horum omiserit, is perfecte Deum non glorificavit. Per hanc enim Trinitatem Pater glorificatur. Pater enim voluit, Filius fecit, Spiritus sanctus manifestum fecit. Omnes igitur Scripturæ de hoc prædicant.

XV. Sed dicet mihi aliquis: Rem novam mihi affers, cum Verbum appellas Filium. Joannes enim

[69] Joan. I, 1. [70] Ephes. IV, 6. [71] Matth. XXVIII, 19.

sive θέλημα Patris dixere multi veteres; quorum loca vide, si placet, apud Petavium lib. VI *De SS. Trinitate*, cap. 8, § 21, et lib. VII, cap. 12, § 12. FABRIC.

(99) *Δύο μὲν οὐκ ἐρῶ Θεοὺς... ἅγιον Πνεῦμα.* Liquet ex hoc testimonio unum omnino Deum, tres Personas ab Hippolyto doceri. Paulo ante cap. 8 dixerat unum Deum esse secundum virtutem, sive secundum essentiam divinam, quæ una prorsus est in tribus Personis; secundum autem œconomiam tres Personas ostendi. Intelligit ergo, ut Tertullianus *adversus Praxeam*, cap. 3 œconomiæ nomine « numerum et dispositionem Trinitatis. » Hoc autem loco gratiam Spiritus sancti appellat « tertiam œconomiam; » sed eodem sensu ac Tertullianus, qui Spiritum sanctum appellat « tertium gradum. » Nam gradus, forma, species, dispositio sive œconomia, idem sonant apud Tertullianum. Quare si Spiritus sanctus dicitur tertius gradus, dici etiam potest tertia dispositio sive œconomia. Minus accurate in Latina interpretatione incarnatio « œconomiæ » nomine designatur, in his verbis quæ leguntur cap. 3: Τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ ἕνα Θεὸν εἶναι; ἀλλ' οὐ τὴν οἰκονομίαν ἀναιρήσει. « Quis enim non dicet unum esse Deum? Non tamen continuo œconomiam, id est, incarnationem, negabit. » Non incarnationem, sed numerum et dispositionem Trinitatis considerat Hippolytus hoc in loco et in pluribus aliis. MARANUS, l. c. pag. 457.

(1) *Κελεύων Πατὴρ... ὑπακούων Υἱός.* Hoc « mandandi et præcipiendi » vocabulo de Patre, et « obediendi » de Filio, sine ulla offensione usi sunt non modo ante concilium Nicænum S. Irenæus, Hippolytus noster, Origenes et alii: sed et post illud concilium, adversarii et hostes Arianæ hæreseos acerrimi, Athanasius, Basilius, Marius Victorinus, Hilarius, Prosper, etc. Vide Petavium lib. I *De Trinit.*, cap. 7, § 7, et Bullum in *Defens. fid. Nic.*, pagg. 138, 164, 167, 170. FABRIC.

(2) *Πατὴρ ἐπὶ πάντων.* Cum Paulus ait de Deo Ephes. IV, 6: « Qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus, » tres Personas designat, et unitatem Dei in illis: quia unius ejusdemque virtutis ac potentiæ est, esse super omnia, et per omnia, et in omnibus; et secundum ordinem confessionis sanctæ Trinitatis, primum tribuit Patri, secundum Filio, tertium Spiritui sancto; quia est tertia Persona secundum ordinem confessionis, ut antiqui theologi loquuntur, et nos loqui docuerunt. FR. TURRIANUS.

(3) *Ἄλλως τε ἕνα Θεὸν... Πνεῦμα ἐφανέρωσεν.* Non poterat accuratius exponi dogma Christianorum. Non solum enim numerum Personarum nihil de Dei singularitate detrahere contendit; sed etiam ipsam Dei singularitatem sine hoc Personarum numero nec consistere, nec coli posse. MARANUS, l. c. pag. 458.

(4) *Ἠρνήσαντο.* Hoc dicit propter Petrum, quem legimus in Evangelio Christum negasse. FR. TURR.

(5) *Ξένον μοι φέρεις, Λόγον λέγων Υἱόν.* Hunc

Digitized by Google

Verbum quidem dicit, sed aliter per allegoriam interpretatur. Imo, non aliter per allegoriam interpretatur: sic enim ostendens hoc Verbum Dei quod ab initio erat, et nunc missum est, dixit postea in Apocalypsi: « Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus; et qui sedebat in eo, fidelis et verax, et in justitia judicat et pugnat. Oculi ejus sicut flamma ignis; et in capite ejus diademata multa; habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine; et vocatum est nomen ejus, Verbum Dei [72]. » Videte igitur, fratres, quomodo vestis sanguine aspersa, in symbolo significavit carnem, qua venit ad subeundam passionem impatibile Dei Verbum, sicut mihi prophetæ testantur. Sic enim ait beatus Michæas: « Domus Jacob irritavit Spiritum Domini. Hæc sunt eorum studia. Nonne boni sermones ejus; et recte cum ipsis ambulant? Et ipsi suscitaverunt inimicitiam contra pacem ejus, gloriam ejus detraxerunt [73]. » Id est, fecerunt eum pati in carne. Similiter beatus Paulus ait: « Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, damnavit peccatum in carne: ut justificatio legis ostenderetur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum [74]. » Qualem igitur Filium suum Deus per carnem misit, nisi Verbum, quod a principio scilicet Filium vocavit, quia futurum erat ut ortum caperet? Et cum Filius vocatur, commune nomen amoris erga homines sumit. Nec enim Verbum per se et sine carne perfectus Filius erat, cum tamen esset perfectum Verbum,

A ἀλληγορεῖ (6). Οὕτως γὰρ δεικνύων τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τοῦτον ὄντα ἀπ' ἀρχῆς καὶ νῦν ἀπεσταλμένον, ὑποδὰς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ἔφη· « Καὶ ἰδοὺ τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτοῦ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ φλὸξ πυρός· καὶ διαδήματα πολλὰ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον ἐῤῥαντισμένον αἵματι· καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. » Ὁρᾶτε οὖν, ἀδελφοὶ, πῶς ἐν συμβόλῳ (7) τὸ ἱμάτιον τὸ ἐῤῥαντισμένον αἵματι, τὴν σάρκα διεγήσατο, δι' ἧς καὶ ὑπὸ πάθος ἦλθεν, ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καθὼς μαρτυροῦσίν μοι οἱ προφῆται. Λέγει γὰρ οὕτως ὁ μακάριος Μιχαίας· « Οἶκος Ἰακὼβ παρώργισε Πνεῦμα Κυρίου. Ταῦτα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῖς ἐστιν. Οὐχ οἱ λόγοι αὐτοῦ καλοὶ μετ' αὐτῶν, καὶ ὀρθοὶ πορεύονται; Καὶ αὐτοὶ ἀντέστησαν εἰς ἐχθρὰν κατὰ πρόσωπον τῆς εἰρήνης αὐτοῦ, τὴν δόξαν (8) ἐξέδειραν αὐτοῦ. » Τουτέστιν, τὸ σαρκὶ παθεῖν αὐτόν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας (9) κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου φανερωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα. » Ποῖον οὖν Υἱὸν ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς διὰ τῆς σαρκὸς κατέπεμψεν, ἀλλ' ἢ τὸν Λόγον, ὃν Υἱὸν προσηγόρευε διὰ τὸ μέλλειν αὐτὸν γενέσθαι; Καὶ τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς εἰς ἀνθρώπους φιλοστοργίας (10) ἀναλαμβάνει ὁ Υἱὸς καλούμενος. Οὔτε γὰρ ἄσαρκος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Λόγος, τέλειος ἦν Υἱὸς (11), καίτοι τέλειος Λόγος ὢν, Μονογενής. Οὐδ' ἡ σὰρξ

B

C

[72] Apoc. xix, 11-13. [73] Mich. II, 7, 8. [74] Rom. VIII, 3, 4.

locum puto a Turriano minus bene sic redditum: « Novum verbum mihi affers, cum Filium vocas; » atque Hippolytum potius in hanc sententiam scripsisse: « Novum mihi affers, cum Filium Verbum vocas, » sive Verbi appellas nomine. FABRIC... Neque aliter Wesselingius *Probabil.* cap. 26, pag. 252 cujus proinde versionem expressimus.

(6) *Ἀλλ' ἄλλως ἀλληγορεῖ.* « Sed aliter interpretatur. » Statimque ista in versione subduntur: « Imo, non aliter per allegoriam interpretatur; » adeoque legerit interpres: μενοῦνγε οὐκ ἄλλως ἀλληγορεῖ; quæ quidem sive exscriptori sive typothetæ ob repetitum ἀλληγορεῖ excidérint: ea siquidem contextus postulare videtur. Ad hunc autem locum hæc adnotat Turrianus: « Verbum Dei non allegorice, sed proprie Filium Dei significat. Hoc ipsum beatus Cyrillus lib. VII *Thesauri*, cap. 1, contra Eunomium docuit; et per Scripturas probavit esse Verbum proprium nomen Filii: id est, hanc vocem, *Verbum*, proprie et decenter, et non per abusionem aut allegoriam, Filium Dei significare. »

(7) *Ἐν συμβόλῳ.* Hoc est, in figura, qua utitur etiam propheta Isaias LXIII, 1. FABRIC.

(8) *Τὴν δόξαν.* Sic habebant LXX in exemplari Hippolyti, δόξαν, non δοράν, ut nunc in nostris. Convenit hæc lectio cum Isa. LIII, 2: « Non est species ei, neque decor. » FR. TURR.

(9) *Ἁμαρτίας.* Omittit verba, καὶ περὶ ἁμαρτίας, quæ et in uno Covelli codice absunt: sed ab aliis codicibus, quemadmodum et versionibus antiquis Epistolæ ad Romanos, agnoscuntur. FABRIC.

(10) *Τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς... φιλοστοργίας.* « Commune nomen amoris. » Filius Dei, filius hominis nominatus est et fuit, ut nos filii Dei nominemur et simus: quod fuit summæ erga nos charitatis. « Videte, » inquit Joannes in Epist. I, cap. III, 1, « qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus! » Nisi enim sic Pater dilexisset mundum, ut Filium suum factum filium hominis pro nobis in mortem tradidisset, adoptionem filiorum Dei quam accepimus, non accepissemus. FR. TURRIAN.

(11) *Οὔτε γὰρ..... τέλειος ἦν Υἱός.* « Nec enim perfectus Filius erat. » Nihil deerat Filio Dei ad perfectionem generationis æternæ ex Patre, antequam fieret filius hominis: sed ad perfectum mysterium D œconomiæ deerat Christo Filio Dei, ut fieret filius hominis, et sic esset perfectus Christus. Cum carne itaque factus est perfectus Christus, et perfectus sive completus Filius; Filius scilicet Dei, et filius hominis: quia hypostasis Christi, ut antiqui theologi et ecclesiastici Patres tradunt, est quid completum ex duabus naturis, divina scilicet et humana unita Verbo. Et beatus Cyrillus lib. II *contra Nestorium*: « Corpus, inquit, ex muliere natum, unitum Verbo secundum hypostasin, Christum unum et Filium et Dominum perfecit, sive complevit eumdem Deum et hominem; » quod perinde est ut diceret, Filium Dei et eumdem filium hominis. Conveniunt cum his quæ Leontius Byzantius lib. I *contra Nestorianos et Eutychianos* scripsit, duplicem esse perfectionem in Christo: unam quæ simpliciter dicitur, alteram quæ in habitudine cernitur, secundum magnum Gregorium. « Perfectum enim, inquit, est Verbum et plenum, et perfectio-

Digitized by Google

καθ' ἑαυτὴν δίχα τοῦ Λόγου ὑποστᾶναι ἠδύνατο, διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχειν. Οὕτως οὖν εἷς Υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη (12).

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου μαρτύρια· ἔστιν δὲ καὶ ἕτερα πλεῖστα. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ προκείμενον· ὅτι ὄντως, ἀδελφοί, ἡ δυνάμις ἡ Πατρῴα, ὃ ἐστιν Λόγος, ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Πατήρ. Λέγει γὰρ οὕτως· « Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. » Τί δέ ἐστιν τὸ, ἐξῆλθον (12*) ἐκ τοῦ Πατρός, ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος; Τί δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέν, ἀλλ' ἢ Πνεῦμα (13), τουτέστιν ὁ Λόγος; Ἀλλ' ἐρεῖς μοι· Πῶς γεγέννηται; Τὴν μὲν κατὰ σὲ διήγησιν, ὡς ἐγέννησαι, οὐ δύνῃ ἐξειπεῖν, καίτοι τῆς ἑκάστης ἡμέρας ὁρῶν τὴν κατὰ ἄνθρωπον αἰτίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦτον οἰκονομίαν ἀκριβῶς ἐξειπεῖν οὐ δύνασαι. Οὐ γὰρ πάρεστίν σοι γινώσκειν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος ἔμπειρον καὶ ἀνεκδιήγητον τέχνην, ἀλλ' ἢ μόνον ὁρῶντα νοεῖν καὶ πιστεύειν ὅτι ἔργον Θεοῦ ἄνθρωπος. Περὶ δὲ Λόγου γένεσιν ζητεῖς, ὄνπερ βουληθεὶς ὁ Θεὸς Πατὴρ ἐγέννησεν ὡς ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ αὐτάρκες σοί ἐστιν μαθεῖν ὅτι κόσμον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πόθεν ἐποίησεν, τολμᾷς ἐπιζητεῖν; Ἢ οὐκ αὐτάρκες σοί ἐστιν μαθεῖν, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ σοι ἐφανερώθη εἰς σωτηρίαν, ἐὰν πιστεύσῃς, ἀλλὰ καὶ πῶς ἐγεννήθη κατὰ Πνεῦμα, πολυπραγμονεῖς; Καὶ τὴν μὲν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ οὐ πλείονες ἐπιστεύθησαν διηγήσασθαι πλὴν δύο (14)· καὶ σὺ τολμᾷς ἐπιζητεῖν τὴν κατὰ Πνεῦμα διήγησιν, ἣν παρ' ἑαυτῷ φυλάττει Πατήρ, ἀποκαλύπτειν μέλλων τότε τοῖς ἁγίοις καὶ ἀξίοις ἰδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; Αὐτάρκες σοι ἤτω τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· ὅτι « τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· » καθὼς διὰ τοῦ Προφήτου τὴν τοῦ Λόγου γέννησιν σημαίνων ὅτι γεγέννηται, τὸ δὲ πῶς φυλάσσει καιρῷ ὡρισμένῳ παρ' αὐτῷ μέλλων ἀποκαλύπτειν. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐξεγέννησά σε. »

Αὐτάρκεις αὗται αἱ μαρτυρίαι πιστοῖς ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι οὐδενὶ πιστεύουσιν. Καὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων διεμαρτύρατο, λέγων· « Καὶ τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; » Ὥστε μὴ γενώμεθα ἄπιστοι, μήποτε ἐφ' ἡμῖν τελεσθῇ τὸ εἰρημένον. Πιστεύσωμεν οὖν, μακάριοι ἀδελφοί, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων (15), ὅτι Θεὸς Λόγος ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν, ἵνα σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς, λαβὼν δὲ καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, λογικὴν δὲ λέγω, γεγονὼς πάντα ὅσα ἐστὶν ἄνθρωπος, ἐκτὸς ἁμαρτίας,

A Unigenitus. Neque caro per se sine Verbo subsistere poterat, quia in Verbo habebat τὴν σύστασιν, id est, in Verbo subsistebat. Sic ergo unus Filius Dei perfectus, manifestatus est.

XVI. Atque hæc quidem sunt de incarnatione Verbi testimonia: suntque et alia plurima. Videamus nunc quod propositum nobis est: quod vere, fratres, virtus Patris, quod est Verbum Dei, e cœlo descendit, et non ipse Pater. Sic enim ait: « Ego ex Patre exivi, et venio [75]. » Quid est autem quod ex Patre exivit, nisi Verbum? Quid est quod ex ipso genitum est, nisi Spiritus, id est, Verbum? Sed dices mihi: Quomodo genitum est? Explicationem quomodo tu genitus es, non potes expromere, quamvis quotidie vides causam humanam, et modum generationis non potes perfecte efferre. Non enim licet tibi cognoscere artem ejus qui creavit, in experientia et usu positam, et non enarrabilem; sed solum videndo intelligere et credere, quod opus Dei est homo. De Verbi autem generationis ratione quæris, qua Deus Pater generare voluit; generavit sicut voluit. Non satis est tibi scire quod Deus mundum condidit, nisi audeas inquirere quomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere, quod Filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id credis; sed insuper quomodo genitus est secundum Spiritum, curiose indagas? Atqui generationem ejus secundum carnem enarrare, non pluribus quam duobus concreditum est; et tu audes generationem secundum Spiritum scrutari, quam apud se Pater servat, revelaturus tunc sanctis, qui ut faciem ejus videant digni erunt? Satis habe quod a Christo dictum est: « Quod natum est ex Spiritu, spiritus est [76]; » sicut per Prophetam significat Verbi generationem, quod genitus est; quomodo vero, reservat apud se in tempus certum ac præfinitum, cum illud revelaturus est. Sic enim ait: « Ex utero ante luciferum genui te [77]. »

XVII. Sufficiunt hæc testimonia fidelibus veritatis studiosis: infideles enim nulli credunt. Etenim Spiritus sanctus in persona apostolorum testatus est, dicens: « Domine, quis credidit auditui nostro [78]? » Quamobrem ne simus infideles, ne quando in nobis, quod dictum est, impleatur. Credamus igitur, dilecti fratres, secundum traditionem apostolorum, quod Deus Verbum e cœlis descendit in sanctam Virginem Mariam, ut ex ea incarnatus sumpta anima humana, rationis inquam participe, factus omnia quæcunque homo est, excepto pec-

[75] Joan. xvi, 28. [76] Joan. iii, 6. [77] Psal. cix, 3. [78] Isa. liii, 1.

nem; perfecta autem est et anima hominis, quantum ad definitionem essentiæ suæ: sed tamen neque Verbum est perfectus Christus non unita humanitate, quamvis perfectus Deus sit; sicut nec anima perfectus homo est sine corpore, etsi perfectam substantiam habet. » Hactenus Leontius. Fr. Turr.

(12) *Οὕτως οὖν εἷς Υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη.* Hic locus quo plurimum se efferunt Unitarii, estruitur atque illustratur superius in Prolegomenis, ubi de hoc Hippolyti opusculo sermo recurrit.

(12*) Si interpreti fides, legendum: τί δὲ τὸ ἐξελ(ὸν)..., quæ quidem lectio ex sequentibus confirmatur; mox enim legitur: τί δὲ τὸ... γεννηθέν. Edit. Patrol.

(13) *Ἀλλ' ἢ Πνεῦμα.* Divina Christi natura, uti est, ita passim etiam dicitur « Spiritus » antiquis Ecclesiæ doctoribus διὰ τὸ ἀσχημάτιστον, ut loquitur Proclus Cpolitanus. Vide Hugonem Grotium ad Marc. ii, 8. Fabric.

(14) *Πλὴν δύο.* Matthæo nimirum, et Lucæ in Evangel. Fr. Turrianus.

(15) *Κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων.* Vide in hunc locum adnotata supra ad cap. 9.

Digitized by Google

cato, salvaret Adam qui ceciderat, et immortalitatem hominibus largiretur iis qui crederent in nomine suo. In omnibus igitur demonstratum est nobis verbum veritatis, quod unus est Pater, cujus adest Verbum per quod omnia fecit; quod posterioribus temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem et prophetas prædicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo prædicatum est, sic præsens se ipsum manifestum fecit ex Virgine et Spiritu sancto novus homo factus: habens cœleste quod Paternum erat, tanquam Verbum; terrenum vero tanquam ex vetere Adam, per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus, Deus corporatus apparuit, egressus perfectus homo. Non enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus est homo.

XVIII. Sic igitur humana sua non recusat qui demonstrabatur esse Deus, cum esurit et laborat, et defatigatus sitit; cum formidans fugit, et orans tristatur, et super pulvinum dormit, qui naturam habet insomnem ut Deus: cum calicem passionis refugit, qui propter hoc in mundum advenerat: cum in anxietate sudat et ab angelo roboratur, qui eos qui in se credunt roborat, et opere docuit mortem contemnere; cum a Juda proditur, qui cognoscebat Judam quis esset; et a Caipha inhonoratur, qui erat ab eo sacerdotio fungente paulo ante tanquam Deus honoratus; cum ab Herode spernitur, qui totam terram judicaturus est; et verberatur a Pilato, is qui infirmitates nostras suscepit; et a militibus illuditur is, cui astant millia millium, et decies centena millia angelorum et archangelorum; et a Judæis in ligno figitur, qui tanquam cameram cœlum fixit; et clamans ad Patrem spiritum commendat, qui est a Patre inseparabilis; et inclinato capite exspirat, qui dixit: « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [79]. » Quod autem non dominabatur ei mors qui vita erat, significat cum dixit: « Ego a me ipso pono eam [80]. » Et latus lancea aperitur ei, qui vitam omnibus largitur; et linteo involutus, in monumento ponitur, qui mortuos suscitat; et tertia die a Patre excitatur, qui est ipse resurrectio et vita. Hæc enim omnia nobis operatus est, qui propter nos factus est sicut nos; « ipse enim infirmitates nostras suscepit, et languores nostros portavit, » et pro nobis dolet, sicut dixit Isaias propheta [81]. Ab angelis laudatus, a pastoribus visus, a Simeone exspectatus, ab Anna testatus, a magis quæsitus, ab stella significatus, in domo Patris versatus, a Joanne digito ostensus; cui Pater su-

A σώθῃ τὸν πεπτωκότα, καὶ ἀφθαρσίαν ἀνθρώποις παράσχῃ τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐν πᾶσιν οὖν ἀποδέδεικται ἡμῖν τῆς ἀληθείας λόγος, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Πατὴρ, οὗ πάρεστι Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν· ὃν ὑστέροις καιροῖς, καθὼς εἴπαμεν ἀνωτέρω, ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων. Οὗτος διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐκηρύχθη παρεσόμενος εἰς τὸν κόσμον. Καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκηρύχθη, κατὰ τοῦτον καὶ παρὼν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ἐκ Παρθένου καὶ ἁγίου Πνεύματος, καινὸς ἄνθρωπος γενόμενος· τὸ μὲν οὐράνιον ἔχων τὸ Πατρῷον ὡς Λόγος, τὸ δὲ ἐπίγειον ὡς ἐκ παλαιοῦ Ἀδὰμ διὰ Παρθένου σαρκούμενος. Οὗτος προελθὼν εἰς κόσμον θεὸς ἐν
B σώματι ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθών. Οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπὴν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος.

Οὕτως οὖν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἑαυτοῦ οὐκ ἀπαναίνεται ἐνδεικνύμενος θεὸς ὤν, ὅτε πεινᾷ καὶ κοπιᾷ (16), καὶ κάμνων διψᾷ· καὶ δειλιῶν φεύγει, καὶ προσευχόμενος λυπεῖται, καὶ ἐπὶ προσκεφάλαιον καθεύδει, ὁ ἄϋπνον ἔχων τὴν φύσιν ὡς θεός· καὶ ποτηρίου πάθος παραιτεῖται, ὁ διὰ τοῦτο παραγεγονὼς ἐν κόσμῳ· καὶ ἀγωνιῶν ἱδροῖ, καὶ ὑπ' ἀγγέλου ἐνδυναμοῦται, ὁ ἐνδυναμῶν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ θανάτου καταφρονεῖν ἔργῳ διδάξας· καὶ ὑπὸ Ἰούδα παραδίδοται, ὁ γινώσκων τὸν Ἰούδαν τίς ἐστιν· καὶ ἀτιμάζεται ὑπὸ Καϊάφα, ὁ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ ἱερατευόμενος ὡς θεός (17)· καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἐξουθενεῖται, ὁ μέλλων κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν· καὶ μαστίζεται ὑπὸ Πιλάτου, ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναδεξάμενος· καὶ ὑπὸ
C στρατιωτῶν παίζεται, ᾧ παρεστήκουσι χίλιαι χιλιάδες καὶ μυρίαι μυριάδες ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων· καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων ξύλῳ προσπήγνυται, ὁ πήξας ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν· καὶ πρὸς Πατέρα βοῶν παρατίθεται τὸ πνεῦμα, ὁ ἀχώριστος τοῦ Πατρός· καὶ κλίνων κεφαλὴν, ἐκπνεῖ, ὁ εἰπὰς· « Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Ὅτι δὲ οὐκ ἐκυριεύετο ὑπὸ θανάτου, ὡς ζωὴ, εἶπεν· « Ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ τίθημι αὐτήν· »
D καὶ πλευρὰν λόγχῃ νύσσεται, ὁ τὴν ζωὴν πᾶσιν χαριζόμενος· καὶ σίνδονι ἐλισσόμενος ἐν μνημείῳ τίθεται, ὁ τοὺς νεκροὺς ἐγείρων· καὶ τριήμερος ὑπὸ Πατρὸς ἀνίσταται, αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Ταῦτα γὰρ πάντα ἡμῖν κατώρθωσεν, ὃς δι' ἡμᾶς γέγονεν καθ' ἡμᾶς. « Αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνεδέξατο καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν, » καὶ περὶ ἡμῶν ὠδυνᾶτο, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· ὁ ὑπ' ἀγγέλων ὑμνούμενος καὶ ὑπὸ ποιμένων θεωρούμενος, καὶ ὑπὸ Συμεῶνος προσδοκώμενος, καὶ ὑπὸ Ἄννα μαρτυρούμενος. Οὗτος ἦν ὁ ζητούμενος ὑπὸ μάγων, καὶ σημαινόμενος ὑπ' ἀστέρος· ὁ καὶ ἐν

[79] Joan. x, 18. [80] Ibid. [81] Isa. LIII, 4.

(16) Ὅτε πεινᾷ καὶ κοπιᾷ, κ. τ. λ. Quæ hic sequuntur, ad verbum fere conveniunt cum iis quæ ex S. Hippolyti *Memoria hæresium* laudat S. Gelasius *De duabus naturis in Christo*, tom. VIII *Bibl. Patrum*, edit. Lugd. pag. 704. FABRIC.

(17) Ἱερατευόμενος ὡς θεός. « Tanquam Deus honoratus. » Quia cum esset pontifex anni illius, prophetavit Caiphas Joan. XI, 51, 52, « quod Jesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum; » quod quidem facere non poterat, nisi Deus esset. FR. TURRIAN.

Digitized by Google

οἴκῳ Πατρὸς πολιτευόμενος, καὶ ὑπὸ Ἰωάννου δακτυλοδεικτούμενος· ὁ ὑπὸ Πατρὸς ἄνωθεν μαρτυρούμενος· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἀκούετε αὐτοῦ. » Οὗτος στεφανοῦται κατὰ διαβόλου (18). Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος ὁ ἐν Κανᾷ ἐν γάμοις κληθεὶς, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλὼν, καὶ θαλάσσῃ ὑπὸ βίας ἀνέμων κινουμένῃ ἐπιτιμῶν, καὶ ἐπὶ θαλάσσης περιπατῶν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς γῆς, καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁρᾷν ποιῶν, καὶ νεκρὸν Λάζαρον τετραήμερον ἀνιστὼν, καὶ ποικίλας δυνάμεις ἀποτελῶν, καὶ ἁμαρτίας ἀφεὶς, καὶ ἐξουσίαν διδοὺς μαθηταῖς, καὶ αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξ ἁγίας πλευρᾶς ῥεύσας, λόγχῃ νυγείς. Τούτου χάριν ἥλιος σκοτίζεται, ἡμέρα οὐ φωτίζεται, ῥήγνυνται πέτραι, σχίζεται καταπέτασμα, τὰ θεμέλια γῆς σείεται, ἀνοίγονται τάφοι καὶ ἐγείρονται νεκροὶ, καὶ ἄρχοντες καταισχύνονται, τὸν γὰρ κοσμήτορα τοῦ παντὸς ἐπὶ σταυροῦ βλέποντες καμμύσαντα τὸν ὀφθαλμὸν καὶ παραδώσαντα τὸ πνεῦμα· ἰδοῦσα ἡ κτίσις ἐταράσσετο, καὶ τὴν αὐτοῦ ὑπερβάλλουσαν δόξαν χωρῆσαι οὐ δυναμένη ἐσκοτίζετο. Οὗτος ἐμφυσῶν δίδωσι τὸ Πνεῦμα μαθηταῖς, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσέρχεται· καὶ βλεπόντων μαθητῶν ὑπὸ νεφέλης ἀναλαμβάνεται εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκ δεξιῶν Πατρὸς καθίζεται, καὶ ζώντων καὶ νεκρῶν παραγίνεται κριτής. Οὗτος ὁ Θεὸς, ὁ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γεγονὼς, ᾧ πάντα ὑπέταξεν Πατήρ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A perne testimonium dedit dicens : « Hic est Filius meus dilectus : ipsum audite[21]. » Hic coronatur contra diabolum. Hic est Jesus Nazaræus, qui in Cana Galilææ ad nuptias vocatus, aquam in vinum mutavit; et mare vi ventorum agitatum, increpavit; et super mare tanquam super terram siccam ambulavit; cæcum a nativitate videre fecit; Lazarum jam quatriduo mortuum excitavit; varia miracula edidit; peccata remisit; dedit apostolis potestatem; lancea ictus sanguinem et aquam ex sancto latere fudit. Propter hunc sol obtenebrescit, dies non illuminatur, rumpuntur petræ, scinditur velum, fundamenta terræ quatiuntur, aperiuntur sepulcra, et resurgunt mortui; et principes pudore afficiuntur, cum vident in cruce eum qui universum ornavit, claudentem oculos et tradentem spiritum. Hæc cum creatura videret, turbabatur; et cum gloriam illius capere non posset, tenebras sibi obducebat. Hic insufflans dat discipulis Spiritum, et januis clausis ingreditur. Hic videntibus apostolis a nube in cœlum susceptus est, sedetque ad dexteram Patris, venturus judex vivorum et mortuorum. Hic Deus et homo propter nos factus, cui omnia subjecit Pater. Ipsi gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu, in sancta Ecclesia, et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΡΤΟΥ, ΗΓΟΥΝ ΤΟΥ ΛΙΜΕΝΟΣ ΡΩΜΗΣ

ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ,

Ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος (19) τῶν αἱρετικῶν Περὶ θεολογίας καὶ σαρκώσεως κατὰ στοιχεῖον λόγου (20), οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, *ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζουσιν.*

SANCTI HIPPOLYTI

EPISCOPI PORTUS ROMANI, ET MARTYRIS VERITATIS,

Ex sermone qui est per elementum, *De theologia et incarnatione*, contra Beronem et Heliconem hæreticos, cujus initium est : *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, incessanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant*,

ANASTASIO PRESBYTERO INTERPRETE.

Ἀπειροδυνάμῳ γὰρ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γενόμενα, κατὰ τοὺς ἑαυ-

I. Immensæ quippe virtutis voluntate Dei et facta sunt omnia, et salvantur quæ facta sunt, secun-

[21] Matth. xvii, 5.

(18) *Στεφανοῦται κατὰ διαβόλου.* Matth. xxvii, 29. Victores in certaminibus coronabantur : de quo multa Carolus Paschalius lib. vi *De coronis.* FABRIC.

(19) *Κατὰ Βήρωτος καὶ Ἥλικος.* De Berone Hippolytus infra cap. 5. Pro Ἥλικος, codex Regius et Colbertinus Nicephori CP., in cujus *Antirrheticis* adversus Iconomachos Hippolyti fragmenta Græce servata sunt, præfert ἡλικίωνος τῶν αἱρετικῶν· pro quo lib. v *Bibl. Græcæ*, pag. 207, jam notavi me legendum suspicari ἡλικιωτῶν αἱρετικῶν, ut sensus sit : « Adversus Beronem et hæreticos alios ejus æquales. » FABRIC.

(20) *Ἐκ τοῦ . . . κατὰ στοιχεῖον λόγου.* Hæc

Digitized by Google

dum suas ipsius opportune singula conservata rationes, ei qui est secundum naturam immensæ virtutis Deus et factor universorum; divina voluntate, quæ omnia fecit ac movet, (α) suis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immensum est, nulla ratione vel modo recipit motum, non habens quo et circa quod moveatur. (β) Vertibilitas enim ejus, qui est inexpers motionis, motus est. Propter quod secundum nos veraciter factum homo absque peccato Dei Verbum, operatumque ac patiens humanitus quæcunque naturæ sunt sine peccato, et naturalis carnis circumscriptionem propter nos sustinens, nullam omnino propter exinanitionem vicissitudinem pertulit : cui idipsum est Patri factum, id ipsum carni. Sed sicut erat sine carne, (γ) omni etiam excepta circumscriptione permansit : et per carnem deifice operans quæ deitatis sunt; utraque ostendens se per quæ dupliciter, divine scilicet et humane, operatum est (δ), secundum eamdem, quæ veraciter vera est et naturalis substantia : Deum immensum simul et circumscriptum hominem exsistentem et intellectum, (ε) utriusque perfecte perfectionem habentem, cum eadem operatione, id est naturali proprietate; ex quibus manentem semper secundum naturam sine convertibilitate earum differentiam scimus. (ζ) Sed non sicut quidam aiunt, secundum comparationem, ne eumdem sibi secundum ipsum, præter quod oportet, majorem ac minorem dicamus. Connaturalium quippe, et non eorum quæ alterius sunt naturæ, comparationes exsistunt. Deo enim factori omnium factum, infinitoque finitivum, et infinitati finis secundum nullam comparatur rationem, cum semper et per omnia naturaliter ad invicem, sed non comparative differant. (η) Quanquam ineffabilis quædam et indirumpibilis in unam subsistentiam utriusque facta sit unitas, omnem penitus omnis facti scientiam fugiens. Divinitas enim, ut erat ante incarnationem, est et post incarnationem, secundum naturam infinita, incomprehensibilis, impassibilis, inconvertibilis, per se potens; et ut totum dicamus, subsistens substantialis, sola infinitæ virtutis bonum.

A τῶν (21) εὐκρινῶς ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ᾗ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικῶς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης. Τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ὅσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀνασχόμενος δι' ἡμᾶς, τροπὴν οὐχ ὑπέμεινεν, μηδ' ἑνὶ παντελῶς ὃ ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ, B γενόμενος ταυτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν (22). Ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκὸς, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε· καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν· ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτὸν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, ἐνήργησε, κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον, τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας, ἤγουν φυσικῆς ἰδιότητος· ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν. Ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι κατὰ σύγκρισιν· ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ, παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. Ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις. Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιητὸν, ἀπείρῳ περατὸν, καὶ C ἀπειρίᾳ πέρας, κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα. Κἂν ἄῤῥητός τις καὶ ἄῤῥητος εἰς μίαν ὑπόστασιν (23) ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γενητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. Τὸ γὰρ θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεως, ἐστὶ καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐτοσθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

Ejusdem, ex eodem sermone. II.

II. Factus ergo veraciter secundum Scripturas, non conversus universorum Deus, homo sine pec-

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. β'.

Γέγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς Γραφὰς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς

verba non debent reddi, « ex sermone qui est per elementum, » sed « ex sermone qui alphabetico litterarum ordine digestus est. » Capperonn. — Jam reliquas V. C. Claudii Capperonnier *Animadversiones* in versionem Anastasianam, huic Hippolyti opusculo subjiciendas curavimus, eas interim litteris Græcis α β γ δ hic indicasse contenti.

(21) *Ἑαυτῶν*. « Ipsorum. » Combef.

(22) *Μηδ' ἑνὶ . . . διὰ τὴν κένωσιν*. Anastasii versionem mutilam, nec sensu sanam, ita emendat Combefisius : « Nullo omnino quod idipsum est Patri, idipsum factum carni propter exinanitionem. » Paulo aliter, et quidem clarius, eruditissimus Baunius Sirmondianorum editor : « Nulla re omnino *Verbum*, quod idem est eum Patre, factum D est idem cum carne propter unionem; » secutus nimirum lectionem Græci codicis Nicephori, qui pro κένωσιν exhibet ἕνωσιν. Quæ quidem lectio magis probatur Basnagio : hic enim, inquit, de unione agitur. Infra sub initium cap. 2, rursus legimus διὰ τὴν κένωσιν . . . Verbum autem « idem cum Patre » dicitur propter τὸ ὁμοούσιον. Vide Bullum in *Defens. fid. Nic.*, pag. 161. Fabric.

(23) *Ὑπόστασιν*. « Substantiam » edidit Fabricius in versione Anastasii : quod mendum typothetæ existimaverim. Sirmondiana et Combefisiana editiones habent « subsistentiam. » Vide mox infra Capperonnierii *Animadvers.* Paulo ante editi, « omnium factorum. »

Digitized by Google

οἶδεν αὐτὸς μόνος, ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν· κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῇ ἰδίας θεότητος ἐμποιήσας τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν· οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς ἐκφυομένην (24)· ἀλλ' ἐν οἷς ἂν σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνήργησε, δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην. Οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότης μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν καὶ θεότητι συμφυεῖσα μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν (25)· καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· « Τὸ μὲν πνεῦμα (26) πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· » καθ' ἣν ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιστώσατο (27) κένωσιν θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην. Διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ μὲν παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ πραθὲν λυτρώσηται γένος· ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς θαυματουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωὴν, ἧς ἀπέπεσεν τῷ διαβόλῳ πειθόμενος (28)· καὶ τὰ κατ' οὐρανοὺς (29) ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως· ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἐστὶν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαίωσις. Μεμένηκεν οὖν καὶ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτῷ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν· τῆς μὲν θεότητος οὐσιωδῶς ἐκφυομένην· διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην· ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενοῦς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν.

A cato, ut novit ipse solus, cum sit artifex naturalis eorum quæ sunt supra sensum, in ipsa simul salutari incarnatione deitatis suæ coaptans carni operationem, non circumscriptam ea propter evacuationem, nec sicut ex deitate sua, ita et ex ipsa naturaliter enatam; sed in quibuscunque incarnatus deifice operatus est, per ipsam declaratam. Non enim caro facta est per naturam deitas translata natura, facta videlicet secundum naturam deitatis caro: sed quod erat etiam deitati coaptata mansit, id est caro infirma et passibilis natura et operatione; quemadmodum Salvator ait: « Spiritus quidem promptus; caro autem infirma [83]: » in qua operatus et passus quæ erant carnis absque peccato, exinanitionem pro nobis indicavit divinitatis, B miraculis et carnis passionibus naturaliter roboratam. Propter hoc enim factus est homo universorum Deus, ut carne quidem passibili patiens, totum nostrum morti venditum redimeret genus: impassibili vero deitate per carnem mirabiliter operans, ad immortalem illud et beatam reduceret vitam, de qua ceciderat diabolo parens; atque sanctos intellectualium substantiarum cœli ordines ad inconvertibilitatem mysterio suæ stabiliret incorporationis. Cujus opus omnium in eum recapitulatio est. Mansit ergo etiam incarnatus secundum naturam Deus superimmensus, sibi cognatam et convenientem habens operationem: ex deitate quidem substantialiter natam; per sanctissimam vero carnem in miraculis dispensatorie declaratam; ut credatur Deus esse, per infirmam natura carnem per se operans universitatis salutem. C

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. γ'.

Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενής ἐστι καὶ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε καὶ νοερῷ τὴν ψυχὴν· ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε καὶ πρώτη δύναμις, ἀεικίνητος, ὁ λόγος φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος. Ὃν ῥηματίσας τε καὶ γραμμαῖς εὖ χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανικῶς, ὅτε χρὴ προφέρω, καὶ γράμμασι τεχνικῶς διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν ὑπάρχοντα (30) καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον. Οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστὶ, κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ ποιοῦμαι τὴν προφοράν· ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ κατὰ φύσιν λαλοῦντος, καὶ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος· τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ

Ejusdem, ex eodem sermone. III.

III. Etenim et mihi, ut paradigmate quod de Salvatore dictum est exprimam, naturalis sermo meus cognatus est et competens, cum sim rationalis et intellectualis anima; cujus secundum naturam est a se mobilis operatio ac prima virtus, semper mobilis, sermo naturaliter ex ea profluens. Quem verbis prolatum, et lineis exaratum, lingua quidem organice cum oportet produco, et litteris artificiose (θ) per indissimilia non exsistentem, et dissimilibus non fugientem ostendens eum subauditum. D Non enim linguæ ac litterarum naturalis sermo meus est, licet per eas ipsius faciamus pronuntiationem; sed meus, quia secundum naturam loquor, et per utrasque illum ut meum pronuntio:

[83] Matth. xxvi. 42.

(24) *Ἐκφυομένην.* « Enatam. » Male edit., « cogitatam (al. cognitam). » Combef.

(25) *Μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν.* Omnino legendum videtur, μεμένηκεν ἥγουν σὰρξ ἀσθενὴς καὶ παθητὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν. Capperonn.

(26) *Τὸ μὲν Πνεῦμα, κ. τ. λ.* Spiritus, τὸ νοητὸν in Christo, ipsa deitas; sic Athan. etc.; caro, τὸ ὁρώμενον. Combefis.

(27) *Ἐπιστώσατο.* « Probavit, persuasit. » Baun.

(28) *Ἧς . . . πειθόμενος.* Hæc in edit. Sirmond. et Fabric. male omittuntur, quæ agnoscit interpres. — Forte leg. πειθόμενον, ut ad γένος referatur. Edit. Patrol.

(29) *Καὶ τὰ κατ' οὐρανούς.* Atqui angeli ante Christi incorporationem alioque ordine confirmati. Combef. — Respexisse videtur S. Pater ad illud Ephes. I, 10: « In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt, in ipso. »

(30) *Μὲν ὑπάρχοντα.* Anastasius legit μή. Et mox ποιοῦμεν. Combefisius tamen edidit ποιουμένου; atque ita interpretatur: « licet per eas (litteras) ipsum (sermonem) profero. »

Digitized by Google

ab intellectuali quidem anima mea semper naturaliter derivatum, per corporalem vero linguam meam organice, ut dixi, cum oportet, productum. Sicut ergo in nobis, quantum (ι) æstimare possumus quod modis omnibus est inæstimabile, per corporalem linguam nostram inconvertibiliter, quæ secundum naturam est, animæ rationabilis producitur virtus: ita et in gloriosa Dei incarnatione, per sanctissimam carnem suam in quibuscunque divine operaretur, sine convertibilitate omnipotentiva et cunctorum factiva, totius deitatis operatio monstrabatur, absque omni secundum naturam circumscriptione permanens, (κ) licet per carnem fulgeret natura circumfinita. Non enim circumscribitur factitia natura quod secundum naturam factum non est, licet (λ) cooriatur ei per conceptionem omnem sensum circumscribentem; (μ) nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando et naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconvertibilitatem. (ν) Connaturalium enim tantum per se operans est motus, manifestans substantiam, cujus naturalem constat esse virtutem; diversæ naturæ proprietatis substantia nulla ratione esse vel fieri sine convertibilitate valente.

A πηγαζόμενον· διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην, ὅτε χρὴ προφερόμενον. Ὥσπερ οὖν (31) ἐφ' ἡμῶν, ὅσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ, καὶ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια διαδείκνυται (32), πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει πεπερασμένης (33). Οὐ γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι γενητῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἀγένητον· κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν· οὔτε μὴν εἰς τ' αὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι (34) φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας, ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. Ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ἧς φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς ἰδιότητος οὐσίας εἶναι κατ' οὐδένα λόγον, ἢ γενέσθαι δίχα τροπῆς δυναμένην.

B

Ejusdem, ex eodem sermone. IV.

IV. Mysterium namque divinæ incarnationis apostolis et prophetis atque doctoribus duplam ac diversam in omnibus habere naturalem theoriam dignoscitur, cum sit perfectæ deitatis et plenæ demonstrativum humanitatis. (ξ) Quarum donec unum secundum substantiam non cognitum fuerit Verbum unius operationis, cum utriusque sit, nunquam aliquando cognoscetur motus. Cum enim semper secundum naturam exsistat Deus, superinfinita virtute factus, sicut voluit, homo sine peccato, quod erat est, cum quantis cognoscitur Deus: et quod factus est, est cum quantis esse cognoscitur homo. (ο) Secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter et humane operatus est; perfectionem per omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem salvans.

C

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. δ'.

Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, ἀποστόλοις τε, καὶ προφήταις, καὶ διδασκάλοις, διττὴν καὶ διαφορὰν ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, καὶ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. Ἕως ἂν οὐχ (35) εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθ' ὁτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. Ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπεραπείρῳ δυνάμει γενόμενος ὡς ἠθέλησεν ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν ἐστι, μεθ' ὅσων νοεῖται Θεός· καὶ ὅπερ γέγονεν, ἐστὶ μεθ' ὅσων νοεῖται καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος· ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.

Ejusdem, ex eodem sermone. V.

V. Bero enim quidam nuper, et alii quidam, Valentini phantasia deserta, deteriori irretiti sunt pravitati, dicentes assumptam a Verbo carnem, fuisse eadem quæ divinitas operata est operatam: divinitatem vero compassibilem carni propter exinanitionem; convertibilitatem simul et commistionem, seu confusionem, atque utriusque in invicem mutationem dogmatizantes. Si enim assumpta caro

D

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ε'.

Βήρων γάρ τις ἔναγχος, μεθ' ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες, τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γενέσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν· τροπὴν ὁμοῦ, καὶ φύρσιν, καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. Εἰ γὰρ προσληφθεῖσα ἡ σὰρξ

(31) *Ὥσπερ οὖν.* Nicephorus patriarcha CP. citat hunc locum in libro contra impugnatores imaginum, qui ms. exstat in bibliotheca Regia et in Colbertina. SIRMOND.

(32) *Διαδείκνυται.* Legebat Anastasius διεδείκνυτο. BAUN.

(33) *Πεπερασμένης.* Addit Nicephorus hanc adnotationem: Σημειωτέον ὅτι τὸ *πεπερασμένης* τ' αὐτόν ἐστι τῷ *περιγεγραμμένης*. SIRMOND.

(34) *Φέρεσθαι.* Supple πέφυκε. CAPPERONN.

(35) *Ἕως ἂν οὐχ.* Persuasum habet Capperonnierius, legendum hic esse ἕως ἂν οὖν. Ipsum adeas infra not. 75. Nemo autem non videt, in Anastasii versione pro « Quarum » quod habent editi. Sirmondi et Fabricii, legendum cum Combefisio « Quandiu; » qui et hic adnotat: « Eadem fere concilium Chalced., Leo papa, etc. »

Digitized by Google

γέγονε ταυτουργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς μεθ' ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός· καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ, μεθ' ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. Τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ, καὶ ταυτουργά, καὶ ὁμόφυλα πάντως, καὶ ταυτοπαθῆ, διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως· καὶ φύσεων αὐτοῖς συγκεχυμένων, ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ φευκτότατον. Καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος, ὁ Χριστός; ποίαν δὲ κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; Ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις. Σκοπείσθω δὴ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

A facta est cooperatrix divinitati, liquet quod et natura Deus cum quotquot est intelligatur Deus; et si facta est exinanita compassibilis carni divinitas, liquet quod et natura caro cum quotquot est naturaliter esse intelligatur caro. Ea quippe quæ mutuo sunt cooperantia, et eadem operantia, et ejusdem originis, profecto et compassibilia, naturæ non suscipientia differentiam : et naturis sibi confusis, erit dualitas Christus, et personis separatis fiet quaternitas; quod est nimium fugiendum. Et quomodo illis unus et idem ipse erit, Deus natura simul et homo, Christus? (π) Quam etiam secundum ipsos habebit essentiam, mutatione divinitatis factus homo, et carnis translatione Deus? Casus enim in alterutras, omnimoda est utrarumque peremptio.
B Inspiciatur itaque a nobis aliter sermo.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ς'.

Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς, κατ' αὐτήν τε φύσιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτῷ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν Θεόν· μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα, καὶ ἀκατάλληλον. Εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σὰρξ, δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγενησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ὅσα τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θεότητι λόγος· καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδετέρου τὸν τῆς ἰδίας φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σωζόμενον ἔχοντος. Ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἰδὼς ταυτουργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικήν· ἀδιαγνώστου παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γενομένης ὑπάρξεως.

Ejusdem, ex eodem sermone. VI.

VI. Pium Christianis constitutum est dogma credentibus, (ρ) secundum eamdem naturam ac operationem, et omne aliud sibi conveniens, æqualem sibi et eumdem ipsum esse Deum, nihil omnino eorum quæ sua sunt inæquale habentem et inconveniens. Si igitur secundum Beronem assumpta sibi caro ejusdem operationis effecta est, haud dubium quin et ejusdem facta est sibi naturæ, cum quotquot est natura, id est inprincipalitate, infactione, infinitate, sempiternitate, incomprehensibilitate, et quæcunque horum secundum magnitudinem theologica amplissime in deitate ratio contemplatur :
C et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro naturæ suæ substantialem rationem ultra salvandam habente. Qui enim eorum quæ alterius sunt naturæ sentit eamdem operationem, confusionem simul naturalem, et divisionem eorum personalem introducit : incognita prorsus idiomatum commutatione naturali eorum facta exsistentia.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ζ'.

Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτε γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας· ἵνα μὴ (36) δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον ἔχων, καὶ ἀκατάλληλον· καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος, καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

Ejusdem, ex eodem sermone. VII.

VII. Si vero ejusdem sibi non fuit naturæ, nec ejusdem sibi aliquando fiet naturalis operationis; ne appareat secundum naturam operationem inæqualem habere et inconvenientem, (σ) et suæ ipsius per omnia eorum quæ sua sunt naturalis extraneus factus æqualitatis et identitatis : quod est penitus
D impium.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. η'.

Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ᾗ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς, συνέχει κρατούμενον. Οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδύνατον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἰδίωμα γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ παντὸς ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι' αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐκφυόμενον· καίτοι σαφοῦς αὐτοῖς οὔσης, καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως. Ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν, καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ αὐ-

Eadem, ex eodem sermone. VIII.

VIII. In hunc autem errorem illati sunt, male credentes propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; (τ) qua totum Christus substantians secundum quod intelligitur Deus, tenet retentum. Non enim cognoverunt, impossibile esse divinæ operationem naturæ, alterius naturæ substantiæ idioma fieri absque convertibilitate : neque intellexerunt, quod non utique proprium sit carnis, quod per eam quidem ostensum est, non ex ea naturaliter ortum, præsertim cum claræ sit eis et manifestæ probationis. Ego

(36) *Μή*. Ita cum interprete Combefisius. Editi Sirmond. et Fabric. præter rem, μέν.

Digitized by Google

enim lingua loquens et manu scribens, unam et eamdem per utramque intellectualis animæ meæ profero cogitationem; operationem ejus exsistentem naturalem : nulla ratione ostendens eam lingua vel manu naturaliter ortam; sed nec effectam earum vel dictam cogitationem propter ejus ex utraque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitativam sapienter novit nemo : sicut nec sanctissimam Dei carnem, pro eo quod assumpta sit, et per eam divina sit operatio clara effecta, secundum naturam conditricem. Sed pie confitetur credens, quia propter salutem nostram, et ut ad inconversibilitatem ligaret universitatem, universorum conditor ex sanctissima semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem sine conversibilitate substantians sibimet animam intellectualem cum sensivo corpore, natura factus est homo malitiæ alienus : totus Deus ipse, totus homo idem ipse; totus Deus pariter natura et homo idem ipse. Deitate quidem, divina per suam ipsius sanctissimam carnem, non exsistentia natura carnis, operans; humanitate vero, humana, non exsistentia natura deitatis, deitatis indulgentia patiens. Nil divinum nudum corpore operatur : nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens; servans sibimet modum secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ, nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ. Itaque Bero quidem sic se habens, ut dixi, operationis monade deitatem Christi et humanitatem naturaliter simul confundens, et partiens personaliter, dissolvit vitam : (υ) ignorans solius contra naturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam.

A τὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικήν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης, ἢ χειρὸς, φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γενομένην αὐτῶν ἢ λεγομένην διάνοιαν, διὰ τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. Γλῶσσαν γὰρ, ἢ χεῖρα, διανοητικὴν συνετὸς οὐδεὶς οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γενομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν. Ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρεψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετὰ αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κα-

B κίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Θεότητι (37) μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος. Μηδὲν θεῖον γυμνῶν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμειρον δράσας θεότητος· τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καινοπρεπῆ τρόπον (38), τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς ἑαυτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης ψαυλότητος. Ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων, ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδι τὴν θεότητα

C τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας ὁμῶ φυσικῶς, καὶ προσωπικῶς μερίζων, καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

—

SYLLOGISMI.

De suppositis (39) divinitus sapientibus testimoniis, et aliis, ejusdem S. Anastasii.

I. « Ecce nunc et sacratissimus hic et magnus doctor, veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac apostolicæ institutoribus Ecclesiæ, duas secundum unitionem inconfusam et impartibilem, quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates et duas operationes congruentes et convenientes naturis, divinam ut dictum est et humanam, increatam et creatam, non incœptam et cœptam, tanquam Dei simul et hominis unius et ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur ac prædicat, et confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam voluntatem et operationem, aut naturam unam deitatis et humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie vivere volunt. Propter quod et tale quid in eo

D dogmatizantes, tanquam impios et alienos immaculatæ nostræ Christianorum fidei abjicit et condemnat, nosque hoc facere protestatur. De duabus enim Salvatoris nostri Christi naturis et operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter afflatur. »

(37) *Ὅλος Θεὸς...θεότητι.* Ita cum interprete Combefisius. Reliqui, Sirmond., Fabric. et Basnag., ὁ Λόγος Θεὸς ὁ αὐτός· θεότητι, κ. τ. λ. Interjecta, ob repetitam vocem αὐτὸς, excidisse videntur. Hæc item ex Combefisio in interpretatione restituimus, « deitatis indulgentia patiens; » quæ alias desunt.

(38) *Καινοπρεπῆ τρόπον.* « Nova decentique ratione. » Affine istud τῷ, *καινήν τινα ἐνέργειαν ἡμῖν πολιτεύσας.* Dionys. epist. 4 ad Caium. Combefis.

(39) *Suppositis.* Id est, supra positis. Fabric.

Digitized by Google

Ex editione Sirmondiana.

II. Utraque (40) ostendens super quæ dupliciter, divine scilicet et humane, operatum est secundum eamdem quæ veraciter vera est et naturalis substantia, Deum immensum simul et circumscriptum hominem exsistentem et intellectum, substantiam utriusque perfecte perfectam habentem cum operatione sua, id est naturali proprietate. *Et rursus:* Non enim (41) facta est natura deitas transmutata natura caro, facta natura divinitatis caro : sed quod erat etiam deitati coaptata mansit caro, infirma et passibilis natura et operatione, sicut ait Salvator : « Spiritus quidem promptus, caro autem infirma [84]. » *Et iterum :* Per quam (42) operatus et patiens quæ erant carnis sine peccato, pro nobis indicavit exinanitionem deitatis, miraculis et carnis passionibus naturaliter roboratam. *Et iterum:* Mysterium (43) divinæ incarnationis apostolis et prophetis atque doctoribus duplam et diversam habere dignoscitur naturalem in omnibus theoriam, indiminutæ deitatis exsistens, et plenæ demonstrativum humanitatis. *Et iterum :* Quibus (44) divine pariter et humane operatus est, perfectionem, per omnem utriusque rationem, sibi naturaliter incommutabilem salvans. *Et iterum :* Nil divinum (45) nudum corpore operatus, nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens : servans sibimet modum secundum utrumque immutabilem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ.

III. *De his vero, qui unam deitatis et humanitatis ejus operationem, et naturam unam dogmatizant, dicit :* Non enim (46) circumscribitur factitia natura id quod per naturam factum non est, licet cooriatur ei per conceptionem, omnem circumscribentem sensum : nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando et naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconversibilitatem. *Et item :* Connaturalium (47) quippe tantum est eadem ipsa operans motus, essentiam indicans, cujus naturalem constat esse virtutem, alterius naturæ proprietate substantiæ secundum nullam rationem esse vel fieri sine conversibilitate valente. *Item :* Ea quippe (48), quæ mutuo sunt cooperantia, et eadem operantia, et ejusdem originis; profecto et compassibilia naturæ non suscipientia differentiam : et naturis sibi confusis erit dualitas Christus, et personis separatis fiet quaternitas : quod est nimium fugiendum. *Et iterum :* Si

Ex editione Combefisiana (49).

II. Utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divine scilicet et humane) operatum est, secundum eamdem quæ veraciter vera et naturalis substantia est, Deum immensum simul, et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem ; utriusque perfecte perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate. *Et rursus :* Non enim caro facta est natura deitas, translata natura, facta videlicet secundum naturam divinitatis caro ; sed quod erat, etiam deitati coapta, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura et operatione, sicut ait Salvator : « Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. » *Et rursus :* Qua operatus et passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis et carnis passionibus naturaliter confirmatam, probavit. *Et iterum :* Mysterium divinæ incarnationis, apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem ; cum perfectæ deitatis, et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis. *Et iterum:* Quibus divine pariter et humane operatus est, perfecte utroque sui rationem natura servans incommutabilem. *Et iterum :* Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis : qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem astruendam.

III. *De his vero, qui unam deitatis et humanitatis ejus operationem, et naturam dogmatizant, dicit :* Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit; ac nec unquam in eamdem naturam naturalemque virtutem seu operationem vertantur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. *Et item :* Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus; cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate. *Item :* Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ea naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divisis fiet quaternitas : quod omnium

[84] Matth. xxvi, 42.

(40) *Utraque.* Supra cap. 1, seu testimon. 1.
(41) *Non enim.* Testim. 2.
(42) *Per quam.* Ibid.
(43) *Mysterium.* Testim. 4.
(44) *Quibus.* Ibid.
(45) *Nil divinum.* Testim. 8.
(46) *Non enim.* Testim. 5.
(47) *Connaturalium.* Ibid.
(48) *Ea quippe.* Testim. 5.

(49) Hæc testimonia, ex superiore S. Hippolyti sermone *contra Beronem* ab Anastasio desumpta, recensuit castigavitque Combefisius in editione operum S. Maximi, tom. I, pag. 76, eo quod in edito Sirmondiano Anastasii versio implexa passim ac mendosa noscatur. Utraque sive cum textu, sive cum notis et animadversionibus Capperonnierii infra relatis conferenda.

Digitized by Google

Ex editione Sirmondiana.

igitur (50) secundum Beronem assumpta sibi caro ejusdem operationis effecta est, haud dubium quin et ejusdem facta est sibi naturæ, cum quotquot est natura, id est inprincipalitate, infactione, infinitate, sempiternitate, incomprehensibilitate; et quæcunque horum secundum magnitudinem theologica amplissime in deitate ratio contemplatur : et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro naturæ suæ substantialem rationem ultra salvandam habente. *Et rursus :* Qui enim (51) eorum, quæ alterius sunt naturæ, eamdem ipsam sentit operationem; confusionem pariter naturalem, et divisionem eorum inducit personalem; incognita prorsus idiomatum translatione naturali eorum facta essentia. *Item :* Si vero (52) ejusdem sibi non fuit naturæ, neque ejusdem sibi fiet naturalis operationis. *Et iterum :* In eumdem (53) autem errorem illati sunt, male credentes propriam factam carnis divinam operationem, quæ in miraculis per ipsam apparuit, qua totum Christus substantians secundum quod intelligitur Deus continet retentum. *Et iterum :* Non enim (54) cognoverunt impossibile esse divinæ operationem naturæ idioma fieri sine convertibilitate. *Et iterum :* Quarum (55) donec unam secundum substantiam cognoscatur Verbum unius operationis, nunquam aliquando eo quod utriusque sit cognoscetur motus. *Et iterum :* Itaque Bero (56) quidem sic se habens, ut dixi, operationis unalitate deitatem Christi et humanitatem simul confundens naturaliter, et partiens personaliter, dissolvit vitam; ignorans solius connaturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam.

Ex editione Combefisiana.

maxime cavendum. *Et iterum :* Siquidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est; plane etiam ejusdem facta est naturæ, cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur : et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante. *Et rursus :* Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem; confusionem pariter naturalem divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia existentiaque. *Item :* Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis. *Et iterum :* In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat. *Et iterum :* Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate. *Et iterum :* Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat, ut amborum motus cognoscatur. *Et iterum :* Itaque Bero, qui sic habeat, ut dicebam, una operatione Christi pariter deitatem et humanitatem natura confundens ac personis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.

« IV. His igitur ita et ab hoc quoque sacratissimo et magno doctore ac martyre veritatis (id ipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu), manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, et maxime qui communicant his, qui novitates nunc operati sunt: et sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales et operationes denegant et abjiciunt, impiam ac alienam Christianici dogmatis tam sacram et orthodoxam confessionem appellant, unamque deitatis et humanitatis ejus voluntatem et operationem dogmatizant, eos qui taliter sibi consone non confitentur anathematizantes, liquido et absque ullo tegente velamine sanctos prophetas et apostolos atque doctores; vel etiam, ut verius dicatur, sanctissimum Spiritum qui in illis locutus est, quinimo et loquitur, anathematizant, et ab eo per illos traditam nobis sacram et orthodoxam confessionem abnegant et abjiciunt, atque impiam et alienam a Christianico dogmate esse asseverant, et æque ut prædictus hæreticus, quin potius ut omnes simul profani hæretici, qui in confusione ac phantasia et divisione decepti sunt, solum supersubstantialis theologiæ ac incarnatæ dispensationis non abnegant et subvertunt mysterium: quaternitatem quidem Personarum sanctam confitentes Trinitatem; at vero unum hujus, id est Dominum nostrum Jesum Christum, inanimatum, et sine intellectu ac sine ratione, secundum quod propter nos factus est homo, introducentes, et convertibilitatem simul et conspersionem ac mutabilitatem, confusionemque ac phantasiam et divisionem utriusque naturæ ipsius pronuntiantes, et puri per hoc hominis, vel prodigii cujusdam matrem sanctam semper virginem ac Dei genitricem Mariam scribentes.

« V. Deinde vero hanc, quæ videlicet in eo ab illis

(50) *Si igitur.* Testim. 6.
(51) *Qui enim.* Ibid.
(52) *Si vero.* Testim. 7.
(53) *In eumdem.* Testim. 8.
(54) *Non enim.* Ibid.
(55) *Quarum.* Testim. 4.
(56) *Itaque Bero.* Testim. 9.

Digitized by Google

dogmatizata est, unam voluntatem et unam operationem respuentes, et neque unam, neque duas, id est divinam et humanam voluntatem vel operationem in eo, vel quamdam ex omnibus confiteri volentes, non solum instabiles et tergiversatores, sed et hæreticis qui in confusione ac phantasia et divisione erraverunt, magis impios ipsi seipsos propriis verbis et dogmatibus monstrant. Nam illi quidem vel unam, isti vero nec unam voluntatem vel operationem eum habere volunt, ac per hoc insubstantialem illum et inessentialem; minus enim est dicere, sine voluntate ac impotem (57) secundum utrasque naturas pronuntiant, cum juxta sacras definitiones et rationes corruptio, id est interemptio et inexsistentia naturæ, naturalium habitudinum et operationum atque virtutum infirmitas et defectus exsistat, et quod universaliter voluntate naturali ac substantiali operatione privatur, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus essentia.

« VI. Et non ipsum tantum, sed et Patrem, et Spiritum sanctum, insubstantivum astruunt et inexsistentem. Ejusdem enim utrisque illis substantiæ, id est deitatis, et voluntatis, ac operationis Salvator exsistit, secundum quod est et dicitur natura Deus; ita ut subsequenter et dominam nostram vere sanctissimam, super omnes sanctos venerandam scilicet et laudandam, ut proprie ac non fallaciter, veraciter Dei genitricem semperque virginem, non proprie ac veraciter matrem Dei describant, sed ejus qui nullomodo secundum ipsos exsistit. Et isti quidem talibus ac tantis impietatibus capti, per sua ipsius (58) dogmata propalantur. Hi vero, qui simul cum duabus voluntatibus et operationibus, quæ sanctis catholicæ institutoribus Ecclesiæ pie in Salvatore nostro Christo dicuntur, aliam unam nescio unde fingentes confiteri volunt, et anathematizant eos qui non consone sibi unam et duas, id est tres voluntates et operationes in eo confitentur; nihilominus et isti sanctos prophetas et apostolos ac doctores, quin et super hos, qui in ipsis locutus est, imo et nunc per eos affatur, sanctissimum Spiritum anathematizant, et traditam per eos nobis ab illo sanctam et immaculatam fidem novis adulterantes adinventionibus abnegant, et aliam in Salvatore Christo naturam præter divinam et humanam, extraneam quamdam et omnium alienam exsistentium fingunt (59), cujus esse volunt a se fictam in illo unam voluntatem et operationem. Quoniam omnis voluntas naturalis et substantialis operatio, naturæ profecto voluntativæ ac operativæ idiomata sunt. Et omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit et inest (60): et indicativum uniuscujusque naturæ operatio et est et cognoscitur naturalis: et omnis natura propriæ operationis substantiali ratione cognoscitur, et omnis natura convenientem sibi seque significantem habet operationem, hanc ab aliis discernentem, definitionesque substantiarum naturales earum operationes vera ratio novit. Et ut compendiose dicatur, nec naturam sine operatione quæ illam substantialiter characterizet, nec rursus voluntatem vel operationem constat esse sine quadam substantia, id est possibile (61); quemadmodum divina concionantur Eloquia, et ipsa rerum natura clamat.

« VII. Igitur voluntatem et operationem unam præter duas circa Salvatorem Christum fingentes, et necessitate (62) etiam aliam naturam præter divinam, ut dictum est, et humanam extraneam quamdam exsistentium omnium alienam plasmantes applicant ei, cujus esse (63) jam dictam a se unam voluntatem, quæ inane figmentum fictæ cogitationis est, et germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim simul et homo Salvator exsistens, duas tantum congruentes sibi naturas et voluntates et operationes, id est divinam et humanam habet, quemadmodum inclyti præceptores nostri ac doctores affirmant: non unam et duas, id est tres, ut adversarii dogmatizant; quo illud evidentissime gerant, quod olim a Deo per Isaiam prophetam in calumniam dicitur, id est: *Caupones tui vinum aqua miscent* [85]. Ut enim apparet, et isti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum et operationum Salvatoris nostri Christi una voluntate ac operatione, quæ in ipso ab hæreticis qui in confusione ac divisione seu phantasia decepti sunt, impie dogmatizata est, veluti vinum aqua miscentes, utrasque sectas confiteri compellunt; quod impium veraciter est et alienum immaculatæ fidei nostræ Christianorum; qui ex diametro similiter ut præcessores sui etiam per hunc a veritate decidunt modum. Æquale quippe ex diametro et simile malum est cum hæretica opinione paternam projicere ac reprobare orthodoxiam, et e diverso cum hac pariter et illam confiteri et approbare: *Quæ enim participatio justitiæ et iniquitati? aut quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis* [86]? divinus ait Apostolus. Inquam vero et ipse: Quæ participatio, vel communicatio, conventio, aut pars, aut consensus paternæ orthodoxiæ, ad nequam hæreticorum opinionem, ut cum altera altera prædicetur, vel etiam respuatur?

« VIII. Et hoc quoque diligenter intendant, quia

[85] Isa. I, 22. [86] II Cor. VI, 14-16.

(57) *Impotem.* Impotentem. Baun.
(58) *Ipsius.* Ipsorum. Id.
(59) *Et omnium... fingunt.* Et ab omnibus quæ sunt in rebus alienam, fingunt. Combef.
(60) *Et inest.* Cui inest. Id.
(61) *Constat ... possibile.* Constare sine quadam substantia, est possibile. Id.
(62) *Et necessitate.* Ex necessitate. Id.
(63) *Cujus esse.* Cujus velint esse. Id.

Digitized by Google

si quemadmodum magnus ab immortalitate cognominatus (64), imo vero cunctus sanctorum chorus affirmat, quod pene fides Salvatoris nostri non admittat, cum hoc instabile quiddam secundum suam ipsius rationem exsistat. Quod si hoc fuerit passa, et quod huic est contrarium procul dubio sustinebit, additamentum scilicet, et quomodo manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? *Dicant*, inquit, *nobis, qui per singulos dies fides creant, imo deos sibi diversos fingunt, quoniam cum fidei verbo mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur.* Ergo et adversarii fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem et quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul et multiplicant id quod creditur, et quinque Christos eatenus plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem, et alium unam voluntatem, et alterum nec unam voluntatem : porro quintum unam et duas, atque unam et duas, id est tres operationes et tres voluntates, ut aiunt, habentem. Et dicant si volunt illi ipsi, qui talia exponunt dogmata, et qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se fictorum credentes baptizati sunt vel baptizantur : aut cujus eorum corpus et sanguinem sumunt atque distribuunt; utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam et duas, et unam et duas, id est tres operationes et tres voluntates, et propterea jam ex necessitate tres etiam naturas habet. Sed *non erat vox et non erat auditio*[87], quemadmodum ait propheta magnus Elias, scelestos sacerdotes et pseudoprophetas confusionis redarguens.

« IX. Nam quidquid horum dixerint, illinc cum impietate etiam redargutionem sermo eorum circumferet; quoniam non in verum et veraciter exsistentem Christum credunt atque baptizant, nec illius corpus et sanguinem accipiunt et distribuunt. Illum enim, verum scilicet, et qui vere consistit, Christum Deum simul et hominem inclyti magistri nostri ac præceptores scientes, duas et tantum quemadmodum naturas, sic etiam et duas voluntates, et totidem operationes congruentes sibi, divinam scilicet, ut jam dictum est et comprobatum, et humanam, increatam et creatam, sine inceptione et cum inceptione, in ipso confitentur et confiteri nobis præcipiunt. Non autem, ut hi nunc novitates fecerunt, unam et nec unam, nec duas, et rursus unam et duas, id est tres voluntates et operationes habere illum fatentur.

« X. Super hæc autem omnia quæ dicta sunt, et illud quoque certissime noverint, quoniam unam nec unam, neque duas, et iterum unam et duas voluntates et operationes, et omnia cum anathematibus et depositionibus ac excommunicatione dogmatizantes, aperte sibi et alterutris repugnare probantur; et ipsi per se ipsos et invicem subvertunt ac destruunt, alterna verba et dogmata, seque ipsos et alterutros, et eos qui sibi communicant, anathematizant, et ab omni sacra dignitate ac ministerio pellunt atque deponunt. Necnon et a perceptione illibatæ communionis vivifici corporis et sanguinis magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi sequestrant.

« XI. Et hæc liquido nos, et nullo intuentes et scientes obstante velamine, non solum propter multiformem errorem, verum etiam et propter instabilitatem et absurditatem ac reciprocationem talium virorum et dogmatum, omni custodia nosmetipsos ab illorum impietate et communione servemus, quotquot in veritate esse ac dici Christiani volumus. Alienum quippe a Christianis est, cum orthodoxia etiam impietatem suscipere; aut confiteri quidem orthodoxam fidem, communicare vero his qui hanc per novas inventiones abnegant et adulterant. Propter quod divina nobis lex simul et apostolica jubet, eos qui aliud præter quod a Christiferis viris accepimus[88], docere ac introducere conati fuerint, avertere (65) et anathematizare, non tantum si homines fuerint, sed et licet angeli fortassis e cœlo descendentes exstiterint. Et si hoc fecerimus, et divinam sine prævaricatione adimpleverimus præceptionem, sacramque ac orthodoxam fidem absque adulteratione simul et innovatione possederimus et confessi fuerimus; ad vitam salvi efficiemur æternam in Christo Jesu Domino nostro : cum quo Deo et Patri, una cum sanctissimo et bono ac vivifico Spiritu, gloria, honor, imperium, et adoratio nunc et semper, et in omnia nunquamque finienda sæcula sæculorum. Amen. »

Claudii Capperonnier v. c. animadversiones in Anastasii Versionem Latinam Fragmentorum Hippolyti, *Contra Beronem et Helicem* : juxta editionem Fabricianam.

Anast. versio.	*Græca.*	*Emendata.*
α Naturalibus producta legibus.	Τοῖς ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις.	Suis quæque legibus temperata, *vel* ordinata.
β Vertibilitas enim ejus qui est inexpers motionis, motus est infiniti (66).	Τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις.	Mutatio non debet tribui ei qui de natura sua sit immotionis expers. Immensum moveri non potest.
γ Omni etiam excepta circumscriptione permansit.	Πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε.	Sine omni circumscriptione permansit.

[87] III Reg. XVIII, 26. [88] Gal. I, 8.

(64) *Magnus ab immortalitate cognominatus.* Athanasius de synod. Seleuc. et Arimin. Sed mendum in voce *pene*. Num *consules*, vel *tempus* aut *defectum* ? Combef.

(65) *Avertere.* Aversari. Baun.

(66) Hæc versio nullum legenti sensum exhibet.

Digitized by Google

Anast. versio.	*Græca.*	*Emendata.*
δ Secundum eamdem quæ veraciter vera est et naturalis substantia (67).	Κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν.	Secundum ipsam realiter veram naturalemque exsistentiam.
ε Utriusque perfecte perfectionem habentem.	Τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως τελείαν ἔχοντα.	Qui utriusque perfecte perfectam habeat substantiam.
ζ Sed non, sicut quidam aiunt, secundum comparationem : comparationes sunt eorum ejusdem naturæ et non quæ diversæ; cum Deo autem auctore omnium factorum, et infinito finitore finitorum, et cum infinitate nulla ratione comparatur finitum.	Ἀλλὰ οὐχ, ὥς τινές φασιν, κατὰ σύγκρισιν. . . . . ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφύων, αἱ συγκρίσεις. Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιητῶν, ἀπείρῳ περατῶν καὶ ἀπειρία πέρας κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον. — Hic aliter Græca, et Anastasii versio. Locum confer supra.	Neque enim, ut dicunt aliqui, secundum concretionem et commistionem; naturalium quippe sunt concretiones seu commistiones : sed Deo creatori omnium creaturarum infinito finitum nulla ratione potest commisceri; nam non per concretionem seu commistionem differunt (68).
η Quanquam in unam substantiam (69) utriusque facta sit unitas (70).	Κἂν εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις.	Quanquam in unam personam utriusque facta sit unitio.
θ Quem per indissimilia non exsistentem dissimilibus non fugientem ostendens eum subauditum (71).	Διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν ὑπάρχοντα, καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τρεπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον.	Ostendens ipsum (sermonem meum) audivi, cum per ea (litterarum elementa) quæ dissimilia sunt, exsistat; nec tamen per ea (elementa) quæ dissimilia sunt, mutationem admittat.
ι Quantum æstimare possumus quod modis omnibus est inæstimabile.	Ὅσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον.	Quantum assimilare licet id, quod omnino assimilari non potest.
κ Licet per carnem fulgeret natura circumfinita (72).	Κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει πεπερασμένης.	Licet per carnem natura sua finitam fulgeret.
λ Licet cooriatur et per conceptionem omnem sensum circumscribentem.	Κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν.	Licet ei coaluerit per conceptionem quæ mentem omnem refrenat.
μ Nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando et naturalis operatio.	Οὔτε μὴν εἰς τ' αὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι (supple πέφυκε) φύσεώς ποτε καὶ φυσικῆς ἐνεργείας.	Nec etiam in eamdem cum ipso naturam et naturalem operationem transferri unquam potest.
ν Connaturalium enim tantum per se operans est motus, manifestans substantiam, cujus naturalem constat esse virtutem.	Ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις, σημαίνουσα τὴν οὐσίαν ἧς φυσικὴ καθέστηκε δύναμις.	Eorum enim duntaxat quæ sunt ejusdem naturæ, motus eadem operatur, substantiam significans, cujus naturalis est virtus.
ξ Quarum donec unum secundum substantiam non cognitum fuerit Verbum unius operationis, cum utriusque sit, nunquam aliquando cognoscetur motus.	Ἕως ἂν οὐχ (73) (sed legendum videtur οὖν) εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθ' ὁτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις.	Quandiu igitur unum secundum substantiam agnoscitur Verbum unius operationis, nulla unquam ratione cognoscetur ambarum motio.
ο Secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter et humane operatus est : perfectionem per omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem salvans.	Ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.	Secundum utrumque a se ipso nunquam excidens, divinis pariter atque humanis operationibus suis perfectam incommutabilitatem servans secundum (essentialem) utriusque rationem.
π Quam secundum ipsos habebit essentiam mutatione divinitatis factus homo, et carnis translatione Deus ? Casus enim in alterutras omnimoda est utrarumque peremptio.	Ποίαν κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις.	Qualem secundum ipsos exsistentiam habebit, factus divinitatis mutatione homo, et carnis transmutatione Deus ? nam harum mutua in se invicem mutatio, est ambarum omnimoda interemptio.
ρ Secundum eamdem naturam (74).	Κατ' αὐτὴν φύσιν.	Secundum ipsam naturam.
σ Et suæ ipsius per omnia eorum quæ sua sunt, naturalis extraneus factus æqualitatis et identitatis.	Καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος καὶ ταυτότητος.	Et per omnia quæ sua sunt, a naturali sua æqualitate et identitate excessisse.

(67) Hæc versio Eutychianismum Hippolyto affingit; aliunde vero confundit τὸ *αὐτήν* (ipsam) cum τῷ *τὴν αὐτήν* (eamdem).

(68) *Σύγκρισις*. Hoc loco non comparationem significat, sed naturarum divinæ et humanæ concretionem et commistionem, quam in incarnatione Apollinaris et Eutyches commenti sunt, etsi error hic a Tertulliano *contra Praxeam*, c. 27, jam fuerat confutatus.

(69) *Substantiam*. Mendum puto potius editionis Fabricianæ, quam interpretis Anastasii. Sirmondiana enim et Combefisiana exhibent « subsistentiam, » ut suo loco notatum.

(70) Purum putum Eutychianismum S. Hippolyto affingit interpres.

(71) Ex hac versione nullus elici sensus poterat, sed emendationi nostræ jam præluserat Franciscus Combefis. in S. Maximo tom. I, p. 73.

(72) Hunc etiam locum jam emendarat Franciscus Combefis.

(73) Quamvis Combefisius legerit ἕως ἂν οὐχ, persuasum tamen habeo legendum hic esse ἕως ἂν οὖν. Nam supra dixerat Hippolytus incarnationis mysterium διττὴν καὶ διαφορὰν ἔχειν θεωρίαν, et constare divinitate atque humanitate Verbi. Itaque non vult ut Verbum sit unum secundum substantiam; ait ruere mysterium, quandiu agnoscetur Verbum unum secundum substantiam, etc.

(74) Vide notam (67) ad has emendationes.

Digitized by Google

τ Qua totum Christus substantians, secundum quod intelligitur Deus, tenet retentum.

υ Ignorans solius contra naturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam (75).

Ἡ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας, καθ' ὃ νοεῖται Θεός, συνέχει κρατούμενον.

Ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

Qua Christus (secundum quod intelligitur Deus) productam hanc-ce rerum universitatem conservat et sub imperio tenet.

Ignorans quod operationis identitas solam significet connaturalem identitatem personarum quæ sint ejusdem naturæ.

(75) Hunc quoque locum emendare jam occuparat Franciscus Combefis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ ΘΕΟΦΑΝΕΙΑ.

SANCTI HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS

SERMO IN SANCTA THEOPHANIA.

1. Omnia certe Dei et Salvatoris nostri opera, bona A sunt ac bona valde, quotquot eorum vel oculus videt vel mens cogitat, quotquot vel sermo eloquitur vel manus contrectat, quotquot intellectus comprehendit, et humana natura capit. Quæ enim orbe cœlesti multiformior pulchritudo? vel quænam terrestri solo florida magis ac variegata exstat species? quid celerius ad cursum curru solari? quænam alia lunæ sidere jucundior biga? ecquid vero dignius admiratione quam inenarrabile opus musivum astrorum? quid tempestivis ventis fecundius ad frugum proventum? quodnam luce diurna specular purius? ecquod animal præstantius homine? adeo omnia Dei et Salvatoris nostri opera, bona sunt valde. Quodnam vero vel aquæ natura necessarium magis munus reperitur? nihil enim non B aquis abluitur, aquis alitur, purgatur, rigaturve. Aqua terras fert, aqua rorem generat, lætificat vitem, spicam maturat, uvam acerbitate exuit, olivam emollit, palmulam edulcorat: aqua rosam rubeo pingit colore, violæ protrudit florem, lilium splendidis conspiciendum calicibus alit. Et quid multa verba facio? sine aquæ natura nihil rerum quas videmus consistere valet: usque adeo necessaria illa est, ut cætera elementa infra concamerationem cœlorum habitent; aqua etiam supra cœlos locum sibi ceperit. Cujus rei testis Propheta: « Laudate, inquit, Dominum cœli cœlorum, et aqua supra cœlos[89]. »

Πάντα μὲν καλὰ, καὶ καλὰ λίαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν δημιουργήματα, ὅσα τε ὀφθαλμὸς ὁρᾷ, καὶ ὅσα ψυχὴ διανοεῖται· ὅσα τε λόγος ἑρμηνεύει, καὶ ὅσα χεὶρ περιστρέφει· ὅσα ἡ διάνοια περιέχει, καὶ ὅσα ἡ ἀνθρωπότης καταλαμβάνει. Τί γὰρ τοῦ οὐρανίου δίσκου πολυμορφώτερον κάλλος; τί δὲ τοῦ ἐπιγείου χωρίου πολυανθέστερον εἶδος; τί δὲ τοῦ ἡλιακοῦ ἅρματος ὀξυτικώτερον εἰς δρόμον, τί δὲ τοῦ σεληνιακοῦ στοιχείου χαριέστερον ζεῦγος; τί δὲ τοῦ πολυπηγήτου τῶν ἄστρων μουσίου, ἀξιαγάστερον ἔργον; τί δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀνέμων πλουσιώτερον εἰς πρόσοδον; τί δὲ τοῦ ἡμερινοῦ φωτὸς ἀκηλιδώτερον ἔσοπτρον; τί δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐντιμότερον ζῶον; Πάντα μὲν οὖν καλὰ λίαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν δημιουργήματα. Τί δὲ καὶ τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως ἀναγκαιότερον χάρισμα; πάντα γὰρ τοῖς ὕδασιν καὶ λούεται, καὶ τρέφεται, καὶ καθαίρεται καὶ ἀρδεύεται. Ὕδωρ τὴν γῆν βαστάζει, ὕδωρ τὴν δρόσον τίκτει, τὴν ἄμπελον ἱλαρύνει· ὕδωρ τὸν στάχυν τελεσφορεῖ, ὕδωρ τὸν βότρυν ἀπομφακίζει, ὕδωρ ἔλαιον ἀπαλύνει, ὕδωρ τὸν φοίνικα γλυκαίνει, ὕδωρ τὸ ῥόδον ἐρυθραίνει, καὶ τὸ ἴον ἀνθίζει, ὕδωρ τὸ κρίνον λαμπροῖς τοῖς κάλυξιν τρέφει. Καὶ τί μακρολογῶ; Ἄνευ τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως οὐδὲν τῶν παρόντων συνίσταται· οὕτως ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἀναγκαία, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα στοιχεῖα ὑπὸ τῶν καμαρωδεστάτων οὐρανῶν τὴν οἴκησιν ἔλαβεν· ἡ δὲ τῶν ὑδάτων φύσις καὶ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὴν μονὴν ἐδέξατο. Καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Προφήτης βοῶν· « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν. »

[89] Psal. CXLVIII, 4.

Digitized by Google

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο τὴν ἀξιοπιστίαν τοῦ ὕδατος παρ- A ἵστησιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πάντων αἰδεσιμώτερον. ὅτι ὁ πάντων δημιουργὸς Χριστὸς, ὡς ὑετὸς κατῆλθεν, καὶ ὡς πηγὴ ἐγνώσθη, καὶ ὡς ποταμὸς διεδόθη, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη. Ἤκουες γὰρ ἀρτίως πῶς ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τὸν Ἰωάννην ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη ὑπ' αὐτοῦ. Ὦ παραδόξων πραγμάτων· πῶς ὁ ἀπερίγραπτος ποταμὸς ὁ εὐφραίνων τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, ἐν ὀλίγῳ ὕδατι ἐλούετο; Ἡ ἀκατάληπτος πηγὴ, ἡ ζωὴν βλαστάνουσα πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τέλος μὴ ἔχουσα, ὑπὸ πενιχρῶν καὶ προσκαίρων ὑδάτων ἐκαλύπτετο. Ὁ παντῇ παρὼν, καὶ μηδαμοῦ ἀπολιμπανόμενος, ὁ ἀκατάληπτος ἀγγέλοις καὶ ἀόρατος ἀνθρώποις, ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται, ὡς ηὐδόκησεν. Ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ φυσικῶς ἐκλάμβανε τὰ λεγόμενα, ἀλλ' οἰκονομικῶς δέχου τὰ παρατιθέμενα. Διὸ B καὶ ὁ Κύριος τῇ φιλανθρωπίᾳ τῆς συγκαταβάσεως οὐκ ἔλαθεν τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν, ὅπερ ἐποίησεν ἐν κρυφῇ. « Εἶδον γὰρ αὐτὸν τὰ ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. » Ἐξέστησαν μικροῦ δεῖν, καὶ τῆς ὁροθεσίας ἀπέφυγον. Ὅθεν ὁ Προφήτης ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων τοῦτο θεωρήσας, ἐπερωτᾷ λέγων· « Τί σοι ἐστὶ, θάλασσα, ὅτι ἔφυγες, καὶ σὺ, Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; » Αὐτὰ δὲ ἀποκριθέντα εἶπον· Τὸν πάντων κτιστὴν ἐν μορφῇ δούλου εἴδομεν, καὶ τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας ἀγνοήσαντες, ἀπὸ τῆς δειλίας ἐλαυνόμεθα.

Νῦν δὲ γνόντες τὴν οἰκονομίαν, προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ὅτι παραγέγονε σῶσαι καὶ οὐ κρῖναι τὴν οἰκουμένην. Ὅθεν Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου πρόδρομος ἀγνοήσας τοῦτο τὸ μυστήριον, καὶ μαθὼν, C ὅτι ἀληθῶς ὁ Κύριός ἐστιν, ἐδόα λέγων τοῖς ἀπερχομένοις, ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθῆναι· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, » τί μοι σφοδρῶς ἀτενίζετε; « Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός· » ὑπηρέτης εἰμὶ καὶ οὐκ αὐθέντης· ἰδιώτης εἰμὶ, οὐ βασιλεύς· πρόβατόν εἰμι, οὐ ποιμήν· ἄνθρωπός εἰμι, οὐ Θεός. Στείρωσιν ἔλυσα μητρὸς γεννηθεὶς, οὐ παρθενίαν ἐστείρωσα (76). Ἐκ τῶν κάτωθεν ἀνεδόθην, ἐκ τῶν ἄνωθεν οὐ κατῆλθον. Πατρικὴν ἔδησα γλῶσσαν, οὐ θεϊκὴν ἥπλωσα χάριν. Ὑπὸ μητρὸς ἐγνώσθην, ὑπὸ ἀστέρος δὲ οὐκ ἐμηνύθην. Ἐγὼ εὐτελὴς καὶ ἐλάχιστος, ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου ὃς ἔμπροσθέν μου ἐστίν· ὀπίσω διὰ τὸν χρόνον, ἔμπροσθεν δὲ διὰ τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀνέκφραστον τῆς θεότητος φῶς. « Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα D βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ἐγὼ ὑπεξούσιος, αὐτὸς δὲ αὐτεξούσιος. Ἐγὼ ἁμαρτιῶν ἔνοχος, αὐτὸς δὲ ἁμαρτιῶν ἀφαιρέτης. Ἐγὼ τὸν νόμον παράπτω, αὐτὸς δὲ τὴν χάριν φωταγωγεῖ. Ἐγὼ ὡς δοῦλος κατηχῶν, αὐτὸς δὲ ὡς δεσπότης κρίνων. Ἐγὼ τὸ ἔδαφος κλίνην ἔχω, αὐτὸς τὸν οὐρανὸν ἔχει. Ἐγὼ μετανοίας βαπτίζω βάπτισμα,

II. Neque hoc tantummodo dignitatem aquæ evincit; sed et quod omnibus aliis rebus est venerabilius, opifex omnium Christus pluviæ in morem descendit[90], ut fons est cognitus[91], tanquam flumen sese diffudit[92], et in Jordane baptizatus est. Jam enim modo audiisti quod ad Joannem venit Jesus[93], et baptismum ab eo suscepit. O res dignissimas admiratione! Infinitum flumen quod lætificat civitatem Dei[94], exigua abluitur aqua. Fons incomprehensibilis qui vitam omnibus hominibus progerminat et termino caret, a parvis et temporariis aquis obruitur. Qui ubique præsens est nec usquam abest, incomprehensibilis angelis et ab hominum conspectu remotus, ad baptismum accedit ut ipsi placuit. Hæc cum audis, dilecte, ne naturali more dicta accipe, B sed per dispensationem apposita suscipito. Ideoque nec aquas latuit quod Dominus ex amore in homines se demittens, in occulto operabatur: « Viderunt enim eum aquæ, et timuerunt[95]. » Parum abfuit quin exsurgerent atque limitibus suis positis erumperent. Unde Propheta longo tempore ante hoc videns, eas interrogat et ait: « Quid est tibi, mare, quod fugisti? et tu, Jordanis, quod conversus es retrorsum[96]? » Illæ vero respondent: Omnium rerum conditorem in forma servi vidimus[97]; et hoc mysterium dispensationis cum ignoraremus, præ metu commotæ sumus.

III. Nos vero quibus œconomia illa cognita jam est, adoramus ejus misericordiam, quod venit servatum terram, non judicatum. Unde etiam Joannes præcursor Domini, cum hoc mysterium, quod nesciverat antea, edoctus cognovisset, quod vere Dominus esset, exclamavit ad hos qui ad eum baptizandi venerant: « Progenies viperarum[98], » quid in me tam vehementer intuemini? « Non sum ego Christus[99]; » minister, non dominus ego sum; privatus, non rex; ovis sum, non pastor; homo, non Deus. Sterilitatem matris meæ cum nascerer solvi, non virginitatem reliqui sterilem. Infra emersi, non desuper descendi. Patris linguam ligavi[1], non divinam gratiam explicui. A matre agnitus, non a stella præsignificatus sum[2]. Tenuis ego et minimus; venit autem post me qui ante me est[3]; post me quidem ratione temporis, ante me autem propter inaccessum et inenarrabile lumen divinitatis. « Venit fortior me, cujus ego non sum dignus portare calceamenta; ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne[4]. » Ego potestati obnoxius, ipse per se potestatem habens. Ego peccatorum reus, ipse est qui aufert peccata[5]. Ego legem inculco, ille gratiæ lucem præfert. Ego ut servus instituo, ille judicat ut dominus. Mihi solum lectus est, ipse cœlum tenet.

[90] Osee VI, 3. [91] Joan. IV, 14. [92] Joan. VII, 38. [93] Matth. III, 13. [94] Psal. XLV, 5. [95] Psal. LXXVI, 17. [96] Psal. CXIII, 5. [97] Philipp. II, 7. [98] Matth. III, 7. [99] Joan. I, 20. [1] Luc. I, 20. [2] Matth. II, 9. [3] Joan. I, 27. [4] Matth. III, 11. [5] Joan. I, 29.

(76) *Οὐ παρθενίαν ἐστείρωσα.* Gregorius Thaumaturgus in *sancta Theophania*, p. 106 edit. Vossii: Σὺ δὲ τεχθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας... οὐκ ἔλυσας παρθενίαν αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐφρούρησας, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῇ προσηγορίαν ἐδώρησας. « Tu vero ex Maria natus virgine..., non solvisti virginitatem ejus; sed et hanc custodisti, et ipsam matris appellatione donasti. » Fabric.

Digitized by Google

Ego pœnitentiæ baptizo baptismate, ille adoptionis donat gratiam : ipse vos Spiritu sancto et igne baptizabit. Quid mihi attenditis? non ego Christus sum.

IV. Hæc Joannes ad populum cum dixisset, et hic arrectis capitibus exspectaret novum aliquid spectaculum oculis corporis cernere, diabolo etiam ad hoc Joannis testimonium perculso; ecce Dominus præsens adest simplex, solus, nudus, sine comitatu, humano corpore veluti veste indutus, dignitatemque divinitatis occultans, ut lateret draconis fraudes. Nec tantum ut Dominus sine regio satellitio ad Joannem accessit; sed etiam ut simplex homo et obnoxius peccatis, caput suum inclinavit ut a Joanne baptizaretur. Unde ille videns tantam demissionem, rei admiratione stupens cœpit eum prohibere, atque, ut modo audivistis, ad eum dixit : « Mihi opus est baptizari a te, et tu ad me venis[6]? » Quid facis, Domine? doces quæ cum regula non bene congruunt. Alia de te prædicavi, et alia tu obis. Alia audivit diabolus, et alia videt. Baptiza tu me igne divinitatis : quid aquam exspectas? illumina me Spiritu; quid rem creatam præstolaris? me baptistam baptiza, ut prærogativa tua nota fiat. Ego, Domine, baptisma pœnitentiæ baptizo, neque eos qui ad me accedunt possum baptizare, nisi peccata sua confessi prius fuerint. Etiamsi baptizare te velim, quid habes quod confitearis? Tu es qui tollis peccata, et baptismo vis baptizari pœnitentiæ? Etiamsi ego te baptizare sustinuero, Jordanes non audet propius ad te accedere : « Ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me? »

V. Quid igitur ei Dominus respondet? « Permitte jam, ita enim decet nos implere omnem justitiam. » Permitte jam, Joannes, non es me sapientior. Tu ut homo, respicis; ego, ut Deus, novi. Primum me oportet facere, atque ita docere. Nihil indecens obeo, decore totus indutus. Miraris, o Joannes, quod non veni cum dignitatis meæ insigniis? Privato enim non competit regia purpura; regem autem decet militaris ornatus : num adversus tyrannum, et non ad amicum veni? At permitte nunc, ita enim convenit nobis omnem justitiam implere. Impletor legis sum; nihil volo prætermissum ad totius impletionem relinquere, ut post me exclamare possit Paulus : « Impletio legis Christus, in justitiam omni credenti[7]. Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam[8]. » Baptiza me, Joannes, ne quis baptismum aspernetur. A te servo baptizor, ne quis regum aut superiorum respuat a contempto sacerdote baptizari. Permitte in Jordanem descendam, ut audiant Patris testimonium, et Filii potentiam cognoscant. Permitte nunc; ita enim decet omnem

[6] Matth. III, 14. [7] Rom. X, 4. [8] Matth. III, 15.

(77) *Τοῦ διαβόλου καταπληττομένου.* Communis veterum sententia est, diabolum ignorasse œconomiæ mysterium, ex Matth. IV, 3, et I Cor. II, 8. FABRIC.

A αὐτὸς δὲ υἱοθεσίας δωρεῖται χάρισμα· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Τί ἐμοὶ προσανέχετε; οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

Ταῦτα τοῦ Ἰωάννου πρὸς τὸν ὄχλον λέγοντος καὶ τοῦ λαοῦ καραδοκοῦντος ξένον τι θέαμα τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς θεάσασθαι, καὶ τοῦ διαβόλου κατα-
B πληττομένου (77) ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίᾳ· ἰδοὺ ὁ Κύριος παραγίνεται λιτὸς, μόνος, γυμνὸς, ἀπροστάτευτος, ἔνδυμα ἔχων τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, κρύπτων δὲ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, ἵνα λάθῃ τοῦ δράκοντος τὸ πανούργημα. Καὶ οὐ μόνον ὡς Κύριος ἐκτὸς τῆς βασιλικῆς δορυφορίας πρὸς τὸν Ἰωάννην παραγέγονεν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος λιτὸς καὶ ὑπόχρεως ἁμαρτιῶν, ἔκλινεν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου. Ὅθεν ὁ Ἰωάννης θεασάμενος τὴν τοσαύτην ταπεινοφροσύνην, θαμβηθεὶς ἐπὶ τῷ πράγματι, ἤρξατο διακωλύειν αὐτὸν λέγων, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε· « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρὸς μέ; » Τί ποιεῖς, ὦ Δέσποτα; ἀκανόνιστα δογματίζεις. Ἄλλα κατήγγειλα, καὶ ἄλλα μετέρχῃ· ἄλλα ἤκουσεν ὁ διάβολος, καὶ ἄλλα κατανοεῖ. Βάπτισόν με τῷ πυρὶ τῆς θεότητος· τί περιμένεις τὸ ὕδωρ; Φώτισον τῷ Πνεύματι· τί προσανέχεις τῷ κτίσματι; Βάπτισόν με τὸν βαπτιστὴν, ἵνα γνωσθῇ σου ἡ ὑπεροχή. Ἐγὼ, Δέσποτα, μετανοίας βαπτίζω βάπτισμα, καὶ τοὺς προσερχομένους πρὸς μὲ ἀμήχανον βαπτίσαι ἐὰν μὴ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν
C ἐξομολογήσωνται. Κεῖσθω ὅτι βαπτίζω σε, τί ἔχεις ἐξομολογήσασθαι; Ἁμαρτιῶν ἀφαιρέτης ὑπάρχεις, καὶ τὸ τῆς μετανοίας θέλεις βαπτισθῆναι βάπτισμα; Εἰ καὶ ἐγώ σε τολμήσω βαπτίσαι, ὁ Ἰορδάνης οὐ τολμᾷ πλησιάσαι. « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρὸς μέ; »

Τί οὖν ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν; « Ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Ἄφες ἄρτι, Ἰωάννη, οὐκ εἶ μου σοφώτερος. Σὺ ὡς ἄνθρωπος βλέπεις, ἐγὼ ὡς Θεὸς προγινώσκω. Πρῶτόν με δεῖ ποιῆσαι, καὶ οὕτως διδάξαι. Οὐδὲν ἀπρεπὲς μετέρχομαι, εὐπρέπειαν γὰρ περιβέβλημαι. Θαυμάζεις, ὦ Ἰωάννη, ὅτι οὐκ ἦλθον μετὰ τοῦ ἀξιώματός μου; Ἰδιώτῃ μὲν γὰρ οὐ πρέπει βασιλικὴ
D ἀλουργὶς, βασιλεῖ δὲ πρέπει στρατιωτικὸν σχῆμα· πρὸς τύραννον ἦλθον, μὴ γὰρ πρὸς φίλον; Ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν, πᾶσαν δικαιοσύνην πληρῶσαι. Πληρωτής εἰμι νόμου, οὐδὲν βούλομαι ἐλλιπὲς καταλεῖψαι εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα ἵνα μετ' ἐμὲ βοήσῃ ὁ Παῦλος· « Πλήρωμα νόμου ὁ Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. Ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν, πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Βάπτισόν με, Ἰωάννη, ἵνα μηδεὶς βαπτίσματος καταφρονήσῃ. Ὑπὸ σοῦ τοῦ δούλου βαπτίζομαι, ἵνα μηδεὶς βασιλέων ἢ ὑπερεχόντων διαπτύσῃ ὑπὸ πενιχροῦ ἱερέως βαπτισθῆναι. Ἄφες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατέλθω, ἵνα ἀκούσωσιν τὴν Πατρῴαν μαρτυρίαν, καὶ

Digitized by Google

ἐπιγνώσωνται τὴν τοῦ Υἱοῦ δύναμιν. Ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τότε λοιπὸν ἀφίησιν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, « καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς εὐθέως ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ ἰδοὺ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατέρχεται ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

Ἴδες, ἀγαπητὲ, πόσων καὶ πηλίκων ἀγαθῶν ἐμέλλομεν ζημιοῦσθαι, εἰ εἶξεν ὁ Κύριος τῇ τοῦ Ἰωάννου παρακλήσει, καὶ παρητήσατο τὸ βάπτισμα; Κεκλεισμένοι γὰρ ἦσαν πρὸ τούτου οἱ οὐρανοὶ, ἄβατον ἦν τὸ ἄνω χωρίον. Ἐν τοῖς κάτω κατείημεν, ἐν τοῖς ἄνω δὲ οὐκ ἀνίειμεν. Μόνον δὲ ὁ Δεσπότης ἐβαπτίσθη; καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀνεκαίνισεν, καὶ τὰ σκῆπτρα τῆς υἱοθεσίας αὐτῷ πάλιν ἐπίστευσεν. Εὐθέως γὰρ « ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί. » Διαλλαγὴ γέγονεν τῶν ὁρατῶν πρὸς τὰ ἀόρατα· ἐχαροποιήθησαν τὰ οὐράνια τάγματα, ἰάθη τὰ ἐπίγεια νοσήματα, ἐγνώσθη τὰ ἀπόῤῥητα πράγματα, ἐφιλιώθη τὰ ἐχθραίνοντα. Ἤκουες γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί· » τριῶν παραδόξων χάριν. Τοῦ γὰρ νυμφίου Χριστοῦ βαπτιζομένου, ἔδει τὸν οὐράνιον θάλαμον τὰς λαμπροφόρους ἀνοῖξαι πύλας. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς κατιόντος, καὶ τῆς Πατρῴας φωνῆς πανταχοῦ διαδεδραμένης, ἔδει τὰς « ἐπουρανίους πύλας ἐπῃρμένας ὑπάρχειν. » Καὶ ἰδοὺ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ φωνὴ ἐγένετο, λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. »

Ἀγαπητὸς ἀγάπην γεννᾷ, καὶ φῶς ἄϋλον, φῶς ἀπρόσιτον (78). « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, » ὁ κάτω ἐπιφανεὶς καὶ τῶν Πατρῴων κόλπων μὴ χωρισθεὶς, ἐπεφάνη, οὐκ ἐφάνη· ἄλλο γὰρ τὸ φανῆναι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ φαινόμενον ὁ βαπτίζων τοῦ βαπτιζομένου προέχει. Τούτου ἕνεκεν ὁ Πατὴρ οὐρανόθεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπὶ τὸν βαπτιζόμενον κατέπεμπεν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ κιβωτῷ τοῦ Νῶε διὰ περιστερᾶς μηνύεται ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, οὕτως καὶ νῦν τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθὸν Πνεῦμα, ὡς καρπὸν ἐλαίας βαστάσαν, ἐπὶ τὸν μαρτυρούμενον κατέστη. Διὰ τί; ἵνα καὶ τῆς Πατρῴας φωνῆς τὸ βέβαιον γνωρισθῇ, καὶ ἡ προφητικὴ πρόῤῥησις ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων πιστωθῇ. Ποία αὕτη; « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν, Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. » Ποία φωνή; « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος υἱὸς, καὶ ἐμὸς Μονογενὴς κατὰ τὴν θεϊκὴν οὐσίαν. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· » ὁ πεινῶν, καὶ τρέφων μυριάδας· καὶ κοπιῶν, καὶ ἀναπαύων τοὺς κοπιῶντας· ὁ μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, καὶ πάντα ἐν τῇ χειρὶ βαστάζων· ὁ πάσχων, καὶ τὰ πάθη ἰώμενος· ὁ ῥαπιζόμενος, καὶ ἐλευθερίαν τῷ κόσμῳ δωρούμενος (79)· ὁ τὴν πλευρὰν νυτ-

A nos implere justitiam. Tunc deinceps Joannes ipsi permittit : « Et baptizatus Jesus, statim iterum ex aqua ascendit ; et aperti sunt ei cœli : et ecce Spiritus Dei descendit specie columbæ, et super ipso mansit. Et vox de cœlo, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui[9]. »

VI. Vides, dilecte, quot et quantorum bonorum jacturam facturi fuissemus, si Joannis monitioni Dominus cessisset, et baptismum non suscepisset? Clausi enim erant antehac cœli, inaccessa supera regio. In inferiora descendimus : ad superiora autem non iterum ascendimus. Num vero solum Dominus baptizatus est? et veterem hominem renova-
B vit, et sceptra adoptionis ipsi iterum credidit. Statim enim « aperti ipsi sunt cœli. » Reconciliatio facta est visibilium cum invisibilibus ; cœlestes ordines gaudio sunt impleti ; sanatæ in terris ægritudines ; res absconditæ quæ erant, patefactæ sunt ; quæ hostium erant in numero, reddita fuere amica. Audisti enim evangelistam dicentem : « Patefacti sunt ipsi cœli ; » ob tria hæc admirabilia. Sponso enim Christo baptizato oportebat cœlestis thalami splendidas portas aperiri. Similiter et Spiritu sancto in columbæ specie descendente, et Patris voce omnia percurrente loca, oportebat « portas attolli cœlestes[10]. » Et ecce aperti sunt ei cœli, et vox facta est dicens : « Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui. »

Bissextilis.	III.	XII et XI Kal. April.	3. DC Dominica. V Kal. Aprilis.	11 AG Feria IV. VIII Kal. Aprilis.	19. ED Sabbato. IV Kal. Aprilis.	27. BA Feria III. VII Kal. Aprilis.	35. FE Feria VI. X Kal. Aprilis.	43. CB Feria II. VI Kal. Aprilis.	51. GF Feria V. IX Kal Aprilis.
Emboli-mæus.	IV.	V Idus April.	4 B Sabbato. XV Kal. Maii.	12. F Feria III. XVIII Kal. Maii.	20. C Feria VI. III Idus Aprilis.	28. G Feria II. XVII Kal. Maii.	36. D Feria V. Pr. Idus Aprilis.	44. A Dominica. XVI Kal. Maii.	52. E Feria IV. Idibus Aprilis.
	V.	IV Kal. April.	5. A Feria IV. IV Non. Aprilis	13. E Sabbato. VIII Idus Aprilis.	21. B Feria III. III Non. Aprilis.	29. F Feria VI. Pr. Kal. Aprilis.	37. C Feria II. Pr. Non. Aprilis.	45. G Feria V. Kalendis Aprilis.	53. D Dominica. Nonis Aprilis.
	VI.	XV Kal. April.	6. G Dominica. VIII Kal. Aprilis.	14. D Feria IV. XI Kal. Aprilis.	22. A Sabbato. VII Kal. Aprilis.	30. E Feria III. X Kal. Aprilis.	38. B Feria VI. XIII Kal. Aprilis.	46. F Feria II. IX Kal. Aprilis.	54. C Feria V XII Kal. Aprilis.
Emboli. Bissextilis.	VII.	Nonis April.	7. FE Sabbato. Idibus Aprilis.	15. CB Feria III. IV Idus Aprilis.	23. GF Feria VI. VII Idus Aprilis.	31. DC Feria II. III Idus Aprilis.	39. AG Feria V. VI Idus Aprilis.	47. ED Dominica. Pr. Idus Aprilis.	55. BA Feria IV. V Idus Aprilis.
	VIII.	VIII Kal. April.	8. D Fer. IV. IV Kal. Aprilis.	16. A Sabbato. IV Non. Aprilis.	24. E Feria III. III Kal. Aprilis.	32. B Feria VI. VI Kal. Aprilis.	40. F Feria II. Pr. Kal. Aprilis.	48. C Feria V. V Kal. Aprilis.	56. G Dominica. Kalendis Aprilis.

III. *Parergorum primi laterculi explicatio. Cur subinde bini dies quartædecimæ lunæ designentur.*

Atque hæc unica tabula utramque Hippolyti, licet duplo majorem, complectitur : nec quidquam, quod ad Paschatis cognitionem attinet, omittit. Quæ enim præterea in primi seu dextri laterculi marmorei limbis continentur, alio spectant. Primus limbus, isque latissimus, Hippolyti opera, quæ tunc quidem in lucem prodierant, recenset; quorum quædam etiam memorant Hieronymus et Theodoretus. Quæ aliis limbis inseruntur, ut *Genesis*, *Exodus*, *in Deserto*, *Exechias*, *Josias*, *Daniel*, *Esdras*, *Jesus Christus*, *Passio Christi*, etc., Scaliger putat esse lectiones statas vagasve ex utroque Testamento, quarum erat usus eo tempore in Ecclesia. Nos ea, quoniam ad institutum nostrum non attinent, lectoris judicio relinquimus. Illud ad rem maxime nostram scire mallem, cur in tertio octaeteridos anno geminos, præter solitum, quartædecimæ paschali dies assignet, XII et XI Kalendas Aprilis. Est quidem iste annus cycli tertius bissextilis : sed est æque septimus, ad quem tamen nihil ejusmodi notat. Rursum illud, et XI videtur superflue geminari; quia tantum una Dominicalis littera, et quidem ea A quam intercalatio parit, omnibus annis assumitur, quæ ex feriis et Dominicis hic designatis XII duntaxat, non XI Kalendas Aprilis respondet; ut ante nos Scaliger animadvertit. Nobis quidem nihil hactenus occurrit, quo nodum hunc solide solvere valeamus. Optaremus ad octaeteridos nimis contractæ castigationem referri posse. Julianam enim dierum 2922 octaeteridem, qualem hanc Hippolyti esse clarum est, die solido horisque fere 12 a veris lunæ rationibus abesse; eoque post duas octaeteridas, seu unam heckædecaeteridem, triduum ab antiquis intercalari solitum fuisse, fatentur omnes. Sed nos hic primum, quomodo ista intercalatio ad XII aut XI Kalendas Aprilis (ut hic notatur) sine magna intricatione fieri potuerit, nondum assequi- B mur : et ut commode facta sit, bidui tantum, non tridui fuerit; quando Canon iste geminos hosce dies non nisi geminis quoque heckædecaeteridos unius annis attexit.

IV. *Tertia tabula paschali Victorianæ conformior proponitur. Lunæ paschalis Hippolyteæ ætas eruitur. Hippolyti Canon in Victoriani typum redactus.*

Cæterum quoniam illustrandi maxime confirmandique Victorii nostri causa laborem hunc suscepi-

(96) Terminorum paschalium feriæ.

(97) Dominicæ paschales.

Digitized by Google

mus; juvat et alteram tabulam proponere, quæ ad paschalem Victorianam proxime, quantum quidem patiuntur Hippolyti rationes, accedat; ut in quo uterque conveniat discrepetve, ad oculum appareat. Primus a summo deorsum versus annos Christi vulgares cum litteris Dominicalibus continet : ab anno 222, unde Hippolyti periodus incipit, ad 277, per annos, ut dixi, 56. Qui si repetantur (superflue tamen, ut supra) Hippolyti periodum annorum CXII efficient : quod secundus versus exhibet. In quo illud etiam moneo, primum periodi Hippolyteæ annum, esse quintum cycli lunaris decemnovennalis Victorii; quinquagesimum septimum vero ejusdem periodi, esse cycli ejusdem Victoriani 4. Non enim LVI, sed LVII anni solidi cyclos decemnovennales ternos complectuntur. Tertius versus quartadecimarum paschalium dies ostendit, septem octaeteridibus, quot hic continentur, septies item repetitos. A Quartus quartadecimarum ferias, quintus Dominicæ paschalis dies edunt. Sextus et ultimus a nobis additus lunæ Hippolyticæ, in Dominicis paschalibus ætatem determinat, non Alexandrinorum, sed Victorii Latinorumque regulis plane conformem, quod hic potissimum intendimus; ut paschales Latinorum epilogismos primæ in Ecclesia vetustatis, et probabiliter ab apostolis ex Hebræorum fontibus haustos traditosque colligamus. Et licet eam lunæ paschalis ætatem Hippolyti Canon non exhibeat; certo tamen ex præcedentibus ejus quartisdecimis definitur. Quoties enim illæ in feriam sextam incurrunt, paschalem Dominicam luna XVI indicunt : si in feriam quintam, luna XVII; si in feriam quartam, luna XVIII; si in tertiam, luna XIX; si in secundam, B luna XX; si in Dominicam, vicesima prima; si in Sabbatum, vicesima secunda, ut in hoc diagrammate videmus.

HIPPOLYTI CANON IN VICTORIANI TYPUM REDACTUS.

Anni Christi vulg.	Cycli solis et litteræ Dominicales.	Anni Periodi	Lunæ 14. PASCHALES.	Feriæ lunarum 14.	Dominicæ PASCHALES.	Ætas lunæ.	
222	7	1					
278	F	57	Idibus Aprilis.	Sabbato.	XI Kalend. Maii.	XXII	22
223	8	2					
279	E	58	IV Nonas Aprilis.	Feria IV.	VIII Idus Aprilis.	XVIII	
224	9	3	XII et XI Kalend.				
280	DC	59	Aprilis.	Dominica.	V Kal. Aprilis.	XXI	
225	10	4					
281	B	60	V Idus Aprilis.	Sabbato.	XV Kalendas Maii.	XXII	22
226	11	5					
282	A	61	IV Kal. Aprilis.	Feria IV.	IV Nonas Aprilis.	XVIII	
227	12	6					
283	G	62	XV Kal. Aprilis.	Dominica.	VIII Kal. Aprilis.	XXI	
228	13	7					
284	FE	63	Nonis Aprilis.	Sabbato.	Idibus Aprilis.	XXII	22
229	14	8					
285	D	64	VIII Kal. Aprilis.	Feria IV.	IV Kal. Aprilis.	XVIII	
230	15	9					
286	C	65	Idibus Aprilis.	Feria III.	XIV Kal. Maii.	XIX	
231	16	10					
287	B	66	IV Nonas Aprilis.	Sabbato.	IV Idus Aprilis.	XXII	22
232	17	11	XII et XI Kalend.				
288	AG	67	Aprilis.	Feria IV.	VIII Kal. Aprilis.	XVIII	
233	18	12					
289	F	68	V Idus Aprilis.	Feria III.	XVIII Kal. Maii.	XIX	
234	19	13					
290	E	69	IV Kal. Aprilis.	Sabbato.	VIII Idus Aprilis.	XXII	22
235	20	14					
291	D	70	IV Kal. Aprilis.	Feria IV.	XI Kal. Aprilis.	XVIII	
236	21	15					
292	CB	71	Nonis Aprilis.	Feria III.	IV Idus Aprilis.	XIX	
237	22	16					
293	A	72	VIII Kal. Aprilis.	Sabbato.	IV Nonas Aprilis.	XXII	22
238	23	17					
294	G	73	Idibus Aprilis.	Feria VI.	XVII Kalend. Maii.	XVI	16
239	24	18					
295	F	74	IV Nonas Aprilis.	Feria III.	VII Idus Aprilis.	XIX	
240	25	19	XII et XI Kalend.				
296	ED	75	Aprilis.	Sabbato.	IV Kal. Aprilis.	XXII	22
241	26	20					
297	C	76	V Idus Aprilis.	Feria VI.	III Idus Aprilis.	XVI	16
242	27	21					
298	B	77	IV Kal. Aprilis.	Feria III.	III Nonas Aprilis.	XIX	
243	28	22					
299	A	78	XV Kal. Aprilis.	Sabbato.	VII Kal. Aprilis.	XXII	22
244	1	23					
300	GF	79	Nonis Aprilis.	Feria VI.	VII Idus Aprilis	XVI	16

Digitized by Google

HIPPOLYTI CANON IN VICTORIANI TYPUM REDACTUS.

Anni Christi vulg.	Cycli solis et litteræ Dominicales.	Anni Periodi.	Lunæ 14. PASCHALES.	Feriæ lunarum 14.	Dominicæ PASCHALES.	Ætas lunæ.	
245	2	24					
301	E	80	viii Kal. Aprilis.	Feria iii.	iii Kal. Aprilis.	xix	
246	3	25					
302	D	81	Idibus Aprilis.	Feria ii.	xiii Kal. Maii.	xx	
247	4	26					
303	C	82	iv Nonas Aprilis.	Feria vi.	Prid. Non. April.	xvi	16
248	5	27	xii et xiii Kalend.				
304	BA	83	Aprilis.	Feria iii.	vii Kal. Aprilis.	xix	
249	6	28					
305	G	84	v Idus Aprilis.	Feria ii.	xvii Kal. Maii.	xx	
250	7	29					
306	F	85	iv Kal. Aprilis.	Feria vi.	Prid. Kal. April.	xvi	16
251	8	30					
307	E	86	xv Kal. Aprilis.	Feria iii.	x Kalend. Aprilis.	xix	
252	9	31					
308	DC	87	Nonis Aprilis.	Feria ii.	iii Idus Aprilis.	xx	
253	10	32					
309	B	88	viii Kal. Aprilis.	Feria vi.	vi Kal. Aprilis.	xvi	16
254	11	33					
310	A	89	Idibus Aprilis.	Feria v.	xvi Kalend. Maii.	xvii	
255	12	34					
311	G	90	iv Nonas Aprilis.	Feria ii.	vi Idus Aprilis.	xx	
256	13	35	xii et xi Kalend.				
312	FE	91	Aprilis.	Feria vi.	x Kal. Aprilis.	xvi	16
257	14	36					
313	D	92	v Idus Aprilis.	Feria v.	Prid. Idus April.	xvii	
258	15	37					
314	C	93	iv Kal. Aprilis.	Feria ii.	Pr. Nonas April.	xx	
259	16	38					
315	B	94	xv Kal. Aprilis.	Feria vi.	xiii Kal. Aprilis.	xvi	16
260	17	39					B
316	AG	95	Nonis Aprilis.	Feria v.	vi Kalend. April.	xvii	
261	18	40					
317	F	96	viii Kal. Aprilis.	Feria ii.	Pr. Kal. Aprilis.	xx	
262	19	41					
318	E	97	Idibus Aprilis.	Dominica.	xii Kalend. Maii.	xxi	
263	20	42					
319	D	98	iv Nonas Aprilis.	Feria v.	Nonis Aprilis.	xvii	
264	21	43	xii et xi Kalend.				
320	CB	99	Aprilis.	Feria ii.	vi Kal. Aprilis.	xx	
265	22	44					
321	A	100	v Idus Aprilis.	Dominica.	xvi Kalend. Maii.	xxi	
266	23	45					
322	G	101	iv Kal. Aprilis.	Feria v.	Kalendis Aprilis.	xvii	
267	24	46					
323	F	102	xv Kal. Aprilis.	Feria ii.	ix Kal. Aprilis.	xx	
268	25	47					
324	ED	103	Nonis Aprilis.	Dominica.	Prid. Idus. April.	xxi	
269	26	48					
325	C	104	viii Kal. Aprilis.	Feria v.	ii Kal. Aprilis.	xvii	
270	27	49					
326	B	105	Idibus Aprilis.	Feria iv.	xv Kalend. Maii.	xviii	
271	28	50					
327	A	106	iv Nonas Aprilis.	Dominica.	v Idus Aprilis.	xxi	
272	1	51	xii et xi Kalend.				
328	GF	107	Aprilis.	Feria v.	ix Kal. Aprilis.	xvii	
273	2	52					
329	E	108	v Idus Aprilis.	Feria iv.	Idibus Aprilis.	xviii	
274	3	53					
330	D	109	iv Kal. Aprilis.	Dominica.	Nonis Aprilis.	xxi	
275	4	54					
331	C	110	xv Kal. Aprilis.	Feria v.	xii Kal. Aprilis.	xvii	C
276	5	55					
332	BA	111	Nonis Aprilis.	Feria iv.	v Idus Aprilis.	xviii	
277	6	56					
333	G	112	viii Kal. Aprilis.	Dominica.	Kalendis Aprilis.	xxi	

V. *Hippolytus paschales Latinorum primi generis rationes sequitur. Primo enim caput mensis paschalis a* 5 *Martii orditur. Secundo lunam paschalem a* XVI *in* XXII *diffundit.*

Ex hac tabula luce clarius est, Hippolytum paschales Latinorum, non Alexandrinorum rationes sequi. Nam et caput primi seu paschalis mensis a quinta Martii cum illis, non octava cum his advocat; et Dominicas paschales non a XV luna ad XXI, sed a XVI ad XXII planissime diffundit. Primum patet ex annis cujusvis heckædecaeteridos sexto et quartodecimo; quibus paschalem lunam quartamA decimam, cum XV Kalendas Aprilis, seu Martii 18, ac proinde primam cum ejusdem Martii quinto componit. Secundum, etiam ex annis periodi ejus primo et 57 clarum est. Cum enim tunc lunam XIV paschalem sciscat Idibus Aprilis, et quidem Sabbato; Pascha tamen Dominicum, seu Resurrectionis, et Christianorum, non sequenti die, postridie scilicet Idus easdem, nec luna XV, ut facerent Alexandrini, sed septem diebus tardius, XI Kalendas Maii, seu 21 Aprilis, et luna XXII, cum Latinis indicit. Idem facit, quoties quartadecima paschalis ejus in Sabba-

Digitized by Google

tum incurrit, ut annis periodi IV et LX, VII et LXIII, X et LXVI, XIII et LXIX, XVI et LXXII, XIX et LXXV, XXII et LXXVIII. Nec tota ejus 112 annorum periodo unquam videbis ante lunam XVI Pascha Christianum indici. Ejusmodi sunt anni omnes, quorum termini, seu quartædecimæ paschales in feriam VI incidunt; ut XVII et LXXIII, XX et LXXVI, XXIII et LXXIX, XXVI et LXXXII, XXIX et LXXXV, XXXII et LXXXVIII, XXXV et XCI, XXXVIII et XCIV.

VI. *Et Dominicam paschalem Martii* 20 *admittit.*

Et hisce quidem binis posterioribus annis id præterea peculiare est, ut Pascha Dominicum XIII Kalendas Apriles, seu Martii 20 die decernant, littera Dominicali B. Quod tamen fine prologi sui Victorius, *nunquam penitus celebratum inveniri* scribit : nempe post Nicænam synodum, aut fortean ex quo Latini heckædecaeteridem hanc abjecerant, ad ætatem usque Victorii, ut diximus. Nisi malis cum Beda *celebrandum*, quam *celebratum* legere. Alioquin Hippolyti hæc octaeteris geminata, sive heckædecaeteris, annorum 112 intervallo, bis isto die constituit. Unde vides Hippolytum ex primo et rigidissimo Latinorum genere exstitisse, qui Judæorum terminos complectebantur; et æquinoctium, vel certe solis in Arietem ingressum, non cum 21 Martii, ut Nicæni Patres; neque cum 22, ut passim Anatolio tribuunt; sed cum 18 comparabant, ex nonnullorum veterum et celebrium astrologorum sententia : cum quibus Judæos consensisse, Josephus eorum historicus insinuat; et nos dicemus in tractatu *De paschali veterum, tempore Christi, Judæorum cyclo,* C qui 84 annorum est, capite 3. Adeo verum est, quod nostri in Victorium Commentarii capite 4 finiente diximus, neque Judæis veteribus, neque nostris per duo priora sæcula Christianis astronomicum æquinoctii diem agnitum, non certe tanto scrupulo observatum : cum hi nullo ad eas tricas otio, vix ulla a tot persecutionibus respiratione, nihil supra id quod hactenus a Synagoga usurpatum videbant, inquirendum putarent curarentve, nec *mensem novorum*, solum a Scriptura memoratum, alio quam Judæi sensu interpretarentur.

VII. *Nunquam limitis a synodo Cæsariensi constituti finem excedit. Cycli Hippolytei in Kalendario Juliano dispositio.*

Nec illud hic omittendum, Hippolytum constituti B ab synodo Cæsariensi limitis paschalis finem non excedere, licet initium biduo antevertat. Ea enim synodus ab XI Kalendas Apriles, seu 22 Martii, ad XI Kalendas Maii, seu 21 Aprilis inclusive, per 31 dies Pascha ἀναστάσιμον, seu Dominicas paschales concludit. Hippolytus ab XIII Kalendas Apriles, seu Martii 20, ad XI Kalendas Maii, per dies omnino 33 extendit, ut ex subjecto diagrammate patet. In quo annos heckædecaeteridos ejus senos denos, quasi totidem numeros Aureos, æque ac XIX Latinos et Alexandrinos, certis mensium Martii et Aprilis diebus ex ejus doctrina affiximus : ita tamen, ut sexdecim anni isti, non nisi ad octo dies mensium istorum apponantur; quia bini in cellulam unam incurrunt : quando nihil aliud heckædecaeteris est, quam octaeteris geminata, ut jam toties diximus. En cycli Hippolyti in Kalendario Juliano dispositio.

CYCLI HIPPOLYTEI IN KALENDARIO DISPOSITIO.

MARTIUS.			Num. Aur. Alexandr.	Num. Aur. Victorii.	Num. Aur. Hippolyti.	VI XIV			
III	5	!A	XIX	XVIII	VI XIV	1			
Prid.	6	b	VIII			2			
Non.	7	c		VII		3	III XI		
VIII	8	d	XVI		III XI	4	1		
VII	9	e	V	XV		5	2		
VI	10	f		IV		6	3		
V	11	g	XIII			7	4	VIII XVI	
IV	12	A	II	XII	VIII XVI	8	5	1	
III	13	b		I		9	6	2	
Prid.	14	c	X			10	7	3	
Idib.	15	d		IX		11	8	4	V XIII
XVII	16	e	XVIII	XVII	V XIII	12	9	5	1
XVI	17	f	VII			13	10	6	2

Digitized by Google

xv (98)	18	g		vi		14	11	7	3				
xiv	19	A	xv			15	12	8	4	II X			
xiii	20	b	iv	xiv	II X	16	13	9	5	1			
xii (99)	21	c		iii		17	14	10	6	2			
xi	22	d	xii			18	15	11	7	3	VII XV		
x	23	e	i	xi	VII XV	19	16	12	8	4	1		
ix	24	f		xix		20	17	13	9	5	2		
viii (1)	25	g	ix			21	18	14	10	6	3		
vii	26	A		viii		22	19	15	11	7	4	IV XII	
vi	27	b	xvii		IV XII	23	20	16	12	8	5	1	
v	28	c	vi	xvi		24	21	17	13	9	6	2	
iv	29	d		v		25	22	18	14	10	7	3	
iii	30	e	xiv			26	23	19	15	11	8	4	I IX
Prid.	31	f	iii	xiii	I IX	27	24	20	16	12	9	5	1

APRILIS.

			Num. Aur. Alexandr.	Num. Aur. Victorii.	Num. Aur. Hippolyti.	VI XIV	III XI	VIII XVI	V XIII	II X	VII XV	IV XII	I IX
Kal.	1	g		II		28	25	21	17	13	10	6	2
iv	2	A	xi	x		29	26	22	18	14	11	7	3
iii	3	b		xviii	VI XIV		27	23	19	15	12	8	4
Prid.	4	c	xix				28	24	20	16	13	9	5
Non.	5	d	viii	vii			29	25	21	17	14	10	6
viii	6	e	xvi					26	22	18	15	11	7
vii	7	f	v	xv				27	23	19	16	12	8
vi	8	g		iv				28	24	20	17	13	9
v	9	A						29	25	21	18	14	10
iv	10	b							26	22	19	15	11
iii	11	c							27	23	20	16	12
Prid.	12	d							28	24	21	17	13
Idib.	13	e							29	25	22	18	14
xviii	14	f								26	23	19	15
xvii	15	g								27	24	20	16
xvi	16	A								28	25	21	17
xv	17	b								29	26	22	18
xiv	18	c									27	23	19
xiii	19	d									28	24	20
xii	20	e									29	25	21
xi	21	f										26	22

(98) Æquinoctium Hippolyti et Judæorum, seu potius solis in Arietem ingressus.

(99) Æquinoctium Nicænum.

(1) Æquinoctium Cæsaris.

Digitized by Google

Atque hæc de iis quæ ad Hippolyti Canonem, et institutum nostrum spectant, dicta sint. Cætera quæ hic notari possent, omitto : tum quia nihil ad institutum, tum quia apud Scaligerum, Petavium et alios videri possunt. Una modo quæstio superest.

VIII. *Quæstio. An octaeteris Paschalis passim usurpata sit a primis Christianis. Octaeteridem Hippolyti Scaliger absurdam putat : quæ tamen Latinorum rationes servat.*

Scaliger suis in hunc Hippolyti Canonem observationibus, vereri se ait, ut illa heckædecaeteris Hippolytea unquam recepta fuerit, cum tot absurda in illa relicta sint. *Nam alioquin*, inquit, *octaeterides paschales fuisse novimus ex epistola Dionysii episcopi*, etc. Sed nos absurda in hoc Hippolyti Canone nulla videmus; non alia certe, quam quæ in paschali Latinorum methodo monstravimus. Quæ nemo absurda vocaverit : et ut essent, nemo propter ea paschalem Latinorum cyclum in usu fuisse cum Scaligero negare auderet. Nec enim, quæ passim usurpata, aut quia usurpata, non absurda sunt. Verum nos, ut dixi, nulla in iis Latinorum aut Hippolyti canonibus absurda, sed potius acuta et verisimilia multa inesse, satis jam, ut opinor, probavimus. Cumque paschales Latinorum rationes diu in Ecclesia viguisse, ex dictis abunde jam constet; Hippolyteas quoque quæ iisdem principiis innituntur, aliquandiu saltem usurpatas, negare non possumus. Neque probabilitate caret, octaeteridas ejus subinde emendatas esse ; licet emendationis modum, qui varius esse potuit, ignoremus.

IX. *Octaeteris Dionysii Alexandrini episcopi.*

Rursum octaeteridos usum priscis Christianis familiarem fuisse, probat Dionysii episcopi Alexandrini (qui ab anno Christi 246 ad 263 sedem eam tenuit) epistola ad Domitium et Didymum, quam citat Eusebius *Hist. ecclesiasticæ* lib. VII, cap. 15 : *In hac*, ait, *Canonem octo annorum citat, quod festum Paschatis non alio anni tempore quam post veris æquinoctium celebrari debeat.* Fueritne hæc Dionysii octaeteris, illa Hippolyti dierum 2922, divinare est : non fuisse tamen, videretur; si Paschatis eos terminos exhibuit, qui post æquinoctium vernum semper plenilunium exhiberent, et constanter : hoc enim Hippolytea sesquidie brevior tenere non potest, nisi aliunde juvetur. Jam tunc igitur tempore Dionysii constat, quosdam Pascha ante æquinoctium, saltem Cæsaris, celebrasse subinde; ut ex Canone Hippolyti et Latinorum vidimus, et etiam in Judaico videbimus. Contra hos omnes Dionysium scripsisse conjectura pene certa est; et quidem si æquinoctium 21 martii Juliani defixerit; quod inde consequitur, citimam suam paschalem neomeniam non nisi 8 ejusdem Martii die orsus fuerit, e cujus regione nos, annos heckædecaeteridos Hippolyteæ III et XI composuimus; si vero æquinoctium 25 Martii cum Cæsare et Patribus Cæsariensibus collocarit, quod magis existimo; tunc ab Martii 12, ubi Aureos ejus numeros VIII et XVI apposuimus, aut quam citissime, undecimo Martii, primum inchoaverit. Potuit tamen hic solarum Dominicarum, non item terminorum paschalium rationem habere, nempe, ut illæ solæ post æquinoctium indicerentur; ut de Anatolio, qui discipulus ejus fuisse videtur, observabimus.

X. *Julii Africani.*

Tertio, Julius Africanus, qui *Chronicon* suum perduxit usque ad annum Christi 221, quinto *Temporum* volumine ita scribit, teste Hieronymo in Danielis cap. IX, et Eusebio libro *Demonstrat. evang.* VIII : *Græci et Judæi per octo annos trium mensium Ἐμβολισμοὺς faciunt. Si enim octies undecim dies* (qui supersunt ex anno solis cum lunari composito) *et quartam diei partem volueris supputare ;* 90 *dies, hoc est tres menses, efficies.* Et paulo ante : *Lunares Hebræorum menses, secundum illorum supputationem, possunt facere per singulos menses dies* 29 *et semis ; ita ut solis circulus per annos suos singulos* (*qui habent dies* 365 *et quartam diei partem*) *plus habeat undecim dies et quartam diei partem.* Græcos quidem octaeteride usos, et quidem qualem hic describit Africanus, satis scimus; Judæos non item, nisi forte de octaeteride Juliana ad 76 annos Calippicos in Paschali eorum periodo addi solita Africanus intelligat. Quanquam neque hoc dicat; sed tantum Judæos octo annis tres embolimæos menses inculcare, quod et in eorum productiore 84 annorum periodo verum est, ubi anni octo tres plerumque menses embolimæos nanciscuntur. Cur autem in hac annorum lunarium supputatione cyclum hunc Africanus potius quam tot alios certiores accipiat, nulla mihi quidem ratio solidior occurrit, quam quod eum et faciliorem, et a quibusdam ævi sui Christianis in usum induci videbat : nam eodem tempore suam concinnabat heckædecaeteridem Hippolytus. Et sane paulo difficilior enneadecaeteris nondum Christianis perspecta satis aut familiaris erat; Judaica vero 84 annorum periodus fidem jam nimia sua contractione perdiderat.

XI. *Montanistarum.*

Quarto, Montanistæ, ut refert Sozomenus lib. VII, cap. 18 fin., argumentantes contra eos qui ex rationibus lunæ Pascha celebrabant, et non potius ex solis circulo, longe certiore et constantiore, ita statuebant : *Menses singulos esse* 30 *dierum, incipere autem diem primam ab æquinoctio verno, quæ Romanorum more dicitur* IX *Kalendas Apriles* (id est 24 Martii), *quandoquidem, inquiunt, duo ista luminaria tunc creata sunt, quibus tempora et anni declararentur. Idque eo demonstratur, quod luna ver octaeteridem cum sole paria faciat, et utrisque eodem tempore neomenia contingat. Siquidem octaeteris in lunari cursu* 99 *mensibus, diebus vero* 2922 *comple-*

Digitized by Google

tur. Intra quos sol octo annorum cursus absolvit, destinatis unicuique anno diebus 360 (2) *cum quarta insuper unius diei parte. Etenim a* IX *Kalendas Aprites, ut ab exordio creationis solis ac primi mensis supputant memoratam in sanctis Litteris* 14 *diem, et hanc esse dicunt* VIII *Idus Aprilis, in qua Pascha perpetuo celebrant. Quod si cum hac die dies etiam Resurrectionis forte concurrat, tum proxime sequenti Dominica ferias agunt. Scriptum est enim : A* XIV *die usque ad* XXI. Hæc Montanistæ apud Sozomenum, ex quibus duo certa colligo : Primum, octaeteridem primis, ut dixi, Christianis in usu passim fuisse pro Paschate : alioqui Montanistæ contra umbram pugnarent. Secundum, octaeteridem illam fuisse præcise dierum 2922, ac proinde Julianam et Hippolyti; nisi Sozomenus omnia hic non referat, et saltem dies abundantes, ut minutias parvas omittat : quod vix puto, quandoquidem octaeteris lunaris tunc cum solari paria non faciat; quod tamen hic Montanistæ supponunt.

XII. *Audianorum.*

Quinto, sed hæc omnia clarius habet Epiphanius, et fusius hæresi 70 Audianorum; præsertim § 13 : *Cum annus*, inquit, *secundum solis cursum* 365 *diebus atque horis tribus* (duplicibus scilicet) *compleatur; inde fit, ut quoniam luna* 354 *diebus annum suum absolvit, dies ei undecim atque horæ tres supersint. Itaque primus annus epactas, quas vocant, habet undecim cum horis tribus. Secundus dies* 22, *horas* 6. *Tertius præter dies* 33, *horas* 9. *Qua ex dierum summa intercalaris mensis unus deducitur, ac triceni dies inseruntur. Reliqui sunt dies tres, horæ* 9. *Qui cum undecim diebus anni quarti horis tribus conjuncti, dies conficiunt* 14, *horas* 12. *Additis deinde aliis undecim diebus horisque tribus, epactæ* 28, *et horæ* 15 *consurgunt. Sexto demum anno, undecim annuis diebus atque horis tribus accedentibus, dies conflantur* 36, *cum horis* 18. *Ex iis intercalaris alter mensis exsistit. Ad hunc modum tertio cuique anno attributis singulis, duo menses inseruntur. Nam priori triennio suus mensis accedit, posteriori perinde suus. Restant ex epactis illis dies* 6, *horæ* 18. *Quibus septimus annus undecim dies, horas* 3 *adjicit : fiunt epactæ* 17, *horæ* 21. *Tum octavo anno undecim rursus diebus horisque tribus* (semper duplicibus) *adjunctis,* 28 *dierum, horarum* 24, *epactæ colliguntur : horæ dies conficiunt duos, qui* 28 *illis annumerati,* 30 *dies solidos complent. Quare octavo anno* 30 *dies intercalantur, et biennium istud mensem habet unum. Adeoque tota illa periodus octaeterica dies sibi vindicat* 90, *qui menses solidos efficiunt tres; nimirum primis duobus trienniis singulis mensem unum, biennio itidem sequente mensem unum. In his tribus intercalaribus mensibus, qui triplici illa dierum collectione constant, Judæorum Pascha, a Christianorum cæterorumque Paschate diversum est.* Hactenus Epiphanius. Quibus hujus octaeteridos Christianæ natura, quantitasque plane Juliana et Hippolytea dierum 2922 velut oculis subjicitur : et id præterea significatur, annos ejus embolimæos diversos ab Hippolyteis fuisse : quandoquidem primus, quartus et septimus anni octaeteridos Hippolyteæ, sint embolimæi; non tertius, sextus et octavus, ut in hac Epiphaniana. Neque tamen satis colligitur, cum quo Christi anno componendus sit primus hujus octaeteridos annus, nisi certus aliquis character adhibeatur. Cæterum eam in usu maxime fuisse primis Ecclesiæ temporibus, saltem post 200 plus minus Christi annum, duo ex hoc Epiphanii loco evincunt. Primo, quod Epiphanius contra Audianos hic agens pro mense paschali, lunæ naturam ea explicare maluit, quam enneadecaeteride Alexandrina, quamvis tum maxime in Ecclesiam Orientalem irrepente, sed quam Audiani, ut recentiorem, rejiciebant. Secundo, nam id Catholicis objiciebant, teste eodem Epiphanio § 9 : *A Constantini, inquiunt, tempore, ut imperatoris rationem haberetis, paternam in celebrando Paschate consuetudinem reliquistis; diemque commutastis, ut vos ad imperatoris nutum accommodaretis : et cum natalis Constantini celebraretur, Paschatis rationem immutastis.* Præcesserat igitur alios Christianorum cyclos octaeteris; ideo a Patribus Nicænis abjecta, quod a rationibus veris lunæ sesquidie deficere videretur, geminata solido triduo.

XIII. *Aliorum apud Bedam.*

Sexto, nec tantum primis illis Ecclesiæ temporibus ad usum Paschatis adhibita est octaeteris : in sera etiam sæcula inveteravit. Sic enim Beda *De ratione temp.*, cap. 44 : *Verum etiam nunc sunt, qui solis octo annos, totidem annis lunaribus putant dierum æqualitate componi.* Refutat eos ille quidem et recte : sed nos etiam docet octaeteridem jam inde ab anno Christi vulgari 222, aut etiam citius usurpatam, ad sua usque tempora, seu annum Christi 720 aut 750, a quibusdam pertinacissime conservatam.

XIV. *Cur Christianorum antiquissimi octaeteridem potius quam enneadecaeteridem suffecerint.*

Cur autem Christianorum isti antiquissimi, cum paschalem Judæorum cyclum jam erroneum deserere et alio castigare vellent, octaeteridem potius quam enneadecaeteridem suffecerint, facilis conjectura est. Primum enim ab notioribus et facilioribus solet natura procedere; cujusmodi est comparatione enneadecaeteridos octaeteris. Deinde octaeteris cum duobus annis bissextilibus paria facit, eoque litterarum Dominicalium aliquam saltem seriem retinet, nulla certe ratione turbat. Enneadecaeteris ultra quatuor bissextiles, tres tantum annos insuper obtinet; eoque litterarum Dominicalium

(2) Videtur legendum 365. Bucher. — Ita enimvero. Vide Valesium in hunc locum.

Digitized by Google

ordinem, saltem rudioribus, prima fronte confundit. Quare et postrema ab Christianis tentata, nec statim ad perfectionem perducta : sed varie a variis usurpata, non paucis contentionibus causam præbuit, ut ex Cyrillo compertum est.

XV. *Octaeteridis incommoda.*

Verum boni isti Patres in Scyllam inciderunt, cupientes vitare Charybdim. Fugiebant cyclum Judæorum octoginta quatuor annorum, qui tanto spatio, uno duntaxat die, et diei circiter quadrante, cœlestibus lunæ motibus contractior erat : et octaeteridem substituebant, quæ totidem 84 annorum intervallo, plus quam 15 dierum defectu, a lunæ cœlesti cursu recedebat; quos si tridui post singulas heckædecaeteridas intercalatione supplebant, jam totidem diebus solis ratiocinia transcend bant. Unde apud Geminum legimus, in vigesima octaeteride, seu post 160 annorum spatium, antiquos mensem unum tricenarium expunxisse, ut ad primam epocham novilunia reducerentur. Quæ causa fuit, ut Christiani, saltem Latini, octaeteridum tanta labe comperta, 84 annorum cyclum, quadam ratione castigatum, resumpserint, et denique certiorem enneadecaeteridem tot cyclorum formis erroneis substituerint, ut jam toties monuimus.

APPENDIX

AD

SANCTI HIPPOLYTI OPERUM

PARTEM II

DUBIA AC SUPPOSITITIA COMPLECTENS.

(Fabric. *Opp. Hippolyti*, t. II, init., etc.)

—

VIRORUM DOCTORUM CENSURÆ

de libello edito sub S. Hippolyti nomine, *De consummatione mundi ac de Antichristo.*

—

Hugo Grotius, appendice de Antichristo, p. 60.

Norint lectores esse suppositilium, nam nomina usurpat quarto demum sæculo recepta.

Robertus Cocus, in censura quorumdam veterum scriptorum, p. 127.

Hippolytus vixisse (3) dicitur circa ann. 220, sub cujus nomine habetur oratio *De consummatione mundi et Antichristo*, quæ citatur ab Anglo-Rhemensibus (4), quo probent Antichristum aboliturum missam; et Eliam venturum (5) ante diem judicii ad prædicandum Judæis et gentibus. Quibus nominibus citatur etiam a Bellarmino (6). Qui et citat (7), ut probet, Christum in anima descendisse ad inferos, et Antichristum (8) non regnaturum nisi tres annos cum medio; et a Judæis (9) tanquam Messiam recipiendum. Eadem oratio citatur ab Anglo-Duacensibus (10), quo probent, antiquos Patres opinatos fuisse Antichristum futurum de tribu Dan; et Eliam una cum Enocho in vivis huc usque esse (11). Atque quo major fides ei habeatur, ascribunt (12) ei titulos *beatissimi et martyris*, ac passim *sanctum* nominant. De eo mire gloriatur Campianus (13), inquiens : *Hippolytus Portuensis episcopus, quam belle, quam clare, Antichristi nervum, Lutherana tempora, præmonstravit.*

Hanc orationem suppositiliam esse evincit primo ipsa forma dicendi. Quis enim ex veteribus unquam, si disertus, aut doctus, orationem incipiendam esse duxit, ab *enim* vel ἐπειδὴ γάρ, quod hic facit?

Secundo, somnia quæ narrat iste, ementitum auctorem clamant. Hic Antichristum non alium fore quam ipsummet *diabolum* sub specie simulata humani corporis et naturæ, aperte docet : cum tamen cæteri Patres communi consensu scribant, imo et S. Paulus [1]—quod fatentur Bellarminus (14) et Pererius 15 —,

[1] II Thess. II, 3.

(3) Baron., *Annal.* tom. II, ad ann. 220.
(4) Adnot. in *Matth.* XXIV, 15.
(5) Adnot. in *Apoc.* XI, 3.
(6) Lib. III *De Rom. pont.*, c. 6 et 7.
(7) *In Apol.* ad lib. Jacobi Magnæ Britan. regis, c. 7, et l. IV *De Christo*, c. 14.
(8) Lib. III *De Rom. pont.*, cap. 8.
(9) Lib. III *De Rom. pont.*, cap. 12.
(10) Adnot. in *Gen.* XLIX, 17.
(11) Adnot. in *Gen.* V, 24.
(12) Jo. Pic. qui primo edidit Parisiis.
(13) Ratione V.
(14) Lib. III *De Rom. pont.*, c. 12.
(15) Comment. in *Dan.* I XXXIV, p. 694.

Digitized by Google

Antichristum verum hominem futurum. Hic suspicatur *templum Hierosolymitanum* in gratiam Judæorum revocatum iri ab Antichristo, in eoque sessurum ipsum quasi Deum : cum tamen Theodoretus, Damascenus et alii, opinantur eum sessurum in *templis Christianorum :* quia hæc sola vere dici possunt templa Dei, quandoquidem Judaicum templum, post mortem Domini nostri omni sanctitate religioneque privatum, profanum, impurum et impium evasit, ut adnotat Pererius (16). Qui et vere subsequentibus verbis observat : *Et Dominum nostrum et Danielem prædixisse desolationem illius templi fore in omne ævum irreparabilem.*

Hinc existimat Joannem evangelistam, quasi minime mortuum, simul cum Enoch et Elia mansurum usque ad tempus Antichristi : cum tamen B. Joannem obiisse mortem asserat Ecclesia, teste Pico (17), qui hanc orationem primo evulgavit : et hanc sententiam summopere cavendam monuit, utpote peculiarem et alienam ab ecclesiastica doctrina.

Andreas Rivetus lib. II *Critici sacri, cap.* 11.

Sub Hippolyti nomine prodiit Parisiis anno 1557 libellus (18) *De consummatione mundi, Antichristo, et secundo Christi adventu*, Græce et Latine, ex interpretatione Joannis Pici, de quo subjiciam censuram reverendissimi Juelli, contra Harding. art. 1, sect. 5.

Exiguus, inquit, libellus, pretii pene nullius, nec fidei quidem majoris. Auctorem fuisse illitteratum atque indoctum, cum ex ipso Græcæ dictionis genere, quod plerumque puerile est, tum ex rei veritate atque pondere apparet. Primam libri sententiam exorditur ab *enim*, γάρ, quod ne puer quidem in schola faceret. Multas habet de natalibus et vita Antichristi inanes conjecturas. Antichristum non hominem, sed dæmonem fore humana figura præditum affirmat, quem contra Paulus vocat *hominem peccati*. Joannem, qui librum Apocalypseos scripsit, cum Elia et Enocho denuo adfuturum fingit, ut Antichristum redarguat, *cui sententiæ*, ait Possevinus, *non est acquiescendum*. Joannis Apocalypsin, inscite, pro Daniele usurpat. Animas hominum a sæculis fuisse affirmat, quod fuit Origenistarum figmentum : aliaque sunt ejus crebra insomnia atque deliria : quibus perpensis, non possumus adduci, ut credamus libellum hunc esse veteris illius episcopi ; quamvis non ignoremus illis etiam temporibus nonnullos scripsisse non pauca, quæ cum judicio et præcautione ex Scripturis sunt legenda. Nescio an sit idem liber, de quo Sixtus Senensis, libr. IV, scripsit : *Reperti sunt in superioribus annis Basileæ commentarii quidam in Apocalypsin, Hippolyto inscripti, de quibus ob eruditionis et styli inopiam ambigitur.* Sive idem sit, sive alius, eadem est ambigendi ratio.

Franciscus Combefisius præf. notarum in librum S. Hippolyti genuinum de Antichristo.

Quod Hippolyti nomine opus *De Antichristo* hactenus pluteos oneraverat, sequioris Græciæ monumentum est, ac plane stramineum, nihil ævi illius sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate theologi, satisque in Scripturis versati ; cujus parens eo ipso persuasus fuerit, quod scripsisse Hippolytum de Antichristo apud antiquos pervulgatum sit. *Adde quæ idem Combefisius in notis supra p.* 10, *et Marquardus Gudius p.* 36.

Nanus Tillemontius notis in Vitam S. Hippolyti, t. III Memor. histor. eccles., p. 678.

Præter libellum *De Antichristo* quem Gudius in lucem edidit, est in manibus alius ejusdem argumenti insertus tomo XII *Bibliothecæ Patrum*, pag. 587, quem centum fere annis ante vulgaverat Joannes Picus canonicus Parisiensis, inscriptum *De consummatione mundi ac de Antichristo et secundo adventu Domini nostri Jesu Christi.* Cæsar Baronius (19) tanquam genuinum scriptum recipit, nec tamen potest sibi imperare quominus condemnet quod in eo legitur, Joannem evangelistam necdum esse mortuum, quod revera etiam parum dignum esse videtur tanto doctore Ecclesiæ, tamque celebri, qui tertio sæculo vixit atque in genuino libro *De Antichristo*, cap. 31, contrarium etiam diserte testatus est. Itaque et prius quam verus ille fuisset repertus, non pauci eum tanquam falsum ac subditilium rejecerunt, ac longe junioris scriptoris, qualis est Hippolytus Thebanus, illum esse putaverunt. Alia affert Rivetus quibus confirmatur eadem sententia et quæ ipsi persuadent non majorem esse auctoritatem, scriptoris, quam scriptum ipsum exigui pretii. Elias du Pin Riveto suffragatus iisdem (20) fere rationibus utitur. Sed et a Combefisio observatum est in Catena Græca ad Jeremiam verba quædam ex Hippolyto allegari, quæ in Gudiano Hippolyto non autem in hoc Pici reperiuntur. Quæ sola ratio sufficit ad refellendos eos, qui eum defendere ac tueri sunt conati, ut Philippus Labbeus in diss. *De scriptoribus ecclesiasticis*, tom. I, p. 471, 472, et ipse Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, sect. III, c. 8, § 4, p. 369, 370.

Beatissimi HIPPOLYTI episcopi et martyris oratio, de consummatione mundi, ac de Antichristo, et secundo adventu Domini nostri Jesu Christi.

Τοῦ μακαριωτάτου ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ἐπισκόπου καὶ (21) μάρτυρος, λόγος (22) περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

I.

Quoniam beati prophetæ oculi nostri fuerunt, rerum arcanarum declarationem nobis indicantes, tum vita, tum manifestatione, atque Spiritus sancti

I.

Ἐπειδὴ γὰρ (23) οἱ μακάριοι προφῆται ὀφθαλμοὶ ἡμῶν γεγόνασι, τῶν ἀποκρύφων τὴν δήλωσιν ἡμῖν ἐμφανιζόμενοι (24), διά τε βίου, διά τε ἐμφανείας (25),

(16) Comment. in Dan. l. XXXIX, p. 758.

(17) Epistola dedicatoria cardinali a Lotharingia.

(18) Aubertus Miræus, in notis ad S. Hieron. *De scriptoribus ecclesiasticis* an. 1639 excusis, cum Gudii editio nondum prodiisset, perperam distinguit editam jam tunc homiliam Hippolyti *De Christo et Antichristo* ab ejus oratione *De consummatione mundi.*

(19) Baronius ad an. C. 101, § 3 et an. 229, § 10.

(20) Elias du Pin, p. 308, 311.

(21) In codice Barocciano, quem deinceps per litteram B. notabo, et quem Oxoniæ cum Ducæi editione contulit collega meus doctissimus conjunctissimusque Jo. Christophorus Wolfius, verba ἐπισκόπου καὶ desiderantur.

(22) Homiliam esse hoc scriptum ad populum habitam, passim auctor innuit, ut statim capite 2.

(23) Vocula γάρ videtur indicare aliquid præcessisse. Sed illa in B. desideratur.

(24) Ἐμφανίζοντες, B.

(25) Ἐμπνεύσεως, id.

Digitized by Google

καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὰ μήπω γεγονότα (26) διαλεγόμενοι· ὅθεν καὶ πάσαις ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, μεγίστην θεωρίαν καὶ πρᾶξιν ἀνεζωγράφησαν. Διὸ δὴ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ (27) διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν τῷ κόσμῳ κηρύξαντες, τὴν ἐκ τῆς παναχράντου καὶ θεοτόκου (28) Μαρίας, γεννήσεώς τε καὶ αὐξήσεως, καὶ τῆς μετὰ ἀνθρώπων ἀναστροφῆς (29) καὶ βιώσεως, καὶ τὴν διὰ βαπτίσματος ἀνάδειξιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις γενησομένην ἀναγέννησιν, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας· τὴν ἰῶν θαυμάτων πληθὺν, καὶ τὸ ἐπὶ σταυροῦ μακάριον πάθος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἐμπαίγματα, ἅπερ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ὑπέμεινε· τὴν ταφὴν αὐτοῦ, τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, καὶ τῶν ἀπ' αἰώνων (30) ψυχῶν ἀνάβασίν τε καὶ ἀπολύτρωσιν (31), τὴν τοῦ θανάτου φθοράν, τήν τε ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ζωοποιὸν ἔγερσιν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου ἀνάπλασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως (32) ἄνοδον, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ὑποδοχὴν, ἥσπερ (33) οἱ ἀπόστολοι κατηξιώθησαν· καὶ πάλιν τὴν δεύτεραν παρουσίαν τὴν μέλλουσαν ἐκθροεῖν τὰ σύμπαντα· ἀναγκαίως γὰρ *βλέποντες* (34) καλούμενοι προϋπέδειξαν καὶ προεῖπον.

A adventu, et verba de iis quæ nondum acciderunt facientes, unde etiam omnium sæculorum posteritati maximam delinearunt contemplandi agendique occasionem : quam etiam ob causam, Dei per carnem adventu in mundum promulgato, qui ex impolluta ac deipara Maria ortum sumpsit atque incrementum, ejus cum hominibus consuetudinem ac vitam, ejusque per baptisma declarationem, futuram omnibus hominibus regenerationem, per lavacrum regenerationis; ejus miracula copiosa, beatam illam in cruce passionem, ludibria Judæorum quæ in ea pertulit, sepulturam ejus, descensum ad inferos, ascensum redemptionemque animarum quæ fuerunt a sæculis, mortis exstinctionem, vivificam ejus a mortuis resurrectionem, universi mundi reformationem, in cœlum assumptionem et ascensionem, sancti Spiritus susceptionem, qua ornavit apostolos; adventum denique secundum, qui manifestabit omnia : cum *videntes* appellentur, necessario præmonstrarunt ac prædixerunt.

B

II. Διὸ καὶ τῆς συντελείας ἡμῖν τὴν ἡμέραν ἐνεφάνησαν, τὴν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς, τὴν τοῦ ἀποστάτου ἐμφάνειαν καὶ πλάνην τοῖς ἀνθρώποις (35), καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὴν ἔναρξιν καὶ συμπλήρωσιν, καὶ τὴν τοῦ κριτοῦ ἔλευσιν, καὶ τὴν τῶν δικαίων ζωὴν, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρίαν προϋπέφηναν, ἵνα πάντες ἡμεῖς ἐν νῷ φέροντες ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν, ὡς τέκνα τῆς Ἐκκλησίας γινώσκωμεν (36) *ὅτι ἰῶτα ἕν, ἢ μία κεραία* ἐξ αὐτῶν οὐκ ἀπολυθήσεται (37), καθὼς ὁ σωτήριος λόγος ὑπέφηνεν. Ἀναγκαίως οὖν πάντες ἀνοίξατε (38) τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ὑμῶν καὶ τὰ ὦτα τῆς ψυχῆς ὑμῶν, καὶ ὑποδέξασθε, ὃν μέλλομεν λέγειν λόγον (39). Πάσης γὰρ φρίκης καὶ φόβου μεστὸν διήγημα μέλλω ἐμφανίσαι σήμερον, τὴν συντέλειαν, ἤγουν, τὴν παγκόσμιον (40) τοῦ ἐχθροῦ καὶ διαβόλου πλάνην· καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δευτέραν παρουσίαν.

II. Unde diem etiam consummationis nobis significarunt, extremis temporibus apostatam emersurum, qui homines seduceret, initium ac finem regni ejus, judicis quoque adventum, justorum vitam, ac delinquentium supplicia præsignarunt : uti omnes singulis diebus ac horis hæc animo versantes velut Ecclesiæ filii cognoscamus, *ne unum quidem iota nec unum apicem* [42], ex his præteritum iri : quemadmodum sermo Salvatoris indicavit. Omnes igitur necessario aperite oculos cordium vestrorum, ac auribus animæ vestræ quæ dicturi sumus excipite. Explicabo enim vobis hodierno die omnis horroris terrorisque plenam narrationem : nempe de consummatione, id est, totius mundi seductione, quam patietur ab hoste et diabolo; quam sequetur secundus adventus Domini nostri Jesu Christi.

C

III. Πόθεν οὖν, φιλόχριστοι, λάβω (41) ἀρχήν; καὶ τί ἀπάρξομαι, ἢ τί διηγήσομαι; τίνα μάρτυρα (42) τοῖς λεγομένοις παρέξω; Ἀλλ' ὅθεν τὸν λόγον ἠρξάμεθα (43), τούτους εἰς μέσον παραγάγωμεν πιστοὺς

III. Unde ergo, Christi amantes, sumam initium? quid exordiar, quidve commemorabo? Quem eorum quæ dico testem exhibebo? Verum unde sermonem sumus auspicati, eos in medium proferamus testes

[42] Matth. v, 18.

D

(26) Idem ms. codex, εὑρηκότα.
(27) Τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, id.
(28) Hoc est ex illis vocabulis quæ S. Hippolyti martyris ævo usitata non fuisse quidam viri docti existimant. Si tamen nullum aliud esset argumentum præsentem homiliam Hippolyto abjudicandi, non magnæ illud rei esset, cum voce illa jam usi sint Origenes, Methodius, Dionysius Alex., Hippolyto suppares.
(29) Τὴν ἀναστροφήν, B.
(30) Ἀπ' αἰῶνος, B.
(31) De piis intellige, aut Origenistas cave. Picus.
(32) In B. deest vocabulum ἀναλήψεως, et potest sine sententiæ detrimento abesse.
(33) Duo Pici codices, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποδοχῆς, ἥνπερ.

(34) Quæ sequuntur ita in B. expressa sunt : πάντα προϋπέδειξαν, διὸ καὶ τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν συνεφάνησαν ἡμῖν τὴν ἐσχάτην τοῖς χρόνοις ἔσεσθαι μέλλουσαν, καὶ τὴν τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἀποστάτου.
(35) In B. desunt verba, τοῖς ἀνθρώποις.
(36) B et alius Pici codex, γινώσκοντες.
(37) Ἀπολειφθήσεται.
(38) Ἀνοίξαντες, B.
(39) In Barocc. additur, ὑποδέξασθαι ὃ μέλλω λαλεῖν.
(40) Id., τὴν συντέλειαν τὴν παγκόσμιον.
(41) Λάβομεν, B.
(42) Τίνα δὲ μαρτυρίαν, id.
(43) Id., ἠρξάμην, et mox παραγάγω pro παραγάγωμεν.

Digitized by Google

fide dignos, qui dicta comprobent; deinde apostolorum quoque doctrinam, vel prophetiam potius, ut per universum orbem terrarum quasi tuba canant consummationis diem. Cum igitur hi quoque præsignaverint quæ nondum evenerunt, ac fallacias perversaque consilia improborum hominum, qui exsistent, aperuerint; agedum Isaiam prophetam tanquam primum testem in medium producamus, qui docet nos quæ futura sunt circa tempora consummationis. Quid igitur ait? *Terra vestra deserta, civitates vestræ igne exustæ. Regionem vestram in conspectu vestro devorant alieni. Derelinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario; tanquam civitas quæ vastatur* [43]. Vides, dilecte, lumen prophetæ immissum, quo tempus illud, quot ante sæculis vaticinatus est. Nec enim de Judæis, nec de civitate Sion verbum hoc prædixit, sed de Ecclesia. Nam omnes prophetæ declararunt Sion esse sponsam e gentibus adductam.

IV. Quocirca ad secundum testem orationem applicemus. Quisnam est ille? Audi etiam Oseam grandiloqua fundentem: *In diebus illis inducet Dominus e deserto ventum uredinis contra illos; et desiccabit venas eorum, et desertos faciet fontes eorum, et universa vasa desiderabilia delebuntur* [44]. *Quia restiterunt contra Deum, in gladio cadent, et quæ ex eis prægnantes fuerint, disrumpentur* [45]. Ecquis alius ventus uredinis a deserto, quam Antichristus? qui temporibus suis deleturus est et desiccaturus venas aquarum et fructus arborum, propterea quod homines amplexi sunt opera ejus. Itaque delebit eos, ipsique servient in impuritate ipsius.

V. Attende concordiam prophetæ cum propheta: cognosce alium quoque similia proloquentem. Eadem enim Amos propheta consentiens prædixit: *Hæc dicit Dominus: Quia pugno percutitis pauperem, et dona electa cepistis ab eo, domos politas ædificastis, et non habitabitis in eis. Vineas desiderabiles plantastis, nec tamen vinum bibetis earum. Quia novi permultas impietates vestras, et gravia sunt peccata vestra. Qui defraudatis justos, accipitis munera, et pauperes in portis opprimitis. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est* [46]. Disce,

μάρτυρας, βεβαιοῦντας τῶν λεγομένων (44) τὴν δήλωσιν· καὶ μετέπειτα, καὶ τῶν ἀποστόλων τὴν διδαχὴν, μᾶλλον δὲ προφητείαν, πῶς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης σαλπίζουσι τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν. Ἐπειδὴ οὖν καὶ (45) οὗτοι τὰ μήπω γενησόμενα προϋπέδειξαν, καὶ τῶν μελλόντων ἀναφανῆναι πονηρῶν ἀνθρώπων σκαιωρίαν καὶ κακοβουλίαν ἀνεφάνησαν (46), φέρε οὖν, τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ὡς πρῶτον μάρτυρα μέσον εἰσαγάγωμεν, περὶ τῶν χρόνων τῆς συντελείας ἡμῖν ἐκδιδάσκοντα. Τί οὖν φησίν; *Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν· ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ* (47), *ὡς πόλις πολιορκουμένη.* Εἶδες τοῦ προφήτου, ἀγαπητὲ, τὴν ἔκλαμψιν, ἣν πρὸ πόσων γενεῶν τὸν καιρὸν (48) προεθέσπισεν. Οὐ γὰρ περὶ τῶν Ἰουδαίων τοῦτον τὸν λόγον προϋπέφηνεν, οὐδὲ περὶ τῆς Σιὼν τῆς πόλεως, ἀλλὰ περὶ τῆς Ἐκκλησίας (49). Σιὼν γὰρ τὴν ἐξ ἐθνῶν προσαχθεῖσαν νύμφην πάντες οἱ προφῆται ἐδήλωσαν (50).

IV. Διὸ καὶ πρὸς δεύτερον μάρτυρα τὸν λόγον ὑφαπλώσωμεν. Ποῖον δὴ τοῦτον; Ἄκουσον καὶ τοῦ Ὡσηὲ τοιαῦτα φωνοῦντος μεγαλοφώνως· *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπάξει Κύριος ἄνεμον καύσωνος ἐκ τῆς ἐρήμου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἀναξηρανεῖ τὰς φλέβας αὐτῶν· καὶ ἐξερημώσει τὰς πηγὰς αὐτῶν· καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ἐπιθυμητὰ ἀφανισθήσονται, ὅτι ἀντέστησαν* (51) *πρὸς τὸν Θεὸν, ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦνται, καὶ αἱ ἐν γαστρὶ αὐτῶν ἔχουσαι, διαῤῥαγήσονται.* Τίς γὰρ ἄλλος (52) ἄνεμος καύσωνος ἐκ τῆς ἐρήμου, ἀλλ' ἢ ὁ Ἀντίχριστος ὁ μέλλων ἀφανίσαι (53) καὶ ἀναξηράναι (54) τὰς φλέβας τῶν ὑδάτων, καὶ τοὺς καρποὺς (55) τῶν δένδρων ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ, ὅτι ἐπεθύμησαν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι. Διὸ καὶ ἀφανίσει αὐτοὺς, καὶ δουλεύσουσιν αὐτὸν ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτοῦ.

V. Ὅρα (56) συμφωνίαν προφήτου πρὸς προφήτην· μάθε καὶ ἕτερον τὰ ὅμοια διαλεγόμενον. Ἀμὼς γὰρ τὰ αὐτὰ συμφώνως προεφήτευσε· *Τάδε λέγει Κύριος· Διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατηγκονδυλίσετε* (57) *πτωχὸν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτοῦ· οἴκους γὰρ* (58) *φκοδομήσατε, καὶ οὐ μὴ κατοικήσητε ἐν αὐτοῖς. Ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς ἐφυτεύσατε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν, ὅτι ἔγνων* (59) *πολλὰς ἀσεβείας· καταπατοῦντες τὸ δίκαιον, λαμβάνοντες ἀντάλλαγμα* (60), *καὶ πένητας ἐν πύλαις ἐκκλίνοντες. Διὰ τοῦτο ὁ συνιὼν*

[43] Isa. I, 7. [44] Ose. XIII, 15. [45] Ose. XIV, 1. [46] Amos. V, 11, 12, 13.

(44) Τῶν λόγων, B.
(45) Ms. B., καὶ γὰρ καί.
(46) Id., ἐνεφάνησαν.
(47) Σικυηράτῳ, B.
(48) Ms. B., πρὸ τοσούτων γενεῶν τῶν ἡμερῶν.
(49) Id., περὶ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας.
(50) Προεδήλωσεν, B.
(51) Verba ὅτι ἀντέστησαν, usque ad πεσοῦνται, in B. absunt.
(52) Alius Pici codex, ὅτι γὰρ ἄλλο, vitiose.
(53) Ἀναφανῆναι, B.
(54) Id., Ἀναξηρανεῖ.
(55) Id., minus emendate: οἱ καρποὶ τῶν δένδρων ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ὅτι ἐπεθύμησαν τὰ ἔργα αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι· διὸ καὶ ἐμφανίσει, etc.
(56) Ms. B., ὁρᾷς συμφωνίαν προφήτου· μάθε οὖν καὶ ἑτέρων τὰ ὅμοια διαλεγομένων.
(57) Leg. κατεκονδυλίσατε, ex vulgatis codd. τῶν Ο'.
(58) Alter Pici codex omittit γάρ.
(59) Ms. B., ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν καταπατούντων.
(60) Id. ἀνταλλάγματα.

Digitized by Google

ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, ὅτι καιρὸς πονηρός ἐστι. Μάθε, ἀγαπητὲ, τῶν τότε ἀνθρώπων τὴν πονηρίαν, πῶς καθαρπάζουσιν οἰκίας καὶ ἀγροὺς, καὶ ὅτι τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου (61) αἴροντες· ὅταν γὰρ ταῦτα γένηται, ἵνα ἴδῃς ὅτι τέλος ἐστί. Διὸ (62) ἔγνως τὴν σοφίαν τοῦ προφήτου, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Καὶ πάντες οἱ προφῆται, ὡς προείπομεν, ὡς τὰ ἀρχαῖα ἐνεφάνησαν (63), οὕτως καὶ τὰ ἐν τοῖς ὑστέροις καιροῖς γενήσεσθαι μέλλοντα διαπρυσίως (64) ἐθέσπισαν.

VI. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν λόγον ἀπάντων τῶν προφητῶν τοῖς ῥήμασιν (65) ἀναλώσωμεν, ἑνὸς μνησθέντες, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Τί δὲ καὶ Μιχαίας προαγορεύει; *Τάδε λέγει Κύριος, ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου, τοὺς δάκνοντας ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, καὶ κηρύσσοντας ἐπ' αὐτὸν εἰρήνην· καὶ εἰ οὐκ ἐδόθη* (66) *εἰς τὸ στόμα αὐτῶν, ἡγίασαν* (67) *ἐπ' αὐτὸν πόλεμον. Διὰ τοῦτο νὺξ ὑμῖν ἔσται ἐξ ὁράσεως, καὶ σκοτία ὑμῖν ἔσται ἐκ μαντείας. Καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας, καὶ συσκοτάσει* (68) *ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἡμέρα. Καὶ καταισχυνθήσονται οἱ ὁρῶντες τὰ ἐνύπνια, καὶ καταγελασθήσονται οἱ μάντεις.* Ταῦτα προϊστορήσαμεν, ἵνα γνῶτε τὴν ἐπ' ἐσχάτων γενησομένην (69) ὀδύνην καὶ ταραχὴν, καὶ πάντων ἀνθρώπων τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀναστροφὴν (70) καὶ φθόνον, καὶ μῖσος, καὶ ἔριν, τὴν τῶν ποιμένων ἐπὶ τῶν προβάτων ἀμέλειαν, καὶ τοῦ λαοῦ πρὸς τοὺς ἱερεῖς ἀνυπότακτον διάθεσιν (71).

VII. Διὸ πάντες τῷ ἰδίῳ θελήματι ἐμπεριπατήσουσι. Καὶ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ἐπιβαλοῦνται χεῖρας· γυνὴ τὸν ἴδιον ἄνδρα παραδώσει εἰς θάνατον, καὶ ἀνὴρ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐπὶ κριτήριον ἄξει ὡς ὑπεύθυνον· δεσπόται εἰς τοὺς δούλους ἀπάνθρωποι αὐθεντήσονται (72) καὶ δοῦλοι πρὸς τοὺς δεσπότας ἀνυπότακτον διάθεσιν περιβαλοῦνται· πρεσβυτέρου πολιὰν οὐδεὶς αἰδεσθήσεται, καὶ νεωτέρου κάλλος οὐδεὶς οἰκτειρήσεται (73)· οἱ ναοὶ τοῦ Θεοῦ ὡς οἶκοι ἔσονται, καὶ καταστροφαὶ τῶν ἐκκλησιῶν πανταχοῦ γενήσονται· αἱ Γραφαὶ καταφρονηθήσονται, καὶ τοῦ ἐχθροῦ τὰ ῥήσματα (74) πανταχοῦ ἐξάσουσι. Πορνεῖαι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ ἐπιορκίαι (75), τὴν γῆν πληρώσουσι, φαρμακεῖαι καὶ ἐπαοιδίαι, καὶ μαντεῖαι ὀπίσω τούτων σφοδρῶς καὶ προθύμως ἐξακολουθήσουσι. Καὶ καθόλου ὑπὸ τῶν δοκούντων εἶναι Χριστιανοὶ (76), τότε ἐγερθήσονται (77) ψευδοπροφῆται, ψευδαπόστολοι,

vehementi : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* [7]. Ipsi vobis hæc comparastis, iisdem vos fruamini. Discedite a me, maledicti, in tenebras exteriores, et in ignem qui non exstinguitur, paratum diabolo et angelis ejus. Ego formavi, et adhæsistis alteri. Ego sum, qui de vulva eduxi vos [8], et me rejecistis. Ego sum, qui jussu meo de terra vos formavi, et alii vos adjunxistis. Ego sum, qui vos enutrivi, et alteri servistis. Ego terram ac mare in alimentum vestrum et vitæ terminum constitui ; at vos præceptis meis non paruistis. Ego lucem vobis creavi, ut die frueremini ; itidem noctem, ut requiesceretis ; at vos improbis factis me irritastis ac respuistis [9], foresque affectionibus aperuistis. *Discedite a me, operarii iniquitatis. Nescio vos*, non agnosco vos ; alterius domini operarii facti estis, hoc est diaboli. Possidete cum ipso tenebras, atque ignem qui non exstinguitur, et vermem qui non dormit, ac stridorem dentium.

A Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ (17). Ὑμεῖς δὲ ἑαυτοῖς ταῦτα προεξενήσατε· δέξασθε ἑαυτοῖς καὶ τὴν ἀπόλαυσιν. Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἐγὼ ἔπλασα, καὶ ἄλλῳ προσηνέχθητε. Ἐγώ εἰμι ὁ ἐκ μήτρας ἐξαγαγὼν ὑμᾶς, κἀμὲ ἠθετήσατε (18). Ἐγώ εἰμι ὁ ἐκ γῆς διαπλάσας προστάξει μου, καὶ ἄλλῳ προσηνέχθητε. Ἐγώ εἰμι ὁ διαθρέψας ὑμᾶς, καὶ ἄλλῳ ἐδουλεύσατε. Ἐγὼ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν πρὸς διατροφὴν ὑμῶν καὶ συμπέρασμα βίου προσέταξα, ὑμεῖς δὲ τὰς ἐντολάς μου παρηκούσατε. Ἐγὼ τὸ φῶς ὑμῖν ἐποίησα (19) πρὸς ἀπόλαυσιν τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν B νύκτα πρὸς ἀνάπαυσιν, ὑμεῖς δὲ τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς ἐμὲ παρεπικράνατε καὶ ἠθετήσατε, καὶ τοῖς τάθεσι θύραν ἠνοίξατε. *Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀδικίας. Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*, οὐ γνωρίζω ὑμᾶς· ἄλλου κυρίου ἐργάται ἐγένεσθε (20), τοῦτ' ἔστι τοῦ διαβόλου· μετ' αὐτοῦ τὸ σκότος κληρονομήσατε, καὶ τὸ ἄσβεστον πῦρ, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀκοίμητον, καὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων.

XLVI. Nam *esurivi, et non dedistis mihi quod manducarem. Sitivi, et non dedistis mihi potum. Hospes fui, et non collegistis me ; nudus, et non operuistis me. Ægrotavi, et non visitastis me. In carcere fui, nec venistis ad me.* Aures vestras condidi, ut audiretis Scripturas : at vos parastis eas ad cantica dæmonum, citharas et ridicula. Oculos vestros creavi, ut perspiceretis lumen præceptorum meorum, eaque exsequeremini ; at vos accersistis stupra et impudicitias, et ad reliquam immunditiam ipsos aperuistis. Os vestrum composui ad glorificandum et laudandum Deum, et psalmos cantionesque spiritales pronuntiandas [10], lectionisque continuam meditationem ; at vos aptastis illud ad convitia, dejerationes et blasphemias, dum sedentes obtrectatis proximis vestris. Manus vestras feci, ut ad preces et obsecrationes extenderetis eas ; at vos ad rapinas, cædes et mutuas occisiones expandistis. Pedes vestros ordinavi ut ambularetis in præparatione Evangelii pacis [11], tum in ecclesiis, tum in domibus sanctorum meorum ; at vos docuistis currere ad adulteria, stupra, spectacula, saltationes, in sublime jactationes.

XLVI. *Ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ περιεβάλετέ με* (21). *Ἠσθένησα, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ οὐκ ἤλθετε πρὸς μέ.* Τὰς ἀκοὰς ὑμῶν ἐποίησα πρὸς τὸ ἀκούειν ὑμᾶς τῶν Γραφῶν, ὑμεῖς δὲ ταύτας ἠτρεπίσατε εἰς C ᾄσματα δαιμονικὰ (22), καὶ κιθάρας, καὶ γελοῖα. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐποίησα πρὸς τὸ καθορᾶν τὸ φῶς τῶν ἐντολῶν μου, καὶ ἐκτελεῖν αὐτὰς (23), ὑμεῖς δὲ προσκαλεῖτε πορνείας, καὶ ἀσελγείας, καὶ τῇ λοιπῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτοὺς διηνοίξατε. Τὸ στόμα ὑμῶν (24) πρὸς δοξολογίαν, καὶ αἶνον, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ᾠδὰς πνευματικὰς ηὐτρέπισα λαλεῖν καὶ μελετᾶν διὰ παντὸς τὴν ἀνάγνωσιν, ὑμεῖς δὲ πρὸς λοιδορίας, καὶ ὅρκους καὶ βλασφημίας αὐτὸ ἡτοιμάσατε (25), καθήμενοι καταλαλοῦντες τοὺς πλησίους ὑμῶν. Τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς προσευχὰς καὶ δεήσεις ἐποίησα, τοῦ ἐκπετάσαι (26)· ὑμεῖς δὲ πρὸς ἁρπάγματα, καὶ φόνους, καὶ ἀλληλοφονίας ἐξετείνατε. Τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς οἴκοις τῶν ἁγίων μου (27) διεταξάμην D ὁδεύειν· ὑμεῖς δὲ εἰς μοιχείας καὶ εἰς πορνείας, καὶ θέατρα, καὶ ὀρχήσεις καὶ μετεωρισμοὺς, ἐδιδάξατε τρέχειν (28).

[7] Matth. xxv, 41. [8] Jon x, 18. [9] Psal. lxxviii, 40. [10] Ephes. v, 19. [11] Ephes. vi, 15.

(17) In B. sequitur : Μὴ γὰρ δι' ὑμᾶς τὸ πῦρ ἡτοίμασα ἢ τὴν κρίσιν, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις τούτου. Ὑμεῖς δὲ ἑαυτοῖς προεξενήσατε τὴν κόλασιν. Ἐγὼ δὲ ἔπλασα, etc.

(18) In B. statim sequitur : Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας.

(19) AL., ἐπόνησα.

(20) In B., ἄλλου κυρίου γεγόνατε.

(21) In B. omissum γυμνὸς καὶ οὐ περιεβάλετέ με.

(22) Supra cap. 7.

(23) Desunt in B. verba : Καὶ ἐκτελεῖν αὐτάς, at sequitur : Ὑμεῖς δὲ πρὸς κάλλη καὶ ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας αὐτοὺς διηνοίξατε.

(24) Ἐποίησα πρὸς δοξολογίας καὶ αἶνον καὶ μελέτην τῶν Γραφῶν.

(25) Quæ sequuntur, καθήμενοι usque ad ὑμῶν, desunt in B.

(26) Ibid. desunt verba τοῦ ἐκπετάσαι. Et mox sequitur, ὑμεῖς δὲ εἰς κλέμματα καὶ φόνους ἐξετείνατε.

(27) Desunt in B. verba καὶ τοῖς οἴκοις τῶν ἁγίων μου.

(28) Ib. desiderantur verba : Καὶ μετ. ἐδ. τρέχειν.

Digitized by Google

XLVII. Ἐλύθη λοιπὸν ἡ πανήγυρις, ἐπαύθη τοῦ βίου τὸ θέατρον, παρῆλθεν ἡ πλάνη αὐτοῦ καὶ ἡ φαντασία· ἐμοὶ προσενέχθητε, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Πάντες γὰρ οἱ ἀμελήσαντες (29), οὐδὲ οἰκτειρήσαντες ἐν εὐποιίαις ἐνταῦθα, οὐδὲν χρεωστοῦνται, ἀλλ' ἢ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Φιλάνθρωπος γάρ εἰμι, ἀλλὰ καὶ δικαιοκρίτης πᾶσι. Τὰς γὰρ κατ' ἀξίαν ἀποδώσω τὰς ἀμοιβάς (30)· πᾶσι τὰς κατὰ τὸν ἑκάστου κάματον παρέξω τὸν μισθόν· πᾶσι πρὸς τὸν ἴδιον ἀγῶνα δώσω καὶ τὰς ἀμοιβάς. Ἐλεῆσαι βούλομαι, ἀλλ' ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις ὑμῶν οὐ καθορῶ. Οἰκτειρῆσαι θέλω, ἀλλ' ὅλως ἄνευ οἰκτιρμῶν τὸν βίον μετήλθετε. Σπλαγχνισθῆναι σπεύδω, ἀλλ' αἱ λαμπάδες ὑμῶν σκοτειναί εἰσιν ἐκ τῆς ἀσπλαγχνίας (31). Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεώς ἐστι τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος.

XLVII. Jam solutus est conventus publicus, spectaculum desiit mundi hujus, præteriit deceptio ac species illius; mihi adhærescite [12], cui flectitur omne genu cœlestium, terrestrium et infernorum. Omnes enim qui neglexerint, nec misericordiam exercuerint hic bene merendo, nihil eis debetur, nisi ignis qui non exstinguitur. Humanus enim sum, at justus quoque judex. Nam omnes pro dignitate remunerabor, omnibus pro cujusque labore mercedem præstabo, omnibus pro suo certamine præmia rependam. Misereri volo, sed oleum in vasis vestris non video. Misericordiam exhibere desidero, sed transegistis vitam omnem sine ulla commiseratione. Affectu misericordiæ erga vos commoveri propero : sed lampades vestræ caliginosæ sunt præ cordis duritia. *Discedite a me* [13]. *Judicium enim fiet ei sine misericordia, qui non fecit misericordiam* [14].

XLVIII. Τότε ἀποκριθήσονται καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν φοβερὸν κριτὴν, καὶ ἀπροσωπόληπτον· *Κύριε, πότε σε ἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;* Κύριε, οὐ γνωρίζεις ἡμᾶς; Σὺ ἡμᾶς ἔπλασας, σὺ ἐδημιούργησας, σὺ ἐκ τεσσάρων στοιχείων ἡμᾶς συνήρμοσας, σὺ πνεῦμα καὶ ψυχὴν ἔθηκας· σοὶ ἐπιστεύσαμεν, σοῦ τὴν σφραγῖδα μετέσχομεν (32), σοῦ τὸ βάπτισμα ἐλάβομεν· σὲ ὡμολογήσαμεν Θεὸν, σὲ ἐγνωμεν κτίστην· ἐν σοὶ σημεῖα πεποιήκαμεν, διὰ σοῦ δαίμονας ἀπηλάσαμεν· διὰ σὲ τὴν σάρκα ἐτήξαμεν, διὰ σὲ παρθενίαν ἐφυλάξαμεν, διὰ σὲ ἀγνείαν ἐπισπασάμεθα, διὰ σὲ πάροικοι τῆς γῆς ἐγενήθημεν (33)· καὶ λέγεις· *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ!* Τότε ἀποκριθήσεται καὶ αὐτοῖς λέγων· Ὡμολογήσατέ με Δεσπότην, ἀλλὰ τοῖς λόγοις μου οὐκ (34) ἐπειθαρχήσατε. Τὴν σφραγῖδα τοῦ σταυροῦ μου ἐσημειώθητε, ἀλλὰ ταύτην ἀσπλαγχνίᾳ ἠφανίσατε. Τὸ βάπτισμά μου ἐλάβετε, ἀλλὰ τὰς ἐντολάς μου οὐκ ἐφυλάξατε. Τὸ σῶμα (35) τῇ παρθενίᾳ κατεδαμάσατε, ἀλλὰ τὴν ἐλεημοσύνην οὐκ ἐφυλάξατε, ἀλλὰ τὴν μισαδελφίαν ἐκ τῶν ὑμετέρων ψυχῶν οὐκ ἐσοβήσατε (36). *Οὐ γὰρ πᾶς ὅστις λέγει μοι, Κύριε, Κύριε, σωθήσεται, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημά μου.'— Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

XLVIII. Tunc ipsi etiam respondebunt horrendo ac personas non accipienti judici : *Domine, quando te vidimus esurientem aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, et non ministravimus tibi* [15]? Domine, non agnoscis nos? Tu nos formasti, tu condidisti, tu nos e quatuor elementis composuisti, tu spiritum et animam inseruisti ; tibi credidimus, sigilli tui participes facti sumus, baptisma tuum accepimus ; te confitemur Deum, te novimus creatorem ; in te signa fecimus, per te dæmonas expulimus ; propter te carnem maceravimus, propter te virginitatem servavimus, propter te castitatem nobis ascivimus, propter te facti sumus advenæ terræ : et ais, *Nescio vos ; discedite a me* [16]! Tum respondebit etiam illis, his verbis : Confessi estis me Dominum, sed verbis meis non paruistis. Signo crucis meæ notati estis, sed hoc animi duritia delevistis. Baptisma meum recepistis ; at præcepta mea non servastis, at odium fraternum ex animis vestris non excussistis. *Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, salvabitur ; sed qui faciet voluntatem meam* [17]. — *Et discedent hi in supplicium æternum ; justi vero in vitam æternam* [18].

XLIX. Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, τοῦ Κυρίου τὴν ἀπόκρισιν· ἔγνωτε τοῦ κριτοῦ τὴν ἀπόφασιν· ἐμάθετε οἷον κριτήριον φοβερὸν ἡμᾶς ἀναμένει, καὶ ἡμέρα, καὶ ὥρα· ταύτης φροντίσωμεν καθ' ἑκάστην, ταύτης μελετήσωμεν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἵνα μὴ εἰς τὴν δίκην ἐκείνην τὴν φοβερὰν καὶ ἀπροσω-

XLIX. Audistis, dilecti, responsionem Domini, cognovistis sententiam judicis, didicistis quam horrendum judicium et dies et hora nos maneat ; de eo solliciti cogitemus quotidie ; hoc diu noctuque meditemur, in domibus, in plateis, in ecclesiis ; ne in horrendo illo judicio, in quo nulla est personarum acceptio, abjecti ac tristes astemus condem-

[12] Philipp. II, 10. [13] Matth. VII, 23. [14] Jacob. II, 13. [15] Matth. XXV, 44. [16] Matth. VII, 23. [17] Ibid., 21. [18] Matth. XXV, 46.

(29) In B. sequitur : Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ μὴ μετανοήσαντες ἢ ἐλεήσαντες ἐνταῦθα οὐδὲν χρεωστοῦντες ἀλλ' ἢ, etc.

(30) Τὰς δωρεάς, B.

(31) Desunt in B. verba ἐκ τῆς ἀσπλαγχνίας.

(32) B., κατέσχομεν. Ibidem statim sequitur, διά σου δαίμονας ἀπηλάσαμεν.

(33) Desunt in B verba, διά σε πάροικοι τῆς γῆς ἐγενήθημεν.

(34) B. Ὑπηκούσατε, ἀλλὰ ταύτην ἀσπλαγχνίᾳ ἠφανίσατε.

(35) Verba, τὸ σῶμα usque ad ἐφυλάξατε, restitui ex altero Pici codice. In B. sequitur, ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐδιώξατε.

(36) B., οὐκ ἐδιώξατε.

Digitized by Google

nati; sed cum actione, vita, conversatione, confessione pura; ut nobis quoque dicat ille misericors hominumque amans Deus : *Fides tua te salvum fecit; vade in pace* [19]; item illud : *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui* [20]. Quod consequi nobis omnibus contingat gratia benevolentia que Domini nostri Jesu Christi : cum quo Patrem ejus initio carentem, cum sacrosancto, bono et vivifico ejus Spiritu, decet gloria, honor et adoratio nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A πόληπτον παρασταθῶμεν κατακεκριμένοι, ταπεινοὶ καὶ σκυθρωποί· ἀλλὰ μετὰ καθαρᾶς πράξεως, καὶ βίου, καὶ πολιτείας, καὶ ἐξομολογήσεως, ἵνα εἴπῃ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ εὔσπλαγχνος καὶ φιλάνθρωπος Θεός· *Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην·* καὶ τὸ, *Εὖγε, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ. Ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου.* Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, (37) σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Esto fidelis ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. (Apoc. II.)

Γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. (Ἀποκαλύψεως β'.)

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΒ' ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

Ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξεν, καὶ ποῦ ἐτελειώθη.

—

HIPPOLYTI DE DUODECIM APOSTOLIS

Ubinam quisque eorum prædicaverit ac ubi consummatus sit.

—

Petrus quidem, cum prædicasset Evangelium in Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, Italia, atque Asia; postea a Nerone Romæ crucifigitur capite deorsum verso, cum ipse sic pati rogasset.

B Πέτρος μὲν ἐν Πόντῳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ Καππαδοκίᾳ, καὶ Βηθανίᾳ (38), καὶ Ἰταλίᾳ, καὶ Ἀσίᾳ, κηρύξας τὸ Εὐαγγέλιον, ὕστερον ὑπὸ Νέρωνος ἐν Ῥώμῃ σταυροῦται κατὰ κεφαλῆς οὕτως αὐτοῦ ἀξιώσαντος παθεῖν.

Andreas, cum Scythis ac Thracibus prædicasset, cruci affixus est Patris in Achaia, rectus in olea arbore, ibique sepelitur.

Ἀνδρέας, Σκύθαις, Θρᾳξὶ κηρύξας, ἐσταυρώθη ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας ἐπὶ ἐλαίας ὀρθιος, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Joannes vero in Asia a Domitiano imperatore in Patmos insulam relegatus, ubi etiam Evangelium conscripsit, ac apocalypsim vidit, sub Trajano obdormivit Ephesi. Ejus reliquiæ cum fuissent quæsitæ, non sunt inventæ.

Ἰωάννης δὲ ἐν Ἀσίᾳ ὑπὸ Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐξορισθεὶς ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, ἐν ᾗ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον συνεγράψατο, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἐθεάσατο, ἐπὶ Τραϊανοῦ ἐκοιμήθη ἐν Ἐφέσῳ· οὗ τὸ λείψανον ζητηθὲν οὐχ εὑρέθη.

Jacobus ejus frater, prædicans in Judæa, ab Herode tetrarcha gladio occiditur, ibique sepelitur.

Ἰάκωβος ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κηρύσσων, ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ἀναιρεῖται μαχαίρᾳ, καὶ C θάπτεται ἐκεῖ.

Philippus prædicans in Phrygia, Hierapoli crucifixus est capite deorsum verso, sub Domitiano principe, eodemque loco sepelitur.

Φίλιππος ἐν Φρυγίᾳ κηρύξας, ἐν Ἱεραπόλει ἐσταυρώθη κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ Δομετιανοῦ, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Bartholomæus cum Indis prædicasset, eisque conscriptum a Matthæo Evangelium exposuisset, crucifixus est et ipse capite deorsum verso, Albani magnæ Armeniæ urbe.

Βαρθολομαῖος δὲ Ἰνδοῖς, οἷς καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἐκδεδωκὼς, ἐσταυρώθη κατὰ κεφαλῆς, καὶ θάπτεται ἐν Ἀλλανῷ (39) τῆς μεγάλης Ἀρμενίας.

Matthæus cum Evangelium Hebraice scripsisset, Jerosolymis edidit; obdormivitque Hiereæ Parthorum civitate.

Ματθαῖος δὲ, τὸ Εὐαγγέλιον Ἑβραΐστι γράψας, δέδωκεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν Ἱερέει τῆς Παρθείας.

[18] Luc. VII, 50. [19] Matth. XXV, 23.

(37) Quæ sequuntur in B. omissa.
(38) Γρ. Βηθανίᾳ.
(39) Ἀλβανῷ.

Digitized by Google

Θωμᾶς δὲ Πάρθοις, Μήδοις, Πέρσαις, Ὑρκανοῖς, Βακτροῖς, Μάργοις (40) κηρύξας, ἐλακήδῃ (41) ἐλογχιάσθη τοῖς τέταρσι μέρεσιν αὐτοῦ ἐν πόλει Καλαμήνῃ (42), τῆς Ἰνδικῆς, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Ἰάκωβος δὲ Ἀλφαίου, κηρύσσων ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὑπὸ Ἰουδαίων καταλευσθεὶς, ἀναιρεῖται, καὶ θάπτεται ἐκεῖ παρὰ τῷ ναῷ.

Ἰούδας, ὁ καὶ Λεββαῖος, Αἰδεσινοῖς καὶ πάσῃ Μεσοποταμίᾳ κηρύξας, ἐκοιμήθη ἐν Βηρύτῳ, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Σίμων ὁ Κανανίτης ὁ τοῦ Κλωπᾶ, ὁ καὶ Ἰούδας, μετὰ Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον ἐπίσκοπος γενόμενος Ἱεροσολύμων, ἐκοιμήθη, καὶ θάπτεται ἐκεῖ, ζήσας ἔτη ρκ'.

Ματθίας δὲ εἷς ὢν τῶν ο', συγκαταριθμεῖται τοῖς ια' ἀποστόλοις, καὶ κηρύσσων ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐκοιμήθη καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Παῦλος δὲ μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα τῆς τοῦ Χριστοῦ (43) ἀναλήψεως εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀπόστολὴν, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, προῆλθεν ἕως τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ Ἰταλίας καὶ Σπανίας κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον ἔτη λε'. Ἐπὶ δὲ Νέρωνος, ἐν Ῥώμῃ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, θάπτεται ἐκεῖ.

A Thomas, cum Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, Bactris, Margis prædicasset, abietina lancea quatuor sui corporis partibus confossus est Calaminæ, quæ est urbs Indiæ, illicque sepelitur.

Jacobus Alphæi prædicans Hierosolymis, lapidatus a Judæis occiditur, illicque prope templum sepelitur.

Judas, qui et Lebbæus, ubi populo Edessæ ac toti Mesopotamiæ prædicasset, obiit Beryti, ac illic sepelitur.

Simon Chananæus, filius Cleophæ, qui et Judas, post Jacobum Justum creatus Hierosolymorum episcopus, obiit', sepeliturque eodem loco, cum annos centum viginti vixisset.

Matthias cum esset unus de septuaginta, accen- B setur undecim apostolis; cumque prædicasset Hierosolymis, obiit, ac illic sepultus est.

Paulus denique, post annum ab assumptione Christi, adjit apostolatum; incipiensque ab Jerusalem, pervenit usque ad Illyricum, et Italiam, ac Hispaniam, prædicans Evangelium per annos quinque ac triginta; sub Nerone autem, Romæ, amputatc capite, illic sepelitur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ Ο' ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

—

EJUSDEM HIPPOLYTI DE LXX APOSTOLIS.

E codice Barocciano 206 (44).

—

Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων.

Κλεωπᾶς ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων.

Ματθίας ὁ ἀναπληρώσας τὸν τόπον τῶν ια' ἀποστόλων.

Θαδδαῖος ὁ τὴν ἐπιστολὴν Αὐγάρῳ κομίσας.

Ἀνανίας ὁ βαπτίσας Παῦλον, ἐπίσκοπος Δαμάσκου.

Στέφανος ὁ πρωτομάρτυρ.

Φίλιππος ὁ τὸν εὐνοῦχον βαπτίσας.

Πρόχορος ἐπίσκοπος Νικομηδείας, ὁ καὶ πρῶτος ἐξελθὼν, πιστεύσας μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ.

Νικάνωρ ἀπέθανεν, ὅτε Στέφανος ἐμαρτύρησεν.

Τίμων ἐπίσκοπος Βόστρης.

C 1. Jacobus Domini frater, Hierosolymorum episcopus.

2. Cleophas, episcopus Hierosolymorum.

3. Matthias qui locum undecim apostolis additus supplevit.

4. Thaddæus qui epistolam attulit ad Augarum.

5. Ananias qui Paulum baptizavit, Damasci episcopus.

6. Stephanus protomartyr.

7. Philippus, a quo eunuchus baptizatus est.

8. Prochorus, episcopus Nicomediæ, qui primus diem obiit, fidem cum filiabus suis amplexus.

9. Nicanor obiit cum Stephanus sustineret martyrium.

10. Timon, Bostræ episcopus.

(40) *Ισ.* Μάρδοις. Combefis., at Hieron., *Magis.*
(41) *γρ.* ἐλάτῃ.
(42) Steph. le Moyne legit Καραμήνης.
(43) Cod. Barocc., τοῦ Κυρίου.
(44) Exstat etiam cum superiore scripto *De duodecim apostolis* sub Hippolyti nomine in codicibus duobus bibl. Coislinianæ sive Seguierianæ, ut testatur clariss. Montfauconus in recensione mss. Græcorum illius bibl. Tertium codicem Hippolyti *De* xii *apostolis* memorat p. 413.

Digitized by Google

11. Parmenas, episcopus Solorum.
12. Nicolaus, episcopus Samariæ.
13. Barnabas, episcopus Mediolani.
14. Marcus evangelista, Alexandriæ episcopus.
15. Lucas evangelista.

Hi duo fuere ex septuaginta discipulis quos dissipari contigit super dicto Christi : *Nisi quis comedat carnem meam et bibat sanguinem meum, non est me dignus.* Sed ille per Petrum, hic Paulo suadente permoti, sunt ad Christum reversi, et dignus uterque habitus est qui Evangelium scriberet, pro quo et martyrium subiere, unus quidem exustus, alter ad oleam crucifixus.

16. Silas, Corinthi episcopus.
17. Silvanus, episcopus Thessalonices.
18. Crescens, Chalcedonis in Galliis episcopus.
19. Epænetus, episcopus Carthaginis.
20. Andronicus, episcopus Pannoniæ.
21. Amplias, episcopus Odyssi.
22. Urbanus, Macedoniæ episcopus.
23. Stachys, episcopus Byzantii.
24. Barnabas, Heracleæ episcopus.
25. Phygellus, Ephesi episcopus. Hic cum Simone (Mago) fecit.
26. Hermogenes, et ipse ejusdem cum Phygello sectæ.
27. Demas, etiam hic sacerdos idolorum.
28. Apelles, episcopus Smyrnæ.
29. Aristobulus, episcopus Britanniæ.
30. Narcissus, episcopus Athenarum.
31. Herodion, episcopus Tarsi.
32. Agabus, propheta.
33. Rufus, episcopus Thebarum.
34. Asyncritus, episcopus Hyrcaniæ.
35. Phlegon, Marathonis episcopus.
36. Hermes, episcopus Dalmatiæ.
37. Patrobulus, episcopus Puteolorum.
38. Hermas, Philipporum episcopus.
39. Linus, episcopus Romæ.
40. Caius, Ephesi episcopus.
41. Philologus, episcopus Sinopes.
42 et 43. Olympius et Rhodion Romæ martyrium subierunt.
44. Lucius, episcopus Laodiceæ in Syria.
45. Jason, Tarsi episcopus.
46. Sosipater, episcopus Iconii.
47. Tertius, episcopus Iconii.
48. Erastus, episcopus Paneadis.
49. Quartus, episcopus Beryti.
50. Apollo, episcopus Cæsareæ.
51. Cephas.
52. Sosthenes, episcopus Colophonis.
53. Tychicus, episcopus Colophonis.
54. Epaphroditus, episcopus Andriacæ.
55. Cæsar, Dyrrhachii episcopus.

A Παρμενᾶς ἐπίσκοπος Σόλων.
Νικόλαος ἐπίσκοπος Σαμαρείας.
Βαρνάβας ἐπίσκοπος Μεδιολάνου.
Μάρκος ὁ εὐαγγελιστής, ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας.
Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής.

Οὗτοι οἱ β' τῶν ο' τυγχανόντων διασκορπισθέντων ἐπὶ τῷ ῥήματι ὃ εἶπεν ὁ Χριστός· *Ἐὰν μή τις φάγῃ μου τὴν σάρκα, καὶ πίῃ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔστιν μου ἄξιος* (45). Ἀλλ' ὁ μὲν δια Πέτρου, ὁ δὲ διὰ Παύλου πάλιν συνανακάμψαντες πρὸς Κύριον, εὐαγγελίζεσθαι καταξιοῦνται, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐμαρτύρησαν, ὁ μὲν πυρποληθείς, ὁ δὲ σταυρωθεὶς ἐπὶ ἐλαίας.

Σιλᾶς ἐπίσκοπος Κορίνθου.
Σιλουανὸς ἐπίσκοπος Θεσσαλονίκης.
B Κρίσκης ἐπίσκοπος Καρχηδόνης ἐν Γαλλίαις.
Ἐπαίνετος ἐπίσκοπος Καρθαγένης.
Ἀνδρόνικος ἐπίσκοπος Παννονίας.
Ἀμπλίας ἐπίσκοπος Ὀδύσσου.
Οὐρβανὸς ἐπίσκοπος Μακεδονίας.
Στάχυς ἐπίσκοπος τοῦ Βυζαντίου.
Βαρνάβας ἐπίσκοπος Ἡρακλείας.
Φύγελλος ἐπίσκοπος Ἐφέσου, καὶ τὰ Σίμωνος ἐφρόνησεν.
Ἑρμογένης· οὗτος ὁμόφρων αὐτοῦ γέγονεν.

Δημᾶς, καὶ οὗτος ἱερεὺς εἰδώλων γέγονεν.
Ἀπελλῆς (46) ἐπίσκοπος Σμύρνης.
Ἀριστόβουλος ἐπίσκοπος Βρεττανίας.
Νάρκισσος ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν.
C Ἡρωδίων ἐπίσκοπος Ταρσοῦ.
Ἄγαβος προφήτης.
Ῥοῦφος ἐπίσκοπος Θηβῶν.
Ἀσύγκριτος ἐπίσκοπος Ὑρκανίας.
Φλέγων ἐπίσκοπος Μαραθῶνος.
Ἑρμῆς ἐπίσκοπος Δαλματίας.
Πατρόβουλος (47) ἐπίσκοπος Ποτεόλων.
Ἑρμᾶς ἐπίσκοπος Φιλίππων.
Λῖνος ἐπίσκοπος Ῥώμης.
Γάϊος ἐπίσκοπος Ἐφέσου.
Φιλόλογος ἐπίσκοπος Σινώπης.
Ὀλυμπᾶς καὶ Ῥοδίων, ἐν Ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν.

Λούκιος ἐπίσκοπος Λαοδικείας Συρίας.
Ἰάσων ἐπίσκοπος Ταρσοῦ.
D Σωσίπατρος ἐπίσκοπος Ἰκονίου.
Τέρτιος ἐπίσκοπος Ἰκονίου.
Ἔραστος ἐπίσκοπος Πανελλάδος (48).
Κουάρτος ἐπίσκοπος Βηρύτου.
Ἀπολλὼς ἐπίσκοπος Καισαρείας.
Κηφᾶς.(*Hoc loco lacuna in ms. Barocc.*)
Σωσθένης ἐπίσκοπος Κολοφωνίας.
Τύχικος ἐπίσκοπος (49) Κολοφωνίας.
Ἐπαφρόδιτος ἐπίσκοπος Ἀνδριακῆς.
Καῖσαρ ἐπίσκοπος Δυῤῥαχίου.

(45) Jo. VI, 53, unde sequitur v. 66 : Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν.
(46) Male apud Dorotheum Ἀμπέλης.
(47) Rom. XVI, 14, Πατρόβας.
(48) Doroth., Πανεάδος.
(49) Dorotheus, Χαλκηδόνης τῆς Βιθυνίας.

Digitized by Google

Μάρκος ἀνεψιὸς Βαρνάβα, ἐπίσκοπος Ἀπολλωνίας. A
Ἰοῦστος ἐπίσκοπος Ἐλευθερουπόλεως.
Ἀρτεμᾶς ἐπίσκοπος Λύστρας.
Κλήμης ἐπίσκοπος Σαρδινίας.
Ὀνησίφορος ἐπίσκοπος Κορώνης.
Τύχικος, ἐπίσκοπος Χαλκηδόνος.
Κάρπος ἐπίσκοπος Βηρύτου τῆς Θράκης
Εὔοδος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.
Ἀρίσταρχος ἐπίσκοπος Ἀπαμείας.
Μάρκος, ὁ καὶ Ἰωάννης ὁμοίως, ἐπίσκοπος Βιβλουπόλεως.
Ζηνᾶς ἐπίσκοπος Διοσπόλεως.
Φιλήμων ἐπίσκοπος Γάζης.
Ἀρίσταρχος, Πούδης.
Ὁ Τρόφιμος, ὅστις σὺν τῷ Παύλῳ ἐμαρτύρησεν. B

56. Marcus, consobrinus Barnabæ, Apolloniæ episcopus.
57. Justus, Eleutheropolis episcopus.
58. Artemas, episcopus Lystræ.
59. Clemens, episcopus Sardiniæ.
60. Onesiphorus, Corones episcopus.
61. Tychicus, episcopus Chalcedonis.
62. Carpus, Beryti episcopus in Thracia.
63. Evodus, Antiochiæ episcopus.
64. Aristarchus, episcopus Apameæ.
65. Marcus, qui et Joannes, episcopus Biblopoleos.
66. Zenas, episcopus Diospoleos.
67. Philemon, Gazæ episcopus.
68 et 69. Aristarchus et Pudens.
70. Trophimus, qui cum Paulo martyrium passus est.

CAPITA CANONUM ABULIDIS

SIVE HIPPOLYTI

Quibus Æthiopes Christiani utuntur (50).

1. De sancta fide Jesu Christi [21].
2. De episcopis [22].
3. De orationibus quæ dicuntur super episcopis ordinandis, et de ordine missæ [23].
4. De ordinatione presbyterorum.
5. De ordinatione diaconorum.
6. De iis qui persecutionem propter fidem patiuntur [24].
7. De electione anagnostæ et subdiaconi [25].
8. De dono sanandi [26].
9. De presbytero, qui in loco muneri suo non convenienti manet [27].
10. De iis qui se ad religionem Christianam convertunt.
11. De eo qui idola fabricat [28].
12. Studia varia enumerantur, quorum cultores ad religionem Christianam ante pœnitentiam factam admittendi non sunt [29].
13. De loco quem summi reges aut principes tenebunt in templo [30].
14. Quod Christianis non conveniat arma ferre [31].
15. De opificiis quæ Christianis illicita sunt [32].
16. De Christiano qui servam matrimonio sibi jungit [33]. C
17. De femina libera [34].
18. De obstetrice; et quod feminæ debeant esse separatæ ab hominibus in oratione [35]
19. De catechumeno qui martyrium ante baptismum patitur [36].
20. De jejunio feriæ quartæ et sextæ; et de quadragesima [37].
21. Presbyteros una cum populo quotidie in ecclesia convenire debere [38].
22. De hebdomade Paschatis Judæorum; et de eo qui Pascha non novit [39].
23. Unumquemque teneri *doctrinam* addiscere [40].
24. De cura episcopi in ægrotos [41]. D
25. De eo cui injuncta est cura ægrotorum; et de tempore quo orationes peragendæ [42].
26. De tempore quo exhortationes audiendæ [43].
27. De eo qui singulis diebus templum frequentat [44].
28. Fideles nihil comedere oportere ante sanctam communionem [45]. Fabric.

[21] L. VI Const. apostol., c. 11, etc. [22] L. VII, c. 41. [23] L. VIII, c. 4, 5, 16.. [24] C. 17, 18, 19, 20, 23, 45. [25] C. 21, 22. [26] C. 1, 2. [27] C. 46, 32. [28] Ibid. [29] Ibid. [30] Deest. [31] C. 32. [32] Ibid. [33] Ibid. [34] Ibid. [35] L. II, c. 57. [36] L. V, c. 6. [37] L. V. c. 13, 15. [38] L. II, c. 36. [39] L. V, c. 15, etc. [40] L. VII, c. 39, 40, 41. [41] L. IV, c. 2. [42] L. III, c. 19; l. VIII, c. 34. [43] L. VIII, c. 32. [44] L. II, c. 59. [45] Deest.

(50) Hæc capita primus gallice vulgavit Jo. Michael Wanslebius in libro *De Ecclesia Alexandrina*, Paris. 1677, 12. Latine Jobus Ludolfus in *Commentario ad historiam Æthiopicam* Francof. 1691, fol., pag. 333, et novissime Guil. Whistonus in volumine III operis quod *Primitivum Christianismum renatum* inscripsit et Anglice edidit Lond. 1711, 8, p. 543. Idem etiam loca *Constitutionum apostolicarum* adnotavit de iisdem argumentis tractantia.

Digitized by Google

29. Bene observandum esse ne quidquam de calice in terram cadat [46].

30. De catechumenis [47].

31. Diaconum Eucharistiam cum permissione episcopi aut presbyteri populo administrare posse [48].

32. Viduas atque virgines assidue orare oportere [49].

33. Mortuorum fidelium commemorationem singulis diebus faciendam, excepta die Dominica [50].

34. De modestia sæcularium in ecclesia [51].

35. Diaconos benedictionem et gratias dicere posse in agapis, cum episcopus præsens non est [52].

36. De primitiis terræ et de votis [53].

37. Cum episcopus S. Synaxin celebrat, presbyteri illi assistentes alba vestiti esse debent [54].

38. Neminem dormire debere nocte Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi [55].

CANONES ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ

PERPERAM HIPPOLYTO TRIBUTI.

(De Magistris, *Acta Martyrum ad Ostia Tiberina*, Romæ 1795, fol., Append., p. 478.)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Isti sunt Canones Ecclesiæ, mandata quæ scripsit Hippolytus, per quem loquitur (Ecclesia), et numerus eorum XXXVIII *Canones. Salus a Domino.*

Canon primus. De Fide catholica. Ante omnia loquamur de fide sancta, recta in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei vivi, et posuimus eum (canonem) in fide (symbolo), et nos consentimus omni certitudine rationabili, quod Trinitas æqualis perfecte sit in honore, æqualis in gloria, nec habeat initium nec finem. Verbum Filius Dei et ipse est creator omnis creaturæ, visibilium et invisibilium. Hoc constituimus consentientes adversus eos, qui audacter locuti sunt, quod non oporteat de Verbo Dei (loqui) sicuti locutus est Dominus noster Jesus Christus. Congregati sumus potissimum ad proferendum sancte de Deo, et illos separavimus, quia non concordant cum Ecclesia in theologia, neque nobiscum filiis Scripturarum. Propterea segregavimus eos ab Ecclesia, et negotium eorum reliquimus Deo, qui creaturas cum justitia judicabit. Illis autem qui hos ignorant, notum facimus hoc sine invidia, ne malam incurrant mortem, tanquam hæretici, sed promereantur vitam æternam, et doceant filios suos, et posteros suos hanc unicam fidem.

Canon secundus. De episcopis. Episcopus eligatur ab omni populo, sitque irreprehensibilis, sicuti scriptum est de eo in Apostolo : in hebdomada in qua ordinatur, et dicat universus populus : Volumus eum; sitque silentium in toto atrio, et orent omnes super eum et dicant : O Deus, confirma hunc quem præparasti nobis, etc.

Canon tertius. Oratio super eum qui episcopus fit, et ordinatio missæ. Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, etc.

Canon quartus. De ordinatione presbyteri.

Canon quintus. De constitutione diaconi.

Canon sextus. De iis qui passi sunt pro fide.

Canon septimus. De eo qui anagnostes et hypodiaconus electus est.

Canon octavus. De curationum dono.

Canon nonus. Ne habitet (presbyter) in locis ubi non oportet, et de honore viduarum.

Canon decimus. De his qui Nazareni (Christiani) fieri volunt.

Canon undecimus. De illo qui facit idola et simulacra, sive artifex.

Canon duodecimus. De prohibitione horum operum, quorum auctores non recipiantur nisi peracta pœnitentia.

Canon decimus tertius. De principe aut milite, ne suscipiantur indiscriminatim.

Canon decimus quartus. Ne fiat miles Nazarenus, nisi jussus.

Canon decimus quintus. Enumeratio operum quæ sunt illicita.

Canon decimus sextus. De eo qui habet uxorem legitimam et aliam insuper ducit.

Canon decimus septimus. De muliere ingenua, ejusque officiis. De obstetricibus, ac separatione virorum a mulieribus. De virginibus ut cooperiant facies suas et capita sua.

Canon decimus octavus. De puerperis, ac obstetricibus iterum.

Canon decimus nonus. De catechumenis, et ordinatione Baptismi et Missæ.

Canon vicesimus. De jejunio (feriæ VI), et quadragesimali.

Canon vicesimus primus. De collecta sacerdotum et populi in ecclesia quotidie.

Canon vicesimus secundus. De hebdomada Paschatis Judæorum, quo gaudium tolletur, et de eo

[46] Deest. [47] L. VII, c. 39, etc. [48] L. VIII, c. 28. [49] L. III, c. 6, 7, 13. [50] L. IV, c. 14; l. VIII, c. 41-44. [51] L. II, c. 57. [52] Deest. [53] L. II, c. 25. [54] L. VII, c. 29; l. VIII, c. 30, 31. [55] L. VIII, c. 12; l. V, c. 19.

Digitized by Google

quod in ipso manducatur; et de eo qui peregre constitutus nescit textum (Kalendarium).

Canon vicesimus tertius. De doctrina, quod sit perpetua (major mari) et debeant verba ejus opere compleri.

Canon vicesimus quartus. De episcopi visitatione ægrotorum; et si oraverit infirmus in ecclesia et habeat domum, accedat ad eum.

Canon vicesimus quintus. De procuratore infirmorum constituto, et episcopo, et temporibus orationis.

Canon vicesimus sextus. De auditione verbi in ecclesia et oratione in ea.

Canon vicesimus septimus. De eo qui quotidie non accedit ad ecclesiam; legat libros; et de oratione mediæ noctis, et gallicinio, et ablutione manuum tempore cujuslibet orationis.

Canon vicesimus octavus. Quod nemo credentium quidquam gustet, nisi postquam perceperit sacra mysteria, præsertim diebus jejunii.

Canon vicesimus nonus. De custodia oblationum quæ super altare sunt impositæ; ne quidquam decidat in sanctum calicem, et ne quidquam decidat a sacerdotibus, neque ex pueris ubi communionem perceperint: ne dominetur eis spiritus nequam, et ne loquatur quispiam in protectione (sanctuario) nisi orationem dicendo; et ubi desinunt oblationes populi legantur Psalmi (*ubique loco Calvaria et pro consignatione crucis et projectione pulveris altaris in piscinam*: ita cl. interpres, potius verterem) *cum omni attentione usque ad signum crotali: ac de signo crucis et projectione pulveris*, etc.

Canon tricesimus. De catechumenis, ac similibus.

Canon tricesimus primus. De episcopo et presbytero imperantibus diaconc ut communionem porrigat.

A Canon tricesimus secundus. De virginibus et viduis ut orent et jejunent in ecclesia. Clero ascripti orent pro suo arbitrio. Episcopus non obligetur jejunio nisi cum clero. *Et propter convivium aut cœnam præparet pro pauperibus (ac de mensa pauperibus paranda)*.

Canon tricesimus tertius. De *Atalmsas* (oblatione) quam ponent pro his qui mortui sunt, ne id fiat Dominica die.

Canon tricesimus quartus. Ne quis multum loquatur, neque clamorem edat, et de sanctorum ingressu in mansiones fidelium.

Canon tricesimus quintus. De diacono præsente in convivio, in quo adsit presbyter; vicem ejus B gerat in oratione et fractione panis ad benedictionem, et non ad corpus; deque dimissione viduarum.

Canon tricesimus sextus. De primitiis fructuum terræ, et primo voto eorum, et torcularibus, oleo, melle, lacte, lana et similibus, quæ episcopo benedicenda offerantur.

Canon tricesimus septimus. Quoties episcopus percipit de mysteriis sanctis, congregentur diaconi et presbyteri induti vestibus albis speciosis præ omni populo, et similiter anagnostes.

Canon tricesimus octavus. De nocte in qua surrexit D. N. Jesus Christus. Ne ullus ea nocte dormiat et aqua se abluat; et expositio hujusce, et expositio de illo qui post Baptismum peccat, deque C licitis et illicitis.

Expliciunt Canones S. patriarchæ Hippolyti primi patriarchæ urbis magnæ Romæ, quos composuit, et numerus eorum est XXXVIII *Canonum. Deus nos adjuvet ad eos exsequendos. Et Deo gloria semper, et super nos misericordia ejus in sæculum. Amen.*

ANONYMI CUJUSDAM

Qui sub Alexandro imperatore vixisse, anno Christi 236, perhibetur

CHRONICON

SANCTO HIPPOLYTO PORTUENSI SUPPOSITUM.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. III, col. 657.)

Fragmenta sub nomine Hippolyti Junioris, Thebani, sæculi X auctore, ab Alberto Fabricio congesta, ordini chronologico adhærentes, hic omittimus.

Librum cui titulus: *Philosophumena*, Origeni primum, S. Hippolyto postea suppositum, edemus in appendice ad sæculum IV.

Digitized by Google

S. GREGORIUS

NEOCÆSARIENSIS EPISCOPUS

COGNOMENTO *THAUMATURGUS*.

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, III, Proleg., p. xxv.)

I. *Gregorius, antea Theodorus, Græcis Romanisque disciplinis excultus, episcopus Neocæsariensis consecratur. Quo tempore supremum diem obierit.*

Sanctus Gregorius, antea Theodorus dictus, prænomine Magnus, primus Neocæsareæ in Ponto episcopus fuit, « ob signa atque miracula quæ cum multa Ecclesiarum gloria perpetravit, » ut ait Hieronymus (1), *Thaumaturgus* appellatus. Hunc ejusque fratrem Athenodorum, Eusebio teste (2), Græcis Romanisque disciplinis excultos, Origenes Cæsareæ in Palæstina primis fidei rudimentis imbuens, ad rerum divinarum meditationem traduxit. Elapso quinquennio in patriam reversus Gregorius circa annum Christi 239, haud multo post, invitus licet, a Phædimo Amaseæ præsule consecratur episcopus; non quidem, ut nonnulli dixere, nuda in absentem procul divini Numinis invocatione, sed solemni manuum impositione, πάντων μετὰ ταῦτα τῶν νομίμων ἐπ' αὐτῷ τελεσθέντων, « omnibus postea in eo peractis quæ Ecclesiæ ritibus præscribuntur, » ait diserte in ejus Vita Nyssenus (3), ut rite advertit cl. Lequienius (4). Ecclesiam itaque sibi commissam sedulo studio ac summa sollicitudine pastorali diutissime gubernavit, ut testatur sanctus Basilius (5), Eusebio propterea dictus (6) « episcoporum nostra ætate celeberrimus, » ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος. Qui tandem ad extrema deveniens, cum fuisset sciscitatus, quot adhuc in urbe idolorum cultores superessent; ubi cognovit non plures esse quam septemdecim, Deo gratias agens: « Totidem quidem, inquit, Christi fidem profitebantur, quo tempore hanc Ecclesiam regendam suscepi (7). » Reliqua ejus gesta præterimus, infra repetenda cum ex veterum testi- A moniis quæ illius Operibus præmisimus, tum ex ipsius Vita per S. Gregorium Nyss. scripta. Quo autem anno supremum diem obierit sanctus præsul, non liquet. Illud tantum ex Eusebio perspectum habemus (8), ipsum inter eos Patres *maxime eminuisse*, qui ob Pauli Samosateni hæresim anno 264 Antiochiæ primum convenerunt. Quod si fides habeatur auctori *Libelli synodici* temporibus Photii litteris consignati, Gregorius Neocæsariensis inter homines adhuc agebat anno 270, quippe qui alteri concilio Antiocheno interfuisse dicatur, quo tandem Samosatenus depositus damnatusque fuisse perhibetur. Sic enim *Synodici* auctor (9): Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα· ἧς ἔξαρχος ἦν Ἕλενος, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος·... ὁ B Θαυματουργὸς Γρηγόριος, Καισαρείας Πόντου, κ.τ.λ. « Synodus divina et sacra provincialis, Antiochiæ collecta: cujus præses erat Helenus Tarsi episcopus;.... miraculorum effector Gregorius Cæsareæ Ponti, etc. » Hujus tamen scriptoris sententiæ, licet ea viris eruditis probetur (10), haud equidem libens accesserim. Nam in epistolæ synodicæ inscriptione, quam Patres hujus concilii scripserunt ad Dionysium Romanæ urbis episcopum et ad Maximum Alexandrinum (11), cum complures episcopi post Helenum Tarsensem nominentur, auspiam comparet noster Gregorius: nominandus enimvero si demum adfuisset; qui nimirum inter Patres anterioris concilii Antiocheni *maxime eniluisse* narretur. Quod autem censemus de *Libelli synodici* C auctore, idem intelligendum existimamus de Theodoro Balsamone, qui Paulum Samosatenum a Gregorio Thaumaturgo aliisque fuisse depositum tradit (12), laudatum scilicet anonymum fortasse

(1) *De vir. illustr.*, cap. 65.
(2) *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 30.
(3) *Vit. S. Greg. Thaum.*, cap. 8.
(4) *Or. Christ.*, tom. I, pag. 501.
(5) Epist. 64.
(6) *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 30.
(7) Nyssen. *Vit. S. Greg. Thaum.*, cap. 28
(8) *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 28.
(9) *Synod. vet.*, cap. 27, apud Fabric. *Bibl. Gr.* tom. XI, pag. 193.
(10) Fasson., dissert. *De cult. J. C. a Mag. adhib.*, pag. 26, not. 8.
(11) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 30.
(12) Balsam., Schol. in can. 21 conc. Nic.

Digitized by Google

assectatus. Verum his missis, ad sancti Patris nostri scripta breviter recensenda se convertat oratio.

II. *S. Gregorii* Expositio fidei *divinitus dictata. Veterum testimoniis authentica esse perhibetur.*

Inter pietatis ac doctrinæ monumenta, Neocæsariensi Ecclesiæ tanquam pretiosum patrimonium a Gregorio relicta, jure præ omnibus celebratur illa *Expositio fidei*, quam vir admirandus divinitus dictatam protinus litteris mandasse perhibetur. Gregorius Nyssenus, qui rem in ejus Vita fideliter narrat, quique primus omnium idem fidei Symbolum descripsit (13), ad ipsum Thaumaturgi αὐτόγραφον provocat his verbis (14) : Εἴ τις τῷδε φίλος περὶ τούτου πεισθῆναι, ἀκουέτω τῆς Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ ταῦτα ἐκήρυττε, παρ' οἷς αὐτὰ τὰ χαράγματα τῆς μακαρίας ἐκείνης χειρὸς εἰσέτι καὶ νῦν διασώζεται. Id est : « Quod si quis de hac re fidem sibi fieri cupit, audiat Ecclesiam in qua ista prædicabat; apud quam ea ipsa verba beata illa manu exarata, nunc etiam adhuc asservantur. » Additque Neocæsariensem Ecclesiam ad suam usque ætatem in ea fidei confessione institutam, ab omni hæretica pravitate intactam permansisse. Id ipsum testatur Basilius Magnus Nysseni germanus frater, Neocæsarienses allocutus; cujus verba veterum testimoniis de Thaumaturgo inferius relatis addenda, ejusmodi sunt (15) : Πίστεως δὲ τῆς ἡμετέρας, τίς ἂν καὶ γένοιτο ἐναργεστέρα ἀπόδειξις, ἢ ὅτι τραφέντες ἡμεῖς ὑπὸ τίτθῃ μακαρίᾳ γυναικὶ, παρ' ὑμῶν ὡρμημένῃ; Μακρίναν λέγω τὴν περιβόητον, παρ' ἧς ἐδιδάχθημεν τὰ τοῦ μακαρωτάτου Γρηγορίου ῥήματα, ὅσα πρὸς αὐτὴν ἀκολουθιᾳ μνήμης διασωθέντα αὐτή τε ἐφύλασσε, καὶ ἡμᾶς ἔτι νηπίους ὄντας ἔπλαττε καὶ ἐμόρφου τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. Hoc est : « Nostræ autem fidei quæ possit evidentior esse probatio, quam quod educati sumus sub avia beata muliere, ex vobis orta? Macrinam dico celeberrimam illam, a qua edocti sumus beatissimi Gregorii verba; quæcunque usque ad ipsam memoriæ continuatione perlata, cum ipsa conservabat, tum nos adhuc infantes pietatis dogmatibus fingebat et informabat. » Et alibi (16) : Ἓν τοίνυν τῶν Γρηγορίου, καὶ ὁ νῦν ἀντιλεγόμενος τρόπος τῆς δοξολογίας ἐστὶν, ἐκ τῆς ἐκείνου παραδόσεως τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένος. « Unum itaque ex Gregorii institutis est, etiam ille ipse glorificationis modus, cui nunc contradicitur, ex illius traditione in Ecclesia custoditus. » Nysseno et Basilio suffragatur Gregorius Nazianzenus, qui semel iterumque (17) nonnullis ex eadem *Expositione* recitatis, priore loco citato hæc subdit.: Ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν : « Ut quispiam divino numine afflatus haud ita pridem philosophatus est. » Qua sane loquendi ratione theologum respexisse ad Thaumaturgi apocalypsim, seu ad *fidei Symbolum* cœlitus ipsi revelatum, cujus verba paulo ante usurparat, monuit olim Elias Cretensis, ut post Billium ad eum locum adnotabamus. Ad hæc Rufinus eamdem Gregorianam *Expositionem* ex Nysseno, ut quidem puto, desumptam suæ versioni Eusebianæ *Historiæ* intexuit (18). Ipsam præterea tanquam sincerum Thaumaturgi fetum agnoverunt Patres in quinta œcumenica synodo congregati. Omitto Nicetam (19) aliosque scriptores Græcos apud Allatium (20), qui eamdem laudarunt.

Quæ cum ita sint, jam nullus de hujus *Expositionis* αὐθεντίᾳ dubitandi locus relinquitur. Quod si quis Eusebii silentium ac Hieronymi objiciat, haud equidem affirmare ausim de Cæsariensi episcopo, ipsum propterea *Symboli fidei* Gregoriani nullibi mentionem injecisse, quod illud esset satis accurata de sanctissima Trinitate ὁμοουσίῳ expositio : licet observarit olim Photius (21), Eusebium in sua *Historia* prætermittere consuevisse quæcunque impietatem Arianam impugnare aut evertere viderentur. Ad Hieronymum autem quod attinet, nemo nescit sanctum doctorem in suo *De viris illustribus* libro ipsummet Eusebium plerumque assectari. Quisquis præterea sive Eusebium sive Hieronymum silentes inducat, quo *Expositionis* Gregorianæ fidem elevet, eorum meminerit quæ tum de *Syriacis* Clementis Romani *epistolis* (22), tum de Claudii Apollinaris libro *De Paschate* alibi diximus (23). At de reliquis sancti Patris scriptis sermonem prosequamur.

III. Metaphrasis in Ecclesiasten *S. Gregorio asseritur. De hoc opere quid Billius, quid Bengelius?*

Expositionem fidei excipit *Metaphrasis in Ecclesiasten*, quam noster Gregorius *magnificentissime scripsit*, judice Rufino (24); *brevem* illam *quidem*, *sed valde utilem*, ait Hieronymus (25) : qui et suo *Commentario in Ecclesiasten* nonnulla ex eadem *Metaphrasi* descripta intexens, hæc habet (26): « Vir sanctus, Gregorius Ponti episcopus, Origenis auditor, in Metaphrasi Ecclesiastæ, ita hunc locum intellexit, etc. » « Omnem itaque dubitationis ansam, ut cum Billio loquar (27), nobis eximunt Hieronymus et Rufinus, qui hunc fetum vero suo parenti Neocæsariensi Gregorio asserunt. Quod autem Nazianzeno tributum fuerit ejusmodi opus

(13) Nyssen., *Vit. Thaum.*, cap. 8 et 9.
(14) Id. ibid., cap. 10.
(15) Basil., epist. 204, num. 6, nov. edit. Opp. tom. III, pag. 306.
(16) Id., lib. *De Spir. sanct.*, cap. 29, num. 74, pag. 63.
(17) Orat. 37, pag. 609; et 40, pag. 668.
(18) Rufin., *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 25.
(19) *Thes. orth. fid.*, lib. I, cap. 32.
(20) *Græc. orth.*, tom. II, pagg. 484, 735, 952, 986 et 1056.
(21) *Bibl.*, cod. CXXVII.
(22) Prolegom. ad *Bibl. PP.*, vol. I, pag. 22 seq.
(23) Ibid., pag. 121, § 5.
(24) *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 25.
(25) *De vir. illustr.*, cap. 65.
(26) In *Eccles.* cap. IV.
(27) In Monit. ad orat. quæ dicitur Nazianz., 55.

Digitized by Google

in plerisque mss. codicibus Græcis, in illo etiam Regio vetustissimo quem accurate describit cl. Montfauconius (28), atque adeo in editis tantum non omnibus postremum locum inter ejus orationes obtineat; commune nomen duntaxat in causa fuit. Quantum enim ex stylo conjecturam facere licet, tametsi negari non possit, quin sit hominis apprime eruditi et copiosi; tamen non usquequaque refert elaboratum illud et ἀπεξεσμένον dicendi genus, quod passim in Nazianzeni scriptis lucet. Connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores. Quod si quædam verba quandoque intertexta fuissent, multo mollior esset tota contextus facies, minusque invite inter se coirent sententiæ. Verum idcirco fortasse non facit, quia minime libero campo decurrit oratio : sed translationis quasi cancellis quibusdam circumscripta est. » Hæc ferme vir ille doctus. Cæterum ad asserendam auctori suo hanc *Metaphrasin*, illud quoque accedit, quod in ea peculiares quædam locutiones occurrunt, quibus in *Panegyrico ad Origenem* utitur Thaumaturgus, ut in subjectis eruditi Bengelii adnotationibus videre est; qui et illud huc pertinens addit (29) : « Modestia, inquiens, quæ quidem totius Gregorii characterem quemdam singularem facit,... in causa fuit, opinor, ut ex omnibus Scripturæ sacræ libris *Ecclesiasten* potissimum, vanitatis demonstratorem, *Metaphrasi* ornandum sumeret, et in illo opere tam multa tam opportune scriberet. » Porro editionem nostram exegimus ad Parisiensem ann. 1621, additis nonnullis virorum eruditorum notis, Vossii, Billii, Ducæi et Bengelii.

IV. *S. Gregorii* Epistola canonica *qua ætate exarata. Quid de illa concilium Quinisextum? An undecimus ejus canon sincerus?*

Ex epistolis sancti Patris nostri, *quæ vulgo ferebantur* quo tempore scribebat doctor maximus (30), una superat, inter canonicas Patrum Epistolas atque in Conciliorum editionibus pluries excusa. Episcopo cuidam Ponti, ut videtur, fuisse illam inscriptam, ex ipso exordio constat; quo Gregorius eum compellans, ἱερώτατον πάππαν nominat : tunc enim dierum *papæ* vulgo audiebant episcopi. Ea vero tempestate sanctus Pater illam scripsisse perhibetur, qua Boradi et Gothi quorum ipse meminit canone 5 inter alias Asiæ provincias, Pontum quoque invaserant imperante Valeriano, ut tradit Zosimus (31); adeoque anno Christi 258 scripta fuisse videtur epistola (32). Cum itaque Christianorum complures qui ex hac barbarorum incursione in captivitatem inciderant, multa et gravia peccassent; hos canones exaravit sanctus præsul Neocæsariensis, quo eorum saluti bonus pastor prospiceret: de quibus in concilio Quinisexto hæc sanctio edita (33): « Obsignamus reliquos omnes canones, qui a sanctis et beatis nostris Patribus expositi sunt; id est Gregorii Neocæsareæ episcopi Thaumaturgi, etc. »

Et primi quidem decem canones omnium eruditorum calculis Gregorii Neocæsariensis esse noscuntur: at undecimum et ultimum tanquam subditilium plerique rejiciunt, præeunte viro doctissimo Joanne Morino, qui sententiam suam exponit his verbis (34) : « Postremum illum canonem, inquit, Gregorio Thaumaturgo attributum, non esse ipsius, ut vulgo creditur et opinatur Balsamon, sed ex canonibus præcedentibus, et potissimum ex sancto Basilio collectum et Gregorii canonibus annexum, manifestum est primum ex sermonis tenore: non est enim canon, sed commentarius, verba quibus Gregorius usus erat explicans. His enim stationibus et earum nominibus usus erat ut vulgatis et ab omnibus cognitis, ut et sanctus Basilius, concilium Nicænum, Ancyranum, etc., nec in ipsorum mentem venit, utpote rem omnibus cognitam, eas interpretari. Deinde ipse se prodit, cum scribit: *Auditio, inquit*, etc.; cum enim hæc auctor scribebat, habebat in mente sancti Basilii canonem, unde illa interpretatio desumpta est. Est in bibliotheca illustr. Franciæ cancellarii antiquissima canonum Græcorum collectio a Gregorio patriarcha CP. ante octingentos annos elaborata, quæ cæteros Thaumaturgi canones præter istum complectitur : argumentum evidens, commentarium illum post tempus adnotatum Thaumaturgi Epistolæ fuisse assutum. » Hactenus V. C.

Contra vero Natalis Alexander ejusdem canonis undecimi sinceritatem acriter propugnat (35), primum ex fide antiquissimorum mss. quæ penes se habuit Balsamon patriarcha Antiochenus, qui eam Gregorii epistolam commentariis suis illustravit; deinde ex ipsius epistolæ canonibus 7, 8 et 9, qui eosdem pœnitentiæ gradus enumerant, quos memorat canon 11 in dubium vocatus. Aliis præterea utitur argumentis in eamdem sententiam, occurrens una Morini objectionibus; ad quem proinde lectores remittimus. Cæterum hanc epistolam exhibemus ex *Synodico* Beveregii (36), collatis insuper editionibus Parisiensibus Balsamonis an. 1620, et Zonaræ 1621, ad calcem Operum Thaumaturgi.

V. *De S. Gregorii* Oratione in Origenem panegyrica. *Quanto in pretio habita.*

Ultimo loco stitimus *Orationem in Origenem panegyricam*, quam Cæsareæ Palæstinæ circa Christi annum 239 scholæ Origenianæ valedicturus, « et convocata grandi frequentia, inquit Hieronymus (37), ipso quoque Origene præsente, recitavit » noster

(28) *Palæogr. Gr.*, pag. 250.
(29) In not. ad Greg. Thaum. *Panegyr.*, pag. 238.
(30) *De vir. illustr.*, cap. 65.
(31) *Hist.* lib. I, pag. 28 seq. edit. Oxon. 1679.
(32) Tillem., *Mém.* tom. IV, pag. 339.
(33) Conc. Quinis. can. 2.
(34) *De Pœnit.* lib. VI, cap. 1, § 9.
(35) Dissert. 18 sæc. III.
(36) *Pandect. can.*, tom. II, pag. 24-35.
(37) *De vir. illustr.*, cap. 65.

Digitized by Google

Gregorius : eamque, teste Socrate (38), sanctus Pamphilus martyr iis libris adjunxerat, quos pro Origenis defensione perscripsit. Est vero hæc oratio, ut viris doctis observatum, eximia plane ac perelegans, omni scientiarum genere satis abundans atque inter veterum opera eloquentiæ absolutissima jure annumeranda. At de illius præsentia ei, Bengelii judicium præ cæteris placet (39) : « Sunt homines, inquit, cæteroqui excellentes, qui unum aliquando libellum naturali refertum, divino vacuum sale, tantopere admirentur, ut multis Patrum voluminibus anteponant. Hac trutina si agamus, uni vicissim periochæ Patrum, etiam cum aliud agant, sæpe plus tribuamus, quam ingentibus quamvis subtilium ingeniorum operibus. Hoc certe loco Gregorius exquisite complectitur, quidquid de virtutibus et vitiis dici potest. » Quantum porro prosit præterea hæc ipsa oratio ad summa fidei capita confirmanda, Bullus primum (40), deinde Maranus (41) lucenter demonstrarunt.

Ad hujus autem orationis editiones quod attinet, contextum Græcum, addita interpretatione Sirmondi, primus evulgavit Gerardus Vossius Tungrensis præpositus, Moguntiæ anno 1604, atque istam editionem expressit Parisiensis ann. 1621. Verum hanc altera præcesserat, quæ studio Davidis Hœschelii cum versione Rhodomani prodiit Augustæ Vindelicorum anno 1605, Origenis *contra Celsum* libris subjuncta, cum nonnullis editoris, interpretis atque Isaaci Casauboni notis. Hujusce autem sæculi anno 1722 Stutgardiæ quartam editionem emisit Joannes Albertus Bengelius, cæteris multo emendatiorem, quam et eruditis observationibus textum potissimum spectantibus illustravit. Atque hanc Stutgardiensem editionem dolendum sane præteriisse virum doctum, qui eamdem Gregorii nostri orationem quarto volumini Origenianorum intexuit ediditque Parisiis anno 1759. His itaque subsidiis instructi nostram paravimus, Bengelium plerumque assectati ; eamque pro more nostro in capita seu sectiones distribuimus, quo nimirum ejus lectio facilior utiliorque deinceps evadat.

VI. *Hæc tantum supra memorata Gregorii Neocæsariensis sincera litterarum monumenta. Reliqua vel dubia vel pseudepigrapha.* Expositio fidei prolixior *Apollinarii esse demonstratur. Idem sentiendum de* Anathematismis.

Hæc porro litterarum monumenta de quibus hactenus edisseruimus, ea sunt duntaxat, quæ tum veterum auctoritate, tum recentiorum eruditorum consensu sanctum Gregorium Neocæsariensem episcopum auctorem agnoscunt. Reliqua vero quæ in editis sub ejus nomine circumferuntur, alio amandanda videntur. Jamque ab Evagrio scholastico admonemur (42), multos Apollinaris libros Athanasio et *Gregorio Thaumaturgo* et Julio (Acephalos) falso ascripsisse : Πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ καὶ Ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασι. Atque hujusmodi est in primis *Expositio fidei prolixior*, inscripta *Ἡ κατὰ μέρος πίστις*, hoc est, *Fides particulatim digesta* : ideo sic dicta, ut interpretatur Gerardus Vossius (43), vel quod *ex parte* quæ sunt fidei, tradat atque exponat ; vel quod *per partes* in ea fides explicetur. Hanc autem *Expositionem* genuinum parentem agnoscere Apollinarium, palam comprobarunt sub Leone I imperatore Palæstini monachi et alii Chalcedonensis concilii propugnatores, inquit ei. Lequienius (44), prolato nimirum operum hujus hæresiarchæ indice, quem Timotheus ejus discipulus olim contexuerat. Quod quidem postea diserte testatus est Leontius Byzantius in libro adversus Apollinaristas, cui titulus Latine redditus, *In eos qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine sanctorum Patrum.* Sic igitur illo statim ab initio (45) : « Quidam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, cum vellent hæresim suam confirmare, quasdam orationes (λόγους) Apollinarii, *Gregorio Thaumaturgo* aut *Athanasio* aut *Julio* inscripserunt, ut simpliciores fallerent : quod quidem perfecerunt.... Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum, cui titulus, *Ἡ κατὰ μέρος πίστις*, inscriptum *Gregorio.* » Idemque judicium tulit Eulogius Alexandrinus apud Photium (46). Et postmodum similia scripsit etiam Nicephorus CP. initio dissertationis contra Epiphanidem.

« Quinimo (verbis utor viri docti (47) modo laudati) ejusdem plane furfuris sunt illi *duodecim Anathematismi cum eorum interpretatione*, quæ Thaumaturgi nomen perinde præfixum habent. Etsi enim una natura in eis diserte non exprimitur, latentem tamen dolum indicant consuetæ Apollinaristis locutiones, quibus male sanas Diodori Tarsensis de Christi persona et natura voces expugnabant, seque adeo catholicæ fidei professores obtendebant. Sed et in primis ex iisdem capitulis addiscimus, quonam pacto Scripturæ sacræ loca varia, quibus Christus, ut divinitate, ita et humanitate perfectus significatur, ad suum sensum torquerent. Nec fucum faciat, ubi animam Domini ἀνόητον, *mentis expertem*, esse videtur inficiari. Non enim humana nativaque hominis mente præditam intelligit, sed divino Verbi, ut ait, *spiritu*, quo factum sit, ut ἀνόητος, *mentis expers*, absolute dici non debuerit. Quamobrem ejusmodi formulæ fidei et anathematismi ad

(38) *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 27.
(39) In not. ad orat. in Origen. cap. 12.
(40) *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 12, § 4, pag. 153. seqq.
(41) *Divin. D. N. J. C.*, lib. IV, cap. 20, p. 521 seqq.
(42) *Hist. eccl.* lib. III, cap. 21.
(43) In Argum. hujus *Expos.*
(44) Dissert. 2 Damasc. § 3, pag. II.
(45) Leont. Byz., tom. IX *Bibl. PP.* Lugd., pag. 707.
(46) *Bibl.*, cod. CCXXX.
(47) Lequien. dissert. 2 Damasc., § 9, pag. XXVIII.

Digitized by Google

illum lapidem lydium revocanda sunt, quem ex Gregorio Nazianzeno (48) propter Vitalis Apollinaristæ similem confessionem paulo ante protulimus. » Hactenus V. C. quem consule quoque ad *Parallela* Damascenica (49), ubi ex anathematismo 12 sub nomine Thaumaturgi longum referetur excerptum.

VII. *Virorum eruditorum sententia de* Homiliis IV *et de* Animæ disputatione *sancto Patri attributis.*

Quæ vero exstant in editis Gregorio Neocæsariensi ascriptæ orationes sive homiliæ IV, ejusne vere sint, necne, haud certo pronuntiare quis valeat. Jam tribus auctoribus, Joanni Chrysostomo, nostro Gregorio et Macario Philadelphiensi tributam homiliam 3 in Annuntiationem, in mss. codicibus Græcis se invenisse testatur cl. Montfauconius (50). Eamque sub nomine Chrysostomi edidit multo auctiorem Combefisius (51), qui eruditum quidem ac pium doctæ antiquitatis monumentum censet; incertus tamen hærens cuinam illam scriptori assignet, eo tandem devenit, ut neque Neocæsariensis neque Chrysostomi γνήσιον dixerit (52). Homiliam vero 2 in Annuntiationem, Procli CP. suspicatur Vincentius Riccardus (53), cujus sententias imitetur et vocem *θεοτόκος* affectet. Idem dic de reliquis duabus cum viris eruditissimis; qui et in alterutram partem quidquam certi pronuntiare non audent *de animæ per capita disputatione ad Tatianum*, nostro item Gregorio tributa; quippe quæ ab ejus stylo nimis aliena, et ævi longe posterioris esse videatur (*b*).

VIII. *De Origenis epistola Gregorio nostro inscripta: nec non de illius Vita per sanctum Gregorium Nyssenum. Sinistrum Dodwelli judicium refellitur.*

His itaque operibus sive dubiis sive pseudepigraphis prætermissis, ea potius sinceris sancti Patris monumentis subjicienda existimavimus, quæ ad ipsum propius pertinere noscuntur. Nimirum exhibemus primum e *Philocaliæ* capite 13, additis notis Joannis Tarini, Origenis epistolam ad Gregorium Thaumaturgum ejus discipulum, qua ipsum hortatur, ut, contempto philosophiæ studio, totum se dedat sacris litteris excolendis. Scripta est circa annum Christi 240. Hanc vero epistolam Origenianam excipit *Vita* ejusdem sancti Gregorii Neocæsariensis a sancto Gregorio Nysseno conscripta (*a*). Exemplar Vossianum Moguntinum ann. 1604 fœdis erroribus scatens, cum edito Parisiensi ann. 1630 multo emendatiore contulimus. Neque prætermisimus excerptum *Vitæ* hujus Gregorianæ, quod e codice Coisliniano 106 descriptum doctissimus Montfauconius exhibet (54) velut anecdoton, licet in antea vulgatis compareat, ut suo loco animadvertimus (55). Denique ad faciliorem egregii opusculi usum, illud in varias sectiones divisimus.

Haud equidem ignoro, Dodwellum res gestas Thaumaturgi admirandas a Nysseno enarratas elevare; quippe qui, si ipsum audias (56), « ratiociniis nimirum suis conjecturisque auctas, posteris repræsentarit. » Miror enimvero non accurate perpendisse virum criticum Magni Basilii testimonium, quo « Gregorius Magnus propter donorum excellentiam quæ in ipso operabatur Spiritus in omni virtute, signis ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus, παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας, alter Moyses appellatus fuisse » perhibetur (57): neque Doctori maximo aurem præbuisse aienti (58), Gregorium Neocæsariensem « signa atque miracula cum multarum Ecclesiarum gloria perpetrasse. » Quid memorem Rufinum, « tanti viri gesta sub orientali et septentrionis axe cunctorum sermone celebrari » testantem (59)? Quid Eusebium Cæsariensem, Gregorium nostrum « episcoporum sua ætate celeberrimum, » τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητον, prædicantem (60)? Admiretur itaque potius ista quæ respuit, homo adeo emunctæ naris (verba usurpo magni Baronii (61) Joannem Bodinum carpentis), nec neget historiam tot gravissimis auctoribus, Græcis atque Latinis, satis superque testatam, probatam, consignatamque cultu religionis annis singulis celebri memoria repeti solito (62). Sed virum intemperantioris criticæ sectatorem dimittamus (*c*).

(48) Epist. 2 ad Cledon.
(49) Lequien. ad *Parall.* Damasc., Opp. tom. II, pag. 571.
(50) Præfat. ad tom. I Opp. Chrys., § 5.
(51) *Auctar. nov.* tom. I, pagg. 602-619.
(52) Id. in recens. auctor. ad tom. I *Bibl. conc.*, pag. 16.
(53) Ad Orat. 6 Procli.
(54) *Bibl. Coisl.*, pag. 180.
(55-56) Dissert. 4 Cypr., § 16, pag. 48.
(57) *Basil.*, lib. *De Spir. sanct.*, cap. 29, § 74, Opp. tom. III, pag. 62 edit. BB.
(58) *De vir. ill.*, cap. 6§.
(59) *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 25.
(60) *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 30.
(61) Ad ann. 41, num. 31.
(62) Martyr. Rom. et Menolog. Græc. ad d. 17 Nov.

(*a*) Origenis et Gregorii Nysseni elucubrationes hic memoratas inter utriusque Opera retinemus. EDIT. PATROL.
(*b*) S. Gregorii sermonem *in omnes martyres* Bononiæ anno 1772 publici juris fecit Aloys. Mingarelli. Hanc editionem ignoravit Gallandius. Ib.
(*c*) Notitiam alteram in S. Gregorium ex Leonis Allatii *Diatriba de Theodoris* vide infra col. 1205. Ib.

Digitized by Google

VETERUM TESTIMONIA

De S. Gregorio episcopo Neocæsariensi, cognomento Thaumaturgo.

I. *Eusebius* Hist. eccl. *lib.* VI, *cap.* 30.

Τῷ δὲ Ὠριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσῆεσαν, οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος· τόν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον· οὓς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προυτρέψατο. Πέντε δὲ ὅλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα λόγια βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἄμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι.

A Interim dum Origenes apud Cæsaream consueto docendi munere fungeretur, non solum regionis illius incolæ, sed etiam plurimi ex remotissimis provinciis discipuli relicta patria ad eum concurrebant. Quorum præcipuos fuisse cognovimus Theodorum, qui et Gregorius dictus est, episcoporum nostra ætate celeberrimus; et fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romanisque disciplinis nimium deditos cum vidisset, in eorum animos instillans philosophiæ amorem, abjectis prioribus studiis, ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur cum quinquennio integro in ejus auditorio versati fuissent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut iambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

Idem ibid. VII, *cap.* 14.

Ἐν τούτῳ δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας εἰσέτι τότε καθηγεῖτο Ξύστος· τῆς δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Φάβιον Δημητριανός· Φιρμιλιανὸς δὲ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν· καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν, Γρηγόριος καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος, Ὠριγένους γνώριμοι.

B Eadem tempestate Romanæ quidem Ecclesiæ adhuc præerat Xystus; Antiochenam vero post mortem Fabii Demetrianus regebat; apud Cæsaream Cappadociæ Firmilianus; in Ponto autem Gregorius fraterque ejus Athenodorus, ambo Origenis discipuli, Ecclesias gubernabant.

II. *S. Basilius lib.* De Spiritu sancto, *cap.* 29, § 74, *Opp. tom.* III, *pag.* 62, *edit. Paris. BB.* 1730.

Γρηγόριον δὲ τὸν Μέγαν, καὶ τὰς ἐκείνου φωνὰς ποῦ θήσομεν; Ἆρ' οὐχὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ἄνδρα τῷ αὐτῷ Πνεύματι ἐκείνοις περιπατήσαντα, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἴχνεσι διὰ παντὸς τοῦ βίου στοιχήσαντα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὸ ἀκριβὲς διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ζωῆς κατορθώσαντα; Ἐγὼ μὲν τοῦτο φημί· Ἢ ἀδικήσομεν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τοῖς ᾠκειωμένοις Θεῷ τὴν ψυχὴν ἐκείνην συναριθμοῦντες· οἷόν τινα λαμπτῆρα περιφανῆ μέγαν, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαλάμψαντα· ὃς φοβερὸν μὲν εἶχεν ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος συνεργίας κατὰ δαιμόνων τὸ κράτος. Τοσαύτην δὲ ἔλαβε τοῦ λόγου τὴν χάριν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὥστε ἑπταικαίδεκα μόνους Χριστιανοὺς παραλαβών, ὅλον τὸν λαὸν τόν τε ἀστικὸν καὶ τὸν χωριτικὸν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως προσήγαγε τῷ Θεῷ. Ἐκεῖνος καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα μετέστησεν, ἐπιτάξας αὐτοῖς ἐν τῷ ὀνόματι τῷ μεγάλῳ τοῦ Χριστοῦ· καὶ λίμνην ἐξήρανεν ὑπόθεσιν πολέμου φέρουσαν ἀδελφοῖς πλεονέκταις. Αἱ δὲ τῶν μελλόντων προαγορεύσεις τοιαῦται, ὡς μηδὲν τῶν ἄλλων ἀποδεῖν προφητῶν. Καὶ ὅλως μακρὸν ἂν εἴη τοῦ ἀνδρὸς διηγεῖσθαι τὰ θαύματα, ὃς τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐν αὐτῷ χαρισμάτων τῶν ἐνεργουμένων ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι, δεύτερος Μωϋσῆς παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας ἀνηγόρευτο. Οὕτως αὐτῷ ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῶν ἐπιτελουμένων διὰ τῆς χάριτος οἷόν τι φῶς

C Cæterum Gregorium Magnum, et illius voces quo loco ponam? Annon cum apostolis et prophetis, virum qui eodem Spiritu quo illi versatus sit, quique sanctorum vestigiis per omnem vitam inhæserit, quique evangelicæ conversationis vigorem quandiu vixit præstiterit? Equidem illud dixerim: profecto injuria affecerimus veritatem, si non animam illam annumeremus iis qui Deo juncti sunt, qui velut insignis magnaque lucerna in Ecclesia Dei resplenduit, qui e Spiritus ope tremendam habuit adversus dæmones potestatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, ut assumptis non plus septemdecim Christianis, universum populum, et urbanum et rusticanum, per agnitionem adjunxerit Deo. Ille et fluminum cursus in diversum vertit, præcipiens illis in magno nomine Christi; et paludem exsiccavit, belli causam præbentem fratribus avaris. Cæterum prædictiones de futuris, ejusmodi sunt, ut nihilo sit inferior cæteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit viri percensere miracula, qui propter donorum excellentiam quæ in ipso operabatur Spiritus, in omni virtute, signis ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moyses appellatus fuit. Adeo in illo in omnibus tum dictis tum factis, eorum quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen refulsit, supercœlestis virtutis indicium, quæ ex occulto assecta-

Digitized by Google

batur illum. Hujus et in hodiernum quoque diem magna est apud ejus regionis homines admiratio : recensque ac semper vigens memoria sic infixa est Ecclesiis, ut nullo tempore obsolescat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non formam ullam mysticam, ultra quam illis reliquit, Ecclesiæ adjecerunt. Quapropter etiam multa ex his quæ apud illos aguntur in ritibus videntur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Neque enim sustinebant qui in Ecclesiarum administrationem successerant, additamenta quæ post illum adinventa sunt, recipere. Unus igitur fuit glorificationis modus quem instituit Gregorius, et is cui nunc contradicitur, ex illius traditione in Ecclesia observatus.

A ἐπέλαμψε, μηνυμα τῆς ἐπουρανίου δυνάμεως, τῆς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς παρεπομένης αὐτῷ. Τούτου μέγα ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἐγχωρίοις τὸ θαῦμα, καὶ νεαρὰ καὶ ἀεὶ πρόσφατος ἡ μνήμη ταῖς Ἐκκλησίαις ἐνίδρυται, οὐδενὶ χρόνῳ ἀμαυρουμένη. Οὐκοῦν οὐ πρᾶξίν τινα, οὐ λόγον, οὐ τύπον τινὰ μυστικὸν παρ' ὃν ἐκεῖνος κατέλιπε, τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέθηκαν. Ταύτῃ τοι καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς τελουμένων ἐλλειπῶς ἔχειν δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς καταστάσεως ἀρχαιότροπον. Οὐδὲν γὰρ ἠνέσχοντο οἱ κατὰ διαδοχὴν τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομήσαντες, τῶν μετ' ἐκεῖνον ἐφευρεθέντων παραδέξασθαι εἰς προσθήκην. Ἓν τοίνυν τῶν Γρηγορίου, καὶ ὁ νῦν ἀντιλεγόμενος τρόπος τῆς δοξολογίας ἐστὶν, ἐκ τῆς ἐκείνου παραδόσεως τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένος.

Idem epist. 28, *num.* 1 *et* 2, *ibid. pag.* 107 *seq.*

Neque vero attingat unquam (Ecclesiam Neocæsariensem hæreticorum ventorum æstus), o universorum Domine; qui famulo tuo Gregorio, a quo basis Ecclesiæ ab initio compacta, tranquillitatis longissimæ munus dedisti... Qui a magno Ecclesiæ vestræ præside Gregorio usque ad hunc beatum (Musonium), alterum in alterius locum sufficiens, semperque adaptans, velut ex quadam pretiosorum lapidum commissura, mirum ornamentum Ecclesiæ vestræ largitus est.

B Μήτε δὲ ἄψαιτό ποτε, ὦ Δέσποτα τῶν ἁπάντων, ἡ τῷ σῷ θεράποντι Γρηγορίῳ, τῷ ἐξ ἀρχῆς πηξαμένῳ τὴν κρηπίδα τῆς Ἐκκλησίας, τῆς ἐπὶ μήκιστον ἀταραξίας τὴν χάριν ἔδωκας..... Ὃς ἀπὸ τοῦ μεγάλου προστάτου τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν Γρηγορίου μέχρι τοῦ μακαρίου τούτου, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ προστιθεὶς καὶ συναρμόζων ἀεί, οἷον ἐκ τινὸς ἁρμοῦ λίθων πολυτελῶν, θαυμαστὸν οἷον κάλλος τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἐχαρίσατο.

Idem epist. 204 *num.* 2, *ibid. pag.* 303.

Alterum huc accedit, quod si quid magni affert ad conjunctionem, etiam iisdem uti magistris, iidem nobis sint ac vobis magistri mysteriorum Dei et patres spirituales, qui initio Ecclesiam vestram fundarunt : Gregorium dico summum illum virum, et quotquot post eum sedi apud vos episcopali succedentes, alius post alium veluti stellæ quædam exorientes, iisdem vestigiis institerunt; adeo ut nemini obscura reliquerint cœlestis instituti monumenta.

C Δεύτερον δὲ, ὅτι εἴ τι μέγα συμβάλλεται πρὸς συνάφειαν καὶ τὸ τῶν αὐτῶν μετασχεῖν διδασκάλων, οἱ αὐτοὶ ὑμῖν τε εἰσὶ καὶ ἡμῖν διδάσκαλοί τε τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ, καὶ πατέρες πνευματικοί, οἱ ἐξ ἀρχῆς τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ὑμετέραν θεμελιώσαντες· Γρηγόριον λέγω τὸν πάνυ, καὶ ὅσοι ἐφεξῆς ἐκείνῳ τῆς παρ' ὑμῖν ἐπισκοπῆς τὸν θρόνον διαδεξάμενοι, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ ὥσπερ τινὲς ἀστέρες ἐπανατέλλοντες, κατὰ τῶν αὐτῶν ἴχνῶν ἐπέδησαν, ὥστε διάγνωστα καταλιπεῖν τῆς κατ' οὐρανὸν πολιτείας τὰ σημεῖα τοῖς βουλομένοις.

Idem epist. 207, *num.* 4, *ibid. pag.* 311 *et seqq.*

Sed hæc, inquit, non erant tempore magni Gregorii... Hæc autem non fuisse sub admirando Gregorio, quosnam habetis testes? qui quidem nihil ex illius institutis hactenus conservastis... Tantummodo sana sint quæ sunt præcipua, et novitates circa fidem compescite... Gregorii verba ne falso interpretemini.

D Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶ, ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου... Ὅτι δὲ οὐκ ἦν ταῦτα ἐπὶ τοῦ θαυμαστοῦ Γρηγορίου τίνας ἔχετε μάρτυρας; οἵ γε οὐδὲν τῶν ἐκείνου μέχρι νῦν διεσώσασθε... Μόνον ἐρρώσθω τὰ προηγούμενα, καὶ τὰς περὶ τὴν πίστιν καινοτομίας κατασιγήσατε... Τὰς τοῦ Γρηγορίου φωνὰς μὴ παρεξηγεῖσθε.

Idem epist. 210 *num.* 3, 5, *ibid. pag.* 314, 316.

Fidei eversio apud vos excogitatur, inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni... Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri exstinctum, conantur nunc isti renovare... Immisere etiam per epistolam tentamenta quædam unanimi nostro Anthimo Tyanorum episcopo, quasi Gregorius in *Fidei expositione* dixerit, Patrem et Filium mentis quidem cogitatione duo esse, sed hypostasi unum. Hoc autem non docendi causa, sed

Πίστεως διαστροφὴ παρ' ὑμῖν μελετᾶται, ἐχθρὰ μὲν τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ εὐαγγελικοῖς δόγμασιν, ἐχθρὰ δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου ὡς ἀληθῶς Γρηγορίου... Τὸ γὰρ τοῦ Σαβελλίου κακὸν, πάλαι μὲν κινηθὲν, κατασβεσθὲν δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου, ἐπιχειροῦσι νῦν ἀνανεοῦσθαι οὗτοι... Καθῆκαν (63) δέ τινα πεῖραν δι' ἐπιστολῆς, καὶ πρὸς τὸν ὁμόψυχον ἡμῶν Ἄνθιμον τὸν Τυάνων ἐπίσκοπον· ὡς ἄρα Γρηγορίου εἰπόντος ἐν *Ἐκθέσει πίστεως*, Πατέρα καὶ Υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει δὲ ἕν (64).

(63) *Καθῆκαν*, κ. τ. λ. Horum verborum versionem usque ad finem exhibet Facundus Hermianensis lib. x, c. 6, Opp. Sirmond. tom. II, pag. 740 et seq.

Digitized by Google

τοῦτο δὲ ὅτι οὐ δογματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ *πρὸς Ἀλλιανὸν διαλέξει*, οὐκ ἠδυνήθησαν συνιδεῖν, οἱ ἐπὶ λεπτότητι τῶν φρενῶν ἑαυτοὺς μακαρίζοντες. Ἐν ᾗ πολλὰ τῶν ἀπογραψαμένων ἐστὶ σφάλματα, ὡς ἐπ' αὐτῶν τῶν λέξεων δείξομεν ἡμεῖς, ἐὰν ὁ Θεὸς θέλῃ. Ἔπειτα μέν τοι τὸν Ἕλληνα πείθων, οὐχ ἡγεῖτο χρῆναι ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὰ ῥήματα· ἀλλ' ἔστιν ὅπη καὶ συνδιδόντα τῷ ἔθει τοῦ ἐναγομένου, ὡς ἂν μὴ ἀντιτείνοι πρὸς τὰ καίρια. Διὸ δὴ καὶ πολλὰς ἂν εὕροις ἐκεῖ φωνάς, τὰς νῦν τοῖς αἱρετικοῖς μεγίστην ἰσχὺν παρεχομένας· ὡς τὸ *κτίσμα*, καὶ τὸ *ποίημα*, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον συναφείας εἰρημένα, εἰς τὸν περὶ τῆς θεότητος ἀναφέρουσι λόγον, οἱ ἀπαιδεύτως τῶν γεγραμμένων ἀκούοντες· ὁποῖόν ἐστι καὶ τοῦτο, τὸ παρὰ τούτων περιφερόμενον.

A decertandi in *Dialogo cum Æliano* dictum esse, intelligere non potuerunt qui sibi ipsi ob ingenii subtilitatem beati videntur. Qua in disputatione multa sunt librariorum errata, ut ex ipsis verbis ostendemus, si Deus volet. Deinde vero gentilem erudiens non existimabat accuratius disputandum esse de verbis : sed non nihil etiam indoli illius qui introducebatur, concedendum, ut ne iis quæ præcipua sunt, repugnaret. Quapropter et multas illic invenias voces, quæ nunc robur maximum hæreticis præbent, quales sunt *creatura* et *factura*, et si quid ejusmodi. Multa autem et de conjunctione cum homine dicta ad divinitatis rationem referunt, qui inscite scripta illa intelligunt ; quale est et hoc ipsum, quod ab ipsis decantatur.

III. *S. Hieronymus, lib.* De viris illustr. *cap.* 65, *cum vetere interprete.*

Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῆ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ὅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ· ὄντινων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους καθέστηκεν. Ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ' αὐτοῦ παιδευθέντες ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποπέμπονται, ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, *πανηγυρικὸν εὐχαριστίας* τῷ Ὠριγένει ἔγραψε· καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐπιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὅστις ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. Ἔγραψε δὲ καὶ *Ἐκφρασιν εἰς Ἐκκλησιαστὴν*, ἐλαχιστὸν μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον, καὶ ἄλλας πολλὰς ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν.

B Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus, admodum adolescens, ob studia Græcarum et Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, et inde Cæsaream Palæstinæ transiit, juncto sibi fratre Athenodoro : quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, eos ad philosophiam cohortatus est, in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo, remittuntur ad matrem ; e quibus Theodorus proficiscens, *Panegyricum gratiarum actionis* scripsit Origeni ; et convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsente recitavit, qui usque hodie exstat. Scripsit et *Metaphrasim in Ecclesiasten*, brevem quidem, sed valde utilem. Et aliæ hujus vulgo feruntur epistolæ ; sed præcipue signa atque miracula, quæ jam episcopus cum multarum Ecclesiarum gloria C perpetravit.

Idem Comment. in Ecclesiasten, *cap.* 4, *Opp. tom.* I, *pag.* 424, *edit. Veron.*

Vir sanctus, Gregorius Ponti episcopus, Origenis auditor in *Metaphrasi Ecclesiastæ* ita hunc locum intellexit : « Ego vero præfero adolescentulum pauperem et sapientem regi seni et stulto ; cui nunquam venit in mentem quod possibile sit, quemquam de his quos vinxerat, ad regnum exire de carcere, et se ipsum de iniqua deinceps potestate sua corruere. Evenit enim interdum ut hi qui sub adolescentulo sapiente fuerint, absque mœrore sint : ita tamen ut sub rege sene ante versati sint. Qui enim postea nati sunt, quia mala præterita nescierunt, nec adolescentulum laudare possunt qui postea consurrexit, abducti opinione perversa et impetu spiritus adversantis. »

Idem epist. 70 *num.* 4, *tom.* I, *pag.* 427.

Exstant et libri... Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, viri apostolicorum signorum atque virtutum.

IV. *Rufinus*, Hist. eccl. *lib.* VII, *cap.* 25.

Verum quoniam beati Gregorii historiæ textus attulit mentionem, dignissimum puto tanti viri gesta (quæ sub orientali et septentrionis axe cunctorum sermone celebrantur) omissa nescio quo casu, D huic narrationi ad memoriam posteritatis inserere. Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura prædivites reditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus

(64) Ὑποστάσει δὲ ἕν. Credere non possum Gregorium dixisse Patrem et Filium, si simul considerentur, cogitatione duo esse, hypostasi unum. Hæc enim gemella essent hæresi Sabellianæ, quam supra Basilius Gregorii traditione exstinctam docet. Sed his in verbis vel erratum aliquod librariorum, ut placet Basilio, suspicandum est, vel de Patre et Filio separatim sumptis accipi debent. Quo sensu magister Gregorii Origenes dixit de Christo : Τὸ μὲν ὑποκείμενον ἕν ἐστι, ταῖς δὲ ἐπινοίαις τὰ πολλὰ ὀνόματα ἐπὶ διαφόρων ἐστί. « Suppositum quidem unum est, sed cogitatione plura nomina variis rebus imponuntur, » homil. 8 in Jerem., pag. 96. Maran. in not. ad hunc locum. Adisis et Sirmondum ad Facundum p. 740.

Digitized by Google

fratribus sorte hæreditatis obvenerat : sed pecuniæ cupiditas (quæ omnium pene mortalium corda superat) etiam fraternam necessitudinem violavit. Coibatur a fratribus tempore capturæ, non tam ad capiendos pisces, quam ad decipiendos homines; cædes et bella movebantur; humanus sanguis pro piscibus fundebatur; sed Dei providentia adfuit aliquando auxilium, adventusque Gregorii. Vidit prœlia et mortes virorum, furentesque germanos; quid causæ subesset, pro qua in exitium sui suorumque fratres accenderentur, inquirit : nullam nisi capturam piscium comperit. Tunc ille, cum pro honore adventus sui utræque partes paululum siluissent : Nolite, inquit, o filioli, rationales animas pro mutis animantibus violare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissolvere, Dei leges et naturæ pariter jura temerare; et una mecum ad ora stagni exitialis accedite. Ego jam vos per virtutem Domini, omni certamine cruentæ contentionis absolvam. Et cum hæc dixisset, in conspectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas littoris A undas defigit, et ipse positis genibus palmas ad cœlum tendit, atque his verbis excelso supplicat Deo : Tu Domine Deus patrum nostrorum, qui cum tibi primus homo Adam peccasset, ac mandatum tuum præteriisset, pœnam culpæ illius moderatus, ad terram maledictionis sententiam detorsisti, dicens : Maledicta terra in operibus tuis. Et nunc ergo miseratus horum juvenum fraternum sanguinem qui periclitatur, præcipe ut maledictæ sint aquæ istæ in operibus eorum, pro quibus furore succensi, fraternæ pietatis obliti sunt; ita ut nunquam in hoc loco vel piscis appareat, vel aqua resideat, sed sit campus aratri patiens, ac frugum ferax, et custos in æternum fraternæ concordiæ perseveret. Simul ut ille finem orandi fecit, statim se unda subB ducens, et cursu velociore refugiens, a conspectu superno jussa discedere, abyssis suis redditur, et arentem campum germanis jam concordibus dereliquit. Sed et in hodiernum, frugum ferax esse dicitur solum, quod ante fuerat navium ferax.

Idem ibid.

Sed et ingenii sui nobis in parvo maxima monumenta dereliquit : *in Ecclesiasten* namque *Metaphrasin* idem Gregorius magnificentissime scripsit; et catholicæ *fidei expositionem* breviter editam reliquit, quam pro ædificatione Ecclesiarum sociare his commodum duxi : « Unus Deus Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, et potentiæ ac characteris sempiterni : perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, » etc.

V. *Socrates*, Hist. eccl. *lib.* IV, *cap.* 27.

Ponticus Gregorius, qui ex urbe Ponti Neocæsarea oriundus... Origenis discipulus fuit. Hujus Gregorii celebris fama est Athenis ac Beryti, et per universam Ponticam diœcesim, ac per universum prope dixerim terrarum orbem... Hujus mentionem facit etiam Pamphilus martyr, in libris quos pro Origenis defensione scripsit : quibus etiam adjuncta est Gregorii *Oratio*, quam ille ab Origene discedens, in ejus laudem composuit.

Ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος, ὅστις ἐκ τῆς ἐν Πόντῳ Νεοκαισαρείας ὁρμώμενος... μαθητὴς Ὠριγένους ἐγένετο. Περὶ τούτου τοῦ Γρηγορίου, πολὺς ὁ λόγος ἔν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ ὅλῃ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ... Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πάμφιλος ὁ μάρτυρ ἐν τοῖς περὶ Ὠριγένους πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συστατικὸς λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην παράκειται.

VI. *Sozomenus*, Hist. eccl. *lib.* VII, *cap.* 27.

Aliud præterea quod de illo (Epiphanio) refertur, commemorare libet. Id quidem ab admirando Gregorio qui Neocæsariensem olim rexit Ecclesiam, gestum esse accepi; et libenter credo.

Ἀλλ' οἷον ἕτερον περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ ἀφηγήσασθαι βούλομαι. Πυνθάνομαι τεθαυματουργῆσθαι Γρηγορίῳ τῷ θαυμασίῳ, ὃς πάλαι τὴν Νεοκαισάρειαν ἐπετρόπευσε, καὶ μάλα πείθομαι.

VII. *Liberatus Diaconus*, Breviar. *cap.* 10.

Basilius quidam diaconus, sumens tomum Procli quem Armeniis scripserat, Alexandriam venit; et Armeniorum libellos suis libris annectens, obtulit Cyrillo ejusdem urbis antistiti. Quibus (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus, quatuor libros scripsit (65) : tres adversus Diodorum et Theodorum, et alium *De incarnatione* librum. In quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia, id est... Gregorii mirabilis, Θαυματουργοῦ cognominati.

VIII.

Facundus episcopus Hermianensis, *lib.* X, *cap.* 6, *inter Opp. Sirmondi*, *tom.* II, *pag.* 740.

Sanctus Basilius magnum Gregorium, qui *miraculorum operatoris* cognomen accepit, ut Θαυματουργὸς vocaretur et vocetur a Græcis, non ab Arianorum tantum qui creaturam et facturam Filium dicunt, verum etiam a contrario Sabellianorum errore defendit, qui unam Patris et Filii subsistentiam dicunt; quamvis hæc et prædictus Gregorius dixisse videatur. Inde idem S. Basilius, loquens de quibusdam qui auctoritate ipsius Gregorii excusare suam perfidiam nitebantur : *Immiserunt*, ait, etc.

(65) De his quatuor Cyrilli libris quos intercidisse constat, videsis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 591, num. 187.

Digitized by Google

IX. *Evagrius Scholasticus*, Hist. eccl. *lib.* III, *cap.* 31.

Καὶ γὰρ καὶ λόγους Πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασι.

Nam et libros sanctorum Patrum sæpenumero corruperunt (Acephali); multos quoque Apollinaris libros Athanasio et Gregorio Thaumaturgo et Julio falso ascripserunt.

X. *Concilium Quinisextum*, *can.* 2.

Ἐπισφραγίζομεν τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστι... Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ.

Obsignamus reliquos omnes canones, qui a sanctis et beatis nostris Patribus expositi sunt : id est... Gregorio Neocæsareæ episcopo Thaumaturgo.

XI. *Menologium Græcorum*, *ad diem* 17 *Novemb.*, *part.* I, *pag.* 194 *edit. Urbin.* 1727.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ.

Commemoratio S. P. N. Gregorii Thaumaturgi episcopi Neocæsareæ.

Οὗτος ἦν ἐπ' Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως, υἱὸς ὑπάρχων Ἑλλήνων· αὐτὸς δὲ γεγονὼς Χριστιανός, καὶ τὸ τῆς πίστεως μυστήριον διδαχθεὶς διὰ ὀπτασίας παρὰ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ τοῦ θεολόγου Ἰωάννου· ἔλαβε καὶ τὸ τῶν θαυματουργιῶν χάρισμα, καὶ ἐκλήθη *Θαυματουργὸς*, ποιῶν θαύματα πολλά, ἐξ ὧν εἰσι καὶ ταῦτα. Εἰς γὰρ Ἀλεξάνδρειαν ἀπελθών, καὶ κατηγορηθεὶς ὑπὸ πόρνης, ἐπιπέμπει αὐτῇ δαίμονα· καὶ πάλιν ἴᾶται. Εἶτα μὴ παρὼν ἐν Ἀμασείᾳ, ὅμως διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος ὑπὸ Φαιδίμου τοῦ Ἀμασείας. Λίθον δὲ μέγαν ποιήσας περιπατῆσαι, ἐβάπτισε τὸν προσμονάριον τῶν εἰδώλων. Ἀδελφῶν δὲ δύο διὰ λίμνην μαχομένων, ἐξήρανεν αὐτήν. Καὶ τὴν ῥάβδον πῆξας, ἔστησε ποταμόν· ἥτις καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα. Καὶ ἄλλα μυρία ποιήσας, ἐν τῷ μέλλειν ἐκδημεῖν εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει τοσούτους ἀπίστους κατέλιπεν, ὅσους εὗρε Χριστιανούς. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Hic Aureliano imperatore floruit, parentibus natus infidelibus, ipse autem Christianus, fideique mysterium a sanctissima Deipara et Joanne theologo per visionem edoctus, accepit et donum miraculorum : unde *Thaumaturgi* cognomentum adeptus est ob multa miracula quæ patravit, ex quibus hæc memorantur. Profectus aliquando Alexandriam, in scortum quod de se obloqueretur, dæmonem immisit, sed paulo post etiam fugavit. A Phædimo Amaseæ episcopo ordinatur episcopus, cum Amaseæ non adesset : tanta erat virtutum illius opinio. Saxum ingens alio transtulit; eoque signo idolorum ædituum ad fidem conversum baptizavit. Paludem, causam rixarum inter duos fratres, exsiccavit. Fluvium defixo in terram baculo, qui et in magnam excrevit arborem, coercuit. Cumque innumera alia portenta edidisset, migraturus ad Dominum, gratias illi agebat, quod tot relinqueret in sua urbe infideles, quot Christianos invenerat. Atque hunc in modum decessit.

XII. *Suidas*, *in* Lexico.

Γρηγόριος, ὁ καὶ Θεόδωρος ὁ Θαυματουργὸς, Νεοκαισαρείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἐπίσκοπος, νέος κομιδῇ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τὴν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ. Οὓς καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων Ὠριγένης, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. Ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ' αὐτοῦ παιδευθέντες ἐνιαυτοὺς, πρὸς τὴν πατρίδα ἀποπέμπονται. Ἀφ' οὗ ὁ Γρηγόριος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἔγραψε λόγον, καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐπιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον· ὅς τις καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. Ἔγραψε δὲ *Μετάφρασιν εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν*· ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον. Καὶ ἄλλας τε πολλὰς, καὶ ποικίλας ἐπιστολὰς συνεγράψατο. Ποιήσας τε σημεῖα καὶ θαύματα ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν, ἐτελεύτησεν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ (66).

Gregorius, qui et Theodorus dictus est, cognomento Θαυματουργὸς, hoc est, rerum admirabilium effector, Neocæsareæ quæ in Ponto est, episcopus, admodum adolescens, Græcarum Romanarumque litterarum studio incensus, e Cappadocia Berytum profectus est, atque inde Cæsaream quæ in Palæstina est, cum fratre Athenodoro se contulit. Hos in Christi religione sigillatim Origenes instituens, sui studiosos amantesque reddidit. Quinquennium igitur in ejus disciplina versati, in patriam redeunt. Ubi Gregorius gratiarum actionem ad Origenem scripsit, eamque populo convocato, et ipso Origene præsente legit : quæ quidem oratio exstat usque ad præsentem diem. Scripsit et *Metaphrasin in Ecclesiasten*, brevissimam illam quidem, sed sane quam admirabilem. Multas præterea et varias epistolas composuit. Denique factus episcopus, signis et miraculis humanas vires superantibus clarus, Juliano imperante discessit.

XIII. *Theodorus Balsamon*, *Schol. in canonem* 21 *concilii Nicæni.* — *Apud Beveregium*, Pandect. canon., *tom.* I, *pag.* 85.

Τοῦτον καθεῖλεν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ ἄλλοι τινές.

Hunc (Paulum Samosatenum) deposuerunt sanctus Gregorius Thaumaturgus, et alii quidam.

Digitized by Google

S. GREGORII OPERUM PARS I.

SCRIPTA OMNIBUS COMPROBATA.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΠΟΝΤΟΥ, ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ,

ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ

ΗΝ ΔΙ' ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ, ΜΕΣΙΤΕΥΟΥΣΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΓΕΝΗΤΡΙΑΣ ΤΗΣ ΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ, ΕΣΧΕΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII

EPISCOPI NEOCÆSAREÆ PONTI, THAUMATURGI

EXPOSITIO FIDEI

Quam per revelationem a beato Joanne evangelista, mediante Dei Genitrice Maria Virgine, accepit.

INTERPRETE RUFINO.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, Venetiis, 1766, in-fol., p. 385.)

—

Unus Deus (67) Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, et virtutis suæ et figuræ : perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Domi-

Εἷς Θεὸς, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς Κύ-

Gerardi Vossii interpretatio.

Unus Deus, Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, et potentiæ ac characteris sempiterni : perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo : character et imago

(66) Ἐπὶ Ἰουλιανοῦ. Legendum ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ex antiquioribus monumentis.

(67) *Unus Deus*, etc. Lambecius *Comment. bibl. Cæsar.* lib. II, cap. 5. pagg. 264 seqq., Psalterium

Digitized by Google

ρις, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ· χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργός (67)· Σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική· καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. Υἱὸς ἀληθινὸς, ἀληθινοῦ Πατρὸς, ἀόρατος ἀοράτου (68)· καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου· καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ (69) τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ (70)· τελείου τελεία· ζωὴ, ζώντων αἰτία· πηγὴ ἁγία· ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός. Ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι· καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη (71),

A nus (71), solus ex solo (72), figura et imago deitatis, Verbum perpetrans (73); Sapientia comprehendens omnia, et virtus qua tota creatura fieri potuit: Filius verus veri, et invisibilis ex invisibili, et incorruptibilis ex incorruptibili, et immortalis ex immortali, et sempiternus ex sempiterno. Unus Spiritus sanctus, ex Deo substantiam habens, et qui per Filium apparuit (74): imago Filii perfecti, perfecta viventium causa, sanctitas sanctificationis præstatrix; per quem Deus (81) super omnia et in omnibus cognoscitur; et Filius per omnes (82). Trinitas perfecta, majestate et sempiternitate et regno minime dividitur, neque abalienatur. Igitur

Gerardi Vossii interpretatio.

deitatis, Verbum efficax. Sapientia, constitutionis rerum universarum comprehensiva: et virtus atque potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus, veri Patris; invisibilis, ejus qui est invisibilis; et incorruptibilis, corruptioni non obnoxii; ac immortalis, mortis prorsus nescii; et sempiternus, sempi-

Latinum recenset, jussu et cura Caroli M. aureis litteris descriptum, qui et illud summo pontifici Adriano I obtulisse perhibetur. Inter complura vetera monumenta quæ in eodem Psalterio exstant, occurrit quoque *Fides B. Gregorii Martyr. et episcopi Neocæsariæ*. Exemplar hujusmodi desumptum videtur ex Rufino, qui eamdem *Fidei expositionem* Gregorianam suæ Eusebianæ *Historiæ ecclesiasticæ* versioni intexuit. Utrumque porro exemplar conferre operæ pretium duximus. Rufiniana interpretatio habetur lib. VII, cap. 25, altera vero apud Lambecium l. c. pag. 270.

(67) Ἐνεργός. Ita Gregorius Nyssenus in *Vita Gregor. Thaumat.*, cap. 9 et ms. codex Coislin. apud Maranum *De divin. D. N. J. C.*, lib. IV, cap. 20, § 1, pag. 523. Utraque tamen Vossiana editio, Mogunt. et Paris., necnon exemplar Canisianum, ἐνεργής.

(68) Ἀοράτου. Voss. et Canis., τοῦ ἀοράτου.

(69) Δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. Hæc agnoscit Gregorius Nyssenus. Neque aliter codex Coislin. apud Maranum l. c., et exemplar quod ex ms. Augustano misit Pontanus ad Canisium. Ea tamen non legit Rufinus interpres, neque habet Rufinianæ versionis vetus exemplar Lambecianum. Unde nonnullis ea glossam sapere visa sunt. Qua de re audire præstat doctissimum Lequienum *dissert.* 1 *Damasc.* § 3, pag. II: « Familiaris, inquit, Patrum tertii et quarti sæculorum assertio fuit, *ex Patre per Filium Spiritum sanctum exsplendescere*. Id passim clamant Magnus Basilius et Gregorius Nyssenus, secundum veram illam et sinceram fidei formulam, quam Thaumaturgo divinitus traditam acceperant. *Unus Spiritus sanctus, ex Deo exsistentiam habens* (verba istius formulæ sunt), καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνὸς, *et qui per Filium effulsit*. In codicibus Græcis in quos nactenus incidi, additur, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *scilicet hominibus*. Quas voculas Gregorianæ istius confessionis simplicitas pati non videtur, atque temeritatem sapiunt Græculi schismatici, qui hac interpretatione voluerit significare, ea duntaxat ratione Spiritum sanctum per Filium exsplendescere, qua per Filium hominibus conceditur. At vero Patribus Græcis tritissimum est, quamlibet Personæ divinæ processionem ἐκφάνσεως et ἐκλάμψεως, *effulsionis* vocabulo enuntiare. Quocirca Gregorius theologus alicubi ait, divinas Personas ab invicem discriminari ratione τῆς ἐκφάνσεως ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, *effulsionis sive mutuæ inter ipsas relationis*. Porro falsatam Thaumaturgi expositionem coarguit Rufinus, qui eam inseruit suæ interpretationi Latinæ *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii, idque his vocibus, *scilicet hominibus*. Eas etiam non legebat Adrianus I, qui in epistola ad Carolum

B Magnum ejusdem *Expositionis fidei* auctoritate pugnat, in septima synodo recte dictum a Tharasio CP. fuisse, *Spiritum ex Patre per Filium procedere.* » Hactenus V. C.

(70) Πνεῦμα ἅγιον..... εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ. Gregorium Thaumaturgum imitatur Joannes Damascenus lib. I *De fide orthod.* cap. 13, tom. I, pag. 151, cujus hæc verba: Εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Πνεῦμα. « Imago Patris est Filius, et Filii, Spiritus. » Quem in locum hæc adnotat ad rem nostram laudatus Lequienus: « Idem, inquit, ait auctor orat. 3 *De imaginibus*, eique præiverant Athanasius epist. 1 ad Serap.; Basilius lib. V *contra Eunom.*; Cyrillus dial. 7 et in *Thesauro*, assert. 33. Quod si ratio propria imaginis naturalis est, ut derivata sit ab archetypo; quidni Spiritus processerit ex Filio? Quocirca Thaumaturgus in professione fidei, postquam dixit Spiritum sanctum *per Filium effulgere*, δι' Υἱοῦ πεφηνός, ipsum deinde C *imaginem Filii* appellat, *perfectam perfecti*. Græci quidam post participium πεφηνός has voces inseruerunt, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *videlicet hominibus:* quod glossema spurium esse superius ostendimus. »

(71) Τριὰς..... μὴ μεριζομένη. Gregorius Nazianzenus orat. 37, pag. 609: Ἔχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ἔχοιμι· καὶ ὅς τις ἐμοὶ φίλος, σέβειν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ καὶ τιμῇ καὶ οὐσίᾳ καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην· ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. Id est: « De his quidem ita sentio, atque utinam sentiam; colamusque Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloria nec honore nec essentia nec regno divisam: ut quispiam divino numine afflatus haud ita pridem philosophatus est. » Quibus sane verbis Nazianzenus Gregorium Thaumaturgum indicasse comperitur, qui in sua apocalypsi hæc habet, ut post Eliam Cretensem advertit Billius.

D (72) *Dominus*. Cod. Lamb., *Deus*, forte ex contracta scriptura *Dnus*, minus recte perspecta.

(73) *Ex solo*. Cod. Lamb., *ex solo Deo*. Atque ita quidem ex pluribus Vatic. mss. libris melioris notæ versionem Rufinianam restituit vir eruditus, qui eam anno 1740 Romæ vulgavit.

(74) *Perpetrans*. Lambec. cod., *penetrans*. Male, ut videtur.

(75) *Apparuit*. Vide sis Græca.

(76) *Deus*. Exemplar Lambec., *Deus solus*.

(77) *Per omnes*. Ita quoque liber Lambec. At recentior regius cod. apud Romanum editorem, exhibet *per quem omnia:* quæ quidem lectio magis placet.

Digitized by Google

neque factum quid aut serviens in Trinitate, neque superinductum, tanquam antehac (78) quidem non subsistens, postea vero superingressum. Neque ita (79) defuit unquam Filius Patri; neque Filio Spiritus sanctus : sed invertibilis (80) et immutabilis eadem Trinitas semper (81).

A μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστον τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι· οὔτε ἐπείσακτον (82), ὡς πρότερον μὲν οὐκ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν (83) ἐνέλιπέ ποτε Υἱὸς Πατρὶ, οὔτε Υἱῷ τὸ Πνεῦμα (84)· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος, ἡ αὐτὴ Τριὰς (85) ἀεί.

Gerardi Vossii interpretatio.

terni. Unusque Spiritus sanctus, ex Deo exsistentiam habens; et qui per Filium apparuit, scilicet hominibus : imago Filii, perfecti perfecta : vita, viventium causa; fons sanctus; sanctitas, sanctificationis suppeditator. In quo manifestatur Deus Pater, qui super omnia est et in omnibus : et Deus Filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, quæ gloria et æternitate, ac regno atque imperio non dividitur neque alienatur. Non igitur creatum quid aut servum in Trinitate : neque superinductitium aliquid et adventitium, quasi prius non exsistens, posterius vero adveniens. Non ergo defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus; sed immutabilis et invariabilis, eadem semper manet Trinitas.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ
ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΝ ΤΟΥ ΣΟΛΟΜΩΝΤΟΣ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI
GREGORII THAUMATURGI
METAPHRASIS
IN ECCLESIASTEN SALOMONIS

JACOBO BILLIO INTERPRETE.

(GALLAND., *Bibliotheca veterum Patrum*, *t.* III, *p.* 387.)

—

CAPUT I.

1. His verbis Salomon, Davidis regis et prophetæ filius, rex mortalium omnium clarissimus et pro-

B

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τάδε λέγει Σαλομὼν, ὁ τοῦ Δαβὶδ βασιλέως καὶ προφήτου παῖς ἁπάσῃ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, παρὰ

(78) *Antehac.* Cod. Lambec., *ante hoc.* Mendose. Mox vero, *et quasi postea superingressum.*

(79) *Neque ita.* Sic item cod. Lambec. Recens tamen editio Romana, *Neque itaque.*

(80) *Invertibilis.* Lambec. exemplar, *inconvertibilis.* Atque hanc lectionem præ se ferunt duo Vat. codd. teste nupero Romano editore.

(81) *Semper. Semper manet*, Psalterium Lambec.

(82) *Οὔτε οὖν..... ἐπείσακτον.* Idem Nazianzenus orat. 40, pag. 668, S. Patrem nostrum iterum hic respiciens, sic ait : Οὐδὲν τῆς Τριάδος δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ ἐπείσακτον, ἦκουσα τῶν σοφῶν τινος λέγοντος. « Nihil in Trinitate servum est, nec creatum, nec adventitium; ut ex cujusdam docti viri sermone accepi. » Hinc liquido constat, ut veterem interpretem Rufinum omittamus, ab his verbis οὔτε οὖν κτιστόν τι usque ad finem, omnia perscripsisse Neocæsariensem Gregorium, non Gregorium Nysse-

num, ut perperam visum Nysseni editoribus aliisque nonnullis; in primis vero Jacobo Basnagio, qui *Thes.* Canis. tom. I, pag. 25, haud ferenda sane confidentia statuit, Canisium Gregorio Thaumaturgo verba Gregorii Nysseni *incaute* tribuisse. Quod iterum pag. 27 in nota margin. confirmat.

(83) *Οὔτε οὖν.* Codex Coislin. apud Marianum l. c., οὔτε γάρ.

(84) *Τὸ Πνεῦμα.* In eodem cod. Coisl. post Πνεῦμα hæc leguntur, teste laudato Marano : οὔτε αὔξεται μονὰς εἰς δυάδα, οὐδὲ δυὰς εἰς τριάδα. « Neque crescit monas in dyadem, neque dyas in triadem. » Quæ quidem additio, tum interpreti Rufino tum Gregorio Nysseno prorsus invisa, Lequieni conjecturam confirmat, hancce Gregorianam *fidei expositionem* haudquaquam ab interpolatione aliquando fuisse immunem.

(85) *Τριάς.* Idem codex Coisl., ἁγία Τριάς.

Digitized by Google

πάντας ἀνθρώπους βασιλεὺς ἐντιμότατος, καὶ προφήτης σοφώτατος. Ὡς κενὰ καὶ ἀνόνητα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά τε καὶ σπουδάσματα, ὅσα ἀνθρώπινα. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν ὄφελός τι τούτοις προσηρτημένον, ἅπερ ἄνθρωποι περὶ γῆν ἕρποντες (86-87), καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἐκτελέσαι σπεύδουσι, τῶν μὲν προσκαίρων ἡττημένοι, ἀνωτέρω δὲ τῶν ἄστρων τῷ γενναίῳ τῆς ψυχῆς ὄμματι, οὐδ' ὁτιοῦν κατιδεῖν βουλόμενοι. Καὶ κατατρίβεται ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ὡρῶν καὶ ἐνιαυτῶν περιόδους, ἡλίου τε δρόμους περιωρισμένους, τῶν μὲν παραγινομένων, τῶν δὲ ὑπαπαιρόντων. Ἔοικε δὲ τὸ πρᾶγμα, χειμάρρων παρόδῳ, ἀμετρήτῳ θαλάσσης ἐμπιπτόντων βυθῷ σὺν ταράχῳ πολλῷ. Καὶ τὰ μὲν δι' ἀνθρώπους ὑπὸ Θεοῦ γεγονότα, μένει τὰ αὐτὰ, οἷον, τὸ ἀπὸ γῆς γενναᾶσθαι, τὸ εἰς γῆν ἀπιέναι, τὸ αὐτὴν ἑστάναι τὴν γῆν, τὸ τὸν ἥλιον ἅπασαν αὐτὴν ἐκπεριϊόντα, πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν περιτρέχειν ὅρον, καὶ τὰ πνεύματα ὡσαύτως (88), τούς τε ποταμοὺς τοσούτους εἰς θάλασσαν ἐκδιδόντας, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐμπίπτοντας, μὴ ἀναγκάζειν αὐτὴν ὑπερβαίνειν τὰ αὐτῆς μέτρα, μηδὲ αὐτοὺς παρανομεῖν. Καὶ τὰ μὲν ὡς εἰς τουτονὶ συντελοῦντα ἡμῖν τὸν βίον, οὕτως ἄραρε. Τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων ἐπιτεχνώμενα ῥήματά τε καὶ πράγματα, μέτρον οὐκ ἔχει. Καὶ λόγων πολὺς μὲν ὅμιλος, ὄνησις δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῆς πεπλανημένης φλυαρίας· ἀλλ' ἄπληστόν ἐστι τὸ τῶν ἀνθρώπων φῦλον, πρός τε τὸ λέγειν, πρός τε τὸ ἑτέρου λέγοντος ἀκούειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ ὄμμασιν εἰκαίοις ἕκαστα τῶν παραπιπτόντων ὁρᾷν γλίχεσθαι. Τί ἂν γένοιτο (89) ὕστερον, ὅπερ οὐκ ἤδη τετέλεσται, ἢ πραχθείη πρὸς ἀνθρώπων; Τί καινὸν τὸ μηδέπω εἰς πεῖραν ἐλθὸν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον; Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι οὐδὲν, ὅ τι δ' ἂν εἴπῃ (90) πρόσφατον, ἢ καινὸν ἀναλογιζόμενος εὑρήσει, μηδὲ τοῖς πάλαι ἄγνωστον. Ὥσπερ δὲ τὰ πρότερα λήθῃ κέκρυπται, οὕτω καὶ τὰ ἐνεστῶτα, εἰς τοὺς μετέπειτα χρόνῳ ἀμαυρωθήσεται. Καὶ οὐκ αὐτοσχεδιάζω ταῦτα νῦν ἐκκλησιάζων· ἀλλά μοι βασιλείαν Ἑβραίων ἐν Ἱεροσολύμοις πεπιστευμένῳ, ἱκανῶς ἅπαντα πεφρόντισται. Ζητήσας δὲ μεμελημένος, καὶ σοφῶς κατανοήσας τὴν περὶ γῆν φύσιν ἅπασαν, ποικιλωτάτην ἔγνων, ὡς ἀνθρώπῳ δέδοται πονεῖν ἐπὶ γῆς, ἄλλοτε ἀλλοίᾳ καμάτου προφάσει ἐγκαλινδουμένῳ εἰς τὸ μηδέν. Πνεύματος δὲ ἀλλοκότου καὶ μυσαροῦ τὰ κάτω ἅπαντα πλήθει, ὥστε μὴ εἶναι αὐτὰ ἀνακτήσασθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀναθυμηθῆναι τὸ παράπαν ὅση τὰ κατὰ ἀνθρώπους πράγματα κατείληφεν ἀτοπία. Λογισάμενος γάρ ποτε ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ οἰηθεὶς ὡς ἁπάντων εἴην τότε τῶν πρὸ ἐμαυτοῦ γεγονότων ἐνταυθοῖ σοφώτερος·

A pheta sapientissimus, universam Dei Ecclesiam affatur. 2. Quam vana et inutilia sunt omnia ea hominum negotia et studia, quæ in humanis rebus suscipiuntur. 3. Nemo enim est, qui utilitatem ullam iis annexam dicere possit; quæ, homines humi reptantes, et corporibus et animis perficere contendunt, rebus caducis et temporariis addicti, supra sidera autem, generoso animæ oculo, ne tantillum quidem aspicere volentes. 4. Ac mortalium vita conteritur, die diei succedente, annique partibus et conversionibus; 5. solisque cursibus certis ac definitis; 6. nunc accedentibus, nunc sensim recedentibus. 7. Nec dissimilis est hæc res torrentum transitui, cum magno strepitu atque tumultu in immensum maris profundum illabentium. Et quidem ea quæ hominum causa a Deo B creata sunt, eadem manent; velut quod a terra gignantur, quod in terram abeant, quod terra ipsa firma et stabilis sit, quod sol ea tota decursa ad eumdem rursus terminum punctumque circumvolvatur; fluviique itidem, tanto numero in mare influentes, et venti incurrentes, nec ipsum fines suos excedere cogant, nec ipsi rursus legem sibi constitutam infringant. Atque hæc sane, quæ nobis ad hanc vitam, usum et adjumentum afferunt, ita decreta sunt et constituta. 8. At quæ ab hominibus excogitantur, tam res quam verba, modum nullum habent. Ac verborum magna quidem est copia; at fructus nullus ab errante loquacitate et nugacitate. Verum ita natura comparata est hominum ratio, C ut inexplebilis sit eorum et loquendi et audiendi sitis, ac præterea vanis oculis ea omnia quæ accidunt, intuendi cupiditas. 9. Quid autem in posterum fieri queat, quod non jam confectum fuerit, aut geratur ab hominibus? Quid novum, quod nondum experimento compertum fuerit, dummodo insigne sit et memorabile? 10. Ut quidem mea opinio fert, quisquis secum reputabit atque considerabit, nihil novum aut recens inveniet, priscisque incognitum. 11. Quemadmodum autem præterita, oblivione tecta sunt; sic præsentia quoque progressu temporis ad posteros in obscuritatem ibunt. 12. Nec vero temere hæc nunc dico, Ecclesiasten agens: verum mihi Hebræorum regnum D Hierosolymis fidei meæ commissum habenti, diligenter et accurate omnia cogitata et perpensa sunt. 13. Porro totam rerum terrenarum naturam perscrutatus, atque ingeniose et sapienter in ea cogitatione versatus, eam maxime variam comperi. Homini etenim in terra laboribus vexari datum est,

(86-87) *Περὶ γῆν ἕρποντες.* Cod. Thuan. κατὰ γῆν ἕρποντες. Ducæus.

(88) *Καὶ τὰ πνεύματα ὡσαυτως.* Hæc omisit tanquam superflua Billius, quod paulo post ventorum mentio fiat. Musculus vertit, *et venti consimiliter;* Œcolampadius, *item flare ventos.* Quod si conjecturæ locus esset, suspicarer corrigendum καὶ τὰ ῥεύματα ὡσαύτως, *et rivi similiter fluviique;* solent enim hæ duæ voces persæpe conjungi. Glossarium, *ῥεῦμα, fluentum;* sic enim emendo pro *flumentum.* Eccli. xxxix, 13, ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ βλαστήσατε. *Sicut rosa plantata super fluentum humidum germinate.* Clemens Alex. lib. II *Pædag.* cap. 8, legit ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων, *in fluentis aquarum.* Vulgata, *super rivos aquarum.* Basilius homil. *ἐν λιμῷ.* Οὐκ ἔστι ῥεῦμα ποταμοῦ στῆσαι· *Fluminis cursum sistere non licet.* Id.

(89) *Τί ἂν γένοιτο.* Codd. reg. et Thuan., καὶ τί ἂν γένοιτο. Id.

(90) *Ὅτι δ' ἂν εἴπῃ.* Cod. Med., ἔπῃ τις. Id.

Digitized by Google

aliæ, alia ærumnæ occasione, frustra involuto. 14. Spiritu autem prodigioso et exsecrando omnia hæc inferiora plena sunt; 15. adeo ut ea colligere nemo queat; imo ne omnino quidem cogitare, quanta res humanas absurditas invaserit. 16. Nam cum mecum ipse aliquando reputassem, atque existimassem, me omnibus qui ante me fuissent, hac in re sapientiorem esse; 17. in animum induxi, tum parabolas intelligere, tum rerum naturas. 18. Cæterum incassum mihi ad eam rem animum conferre visus sum; quod, ut sapientiam scientia sequitur, ita scientiæ comites sint labores.

A ἔγνων παραβολάς τε συνεῖναι καὶ πραγμάτων φύσεις. Ὠήθην δὲ τηνάλλως ἐπὶ τούτῳ φέρεσθαι, καὶ σοφίᾳ μὲν γνῶσιν ἕπεσθαι, γνώσει δὲ πόνους ἐπακολουθεῖν.

CAPUT II.

1. Hæc igitur ad hunc modum se habere arbitratus, alterum vitæ genus capessere proposui, deliciisque memet tradere, variasque voluptates experiri. Verum nunc omnia hæc vana esse intellexi: 2. Atque hinc risum solutum, temereque vagantem compescui; hinc voluptatem ad temperantiam coercui, acerbeque ei succensui. 3. Ad hæc, cum eam vim esse animæ cogitassem, ut temulentam corporis naturam atque instar vini diffluentem, sistere possit rursusque continentia cupiditatem subjici ac servitute premi; perspiciendum mihi esse constitui, quidnam tandem hominibus propositum sit serium, vereque bonum et honestum, quod in hac vita conficiant. Nam reliqua omnia, quæ præclara et admiratione digna censentur, percurri; 4. Velut excelsissimarum ædium erectiones, et vitium consitiones; 5. Atque insuper hortorum structuras, frugiferarumque omnis generis arborum possessiones, studiosasque excultiones; 6. Ubi etiam ingentes lacus ad aquarum exceptiones confecti sunt, ad uberem et copiosam arborum rigationem distributi. 7. Jam vero famulorum quoque agmine septus fui, tum servis tum ancillis; eosque partim externe comparavi, partim apud me natos possedi. Quinetiam plures quadrupedum animantium greges, tum boum tum pecudum, in meam, quam in cujusquam eorum qui olim exstiterunt, potestatem venerunt. 8. Sed et auri et argenti thesauri mihi affluebant, utpote qui reges omnes eo adduxissem, ut mihi et munera afferrent, et tributa persolverent. Præterea chori complures ad meam oblectationem agitabantur, virorum simul et feminarum, concinnissimum cantum et modulatissimum efficientium. Convivia porro et pincernas (nam ea in hanc voluptatis partem retuleram) ex utroque hominum sexu delectos, et eximios, ne numero quidem complecti possim; 9. Adeo his, omnes qui ante me Hierosolymis regnarunt, antecellui. Hinc autem contingebat, ut mihi et sapientia imminueretur, et vitiosa cupiditas cresceret. 10. Nam cum omnibus oculorum illecebris, et impotentibus petulantibusque cordis desideriis undique incursantibus, totas habenas permisissem, ac volu-

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Τοῦτο δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχειν νομίσας, ἔγνων ἐπὶ ἑτέραν ἰδέαν τραπέσθαι βίου, καὶ ἐκδοῦναι μὲν ἐμαυτὸν τρυφῇ, πεῖραν δὲ λαβεῖν ἡδονῶν ποικίλων. Νῦν τοίνυν συνῆκα ὡς τὰ τοιαῦτα μάταια σύμπαντα· καὶ γέλωτα μὲν εἰκῇ φερόμενον ἐπέσχον, ἡδονὴν δὲ πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐκόλασα, πικρῶς ἐπιτιμήσας B αὐτῇ. Λογισάμενος δὲ, ὅτι ψυχὴ δύναται στῆσαι μεθύουσαν καὶ ῥέουσαν ὥσπερ οἶνον σώματος φύσιν, ἐγκράτεια δὲ δουλοῦται ἐπιθυμίαν· προεθυμήθην κατιδεῖν, τί ποτε εἴη προκείμενον ἀνθρώποις σπουδαῖον, καὶ τῷ ὄντι καλὸν ὃ καταπράξονται παρὰ τοῦτον τὸν βίον. Διεξελήλυθα γὰρ τὰ λοιπὰ σύμπαντα ὅσ' ἀξιάγαστα νομίζεται, οἴκων τε ὑπερυψήλων ἀνορθώσεις καὶ φυτείας ἀμπέλων, ἔτι δὲ παραδείσων κατασκευάς, καὶ παντοίων δένδρων καρποφόρων κτήσεις καὶ ἐπιμελείας· ὅπου δὲ καὶ δεξαμεναὶ μεγάλαι πρὸς ὑποδοχὰς ὑδάτων κατεσκευάσθησαν, εἰς δαψιλῆ ἀρδείαν τῶν φυτῶν ἀπονενεμημέναι. Περιεβαλόμην δὲ καὶ οἰκετῶν πλῆθος, θεράποντας καὶ θεραπαίνας· ἄλλους μὲν ἔξωθεν κτησάμενος, ἄλλους C δὲ καὶ παρ' ἐμαυτῷ γενομένους (91) καρπωσάμενος. Ζώων δὲ τετραπόδων ἀγέλαι, πολλαὶ μὲν βουκολίων, πολλαὶ δὲ ποιμνίων ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἦλθον ἐξουσίαν παρ' ὁντινοῦν τῶν πάλαι. Θησαυροί τε χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου προσέῤῥεον, δορυφόρους (92) τέ μοι καὶ δασμοφόρους, τοὺς ἁπάντων βασιλεῖς πεποιημένῳ. Χοροί τε συνεκροτοῦντο παμπληθεῖς, ἀῤῥένων δέ τε (93) ὁμοῦ καὶ θηλειῶν εἰς τὴν ἐμὴν τέῤψιν, παναρμόνιον ἐκπονούντων ᾠδήν. Συμπόσιά γε μὴν καὶ οἰνοχόους εἰς τοῦτο ἀπέταξα τῆς τρυφῆς μέρος ἐξ ἑκατέρου γένους ἀνθρώπων ἐξειλεγμένους, οὐδ' ἂν καταλέγειν ἔχοιμι, τοσοῦτον ὑπερέβαλον τούτοις τοὺς πρὸ ἐμοῦ βασιλεύσαντας Ἱερουσαλήμ. Εἶτα συνέβαινε, τὰ μὲν τῆς σοφίας μοι ἐλαττοῦσθαι, πληθύνειν δὲ τὰ τῆς οὐκ ἀγαθῆς ἐπιθυμίας. Παντὶ γὰρ ὀφθαλD μῶν τε δελεάσματι, καὶ καρδίας ἀκράτοις ὁρμαῖς ἐφιεὶς πανταχόθεν προσπιπτούσαις, ἡδονῶν ἐλπίσιν ἐμαυτὸν ἐκδεδωκώς· καὶ πάσαις τρυφαῖς δειλαίαις (94), τὴν ἐμαυτοῦ ἐγκατέδησα προαίρεσιν. Οὕτω γάρ μου αἱ ἐνθυμήσεις, εἰς δυσπραγίαν ἠνέχθησαν, ὡς ταῦτα μὲν εἶναι καλὰ, ταῦτα δέ μοι προσήκειν διαπράττεσθαι νομίζειν. Εἶτα ποτὲ ἀνανήψας ἐγὼ καὶ ἀναβλέψας, κατεῖδον ἅπερ ἐν

(91) *Γενομένους*. Cod. Medic., γενέσθαι. Ducæus.

(92) *Δορυφόρους*. Scripserat in margine libri sui Basileæ excusi Billius: *Quid si* δωροφόρους? sed transversa linea conjecturam suam jugularat, quam tamen in sua interpretatione secutus est. Si δορυφόρους legas, *satellites* vel *apparitores* intelliges. At suffragatur alteri lectioni Scriptura III Reg. IX, 24: *Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomonis, et ferebant dona.* Ib.

(93) *Ἀῤῥένων δέ τε*. Medic. cod. deleto δὲ legit ἀῤῥένων τε ὁμοῦ. Ib.

(94) *Δειλαίαις*. Savilii codex Anglicus δείλαιος. Paulo post ms. Medic., μοχθηρά τε ὁμοῦ. Ib.

Digitized by Google

χερσὶν εἶχον, μοχθηρὰ ὁμοῦ καὶ παγχάλεπα, πνεύματος οὐκ ἀγαθοῦ ποιήματα. Οὐδὲν γὰρ ὁτιοῦν ὑπ' ἀνθρώπων ῥηθὲν, ἀποδεκτὸν εἶναί μοι νῦν καταφαίνεται καὶ περισπούδαστον ὀρθῷ λογισμῷ. Συλλογισάμενος οὖν τά τε σοφίας ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἀφροσύνης κακὰ, εἰκότως ἂν ἱκανῶς θαυμάζοιμι ἄνδρα τοιοῦτον, ὃς τις φερόμενος ἀλόγως· ἔπειτα ἑαυτοῦ λαβόμενος, εἰς τὸ δέον ἐπιστρέψει (95). Φρονήσεως γὰρ καὶ ἀφροσύνης· πολὺ τὸ μέσον, διαφορὰ δὲ ἀμφοῖν τοσαύτη, ὅση περ ἡμέρας πρὸς νύκτα. Ἔοικε τοίνυν, ὁ μὲν ἀρετὴν ῥηθεὶς, τρανῶς τε ἕκαστα καὶ ἄνω βλέποντι· τῆς τε ἑαυτοῦ πορείας, λαμπροτάτου φέγγους καιρῷ πεποιημένῳ· ὁ δ' αὖ κακίᾳ ἐμπεπλεγμένος, καὶ πλάνῃ παντοίᾳ ὡς ἐν σκοτομήνῃ πλανωμένῳ, τυφλός τε ὢν τὴν πρόσοψιν, καὶ ὑπὸ τοῦ σκότους τῶν πραγμάτων ἀφῃρημένος (96). Τέλος δὲ ἐπινοήσας ἑκατέρου τῶν βίων τούτων ἐγὼ τὸ διάφορον, εὗρον οὐδὲν, καὶ ὡς κοινωνὸν ἀφρόνων ἐμαυτὸν καταστήσας, τὰ τῆς ἀφροσύνης ἐπίχειρα δέξομαι. Τί γὰρ ἡ τῶν σοφισμάτων ἐκείνων ἀγαθὸν, ἡ ποία δνησις τῶν πολλῶν λόγων, ὅπου γε τὰ φλυαρίας ῥεύματα, ὥσπερ ἐκ πηγῆς ὁρμᾶται τῆς ἀφροσύνης; Σοφῷ δὲ καὶ ἄφρονι κοινὸν οὐδὲν, οὐ κατὰ ἀνθρώπων μνήμην, οὐ κατὰ Θεοῦ ἀμοιβήν. Τῶν δ' ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων, ἔτι ἄρχεσθαι δοκούντων, ἤδη τὸ τέλος ἐπιλαμβάνει ἁπάντων. Σοφὸς δὲ οὐδέποτε ἀσυνέτῳ τοῦ αὐτοῦ κοινωνεῖ τέλους. Ἐμίσησα τοίνυν καὶ τὸν σύμπαντά μου βίον, τὸν ἐν τοῖς ματαίοις ἀναλωθέντα, ὃν διήγαγον τοῖς περὶ γῆν πόνοις προστετηκώς. Ὡς γὰρ συνελόντι φάναι, πάντα μοι λυπηρῶς ἐκμεμόχθηται ὁρμῆς ἀλογίστου γενόμενα ποιήματα· καὶ διαδέξεταί τις αὐτὰ ἕτερος, εἴτε σοφὸς, εἴτε ἠλίθιος, τὰς ψυχρὰς τῶν ἐμῶν καμάτων ἐπικαρπίας. Ἀπολαβομένῳ δέ μοι ταῦτα καὶ ἀπορρίψαντι, κατεφάνη τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ προκείμενα ἀνθρώπῳ, σοφίας τε γνῶσις, καὶ κτῆσις ἀνδρείας. Εἰ δέ τις τούτων μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, ἑτέρων δὲ ἐπτόηται, ὁ τοιοῦτος εἵλετο μὲν πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, μετῆλθε δὲ κακίαν ἀντὶ χρηστότητος, καὶ μόχθον ἀνθ' ἡσυχίας, ταράχοις ποικίλοις περιελκόμενος, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν συνεχόμενος ἀεὶ, σώματός τε ἐπείγουσι καμάτοις, καὶ ψυχῆς φροντίσιν ἀδιαλείπτοις, σφαδαζούσης αὐτῷ τῆς καρδίας, ἀλλοκότων ἕνεκα πραγμάτων. Οὐ γὰρ τὸ τέλειον ἀγαθὸν περὶ βρῶσίν τε καὶ πόσιν ἱζάνει· εἰ καὶ μάλιστα ἐκ Θεοῦ ἀνθρώποις γίνονται αἱ τροφαί· οὐδὲν γὰρ τῶν πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν δεδομένων ἔξω τῆς αὐτοῦ ὑπάρχει προνοίας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σοφίας ἐκ Θεοῦ τυχὼν, εὐφροσύνης ἔτυχεν οὐρανίου· ὁ δ' αὖ πονηρὸς, θεηλάτοις ἐλαυνόμενος κακοῖς, πλεονεξίαν νοσῶν, πολλά τε ἀθροΐσαι σπουδάζει, καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ τετιμημένον ἐναντίον τοῦ πάντων Δεσπότου ὀνειδίσαι σπεύδει, δῶρα προτείνων ἄχρηστα, δολερά τε ὁμοῦ καὶ μάταια τῆς ἑαυτοῦ ἀθλίας ψυχῆς σπουδάσματα πεποιημένος.

A platum spei me ipsum dedidissem; miseris omnibus deliciis animi voluntatem astrinxi. Meæ namque cogitationes eo infelicitatis prolapsæ sunt, ut hæc honesta et egregia, dignaque quæ facerem arbitrarer. 11. Tandem vero expergefactus, atque oculis restitutus, ea quæ in manibus habebam, flagitiosa simul acerbitatisque plena esse perspexi, spiritusque non boni opificia. Neque enim ullum hominum studium vitæque institutum comprobandum mihi nunc videtur, nec recto judicio expetendum. 12. Proinde mente collectis et sapientiæ bonis et stultitiæ malis, magna hunc virum admiratione prosecutus fuerim, qui cum præceps ferretur temereque vagaretur, postea mente recepta, ad virtutem officiumque rediit. 13. Prudentia enim et dementia B magno interstitio disjunctæ sunt, nec minus inter utramque est discriminis quam inter diem et noctem. 14. Quocirca qui virtutem amplexus est, haud mihi ab eo differre videtur, qui rem unamquamque perspicue cernit, sursumque prospectat, clarissimæque lucis tempore iter facit [1]. Contra qui se vitio implicuit omnisque generis erroribus, haud absimilis est homini in profunda caligine oberranti, quippe qui cæcitate affectus sit, atque a negotiorum tenebris exoculatus. 15. Denique utriusque harum vitarum differentiam animo assecutus, nihil postea reperi, quin illud potius fore, ut si me ad stultorum societatem ac sodalitium contulissem, stultitiæ præmia perciperem. Quid enim ex argu- C tiis illis commodi referri, aut quid fructus ex prolixis sermonibus colligi potest; cum quidem loquacitatis importunæ flumina ab insipientia velut a fonte oriantur? 16. Sapienti porro et stolido nihil commune est, nec quantum ad hominum memoriam, nec quantum ad Dei remunerationem. Res autem humanas cum adhuc oriri videntur, jam finis arripit. Sapiens porro ejusdem cum stolido finis nunquam est particeps. 17. Quare vitam omnem meam exsecrari cœpi, quam in rebus vanis traduxeram atque consumpseram, terrenis laboribus intabescens. 18. Etenim ut uno verbo complectar, omnia mihi magna cum molestia elaborata sunt, præcipiti animi impetu ita me pertrahente; 19. Atque ea alius excepturus est, sapiens an excors et D stolidus, nescio; frigidos, inquam, laborum meorum fructus. His autem excussis atque projectis, mihi vera bona hominibus proposita apparuerunt; hoc est, sapientiæ cognitio, et fortitudinis adeptio. Quod si quis harum cura neglecta, alius cujuspiam rei cupiditate incitatur; hic et mala bonis anteponit, et vitium pro benignitate et virtute consectatur; 20. Et ærumnam pro quiete, variis tumultibus distractus, noctu atque interdiu divexatus, tum urgentibus corporis laboribus, tum perpetuis animæ cu-

[1] Prov. XVII, 24; Eccle. VIII, 1.

(95) *Ἄνδρα τοιοῦτον... ἐπιστρέψει.* Mss. reg. et Thuan., ἄνδρα τοῦτον. Mox vero cod. Medic., ἐπιστρέψῃ. Ducæus.

(96) *Τυφλός τε ὢν... ἀφῃρημένος.* Minime dubium est quin legendum sit, τυφλός τε ὤν, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπὸ τοῦ σκότους... ἀφῃρημένος. In præteritis enim accusativo semper jungitur ἀφαιροῦμαι. Billius.

Digitized by Google

ris, pectore illi ob absurda negotia ingemiscente et palpitante. 21. Neque enim summum et perfectum bonum in esculentis et poculentis consistit; etsi alioqui maximo Dei beneficio alimenta mortalibus contingunt. Nihil enim eorum quæ nobis ad salutem data sunt, citra ipsius providentiam exsistit. 22. Verum probus quidem vir, sapientiamque Dei dono consecutus, cœlesti voluptate fruitur; 23. Improbus autem malis divinitus immissis stimulatus avaritiæque morbo correptus, multa congerere studet; 24. Atque eum quem Deus honore affecit, in omnium Domini conspectu probris incessere festinat, dona inutilia porrigens, insidiosa simul et vana animæ suæ miseræ studia faciens.

CAPUT III.

1. Enimvero hoc tempus, rebus inter se maxime contrariis plenum est; 2. Partus et mortis, ortus stirpium et aversionis atque interitus, 3. Curationum et cædium, exstructionis ædium et destructionis, 4. Gemitus et risus, planctus et saltationum. 5. Nunc terræ fructus aliquis colligit, nunc rursus ejicit; nunc mulierem deperit, atque insano amore complectitur; nunc impense eam odit et aversatur; 6. Nunc aliquid quærit, nunc amittit; nunc diligenter asservat, nunc projicit; 7. Nunc interficit, nunc obtruncatur; nunc loquitur, nunc silentio acquiescit; 8. Nunc amat, nunc odio insectatur. Res enim humanæ, nunc bello afflictantur, nunc tranquillæ et pacatæ sunt; tantaque est earum inconstantia, ut quæ modo secundæ esse videntur, B celeri momento in certissima mala delabantur. 9. Ac proinde vanis laboribus exerceri desinamus. 10. Hæc enim omnia, ut mihi quidem videtur, ad homines virulentis aculeis concitandos posita sunt. 11. Atque perversus quidem explorator occasionisque captator huic sæculo inhiat, Dei figmentum delere ac perdere omni contentione annitens, ut qui a principio ad extremum usque cum eo confligere instituerit. 12. Persuasum itaque habeo, animi hilaritatem, 13. et beneficentiam, maxima homini bona esse; 14. atque adeo brevem hanc solam voluptatem divinitus obvenire, si rebus gerendis justitia præeat. 15. At vero æternarum rerum statui corruptionisque expertium, quas Deus firmissime constituit, nec aliquid detrahere, nec addere C quisquam potest. 16. Verum formidolosæ simul et admirabiles illæ sunt; atque eæ quidem quæ jam fuerunt, stabiles manent; quæ autem futuræ sunt, jam secundum præscientiam exstiterunt. Cæterum is qui injuste læsus est, Deo auxiliatore utitur. 17. Porro in inferis partibus supplicii barathrum vidi, impios excipiens; piis contra, sedem alteram patefactam. 18. Illud quoque cogitavi, apud Deum æqualia omnia esse, existimari et judicari; idem esse justos et injustos; idem animalia ratione utentia et bruta. 19. Tempus enim omnibus æque admensum esse, et mortem impendere; idemque apud Deum esse, hominum et jumentorum genus, sola tantum articulata vocis prolatione inter se differre; reliqua D

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

A Χρόνος δὲ οὗτος πάντων γέμει τῶν ἐναντιωτήτων (97), τοκετῶν, εἶτα θανάτων, βλαστήσεως φυτῶν, εἶτα ἀνατροπῆς· ἰάσεων καὶ ἀναιρέσεων, οἴκων τε εὐορθώσεως καὶ καταλύσεως, κλαυθμῶν καὶ γελώτων, κοπετῶν καὶ ὀρχημάτων. Νῦν μὲν συνάγει τις τὰ ἀπὸ γῆς, νῦν δὲ ἐξέβαλε· καὶ ποτὲ μὲν ἐπιμέμηνε γυναικὶ, ποτὲ δὲ αὐτὴν ἀποστυγεῖ. Καὶ νῦν μὲν ἐζήτησέ τις ὁτιοῦν, νῦν δὲ ἀπώλεσε· καὶ νῦν μὲν ἐφύλαξε, νῦν δὲ προήκατο· ἄλλοτε ἀπέκτεινεν, ἄλλοτε ἐφονεύθη· ἐλάλησεν, εἶτα ἡσύχασεν· ἠγάπησεν, εἶτα ἐμίσησε. Τὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις πράγματα ποτὲ μὲν πολεμεῖται, ἄλλοτε δὲ εἰρηνεύεται, ὀξυῤῥόπως τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγαθῶν εἶναι δοκούντων εἰς ὁμολογούμενα κακὰ μεταπιπτόντων. Παυσώμεθα τοίνυν ἐξ B ἀνοήτων μόχθων. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα, ὡς γέ μοι δοκεῖ, κέντροις ἰοβόλοις ἀνθρώπους ἐξοιστρεῖν ἐτέθη. Καιροσκόπος δή τις πονηρὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον περικέχηνεν, ἀφανίσαι ὑπερδιατεινόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ πλάσμα, ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ μέχρι τέλους πολεμεῖν ἠρημένος. Πέπεισμαι τοίνυν τὰ μέγιστα ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ εὐθυμίαν καὶ εὐποιΐαν ὑπάρχειν, καὶ μέν τοι καὶ τὴν πρόσκαιρον ταύτην ἀπόλαυσιν ἐκ Θεοῦ παραγενέσθαι μόνον, εἰ δικαιοσύνη τῶν πράξεων (98) ἡγοῖτο. Τῶν δὲ αἰωνίων καὶ ἀφθάρτων πραγμάτων, ὅσα ὁ Θεὸς παγίως ὥρισεν, οὔτε τι ἀφελεῖν, οὔτε τι προσθεῖναι δυνατόν. Ὦ τινι οὖν, ἀλλ' ἔστιν, ἐκεῖνα φοβερά τε ὁμοῦ καὶ θαυμαστά· καὶ τὰ μὲν γενόμενα, ἔστηκε· τὰ δὲ ἐσόμενα, ἤδη κατὰ τὸ προεγνῶσθαι γεγένηται. Θεῷ δὲ κέχρηται ὁ ἀδικούμενος βοηθῷ. Εἶδον ἐν τοῖς C κάτω μέρεσι, κολάσεως μὲν βάραθρον τοὺς δυσσεβεῖς δεχόμενον, εὐσεβέσι δὲ χῶρον ἕτερον ἀνειμένον. Ἐλογισάμην δὲ πάντα ὅμοια ὑπάρχειν παρὰ Θεῷ νομίζεσθαι καὶ κρίνεσθαι, ταυτὸν εἶναι δικαίους καὶ ἀδίκους, λογικὰ καὶ ἄλογα. Χρόνον τε γὰρ ἅπασιν ὁμοίως ἐπιμεμετρῆσθαι, καὶ θάνατον ἐπηρτῆσθαι, ταυτόν τε εἶναι παρὰ Θεῷ κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων φῦλα, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων, μόνῳ τῷ ἐνάρθρῳ τῆς φωνῆς· συμβαίνειν δὲ αὐτοῖς ἅπαντα παραπλήσια, καὶ τὸν θάνατον χωρεῖν, οὐδὲν μᾶλλον ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, ἥπερ καὶ ἐπ' ἀνθρώπους (99). Πνεῦμα γὰρ πᾶσιν ὅμοιον εἶναι, καὶ πλέον ὑπάρχειν ἐν ἀνθρώποις μηδὲν, ἀλλὰ πάντα ἐνὶ λόγῳ εἶναι μάταια, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γῆς λαβόντα τὴν σύστασιν, καὶ εἰς D τὴν αὐτὴν γῆν ἔξοντα τὴν ἀνάλυσιν. Ἄδηλον γὰρ εἶναι

(97) *Ἐναντιωτήτων*. Anglicus cod., ἐναντιωτάτων. Duc.

(98) *Τῶν πράξεων*. Ms. Medic., τῶν πραγμάτων ἡγοῖτο. Duc.; et sic legendum, vel, ἐναντιοτήτων.

(99) *Οὐδὲν μᾶλλον... ἐπ' ἀνθρώπους. Nec mortem magis in cætera animalia, quam in homines grassari.* Hoc dicit, inquit Hieronymus, non quod animam putet perire cum corpore; vel unum bestiis et hominibus præparari locum: sed quod ante adventum Christi omnia ad inferos pariter ducerentur. Quod ne putemus dici etiam de anima, intulit: *Omnia facta sunt de terra, et revertentur in terram. De terra autem nihil nisi corpus factum est.* Bill.

Digitized by Google

περί τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, εἰ ἀναπτήσονται (1) ἄνω, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἃς τὰ ἄλογα κέκτηνται, εἰ κάτω διαῤῥυήσονται. Καὶ ὅ μοι ἐδόκει μηδὲν ἕτερον ὑπάρχειν ἀγαθὸν, εἰ μὴ τρυφὴ καὶ τῶν παρόντων χρῆσις. Οὐ γὰρ εἶναι πάλιν ὠήθην, ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τούτων ἐλθεῖν δυνατὸν, ἅπαξ ἀνθρώπῳ θανάτου γευσαμένῳ.

A autem omnia ipsis eodem modo contingere; 20. Nec mortem magis in cætera animalia quam in homines grassari. 21. Omnibus enim æqualem spiritum esse, nec quidquam omnino amplius homines habere; sed cuncta, ut uno verbo dicam, vana esse ab eadem terra coagmentationem habentia, atque in eamdem terram dilapsura. Incertum enim esse, tum de humanis animabus, an sursum convolaturæ sint; tum de reliquis quas animalia ratione carentia acceperunt, an deorsum diffluxuræ sint; 22. Ac mihi nullum aliud bonum esse videbatur, quam deliciæ et præsentium commodorum usus. Neque enim fieri posse putavi, ut quisquam rursus ad percipiendas voluptates accedat, posteaquam mortem semel degustarit.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ἀπὸ δὲ τούτων ἁπασῶν ἐμαυτὸν ἐπιστρέψας τῶν ἐννοιῶν κατεσκεψάμην καὶ ἀπεστράφην πάντα εἴδη συκοφαντιῶν τὰ ἐν ἀνθρώποις πλαζόμενα, ἐξ ὧν τινὲς μὲν ἀδικούμενοι δακρύουσι καὶ θρηνοῦσι, βίᾳ καταβεβλημένοι τῶν ἐπαμυνόντων (2), ἢ ὅλως παραμυθησομένων αὐτοὺς πάσης πανταχόθεν κατεχούσης ἀπορίας· οἱ δὲ χειροδίκαι εἰς ὕψος αἴρονται, ἐξ οὗ καὶ πεσοῦνται. Τῶν δὲ ἀδίκων καὶ θρασέων, οἱ μὲν ἀποθανόντες, ἄμεινον παρὰ τοὺς μέχρι νῦν ζῶντας ἔπραξαν. Αἱρετώτερος δὲ τούτων ἀμφοτέρων, ὁ ὅμοιος αὐτοῖς ἐσόμενος, μηδέπω δὲ (3) γεγονὼς, ὅτι οὔπω τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἥψατο πονηρίας. Φανερὸν δέ μοι ἐγένετο καὶ ὁπόσος ἀνδρὶ φθόνος παρὰ τῶν πέλας ἕπεται, οἴστρος ὑπάρχων πονηροῦ πνεύματος· καὶ ὅτι ὁ ὑποδεξάμενός τε αὐτὸν, καὶ οἱονεὶ προστερνισάμενος, οὐδὲν ἕτερον ἔχει, ἢ τὸ διεσθίειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ διαπρίειν τε καὶ δαπανᾶν μετὰ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ λύπην ἀπαραμύθητον, τὴν τῶν ἄλλων εὐπραγίαν τιθέμενον (4). Ἕλοιτο δ' ἂν τις εὖ φρονῶν θατέραν ἐμπλῆσαι τῶν χειρῶν, σὺν ῥᾳστώνῃ καὶ πραότητι, ἥπερ ἀμφοτέρας σὺν μόχθῳ, καὶ δολεροῦ πνεύματος πανουργίᾳ. Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον, ὅπερ οἶδα συμβαῖνον παρὰ τὸ προσῆκον, ἀνδρὸς ἕνεκα προαιρέσεως οὐκ ἀγαθῆς. Ὃς μεμονωμένος πάντοθεν, καὶ οὔτε ἀδελφὸν ἔχων, οὔτε υἱὸν, κτήμασι δὲ πολλοῖς εὐθηνούμενος, ἀπληστίᾳ συζῶν, χρηστότητι ἑαυτὸν οὐθ' ὅλως ὁτιοῦν ἐπιδοῦναι θέλει. Ἡδέως οὖν ἂν αὐτὸν ἐροίμην, ὅτου χάριν ὁ τοιοῦτος μοχθεῖ, τὸ μὲν ἀγαθόν τι δρᾶσαι προτροπάδην φεύγων, ποικίλαις δὲ τοῦ χρηματίσασθαί ποθεν ἐπιθυμίαις διασπώμενος. Πολλῷ δὲ τούτου βελτίους οἱ κοινωνίαν ἅμα βίου ἐστείλαντο, ἐξ ἧς καρποῖντο ἂν τὰ βέλτιστα (4'); Δύο γὰρ ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ὀρθῶς προσκειμένων, εἰ καὶ θατέρῳ τινὶ προσπέσῃ τι· ἀλλὰ μὴν οὐ μικρὰν ἐπικουρίαν ἔχει, τὸν αὐτῷ συνόντα. Μεγίστη δὲ καὶ συμφορὰ ἀνθρώπῳ δυσπραγοῦντι, καὶ ἡ ἐρημία τοῦ ἀνακτησομένου. Οἱ δ' αὖ ὁμοδίαιτοι, καὶ τὴν εὐπραγίαν αὐτοῖς ἐδιπλασίασαν, καὶ πραγμάτων ἀβουλήτων χειμῶνα παρεμυθήσαντο· ὥστε καὶ μεθημέραν τῇ ἐπ' ἀλλήλοις λαμπρύνεσθαι παῤῥησίᾳ, καὶ νύκτωρ

CAPUT IV.

1. Ab iis omnibus cogitationibus animum revocans consideravi, atque aversatus sum omnia sycophantiarum genera inter homines errantia, quibus nonnulli inique circumventi ac per vim dejecti, lacrymas fundunt atque ingemiscunt; undique ab amicis prorsus inopes, qui eorum causam tueantur, aut certe afflictos consolentur. At vero violenti homines jusque in manibus habentes, in sublime vehuntur, ob eamque causam corruent. 2. Enimvero ex conscleratis et audacibus, ii qui ex hac vita migrarunt, meliore conditione sunt, quam qui etiamnum vivunt. 3. Utrisque autem præferendus, qui similis eorum futurus est, nec creatus adhuc est; quoniam hominum improbitatem nondum attigit. 4. Perspicuum mihi quoque factum est, quanta proximorum invidia probum virum sequatur, œstrum exsistens impuri spiritus. 5. Quodque is qui hanc susceperit, ac velut pectore complexus fuerit, nihil aliud habet, quam quod animam suam exest et dissecat, simulque cum corpore absumit; mœrorem acerbissimum, nec solatio ullo mitigabilem, aliorum prosperitatem existimans. 6. Atqui præoptarit vir sapiens et cordatus, alteram manum cum facilitate et levitate implere; quam utramque cum ærumna et fraudulenti spiritus calliditate et versutia. 7. Est et quiddam aliud, quod præter fas et æquum homini ob improbam voluntatem contingere scio. 8. Qui undique solus relictus, nec fratrem nec filium habens, facultatibus et copiis affluens, inexplebili cupiditate ardet, nec beneficentiæ atque humanitati se ipsum ullo modo tradere cupit. Ex eo igitur lubens quæsiverim, quam ob causam laboribus se conficiat, boni quidem aliquid facere summopere fugiens, multiplicibus autem quæstus alicunde faciendi cupiditatibus distractus. 9. Quanto tandem hoc meliores, qui vitæ societatem inierunt, ex qua optimos fructus decerpere queant? 10. Duobus enim viris rebus iisdem recte incumbentibus, etiamsi alteri quidpiam adversi accidat, tamen haud leve subsidium in sodali et contubernali suo positum habet.

(1) *Ἀναπτήσονται.* Codices regii et Thuan., ἀναστήσονται. Duc.

(2) *Βίᾳ καταβεβλημένοι τῶν ἐπαμυνόντων.* Post participium καταβεβλημένοι collocanda est virgula, ut genitivus sequens ἐπαμυνόντων regatur a genitivo ἀπορίας, non autem a dativo βίᾳ. Neque enim vi dejicimur ab iis qui nobis succurrunt: *ἐπαμυνόντων* autem ἀντὶ τοῦ *ἐπαμύνειν ὀφειλόντων* accipere, ut Wolfangus facit, nimis violentum mihi videtur. Bill.

(3) *Μηδέπω δέ.* Billius ex cod. Medic., καὶ μηδέπω γεγονώς. Duc.

(4) *Τιθέμενον.* Cod. Medic., τιθέμενος Id.

(4') Ex nota interrogativa conjicere licet, legendum πόσῳ, loco, πολλῷ, nisi interrogationem exclusiore magis placeat. Edit.

Digitized by Google

Gravissima autem est calamitas homini adversa fortuna utenti, carere amico qui jacentem luctuque afflictum excitet ac recreet. At qui contubernii necessitudine juncti sunt, et prosperi successus voluptatem sibi invicem conduplicant, et rerum præter voluntatem fluentium tempestatem leniunt: 11. Adeo ut et diu mutua libertate splendescant, et noctu honestate ac gravitate fulgeant. 12. Contra qui vitam ab omni hominum societate semotam ducit, horrendam quamdam vitam traducit, non intelligens cum temere ac periculose sibi consulere, qui multos homines mutuo præsidio circumseptos adortus fuerit; ac præterea funem triplici nexu contextum haudquaquam facile perfringi solere. 13. Ego vero juvenem pauperem, modo prudentia ornatum, antepono seni regi stolido, cui in mentem non venit fieri posse, 14. ut quispiam ex carcere atque ergastulo ad regni gubernacula constituatur; ipse autem postea iniquo principatu juste exturbetur. 15. Nonnunquam enim evenit, ut qui juveni quidem, cæterum cordato, subsunt, mœstitia vacent, saltem majores natu. Nam qui postea in lucem prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare possunt. 16. Abducti videlicet inconsulto consilio, adversariique spiritus impetu præcipites acti. 17. Quisquis autem Ecclesiastæ munere fungeris, illud ob oculos habeto, ut et rectum vitæ iter teneas, et pro stultis preceris, ut accepta prudentia malorum actiones vitare sciant.

A φαιδρότητι σεμνύνεσθαι (5). Ὁ δὲ βίον ἀκοινώνητον ἕλκων, φρικώδη τινὰ ἑαυτῷ διεξάγει ζωὴν, οὐκ ἠσθημένος, ὡς εἰ καὶ ἐπίθοιτό τις ἀνθρώποις συμπεφραγμένοις, θρασέως καὶ οὐκ ἀσφαλῶς βουλεύεται (6), καὶ ὅτι οὐδὲ σχοῖνος τριπλῇ ῥᾳδίως ἀπορρήγνυσθαι πέφυκεν. Ἐγὼ δὲ (7) προκρίνω νέον πένητα σώφρονα, γέροντος βασιλέως ἄφρονος, ᾧ ἐνθύμιον οὐ γεγένηται, ὡς δυνατόν ἐστι, τῶν μὲν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τινὰ εἰς τὸ βασιλεῦσαι καταστῆναι, αὐτὸν δὲ τῆς ἀδίκου δυναστείας, δικαίως ὕστερον ἐκπεσεῖν. Συμβαίνει γὰρ τοὺς ὑπὸ τῷ νέῳ μὲν, ἐμφρονι δὲ τεσσομένους, ἀλύπους εἶναι τοὺς ὅσοι προγενέστεροι (8). Οἱ γὰρ μετέπειτα γενόμενοι, διὰ τὸ ἑτέρου ἀπειράτως ἔχειν, οὐδὲ τοῦτον ἐπαινεῖν δύνανται, ἀγόμενοί τε γνώμῃ ἀλογίστῳ, καὶ ὁρμῇ πνεύματος ἐναντίου. Ἐκκλησιάζων δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχε τόν τ' ἑαυτοῦ βίον ὀρθῶς B διαπορεύεσθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀφρόνων εὔχεσθαι, ὅπως ἐπίσταιντο σύνεσιν λαβόντες, ἐκκλίνειν τὴν πρᾶξιν τῶν πονηρῶν.

CAPUT V.

1. Lingua parce uti, præclarum; atque ad loquendi studium, gravitatem constantiamque cordis adhibere. Non enim nos inconsulto loquendi studio teneri oportet, eaque quæ in mentem veniunt, quamvis absurda, proferre atque emittere; verum C illud cogitare, quod licet magno intervallo a cœlo distemus, certum est tamen sermones nostros a Deo exaudiri; atque utile est lapsum in loquendo cavere. 2. Quemadmodum enim varias animæ curas multiplex insomniorum species subsequitur, ad eumdem quoque modum stultis verbis nugacitas conjuncta est. 3. Pollicitatio porro voto facta, finem per opus accipiat. Est hoc stultorum proprium, ut rejectitii sint. At tu promissi veritatem præsta,

ΚΕΦΑΛ Ε'.

Γλώσσης δὲ φείδεσθαι καλὸν, καὶ εὐσταθούσῃ χρῆσθαι καρδίᾳ ἐν τῇ περὶ λόγους σπουδῇ. Οὐ γὰρ χρὴ ἀλογίστως αὐτῶν ἔχοντα, κἂν ἄτοπα, ἢ τὰ ἐπὶ νοῦν ἐλθόντα, ταῦτα προΐεσθαι διὰ τῆς φωνῆς· ἀλλ' ἐνθυμουμένους, ὅτι εἰ καὶ πολὺ ἀφεστήκαμεν οὐρανοῦ, C γινώσκειν χρὴ, ὅτι ἐπ' ἐπηκόῳ φθεγγόμεθα Θεοῦ, καὶ ἔστι λυσιτελὲς λαλεῖν ἀπεριπτώτως. Ὥσπερ δὲ φροντίσι ψυχῆς ποικίλαις παρέπεται ὀνειράτων παντοδαπὴ φαντασία (9)· οὕτω καὶ ἀφροσύνῃ φλυαρία συνέζευκται. Ἐπαγγελία δὲ δι' εὐχῆς γινομένη, τέλος λαμβανέτω δι' ἔργου. Ἀφρόνων δὲ ἴδιον, τὸ ἀποβλήτους εἶναι· σὺ δὲ ἀληθὴς ἔσο, γινώσκων ὡς πολλῷ ἄμεινον μὴ εὔξασθαί σε, μηδὲ ὑποσχέσθαι τι δρᾶσαι, ἢ εὐξάμενον, εἶτα παραλιπεῖν. Δεῖ δὲ παντοίως φεύγειν

(5) *Καὶ νύκτωρ σεμνότητι σεμνύνεσθαι.* Ex ms. Medic. Billius emendat καὶ νύκτωρ σεμνότητι φαιδρύνεσθαι. *Et noctu honestate et gravitate fulgeant.* Nec longe discedunt alii interpretes. Eidem lectioni favet et codex Vaquerii. At Basiliensi editioni νύκτωρ φαιδρότητι σεμν. suffragantur codd. reg. et Thuan. Duc.

(6) *Βουλεύεται.* Admonuit Billius in cod. Medic. legi βουλεύσεται, quam tamen lectionem obelo notavit, nec in interpretatione sua est amplexus: at illam tuetur codex Vaquerii. Ib.

(7) *Ἐγὼ δὲ*, κ. τ. λ. Hunc locum sic a S. Gregorio Thaumaturgo explicatum citat S. Hieronymus in suo *Commentario in Ecclesiasten.* Voss.—Locum Hieronymianum retulimus inter *Veterum testimonia* de nostro Gregorio.

(8) *Ὅσοι προγενέστεροι.* Subodoror aliquid deesse in Græco: neque enim his verbis perfecta est sententia. Hieronymus hunc locum vertens in commentario quem scripsit in Ecclesiasten, ad hunc modum transtulit: *Ita tamen ut sub sene rege versati sint.* Quare aut in meliorem codicem incidit, aut ad explendam sententiam quædam de suo addere non dubitavit. Bill.

(9) *Παντοδαπῇ φαντασίᾳ.* Emendandum ex Billio et Medic. libro, παντοδαπὴ φαντασία. Joannes monachus (Œcolampadius): *Variarum animæ curarum assecliæ sunt multiformes insomniorum phantasiæ.* Musculus: *Varias animi curas omnis generis somniorum phantasia comitatur.* Hoc est quod eleganti versu expressit Gregorius Nazianzenus Περὶ D τῶν καθ' ἑαυτόν·

Φροντίσιν ἡματίαις γὰρ ὁμοῖα φάσματα νυκτός.
Visa etenim curas referunt nocturna diurnas.

Sed alteram partem hujus commatis Thaumaturgi aptius fortasse vertisset doctissimus Billius, *ad eumdem quoque modum stultitiæ loquacitas est conjuncta:* quo pacto etiam alii duo interpretes hunc locum intellexerunt. Joannes: *Ita et imprudentiæ perpetua comes est loquacitas.* Musculus: *Ita et stultitiæ nugacitas adhæret.* Salomonis textus sic habet in Græcis: Καὶ φωνὴ ἄφρονος ἐν πλήθει λόγων· *Et vox stulti in multitudine sermonum.* Incertus auctor sic exponit in Catena Regiæ bibliothecæ: Ὥσπερ οἱ ἐν ἡμέρᾳ πειραζόμενοι καὶ δι' ἐνυπνίων ταράττονται· οὕτω καὶ ὁ ἄφρων αὐτοῦ διὰ τῆς πολυλογίας ἐλέγχεται. *Quemadmodum qui interdiu tentantur, etiam per insomnia perturbantur: ita quoque stultus sua loquacitate redarguitur.* Duc.

Digitized by Google

τὴν τῶν καλῶν ῥημάτων ἐπιῤῥοήν, ὡς ἀκουσομένου Θεοῦ. Τῷ γὰρ ταῦτα ἐνθυμουμένῳ πλέον οὐδέν ἐστιν, ἢ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ὑπὸ Θεοῦ διαφθειρομένων. Ὥσπερ γὰρ τὰ πολλὰ ἐνύπνια μάταια, οὕτω καὶ τὰ πολλὰ ῥήματα. Φόβος δὲ Θεοῦ, ἀνθρώπων σωτήριος, σπάνιος δέ. Ὅθεν [οὐ] χρὴ θαυμάζειν ἀφορῶντα πρός τε πένητας συκοφαντουμένους, καὶ πρὸς δικαστὰς παραλογιζομένους. Χρὴ δὲ ἐκτρέπεσθαι τὸ τῶν δυνατωτέρων μείζονας εἶναι δοκεῖν. Κἂν γὰρ ἐκγένηται τοῦτο, ἀλλ' οὖν τῶν ἐσομένων σοι φοβερῶν, οὐ ῥύσεταί σε ἡ καθ' αὐτὴν πονηρία. Ὥσπερ δὲ κτῆμα τὸ ἐξ ἁρπαγῆς βλαβερώτατον καὶ ἀνοσιώτατον, οὕτω καὶ ἀνδρὶ ἐπιθυμητῇ χρημάτων οὐκ ἐκγίνεται (10) κόρος, οὔθ' ἡ παρὰ τῶν πέλας εὔνοια· κἂν ὁτιοῦν μάλιστα πάμπολυ ἀργύριον ἐπικτήσωνται. Τοῦτο μὲν γὰρ μάταιον. Ἀγαθότης δὲ τοὺς συνόντας αὐτῇ ὑπερευφραίνουσα, ἀνδρείους ἀπεργάζεται τοῦ καθορᾷν ἕκαστα τῶν πραγμάτων παρέχουσα τὴν δύναμιν. Μέγα δὲ καὶ τὸ μὴ προστετηκέναι τοιαύταις φροντίσιν· ὁ μέν γε πένης, κἂν δοῦλος ᾖ, καὶ μὴ ὑπερεμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα, προσηνοῦς μεταλαμβάνει τῆς διὰ τοῦ ὕπνου ἀνέσεως· πλούτου δὲ ἐπιθυμία σύνεστι ἀγρυπνίαις καὶ καμάτοις ψυχῆς. Τί δ' ἂν γένοιτο τούτου ἀτοπώτερον, ἢ τὸ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας ἀποθησαυρίζοντα τὸν πλοῦτον συντηρεῖν, μυρίων ἑαυτῷ φυλάσσοντα κακῶν ἀφορμήν; Καὶ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον ἀνάγκη ἀπολέσθαι ποτὲ καὶ διαφθαρῆναι, εἴτε γένοιτο τῷ κτησαμένῳ τέκνα, εἴτε καὶ μή· αὐτόν τε εἰ καὶ μὴ βούλοιτο προσήκει τοιοῦτον εἰς τὴν γῆν πεσεῖν καὶ ἀπελθεῖν, οἷος καὶ ὁπότε εἰς τὸ εἶναι παρὼν ἐτύγχανε. Κεναῖς δὲ χερσὶν ἀπιέναι μέλλων, αὔξει τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, ὥσπερ οὐκ ἐνθυμούμενος, ὅτι ἐπίκειται αὐτῷ τέλος τοῦ βίου τῇ γενέσει ὅμοιον, καὶ ὅτι ἀνόνητα μοχθεῖ, εἰς δέ τινα μᾶλλον ἀνέμου ὁρμὴν, ἥπερ τῇ ἑαυτοῦ σπουδῇ χαριζόμενος, καταναλώσας τὸν ἑαυτοῦ βίον σύμπαντα, ἔν τε ἐπιθυμίαις ἀνοσιωτάταις, καὶ ἐν ὁρμαῖς ἀλόγοις, ἔτι δὲ λύπαις καὶ ἀῤῥωστίαις. Καὶ συνελόντι φάναι, σκότος μέν εἰσι τῷ τοιούτῳ αἱ ἡμέραι· πένθος δὲ ἡ ζωή. Ἀγαθόν γε μὴν ἐκεῖνο καὶ οὐκ ἀπόβλητον· Θεοῦ γάρ ἐστι δῶρον, τὸ δυνηθῆναι ἀπολαῦσαι ἄνθρωπον τῶν ἑαυτοῦ καματῶν ἐν εὐφροσύνῃ, θεόσδοτα, καὶ οὐχ ἁρπακτικὰ δεξάμενον (11) κτήματα. Οὔτε γὰρ λύπαις οὔτός γε νοσεῖ, οὔτε ὡς ἐπὶ πολὺ ἐνθυμήσεσι πονηραῖς δουλεύει· συμμετρεῖται δὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον εὐποιίαις, τοῖς πᾶσιν εὐθυμούμενος, καὶ ἀγαλλιώμενος τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ.

A 4. sciens longe tibi satius esse non vovere, nec facturum aliquid polliceri, quam post conceptum votum id relinquere. 5. Omni autem ratione fugiendum est turpium verborum profluvium, nec enim Deo inaudita erunt. Nam ad eum qui hæc cogitat, nulla alia utilitas redit quam ut sentiat opera sua a Deo labefactari atque corrumpi. 6. Ut enim plerumque insomnia vana, sic etiam pleraque verba. Timor autem Dei, hominibus quidem salutaris; cæterum rarus. 7. Quocirca nihil est cur mireris, si et pauperes calumniis opprimi, et judices legibus imposturam facere videris. 8. Cavendum porro est, ne iis qui potentia præstant, majores esse videamur. Nam etiamsi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus in quos incidemus, nequaquam nos improB bitas ipsa liberabit. 9. Quemadmodum autem facultates raptu collectæ ac per vim extortæ, perniciosissimæ et sceleratissimæ sunt; sic etiam homini pecuniarum cupiditate flagranti, nunquam satietas, nec proximorum benevolentia proveniet, quamlibet maximam vim argenti quæsierit. Hoc enim vanum est et inane. At probitas familiares suos majorem in modum oblectat; fortesque efficit, rem unamquamque perspiciendi facultatem præbens. 10. Sed et hujusmodi curis minime inhæsisse, animumque defixisse, magnum censendum est. 11. Enimvero pauper, licet senectute prematur ventremque suum nequaquam largius impleverit, tamen suavis somni requie fruitur; opum autem cupiditas, indivulsas comites habet vigilias et animæ labores. C 12. Quid porro absurdius esse queat, quam cum magno studio et cura reconditas opes conservare, ac sexcentorum malorum occasiones sibi ipsi custodire? 13. Ac divitias quidem illas labefactari ac perire necesse est, sive ei qui has adeptus est[1] liberi sint, sive nulli. 14. Ipsum autem, vel invitum ac repugnantem, talem in terram cadere atque discedere oportet, qualis erat, cum in hanc lucem prodiit[2]. 15. Ita vacuis manibus abscessurus, peccatum suum augebit, perinde atque hoc non cogitans, nativitati similem vitæ finem sibi imminere, seque inani labore torqueri; 16. atque in quemdam potius venti impetum, quam suo ipsius studio inserviens, totam vitam suam in impurissimis cupiditatibus temeD rariisque appetitionibus, ac præterea in mœroribus morbisque consumit. Atque, ut compendio dicam, hujusmodi homini dies tenebræ sunt, ac vita luctus. 17. Quanquam illud minime rejiciendum est: 18. Dei enim beneficio homini contingit, ut laboribus suis cum animi oblectatione perfruatur, divinitus acceptas ac non vi extortas opes possidens. 19. Neque enim ille mœroribus affligitur, nec, ut plurimum, malis et perditis cogitationibus servit: quin potius beneficentiis et largitionibus vitam suam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitia gestiens.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Παρέξομαι δὲ τῷ λόγῳ, τὴν μάλιστα ἐπιπολάζουσαν ἀνθρώποις κακοπραγίαν. Ὅταν Θεὸς μὲν τὰ

CAPUT VI.

1. Jam vero infelicitatem apud homines maxime frequentem atque grassantem oratione persequar.

[1] Job xx, 20. [2] Job i, 21; I Tim. vi, 7.

(10) *Οὐκ ἐκγίνεται.* Corrige ex cod. Medic., οὐκ ἐγγίνεται κόρος. Duc.

(11) Καὶ οὐχ ἁρπακτικὰ δεξάμενον. Cod. Medic. rectius, καὶ οὐχ ἁρπακτὰ δεξάμενον. Sic infra cap. IX, 12, ὀρνέων ἀνάρπαστοι γινόμενοι. Rursus idem cod. necnon mss. reg. Thuan. et card. Lotharing., κτήματα, cum excuso. Ib.

Digitized by Google

2. Cum nimirum Deus cuipiam omnia quæ ipsi cordi erant, abunde suppeditaverit, nec ulla omnino re ex omnibus quæ animum cupiditate tentant, eum spoliaverit; non opibus et facultatibus, non gloria et splendore, non reliquis aliis omnibus, quæ mortales ad stuporem usque admirantur : ille autem omnibus rebus circumfluens (quasi hac una calamitate divinitus inflicta implicitus teneatur, quod earum fructu careat), alii sua asservat, inutilis prolapsus et sibi et proximis. 3. Hoc sane argumentum magnum, signumque perspicuum extremæ cujusdam improbitatis esse censeo. Quin illum quoque hominem, qui plurimorum liberorum pater sine ulla offensione nominatus, vitaque in longum producta, benignitate tamen ac delictis animum tanto tempore non expleverit, mortis interim periculo haudquaquam facto; hunc equidem nec numerosæ prolis, nec diuturnitatis vitæ nomine beatum duxerim : imo vero fetum e materno ventre præmature excidentem, atque abortu egestum, ipsi præferendum puto. 4. Ille enim, ut incassum venit, ita clanculum etiam et cum oblivione discedit, 5. non degustatis hujus vitæ malis, nec sole prospecto. Quod quidem levius est, quam quod perverso illi et profligato homini accidit; qui licet in mille annos vitam suam propagarit, vitæ tamen commoda non agnovit. Utriusque porro finis, mors. 7. Cæterum hic maxime stultus convincitur, quod nulla cupiditate satietur et expleatur : 8. At prudens et moderatus his affectibus minime retinetur. Fere fit autem, ut vitæ rectitudo et integritas hominem ad paupertatem ducat. 9. Multos vero de mentis gradu dejiciunt procacium oculorum aspectus, animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile studium pertrahentes. 10. Enimvero ea quæ nunc facta sunt, jam cognita sunt : perspicuumque est, hominem iis quæ supra se sunt, reluctari atque obsistere non posse. 11. Cæterum nugæ et ineptiæ inter homines versantur, eorum qui iis utuntur amentiam augentes.

A καταθύμια αὐτῶν ἅπαντα ἐπιχορηγήσας, μηδενος οὑτινοσοῦν τῶν εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντων αὐτὸν ἀφέληται, μὴ περιουσίας, μὴ πολυδοξίας, μὴ τῶν λοιπῶν περὶ ὅσα ἄνθρωποι ἐπτόηνται· ὁ δὲ τοῖς πᾶσιν εὐθηνούμενος, ὥσπερ τούτῳ μόνῳ θεηλάτῳ κακῷ συνεχόμενος, τῷ μὴ ἀπολαύειν, ἑταίρῳ τῷ αὐτοῦ ταμιεύσεται (12), πεσὼν ἄκαρπος καὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς πλησίον. Τοῦτο μέγα τεκμήριον καὶ ἔλεγχον περιφανῆ ὑπερβαλλούσης ἐγὼ τίθεμαι πονηρίας· ἄνδρα τε ἐκεῖνον, ὃς πλείστων πατὴρ ὀνομασθεὶς τέκνων ἀσινῶς, βιοὺς δὲ χρόνον μακρὸν, οὐκ ἐπλήσθη χρηστότητος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοσοῦτον, θάνατον (12*) πεῖραν οὐ λαβών· τοῦτον ἔγωγε, οὔτε τῆς πολυπαιδίας, οὔτε τῆς πολυημερίας ζηλώσαιμ' ἄν· καὶ προκρίνω δὲ αὐτοῦ ἄωρον γαστρὸς μητρῴας ἐκπεσὸν

B ἔμβρυον. Ἐκεῖνο γὰρ ὥσπερ ἦλθε ματαίως, οὕτως ἄπεισι καὶ ληθαίως ἐν ἀμνηστίᾳ, οὐχ ἁψάμενον κακῶν, οὐδὲ προσβλέψαν ἡλίῳ. Τοῦτο κουφότερον, ἢπερ τῷ πονηρῷ, κἂν χιλίοις ἔτεσι τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀναμετρησαμένῳ ἀγαθότητα μὴ ἐπιγνῷ (13). Τέλος δὲ ἀμφοῖν θάνατος. Ἐλεγχομένου ἄφρονος, μάλιστα τῷ πλησμονὴν μηδεμιᾶς λαμβάνειν ἐπιθυμίας. Ὁ δὲ σώφρων, τούτοις οὐκ ἐνίσχεται τοῖς πάθεσιν. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ πλεῖστον εὐθύτης ζωῆς ἄνθρωπον τῇ πενίᾳ ὁδηγεῖ. Ἐξίστησι δὲ πολλοὺς ὀφθαλμῶν λίχνων θεάματα, τὴν ψυχὴν ἐρεθίζοντα, ἐπ' ἀνόνητον σπουδὴν ἕλκοντα, διὰ τῆς τοῦ ὀφθῆναι κενῆς ἐπιθυμίας. Τὰ μέν τοι νῦν γεγεννημένα ἤδη ἔγνωσται· καὶ σαφὲς τυγχάνει, ὡς τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἄνθρωπος ἀντι-

C τάσσεσθαι οὐχ οἷός τε. Φλυαρίαι γε μὴν κατὰ ἀνθρώπους στρέφονται, τὴν τῶν χρωμένων ἄνοιαν ἐπαυξάνουσαι.

CAPUT VII.

1. Nam cum nihilo majorem utilitatem is percipiat, qui ea quæ ex animi sententia sibi in vita eventura sunt, perspecta haberet (fingamus id enim); tamen hoc quoque hominum curiositas comminiscitur, ut ea etiam quæ post mortem alicujus futura sunt, anxie inquirere ac scire videantur. 2. Porro fama bona suavior est animæ [a], quam oleum corpori; et vitæ exitus, melior nativitate : 3. Atque optabilius et præstabilius lugere quam comessari, ac mœrentibus adesse quam ebrietati studentibus. Sic enim se res habet, quod si quis hunc vitæ finem nactus fuerit, de his quæ circa se sunt, nec timore nec sollicitudine afficiatur. 4. Consimili modo prudens ira risui præferenda est; severa enim vultus habitudine, anima ad rectum honestumque componitur. 5. Ac sapientum quidem animæ tristitia

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Μηδαμῶς γὰρ πλέοντι ὠφελουμένου τοῦ γινώσκοντος τὰ αὐτῷ συμβησόμενα παρὰ τὸν βίον καταθύμια· θῶμεν γὰρ τοῦτο (14)· ὅμως δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων περιεργίᾳ ἐπιτεχνᾶται, ὡς καὶ τὰ μετὰ θάνατόν τινος

D ἑκάστου ἐσόμενα, πολυπραγμονεῖν τε καὶ δοκεῖν εἰδέναι. Μνήμη δὲ ἀγαθὴ ψυχῇ προσηνεστέρα, ἢπερ σώματι ἔλαιον· καὶ βίου ἔξοδος, ἀμείνων γενέσεως· καὶ αἱρετώτερον πενθεῖν, ἢ κωμάζειν, καὶ τὸ παρεῖναι τοῖς λυπουμένοις, ἢ τοῖς μεθυσκομένοις. Ἔστι γὰρ οὕτω, λαβόντα τινὰ τοῦ βίου τέλος μὴ εὐλαβηθῆναι περὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Γέλωτος δὲ θυμὸς ἔμφρων προτιμότερος· αὐστηρᾷ γὰρ διαθέσει προσώπου, κατορθοῦται ψυχή. Αἱ μὲν τοίνυν τῶν σοφῶν ψυχαὶ, σκυθρωπάζουσι καὶ συστέλλονται, αἱ δὲ τῶν ἀφρόνων ἐπαιρόμεναι διαχέονται. Πολὺ δέ ἐστιν εὐκταιότερον ἐπίπληξιν σοφοῦ ἑνὸς δέξασθαι, ἢ ὅλου

[a] Prov. xxii, 1.

(12) *Ταμιεύσεται.* Codd. Medic. et Thuan., ταμιεύεται. Ducæus.—Legisse videtur interpres ἑτέρῳ τὰ αὐτοῦ ταμιεύεται. Edit. Patrol.

(12*) *Ἴσως θανάτου.*

(13) *Ἀναμετρησαμένῳ ... ἐπιγνῷ.* Billius admonet vel ἀναμετρησάμενος legendum, vel, quod melius quadrat, ἐπιγνῶναι, ut in ms. card. Lothar. Alii tamen codd. vulgatam lectionem tuentur. Duc.

(14) *Θῶμεν γὰρ τοῦτο.* Deest γάρ in cod. Savilii. Id.

Digitized by Google

χοροῦ ἀνθρώπων φαύλων καὶ δυστήνων ᾀδόντων γενέσθαι ἀκροατήν. Τῶν γὰρ ἀφρόνων ἀνθρώπων ὁ γέλως, ἀκανθῶν πολλῶν λάβρῳ πυρὶ καιομένων ἤχῳ προσέοικεν. Ἄθλιον δὲ καὶ τοῦτο, κακόν γε μὴν μέγιστον ἡ συκοφαντία· αὕτη γὰρ σοφῶν ἐπιβουλεύει ψυχαῖς, καὶ ἐπιχειρεῖ διαφθείρειν τὴν γενναίαν ἔνστασιν τῶν ἀγαθῶν. Λόγων δὲ (15) οὐκ ἀρχόμενον, ἀλλὰ παυόμενον ἐπαινεῖν προσήκει, καὶ τὸ μέτριον ἦθος ἀποδέχεσθαι, καὶ μὴ τὸ μετεωριζόμενον καὶ τετυφωμένον. Πάνυ δὲ χρὴ θυμοῦ φείδεσθαι, καὶ μὴ εἰς ὀργὴν προχείρως καταφέρεσθαι, ἥτινι ἄφρονες δουλεύουσιν. Ἁμαρτάνουσι δὲ οἱ λέγοντες τοῖς προτέροις ἀμείνονα δεδόσθαι βίον, καὶ οὐ συνιᾶσιν, ὅτι πάμπολυ διαφέρει σοφία τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας· καὶ τοσοῦτόν ἐστι φανερωτέρα (16), ὅσον ἄργυρος λαμπρότερος φαίνεται τῆς ἑαυτοῦ σκιᾶς. Ζωὴ γὰρ ἀνθρώπου, οὐκ ἐξ ἐπικήρου πλούτου κτήσεως, ἀλλ' ἐκ σοφίας περιγίνεται. Τίς δὲ καὶ δυνήσεται, εἰπέ μοι, τὴν τοσαύτην καὶ οὕτω χρηστὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἐξειπεῖν; ἢ τίς ἀνακαλέσασθαι τὰ δοκοῦντα παρημελῆσθαι ὑπὸ Θεοῦ δικαίως; Πράττων δὲ οὐκ ὀρθῶς πρότερον ἔγωγε κατενόησα τὰ σύμπαντα, καὶ δίκαιον ἐμμένοντα τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ μέχρι θανάτου μὴ ἐξιστάμενον, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὴν ἐπιβουλευόμενον, καὶ ἀσεβῆ συναποθνήσκοντα τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ. Χρὴ δὲ δίκαιον ὄντα μὴ πάνυ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖν, μηδὲ ἄγαν σοφὸν καὶ ὑπερμέτρως· ὅπως μή τι πταίσας, πολλαπλασίονα ἁμαρτήσῃ. Καὶ μὴ ἔσο τολμηρὸς καὶ προπετής, μή σε θάνατος ἀρπάσῃ ἄκαιρος. Μέγιστον δὲ ἀγαθὸν ἀντιλαμβάνεσθαι Θεοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ὄντα μηδὲν ἁμαρτάνειν. Τῶν γὰρ ἀμιάντων χειρὶ ἀνάγνῳ ψαύειν, μυσαρόν. Ὁ δὲ μετὰ φόβου Θεοῦ ὑπείκων ἅπαντα διαφεύγει τἀναντία. Σοφία δὲ βοηθείας, στίφους ἀνδρῶν τῶν δυνατωτάτων ἐν πόλει μείζονα δύναται, ἢ καὶ συγγινώσκει δικαίως πολλάκις τῶν δεόντων ἀποτυγχάνουσιν. Ἀπταιστος γάρ ἐστιν οὐδὲ εἷς. Ἀσεβῶν δὲ λόγοις, οὐδ' ὁπωσοῦν τι χρὴ προσιέναι, ὅπως μὴ τῶν κατὰ σοῦ λόγων αὐτήκοος γενόμενος, ὥσπερ δούλου πονηροῦ φλυαρίας· ἔπειτα δηχθεὶς τὴν καρδίαν, ὕστερον ἐν πολλαῖς πράξεσιν εἰς τὸ ἀντικαταράσασθαι καὶ σὺ ἐκτραπῇς. Ἔγνων δὲ ταῦτα ἐγὼ ἅπαντα, σοφίαν ἐκ Θεοῦ λαβών, ἣν ὕστερον ἀποβαλών, οὐκέτι οἷός τε ἦμην ὅμοιος εἶναι. Ἔφυγε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ σοφία εἰς μῆκος ἄπειρον, καὶ εἰς βάθος ἀμέτρητον, ὡς μὴ εἶναι αὐτῆς λαβέσθαι μηκέτι. Ὥστε ὕστερον καὶ τοῦ ἐπιζητεῖν αὐτὴν, τέλειον (17) ἀπεσχόμην· καὶ οὔτε ἐνεθυμούμην ἔτι τοῦ κατανοεῖν τὰς τῶν ἀσεβῶν ἀφροσύνας καὶ βουλὰς ματαίας, καὶ ἀλύοντα βίον. Οὕτω δὲ διακείμενος, εἰς αὐτὰ διηνέχθην (18), καὶ ἐπιθυμίᾳ συσχεθεὶς θανατηφόρῳ, ἔγνων τὴν γυναῖκα, γῆν τινα (19), ἢ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον ὑπάρχουσαν.

contrahuntur; stultorum autem animæ, lætitia elatæ diffunduntur. 6. Atqui multo magis optandum, sapientis unius objurgationem excipere, quam totius chori improborum et miserorum hominum cantantium auditorem fieri. 7. Stolidorum etenim hominum risus, spinarum multarum vehementi igne ardentium sonitui haud absimilis est. 8. Sed profecto gravissimum malum est calumnia : hæc enim sapientum animabus insidias struit, ac generosam bonorum virorum constantiam labefactare molitur. 9. Porro autem hunc laudibus efferre convenit, non qui initium, sed qui dicendi finem facit. Morum enim moderatio laudibus complectenda, non elatio et arrogantia. 10. Insuper animi furorem summo studio frenare et coercere necesse est, nec prompte et temere in iram ruere, cui stulti serviunt. 11. Errant autem, qui meliorem vitam majoribus nostris datam esse affirmant : nec intelligunt, sapientiam opum copia longe præstantiorem esse; 12. tantoque clariorem, quanto argentum umbra sua splendidius apparet. 13. Vita enim hominis, non ex caducarum et fragilium opum collectione et possessione, verum ex sapientia provenit. 14. Quis enim, oro te, tantam tamque benignam Dei providentiam verbis consequi poterit? 15. Aut quis ea quæ summa cum ratione a Deo neglecta esse videntur, revocare? 16. Ego vero, minus recte id quidem faciens, omnia consideravi, et justum in justitia constanter perstantem, nec ab ea per omnem vitæ cursum desciscentem, imo etiam propter eam insidiis petitum : et injustum simul cum improbitate sua morientem. 17. Illud autem homini justitia prædito videndum est, ne admodum talis esse videatur, nec supra modum sapiens; ne si qua in re offenderit, multis partibus copiosius peccet. 18. Illud etiam tibi cavendum, ne audax et temerarius sis; ne alioqui te intempestiva et præmatura mors abripiat. 19. Maximum autem bonum, Deum complecti et apprehendere; atque in eo manentem, ab omni peccato abstinere. Res etenim maculæ omnis expertes impura manu contrectare, nefarium et exsecrabile est. Qui autem cum Dei timore cedit, seque submittit, adversa omnia effugit. 20. Sapientia auxilii in civitate plus potest, quam potentissimorum hominum acies; quæ etiam plerumque iis, qui ab officio aberrarunt, juste ignoscit. 21. Nemo enim est, qui non interdum labatur [a]. 22. Est autem tibi providendum, ne ad impiorum sermones ullo modo accedas; ne maledicta in te jacta tuismet auribus hauriens, quemadmodum improbi servi loquacitatem; 23. atque ex ea re animo commorsus, in multis postea actionibus

[a] III Reg. VIII, 46; II Paral. VI, 36; Prov. XX, 9; I Joan. I. 8.

(15) *Λόγων δέ.* Medic. cod., λόγον δέ. Atque hoc modo scribendum existimasse videntur alii interpretes. Joannes : *Sermo, non in principio, sed cum ad calcem pervenerit, laudandus est.* Musculus : *Sermonem laudare convenit, non in exordio, sed in calce.* Duc.

(16) *Φανερωτέρα.* Ita sane cod. card. Lothar. Sed Billius adnotarat in margine libri sui, legendum φανοτέρα. Id.

(17) *Τέλειον.* Codd. reg. et Thuan., τέλεον. Id.

(18) *Διηνέχθην.* Ms. Med., δηνέχθην. Et paulo post, χεῖρα δὲ χειρὶ συνάψασα.

(19) *Τὴν γυναῖκα, γῆν τινα.* Locum esse corruptum olim perviderat Cotelerius ad *Constitut.*

Digitized by Google

ad regerenda convicia ipse quoque abducaris. 24. Hæc omnia ego noram, sapientiam a Deo consecutus : qua deinde amissa, 25. jam mei similis esse nequibam. 26. Sapientia enim a me in infinitam longitudinem fugit, et in immensam profunditatem : ut mihi eam arripere ultra non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omnino abstinui : jamque nec in animo habebam impiorum amentias et vana consilia, vitamque misere palantem considerare. 27. Sic autem animo constitutus, in hæc devolutus sum : ac mortifera cupiditate correptus, mulierem cognovi, hoc est, terram quamdam, aut si quid aliud est hujusmodi. Cor etenim ejus pertranseuntes irretit; ac si vel manum tantum manui connexuerit, non minus stricte retinet, quam si vinculis constrictos traheret. Nec vero ab ea aliter liberari queas, quam Deum propitium ac benigno oculo intuentem nactus : nam qui peccati servitute premitur, haudquaquam effugerit. 28. Porro cum per omnes mulieres pudicitiam earum quæsivissem, in nulla reperi. 29. Ac virum quidem pudicitia ornatum, inter mille fortasse perspexeris ; mulierem autem minime. 30. Illud vero maxime animadverti, quod homines animis simplices a Deo creati, varias cogitationes rationisque discursus sibi ipsis attrahunt atque infinitas quæstiones; sapientiæque inquisitionem profitentes, circa dictiunculas tempus terunt.

A sanctus, aitque si quæ a dominis ipsis apposita fuerant captivi comederunt, id non gravare, hoc est grave damnum minime afferre; præsertim quod una apud omnes est fama, sive quod omnes idem hoc affirmant, barbaros qui nostras regiones incursionibus vastarunt, nequaquam idolis sacrificasse, ut proinde neque captivi idolothyta comederint. Profert vero cum ex Apostolo, tum ex Evangelio deprompta oracula. Ex Apostolo quidem illud, *Esca ventri, et venter escis;* et quæ sequuntur. Qui sane locus de ingluvie ac helluatione est accipiendus. Ac escæ quidem nomine, supervacaneam cibi copiam, luxumque intelligit: per ventrem autem voracitatem, non ipsum ventriculum. Indicat igitur his verbis Apostolus, nimiam cibi copiam et luxum ad helluationem perducere, non ad Deum ferre; luxumque plerumque vitium helluationis consequitur, alterumque alteri deservit; Deus autem irrita hæc et cassa reddet, ut nihil ex ipsis damni cuiquam contingat. Videtur porro hic sanctus hoc loco usus apostolicis verbis, ut demonstraret quæ ob luxum ac edacitatem fiunt, damnata esse ac pœnis obnoxia, non item ea quæ vi ac necessitate corporis cogente admittuntur. Proinde etiamsi cibos aliquos vetitos captivi comederint, cum servi essent, ob alterius alimenti inopiam, cibum necessario exigente natura; non est hoc eousque grave, ut et criminis loco ducatur. Ex Evangelio autem usus est illis Domini verbis: *Non quod intrat per os, coinquinat hominem;* et ad eamdem hæc quoque sententiam referuntur. Hinc de mulieribus quoque captivis quæ a barbaris corruptæ sunt, disserit; atque ita pronuntiat: si quidem illarum anteacta vita damnata fuerat, eas etiam captivitatis tempore fornicarius habitus suspectas facit, proindeque haud facile ipsis in precatione communicare oportet, nisi debita videlicet pœnitentiæ tempora expleverint. Est porro habitus, diuturna ac tempore confirmata consuetudo, quæ naturæ similis est, ut propterea ejusmodi mulieres nequaquam vi coactas peccasse putandum sit. Quod si priorem vitam caste ac citra offensionem egerunt, tum abductæ in servitutem ob captivitatem, ex violentia barbarorum contumeliam passæ sunt, immunes sunt a culpa: exemplumque adhibet, quod in Deuteronomii constitutionibus refertur, de virgine vim passa, quam in solitudine quispiam violavit: Non erit, inquit, adolescentulæ peccatum mortis.

B C

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Δεινὴ ἡ πλεονεξία, καὶ οὐκ ἔστι δι' ἐπιστολῆς μιᾶς παραθέσθαι τὰ θεῖα γράμματα, ἐν οἷς οὐ τὸ λῃστεύειν μόνον φρικτὸν καὶ φρικῶδες καταγγέλλεται, ἀλλὰ καθόλου τὸ πλεονεκτεῖν καὶ ἀλλοτρίων ἐφάπτεσθαι ἐπὶ αἰσχροκερδείᾳ· καὶ πᾶς τοιοῦτος ἐκκήρυκτος Ἐκκλησίας Θεοῦ. Τὸ δὲ ἐν καιρῷ τῆς καταδρομῆς, ἐν τοσαύτῃ οἰμωγῇ καὶ τοσούτοις θρήνοις τολμῆσαί τινας τὸν καιρὸν τὸν πᾶσιν ὄλεθρον φέροντα νομίσαι ἑαυτοῖς καιρὸν εἶναι κέρδους, ἀνθρώπων ἐστὶν ἀσεβῶν καὶ θεοστυγῶν, οὐδὲ ὑπερβολὴν ἀτοπίας ἐχόντων. Ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους

CANON II.

« Gravis est avaritia, nec possunt una epistola « proponi Scripturæ, in quibus non solum prædari « fugiendum horrendumque prædicatur, sed plura « etiam concupiscere, et aliena propter turpe lucrum attingere: et quicunque est ejusmodi, is est « a Dei Ecclesia abdicatus. In tempore autem incursionis, in tanto luctu tantisque fletibus, ausos « esse aliquos tempus quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus, est hominum impiorum et Deo invisorum, et quorum « improbitati nihil potest adjici. Unde omnes istius-

D

Digitized by Google

« modi abdicare visum est, ne forte in totum populum ira veniat, et in eos primum qui præsunt, et non inquirunt. Vereor enim, ut ait Scriptura, ne impius justum una secum perdat [9]. *Fornicatio enim*, inquit, *et avaritia, per quæ venit ira Dei in filios inobedientiæ : ne sitis ergo eorum participes. Fuistis enim aliquando tenebræ : nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate (fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate), probantes quod sit Deo acceptum : et ne communicate infrugiferis operibus tenebrarum, sed potius etiam redarguite. Quæ enim ab ipsis fiunt clanculum, turpe est vel dicere. Omnia autem a luce convicta manifestantur* [10]. Hæc quidem Apostolus. Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant, in ipso iræ tempore rursus ad avaritiam convertuntur, lucrifacientes ex sanguine et pernicie eversorum hominum, captivorum, interfectorum ; quid aliud exspectandum est, quam ut avaritia decertantes iram sibi et universo populo accumulent? »

Bals. In tempore incursionis, quidam ex orthodoxis corripuerunt res quæ captivorum deprædationem effugerunt. De his ergo interrogatus sanctus dicit, quod quisquis est avarus, est ab Ecclesia abdicatus, id est, ejectus et alienus. Dicuntur enim abdicati filii quando propter aliqua crimina ab hæreditate paterna alienantur. In tempore autem talis calamitatis audere aliquem facinus ejusmodi, et existimare aliorum calamitatem esse sui lucri occasionem, est impiorum hominum et Deo invisorum et qui omnem improbitatem superant. Unde visum est eos abdicare, pro eo quod est, aperte Ecclesia expeliere, et a fidelium multitudine separare : ne propter ipsos Dei ira in omnes veniat, et ante alios in eos qui præsunt, qui ejusmodi homines non inquirunt et examinant. Deinde subjungit etiam testimonia Scripturæ, et circa finem infert : Si qui autem propter suam avaritiam, quæ fuit tempore pacis, puniti, in barbarorum iterum incursione eadem peccaverint, ii, inquit, non solum Dei iram in se attrahunt, sed etiam adversus omnem populum. Hæc cum ita se habeant, nota ex hac præsenti epistola, quod episcopis permittitur avarorum pluraque habendi cupidorum potentiam pœnis impositis coercere : et eos quidem, qui, quæ ex captivitate relicta sunt fidelibus, rapiunt, magnis ecclesiasticis animadversionibus castigare ; qui non sunt autem ejusmodi rapaces, mediocriter punire. Quamobrem ex his de hujusmodi causis laicos quoque episcopi rite judicent. Quomodo enim eos punient, si non prius veritas apparuerit? Propter avaritiam autem a fidelium communione aliquem abdicari, magnum est, et væ avaris! Lex vero civilis, eum qui rapit ex incendio vel ex ruina ædium,

[9] Gen. xviii, 23, 25. [10] Ephes. v, 5-13.

« ἐκκηρύξαι, μήποτε ἐφ' ὅλον ἔλθῃ τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ « καὶ ἐπ' αὐτοὺς πρῶτον τοὺς προεστῶτας, τοὺς μὴ « ἐπιζητοῦντας. Φοβοῦμαι γὰρ, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει, « μὴ συναπολέσῃ ἀσεβὴς τὸν δίκαιον. *Πορνεία γὰρ*, « φησὶ, *καὶ πλεονεξία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ « Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Μὴ οὖν γί- « νεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν. Ἦτε γάρ ποτε σκότος, « νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. Ὡς τέκνα φωτὸς περιπα- « τεῖτε (ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτὸς ἐν πάσῃ ἀγαθο- « σύνῃ καὶ ἀληθείᾳ), *δοκιμάζοντες τί εὐάρεστον « τῷ Κυρίῳ, καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις « τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ « ἐλέγχετε· τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν « αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχό- « μενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται.* Τοιαῦτα μὲν ὁ « Ἀπόστολος. Ἐὰν δὲ, διὰ τὴν προτέραν πλεονεξίαν « τὴν ἐν τῇ εἰρήνῃ γενομένην δίκην τινύντες, ἐν αὐτῷ « τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς πάλιν πρὸς τὴν πλεονεξίαν « ἐκτραπῶσί τινες, κερδαίνοντες ἐξ αἵματος καὶ ὀλέ- « θρου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων ἢ αἰχμαλώ- « των, πεφονευμένων, τί ἕτερον προσδοκᾷν χρὴ ἢ ὡς « ἐπαγωνιζομένους τῇ πλεονεξίᾳ, ἐπισωρεῦσαι ὀργὴν « καὶ ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ; »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς, ἥρπασάν τινες τῶν ὀρθοδόξων τὰ τὴν λεηλασίαν διαφυγόντα τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα. Περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ ἅγιος, φησὶν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης ἐκκήρυκτος τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ, ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. Ἀποκηρύσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ ὅταν διά τινα αἰτιάματα ἐκ τῆς γονικῆς κληρονομίας ἀλλοτριῶνται. Τὸ δὲ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τοιαύτης τολμῆσαί τινα τοιοῦτόν τι κακὸν, καὶ λογίσασθαι κέρδους ἀφορμὴν τὴν τῶν ἀδελφῶν συμφορὰν, ἔργον ἐστὶν ἀνθρώπων ἀσεβῶν καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μισουμένων, καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα. Ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἐκκηρύξαι ἀντὶ τοῦ, φανερῶς ἐκδιῶξαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν· ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους. Εἶτα ἐπάγει καὶ Γραφικὰς μαρτυρίας, καὶ περὶ τὸ τέλος ἐπιφέρει· Εἰ δέ τινες διὰ πλεονεξίαν γενομένην παρ' αὐτῶν κατὰ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν κολασθέντες, πάλιν καὶ εἰς τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον τὰ αὐτὰ ἡμαρτον, οἱ τοιοῦτοι, φησὶν, οὐ μόνον καθ' ἑαυτῶν τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἐφέλκουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ. Τούτων οὕτως ἐχόντων σημείωσαι, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς ἐφεῖται τοῖς ἐπισκόποις τὰς τῶν πλεονεκτῶν δυναστείας ἀναστέλλειν διὰ ἐπιτιμίων· καὶ τοὺς μὲν ἁρπάζοντας τὰ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας περιλειφθέντα πράγματα τῶν ὀρθοδόξων διὰ μεγάλων ἐκκλησιαστικῶν σωφρονίζειν κολάσεων· τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἁρπαγας μετριωτέρως ἐπιτιμᾷν· ὥστε ἀπὸ τοιούτων περὶ τοιούτων ὑποθέσεων καὶ λαϊκοὺς ἐνδυνάμως ἵνα δικάσωσιν οἱ ἐπίσκοποι. Πῶς γὰρ ἐπιτιμήσουσι τούτους τῆς ἀληθείας μὴ ἀναφανείσης πρότερον; Τὸ δὲ διὰ πλεονεξίαν ἀποκηρύσσε-

Digitized by Google

σθαί τινα ἐκ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν μέγα ἐστί, καὶ οὐαὶ τοῖς πλεονεκτοῦσιν. Ὁ μέντοι πολιτικὸς νόμος τὸν ἁρπάζοντα ἀπὸ ἐμπρησμοῦ ἢ καταπεσούσης οἰκίας εἴσω μὲν ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ τετραπλοῦν καταδικάζει· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὸ ἁπλοῦν. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ πρῶτον κεφάλ. τοῦ κ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου. Παρομοίως δὲ κολάζονται κατὰ τὴν χρηματικὴν ποινὴν καὶ οἱ ἀπὸ οἰκίας καταπολεμηθείσης ἁρπάζοντες. Φησὶ γὰρ τὸ δεύτερον θέμα τοῦ γ' κεφάλ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου ταῦτα ῥητῶς· Κἂν ἀπὸ οἰκίας ἢ κώμης καταπολεμουμένης ἁρπαγῇ τι, χώρα τῷ νόμῳ.

A intra annum quidem in quadruplum condemnat: post annum autem in simplum. Et lege primum cap. tit. 20 lib. LX Similiter autem puniuntur in pœna pecuniaria, qui ab expugnata domo rapiunt. Dicit enim secundum thema cap. 3 ejusdem tituli et libri hæc expresse: Si a domo vel vico qui oppugnatur raptum quid fuerit, legi locus est.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν μαρτύρων λεηλασίας, τινὲς τῶν διαφυγόντων ἐπῆλθον ταῖς οἰκίαις τῶν αἰχμαλωτισθέντων, καὶ ἥρπασαν τὰ παρὰ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα. Περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, φησὶν, ὅτι πᾶσα πλεονεξία τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀπηγόρευται, καὶ οὐ δυνατὸν ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ περιλαβεῖν ὅσα περὶ πλεονεξίας ἡ Γραφὴ διέξεισι· συντόμως δέ φησιν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης ἐκκήρυκτος τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν· ἀντὶ τοῦ, ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. Ἀποκηρύσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοί, ὅταν δι' αἰτίαμα τῆς γονικῆς κληρονομίας ἐκβάλλωνται, καὶ ἀλλοτριῶνται τῆς συγγενείας. Τὸ δὲ, ἐν καιρῷ συμφορᾶς, ὅταν ἐθρήνουν οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν αἰχμαλωτισθέντες, οἱ δὲ διὰ τοὺς οἰκείους εἰς δουλείαν ἀγομένους, οἱ δὲ διὰ τὴν στέρησιν πραγμάτων· τολμῆσαί τινας τὸν τοιοῦτον καιρὸν λογίσασθαι κέρδους καιρὸν, ἀσεβῶν ἐστιν ἀνθρώπων καὶ θεοστυγῶν, ἥγουν ὑπὸ Θεοῦ μισουμένων καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα. Ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἐκκηρύξαι, ἀντὶ τοῦ, φανερῶς ἐκδιῶξαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν, ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους. Καὶ Γραφικὰς μαρτυρίας παράγει, εἶτα ἐπάγει· ὅτι, Ἐάν τινες, διὰ πλεονεξίαν προλαβοῦσαν, καὶ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς γενομένην, δίκην τινύντες, οὐ μόνον οὐκ ἐσωφρονίσθησαν (τοῦτο δὲ διττὴν ἔννοιαν ὑποβάλλει· ἢ γὰρ *δίκην τινύντες* λέγει ἀντὶ τοῦ, τιμωρούμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, διὰ ἀδικίας προλαβούσας τοὺς βαρβάρους εἰς τιμωρίαν κινήσαντος· ἢ *δίκην τινύντες* ἀντὶ τοῦ, δι' ἐπιτιμημάτων ἐπισκόπων κολαζόμενοι διὰ προλαβούσας πλεονεξίας οὐκ ἐσωφρονίσθησαν)· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, δι' ἣν ἐπῆλθον οἱ βάρβαροι, αὐτῆς· εἰς πλεονεξίαν ἐκτραπῶσι κερδαίνοντες ἐξ αἵματος ὀλέθρου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων, ἢ αἰχμαλώτων πεφονευμένων· τὸ δὲ *ἐξ αἵματος κερδαίνοντες* ἑρμηνεύων, ἐπήγαγε τὰ ἑξῆς· Ἢ γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπων εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένων, ὅπερ ὅλεθρός ἐστιν, ἢ ἀναιρεθέντων ἀνθρώπων πράγματα διαρπάζουσι· τί ἄλλο χρὴ ἐλπίζειν, ἢ διὰ τὴν πλεονεξίαν ἐπισωρεῦσαι ὀργὴν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ, ἥγουν ἑλκύσαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὸν λαόν; Καὶ ἐξ ἱστορίας δὲ παλαιᾶς ὑπόδειγμα παρατίθησιν, ὅτι ἑνὸς ἁμαρτήσαντος πολλοὶ ἐκολάσθησαν.

Zonar. Qua tempestate in martyres populatio exercebatur, nonnulli ex iis qui effugerant, captivorum invasere domos, quæque a barbaris relicta fuerant, diripuere. De his itaque rogatus hic magnus Pater, omnem avaritiam asserit divinis litteris interdictam, nec fieri posse ut quæcunque sacræ B paginæ de avaritia disserunt, una epistola comprehendantur. Breviter autem ait avarum quemlibet esse ab Ecclesia abdicatum, hoc est, ejectum et alienum. Abdicari namque dicuntur filii, cum ob aliquod crimen a paterna hæreditate ejiciuntur, omnique cognationis jure privati censentur. Porro calamitatis tempore, cum in luctu homines versarentur, alii quidem captivi ipsimet facti, alii vero ob consanguineos in servitutem abductos, alii denique ob rerum suarum jacturam; ausos fuisse quosdam ejusmodi tempus, lucri sibi occasionem ducere, hominum est impiorum, et Deo invisorum, sive Deo exosorum, quodque omnem superat pravitatem. Placuit itaque ejusmodi homines abdicare, id est, palam extrudere ab Ecclesia, atque a fidelium multitudine segregare, ne propter ipsos ira Dei in omnes C descendat, præcipueque in eos qui præsunt, nec in ejusmodi homines inquirunt, aut vindicant. Mox Scripturæ testimonia profert, additque: Si qui ob exacti temporis avaritiam, et quam ante incursionem barbarorum exercuerant, pœnas persolventes, non modo non resipuerunt (hoc vero duplicem sensum admittit, aut enim *pœnas persolventes* intelligit ob supplicium a Deo inflictum, qui ad vindicandum superioris temporis injuriam immiserit barbaros, aut *solventes pœnas*, hoc est, episcopalibus mulctis ob superiorem avaritiam castigati minime resipuerunt), quin potius ipsomet tempore divinæ iracundiæ, ob quam irruere barbari, ipsi se ad ava- D ritiam converterunt, *lucrum sibi comparantes ex sanguine*, et pernicie hominum quorum eversæ fortunæ sunt, vel captivorum qui sunt interfecti; ut autem illud explicaret, lucrum sibi comparantes ex sanguine, subjecit quæ mox sequuntur: Vel enim, inquit, hominum qui in servitutem abducti sunt, quod est pernicies, vel interfectorum hominum bona diripiunt: quid aliud sperandum est, nisi propter avaritiam, sibi ipsis ac universo populo iram accumulare, hoc est, sibi ipsis et populo Dei iracundiam conciliare? Atque exemplum ex antiqua historia adducit, in quo ob unius peccatum plures supplicio affecti sunt.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Οὐκ ἰδοὺ Ἀχὰρ ὁ Ζαρᾶ πλημμελείᾳ ἐπλημμέ-

CANON III.

« Annon ecce Achar Zare filius [11] in eo quod

[11] Jos. VII.

Digitized by Google

« dedicatum erat, peccavit : et in omnem Israel « synagogam ira pervenit? Atque hic unus solus « peccavit, sed non solus in suo peccato est mor- « tuus. Nobis autem quidquid non nostrum, sed « alienum est, hoc tempore lucrum, Deo dedica- « tum esse existimandum est. Nam et ille quidem « Achar ex præda accepit, et ipsi nunc ex præda « accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hostium : « qui vero nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, pernicioso « lucro lucrifacientes. »

Bals. Cum dixisset sanctus a fidelibus abdicari eos qui rapiunt quæ ad captivos pertinent, et ex barbarica præda relicta fuerunt; et quod propter eos qui sic sæpe lapsi et minime correpti sunt, in populum quoque ira Dei accumulata sit; ad eorum confirmationem inducit Achar historiam in libro Jesu Nave descriptam. Narrat enim quod cum Jesus pronuntiasset omnia Deo esse dedicata spolia, quæ ex Jericho capta essent, Achar postquam urbs Jericho capta esset, aurea lingua et aliqua veste surrepta, ea infodit in suo tentorio. Cum autem Deus propterea succensuisset, in eo bello Israelitæ victi sunt. Quia autem non manifesta erat iræ Dei causa, missa est sors, et cecidit super Achar. Ille autem interrogatus, furtum confessus est, et quæ surrepta sunt, protulit; et lapidibus obrutus est ipse, et omnes sui, et animalia, et tota ejus supellex. Et dicit : Ecce unus peccavit, et ex eo quod Deo dedicatum est, sustulit; et propter illius peccatum, multi perierunt in bello, ex synagoga seu cœtu Israelitarum : et rursus ultio facta est, non in illum solum, sed in omnes suos. Eis autem qui forte dixerant, esse differentiam eorum quæ Deo dedicata fuerant, et eorum quæ ad privatos aliquos pertinent, resistit sanctus; et ostendit hanc rapinam esse illa avaritia deteriorem : et quod eo tempore quo prædæ ab hostibus aguntur, res fratrum relictæ, tanquam Deo dedicatæ reputantur : et quod, quamvis æqualitatem habeant, quæ ab Achar direpta fuere, et quæ ab eis rapta sunt, propterea quod et utraque ex prædatione vel captivitate comparata sunt; eorum tamen culpa major est. Achar enim res hostium abstulit : ii autem quos plura habendi libido nunc invasit, bona fratrum rapuerunt; eorum calamitatem, lucrum perniciosum rati. Nota præsentem canonem propter eos qui res Ecclesiarum et monasteriorum rapiunt, et, ut semel dicam, propter eos qui quæ sunt Deo dedicata, tanquam propria vindicant.

« λησεν ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν συν- « αγωγὴν Ἰσραὴλ ἐγενήθη ἡ ὀργή; Καὶ εἷς μό- « νος οὗτος ἥμαρτε, μὴ μόνος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἁμαρ- « τίᾳ αὐτοῦ. Ἡμῖν δὲ πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον, ἀλλα « ἀλλότριον, τῷ καιρῷ τούτῳ κέρδος, ἀνάθεμα νενο- « μίσθαι προσήκει. Κἀκεῖνος μὲν γὰρ ὁ Ἄχαρ ἐκ « τῆς προνομῆς ἔλαβε· καὶ αὐτοὶ νῦν ἐκ προνομῆς· « κἀκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων, οἱ δὲ νῦν τὰ τῶν « ἀδελφῶν, κερδαίνοντες ὀλέθριον κέρδος. »

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ὁ ἅγιος ἀποκηρύττεσθαι ἐκ τῶν πιστῶν τοὺς ἁρπάσαντας τὰ τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι διαφέροντα, καὶ ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς λῃλασίας περιλειφθέντα, καὶ ὅτι διὰ τοὺς οὕτω πολλάκις πταίσαντας καὶ μὴ διορθωθέντας, καὶ εἰς τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπισωρευθῇ, ἐπιφέρει πρὸς κατασκευὴν τούτων τὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γεγραμμένην ἱστορίαν περὶ τοῦ Ἄχαρ. Ἱστορεῖται γὰρ ὡς τοῦ Ἰησοῦ ἐπαγγειλαμένου ἀνατεθειμένα εἶναι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς Ἱεριχοῦντος σκυλευθησόμενα, ὁ Ἄχαρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως Ἱεριχοῦντος, γλῶτταν χρυσῆν καὶ ὕφασμά τι ὑφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν ἐν τῷ πολέμῳ οἱ Ἰσραηλῖται. Ὅτι δὲ ἄδηλος ἦν ἡ αἰτία τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, γέγονε κλῆρος, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸν Ἄχαρ. Κἀκεῖνος, ἀνακρινόμενος, ὡμολόγησε τὸ κλέμμα καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτός τε καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν, καὶ τὰ ζῶα, καὶ πᾶσα ἡ ὑποσκευὴ αὐτοῦ. Καί φησιν, Ἰδοὺ εἷς ἥμαρτε, καὶ ὑφείλετο ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνου ἀπώλοντο ἐν τῷ πολέμῳ πολλοὶ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν· καὶ αὖθις ἡ ἐκδίκησις γέγονεν οὐκ εἰς ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς ἐκείνου. Πρὸς δὲ τὸν ἴσως εἰπόντα διαφορὰν εἶναι τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ καὶ τῶν διαφερόντων ἰδιώταις, ἀντικαθίσταται ὁ ἅγιος, καὶ κατασκευάζει χείρονα ἐκείνης τῆς πλεονεξίας εἶναι τὴν παροῦσαν ἁρπαγήν ὅτι τε τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς λῃλασίας τῶν βαρβάρων περιλειφθέντα πράγματα τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ λογίζονται· καὶ ὅτι κἂν ἰσότητα ἔχωσι τὰ παρὰ τῶν Ἄχαρ ἀποσυληθέντα καὶ τὰ παρὰ τούτων ἁρπαγέντα, διὰ τὸ ἐκ προνομῆς ἤτοι αἰχμαλωσίας καὶ ἀμφότερα ἀποκερδανθῆναι, ἀλλ' ἡ ἐκ τούτων αἰτία μείζων ἐστίν. Ὁ μὲν γὰρ Ἄχαρ τῶν πολεμίων ὑφείλετο· οἱ δὲ νῦν πλεονεκτήσαντες τὰ τῶν ἀδελφῶν ἥρπαζον, τὴν συμφορὰν τούτων κέρδος ὀλέθριον ἡγησάμενοι. Σημείωσαι τὰ παρόντα διὰ τοὺς ἁρπάζοντας τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ τὰ τῶν μοναστηρίων, καὶ ἁπλῶς διὰ τοὺς ἰδιουμένους πάντα τὰ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ.

Zonar. Scriptum est in libro Jesu Nave, quod cum obsideret Jesus Jericho, quæcunque in illa erant, Deo dedicata pronuntiavit. Expugnata autem urbe, Achar sublato auro ac quodam indumento, illa in suo tabernaculo defodit. Quam ob causam irato Deo, victi sunt in bello post hæc Israelitæ, multique cecidere. Porro cum divinæ iracundiæ causa quæreretur, missis sortibus Achar est designatus : ac

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ βίβλῳ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γέγραπται, ὅτι πολιορκῶν ὁ Ἰησοῦς οὗτος τὴν Ἱεριχὼ, πάντα τὰ ἐν αὐτῇ ἀνάθεμα ἐπηγγείλατο εἶναι Θεῷ. Ἁλωκυίας δὲ τῆς πόλεως, ὁ Ἄχαρ, χρυσὸν καί τι ὕφασμα ἀφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. Ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν μετὰ ταῦτα ἐν πολέμῳ οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ ἔπεσον πολλοί. Ζητουμένου δὲ αἰτίου τῆς τοῦ Θεοῦ ὀρ-

Digitized by Google

γῆς, ὁ κλῆρος ἐπὶ τοῦ Ἄχαρ ἔπεσε· κἀκεῖνος ἀνακρινόμενος ὡμολόγησε τὸ κλέμμα, καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτὸς καὶ ἡ γυνή, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ σκηνή, καὶ τὰ ζῶα. Ἰδοὺ οὖν, φησὶ, εἷς ἥμαρτε, καὶ ἀπώλοντο ἐν τῷ πολέμῳ Ἰσραηλῖται πολλοί· οἱ ἐκεῖνοι πάντες. Εἶτα καὶ ἐξαίρει ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ τὴν τότε πλεονεξίαν· καὶ χείρονα εἶναι κατασκευάζει ἁμαρτίαν παρὰ τὴν τοῦ Ἄχαρ, συγκρίνων ἄμφω. Καὶ γὰρ ὁ Ἄχαρ, φησὶν, ἐκ προνομῆς ἔλαβεν ἃ ὑφείλετο, καὶ οὗτοι ὁμοίως ἐκ προνομῆς· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων ἔλαβεν, οὗτοι δὲ τὰ τῶν ἀδελφῶν· ὅπερ μεῖζον ποιεῖ τὸ κακόν. Εἶτα ἐπιφέρει, ὥς τινων λεγόντων ὅτι Εὕρομεν ταῦτα ἐῤῥιμμένα τυχὸν, μή τινος ἀντιποιουμένου αὐτῶν, καὶ οὐδὲ ἤδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου· καὶ φησιν· πρὸς τοὺς (32*) λέγοντας τὰ εἰρημένα φησὶν ὁ Πατήρ·

A is quæstione habita furtum confessus est, eaque quæ furatus fuerat protulit, ipseque cum uxore et liberis, ejusque tabernaculum, et jumenta lapidibus obruta sunt. Ecce igitur, inquit, unus peccavit, perieruntque in bello Israelitæ multi, ac illi omnes. Amplificat porro hic magnus Pater illius temporis avaritiam, ac utrumque comparans, crimen hoc gravius, quam quod ab Achar admissum est demonstrat. Ex præda siquidem, inquit, Achar ea sustulit quæ furatus est, ac isti pariter ex præda : cæterum ille res hostium rapuit, hi vero fratrum ; quod gravius malum efficit. Infert deinde, quippe dicentibus quibusdam se hæc invenisse projecta, cum nemo forte illa sibi assereret, neque quorum essent novisse; ac ipsis quæ in Deuteronomio et Exodo habentur opponit, B ac dicit ; eis qui ejusmodi loquebantur sic ait Pater :

ΚΑΝΩΝ Δ.

« Μηδεὶς ἐξαπατάτω ἑαυτὸν, μήτε ὡς εὑρών· οὔτε « γὰρ εὑρόντα κερδαίνειν ἔξεστι. Φησὶ γὰρ τὸ Δευτε« ρονόμιον· *Μὴ, ἰδὼν τὸν μόσχον τοῦ ἀδελφοῦ σου « καὶ τὸ πρόβατον πλανώμενα ἐν τῇ ὁδῷ, πε« ριΐδῃς αὐτὰ, ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ « ἀδελφῷ σου. Ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός « σου πρὸς σὲ, μηδὲ ἐπίστασαι αὐτὸν, συν« άξεις αὐτὰ, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ἐκ« ζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις « αὐτά. Καὶ οὕτω ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ « οὕτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιή« σεις μετὰ πᾶσαν* (33) *ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ C « σου, ὅσα ἂν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὑρή« σῃς αὐτά.* Ταῦτα τὸ Δευτερονόμιον. Ἐν δὲ τῇ « Ἐξόδῳ, οὐ μόνον ἐὰν τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τις εὕρῃ, « ἀλλὰ καὶ ἐχθροῦ, *Ἀποστροφῇ*, φησὶν, *ἀποστρέ« ψεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῶν.* Εἰ « δὲ ἐν εἰρήνῃ ῥᾳθυμοῦντος καὶ τρυφῶντος καὶ τῶν « ἰδίων ἀμελοῦντος ἀδελφοῦ ἢ ἐχθροῦ, κερδᾶναι οὐκ « ἔξεστιν, πόσῳ μᾶλλον δυστυχοῦντος καὶ πολεμίους « φεύγοντος, καὶ κατὰ ἀνάγκην τὰ ἴδια ἐγκαταλι« πόντος ; »

CANON IV.

« Nemo seipsum seducat, neque tanquam inve« nerit : neque enim fas est ei qui invenit lucrifa« cere. Dixit enim Deuteronomium : *Viso fratris « tui vitulo, et ove errante in via, ea ne despexeris, sed « ea restitutione restitues fratri tuo. Sin autem fra« ter tuus ad te non approximet, neque ipsum noveris, « coges ea et apud te erunt, donec ea frater tuus « quæsierit, et reddes ea ; et sic facies de ejus asino, « et sic facies de ejus veste ; et sic facies post omnem « perditionem fratris, quæcunque ipsi perierint, et « tu ea inveneris*[12]. Hæc Deuteronomium. In Exodo « autem, non solum si quis res fratris, sed etiam « inimici invenerit, *Restitutione*, inquit, *restitues « ipsa domui domini ipsorum*[13]. Si autem ab eo « qui in pace et in otio delicate vitam transfigit, « nec de suis est sollicitus, sive frater sit, sive ini« micus, non licet lucrari; quanto magis ab eo qui « rebus adversis premitur, et hostes fugit, et ne« cessitate coactus propria relinquit? »

ΒΑΛΣ. Εἰκὸς ἦν εἰπεῖν τινὰς ὅτι Οὐχ ἡρπάσαμεν τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀδελφῶν, ἀλλ' εὕρομεν αὐτὰ ἐῤῥιμμένα, καὶ οὐκ ἤδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀκαταιτίατοι νομιζόμεθα. Πρὸς γοῦν τούτους ἀντιτίθησιν ὁ ἅγιος τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου, καί φησιν, ὡς κἂν ἐῤῥιμμένα καὶ ἀνεπιμέλητα καὶ ἐν καιρῷ τοιούτῳ εὑρήσῃ τις πράγματα, ἀγνοῇ δὲ καὶ τὸν δεσπότην αὐτῶν, οὐδὲ οὕτως ἐχωρεῖται κερδᾶναι αὐτά. Χρεωστεῖ γὰρ φυλάξαι αὐτὰ, ἕως ἂν ὁ κύριος αὐτῶν γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτά. Εἶτα προσεπάγει ὅτι, ἐὰν κατὰ τὴν Μωσαϊκὴν νομοθεσίαν οὐκ ἔξεστί τινι ἰδιοῦσθαι τὰ ἑτέροις ἀνήκοντα πράγματα, κἂν φίλοι ὦσιν οὗτοι, κἂν ἐχθροὶ, κἂν ἀνεπιμέλητα ὦσι, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ εἰρήνης, ἀλλὰ ἀναγκάζεται ἀποκαθιστᾶν αὐτὰ πρὸς τοὺς δεσπότας τούτων καὶ τρυφῶντας, καὶ μηδὲ ἐπιστρεφομένους τῆς τῶν ἰδίων

Bals. Est verisimile dixisse aliquos se non rapuisse res fratrum suorum captivorum : sed eas, inquiebant, disjectas invenimus, nec sciebamus cujusnam erant, et propterea nulla in nos cadit reprehensio. Adversus eos ergo opponit sanctus Deuteronomium et Exodum : et dicit, quod etiamsi aliquis disjectas neglectuique habitas eo tempore res invenerit, ipsarum autem dominum ignoraverit, ne sic quidem eas lucrari permittitur. Debet enim eas servare, donec earum dominus illas cognoverit et quæsierit. Deinde infert, quod si lege Mosaica nulli licet, ea quæ ad alios pertinent, tanquam sua sibi propria ascribere, sive ii sint amici, sive inimici, etiamsi tempore pacis neglectui habita sint, sed cogitur ea dominis ipsorum restituere, quamvis luxuriose et delicate vivant, nec proprias res invenire

[12] Deut. XXII, 1, 3. [13] Exod. XXIII, 4.

(32*) *Καὶ φησιν· πρὸς τούς.* Forte legendum : καὶ πρὸς τούς. Edit. Patrol.

(33) *Μετὰ πᾶσαν.* LXX, κατὰ πᾶσαν ἀπώλειαν.

Digitized by Google

curent : quanto magis debet is qui res invenit fratris adversa fortuna utentis, et in captivitatem abducti, vel barbaros fugientis, et qui in tanta necessitate sua neglecta reliquit, eas tam infortunato homini restituere? Atque hæc quidem sanctus describit : et docet deinceps quomodo puniri debeant, et qui res eas rapuerunt, et qui non rapuerunt, sed invenerunt, et qui postquam invenerunt eas non restituerunt. Lex autem civilis hæc expresse dicit in themate 5, cap. 43, tit. 12, lib. LX : Qui rem alienam abjectam accipit, ut eam lucretur, etiamsi ignorat cujus sit, est furti actioni obnoxius : nisi forte dominus eam ita reliquerit, ut cujus nullam curam gerat. Tunc enim etiamsi ut ea furans ceperit, quoniam ipsius esse desiit, furti non tenetur. Non enim fit furtum, nisi sit cui furtum fiat. Si autem quod non est pro derelicto habitum, pro derelicto esse habitum existimavit, non est fur; si autem nec pro derelicto habebatur, nec pro derelicto haberi existimavit, accepit autem ut domino invento redderet, actione furti non tenetur, etiamsi pro inventione pretium acceperit. Similiter et 61 cap., 3 tit., L lib. sic habet : Si quis absentis rem vacantem detinuisset, non tenebatur olim vel interdicto de vi, vel interdicto, Quod vi aut clam, nisi utique rei vindicatione, quatenus absens erat dominus. Nos ergo volumus eum ut qui sit possessor, generali de vi interdicto teneri. Est enim ridiculum dicere quod proprium existimabant id quod est alienum : quemadmodum et de furti in duplum actione diximus, quod qui præter domini sententiam ac voluntatem contrectat. furtum committit. Hæc autem dicimus nisi XXX annorum spatium præterierit, ex quo possessionem apprehendit. Nota quæ hic de captivorum rebus scripta sunt. Lege etiam lib. XXXIV, tit. 1, cap. 17, dicens : Receptos ab hostibus agros, qui prius erant domini recipiunt; non enim loco prædæ sunt, neque publicantur. Qui ex hostibus enim rapiuntur, non fiunt publici. Nota ergo quod etiam et canonibus et legibus, non solum qui captivorum res deprædantur et diripiunt, puniuntur et tenentur; sed etiam ii qui rem immobilem vacantem invenisse se dicunt, et non statim rem aperiunt, et eam nomine domini possident; secundum legem quidem ecclesiasticam eis pœnitentia injungetur; secundum civilem autem, vel ut fures puniuntur, si res erit mobilis, vel interdicto de vi, si erit immobilis. Quando autem, quod inventum neglectum est, quod a legibus proderelictum nuncupatur, non similiter punitur, qui id detinuit. Sed si sit quidem res mobilis, cogitur eam domino restituere, et solum nisi ejus dominium assecutus sit, ut bonæ fidei possessor, intra triennium; si autem illud immobile, quod pro derelicto detentum est, nisi ejus factus sit dominus, intra decennium. Vacantis autem, et ejus quod pro derelicto habetur, magna est differentia. Quod enim vacat, animo possidemus, etiamsi id naturaliter non possidemus; quod autem pro derelicto, nec civiliter, nec naturaliter possidemus; et ideo a bonæ

A εὑρέσεως· πόσῳ μᾶλλον ὀφείλει ὁ εὑρὼν ἀδελφοῦ δυστυχοῦντος καὶ αἰχμαλωτισθέντος ἢ καὶ φεύγοντος τοὺς βαρβάρους, πράγματα, καὶ κατὰ τοσαύτην ἀνάγκην ἀτημέλητα καταλιπόντος τὰ οἰκεῖα, ἀποκαθιστᾷν αὐτὰ πρὸς τὸ μέρος τοῦ οὕτω δυσπραγοῦντος ἀνθρώπου; Καὶ ὁ μὲν ἅγιος ταῦτα ἐθέσπισε· καὶ ἐφεξῆς διδάσκει πῶς ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἵ τε ἁρπάσαντες τὰ τοιαῦτα πράγματα, καὶ οἱ μὴ ἁρπάζοντες, ἀλλὰ εὑρόντες· πρὸς δὲ καὶ οἱ μετὰ τὴν εὕρεσιν μὴ ἀποκαθιστῶντες αὐτά. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος φησὶν ἐν θέματι ε', τοῦ μ' κεφαλαίου, τοῦ ιβ' τίτλου, τοῦ ξ' βιβλίου, ταῦτα ῥητῶς· Ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐρριμμένον λαμβάνων ἐπὶ τῷ κερδᾶναι, κἂν ἀγνοῇ τίνος ἐστὶν, ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ· εἰ μὴ ἄρα ἀπρονόητον ὁ

B δεσπότης εἴασεν αὐτό· τότε γὰρ κἂν ὡς κλέπτων αὐτὸ ἔλαβεν, ἐπειδὴ ἐπαύσατο αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὑπόκειται. Κλοπὴ γὰρ οὐ γίνεται μὴ ὄντος τοῦ κλοπὴν ὑφισταμένου. Εἰ δὲ τὸ μὴ ὂν ἀπρονόητον ἐνόμισεν ἀπρονόητον, οὐκ ἔστι κλέπτης· εἰ δὲ μὴ ἦν ἀπρονόητον, μήτε ἐνόμισεν, ἔλαβε δὲ, ἐπὶ τῷ δοῦναι τῷ εὑρισκομένῳ δεσπότῃ, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ, κἂν εὕρετρα λάβῃ. Ὡσαύτως καὶ τὸ ξα' κεφ. τοῦ γ' τίτλου τοῦ ν' βιβλίου οὕτω διαλαμβάνει· Ἐάν τις ἀπόντος πρᾶγμα κατέσχε σχολάζον, οὐκ ἐνήγετο τὸ παλαιὸν ἢ τῷ περὶ βίας παραγγέλματι, ἢ τῷ, Ὅπερ βίᾳ ἢ λάθρα, εἰ μὴ ἄρα τῇ τὰ ἴδια ἐκδικούσῃ ἀγωγῇ, ἐν ᾧ δεσπότης ἦν ὁ ἀπών. Ἡμεῖς οὖν, ὡς νομέα ὄντα, βουλόμεθα κρατεῖσθαι τῷ περὶ βίας

C γενικῷ παραγγέλματι· γελοῖον γάρ ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι ἐνόμιζον ἴδιον τὸ ἀλλότριον· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγῆς εἴπομεν, ὅτι ὁ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ψηλαφῶν κλοπὴν ἁμαρτάνει. Ταῦτα δέ φαμεν, ἐὰν μὴ τριακονταετία παρῆλθεν ἐξ οὗ τῆς νομῆς ἐπελάβετο. Σημείωσαι τὰ ἐνταῦθα γεγραμμένα περὶ τῶν πραγμάτων τῶν αἰχμαλώτων. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλ. λδ', τιτ. α', κεφ. ιζ', λέγον· Τοὺς ἀναλῃφθέντας παρὰ τῶν πολεμίων ἀγροὺς οἱ πρώην ἀναλαμβάνουσι δεσπόται· οὐ γὰρ ἐν τάξει πραίδας εἰσὶν οὐδὲ δημόσιοι γίνονται. Οὐ γὰρ τῶν πολεμίων λαμβανόμενοι, γίνονται δημόσιοι. Σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων καὶ ἀπὸ τῶν νόμων οὐ μόνοι οἱ τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀποσυλῶντες ἢ ἁρπάζοντες κολάζονται καὶ ἐνέχονται,

D ἀλλὰ καὶ οἱ εὑρεμά τι ἢ ἀκίνητον σχολάζον λέγοντες ἐφευρεῖν, καὶ μὴ αὐτίκα τὸ πρᾶγμα κατάδηλον ποιούμενοι, καὶ φυλάττοντες αὐτὸ εἰς ὄνομα τοῦ δεσπότου, κατὰ μὲν τὸν ἐκκλησιαστικὸν νόμον ἐπιτιμηθήσονται, κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν ἢ ὡς κλέπται τιμωρηθήσονται, ἐάν ἐστι τὸ πρᾶγμα κινητὸν, ἢ τῷ περὶ βίας παραγγέλματι, ἐάν ἐστιν ἀκίνητον. Ὅταν δὲ ἀπρονόητόν ἐστι τὸ εὑρεθὲν, τὸ παρὰ τοῖς νόμοις καλούμενον προδερέλικτον, οὐ κολάζεται παρομοίως ὁ τοῦτο κατασχών· ἀλλ' εἰ μὲν κινητόν ἐστιν, ἀναγκάζεται αὐτὸ ἀποδοῦναι, καὶ μόνον, εἰ μὴ ἐδέσποσεν αὐτὸ, ὡς καλῇ πίστει νομεὺς, ἐντὸς τριετίας· εἰ δὲ ἀκίνητον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ κατασχεθὲν ὡς προδερέλικτον, εἰ μὴ γέγονε τούτου δεσπότης, ἐντὸς δεκαετίας. Σχολάζον τος δὲ καὶ ἀπρονοήτου μεγάλη διαφορά. Τὸ μὲν γὰρ

Digitized by Google

σχολάζον ψυχῇ νεμόμεθα, κἂν φυσικῶς αὐτὸ σὺ κατέχομεν· τὸ δὲ προδερέλικτον οὐδὲ νομίμως οὐδὲ φυσικῶς κατέχομεν· καὶ διὰ τοῦτο δεσπόζεται παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νεμηθέντος αὐτό. Ταῦτα δὲ χώραν οὐκ ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀνηκόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι· καὶ διὰ τοῦτο οἱ κατέχοντες αὐτὰ καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντες, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἀδιαστίκτως καὶ ἐνέχονται καὶ κολάζονται.

A fidei possessore ejus dominium acquiritur. Hæc autem locum non habent in iis quæ ad captivos pertinent; et ideo qui ea detinent, et non restituunt, ut superius dictum, citra ullam distinctionem, et tenentur, et puniuntur.

ΖΩΝΑΡ. Ὅτι μὴ ἐξαπατάτω τις ἑαυτὸν, ὡς εὑρὼν τὸ τοῦ ἀδελφοῦ πρᾶγμα ἐῤῥιμμένον ἴσως καὶ ἀνεπιμέλητον κείμενον. Κἂν γὰρ οὕτως εὕρῃ αὐτὸ, οὐκ ἔξεστι κερδῆσαι αὐτὸ καὶ οἰκειώσασθαι τὸ ἀλλότριον· κἂν ἴσως ἀγνοῇ τὸν δεσπότην τοῦ πράγματος· χρεωστεῖ γὰρ λαβεῖν αὐτὸ, καὶ φυλάξαι ἕως ὁ κύριος αὐτοῦ γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτό. Καὶ τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου ἐπάγει λέγων ὅτι, Ἐὰν ἐν καιρῷ εἰρήνης ὁ ἀδελφός σου ἢ ὁ ἐχθρός σου ἐκ ῥᾳθυμίας ἀπολέσῃ τὸ ἴδιον, οὐκ ἔξεστί σοι εὑρόντι αὐτὸ κέρδος ἴδιον ποιήσασθαι, ἀλλὰ ἐπανασῶσαι τῷ ἀπολέσαντι αὐτὸ ἀπαιτῇ κατὰ τὸν νόμον τὸν παλαιόν· πόσῳ μᾶλλον, ἐὰν τοῦ φεύγοντος ἀδελφοῦ σου ἢ τοῦ αἰχμαλωτισθέντος εὑρήσεις πράγματα παρ' αὐτῶν ἐγκαταλειφθέντα, χρή σε φυλάξαι αὐτὰ καὶ ἀποδοῦναι τῷ δυσπραγοῦντι;

ZONAR. Ne quispiam se ipsum seducat, quasi rem fratris projectam fortasse planeque neglectam invenerit. Nam etsi ita inveniat ipsam, lucrari haud fas est, sibique rem alienam vindicare, etiamsi forte ignoret dominum; sed illam sumere oportet, ac usque illam dominus norit ac requirat, servare. Tum Deuteronomii ac Exodi locos profert, ita disserens: Si pacis tempore frater tuus, aut inimicus B tuus ex negligentia rem suam perdat, haud fas est, si eam inveneris, tibi propriam vindicare, sed ei qui perdidit servari antiqua lex jubet; quanto magis si res inveneris fratris tui qui aufugit, aut in servitutem abductus est, ab ipso relictas, servare illas ac infortuniis presso reddere oportebit?

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Ἄλλοι δὲ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, αντὶ τῶν ἰδίων « τῶν ἀπολομένων ἃ εὗρον ἀλλότρια κατέχοντες· ἵνα « ἐπειδὴ αὐτοῖς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ τοῦ πολέμου « εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γί« νωνται. Ἀπεστείλαμεν οὖν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέ« ροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κα« τὰ τὸν ἐνθάδε τύπον καὶ αὐτὸς δῴῃ ὁμοίως καὶ C « ὧν δεῖ τὰς κατηγορίας προσίεσθαι, καὶ οὓς δεῖ ἐκ« κηρύξαι τῶν εὐχῶν. »

CANON V.

« Alii autem seipsos seducunt, pro propriis quæ « perierunt, aliena quæ invenerunt, detinentes: « ut quoniam Boradi et Gothi eis hostilia fecerunt, « ipsi sint aliis Boradi et Gothi. Propterea ergo « fratrem et consenem nostrum Euphrosynum ad « vos misimus, ut secundum formam quæ hic est, « et ipse det similiter, et quorum accusationes ad« mittere oporteat, et quos a precibus abdicare. »

ΒΑΛΣ. Ἀπολογησάμενος ὁ ἅγιος τὰ εἰκότα πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς ἐῤῥιμμένα καὶ ἀτημέλητα εὑρεῖν τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα, καὶ διὰ τοῦτο ἰδιώσασθαι αὐτά· ἄρτι ἀπολογεῖται πρὸς τοὺς ἀντιποιουμένους τῶν διαφερόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσιν ἀντὶ τῶν φθασάντων παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθῆναι πραγμάτων αὐτῶν. Φησὶ γὰρ ὡς καὶ τοῦτο ἀπάτη ἐστὶ καὶ ματαία πρόφασις. Οὐδὲ γὰρ δίκαιόν ἐστι τούτους γεγονότας παρανάλωμα πολεμίου βαρβαρικοῦ μὴ καρτερῆσαι, ἀλλὰ γενέσθαι αὐτοὺς πολεμίους τῶν ἀδελφῶν, καὶ χρηματίσαι εἰς τούτους ἄλλους βαρβάρους. Διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, τὸν ἀδελφὸν Εὐφρόσυνον πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον, ἦγουν, καθὼς ἡμεῖς ἐνταῦθα ἐποιήσαμεν, δῴῃ τύπον καὶ αὐτόθι ὥστε οὕτω ποιεῖν ὑμᾶς. Εἶτά φησιν ὡς ὁ αὐτὸς Εὐφρόσυνος ἀναδιδάξει τίνας δεῖ προσδέχεσθαι κατηγοροῦντας κατά τινων, καὶ τίνας χρὴ ἀποκηρύττειν τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν.

BALS. Postquam sanctus, quæ erant consentanea respondit iis qui dicebant se ut disjectas et neglectui habitas res captivorum invenisse et propterea ea sibi vindicasse; nunc iis respondet, qui, quæ ad captivos pertinebant, pro iis quæ sibi ab hostibus prius ablata fuerant, vindicabant. Dicit enim et hoc esse fraudem et inanem prætextum. Neque enim æquum est, ut qui ex bello barbarico detrimentum acceperint, non toleranter ferant, sed sint ipsi hostes fratrum, et alii in ipsos barbari appellentur. Propterea, inquit, misimus ad vos fratrem Euphrosynum, ut juxta formam hic traditam, seu quemadmodum hic fecimus, isthic quoque det formam ut sic vos faciatis. Deinde dicit: Euphrosynus vos docebit quosnam et adversus quos accusantes admittere, et quosnam ab Ecclesia et fidelium communione abdicare oporteat.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, φησὶν, ἀπολέσαντες οἰκεῖα πράγματα, καὶ εὑρόντες ἀλλότρια, λέγουσι κατέχειν αὐτὰ, ἀνθ' ὧν ἀπώλεσαν, ἐξαπατῶντες ἑαυτούς. Ὅπερ γὰρ, φησὶν, ἐγένοντο ἐκείνοις οἱ πολέμιοι βάρβαροι, τοῦτο γίνονται αὐτοὶ τοῖς ἀδελφοῖς. Ἥρπασαν οἱ βάρβαροι τὰ ἐκείνων, κἀκεῖνοι τὰ τῶν ἀδελφῶν. Διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον,

ZONAR. Nonnulli, inquit, amissis rebus suis, ac aliena invenientes, pro iis quæ amiserunt ea detinere se asserunt, seipsos decipientes. Quod enim, ait, illis fuere hostes barbari, hoc ipsi fiunt fratribus. Barbari res illorum rapuerunt, ac illi fratrum. Propterea, inquit, [Euphrosynum] ad vos misimus, ut secundum formam hic observatam vos quoque

Digitized by Google

illic faciatis, et quorum accusationes et contra quos oporteat admittatis, et quos decet abdicetis, hoc est ejiciatis ab Ecclesia, atque a fidelibus segregetis, ne cum ipsis una precentur. Porro quorumnam accusationes admittendæ sint, sextum secundæ œcumenicæ synodi caput docet. Legantur etiam quæ ibi scripsimus.

A καὶ αὐτόθι ὥστε οὕτως ὑμᾶς ποιεῖν, καὶ τίνας δεῖ κατηγοροῦντάς τινων προσδέχεσθαι, καὶ οὓς ἐκκηρύξαι, ἤγουν τίνας τῆς Ἐκκλησίας ἐξῶσαι, καὶ τῶν πιστῶν χωρίσαι, ὥστε μὴ συνεύχεσθαι αὐτοῖς. Τίνας δὲ δεῖ κατηγοροῦντας προσδέχεσθαι, τὸ ἕκτον κεφάλαιον τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου διδάσκει. Ἀναγνωστέον καὶ τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα.

CANON VI.

« De iis qui captivos ex barbaris fugientes vi detinent. Denuntiatum autem est nobis quidpiam incredibile in vestra regione factum esse, omnino ab infidelibus et impiis, et qui ne nomen quidem Domini novere; quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatisque processere, ut captivos aliquos qui effugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt. »

B

Bals. Accepit sanctus quod quidam captivi orthodoxi, postquam manus barbaricas evasere, vi a quibusdam detinentur, nec domum reverti sinuntur. Dicit ergo iis, ad quos scriptum hoc epistolare missum est, quod hoc ei incredibile visum est: est enim infidelium et impiorum opus. Sin autem factum est, non remanebit impunitum. Et ideo debent hæc diligenter inquiri, et mitti in regionem qui hæc perscrutentur. Existimat enim, quod etiam fulmen seu ignis sit casurus, et eos qui hæc agunt exusturus.

Zonar. Nonnulli, inquit, ut didicimus, captivos ex hostibus diffugientes vi retinent: qui sunt omnino infideles et impii, neque vel Deum norunt. Proinde sanctus vir ab iis ad quos scribit, postulat mitti in regionem homines qui de hac re inquirant; ne, inquit, ignis cadat cœlitus, ac eos qui hæc agunt absumat. Hoc autem dixit, facinoris gravitatem indicans.

C

CANON VII.

« De iis qui inter barbaros annumerati sunt, et absurda quædam in eos qui sunt sui generis fecerunt. Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, et cum eis in captivitate invaserunt, obliti se esse Ponticos et Christianos, efferati autem barbarique redditi, ut et eos qui sui sunt generis, vel ligno vel suffocatione interficiant, vias autem vel domos nescientibus barbaris ostendant; etiam ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis sanctis aliquid communiter visum fuerit, et ante eos sancto Spiritui. »

D

Bals. Eos quidem qui postquam captivi facti sunt, barbaris consenserunt, et cum eis veluti barbari effecti sunt, et sui generis Christianos interfecerunt, vel vias barbaris ignotas et ad Christianos ducentes ostenderunt, vel eorum ædes hostibus manifestas fecerunt, ne ad divinarum quidem laudum auditionem admittendos esse decernit: sed eos omnino extra ecclesiam statui in loco deflentium, post confessionem scilicet vel condemnationem, donec sancti simul congregati de iis communiter statuerint. Sanctos autem episcopos appel-

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Περὶ τῶν βίᾳ κατεχόντων τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους. Ἀπηγγέλθη δέ τι ἡμῖν καὶ ἄπιστον ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν γενόμενον, πάντως που ὑπὸ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν καὶ μὴ εἰδότων μηδὲ ὄνομα Κυρίου, ὅτι ἄρα εἰς τοσοῦτόν τινες ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας προεχώρησαν, ὥστε τινὰς τοὺς διαφυγόντας αἰχμαλώτους βίᾳ κατέχειν. Ἀποστείλατέ τινας εἰς τὴν χώραν, μὴ καὶ σκηπτοὶ πέσωσιν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. »

ΒΑΛΣ. Ἔμαθεν ὁ ἅγιος ὡς τινες ὀρθόδοξοι αἰχμάλωτοι, τὰς βαρβαρικὰς χεῖρας διαφυγόντες, κατέχονται ὑπό τινων κατὰ βίαν, καὶ οὐ παραχωροῦνται οἴκαδε ὑποστρέψαι. Φησὶν οὖν πρὸς οὓς ἀπεστάλη τὸ ἐπιστολιμαῖον τοῦτο γράμμα, ὡς τοῦτο καὶ ἄπιστον ἐλογίσθη αὐτῷ· ἔργον γάρ ἐστιν ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν. Εἰ δὲ γέγονεν, ἀνεκδίκητον οὐκ ἔσται. Διὸ καὶ ὀφείλουσι τὰ περὶ τούτου πολυπραγμονηθῆναι, καὶ ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι. Νομίζει γὰρ ὡς καὶ σκηπτὸς, ἤγουν πῦρ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κατέφλεξε τοὺς ταῦτα πράσσοντας.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, φησὶν, ὡς ἐμάθομεν, αἰχμαλώτους διαφυγόντας τοὺς πολεμίους, βίᾳ κατέχουσιν· οἵτινες πάντως ἄπιστοί εἰσι καὶ ἀσεβεῖς, καὶ οὐδὲ Θεοῦ ἐπίγνωσιν ἔχουσιν. Ἀπαιτεῖ οὖν ὁ ἅγιος τοὺς πρὸς οὓς γράφει, ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι περὶ τοῦ πράγματος, ἵνα μὴ πῦρ, φησὶν, ἐξ οὐρανοῦ πέσῃ καὶ καταφλέξῃ τοὺς ταῦτα πράσσοντας. Τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν ἀτοπίαν δεικνύων τῆς πράξεως.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Περὶ τῶν ἐγκαταλεχθέντων τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄτοπά τινα κατὰ τῶν ὁμοφύλων τολμησάντων. Τοὺς μὲν οὖν ἐγκαταλεχθέντας τοῖς βαρβάροις καὶ μετ' αὐτῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπελθόντας, ἐπιλαθομένους, ὅτι ἦσαν Ποντικοὶ καὶ Χριστιανοὶ, ἐκβαρβαρωθέντας δὲ ὡς καὶ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἢ ξύλῳ ἢ ἀγχόνῃ, ὑποδεικνύναι δὲ ἢ ὁδοὺς ἢ οἰκίας ἀγνοοῦσι τοῖς βαρβάροις· καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπεῖρξαι δεῖ, μέχρις ἂν κοινῇ περὶ αὐτῶν τι δόξῃ συνελθοῦσι τοῖς ἁγίοις, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς μέντοι μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τοῖς βαρβάροις ὁμοφρονήσαντας, καὶ μετ' αὐτῶν οἷον βαρβαρωθέντας, καὶ τοὺς ὁμοφύλους Χριστιανοὺς φονεύσαντας, ἢ ὁδοὺς ἀγνοουμένας τοῖς βαρβάροις, καὶ ἀπαγούσας εἰς Χριστιανοὺς ὑποδείξαντας, ἢ οἰκίας τούτων καταδήλους τοῖς πολεμίοις ποιήσαντας, μηδὲ εἰς ἀκρόασιν τῶν θείων δοξολογιῶν παραδεχθῆναι διορίζεται· ἀλλὰ ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἱστασθαι αὐτοὺς ἐν τόπῳ προσκλαιόντων πάντως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἢ τὴν καταδίκην, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες. Ἁγίως

Digitized by Google

δὲ τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ. Τὸ δὲ, *πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι*, ἐπήγαγε, δεικνὺς, ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ τῶν ἐπισκόπων, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτά. Καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω τούτους κολάζει· ὁ δὲ πολιτικὸς τῷ περὶ καθοσιώσεως ἐγκλήματι καθυποβάλλει τοὺς τοιούτους. Φησὶ γὰρ κεφάλ. α' τοῦ λς' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου· Ὁ περὶ τῶν ἐπιβούλων νόμος ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας. Καὶ ἐνέχεται αὐτῷ ὁ κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου πλημμελήσας, καὶ σπουδάσας κατὰ δόλον παρὰ κέλευσιν βασιλέως ἀναιρεθῆναι τοὺς ὁμήρους· ἢ ἵνα ἔνοπλοι ἄνθρωποι ἐν πόλει κατὰ τῆς πολιτείας ὦσιν, ἢ ἵνα τόπος ἢ ἱερὰ κατασχεθῶσιν, ἢ στασιώδης γένηται σύνοδος, ἢ ἵνα φονευθῇ ὁ ἄρχων· καὶ ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους γράμμα ἢ ἄγγελον πέμψας ἢ σημεῖον αὐτοῖς δεδωκὼς, ἢ ἄλλως βοηθήσας αὐτοῖς, καὶ ὑπονοθεύσας στρατιώτας πρὸς στάσιν ἢ θόρυβον κατὰ τῆς πολιτείας. Καὶ κεφάλ. γ', τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου· Ὁ τοὺς πολεμίους ἐρεθίσας, ἢ παραδοὺς αὐτοῖς πολίτην, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖται. Καὶ ἐφεξῆς διαλέγεται τὸ κεφάλαιον περὶ ἄλλων τινῶν ὁμοίων. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν αἰχμαλωτισθέντων καὶ ὁμοφωνησάντων τοῖς πολεμίοις, καὶ περὶ τῶν μὴ αἰχμαλωτισθέντων, ὅμως μέντοι τοῖς πολεμίοις ὁμογνωμονησάντων, καὶ φρονησάντων κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας. Οἱ δὲ τοῖς κατὰ χέρσον καὶ θάλατταν λῃστεύουσι συλληστεύσαντες, πλειόνως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κολασθήσονται· ὅτι καὶ μείζων ἐστὶ τούτων ἡ κακία. Οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι κατὰ πρόσωπον καὶ γυμνῇ κεφαλῇ, τὸ λεγόμενον, τὸν πόλεμον συνιστῶσιν· οἱ δὲ λῃσταὶ ἀοράτως καὶ ἀφανῶς ἀπροσδόκητον μελετῶσι φόνον. Ὅσον οὖν τοῦ προκειμένου κατ' ὄψιν κινδύνου ἡ μάχη κουφοτέρα ἐστὶ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ, τοσοῦτον καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἔφοδος ἀνεκτοτέρα ἐστὶ τῆς τῶν λῃστευόντων ἐπιβουλῆς.

A lat. Illud autem, *ante ipsos sancto Spiritui*, subjunxit, ostendens, quod quæcunque in communi consideratione ab episcopis dispensantur et statuuntur, Spiritus sanctus ea suggerit. Et lex quidem ecclesiastica ipsos sic punit. Lex vero civilis eos majestatis crimini subjicit. Dicit enim primum caput, 36 tit., LX lib. : Lex majestatis similis est legi de sacrilegio. Et tenetur ea, qui adversus populum Romanum commisit, et qui dolo malo curavit injussu principis obsides interimi; vel ut armati homines in urbe sint adversus rempublicam, vel ut loca aut templa occupentur, vel seditiosus fiat conventus, vel ut occidatur magistratus, et ad hostes nuntium vel litteras misit, vel signa eis dedit, aliove modo eis tulit auxillum, et qui sollicitavit vel concitavit milites ad seditionem vel turbam contra rempublicam. Et cap. 3 ejusdem tit. et lib. : Qui hostes sollicitavit, et eis rempublicam tradidit, capite punitur. Et deinceps disserit caput de aliis quibusdam similibus. Et hæc quidem de iis qui in captivitatem abducti sunt, et hostibus consenserunt, et de iis itidem qui non in captivitatem abducti sunt, cum hostibus tamen consenserunt, et adversus Romanum imperium conspirarunt. Qui autem cum iis qui terram mareque depopulantur, una deprædati sunt, magis, ut mihi videtur, punientur, quia major est eorum improbitas. Hostes enim aperta fronte, et nudo, ut aiunt, capite bellum comparant; latrones autem clam et occulte inopinatam cædem moliuntur. Quanto ergo prævisi periculi pugna levior est inopinato malo, tanto hostium insultus est tolerabilior latronum insidiis.

B

C

ΖΩΝΑΡ. Ὅσοι μὲν οὖν, φησὶν, αἰχμαλωτισθέντες ποτὲ, συγκατετάγησαν τοῖς βαρβάροις, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπῆλθον βαρβαρωθέντες τὰ ἔθη· καὶ ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι, ὅτι ἐκ τοῦ Πόντου ἦσαν Χριστιανοὶ, ὁμοφύλους ἐφόνευσαν, ἢ ὁδοὺς ὑπεδείκνυον τοῖς βαρβάροις ἀγνοουμένας αὐτοῖς, ἢ οἰκίας λανθανούσας αὐτούς· οὗτοι μηδὲ εἰς ἀκρόασιν παραδεχθήτωσαν μετανοοῦντες· τουτέστιν ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἑστηκέτωσαν, ἐν τόπῳ δηλαδὴ προσκλαιόντων, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες. Ἁγίους δὲ ἢ τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ, ἢ τοὺς πιστοὺς ἁπλῶς κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον. Τὸ δὲ, *πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι*, ἐπήγαγε, δεικνὺς, ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ ἐπισκόπων, ἢ καὶ ἁπλῶς τῶν πιστῶν, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτὰ τοῖς περὶ αὐτῶν διασκεπτομένοις.

ZONAR. Quicunque quidem, ait, aliquando in servitutem abducti se barbaris adjunxerunt, et una cum iis grassati sunt morum barbariem induentes, ac velut obliti se ex Ponto Christianos esse, eos qui ejusdem sunt generis interfecere, vel barbaris ignotas monstravere vias, domosve ipsis occultas; hi ne ad auditionem quidem admittantur, pœnitentiam agentes; hoc est, extra ecclesiam omnino consistant, in loco videlicet flentium, donec in communi conventu sancti de ipsius deliberent. Sanctos porro aut episcopos vocat, aut simpliciter fideles, magni Pauli apostoli exemplo. Illa autem verba, *ante ipsos Spiritui sancto*, ideo adjunxit, ut quæcunque in communi consilio ab episcopis, vel etiam a quibuscunque fidelibus decernuntur, Spiritum sanctum ea deliberantibus suggerere demonstret.

D

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Περὶ τῶν οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμησάντων ἐν τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῇ. Τοὺς δὲ οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμήσαντας, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσι, μηδὲ τῆς ἀκροάσεως ἀξιῶσαι· ἐὰν δὲ αὐτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσιν, ἐν τῇ τῶν ὑποστρεφόντων τάξει ὑποπίπτειν. »

CANON VIII.

« De iis qui alienas domos hostiliter ingredi ausi « sunt in barbarorum incursione. Eos autem qui « alienas domos invadere ausi fuerint, si accusati « quidem convicti fuerint, nec auditione dignos « existimare. Sin autem indicarint se ipsos ac reddiderint, in eorum qui convertuntur ordinem « substerni. »

Digitized by Google

Bals. Postquam sanctus fusius tractaverit de iis qui rapuerunt, vel quorumdam captivorum res invenerunt, quod ad pœnarum rationem attinet; nunc quoque species pœnitentiæ, sive ecclesiasticarum pœnarum incipit dicere. Et statim decernit ut nec stent cum audientibus, sed cum deflentibus, extra ecclesiam, qui rem captivi rapuerunt, et eam non restituerunt, sed accusationem et probationem exspectarunt propter initiationem. Eos autem qui se ipsos detulerunt, et sua sponte quæ abstulere, ante actionem dederunt, statuit ut propter pœnitentiam comprecentur, seu consistant cum fidelibus; substernantur autem illis, eo quod coguntur egredi cum catechumenis. Ac lex quidem ecclesiastica eos sic punit. Lex vero civilis raptores quod ab ipsis raptum est etiam ante condemnationem offerentes, non admittit, sed condemnat in quadruplum. Dicit enim cap. 6, 17 tit., LX lib.: Raptor pœna non liberatur oblatione rei ante litem. Et thema 7, cap. 2 ejusdem lib. et tit.: Intra annum verum pretium quadruplatur, non autem id quod interest. Quod autem hic dicit sanctus de iis qui ante condemnationem et accusationem rem restituunt, lex jubet id fieri in eos qui aliquid ex aliquo metu acceperunt. Dicit enim 5 thema, 13 cap., 2 tit., X lib.: Actio cujus metus causa, est libera; et licet ei adversus quem agitur, ad sententiam usque rem restituere, et non dare quadruplum. Est autem et alia differentia eorum qui vi res auferunt, et eorum qui aliquid ab aliquo metu accipiunt. Raptores enim una cum quadrupli retributione etiam infamantur; qui autem metum intulerunt, in existimatione tantum labem aliquam contrahunt.

Zonar. Qui vero alienas domos invaserunt resque inde surripuere, illi, inquit, si quidem accusati ac pernegantes convicti fuerint, cum iis pariter quos supra diximus ab auditione quoque prohibeantur, atque in flentium ordinem relegentur; sin autem se ipsos detexerint, aut ante accusationem occultum crimen confessi fuerint, resque ablatas reddiderint, constituantur in eorum ordine qui a peccato convertuntur, hoc est, ordine substratorum, qui cum fidelibus quidem precantur templum intrantes, cæterum more catechumenorum egrediuntur.

CANON IX.

« De iis qui in agro vel in ædibus suis ea, quæ a « barbaris relicta sunt, invenerunt. Eos autem qui « in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus « a barbaris relictum, si accusati quidem convicti « fuerint, sint similiter inter eos qui substernuntur; « sin autem se ipsos detulerint et reddiderint, etiam « precibus digni habeantur. »

ΙΑ'. Οὗτός με πρῶτος καὶ μόνος καὶ τὴν Ἑλλήνων φιλοσοφίαν φιλοσοφεῖν προὐτρέψατο, τοῖς ἤθεσι τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ, καὶ τοῦ περὶ ἠθῶν ἀκοῦσαι καὶ ἀνασχέσθαι λόγου πείσας, οὐκ ἂν πεισθέντα ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις (πάλιν ὁμολογῶ), οὐκ ὀρθῶς μὲν, δυστυχῶς δὲ, μικροῦ δεῖν, ἡμῖν. Οὐ μενοῦν (95) οὐδὲ πλείοσιν ἐνέτυχον τὸ πρῶτον, ὀλίγοις δέ τισι τοῖς διδάσκειν ἐπαγγελλομένοις, ἀλλὰ γὰρ πᾶσι μέχρι ῥημάτων τὸ φιλοσοφεῖν στήσασιν. Οὗτος δέ με πρῶτος καὶ τοῖς λόγοις φιλοσοφεῖν προὐτρέψατο, τοῖς ἔργοις φθάσας τὴν διὰ λόγων προτροπήν, οὐκ ἀπαγγέλλων μόνον ῥήματα μεμελετημένα, ἀλλ' οὐδὲ λέγειν ἀξιῶν, εἰ μὴ σὺν εἰλικρινεῖ τῇ γνώμῃ καὶ πρᾶξαι τὰ εἰρημένα ἀγωνιουμένῃ τοῦτο ποιοῖ (96)· ἢ τοιοῦτον ἑαυτὸν παρασχέσθαι πειρώμενος, οἷον τοῖς λόγοις διέξεισι τὸν καλῶς βιωσόμενον, καὶ παράδειγμα μὲν, ἐβουλόμην εἰπεῖν, ἐκθέμενος σοφοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀλήθειαν ἡμῖν, οὐ κομψείαν ἐπηγγείλατο ὁ λόγος ἄνωθεν, παράδειγμα μὲν αὐτὸν σοφοῦ οὐδέπω λέγω· καίτοι γε εἰπεῖν ἐθέλων εἶναί τε ἀληθές (97)· ἀλλὰ ἐῶ νῦν

homines item cæteros, ut quæ a nobis nunc dicuntur, æquo animo accipiant. Nec vero me quisquam hæc dicere arbitretur aut amore erga virum, aut reliquorum philosophorum odio (quos, si quis alius, et amare propter sermones, et laudare ipse volo, et alios pulcherrima de ipsis dicentes audire: verum hæc illorum talia sunt, ut summa inde contumelia ab omnibus propemodum afficiatur nomen ipsum philosophiæ; et ego malim, pæne dicam, imperitus plane esse, quam aliquid eorum discere quæ ipsi profitentur; ad quos ipse reliqua in vita accedere, indignum ducebam; perperam fortasse id sentiens). Nec vero, inquam, me quisquam vel studio aliquo laudandi viri, vel ullo in extraneos philosophos odio, hæc dicere suspicetur; sed minora etiam illius factis, ne adulari videar, dicere credat; non verba et nomina, artificiosasque laudum occasiones exquirentem; qui ne adolescentulus quidem, cum popularem eloquentiam a rhetore docerer, laudes cujuspiam sponte persequi poteram, quæ veræ non essent. Quare neque nunc simpliciter laudare instituens, aliorum vituperationibus extolli hunc oportere arbitror. Et viro sane injurius essem, si aliorum vitiis, ut majus aliquid de ipso dicere habeam, beatam ejus vitam conferre velim: non adeo sum amens; sed quod mihi accidit, sine ulla contentione nulloque orationis fuco confitebor.

XI. Hic me primus ac solus, ut Græcorum philosophiæ operam darem, hortatus est; suis ipsius moribus ut morum doctrinam et discerem et amplecterer persuadens, haudquaquam adhuc ab aliis philosophis persuasum (rursus confiteor), non recte id quidem, sed malo propemodum nostro. Imo vero non in multos principio incidi; sed in paucos quosdam, qui doctores sese profiterentur; sed omnes verborum tenus philosophiam constituerent. Hic vero me primus etiam verbis philosophari hortatus est, cum factis verborum cohortationem prævertisset, non verba tantummodo præmeditata pronuntians; quin ne eloqui quidem dignum putans, nisi puro atque sincero et dicta ipsa exsequi studente animo id faceret; talemque se ipsum præbere conaretur, qualem verbis eum qui recte victurus sit, describebat; exemplum sane, dicere volui, proponens sapientis. Sed quia veritatem nobis, non pompam et ornatum promisit oratio in exordio, exemplum quidem illum sadum ἀφραίνω μέν.

(92) *Φιλοτιμίᾳ*. Bis hoc librarius, ut fit, properans posuit. Legendum φιλονεικείᾳ. Sic enim poscit superius ἀπεχθανόμενον, quod, parenthesi clausa, in synonymo resumi debuit. Bene Sirmondus, *in philosophos odio*. BENGEL.

(93) *Ἐκποριζομένους*. Sic nuperus editor Parisiensis. At Vossius, Hœschelius et Bengelius, ἐκποριζομένοις.

(94) *Ἤ... ἄν*. Et hoc, et Latinum *aut*, pari vi pro *alioqui* ponitur. Vid. Schwartz., *De partic. L. L.*, cap. 31, n. 4, ubi opportune observat, *aut* sic poni *in rebus ingratis*. Mox οὐκ οὕτως ἀφραίνομεν, verbum poeticum. ID. — Existimat editor Paris. legen-

(95) *Ἡμῖν· οὐ μενοῦν*. Ἡμῖν construe cum δυστυχῶς. Sic superius cap. v, sub finem, σωτηριωδῶς ἡμῖν· et cap. 7, circa medium, δυσχερῶς ἡμῖν. Veteres editiones, cum nupera Parisiensi, οὔμενουν, ut multi scribere solent: idque cum superiore periodo conjungunt. Sed Casaubonus, οὐ μενοῦν οὐδὲ πλ., cujus sententiam confirmabit Devarius in particula μέν, pag. 127 edit. Rom. Itaque οὐ (ante μενοῦν) cum subsequente οὐδέ pleonasmum facit, ut paulo ante οὐ τοίνυν οὐδέ. BENGEL.

(96) *Ποιοῖ*. Legit Bengelius ποιῶν.

(97) *Καίτοι γε... εἶναί τε ἀληθές*. Τε per pleo-

Digitized by Google

pientis nondum dico; quamvis si dicere velim, a vero non absit; verum hæc nunc omitto. Non exemplum ergo absolutum; sed qui illud ipsum imitari atque exprimere valde cuperet, omnique studio et alacritate, ac si dici fas sit, supra hominum vires contenderet : et vero nos quidem tales effingere studens, non sermonum compotes et gnaros eorum qui de appetitionibus fiunt, sed ipsarum appetitionum; quippe ad facta et dicta urgebat, et cujusque virtutis partem non exiguam, quin potius universam, si capere possemus, in ipsa nobis speculatione ingerebat : justa quidem agere, suæ ipsius privatæ actionis exemplo (si dicere fas sit) quodammodo cogens : cui ut adhæreremus, nobis persuasit; a multis nos vitæ curis forensique strepitu penitus abducens, et nos ipsos circumspiciendos ac vere ad res nostras agendas attollens. Hoc nimirum esse juste agere, et hanc veram esse justitiam, priscorum etiam philosophorum nonnulli affirmarunt; vitam privatam, ut mihi videtur, ad beatitudinem et sibi ipsis, et aliis commodiorem atque utiliorem esse significantes : siquidem hujus est virtutis, pro meritis et suum cuique tribuere. Quid enim aliud animæ proprium sit, aut quid tam congruum dignumque quam se ipsam curare; non extra circumspectantem, nec aliena tractantem, neque, ut paucis dicam, maximam sibi ipsi injuriam facientem; sed intro ad sese conversam, sua sibi reddentem, ac justa omni ex parte præstantem? Sic igitur ille justa facere vel coactos, si dici fas est, nos docebat. Prudentiam vero nihilo secius; secum esse, et se ipsos nosse velle, et conari; hoc videlicet præclarissimum philosophiæ munus et officium, quod præstantissimo dæmonum vati ut sapientissimum præceptum tribuitur, *Nosce te ipsum*. Hoc revera munus esse prudentiæ, et hanc esse divinam prudentiam, recte antiquis dicitur; cum eadem Dei atque hominum revera sit virtus; cum anima ipsa, tanquam in speculo se ipsam videre satagat, et divinam mentem, si tali societate atque conjunctione digna sit, in se repræsentet, et viam quamdam verbis inexplicabilem, ut ad hoc divinæ naturæ consortium pervenire possit, investiget.

A τοῦτο. Οὐ παράδειγμα τοίνυν ἀκριβὲς, ἐξομοιοῦν δὲ καὶ ἄγαν ἐθέλοντα, σπουδῇ πάσῃ καὶ προθυμίᾳ βιαζόμενον, εἰ δεῖ λέγειν, καὶ παρὰ τὴν ἀνθρώπων δύναμιν· καὶ μέντοι καὶ ἡμᾶς ἑτέρους (98) τοιούτους πλάττειν, οὐ λόγων ἐγκρατεῖς καὶ ἐπιστήμονας τῶν περὶ ὁρμῶν, τῶν δὲ ὁρμῶν αὐτῶν· ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τοὺς λόγους, ἄγχων (99), καὶ οὐ μικρὰν μοῖραν ἑκάστης ἀρετῆς, τάχα δὲ καὶ σύμπασαν, εἴπερ ἐχωρήσαμεν, ἐπιφέρων ἐν αὐτῇ τῇ θεωρίᾳ· δικαιοπραγεῖν μὲν καὶ ἀναγκάζων, εἰ δεῖ λέγειν, διὰ τὴν ἰδιοπραγίαν τῆς ψυχῆς, ᾗ προσθέσθαι ἡμᾶς ἔπεισεν· ἀπάγων μὲν τῆς κατὰ τὸν βίον πολυπραγμοσύνης, καὶ τοῦ τῆς ἀγορᾶς ὀχληροῦ, ἑαυτοὺς δὲ περισκοπεῖν ἐπάρας (1) καὶ τὰ αὐτῶν ὄντως πράττειν. Τοῦτο δὲ εἶναι τὸ δικαιοπραγεῖν, καὶ ταύτην τὴν δικαιοσύνην τήν γε
B ἀληθῆ, καὶ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων τινὲς εἰρήκασι (τὴν ἰδιοπραγίαν λέγοντες, ἐμοὶ δοκεῖ) καὶ ἀνυσιμώτερον πρὸς μακαριότητα ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς προσιοῦσιν· εἴπερ γε ἐστὶ τῇδε τῆς ἀρετῆς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμειν, καὶ τὰ ἴδια ἑκάστοις. Τί γὰρ ἂν ἴδιον εἴη ψυχῆς ἕτερον; Τί δὲ οὕτως ἄξιον ἢ τὸ ἐπιμέλεσθαι ἑαυτῆς, οὐκ ἔξω βλέπουσαν, οὐδ' ἀλλοτριοπραγοῦσαν, οὐδὲ, συνελόντι εἰπεῖν, ἀδικοῦσαν ἑαυτὴν τὴν χειρίστην ἀδικίαν, ἀλλ' ἔνδον πρὸς ἑαυτὴν ἀπεστραμμένην, αὐτὴν ἑαυτῇ ἀποδιδοῦσαν καὶ δικαιοπραγοῦσαν; Οὕτως μὲν δίκαια πράττειν, εἰ δεῖ λέγειν, ἀναγκάζων ἐπαίδευε (2)· φρονεῖν δὲ πάλιν οὐχ ἧττον, τὸ πρὸς ἑαυτὴν (2*) εἶναι, καὶ ἑαυτοὺς γινώσκειν ἐθέλειν τε καὶ πειρᾶσθαι· τοῦτο δὴ τὸ ἄριστον φιλο-
C σοφίας ἔργον, ὃ δὴ καὶ δαιμόνων τῷ μαντικωτάτῳ ἀνατίθεται ὡς πάνσοφον πρόσταγμα, τὸ, *Γνῶθι σαυτόν*. Τὸ δὲ εἶναι ὄντως ἔργον φρονήσεως, καὶ ταύτην εἶναι τὴν θείαν φρόνησιν, καλῶς τοῖς παλαιοῖς λέγεται· τὴν αὐτὴν ὄντως οὖσαν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου ἀρετήν· αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ ὁρᾷν μελετώσης, καὶ τὸν θεῖον νοῦν, εἰ ἄξία γένοιτο τῆς κοινωνίας τῆσδε, ἐν αὐτῇ κατοπτριζομένης, ὁδόν τε ἀπόῤῥητόν τινα ταύτης ἀποθεώσεως ἐξιχνευομένης. Ἀκολούθως δὲ καὶ σωφρονεῖν, καὶ ἀνδρίζεσθαι· σωφρονεῖν μὲν, διασωζομένους τὴν φρόνησιν τήνδε, τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν γινωσκούσης, εἴ ποτε αὐτῇ τοῦτο γένοιτο· ταύτην γὰρ εἶναι πάλιν τὴν σωφροσύνην, σώαν τινὰ φρόνησιν (3) οὖσαν· ἀνδρίζεσθαι δ' ἐπὶ

nasmum ponitur : vel potius legendum τ' ἀληθές, uti cap. 14, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, id est τὸ ἀληθές. Porro in ἐθέλων εἶναι infinitivus παρέλκει, ut in istis τὴν πρώτην εἶναι, *initio;* τὸ δὲ νῦν εἶναι, *nunc vero;* τὸ τί ἦν εἶναι, *quid sit res*, et in hoc plane pari, ἑκὼν εἶναι, *libenter*, cap. 2. Ponitur autem ἐθέλων, pro μέλλων, uti cap. 5. Sic facillima exsistit sententia : Καίτοιγε μέλλων εἰπεῖν τ' ἀληθές. Id est, ἀληθειαν ἐρῶ, II Cor. XII, 6. BENGEL.

(98) *Καὶ ἡμᾶς ἑτέρους*. Ita cum Hœschelio Bengelius. Al., καὶ ἡμᾶς, καὶ ἑτέρους... Ἡμᾶς ἑτέρους, elegans idiotismus. Demosthenes, τῶν ἴσων οὐ μετεῖχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν· *eodem quo nos jure non gaudebat :* ut nos vernacule, *à nous autres*, inquit Franc. Vigerus, Gallus. BENGEL.

(99) *Ἄγχων*. Hunc locum cæteri, sollicitata lectione, ita distinxerunt : Περὶ ὁρμῶν, των δὲ ὁρμῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τοὺς λόγους ἄγχων. Καὶ οὐ μικράν, κ. τ. λ. Unde Sirmondus; *a motibus ipsis ad*

D *opera etiam sermones* (ἄγων) traducens. Rhodomanus : *impulsionum ipsarum ad opera et verba* (ἀργῶν) *ignavi et negligentes*. Res ipsa loquitur, sic potius esse construendum : αὐτῶν τῶν ὁρμῶν ἐγκρατεῖς καὶ ἐπιστήμονας. Quare ἄγχων (hoc non mutandum) cum subsequenti participio ἐπιφέρων construitur, idem fere significans, quod statim ἀναγκάζων. Res ardua verbis arduis expressa est. ID.

(1) *Ἑαυτοὺς περισκοπεῖν ἐπάρας*. Sic ἐπαρθεὶς cap. 2 sub finem : et φιλοσοφεῖν ἐπήρθησαν cap. 14 sub initium. ID.

(2) *Ἐπαίδευε*. Hœschelius et Bengelius, ἐπαίδευσε. Sed mss. Basileensis et Vaticanus, necnon Vossius, ut in textu. DELARUE.

(2*) Vel subintellige τὴν ψυχήν, vel lege, *πρὸς* ἑαυτούς. EDIT. PATROL.

(3) *Σωφροσύνην, σώαν τινὰ φρόνησιν*. Philo *De fortitud.*, tom. II, pag. 377 edit. Londin., al. 738 :

Digitized by Google

πᾶσιν ἐμμένοντας ταῖς εἰρημέναις ἐπιτηδεύσεσι, καὶ οὐκ ἀποπίπτοντας οὔθ' ἑκουσίως οὔθ' ὑπό τινος ἀνάγκης, φυλάσσοντας δὲ καὶ ἐγκρατεῖς τῶν εἰρημένων· καὶ ταύτην εἶναι σώτειράν τινα καὶ φύλακα δογματίζων οὖσαν τὴν ἀρετὴν ταύτην.

A Pari autem modo et temperanter vivere, et fortiter : temperanter quidem, hanc ipsam animæ se ipsam cognoscentis, si quando id ei contingat, prudentiam conservando ; eam enim rursum esse temperantiam, quæ quasi conservatrix quædam est prudentia ; fortiter vero in prædictis omnibus muneribus persistendo, nec ab illis vel sponte vel vi ulla decidendo aut deflectendo, sed omnia, ut dicta sunt, mordicus observando ; hanc quippe conservatricem et custodem virtutem esse docens.

ΙΒ'. Καὶ δῆτα δικαίους μὲν καὶ φρονίμους καὶ σωφρονας, ἢ ἀνδρείους ἡμᾶς ὑπὸ ἡμετέρας βραδυτῆτος καὶ νωχελίας, καὶ ταῦτα πάνυ σπεύδων, ἔτι μέλλει καταστήσεσθαι (οὔτε ἔχοντας, οὔτε ἐγγύς πω γενομένους, οὐδ' ἠστινοσοῦν ἀρετῆς ἀνθρώπων, ἢ θείας, πολλοῦ γε δεῖ· αὗται γὰρ μέγιστα καὶ ὑψηλαί· καὶ οὐδετέρα ληπτέα, οὐδὲ τῷ τυχεῖν (4), ὅτῳ μὴ Θεός γε ἐμπνέοι δύναμιν. Ἡμεῖς τε οὔτε πεφύκαμεν οὕτως ἐπιτηδείως, οὔτε καὶ ἄξιοι εἶναι ἐπιτυχεῖν οὐδέπω ὁμολογοῦμεν· οὐ ποιήσαντες ἀπὸ ῥᾳθυμίας καὶ ἀσθενείας πάντα, ἅπερ τοὺς τῶν ἀρίστων ἐφιεμένους, καὶ τὰ τέλεια μνωμένους χρή). Δίκαιοι μὲν οὖν ἢ σώφρονες, ἢ τινα τῶν ἄλλων ἔχειν ἀρετῶν ἔτι μέλλομεν· ἐραστὰς δὲ ἡμᾶς ὅτι δριμύτατον ἐρῶντας ἔρωτα, ὅπερ ἐπ' αὐτῷ μόνον ἴσως, καὶ πάλαι κατεστήσατο ὁ θαυμαστὸς οὗτος, καὶ φίλος τῶν ἀρετῶν καὶ προήγορος· ἐμποιήσας ἔρωτα τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ καὶ τοῦ κάλλους τῆς δικαιοσύνης, ἧς τὸ χρύσεον ὄντως ἔδειξεν ἡμῖν πρόσωπον, καὶ φρονήσεως τῆς πᾶσιν ἐφεσίμου, καὶ τῆς ἐρασμιωτάτης σοφίας τῆς ἀληθοῦς, καὶ σωφροσύνης τῆς θεοειδοῦς, ἢ ἐστι ψυχῆς εὐστάθεια, καὶ εἰρήνη πᾶσι τοῖς κτησαμένοις αὐτὴν, καὶ ἀνδρείας τῆς θαυμασιωτάτης· ὑπομονῆς ἡμῶν (5), καὶ ἐπὶ πᾶσιν, εὐσεβείας, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν ὀρθῶς λέγοντες. Αὕτη γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν· ἀπὸ ταύτης τε γὰρ ὁρμωμένοις, ῥᾷστα ἂν ἡμῖν ἐπιγένοιντο καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταί· εἰ τοῦθ' ὃ δὴ (6) πάντα ἄνθρωπον, τόν γε μὴ ἄθεον ἢ φιλήδονον, τὸ φίλον γενέσθαι καὶ προήγορον Θεῷ (7), κτήσασθαι ἑαυτοῖς ἐπιθυμοῦντες καὶ σπεύδοντες, τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ἐπιμελοίμεθα· ὅπως μὴ ἀνάξιοι καὶ ῥυπῶντες, μετὰ δὲ πάσης ἀρετῆς καὶ σοφίας ὥσπερ τινος ἀγαθοῦ πομποῦ καὶ ἱερέως σοφωτάτου προσίοιμεν τῷ Θεῷ. Τό γε πάντων τέλος οὐχ ἑτερόν τι οἶμαι, ἢ, Καθαρῷ τῷ νῷ ἐξομοιώθητι (8) προσελθεῖν τῷ Θεῷ, καὶ μένειν ἐν αὐτῷ.

XII. Et sane justos quidem et prudentes, aut temperantes fortesque nos præ ignavia ac tarditate nostra, quamvis omnem adhiberet operam, reddere nondum potuit ; qui nec habemus, nec prope adhuc attigimus ullam virtutem hominum, aut divinam, longissimeque absumus : nam maximæ sunt illæ et excelsæ, et neutra comparari potest, nullique fas B est consequi, nisi certe cui Deus aspiraverit. Et nos neque natura adeo præstanti sumus, nec dignos adhuc esse qui consequamur, confitemur ; ut qui per socordiam et imbecillitatem necdum omnia fecimus, quæ ab iis qui optima cupiunt et ad perfecta contendunt, fieri oportet. Justi ergo et temperantes, aut alia quapiam virtute præditi nondum sumus ; amatores autem nos quam vehementissimo amantes amore, quod unum fortasse præstari ab eo poterat, jam dudum fecit admirandus hic virtutum amicus et præses ; amorem nobis sua ipsius virtute ingenerans, tum pulchritudinis justitiæ cujus auream plane nobis faciem ostendit ; tum prudentiæ omnibus expetendæ et amabilissimæ veræ sapientiæ ; tum temperantiæ præstantissimæ, quæ C est animi constantia, et pax omnibus possidentibus eam ; tum fortitudinis admirabilissimæ ; tum tolerantiæ nostræ, et, ante omnia, pietatis, quam parentem virtutum merito appellant. Hæc siquidem est initium finisque omnium virtutum : ab hac si incipiamus, facillime nobis reliquæ etiam virtutes accrescent ; si quod hominem unumquemque qui modo impius et voluptarius non sit, parare sibi oportet, ut amicus familiarisque sit cum Deo, nobis ipsis expetentes et assequi studentes, reliquarum simul virtutum curam amplectamur ; ut non indigni nec squalidi, sed omni virtute ac sapientia, tanquam bono quodam ductore sapientissimoque sacerdote septi, ad Deum accedamus. Finem sane omnium non D alium existimo, quam pura mente ad similitudinem conformatum, accedere ad Deum, et in ipso manere.

Ὄνομα ταύτης ἴδιον τῆς ὑγείας ἐστὶ σωφροσύνη, σωτηρίαν τῷ φρονοῦντι τῶν (τῷ) ἐν ἡμῖν ἀπεργαζομένη. Al. alia.

(4) *Οὐδὲ τῷ τυχεῖν.* An, οὐδέ τῳ θέμις τυχεῖν?

(5) *Ὑπομονῆς ἡμῶν.* Ita Bengelius cum Hœschelio. Vossius cum aliis ἡμῶν omittit. Quem in locum hæc adnotat editor Stutgardiensis : « Non videtur hoc conjungendum per appositionem cum ἀνδρείας. Sed Gregorius, post quatuor virtutes quas philosophi *cardinales* statuunt, duas addit *Christianas*, tolerantiam et quæ ipse cardo est, pietatem. Ita ἡμῶν refertur ad ascetas, uti cap. 16, sub finem. »

(6) *Ὃ δή.* Hœschelius emendat ὃ δεῖ. Atque ita legisse videtur interpres.

(7) *Προήγορον Θεῷ.* Vis hujus appellationis apparet ex æquipollentia, μὴ ἄθεον, qui veritatem de Deo tuetur. Paulo ante, ἀρετῶν προήγορος. Et cap. 6 post medium, τοῦ λόγου τοῦ ἱεροῦ φίλος καὶ προήγορος. Et cap. 15 sub initium, λογίων προήγορος. Bengel. — Viros eruditos fugerunt hæc loca Gregoriana, ad *Pollucem* lib. II, c. 4, seg. 126, Hesychium v. *Προηγόρησαν*, et Thomam Mag. noviss. edit. pag. 750, quos tamen ad vim vocis assequendam consulas velim. Cæterum advertere libet cum Kuhnio ad *Polluc.* προήγορον, *prædicatorem, præconem*, licet rarius, denotare. Quæ quidem interpretatio Bengelio arrisit : eaque sane huic loco altera Sirmondi, *familiaris*, congruentior esse comperitur.

(8) *Ἐξομοιώθητι.* Sic Bengelius, Hœschelio adhærens. Vossius, quem sequitur nuperus editor Pa-

Digitized by Google

XIII. Jam præter cæteram omnem industriam ac studium, illud quo in theologiæ doctrina et reverentia nobis instituendis est usus, quibus verbis eloqui possim, aut ipsos viri sensus penetrare, quo consilio et apparatu omnes de Deo sermones atque sententias ediscere nos vellet; sedulo cavens, ne uspiam in re omnium maxime necessaria, hoc est in primæ omnium causæ cognitione, periclitaremur? Philosophari ergo nos ita jubebat, ut omnia, quotquot exstant, veterum tum philosophorum, tum poetarum scripta colligentes, nihil omnino rejiceremus, nihilque repudiaremus (necdum enim vim habere judicandi poteramus), præter ea quæ atheorum essent, qui, a communi hominum sensu discedentes, Deum aut Providentiam esse negant (hæc enim ne digna quidem esse quæ legantur, ne qua forte re inquinaretur nobis animus, qui cum pietatem colere debeat, sermones audiat divino cultui repugnantes. Neque enim ii qui templa adeunt, religiosum putant, quidquam omnino profanum contrectare. Horum itaque libros iis qui pietatem profiteantur, nullo in numero esse debere); reliqua vero scripta evolvi legique sic oportere, ut nec genus ullum, nec liber aut sermo eruditus præferatur, neque contra rejiciantur, sive Græcus, sive barbarus, sed omnes audiantur. Sapienter id prorsus, et apposite, ne scilicet una quæpiam horum illorumve sententia audita et in pretio habita, quamvis vera non sit, tanquam vera sola esset, si semel in animum nostrum irrepserit, decipiat, sibique nos vindicans sic afficiat, ut nec ab ea discedere, nec illam quasi lanam colore quopiam infectam eluere possimus. Vehemens enim et volubilis quædam res est hominum oratio, varia sophismatibus atque fallaciis, ut cum aures subierit, menti cito quæ velit ingerat atque insculpat; et quos semel occuparit, his ut ipsam pro vera colant, omnino persuadeat. Itaque hæret intus, quamvis falsa fallaxque, et instar præstigiatoris alicujus, regnum obtinet, ipsius quem deceperit defensa protectaque præsidio. Prona rursus ad orationis fraudem recipiendam, præcepsque ad assensum humana mens et prompta; priusquam dijudicet omnesque in partes exploret, vel propter hebetudinem imbecillitatemque suam, vel ob orationis ipsius subtilitatem, ad exactum examen deli-

ΙΓ'. Ἐπὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ φιλοπονίᾳ καὶ σπουδῇ, τὴν περὶ θεολογίας διδασκαλίαν καὶ εὐλάβειαν πῶς ἂν ἐξέλθοιμι τῷ λόγῳ, εἰς αὐτὴν τὴν διάθεσιν εἰσδὺς τοῦ ἀνδρὸς, σὺν οἷᾳ γνώμῃ καὶ παρασκευῇ τοὺς περὶ τοῦ Θείου πάντας ἐκμανθάνειν ἡμᾶς ἤθελε λόγους, φυλαττόμενος μή πῃ κινδυνεύσαιμεν περὶ τὸ ἀναγκαιότατον ἁπάντων, τὴν τοῦ πάντων αἰτίου γνῶσιν; φιλοσοφεῖν μὲν γὰρ ἠξίου, ἀναλεγομένους τῶν ἀρχαίων πάντα ὅσα καὶ φιλοσόφων καὶ ὑμνῳδῶν ἐστι γράμματα πάσῃ δυνάμει μηδὲν ἐκποιουμένους (9), μηδ' ἀποδοκιμάζοντας (οὐδέπω γὰρ οὐδὲ τὴν κρίσιν ἔχειν (10) ἐδυνάμεθα), πλὴν ὅσα τῶν ἀθέων εἴη, ὅσα ἐκκυλισθέντες ὁμοῦ (11) καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν, οὐκ εἶναι Θεὸν ἢ Πρόνοιαν λέγουσι (ταῦτα γὰρ οὔτ' ἀναγινώσκειν ἄξιον, ἵνα μηδ' ἐν τῷ τυχόντι μολύνοιθ' ἡμῖν ἡ ψυχὴ, εὐσεβεῖν μέλλουσα, λόγων δὲ ἀκούουσα, ὑπεναντίων τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ. Οὐδὲ γὰρ τοὺς τοῖς ναοῖς προσιόντας εὐσεβείας, ἧς οἴονται (12), ἐφάπτεσθαί τινος ὅλως τῶν βεβήλων. Τὰ τούτων τοίνυν οὐδ' ὅλως οὐδὲ ἀριθμεῖσθαι ἄξιον παρ' ἀνδράσιν εὐσεβεῖν ἐπανελομένοις)· τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσιν ἐντυγχάνειν καὶ προσομιλεῖν, γένος μὲν οὐδὲ ἕν, οὐδὲ λόγον φιλόσοφον προτιμήσαντας, οὔτε αὖ ἀποδοκιμάσαντας, οὔτε Ἑλληνικὸν οὔτε βάρβαρον, πάντων δὲ ἀκούοντας. Σοφῶς τοῦτο καὶ μάλα ἐντέχνως· μήπη εἴς τις καὶ καθ' ἑαυτὸν τῶνδέ τινων, ἢ τῶνδε λόγος αὐτὸς μόνος ἀκουσθεὶς καὶ τιμηθεὶς, κἂν μὴ ἀληθινὸς ὢν τύχῃ, ὡς μόνος ἀληθὴς ὤν, εἰσδὺς εἰς τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ἐξαπατήσῃ, καὶ καθ' ἑαυτὸν διαθεὶς, ἰδίους ἡμᾶς ποιήσηται, οὐκέτ' ἀποστῆναι δυναμένους, οὐδὲ ἀποπλύνασθαι, ὥσπερ τὰ δευσοποιόν τινα βαφὴν βαφέντα τῶν ἐρίων. Δεινόν τε γὰρ χρῆμα καὶ εὔστροφον λόγος ὁ ἀνθρώπων, ποικίλος τε τοῖς σοφίσμασι, καὶ ὀξὺς εἰσδραμὼν εἰς τὰς ἀκοὰς, τυπῶσαί τε τὸν νοῦν καὶ προθέσθαι (13) καὶ ἀναπείσας τοὺς ἅπαξ ἁρπασθέντας, ὡς ἀληθὴς ἀγαπᾶσθαι· καὶ μένειν ἔνδον κἂν ψευδὴς καὶ ἀπατηλὸς ᾖ, ὥσπερ τις γόης κρατῶν, ὑπέρμαχον ἔχων αὐτὸν τὸν ἠπατημένον. Εὐεξαπάτητόν τε πάλιν ὑπὸ λόγου καὶ εὔκολον πρὸς συγκατάθεσιν ψυχὴ ἀνθρώπου ἑτοίμη τε, πρὶν διακρίνῃ καὶ ἐξετάσῃ πάντα τρόπον, ὑπὸ ἀμβλύτητος καὶ ἀσθενείας τῆς ἰδίας, ἢ ὑπὸ λεπτότητος τῆς τοῦ λόγου, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐξετάσεως ἀποκαμοῦσαν ἑαυτὴν ἀπραγμονέστερον παραδιδόναι πολλάκις ψευδέσι λόγοις καὶ δόγμασι, πεπλανημένοις μὲν

risiensis, ἐξομοιωθέντα. — Ἐξομοιώθητι, lectio non mutanda. Amarunt veteres decreta ac præcepta sua *imperandi* modo exprimere: *Tempori parce, Te nosce, Abstine et contine*, Ἕπου Θεῷ. Sic in sacris, καταλλάγητε τῷ Θεῷ, II Cor. v, 20, quæ ipsa lectio contra aliquot libros ita confirmatur. Itaque locus integer sic reddendus: *Finem sane omnium non alium esse decrevi, atque illud: Pura mente assimila te Deo, ut ad eum accedas et in eo maneas.* Proinde τῷ Θεῷ construitur et cum ἐξομοιώθητι et cum προσελθεῖν. Sunt homines, cæteroqui excellentes, qui unum aliquando libellum naturali refertum, divino vacuum sale, tantopere admirentur, ut multis Patrum voluminibus anteponant. Hac trutina si agamus, uni vicissim periochæ Patrum, etiam cum aliud agant, sæpe plus tribuamus, quam iugentibus quamvis subtilium ingeniorum operibus. Hoc certe loco Gregorius exquisite complectitur quidquid de virtutibus et officiis dici potest. Bengel.

(9) *Μηδὲν ἐκποιουμένους. Nihil alienum a nobis ducentes.* Vox e jure petita. Casaub.

(10) *Ἐδυνάμεθα.* Deest hæc vox in editis Hœscheliano et Bengeliano.

(11) *Ὁμοῦ.* Potest exponi *propemodum*: sed majore vi *simul, juxta.* Bengel.

(12) *Ἧς οἴονται.* Ita Hœschelius quem assectatur Bengelius.— *Nam ne eos quidem qui templa pietatis, quam putant, adeunt, omnino quidquam profanum attingere.* Ἧς pro ἤν, uti seq. cap. 14 circa medium, ὧν οἴεται ἀληθῶν. Bengel.

(13) *Προθέσθαι.* Suhaudi γνώμην, aut ejusmodi aliud. Suspecta lectio Casaubono et Rhodomano, quorum hic conjecit προσθέσθαι. Mallem *προέσθαι prodere*; sed non opus est mutare. Ib.

Digitized by Google

αὐτοῖς. πλανῶσι δὲ καὶ τοὺς ἐσχηκότας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον· ἀλλὰ κἂν ἐπανορθοῦν ἕτερος ἐθέλοι λόγος, οὐκ ἔτι προσιεμένη, οὐδὲ μεταπειθομένη, τοῦ δὲ ἐν αὐτῇ περιεχομένη, ὥσπερ τινὸς τυράννου ἀπαραιτήτου αὐτῆς κεκρατηκότος.

A ciens, temere se ipsam falsis plerumque rationibus atque sententiis tradit, quæ et errent ipsæ, et in quos invaserint, impellant: neque hoc tantum; sed si corrigere ipsam alia quæpiam oratio velit, haud eam jam admittat, neque aliud sibi persuaderi sinat, opinione hac obsessam tenente, et tyranni implacabilis instar in ea dominante.

ΙΔ'. Ἡ γὰρ (14) οὐχὶ ταῦτα δογμάτων τε τὰ μαχόμενα καὶ ἐναντιούμενα ἀλλήλοις, φιλοσόφων τε τὰς στάσεις εἰσήγαγεν, ἄλλων τοῖς ἄλλων ἐνισταμένων δόγμασι, καὶ ἄλλων ἄλλα κρατούντων, ἄλλων τε ἄλλοις προστιθεμένων; Καὶ φιλοσοφεῖν μὲν ἁπάντων βουλομένων, καὶ ἐπαγγελλομένων ἐξ οὗ γε προὐτράπησαν τὸ πρῶτον, καὶ φασκόντων ἐθέλειν οὐχ ἧττον ὅτε γεγόνασιν ἐν τοῖς λόγοις, ἢ ὡς αὐτῶν (15) ἤρχοντο· μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα τὸν ἔρωτα νῦν ἔχειν τῆς φιλοσοφίας, ὅτε αὐτῆς καὶ γεύσασθαι (ὡς ἂν εἴποι τις) ὑπῆρξε καὶ προσδιατρίψαι τοῖς λόγοις, ἧπερ ὅτε πρῶτον ἀπείρως ἔχοντες εἰθ' ὑπὸ ὁρμῆς τινος φιλοσοφεῖν ἐπήρθησαν· λεγόντων μὲν ταῦτα, οὐκέτι δ' ὑπακουσάντων λόγοις οὐδένεσι (16) τῶν ἑτεροδόξων. Οὔτ' οὖν εἴς τις τῶν παλαιῶν προὐτρέψατό τινα τῶν νεωτέρων ἢ τῶν τοῦ Περιπάτου πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέφειν, καὶ τὴν αὐτοῦ φιλοσοφίαν φιλοσοφεῖν, οὔτε ἀνάπαλιν, καὶ ὅλως οὐδεὶς οὐδένα. Οὐ γὰρ ἂν ῥᾳδίως μεταπεισθείη τις προσθέσθαι, τῶν αὐτοῦ μετατιθέμενος, ἑτέροις· καὶ ταῦτα τούτοις ἴσως, οἷς εἴπερ ἐπείσθη πρὶν φιλοσοφήσει προσελθεῖν (17), τὸ πρῶτον ἂν καὶ ἠγάπα, καὶ ἐπείσθη ῥᾳδίως· οἷα δὴ μὴ προκατειλημμένης τῆς ψυχῆς μηδέπω λόγοις προσανείχετο ἄν, καὶ ἠγάπα ὁμοίως ἐναντιούμενος δι' ἐκεῖνα τούτοις, ἃ νῦν ἔχει. Τοιαῦτα ἡμῶν οἱ καλοὶ καὶ λογιώτατοι καὶ ἐξεταστικώτατοι Ἕλληνες πεφιλοσοφήκασιν· οἷς προσέτυχεν ἕκαστος ἐξ ἀρχῆς, ἐλαθεὶς ὑπό τινος ὁρμῆς, ταῦτα μόνα λέγων εἶναι ἀληθῆ, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ἄλλων φιλοσόφων ἀπάτην καὶ λῆρον· λόγῳ μὲν οὐδὲν μᾶλλον αὐτὸς τὰ αὐτοῦ κρατύνων, ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστοι προΐστανται τῶν ἰδίων, τοῦ μὴ χρῆναι μετατίθεσθαι καὶ μεταβουλεύεσθαι ἀνάγκῃ ἢ πειθοῖ· οὐκ ἄλλην τινὰ (εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν) ἔχων ἢ τὴν πρὸς τῆς φιλοσοφίας (18) ἐπὶ τάδε τὰ δόγματα ἄλογον ὁρμήν· καὶ κρίσιν ὧν οἴεται

XIV. Quid enim, an aliud est, quod pugnantes inter se adversasque sententias, et philosophorum contentiones invexit; dum alii aliorum placitis repugnant, alii alia mordicus retinent, alii alia potius consectantur? Ac philosophari quidem omnes volunt, et hoc præ se ferunt ex quo semel aggressi sunt, dicentes non minus id velle se, dum in ipsis disputationibus versantur, quam cum eas inierunt; B imo vero acriore nunc philosophiæ studio teneri, postquam gustum ejus aliquem ceperunt, in eoque operam posuerunt, quam cum rudes adhuc et inexperti, ad philosophandum impetu quodam delati sunt. Hæc illi dicunt: nec jam quemquam audiunt eorum, qui aliter sentiunt. Neque igitur quisquam ex veteribus ullum ex recentioribus, aut ex Peripateticis ad se sequendum, suamque philosophiam amplectendam allicere conatus est; nec econtrario; nec denique ullus ullum. Nemo enim facile adducitur, ut sententia mutata alienis assentiatur; atque adeo iis ipsis, quibus si ei persuasum fuisset studere antequam inciperet philosophari, tum primum certe libenter assensus esset, quippe nondum animo aliis occupato, neque alia jam admitteret; imo C vero neque in iis acquiesceret, ac propter illa, his ipsis adversaretur quæ jam sentit ac tenet. Talem nobis egregii et disertissimi solertissimique Græci philosophiam exhibuerunt: quæ primum quisque nactus est, impetu quodam ductus, hæc sola vera esse dicens, reliqua omnia aliorum philosophorum, nugas censet atque fallaciam; cum ipse nihilo melius sua confirmet, quam cæteri omnes sua quisque defendunt; ne de gradu exire, sententiamque aut vi aut persuasione mutare cogatur; nullum alium (si verum fateri libet) habens præter ineptum a philosophia ad hæc dogmata ac placita quæ vera cre-

(14) *Ἡ γάρ.* Bengelius legit ἢ pro ἢ præcedentium editionum.

(15) *Αὐτῶν.* Bengelius cum Hœschelio edidit αὐτοῦ, illudque refert ad φιλοσοφεῖν. *Aut* παρέλκει, inquit, *ut apud Latinos, quoad* ejus *fieri potest.*

(16) *Οὐδένεσι.* Rara vox, sed non indigna hoc scriptore. Casaub. — Οὐδένεσι Ger. Voss. pro οὐδέσι, quo Aristides utitur in *Panathenaico*, et Lucianus in *Charidemo*. Hœsch. — Prima enimvero Vossiana editio Moguntina ann. 1604 exhibet οὐδένεσι, quod postea in Parisiensi ann. 1621 mutatum est in οὐδέν ἐστι: quam quidem lectionem retinuit altera Parisiensis ann. 1759.

(17) *Οἷς ... φιλοσοφήσει προσελθεῖν.* Οἷς cum ἐπείσθη et cum ἠγάπα construendum est. Frequens zeugma Græcis, ut unus casus a duobus verbis regatur. Mox φιλοσοφήσει verbale, contemptim hic loquenti Gregorio natum. Latine *philosophatio* per nos dicas. Προσελθεῖν. Apostolus quoque I Tim. VI, 5, εἴ τις μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις. Quam lectionem, etsi fuit qui προσέχεται suspicaretur (uti προσανείχετο legitur mox hic apud ipsum Gregorium, et paulo post προσέχειν), tamen et adjuvat D hic idem locus, cum verbis æquipollentibus ἐντυγχάνειν καὶ προσομιλεῖν, sub finem præced. cap. 13, atque hoc ipso in capite, προστίθεσθαι, προστυγχάνειν· et confirmat (collatis aliis synonymis, προσδιατρίψαι paulo ante et συνδιατριβή sub finem hujusce capitis, occurrentibus) vox opposita, παραδιατριβαί in ejusdem textus Paulini ℣ 5. Bengel.

(18) *Πρὸς τῆς φιλοσοφίας.* Suspicatur Vossius legendum πρὸς τὴν φιλοσοφίαν καὶ ἐπὶ τάδε τὰ δόγματα. Magis placet Bengelii sententia legentis πρὸ τῆς φιλοσοφίας, *ante philosophiæ studium.* Modo enim dixerat Gregorius, πρὶν φιλοσοφήσει προσελθεῖν. Cæterum hic Bengelianam interpunctionem secuti sumus, quippe quæ aptiorem fundere sensum nobis visa sit. Nimirum: *Nulla ei erat alia sententia (si verum est dicendum) nisi cæcus ille stimulus, quo ante philosophiæ studium in ista actus erat placita; neque aliud judicium eorum quæ vera putaret (ne mirum sit dictu), nisi fortunæ temeritas.*

Digitized by Google

dit, impetum atque delectum : et ne incredibile quod dico videatur, nullam aliam, præter cæcam judicii expertem fortunam ; hæc unusquisque amans, in quæ primum inciderit. A quibus quodammodo irretitus, aliis rebus dare operam nequit, si quid forte habeat quod se singulis rebus cum veritatis demonstratione disserat, et quo falsas adversariorum rationes esse doceat : quippe qui etiam sine probatione se ipsum temere, tanquam inopinatum atque inexspectatum quoddam lucrum sperans, anticipatis rationibus addixit. Porro hæ, cum in cæteris rebus sectatores fallunt, tum vero in re omnium maxima ac necessaria, in Dei cognitione atque pietate. Et manent nibilominus sic illis irretiti, ut eos jam nemo facile eripere possit ; tanquam ex palustri et invadoso patentissimi campi lacu, qui semel ingressos, nec gradum revocare, nec trajicere et evadere sinit, sed ad mortem usque sic constrictos tenet ; aut tanquam ex alta, densaque ac profunda silva ; in quam viator quis, quasi inde rursus exiturus et puro se campo redditurus, ingressus est ; præ longitudine autem ac densitate non potest : omnes enim in partes se ipsum versans, viasque intus continuas offendens, has illasque, tanquam exitum per aliquam earum reperturus, perambulat ; illæ vero ad intima tantummodo ducunt ; nusquam extra ferunt, ut quæ ipsius silvæ solum viæ sint : quare fessus tandem ac desperans viator, quasi silva essent omnia, et nullum in terris domicilium superesset, ibi manere ac domicilium collocare statuit, spatiumque agri, quantum potest, in silva occupare. Aut tanquam denique ex labyrintho, ad quem cum unicus appareat aditus, nihil subdolum, ex iis quæ sunt extra, intus latere suspicans quispiam, qua patet janua, ingreditur ; deinde ad intima usque progressus, postquam artificiosum solersque opificium, quaquaversus pervium, ac perpetuis ingressibus et egressibus intextum atque elaboratum contemplatus est, egredi cupiens, minime potest, structura illa quam artificiosam judicabat, interceptus. Nullus porro est neque labyrinthus adeo ad explicandum difficilis et varius ; neque silva, quamvis densa et varia ; neque campus aut palus, quæ illapsos atque ingressos sic retineat, ut oratio, si qua eos occupet, aliquorum istiusmodi philoso-

ἀληθῶν (μὴ παράδοξον εἰπεῖν ᾖ) οὐκ ἄλλην ἢ τὴν ἄκριτον τύχην· ταῦθ' ἕκαστος φιλῶν, οἷς προσέτυχε τὸ πρῶτον, ὑφ' ὧν οἱονεὶ δεδεμένος, οὐκέθ' οἷός τε προσέχειν ἑτέροις, εἰ μέν τι καὶ λέγειν ἔχοι σὺν ἀποδείξει ἀληθείας τῶν αὐτοῦ περὶ πάντων, καὶ ὡς ψευδῆ εἴη τὰ τῶν ἐναντίων, βεβοηθημένος καὶ τῷ λόγῳ ἐπεὶ καὶ ἀδοήθητος, ἑαυτὸν χαρισάμενος καὶ ἐκδεχόμενος (19) εἰκῆ ὥσπερ ἔρμαιον, τοῖς προκαταλαβοῦσιν αὐτὸν λόγοις. Οἱ δ' (20) ἕν τε τοῖς ἄλλοις ἔσχηλαν τοὺς ἔχοντας, καὶ δὴ καὶ τοῦ πάντων μεγίστου καὶ ἀναγκαιοτάτου, τῆς περὶ τὸ Θεῖον γνώσεως καὶ εὐσεβείας. Καὶ μένουσιν ὅμως ἐν αὐτοῖς δεδεμένοι τρόπον τινά, καὶ οὐκέτ' ἂν αὐτοὺς οὐδεὶς ῥύσαιτο ῥᾳδίως, ὥσπερ ἐκ τενάγους ἐν πεδίῳ πλατυτάτῳ δυσδιαβάτῳ, οὐκέτι ἐῶντος τοὺς ἐμπεσόντας ἅπαξ, οὔτε παλινδρομήσαντας, οὔτε καὶ περαιωσαμένους διαῤῥώζεσθαι, ἐν αὐτῷ δὲ αὐτοὺς κατέχοντος μέχρι τελευτῆς· ἢ ὥσπερ ἐξ ὕλης βαθείας καὶ δασείας καὶ ὑψηλῆς, εἰς ἣν εἰσῆλθε μέν τις ὁδοιπόρος, ὡς δὴ καὶ ἐξορμήσων ἴσως, καὶ ἐν καθαρῷ πάλιν αὐτὸν καταστήσων τῷ ἔρκει (21), ὑπὸ δὲ μήκους καὶ δασύτητος οὐχ οἷός τε γίνεται· πάμπολλα στρεφόμενος ἐν αὐτῷ, ὁδούς τέ τινας ἔνδον εὑρίσκων συνεχεῖς, ποικίλα ὁδοπορεῖ, ὡς δὴ διά τινος αὐτῶν ἐξορμήσων τάχα· αἱ δ' ἐπὶ τὰ ἔνδον ἄγουσι μόνον, ἔξοδον (22) δὲ οὐδαμῶς, αὐτῆς τε τῆς ὕλης μόνης ὁδοί τινες οὖσαι· τέλος δὲ ὁ ὁδοιπόρος ἀποκαμὼν καὶ ἀπαγορεύσας, ὡς δὴ πάντων ὕλης γενομένων (23), καὶ οὐκέτι οὐδενὸς ὄντος ἐπὶ γῆς οἰκητηρίου, ἐκεῖ μένειν ἐθέλει τὴν ἑστίαν καταστησάμενος, καὶ εὐρυχωρίαν αὐτῷ, ὡς οἷόν τε, ἐν τῇ ὕλῃ ἐκποριζόμενος. Καὶ ὥσπερ ἔκ τινος λαβυρίνθου εἰς ὃν εἰσόδου φαινομένης μιᾶς, οὐδὲν ποικίλον ἐκ τῶν ἔξωθεν ὑποτοπήσας τις, εἰσελθὼν διὰ τῆς φαινομένης θύρας μιᾶς· εἶτα προχωρήσας ἄχρι τῶν ἐνδοτάτω, ποικίλον τε ἰδὼν τὸ θέαμα, καὶ κατασκεύασμα πάνσοφον πολύπορόν τε καὶ εἰσόδοις καὶ ἐξόδοις συνεχέσι σεσοφισμένον· ἐθέλων μέντοι καὶ ἐξιέναι, μηκέθ' οἷός τε εἴη, ἐναποληφθεὶς ἔνδον ὑπὸ σοφοῦ δοκοῦντος αὐτῷ κατασκευάσματος. Οὐδὲς δὲ οὕτε λαβύρινθος οὕτω δυσεξέλικτος καὶ ποικίλος, οὔτε ὕλη δασεῖα καὶ ποικίλη (24), οὔτε πεδίον οὕτως ἢ τένεγος δεινὸν κρατῆσαι τοὺς ἐμπελάσαντας ὡς λόγος, εἴ τις εἴη κατ' αὐτῶν (25) τῶνδέ τινων φιλοσόφων. Ἵνα δὴ οὖν μὴ ταυτὸν τοῖς πολλοῖς πάθοιμεν, πρὸς μὲν ἕνα τινὰ οὐκ ἦγε τῶν φιλοσόφων λόγων,

(19) *Ἑαυτὸν ... ἐκδεχόμενος.* Id quidem sensu caret. At ἐνδεχόμενος, neutrum, ab ἐνδέχομαι, *contingo*, congruit cum ἔρμαιον, id est, *lucrum inperatum*, et cum toto contextu, opinandi *temeritatem* redarguente. Frequens hac notione verbum est cum dativo, in primis Aristoteli l. 1 *Analyt. prior*, cap. 3. BENGEL.

(20) *Οἱ δέ.* Scilicet λόγοι, id est, *rationes*. Voss.

(21) *Καθαρῷ ... ἔρκει.* Sirmondus, *puro campo*. Rhodomanus, ἀέρι legens, *puro aere*. Ἔρκος, *septum* ; et per metonymiam, domus, fundus, regio septis munita. Hesychius, ἕρκος· ἀσφάλεια, τεῖχος, περίβολος. BENGEL.

(22) *Ἔξοδον.* Repete ἐπί. Synonyma sunt quæ mox occurrunt, οἰκητήριον, ἑστία, εὐρυχωρία. ID.

(23) *Πάντων ὕλης γενομένων.* Resolve, ἐπειδὴ πάντα ὕλης ἐγένετο : nam eleganter genitivum habet verbum γίνομαι. Vel potius sit, ἐπειδὴ πάντα ὕλη ἐγένετο : quale est illud :

Omnia pontus erat. ID.

(24) *Ποικίλος ... ποικίλη.* Horum alterum videtur ex altero, festinante librario, natum, et pro alio nescio quo epitheto scriptum. Ante δασεῖα insere, vel certe subaudi, οὕτω. ID.

(25) *Κατ' αὐτῶν.* Quod in protasi est ἐμπελάσαντας, id in apodosi esto καταντῶν : facillimæ namque permutatu sunt litteræ ν et υ : et cum τίς subaudi ἄνθρωπος. Integrum locum ita reddo : *Neque vero labyrinthus est ullus tam inextricabilis et varius, neque silva tam densa et varia, neque campus aut palus tam infesta ad tenendos qui eo delati sunt, quam oratio, si quis sit qui incurrat*, certorum *philosophorum*. ID.

Digitized by Google

οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ἀπιέναι ἠξίου· πρὸς δὲ πάντας ἦγεν, οὐδενὸς ἀπειράστους εἶναι θέλων δόγματος Ἑλληνικοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ συνεισῄει προηγούμενος καὶ χειραγωγῶν, ὥσπερ ἐν ὁδοιπορίᾳ, εἴ που καὶ ὑπαντῆσαί τι σκολιὸν καὶ ὕπουλον καὶ σοφισματῶδες, οἷα δὴ τεχνίτης ἐκ τῆς ἐκ πολλοῦ τοῖς λόγοις συνδιατριβῆς, οὐκ ἀήθης οὐδενὸς οὐδὲ ἄπειρος ὤν, μετέωρος αὐτός τε ἐν ἀσφαλεῖ μένοι, καὶ ἄλλοις ὁρέγων χεῖρα διασώζοιτο ὥσπερ βαπτιζομένους ἀνιμώμενος· πᾶν μὲν ὅ τι χρήσιμον φιλοσόφων ἑκάστων καὶ ἀληθὲς ἦν, ἀναλέγων, καὶ παρατιθέμενος ἡμῖν· ὅσα δὲ ψευδῆ, ἐκκρίνων· τά τε ἄλλα, καὶ μαλίστα ὅσα ἴδια πρὸς εὐσέβειαν ἦν ἀνθρώπων.

A phorum. Nobis ergo ne id ipsum quod imperitæ multitudini eveniret, ad unicum nos philosophicarum opinionum genus non admovebat, nec in eo consistere sinebat; sed per omnia ducebat, nullius nos Græcanici dogmatis rudes aut ignaros esse permittens. Ipse autem simul incedens præibat; manuque ducens, tanquam in via, si quid usquam flexuosum occurreret, aut infidum et ad fraudem compositum; velut peritus artifex, cui ex longo usu atque exercitatione philosophandi nihil insolens sit nec inexpertum, et sublimis ipse in tuto manet, ac manum aliis porrigens, veluti qui demergantur extrahens, servat : ita quidquid apud singulos philosophos utile ac verum erat, deligens nobisque apponens; quæ vero falsa, secernens; tum alia, tum maxime, quæ hominum propria sunt ad pietatem.

ΙΕ'. Περὶ τούτων μὲν μηδὲν προσέχειν συμβουλεύων, μηδὲ εἰ πάνσοφός τις ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων μαρτυρηθείη· μόνῳ δὲ προσέχειν Θεῷ καὶ τοῖς τούτου προφήταις· αὐτὸς ὑποφητεύων (26) καὶ σαφηνίζων, ὅ τί ποτε σκοτεινὸν καὶ αἰνιγματῶδες ᾖ (οἷα πολλὰ ἐν ταῖς ἱεραῖς ἐστι Φωναῖς· ἤτοι οὕτω φίλον ὂν τῷ Θεῷ προσομιλεῖν ἀνθρώποις, ὡς μὴ καὶ ἀναξίαν ψυχὴν, οἷαι αἱ πολλαὶ, γυμνὸς καὶ ἀσκεπὴς ὁ θεῖος εἰσίῃ λόγος· ἢ καὶ τῇ φύσει μὲν σαφέστατον καὶ ἁπλούστατον πᾶν τὸ θεῖον λόγιον (27) ὄν, ἡμῖν δὲ ἀποστᾶσι Θεοῦ, καὶ ἀπομεμαθηκόσιν ἀκροᾶσθαι ὑπὸ χρόνου καὶ παλαιότητος, ἀσαφὲς καὶ σκοτεινὸν καταφαινόμενον, οὐκ ἔχω λέγειν)· πλὴν σαφηνίζων καὶ εἰς φῶς προάγων, εἴτε αἰνίγματα ὄντα τυγχάνοι, δεινὸς ὢν ἀκροατὴς Θεοῦ καὶ συνετώτατος· εἴτε καὶ (28) οὐδὲν σκολιὸν ἔχοντα τῇ φύσει, οὐδ' ἀσύνετον αὐτῷ, οὕτως ἔχοντι μόνῳ τῶν νῦν ἀνθρώπων, ὧν αὐτός τε ἔγνων, καὶ ἑτέρων ἤκουσα περί τινων λεγόντων, μεμελετηκότι (29) τὰ καθαρὰ τῶν λογίων φωτεινά τε, παραδέχεσθαι αὐτοῦ τῇ ψυχῇ καὶ διδάσκεσθαι ἑτέρους ὅτι αὐτῶν (30) ὁ πάντων ἀρχηγὸς, ὁ τοῖς τοῦ Θεοῦ φίλοις προφήταις ὑπηχῶν καὶ ὑποβάλλων πᾶσαν προφητείαν καὶ λόγον μυστικὸν καὶ θεῖον, οὕτως αὐτὸν τιμήσας ὡς φίλον, προήγορον κατεστήσατο· ὧν δι' ἑτέρων ἠνίξατο μόνον, τούτων διὰ τούτου τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος· ὅσα τε, ἀξιοπιστότατος ὤν, ἢ προσέταξε βασιλικῶς ἢ καὶ ἀπεφήνατο, τούτων τοὺς λόγους διερευνᾶσθαί τε καὶ ἐξευρίσκειν τούτῳ δωρησάμενος· ἵν' εἴ τις σκληρὸς τὴν ψυχὴν καὶ ἄπιστος ἢ καὶ φιλομαθὴς ὢν τύχοι, παρὰ τούτου μαθὼν, καὶ συνεῖναι καὶ πιστεύειν ἐλέσθαι ἀναγκάζοιτο τρόπον τινὰ, καὶ ἕπεσθαι Θεῷ. Λέγει τε ταῦτα οὐκ ἄλλως, οἶμαι, ἢ κοινωνίᾳ τοῦ θείου Πνεύματος· τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεως δεῖ προφητεύουσί τε καὶ ἀκροωμένοις προφητῶν· καὶ οὐκ ἂν ἀκούσαι προφήτου, ᾧ μὴ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ προφητεῦσαν τὴν σύνεσιν τῶν αὐτοῦ λόγων ἐδωρήσατο. Τοιοῦτον ἔγκειται

XV. Et horum quidem ut nihil attenderemus suadens, ne si ut sapientissimus quidem quispiam ab omnibus celebretur, sed ut uni Deo operam daremus ejusque prophetis; ipse prophetarum interpretem agens, et explanans quidquid usquam obscurum et ænigmaticum erat (qualia sunt in sacris Litteris permulta; sive ita Deo libeat cum hominibus agere, ne indignam animam, cujusmodi multæ sunt, nudus et intectus divinus sermo subeat; sive quod apertissimum quidem natura ac simplicissimum sit omne oraculum divinum; sed nobis qui a Deo recessimus, et audire propter tempus et antiquitatem desuevimus, obscurum ac tenebricosum videatur, dicere non habeo); utut sit, declarans et in lucem proferens, sive ænigmata sint, tanquam idoneus et intelligentissimus Dei auditor; sive obscurum ac flexuosum natura nihil habeant, nec intellectu arduum ipsi, qui unus omnium qui nunc vivunt hominum, quos vel noverim ipse, vel aliis narrantibus audiverim, pura atque perspicua oracula meditando, et mente ipse percipere potest, et reliquos docere; quoniam ille omnium princeps, qui Deo charis prophetis suggerit atque inspirat omnem prophetiam sermonemque mysticum ac divinum, eo illum honore afficiens velut amicum, interpretem constituit : quæ aliis indicavit duntaxat, eorum per hunc instituens disciplinam; et quæcunque ipse, omni fide dignus, aut regio more jussit aut etiam pronuntiavit, eorum rationes investigare et advenire huic largitus : ut si quis animo durus et incredulus, aut discendi etiam cupidus exsistat, ab hoc discens, et intelligere et credere quodammodo cogatur, et Deum sequi. Hæc vero ille non aliter, opinor, enuntiat, quam ex divini Spiritus communicatione : eadem enim vis prophetis, et prophetarum auditoribus est opus; nec prophetam capere quis possit, cui Spiritus idem qui prophetavit, ser-

(26) *Ὑποφητεύων*. Ὑποφήτης dicitur, qui oraculum a propheta susceptum ad alios propagat. BENGEL.

(27) *Λόγιον*. Diminutiva forma : nam *oracula* et fidelium (*I Sam.* XXIII, 2), et gentium, v. gr. illud quod Crœsus audiit, *brevitatem* habuere quam maximam. ID.

(28) *Εἴτε καὶ*. Hoc εἴτε apodosin mox habet in οὐδ' ἀσύνετον αὐτῷ, scilicet ἔχοντα. Confer II Cor. VIII, 23, εἴ τε. ID.

(29) *Ἔχοντι... μεμελετηκότι*. Græcismus, ἔχει μεμελετηκώς. Nonnullis interjectis legimus hic ἔχει λαβών. ID.

(30) *Αὐτῶν*. Refertur ad λογίων, et regitur a προήγορον. ID.

Digitized by Google

monum ejus intelligentiam non dederit. Talisque in sacris etiam Litteris sententia exstat[18], eum solum qui clausit, aperire affirmans, alium vero neminem: clausa autem aperit, dum ænigmata declarat, sermo divinus. Quod quidem donum maximum hic divinitus acceptum sortemque cœlitus optimam habet, ut Dei sermonum interpres sit apud homines, Deique verba, uti Deo loquente intelligat; et hominibus, uti homines percipiant, enarret. Quare nihil nobis indictum; neque enim abditum et inaccessum erat: quin omnia perdiscere dogmata licebat, et barbarum et Græcum, et mysticum et civile, et divinum et humanum, cum omni libertate cuncta obeuntibus atque scrutantibus, ut omnibus expleremur, et animi bonis affatim perfrueremur; sive priscum quodpiam veritatis documentum, sive alio quis nomine appellare malit, mirabilem in illo plenumque pulcherrimarum rerum apparatum ac copiam habebamus. Atque (ut paucis dicam) hortus quidam revera nobis erat, magni illius paradisi Dei similitudinem referens: in quo, non terram quidem colere hanc inferiorem, nec corporis alimentis pinguescere; sed solas animi opes, quasi speciosas quasdam arbores, vel a nobis ipsis plantatas, vel ab omnium auctore nobis insitas, augere cum lætitia et voluptate concessum est.

XVI. Hic vere paradisus voluptatis, hæc vera lætitia atque deliciæ, quibus elapso hoc tempore oblectati sumus, et quidem non exiguo; at exiguo prorsus, si nobis hinc migrantibus et abeuntibus finis hic erit. Nescio enim quo meo infortunio aut peccato, iterum discedo, expellor. Quid dicam, nescio; nisi quod sicut alter Adam extra paradisum loqui cœpi. Quam recte vivebam, loquentem audiens magistrum, ac silens; quam debui etiam nunc silere, discebam tacens; sed non novum hoc spectaculum, in quo magistrum ipsum facerem auditorem. Quid enim mihi hac opus erat oratione? quid his affari verbis, cum non abire, sed persistere oportuerit? At enim antiquæ fraudis similia videntur hæc delicta, et veterum pœnæ istæ me adhuc manent. Annon rursus refragari atque obsistere videor, Dei vocem transgredi audens, cum ei insistere et in ea manere deberem? Quod autem discedo, fugiens ab hac beata vita, non minus egomet quam a facie Dei vetus ille homo, et in terram revertens ex

A λόγιον καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι, τὸν κλείοντα ἀνοιγνύναι μόνον λέγον, ἄλλον δὲ μηδ' ὁντινοῦν· ἀνοίγει δὲ τὰ κεκλεισμένα, σαφηνίζων τὰ αἰνίγματα ὁ θεῖος λόγος. Δῶρον τὸ μέγιστον οὗτος τοῦτο θεόθεν ἔχει λαβών, καὶ μοῖραν παγκάλην οὐρανόθεν, ἑρμηνεὺς εἶναι τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων πρὸς ἀνθρώπους, συνιέναι τὰ Θεοῦ ὡς Θεοῦ λαλοῦντος, καὶ διηγεῖσθαι ἀνθρώποις, ὡς ἀκούσωσιν (31) ἄνθρωποι. Τοιγαροῦν οὐδὲν ἡμῖν ἄῤῥητον, οὐδὲ γὰρ (32) κεκρυμμένον καὶ ἄβατον ἦν· ἐξῆν δὲ καὶ μανθάνειν πάντα λόγον, καὶ βάρβαρον καὶ Ἕλληνα, καὶ μυστικώτερον καὶ πολιτικώτερον, καὶ θεῖον καὶ ἀνθρώπινον, σὺν πάσῃ παῤῥησίᾳ ἐκπεριιοῦσι (33) πάντα καὶ διερευνωμένοις, καὶ πάντων ἐμφορουμένοις, καὶ ἀπολαύουσι τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν· εἴτε τι παλαιὸν ἀληθείας μάθημα,
B εἴτε καὶ ἄλλο τις ὀνομάσαι τοιοῦτον ἔχοι, ἐν αὐτῷ ἤμεν ἔχοντες τὴν θαυμαστὴν καὶ πλήρη τῶν καλλίστων θεαμάτων παρασκευὴν καὶ ἐξουσίαν. Καὶ (συνελόντι εἰπεῖν) παράδεισος ἡμῖν ὄντως οὗτος ἦν, μιμητὴς τοῦ μεγάλου παραδείσου τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ γῆν μὲν ἐργάζεσθαι οὐκ ἦν τὴν κάτω, οὐδὲ σωματοτροφεῖν παχυνομένους· τὰ δὲ ψυχῆς μόνον αὔξειν πλεονεκτήματα, ὥσπερ τινὰ φυτὰ ὡραῖα ἑαυτοὺς φυτεύσαντας, ἢ ἐμφυτευθέντας ἡμῖν ὑπὸ τοῦ πάντων αἰτίου, εὐφραινομένους καὶ τρυφῶντας.

ΙϚ'. Οὕτος παράδεισος ἀληθῶς τρυφῆς, αὗτη ἀληθὴς εὐφροσύνη καὶ τρυφή, ἣν ἐτρυφήσαμεν ἐν τῷ διηνυσμένῳ τῷδε χρόνῳ, καὶ οὐκ ὀλίγῳ ἤδη, καὶ
C ὀλίγῳ πάντῃ, εἰ μέχρι τούτου στήσεται, ἀπελθοῦσιν ἤδη καὶ ἀναχωρήσασιν ἐντεῦθεν. Οὐκ οἶδα γὰρ τί παθών, ἢ πάλιν ἁμαρτών, ἐκπορεύομαι, ἐξελαύνομαι. Τί χρὴ λέγειν, ἀγνοῶ· ἀλλ' ὅτι δεύτερος ἐκ παραδείσου Ἀδὰμ ἐγὼ (34), καὶ λαλεῖν ἠρξάμην. Ὡς καλῶς ἔζων, ἀκούων λέγοντος διδασκάλου, καὶ σιωπῶν· ὡς ὄφελον καὶ νῦν ἡσυχίαν ἄγειν ἐμάνθανον (35) σιωπῶν· ἀλλὰ μὴ, τὸ καινὸν τοῦτο θέαμα, ἀκροατὴν τὸν διδάσκαλον ποιήσασθαι. Τί γάρ μοι ἔδει τῶν λόγων τούτων; τί δὲ καὶ προσφθέγγεσθαι τοιαῦτα, μὴ ἀπεῖναι, προσκαρτερεῖν δὲ, δέον; Ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς ἀπάτης ἔοικεν εἶναι ταῦτα πλημμελήματα, τῶν τε ἀρχαίων δίκαι αἵδε με μένουσιν ἔτι. Ἢ καὶ αὖθις ἀπειθεῖν (36) μοι δοκῶ, ὑπερβαίνειν τολμῶν τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ, μένειν δέον ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς αὐ-
D τοῖς; Ὃ δὲ ἄπειμι, φεύγων μὲν ἀπὸ τῆς μακαρίας ταύτης ζωῆς, οὐχ ἧττον δὸ' ἐγὼ (37) ἢ ἀπὸ προσώ-

[18] Isa. xxii, 22; Apoc. iii, 7.

(31) Ἀκούσωσιν. Sic Vossius et Bengelius. At nuperus editor Parisiensis, ἀκούουσιν.

(32) Οὐδὲ γάρ. Hœschelius legendum putat, οὐδέ γε. Sed Bengelius: Bene γάρ, ait: nam cognitio *parit* sermonem.

(33) Ἐκπεριιοῦσι. Elegantissimum verbum, judice Casaubono. Al., ἐκπεριοῦσι.

(34) Ἐγώ. Cum ἐγώ, subaudi εἰμί, sive, quod præstat, ὤν. Sequitur exclamatio, cui ὡς duplex (non mutandum in ὃς cum Casaubono) cum anaphora vim addit: uti Dionysius Halic. initio cujusdam orationis, ὡς καλῶς ἡμῶν ἐστρατηγήκατε· ubi tamen ironia est. Bengel.

(35) Ὡς ὄφελον ἐμάνθανον. Ὄφελον adverbium est, *utinam:* et modo indicativum regit, modo optativum; atque interdum ὡς ante se habet. Ita ex Erasmo Schmidio not. ad Gal. v, 12. Bengelius, qui locum hujusmodi sic reddit: *Quod utinam vel hodie quiescere didicissem silens, ac non, hoc novo spectaculo, auditorem ex doctore facere.* Aderat enim ipsemet Origenes, et Gregorium orantem gratiasque agentem audiebat.

(36) Ἀπειθεῖν. Edidit ἀπελθεῖν cum Hœschelio Bengelius. Mox idem legit πρὸς αὐτοῖς ὧδε· ἄπειμι, φεύγ.

(37) Ὃδ' ἐγώ. Hæc desunt apud Vossium. Hesychius: ὃ δ' ἐγώ· αὐτὸς ἐγώ. Vid. Suid.

Digitized by Google

του Θεοῦ ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος, εἰς δὲ τὴν γῆν ἐπιστρέφων ἐξ ἧς ἐλήφθην· γῆν τοιγαροῦν ἕδομαι πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ἐκεῖ (38) ζωῆς μου, καὶ γῆν ἐργάσομαι, καὶ ταύτην ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατέλλουσάν μοι, τὰς ἐμὰς λύπας καὶ φροντίδας τὰς ἐπονειδίστους, ἀφειμένος τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν φροντίδων· καὶ ἃ καταλέλοιπα, πρὸς ταῦτα πάλιν ἐπιστρέφων (39), τὴν γῆν ὅθεν ἐξῆλθον, καὶ τὴν συγγένειαν τὴν ἐμὴν κάτω, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου· ἀπολιπὼν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἔνθα μοι οὖσα ἡ ἀγαθὴ πατρὶς ἠγνοεῖτο πάλαι· καὶ συγγενεῖς, οὓς ἔχων ψυχῆς ἐμῆς οἰκείους, ὕστερον γινώσκειν ἠρξάμην· καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἀληθῶς πατρὸς ἡμῶν, ἐν ᾧ μένων, ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ μένειν ἐθελόντων υἱῶν τῶν ἀληθῶν, σεμνῶς τιμᾶται καὶ γεραίρεται ὁ πατήρ. Ἐγὼ δὲ ἄσεμνος καὶ ἀνάξιος ἐξέρχομαι τῶνδε, στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ παλινδρομῶν. Λέγεταί τις υἱὸς παρὰ πατρὸς ἀπολαβὼν τὸν ἐπιβάλλοντα αὐτῷ πρὸς ἕτερον (40) αὐτοῦ ἀδελφὸν κλῆρον, ἀποδημῆσαι τοῦ πατρὸς εἰς χώραν μακρὰν θελήσας τοῦτο. Ζῶν δὲ ἀσώτως, διασκορπίσαι (41) τὴν πατρῴαν οὐσίαν καὶ καταναλῶσαι· τέλος δὲ κατὰ ἀπορίαν ἑαυτὸν μισθώσας συφορβεῖν. Ὑπὸ λιμοῦ δὲ ἀναγκαζόμενος καὶ κοινωνεῖν τῶν τροφῶν τοῖς χοίροις ἐπιθυμεῖν μὲν, μὴ τυγχάνειν δὲ μηδὲ τούτου. Δίκην οὖν ἐξέτισε τῆς ἀσώτου (42), ἀντὶ τραπέζης τῆς πατρικῆς, οὔσης βασιλικῆς, ἀμειψάμενος, ἃς οὐ προείδετο, τὰς χοιρείους καὶ τὰς ἐν θητείᾳ τροφάς (43). Τοιοῦτόν τι πείσεσθαι ἐοίκαμεν ἀπελθόντες, καὶ οὐδὲ σὺν παντὶ τῷ ἐπιβάλλοντι κλήρῳ. Οὐδὲ γὰρ λαβόντες ἃ ἐχρῆν, ἄπιμεν δὲ ὅμως (44), τὰ μὲν καλὰ καὶ φίλα καταλιπόντες μετὰ σοῦ καὶ παρὰ σοί, ἀμειψάμενοι δὲ τὰ χείρω. Διαδέξεται γὰρ ἡμᾶς σκυθρωπὰ πάντα, θόρυβος καὶ τάραχος ἐξ εἰρήνης, καὶ ἐξ ἡσύχου καὶ εὐτάκτου, βίος ἄτακτος· ἐκ δὲ ἐλευθερίας ταύτης, δουλεία χαλεπὴ, ἀγοραὶ καὶ δίκαι καὶ ὄχλοι· καὶ χλιδὴ, καὶ σχολὴ μὲν ἡμῖν οὐκέτι πρὸς τὰ κρείττω οὐδ' ἠτισοῦν. Οὐδὲ λόγια τὰ θεῖα λαλήσομεν· λαλήσομεν δὲ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων (τοῦτο δὴ καὶ ἁπλοῦς (45) ἁρά τις εἶναι νενόμισται ἀνδρὶ προφήτῃ)· ἡμεῖς δὲ καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. Νὺξ ὄντως ἐξ ἡμέρας· ἐκ

A qua sumptus sum; terram proinde comedam omnibus diebus vitæ meæ, et terram colam, eamque spinas mihi ac tribulos producentem, molestias scilicet meas et curas hasce probrosas, honestis bonisque curis destitutus; et ad ea rediens quæ reliqueram, ad terram unde exiveram, et ad cognationem meam inferiorem, et ad domum patris mei; terram deserens bonam, ubi veram mihi esse patriam ignorabam; et cognatos, quos animæ meæ proprios ac familiares, postea nosse cœpi; et veri patris mei domum, in qua manens, ab iis qui manere in ea volunt, veris filiis pie honoratur et colitur pater. At ego pietatis ac gravitatis expers, indignusque inde recedo, oculos retro gradumque convertens. Filium quemdam ferunt [19], accepta a patre B sorte legitima quæ ipsi cum altero fratre competebat, sponte sua a patris consortio abscessisse in regionem longinquam, vitaque illic intemperanter acta abligurisse paternas facultates, penitusque dissipasse; tandem vero inopia pressum, pacta mercede pascendis porcis operam locasse; fameque urgente, communes cum porcis escas expetiisse, nec consequi potuisse. Pœnas ergo intemperantis vitæ luit, qui pro paterna mensa, regia illa ac splendida, porcinas, quas non prospexerat, serviles escas commutarat. Tale quiddam nobis eventurum discedentibus videtur, nec tamen cum integra competente sorte. Neque enim iis acceptis, quæ congruebant, discedimus tamen, bona quidem C ac chara tecum et apud te relinquentes, pejora autem omnia permutantes. Excipient nos siquidem tristissima omnia; turbæ tumultusque pro pace, et inquieta ac turbulenta vita pro tranquilla et composita; pro libertate hac, servitus gravis, fora, et lites, et contentiones; ac deliciæ, otiumque deinceps nobis ad meliora nullum erit. Nec divina eloquia loquemur: sed loquemur opera hominum [20] (quod sane etiam dirum quidpiam omnino visum est prophetæ): nos vero, malorum etiam hominum. Nox vere pro die, pro clara luce tenebræ, pro festa celebritate luctus; pro patria, hostile nos solum

[19] Luc. xv, 11 et seqq. [20] Psal. xvi.

(38) *Ἐκεῖ.* Hanc vocem omittit Vossius, eamque cum Hœschelio restituit Bengelius; qui mox pro καὶ ταύτην legit καὶ μάτην, cum eodem Hœschelio: *Terram colo, idque frustra, spinas quippe mihi ac tribulos producentem.*

(39) *Ἐπιστρέφων.* Hœschelius, ἐπιστρέφω. Et paulo post, τὴν ἐμὴν τὴν κάτω. Hanc lectionem exhibet Bengelius.

(40) *Πρὸς ἕτερον.* Notabilis usus præpositionis: cui affinis ille est, cum πρὸς *compensationem*, inquit Devarius cap. 23, *De partic. Græc., id est paritatem pretii et æstimationis aliquarum rerum significat; ut apud Theophrastum, de balsamo*, πωλεῖται δὲ τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον· *rependitur bis tanto argento.* Bengel.

(41) *Διασκορπίσαι.* Hœschelius, διασπαθῆσαι. Sic et Bengelius.

(42) *Τῆς ἀσώτου.* Subaudi ζωῆς e proximo, ζῶν δὲ ἀσώτως. Hœschelius, cum nupero editore Parisiensi, τῆς ἀσωτίας. Mallem, si mutato opus est, τὴν ἀσώτου (δίκην). Sic enim expressius multo esset epiphonema. Sed τῆς ἀσώτου dicitur, uti τὴν ἀληθῆ sub finem cap. 5. Bengel.

(43) *Ἐν θητείᾳ τροφάς.* Quibus aluntur θῆτες et operæ mercenariæ. Casaub.—Cl. Al., III *Pæd.*, 4, Μεμέρισται δὲ αὐτοῖς θητεία πολυσχιδῶς. Hœschel. —Hesychius: Θητεῖαι, μισθώσεις, μισθοδουλεῖαι. Ibid., Θῆς, δοῦλος, μισθωτός. Vid. Harpocrationem *v. Θῆτις*, et Thomam Magistrum *v. Θής*, ubi plura viri eruditi. Neque omittas velim Pollucem lib. III, cap. 8, segm. 82.

(44) *Οὐδὲ γὰρ... ὅμως.* Nullum dubium, excidisse vocem hoc modo restituendam, λαβ. ἃ ἐχρῆν, ἄπιμεν· ἄπιμεν δὲ ὅμως. Casaub.— Ellipsis est non insolens. Exempla collegimus ad Cic. epist., p. 354, 886. Bengel.

(45) *Ἁπλοῦς.* Pro ἁπλῶς per enallagen partis. Sic cap. 6 ante medium, τῶν πρώτων ἡμερῶν, pro τὰ πρῶτα. Sic Apollonius Alexandrinus lib. I *De synt.*, cap. 30, ἡ συνήθης (pro συνήθως, notat Sylburgius) ἐπιτασσομένη. Bengel.

Digitized by Google

excipiet, in quo sacrum mihi canticum canere non liceat[21] (quomodo enim in terra animæ meæ aliena, ubi qui degunt, appropinquare Deo non possunt?), sed flere tantum et suspirare, horum quæ hic suppetunt, recordatione; si tamen hoc etiam mihi quisquam concedat. Hostes quondam ferunt[22], magnam et sacram civitatem in qua Deus colebatur, aggressos, ejusque incolas, tum cantores, tum theologos in Babyloniam patriam suam captivos pertraxisse : hos vero, dum ibi detinerentur, ne rogatos quidem a dominantibus, Dei laudes cantare voluisse, nec psallere in terra profana; sed organa musica in salicibus suspendisse, et ad flumina Babylonis collacrymasse. Unus ego ex eorum numero esse mihi videor, ab hac sacra urbe ac patria mea vi pulsus (ubi noctes diesque divinæ leges denuntiantur, hymnique et cantica et mystici sermones; ubi lux solis dieique luce clarior, nobis divina mysteria tractantibus, et noctu, quæ mens interdiu vidit egitque, per visum repetentibus; ubi denique, ut paucis complectar, divinus perpetuo viget afflatus); ab hac, inquam, urbe vi pulsus, captivus in terram alienam rapior; in qua mihi nec tibiis canere, organo, ut illis, ex salicibus suspenso, licebit; sed in fluminibus versabor, luteaque opera tractabo, et hymnos dicere, etiamsi meminero, renuam; sed fortasse præ diuturna aliarum rerum occupatione, etiam obliviscar, memoria ipsa spoliatus. Utinam vero, dum abeo, invitus saltem ut captivi solent : at volens abeo; non ab alio, quam a meipso expugnatus, cum manere liceret. Fortasse etiam abiens, non sine periculo hinc profíciscar, tanquam a tuta et pacata quadam civitate digressus; sed verisimile est futurum, ut iter faciens[23], in latrones incidam ac comprehendar, et nudatus plagis multis vulnerer, et semivivus in via projectusque relinquar.

δὲ λαμπροῦ φωτὸς σκότος, καὶ ἐκ πανηγύρεως πένθος, καὶ ἐκ πατρίδος πολεμία χώρα διαδέξεται ἡμᾶς, ἐν ᾗ ᾠδὴν μὲν ἱερὰν οὐκ ἔξεστί μοι ᾄδειν (πῶς γὰρ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ τῆς ψυχῆς μου, ἔνθα μένοντας οὐκ ἔστι προσεῖναι Θεῷ;) κλαίειν δὲ μόνον καὶ στένειν, ὑπομιμνησκόμενον τῶν ἐνταῦθα, εἰ καὶ τοῦτό μοί τις συγχωρήσεται. Πολέμιοί ποτε λέγονται ἐπελθόντες πόλει μεγάλῃ καὶ ἱερᾷ ἐν ᾗ τὸ θεῖον ἐθεραπεύετο, αἰχμαλώτους κατασῦραι τοὺς ἐνοικοῦντας καὶ ὑμνῳδοὺς καὶ θεολόγους (46) εἰς τὴν αὐτῶν χώραν, Βαβυλωνία δὲ ἦν· τοὺς δ' ἐνεχθέντας εἰς αὐτὴν, μηδ' ἀξιουμένους ὑπὸ τῶν κρατούντων, ὑμνεῖν ἐθέλειν τὸ θεῖον, μηδὲ ψάλλειν ἐν γῇ βεβήλῳ· ἀλλὰ τὰ μὲν ὄργανα τὰ μουσικὰ κρεμάσαι ἐπὶ τῶν ἰτεῶν ἀρτήσαντας, αὐτοὺς δὲ κλαίειν ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος. Ἐκείνων τις εἶναι δοκῶ, ἐξελαυνόμενος ἀπὸ πόλεως, καὶ πατρίδος ἐμῆς ταύτης καὶ ἱερᾶς (ἔνθα μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα, οἱ ἱεροὶ ἀπαγγέλλονται νόμοι, ὕμνοι τε καὶ ᾠδαὶ καὶ λόγοι μυστικοί· καὶ φῶς τὸ ἡλιακὸν καὶ τὸ διηνεκὲς, ἡμέρας ὕπερ (47), ἡμῶν προσομιλούντων τοῖς θείοις μυστηρίοις, καὶ νυκτὸς ὧν ἐν ἡμέρᾳ εἶδέ τε καὶ ἔπραξεν ἡ ψυχὴ, ταῖς φαντασίαις κατεχομένων (48)· καὶ ὅλως, συνελόντι εἰπεῖν, ἔνθα ἡ ἔνθεος διὰ παντὸς κατακωχή)· ταύτης ἐξελαύνομαι, αἰχμάλωτος φερόμενος εἰς τὴν ἀλλοτρίαν γῆν· ἔνθα μοι οὔτε αὐλεῖν (49) ἐξέσται, κρεμασαμένῳ τὸ ὄργανόν μου ὥσπερ κἀκείνοις ἀπὸ τῶν ἰτεῶν· ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς ποταμοῖς ἔσομαι, πηλὸν δὲ ἐργάσομαι, καὶ ὕμνους λέγειν οὐκ ἐθελήσω, μεμνημένος· ἀλλ' ἴσως ὑπὸ μακροεργίας τῆς ἄλλης, καὶ ἐπιλήσομαι, συληθεὶς κατὰ τὰς μνήμας (50). Εἰ δὲ (51) καὶ ἀπιών, ἄκων μόνον ὥσπερ αἰχμάλωτος, ἀλλὰ καὶ ἑκὼν ἄπειμι, οὐχ ὑπ' ἄλλου του, ὑπὸ δὲ ἐμαυτοῦ ἐκπεπολεμημένος, ἐξὸν μένειν. Τάχα (52) καὶ ἀπιὼν ἐντεῦθεν, οὐκ ἀσφαλῶς πορεύσομαι, ὡς ἀπὸ ἀσφαλοῦς καὶ εἰρηνευομένης τινὸς πόλεως ἐξελθών· εἰκὸς δὲ ὡς ἄρα ὁδοιπορῶν καὶ λῃσταῖς συντεύξομαι, καὶ συλληφθήσομαι, καὶ γυμνωθεὶς τρωθήσομαι τραύμασι πολλοῖς, καὶ κείσομαι (53) που ἡμιθνὴς (54) ἐῤῥιμμένος.

[21] Psal. cxxxv, 3, 4. [22] IV Reg. xxiv, xxv. [23] Luc. x, 30.

(46) *Θεολόγους*. Existimarim hoc nomine appellasse Gregorium prophetas, Ezechielem puta, Danielem aliosque in captivitatem abductos. In hanc sententiam adducor ex iis quæ observat Suicerus in *Thes. eccl.*, tom. I, pag. 1359, v. *Θεολόγος*. Ubi hæc recitat ex pseudo-Areopagita Dionysio *De cæl. hier.*, cap. 8, pag. 95 : Τῶν θεολόγων εἷς, ὁ Ζαχαρίας. *Theologus quidam, nomine Zacharias.* Et pag. 96 : Ἕτερος τῶν θεολόγων, Ἰεζεκιήλ. *Alius theologus, Ezechiel.* Cur autem prophetæ hoc nomine insigniantur, videsis Pachymerem, l. c., pag. 104 et 156.

(47) *Ἡμέρας ὕπερ*. In prosa non patitur anastrophen ὑπέρ. Legendum plane ὕπαρ· manifestum est enim antitheton : ἡμέρας, ὕπαρ· νυκτὸς, φαντασίαις. Ubi ἡμέρας et νυκτός, subaudito διά, est genitivus temporis : ὕπαρ autem opponitur φαντασίαις. Nam ὕπαρ est visum vigilantis. Origenes, lib. I *Contra Celsum* : Τί ἄτοπον τὸ τυποῦντα τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ὀνείρῳ, δύνασθαι αὐτὸ τυποῦν καὶ ὕπαρ; Frequenter etiam hac voce utitur Basilius Seleuciensis, de miraculis S. Theclæ : ad quem vide Petrum Pantinum. Locum igitur ita reddo : *Cum interdiu, per visa, divinis aderamus sacramentis; et noctu earum rerum, quas viderat de die atque egerat animus, imaginibus detinebamur.* Bengel.

(48) *Κατεχομένων*. Insigne verbum. Hesychius : Κατέχεσθαι, θεοφορεῖσθαι. Adi G. Pudæi *Commentarios linguæ Græcæ*. Id.

(49) *Οὔτε αὐλεῖν*. Κιθάρας habuerant Judæi, psal. cxxxvi ; idcirco ab hostibus ψάλλειν jussi paulo ante perhibentur. At Gregorius, οὔτε αὐλεῖν, *ne tibia quidem*, hoc videtur dicere : *Illi instrumentis lætitiæ aptioribus abstinuere; ego etiam iis, quæ alias lugentes plus juvant.* Tibiarum certe maximus olim in luctu fuit usus. Vide Matth. IX, 23. Id.

(50) *Κατὰ τὰς μνήμας*. Καὶ τὰς μνήμας legit Bengelius.

(51) *Εἰ δέ*. Placebat εἴθε, *utinam*. Sed tantumdem valet εἰ, perinde uti *si* apud Latinos. Atque ipsum εἴθε per paragogen formatum esse videtur. Id.

(52) *Ἐξὸν μένειν. Τάχα*. Parisina punctum habet post τάχα, Augustana ante ἐξόν, nos medium tenemus. Id.

(53) *Κείσομαι*. Hesychius : Κεῖται· ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ τίθεται τοῦτο, ἢ θανάτου, ἢ ἀπραξίας. Id.

(54) *Ἡμιθνής*. Ita ms. et Ger. Vossius. Ἡμιθανής Luc. x, 10. Usitate utrumque : legitur enim illud Thucyd. lib. II apud Herodianum, Lucianum duo-

Digitized by Google

IZ'. Ἀλλὰ τί ταῦτα θρηνῶ; Ἔστιν ὁ Σωτὴρ πάντων, καὶ τῶν ἡμιθανῶν καὶ τῶν λελῃστευμένων, πάντων κηδεμὼν καὶ ἰατρὸς, Λόγος, ὁ ἄγρυπνος φύλαξ (55) πάντων ἀνθρώπων. Ἔστιν ἡμῖν καὶ σπέρματα ἃ τε ἔχοντας ἡμᾶς ἀνέδειξας, καὶ ὅσα παρὰ σοῦ εἰλήφαμεν, τὰς καλὰς ὑποθήκας, σὺν οἷς ἄπιμεν· κλάοντες μὲν, ὡς πορευόμενοι, φέροντες δὲ σὺν αὐτοῖς ὅμως τὰ σπέρματα ταῦτα. Ἴσως μὲν οὖν διασώσεται ἡμᾶς ὁ φύλαξ ἐπιστάς· ἴσως δὲ ὑποστρέψομεν πρὸς σὲ πάλιν, φέροντες ἐκ τῶν σπερμάτων καὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὰς δραγμίδας, τελείας μὲν οὐχὶ (πῶς γάρ;) οἵας δὲ δυνατὸν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἐν πολιτείᾳ πράξεων, διεφθαρμένας μὲν τῇ δυνάμει (56), ἢ ἀκάρπῳ ἢ κακοκάρπῳ τινὶ, μὴ καὶ προσδιαφθαρησομένῃ δὲ παρ' ἡμῶν (57), εἰ ὁ Θεὸς ἐπινεύοι.

IH'. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐνταῦθα παυέσθω ὁ λόγος, θρασυνόμενος μὲν ἐφ' οὗ (58) ἥκιστα ἐχρῆν. Εὐγνωμόνως δὲ καὶ εὐχαριστήσας που, οἶμαι, κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν, ἄξιον μὲν οὐδὲν λεγόντων, οὐ μὴν σιωπησάντων παντελῶς· καὶ ἔτι (59) καὶ ἀποκλαυσάμενος, οἷον οἱ ἀποδημοῦντες τῶν φίλων εἰώθασι. Μειρακιῶδες μὴ, θωπείας ἐχόμενον οὐδὲν, οὐδὲ ἀρχαιότερον (60), ἢ περιεργότερον, οὐκ οἶδα· πρόσεστι μέντοι αὐτῷ, καὶ τὸ μὴ πεπλασμένον, τοῦτο σαφῶς γινώσκω, ἀληθὲς δὲ πάντη, γνώμῃ ὑγιεῖ, καὶ προαιρέσει εἰλικρινεῖ καὶ ὁλοκλήρῳ.

IΘ'. Σὺ δὲ ἀναστὰς, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ εὐξάμενος, ἤδη πέμπε ἡμᾶς, σώσας μὲν παρόντας τοῖς ἱεροῖς σου μαθήμασι, σώζων δὲ ταῖς εὐχαῖς καὶ ἀποδημήσαντας· καὶ δὴ παραδίδου καὶ παρατίθεσο (61), μᾶλ-

A XVII. Sed quorsum hæc lamentor? Est utique Salvator omnium, semivivorum et a prædonibus vexatorum, omnium curator ac medicus. Verbum, vigilans ille omnium hominum custos. Sunt et nobis semina, quæ habere nos docuisti, et quæcunque a te accepimus, præclara monita atque præcepta, quibuscum discedimus; lugentes quidem[24], ut qui iter facimus; sed nobiscum tamen hæc semina deferentes. Fortasse ergo conservabit nos præses custos; fortasse iterum ad te revertemur, afferentes ex seminibus hisce fructus et manipulos, perfectos quidem haudquaquam (qui enim?), sed quales nobis ex civilis vitæ actionibus liceat: corruptos quidem facultate vel infrugifera, vel malæ alicujus frugis; sed non amplius apud nos corrumpenda, si

B Deus annuerit.

XVIII. Mihi ergo hoc in loco desinat oratio, audacius quidem fortasse, de quo minime decuit, elocuta; sed gratias, ni fallor, pro viribus nostris et ex animo reddere conata: qui dignum sane nihil diximus, nec tamen omnino conticuimus. Quæ præterea etiam deploravit, sicut qui ab amicis digrediuntur, facere solent. An puerile nihil vel adulatorium, nihilve obsoletum vel superfluum habeat, nescio; confictum certe nihil ei inest; hoc plane scio: veritas enim ubique recto sensu, et sincera ac integra mente atque consilio.

XIX. Tu vero exsurge, o charum caput, et bene precatus jam nos dimitte; qui præsentes sacris tuis disciplinis servasti, serva etiam precibus abeuntes.

C Continuo redde ac trade; sed redde potius ei, qui

[24] Psal. cxxv, 6.

lus locis, Nazianzenum orat. funebri in Basil. M., ἡμιθανὴς vero apud eumdem, carm. *εἰς τὴν ἐν νηστείαις σιωπήν*, v. 116, pro quo etiam ἡμίθνητος, id est, *semimortuus*, *semianimis*, dicitur Sapient. XVIII, 18. HŒSCHEL.

(55) *Ὁ ἄγρυπνος φύλαξ*. Alii, ὁ ἄγρυπνος, alia distinctione, construunt cum λόγος. Idem epitheton aliter positum superius cap. 5, ante medium, ubi sic: ἄγρυπνος ὢν ὁ θεῖος παιδαγωγὸς καὶ ἀληθὴς κηδεμών. BENGEL.

(56) *Μὲν τῇ δυνάμει*. Μέν τοι δυνάμει. Mox ubi μὴ καί, hoc μή potest etiam sumi ut ἀπευκτικόν, *utinam ne*. ID.

(57) *Παρ' ἡμῶν*. Ita Vossius et Bengelius. Al., παρ' ἡμῖν, ipso Vossio admonente: quam lectionem secutus est nuperus editor Parisiensis.

(58) *Ἐφ' οὗ. Coram quo*, scilicet Origene. Dixerat Gregorius cap. 2 post medium: Καὶ εἰ μὲν ἀλλαχόθι που καὶ ἐπ' ἄλλων τοιαῦτα προεθυμήθημεν νεανιεύσασθαι, θρασεῖς μὲν καὶ οὕτως ἦμεν καὶ τολμηροί τινες· οὐ μὴν ἀλλ' ἀναίδεια τῆς προπετείας αἰτία, τῷ μὴ ἐπὶ σοὶ ταῦτα θρασύνεσθαι. *Quod si alibi et coram aliis in talibus juveniliter conandum putassemus, audaces sic quoque ac præfidentes essemus: sed tamen impudentiæ accusari temeritas non posset, quod ea non coram te auderemus.* BENGEL.

(59) *Καὶ ἔτι*, κ. τ. λ. Locum ita distinguo: καὶ ἔτι ... εἰώθασι, μειρακιῶδες· θωπείας ἐχόμενον οὐδὲν, οὐδὲ ἀρχ. Hic μή vim habet interrogandi cum dubitatione: et, intacto commate subsequente, cohæret cum οὐδέ. Hoc autem commate, θωπείας ἐχόμενον οὐδέν, Gregorius virtutem orationis suæ hanc quod vera dicat, κατ' ἄρσιν describit, κατὰ θέσιν vero mox illis verbis: πρόσεστι ... ὁλοκλήρῳ. Huic autem virtuti quæ τὸ μέσον in loquendo servat, opponit duo vitia tanquam extrema; cum vel ἀρχαιότερον dicitur, vel περιεργότερον: quorum utrumvis, medio non servato, in suum sermonem, quippe μειρακιῶδες ἀποκλαυσάμενον, irrepere potuisse putat. Nam qui veritati incumbit, facile loquitur ἀρχαιότερον· deinde qui refugit ἀρχαιότερον loqui, facile loquitur περιεργότερον· id quod propius accedit ad θωπείαν. Ἐχόμενον, neutrum, respicit μειρακιῶδες, poniturque ea forma, qua δέον, ἐξόν et alia multa capp. 16 et 17. ID.

(60) *Ἀρχαιότερον*. Ἀρχαῖος, *antiquus*. Inde quia antiquissima quæque severitatis quam plurimum, et quam minimum calliditatis habent, ἀρχαῖος (ut apud Tullium *priscus*) dicitur pro *rudi*, id est, pro D *illepido* vel *inscito*: ac modo euphemiam involvit, modo ad contumeliam pertinet. Hesychius: Ἀρχαῖον, παλαιὸν, πρῶτον, ἁπλοῦν, ἄκακον, εὐηθες. Itaque Gregorius exquisitum hic habet antitheton, ἀρχαιότερον ἢ περιεργότερον. Veretur scilicet, hinc ne *nimis verus* fuerit de Origene, id est, ne rudi, arido et strigoso sermone minus dixerit, quam debuisset: inde, ne, hoc vitium fugiens, e diverso *non satis verus* fuerit, minuta quæque quasi Origene digna consectans ambitiosius. ID.

(61) *Παραδίδου καὶ παρατίθεσο*. Id est, *trade* me ut *Dei* κτῆμα, idque custodiendum ex initio cap. 17, et *commenda* eumdem me, ut *tuum* κτῆμα, idque recipiendum ex ejusdem cap. 17 fine. Adjici hoc potest differentiis vocum. Subdit statim Gregorius: μᾶλλον δὲ παραδίδου. Pro παραδίδου sensum requirere ἀποδίδου, statuebat Rhodomanus. Sed non opus est mutato. Gregorius verbum παραδίδου iterat, ac verbo παρατίθεσο non plane resorpto

Digitized by Google

ad te nos perduxit, Deo : gratias in primis agens pro iis quæ nobis obtigerunt : orans deinde, ut etiam in posterum, ubique præsens nos dirigat, menti nostræ sua mandata suggerens, divinumque nobis timorem suum, optimum pædagogum, immittens. Non enim eadem qua apud te libertate, etiam digressi, obediemus illi. Ora, ut et consolationem aliquam ab eo capiamus, quando a te destituimur; ductoremque bonum mittat, comitem angelum. Pete autem, ut et redire nos faciens, iterum ad te ducat : quod unum omnium maxime nos consolabitur.

A λον δὲ παραδίδου τῷ ἀγαγόντι ἡμᾶς πρὸς σὲ Θεῷ· εὐχαριστῶν μὲν ἐπὶ τοῖς φθάνουσιν ὑπὲρ ἡμῶν· παρακαλῶν δὲ χειραγωγεῖν καὶ ἐν τοῖς μέλλουσι, διὰ παντὸς ἐφεστῶτα, ὑπηχοῦντα τῷ νῷ ἡμῶν τὰ αὐτοῦ προστάγματα, ἐμβάλλοντα ἡμῖν τὸν θεῖον φόβον αὐτοῦ, παιδαγωγὸν ἄριστον ἐσόμενον. Οὐ γὰρ ἐν τῇ μετὰ σοῦ ἐλευθερίᾳ (62) καὶ ἀπελθόντες ὑπακούσομεν αὐτῷ (63). Παρακάλεσον καὶ παραμυθίαν τινὰ ἡμῖν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ, τῆς ἀπολείψεώς σου, πομπὸν ἀγαθὸν ἐξαποστεῖλαι, συνοδοιπόρον ἄγγελον. Αἴτησον δὲ καὶ ἵνα ἐπιστρέψας ἡμᾶς, ἀγάγῃ πρὸς σὲ πάλιν· καὶ τοῦτό γε μάλιστα πάντων μόνον ἡμᾶς παραμυθήσεται.

præfert tamen, quod Dei jus in Gregorium sit antiquius multo atque eminentius, quam Origenis. Ait enim, παραδίδου τῷ ἀγαγόντι ἡμᾶς πρὸς σὲ Θεῷ. Beng.

(62) *Ἐλευθερίᾳ.* Id est, *hac* libertate *quæ tecum est, carebo digressus : quare vereor, ut Deo posthac paream, ni* timore *saltem munitus fuero.* De hac libertate idem Gregorius cap. 16 circa medium : Τὰ καλὰ καὶ φίλα καταλιπόντες μετὰ σοῦ καὶ παρὰ σοὶ, ... διαδέξεται ἡμᾶς ἐξ ἐλευθερίας ταύτης δουλεία χαλεπή. Id.

(63) *Αὐτῷ.* Ita Vossius, Hœschelius (Bengelius) et plerique mss., sed præstare videtur Hœschelii lectio marginalis αὐτοῦ quæ reperitur quoque in recentiori ms. Vaticano. Delarue.

ORIGENIS AD GREGORIUM EPISTOLA.

Vide inter Origenis Opera, tom. XI *proxime sequentis initio.* Edit. Patr.

S. GREGORII THAUMATURGI OPERUM

PARS II. — SCRIPTA NONNULLIS DUBIA.

ΜΕΓΑΛΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

ΚΑΤΑ ΜΕΡΟΣ ΠΙΣΤΙΣ

MAGNI GREGORII THAUMATURGI

FIDEI EXPOSITIO

Quæ *Fides secundum partem* dicta est.

(Latine edidit Gerardus Vossius Opp. S. Gregorii Thaumat., Paris. 1622, in fol.; Græca ex codice Vaticano in lucem protulit card. Mai *Script. vet.* t. VII, p. 170.)

ARGUMENTUM GERARDI VOSSII.

Alia hæc est fidei expositio, longeque diversa a priore, quam ex revelatione magnus hic noster Gregorius accepit. Dicta autem hæc ideo ἔκθεσις τῆς κατὰ μέρος πίστεως *videtur, vel quod ex parte quæ sunt fidei tradat, atque exponat; vel quod per partes in ea fides explicetur. Ubi tamen* τὴν κατὰ μέρος πίστιν, *R. P. Franc. Torrensis theologus societ. Jesu (hujus* τῆς ἐκθέσεως *interpres et scholiastes)* fidem non universam sed in parte, *Latine transtulit. Est porro hic* fides non universa sed in parte, *secundum eum, fides non omnium dogmatum ecclesiasticorum, sed aliquorum, contra hæreticos qui ea negant.*

Digitized by Google

Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας οἱ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ἀποστελλομένης ἀρχῆς εἶναι ἐπίκτητον λέγοντες τῷ Πατρί· καὶ οἱ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ αὐτὰ διανοούμενοι· οἱ δόσει καὶ χάριτι θεοποιεῖσθαι λέγοντες τὸν Υἱόν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἁγιάζεσθαι· οἱ τὸ τοῦ Υἱοῦ κοινοποιοῦντες ὄνομα πρὸς τοὺς δούλους, καὶ πρωτότοκον κτίσεως οὕτω λέγοντες, ὡς ὁμοίως ἐκ τοῦ μὴ εἶναι καὶ αὐτὸν ὄντα, καὶ ὡς πρῶτον πεποιημένον, καὶ οὐχ ὁμολογοῦντες μονογενῆ Υἱόν, μόνον ὄντα τῷ Πατρὶ, δεδωκότα δὲ ἑαυτὸν εἰς συναρίθμησιν τῶν θνητῶν, καὶ οὕτω πρωτότοκον ἀριθμούμενον· οἱ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐκ Πατρὸς ἀνθρωπίνως περιγράφοντες διαστήματι μετρουμένῳ, καὶ οὐκ ἄναρχον τὸν αἰῶνα τοῦ Γεννήτορος καὶ τοῦ Γεννήματος ὁμολογοῦντες· οἱ τρεῖς ἀκοινωνήτους καὶ ξένας εἰσάγοντες λατρείας, μιᾶς καὶ μόνης οὔσης τῆς νομίμου θρησκείας, ἣν ἄνωθεν ἐκ νόμου καὶ προφητῶν παραλαβόντες ἔχομεν καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου βεβαιωθεῖσαν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κεκηρυγμένην· ἀλλότριοι δὲ οὐχ ἧττον καὶ οἱ τὴν Τριάδα μὴ κατὰ ἀλήθειαν ἐκ τριῶν προσώπων ὁμολογοῦντες, ἀλλ' ἐν μονάδι τὸ τριπλοῦν ἀσεβῶς κατὰ σύνθεσιν φανταζόμενοι· καὶ σοφίαν ἐν Θεῷ τὸν Υἱὸν ὡς ἐν ἀνθρώπῳ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγούμενοι, δι' ἧς ὁ ἄνθρωπός ἐστι σοφὸς, καὶ Λόγον ὁμοίως τῷ κατὰ προφορὰν ἢ διάνοιαν εἰσηγούμενοι, οὐδεμιᾷ ὑποστάσει οὐδὲ μόνῃ.

Ἐκκλησιαστικὴ δὲ ὁμολογία καὶ κόσμῳ σωτήριος πίστις ἡ περὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, ὄντος μὲν ἑαυτὸν ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ ἣν ἐκ Μαρίας προσελάβετο, μείναντος δὲ ἐν ταυτότητι, καὶ μηδεμίαν θείαν μετακίνησιν μηδὲ ἀλλοίωσιν ὑποστάντος, συναιρεθέντος δὲ πρὸς τὴν σάρκα καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρωπίνην, ὥστε τὴν σάρκα πρὸς τὴν θεότητα ἑνωθῆναι, τῆς θεότητος τὸ παθητικὸν τῆς σαρκὸς ἐν τῇ τοῦ μυστηρίου πληρώσει ἀνηρηκυίας· μετὰ δὲ θανάτου κατάλυσιν περὶ τὴν σάρκα τὴν ἁγίαν ἀπάθεια διηνεκὴς καὶ ἄτρεπτος ἀθανασία· ἀνειλημμένου μὲν τοῦ κατ' ἀρχὴν ἀνθρωπίνου κάλλους ἐν τῇ τῆς θεότητος δυνάμει, χορηγουμένου δὲ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἐν τῇ τῆς πίστεως οἰκειώσει.

Εἰ δέ τινες καὶ ἐνταῦθα παραχαράττουσι τὴν ἱερὰν πίστιν, ἢ τῇ θεότητι τὰ ἀνθρώπινα προσιδιοποιοῦντες, προκοπάς τε καὶ πάθη καὶ δόξαν τὴν ἐπιγινομένην, ἢ τῆς θεότητος διϊστῶντες τὸ προκόπτον καὶ πάσχον σῶμα, ὡς ἰδιαζόντως ὑφεστὼς, καὶ οὗτοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ σωζούσης ὁμολογίας ἐκτός. Οὐδεὶς οὖν δύναται γνῶναι τὸν Θεὸν, εἰ μὴ τὸν Υἱὸν ἐπιγνῷ· σοφία γάρ ἐστιν ὁ Υἱὸς δι' ἧς τὰ πάντα ἔκτισται· τὰ δὲ κτίσματα μηνύει τὴν σοφίαν, καὶ ὁ Θεὸς ἐν τῇ σοφίᾳ γινώσκεται· οὐ τοιαύτη δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία οἵαν ἄνθρωπος ἔχει, ἀλλὰ τελεία ἐκ τελείου τοῦ Θεοῦ προελθοῦσα καὶ μένουσα διὰ παντὸς, οὐχ ὡς νόημα ἀνθρώπου τὸ παρερχόμενον, καὶ Λόγος λαλούμενος καὶ μὴ ὤν· διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἔστι σοφία, ἀλλὰ καὶ Θεός· οὐδὲ μόνον Λόγος, ἀλλὰ καὶ Υἱός. Εἴτε οὖν ἀπὸ κτίσεώς τις νοεῖ τὸν Θεὸν, εἴτε ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκεται, οὐκ ἄνευ τῆς σοφίας αὐ-

A Inimicissimi et alieni a confessione apostolica sunt, qui dicunt esse Filium ex non exstantibus, et ex principio emittente, externum et foris ascitum Patri : et qui eadem de Spiritu sancto sentiunt; quique dicunt datione et gratia factum esse Deum; et Spiritum sanctum sanctificari; qui nomen Filii cum servis commune faciunt; qui sic dicunt eum primogenitum creaturæ, ac si esset similiter factus, cum non esset, et tanquam primum factus : et non confitentur unigenitum Filium, qui solus sit Patri Filius, qui dedit seipsum, ut annumeraretur mortalibus, atque ita esset numeratus primogenitus : qui generationem Filii ex Patre humane circumscribunt spatio demenso ; et non confitentur ævum Genitoris et Geniti sine principio;
B qui tres latrias, id est, cultus ab una communione separatos et alienos introducunt; cum sit una et sola legitima religio, quam a principio ex lege et prophetis acceptam, et a Domino confirmatam, et a sanctis apostolis prædicatam habemus. Non minus alieni sunt, qui Trinitatem non secundum veritatem ex tribus Personis confitentur, sed in unitate triplicatam secundum compositionem impie fingunt, et sapientiam in Deo existimant esse sicut in homine sapientiam humanam, qua sapiens est; et Verbum simile esse interpretantur verbo quod ore profertur, vel mente concipitur, nulla hypostasi.

Ecclesiastica vero confessio et mundo salutaris,
C est fides de incarnatione Verbi, quod quidem præbuit seipsum humanæ carni, quam ex Maria assumpsit manens idem ipsum, nullamque divinam mutationem neque variationem suscipiens, copulatum cum carne ad similitudinem humanam, ut caro sit unita divinitati, suscepta a divinitate Verbi passibilitate carnis ad implendum mysterium. Post deletam vero mortem perpetua impassibilitas in sancta carne, et immortalitas immutabilis mansit, recuperata in virtute divinitatis pulchritudine humana, quæ a principio fuit, et manante in omnes homines, conciliante eam fide.

Si qui vero etiam hic sacram fidem depravant,
D separatim attribuentes divinitati quæ humana sunt, incrementa, passiones, accessionem gloriæ : aut separantes a divinitate corpus, quod proficiebat et patiebatur, tanquam per se exsisteret; hi quoque extra confessionem ecclesiasticam et salutarem sunt. Nemo igitur potest cognoscere Deum, nisi Filium agnoscat. Sapientia enim est Filius, qua omnia creata sunt. Creaturæ autem sapientiam declarant, et Deus in sapientia noscitur. Non est autem sapientia Dei, qualem homo habet; sed perfecta, quæ ex perfecto Deo exivit, et semper manet; non ut notio hominis, quæ præterit, et verbum quod loquimur, et non est. Idcirco non solum est sapientia, sed Deus; neque solum est Verbum, sed Filius. Sive quis igitur ex creatura intelligit Deum, sive ex Scripturis docetur, non sine sapien-

Digitized by Google

tia ejus cognoscere aut audire de eo potest. Et qui recte invocat Deum, per Filium invocat; et qui proprie accedit, per Christum accedit. Accedere autem ad Filium non potest sine Spiritu sancto. Spiritus enim est vita, et sancta formatio universorum. Hunc Deus per Filium emittens, creaturam sibi assimilat.

Unus igitur Pater Deus, unus Filius Verbum, unus Spiritus vita, sanctificatio universorum. Et neque Deus alius, ut Pater; neque Filius alius, ut Verbum Dei, neque Spiritus alius, ut vivificans et sanctificans. Imo etsi sancti vocantur dii, et filii, et spiritus, non tamen implentur Spiritu, neque similes sunt Filio et Deo. Si quis vero sic dicit Filium esse Deum, tanquam ipsum etiam plenum divinitate, et non tanquam genitum ex divinitate; negavit Verbum, negavit sapientiam, amisit cognitionem Dei, cecidit in culturam creaturæ, apprehendit impietatem gentilium, et ad hanc reversus est; Judæorum incredulitatem imitatus est, qui cum existimarent Verbum Dei esse filium humanum (1), non crediderunt Deum esse, neque Filium Dei confessi sunt. Est autem impium cogitare Verbum Dei tanquam humanum; et opera per eum facta manere, non manente ipso. Siquis vero dicat operari Christum omnia jussu Verbi, Verbum Dei otiosum faciet, et ordinem Domini in servitutem mutabit. Servus enim est, cui jubetur, et quod creatum est, ad creandum minime idoneum est. Non enim ullo modo creaturæ exæquari desinet, ut sicut ab illo creatum est, sic ipsum alia creet.

Rursus, cum quis dixerit esse Spiritum sanctum opus sanctificatum, non amplius poterit intelligere omnia in Spiritu sanctificata; qui enim unum sanctificavit sanctificat etiam omnia. Negat igitur fontem sanctificationis Spiritum sanctum, qui eum privat potestate sanctificandi; et prohibetur, ne eum Patri et Filio annumeret; ac sanctum baptisma rejicit; et amplius sanctam et venerandam Trinitatem non confitebitur. Aut enim in naturali et vera gloria tota Trinitas intelligenda est; aut unitatem, et non amplius Trinitatem dicere cogemur; aut cogemur non annumerare Creatori creata opera, neque Domino universorum creaturas, neque sanctificanti sanctificata, sicut neque Trinitati ullum opus creatum annumeratur; at in nomine sanctæ Trinitatis baptisma fit, et invocatio et cultus. Si enim tres sunt gloriæ, fiant tres cultus apud eos qui impie creaturas colunt. Si natura quæ adoratur divisa est; sit etiam apud eos divisa adoratio. Sed neque cum æterno recentia adorabuntur; recens enim est omne id quod principium cœpit; quia multus et immensus est, qui est ante sæcula. Qui igitur aliquod principium temporum vitæ Filii et Spiritus sancti ponit, simul

τοῦ γνῶναι ἢ ἀκοῦσαι περὶ αὐτοῦ δύναται· καὶ ὁ ἐπικαλούμενος ὀρθῶς τὸν Θεὸν, ἐπικαλεῖται δι' Υἱοῦ· καὶ ὁ προσερχόμενος οἰκείως, διὰ Χριστοῦ ἔρχεται· προσελθεῖν δὲ ἀδύνατον τῷ Υἱῷ χωρὶς τοῦ Πνεύματος· τὸ Πνεῦμα γὰρ καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἁγία μόρφωσις τῶν ὅλων· καὶ τοῦτο ἐκπέμπων ὁ Θεὸς δι' Υἱοῦ, τὴν κτίσιν ὁμοιοῖ πρὸς ἑαυτόν.

Εἷς οὖν ὁ Πατὴρ ὁ Θεὸς, εἷς ὁ Λόγος, ἓν Πνεῦμα ζωὴ, ἡ ἁγιωσύνη ἡ τῶν ὅλων· καὶ οὔτε Θεὸς ἕτερος ὡς Πατὴρ, οὔτε Υἱὸς ἕτερος ὡς Λόγος Θεοῦ, οὔτε Πνεῦμα ἕτερον ὡς ζωοποιὸν καὶ ἁγιαστικόν· ἀλλ' εἰ καὶ θεοὶ καὶ υἱοὶ καὶ πνεύματα καλοῦνται οἱ ἅγιοι, οὔτε Πνεύματος πληροῦνται, οὔτε ὁμοιοῦνται πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ Θεόν· ἐὰν δέ τις οὕτως λέγει τὸν Υἱὸν εἶναι Θεὸν ὡς πληρωθέντα θεότητος καὶ αὐτὸν, καὶ οὐχ ὡς γεννηθέντα ἐκ θεότητος, ἠρνήσατο τὸν Λόγον, ἠρνήσατο τὴν σοφίαν, ἀπώλεσε τὴν γνῶσιν τὴν περὶ Θεοῦ, κατέπεσεν εἰς τὸ σέβειν τὴν κτίσιν, κατέλαβεν Ἑλλήνων ἀσέβειαν, ἐπὶ ταύτην ὑπέστρεψεν, τὴν Ἰουδαίων ἀπιστίαν ἐμιμήσατο, οἱ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον υἱὸν ἀνθρώπινον ὑπολαμβάνοντες, Θεὸν εἶναι τοῦτον οὐκ ἐπίστευσαν, οὐδὲ Θεοῦ Υἱὸν ὡμολόγησαν· ἀσεβὲς δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ὡς ἀνθρώπινον νοεῖν, καὶ τὰ ἔργα τὰ δι' αὐτοῦ μένοντα μὴ μένοντος αὐτοῦ· ἐὰν δέ τις εἴπῃ κελευόμενον διὰ τοῦ Λόγου τὸν Χριστὸν ἐργάζεσθαι τὰ πάντα, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀργὸν ποιήσει, καὶ τὴν τοῦ Δεσπότου τάξιν εἰς δουλείαν μεταθήσει· δοῦλον γὰρ ἅπαν τὸ κελευόμενον, καὶ τὸ κτιστὸν οὐχ ἱκανὸν εἰς τὸ κτίζειν· οὐ γὰρ ἐξισωσθήσεται τῷ κτίσματι αὐτὸ κατ' οὐδένα τρόπον, ἵν' ὡς ὑπ' ἐκείνου ἔκτισται, οὕτω καὶ αὐτὸ κτίσῃ τὰ ἄλλα.

Πάλιν δὲ ὅταν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴπῃ τίς ἡγιασμένον εἶναι ποίημα, οὐκέτι τὰ πάντα δυνήσεται νοεῖν ἐν Πνεύματι ἁγιαζόμενα· ὁ γὰρ ἓν ἁγιάσας, ἁγιάζει καὶ τὰ πάντα· ἀρνεῖται οὖν τὴν τῆς ἁγιοσύνης πηγὴν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ ἀφαιρῶν αὐτοῦ τὸ ἁγιάζειν, καὶ συναριθμεῖν αὐτὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ κωλυθήσεται· καὶ τὸ ἅγιον δὲ βάπτισμα ἀθετεῖ, καὶ οὐκέτι Τριάδα ὁμολογήσει τὴν ἁγίαν καὶ σεβάσμιον· ἢ γὰρ ἐν φυσικῇ δόξῃ καὶ ἀληθινῇ τὴν ὅλην Τριάδα νοητέον, ἢ μονάδα καὶ οὐκέτι Τριάδα λέγειν ἀναγκασθησόμεθα, ἢ μὴ συναριθμεῖν τῷ κτίστῃ τὰ κτιστὰ ποιήματα, μηδὲ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων τὰ κτίσματα, μηδὲ τῷ ἁγιάζοντι τὰ ἁγιαζόμενα· ὥσπερ οὐδὲ τῇ Τριάδι συναριθμεῖταί τι τῶν ποιημάτων, ἀλλ' ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ βάπτισμα καὶ ἡ ἐπίκλησις καὶ ἡ λατρεία· εἰ γὰρ τρεῖς αἱ δόξαι, τρεῖς αἱ λατρείαι γινέσθωσαν παρὰ τοῖς ἀσεβῶς τὰ κτίσματα σέβουσι· εἰ διῃρημένα τὰ τῆς προσκυνουμένης φύσεως, διῃρημένα καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως ἔστω παρ' αὐτοῖς· ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τοῦ αἰωνίου τὰ πρόσφατα προσκυνηθήσεται· πρόσφατον γὰρ ἅπαν τὸ ἀρχὴν εἰληφὸς, ἐπειδὴ πολὺς καὶ ἄμετρος ὁ πρὸ τῶν αἰώνων. Ὁ τοίνυν ἀρχήν τινα χρόνων τῆς τοῦ Υἱοῦ ζωῆς καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποτιθέμενος,

(1) Filium humanum, vocat filium more aliorum genitum.

Digitized by Google

χωρίζει κατὰ ταυτὸν τῆς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς συναριθμήσεως τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα· δεῖ γὰρ ὥσπερ μίαν τὴν δόξαν ὁμολογοῦμεν, οὕτως καὶ μίαν τὴν οὐσίαν ἤτοι θεότητα, καὶ μίαν τὴν ἀειδιότητα τῆς Τριάδος ὁμολογεῖν. A

Κεφάλαιον δὲ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἡ τοῦ Λόγου σάρκωσις· πιστεύομεν οὖν, ἀναλλοιώτουμενούσης τῆς θεότητος τὴν σάρκωσιν τοῦ Λόγου γεγενῆσθαι πρὸς ἀναχαίνωσιν τῆς ἀνθρωπότητος· οὔτε γὰρ ἄλλαξις, οὔτε μετακίνησις, οὔτε περικλεισμὸς ἐν νεύματι γέγονεν περὶ τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ἀλλ' ἡ αὐτὴ διαμένουσα, καὶ τὸ τῆς σαρκώσεως ἔργον ἐπλήρωσεν εἰς τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐπὶ γῆς πολιτευσάμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν θεϊκὴν ἐπὶ πάντα παρουσίαν ὁμοίως διεφύλαξεν πάντα πεπληρωκὼς, ἰδίως τε σαρκὶ συγκεχραμένος· καὶ τῶν B περὶ σάρκα παθῶν γινομένων, τὴν ἀπάθειαν ἡ δύναμις εἶχεν τὴν ἑαυτῆς· ἀσεβὴς οὖν ὁ τὸ πάθος ἀνάγων εἰς τὴν δύναμιν· ὁ γὰρ τῆς δόξης Κύριος ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι πέφηνε τὴν ἀνθρωπίνην οἰκονομίαν ἀναδεξάμενος ἐπὶ γῆς· καὶ ταῖς μὲν πράξεσι τὸν νόμον πληρώσας ὑπὲρ ἀνθρώπων, τοῖς δὲ πάθεσι τὰ παθήματα διαλύσας, καὶ τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον ἀνελών, τῇ δὲ ἀναστάσει τὴν ζωὴν ἀνατείλας· οὗ καὶ τὴν παρουσίαν ἔνδοξον ἀπ' οὐρανοῦ προσδοκῶμεν ἐπὶ τῇ τῶν ὅλων ζωῇ καὶ κρίσει, ἀναστάσεως νεκρῶν ἐσομένης, εἰς τὸ πᾶσιν ἀνταποδοθῆναι κατ' ἀξίαν.

Caput vero salutis nostræ, incarnatio Verbi est. Credimus igitur, manente immutabili divinitate factam esse Verbi incarnationem, ad renovationem humanitatis. Nec enim mutatio, neque transmotio, neque inclusio in motu ac voluntate facta est circa sanctam Dei virtutem; sed eadem permanens, opus incarnationis ad salutem mundi implevit; et Verbum Dei in terra secundum humanitatem conversans, divinam præsentiam similiter retinuit, omnia implens, singulariter carni unitum; et passionibus circa carnem factis, divina virtus suam habebat impassibilitatem. Impius ergo est, qui passionem in virtutem divinam reducit. Dominus enim gloriæ in humano habitu apparuit; suscepta œconomia in terra (2), qui operibus quidem legem pro hominibus implevit, passionibus vero passiones dissolvit, et morte mortem sustulit; resurrectione vero vitam oriri fecit: cujus gloriosum e cœlo adventum exspectamus ad vitam universorum, et judicium, cum futura mortuorum resurrectione, ad retribuendum omnibus pro cujusque meritis.

Δεινὸν δὲ μελέτημα τινὲς κατὰ τῆς ἁγίας μελετῶσι C Τριάδος, οἱ τρία Πρόσωπα οὐκ εἶναι διϊσχυριζόμενοι, ὥσπερ ἀνυπόστατον εἰσάγοντες πρόσωπον· δι' ἧς ἀποφεύγομεν τὸν Σαβέλλιον λέγοντα τὸν αὐτὸν Πατέρα, τὸν αὐτὸν Υἱόν· Πατέρα μὲν γὰρ λέγει εἶναι τὸν λαλοῦντα, Υἱὸν δὲ τὸν Λόγον ἐν τῷ Πατρὶ μένοντα καὶ κατὰ καιρὸν τῆς δημιουργίας φαινόμενον· ἔπειτα μετὰ τὴν ἁπάντων πλήρωσιν τῶν πραγμάτων, εἰς Θεὸν ἀνατρέχοντα· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος λέγει. Πιστεύομεν γὰρ ἡμεῖς ὅτι τρία Πρόσωπα μίαν ἔχοντα τὴν θεότητα δηλοῦνται, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἡ γὰρ θεότης μία, φυσικῶς ἐν Τριάδι μαρτυρουμένη, τὴν ἑνότητα τῆς φύσεως βεβαιοῖ· ὅτι περ καὶ ἴδιον μὲν Πατρὸς κατὰ τὸ, *Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ*· Πατρῷον δὲ τῷ Υἱῷ, κατὰ τὸ, *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· καὶ τῷ Πνεύματι δὲ παρὸν φυσικῶς, τὸ D Πνεῦμα Θεοῦ ὑπάρχειν, καθ' ὃ λέγει Παῦλος· *Ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.*

Sceleratum vero opus aliqui contra sanctam Trinitatem meditantur, qui affirmant non esse tres Personas, ut qui personam non subsistentem introducunt. Quocirca Sabellium fugimus, qui dicit eumdem esse Patrem et Filium: Patrem quidem dicit eum qui loquitur, Filium vero Verbum in Patre manens, et tempore creationis patefactum, completis vero rebus in Deum remeans. Idem dicit de Spiritu sancto. Nos enim credimus tres Personas unam habentes divinitatem declarari nominibus Patris, et Filii, et Spiritus sancti: una siquidem divinitas naturaliter in Trinitate testata, unitatem naturæ confirmat. Est enim proprium quidem Patris, juxta illud: *Unus Deus Pater*[1]; proprium vero Filii, esse Verbum Patris, juxta illud: *Deus erat Verbum*[2]; et Spiritus sancti proprium et naturale esse Spiritum Dei, sicut ait Paulus: *Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis*[3].

Πρόσωπον μὲν γὰρ ἑκάστου, τὸ εἶναι αὐτὸ καὶ ὑφεστάναι δηλοῖ· θεότης δὲ Πατρὸς ἴδιον· καὶ ὁπότε μία τῶν τριῶν ἡ θεότης λέγοιτο, τὴν Πατρὸς ἰδιότητα παροῦσαν Υἱῷ τε καὶ Πνεύματι μαρτυρεῖ· ὥστε εἰ μὲν ἐν τρισὶ Προσώποις μία ῥηθήσεται ἡ θεότης, καὶ ἡ Τριὰς διαβεβαιοῦται καὶ τὸ ἓν οὐ διακόπτεται, καὶ ἡ πρὸς τὸν Πατέρα φυσικὴ Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος ἑνότης ὁμολογεῖται· εἰ δὲ καὶ Πρόσωπον ἓν λέγει τις,

Persona enim uniuscujusque declarat esse ipsum, et per se exsistere. Divinitas autem Patris, proprium, et quando una divinitas trium dicitur, testimonium datur, esse proprietatem Patris in Filio et Spiritu sancto (3). Quare si una divinitas in tribus Personis dicitur, Trinitas affirmatur, et unitas non scinditur; et unitas naturalis Filii et Spiritus sancti cum Patre prædicatur. Si quis vero dicat unam Personam,

[1] I Cor. VIII, 6. [2] Joan. I, 1. [3] I Cor. III, 16.

(2) Œconomiam hic vocat totum opus et negotium incarnationis et redemptionis per carnem.

(3) Proprietatem Patris, vocat divinitatem propriam Patris, ut paulo ante dictum est.

Digitized by Google

sicut unam divinitatem, non sunt tanquam unum, duo in uno. Paulus enim unum quidem divinitate Patrem clamat, unum vero in dominatione Filium dicit : *Unus Deus Pater ex quo omnia, et nos in ipsum; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [1]. Igitur si unus quidem Deus, Dominus vero unus, una autem Persona, sicut divinitas, unius dominationis; quomodo creditur illud, *ex quo*, et *per quem*, sicut prius dictum est? At nos divinitatem dicimus non separantes ab ea dominationem, nec alterum ab altero alienantes, sed sic intelligentes, ut res habet et veritas : Filium quidem vocamus Deum proprietate Patris (4), tanquam imaginem et germen; Patrem vero Dominum, nomine unius Domini appellamus, tanquam hujus principium et genitorem.

A ὥσπερ καὶ τὴν θεότητα μίαν, οὐκ ἔστιν ὡς ἓν τὰ δύο ἐν τῷ ἑνί· ὁ γὰρ Παῦλος ἕνα μὲν ἐπὶ τῆς θεότητος τὸν Πατέρα βοᾷ, ἕνα δὲ ἐπὶ τῆς κυριότητος τὸν Υἱὸν λέγει· *Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ*· τοιγαροῦν [εἰ] εἷς μὲν Θεὸς, Κύριος δὲ εἷς, ἓν δὲ Πρόσωπον καθ' ὃ θεότης μιᾶς κυριότητος, καὶ πῶς πιστεύεται τὸ ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ ὡς προείρηται; Καὶ οὐ διακόπτοντες ἡμεῖς τῆς θεότητος τὴν κυριότητα λέγομεν, οὐδ' ἀπαλλοτριοῦντες θατέρου θάτερον, ἀλλ' οὕτως ἐνοῦντες ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ ἀλήθεια· καὶ Θεὸν μὲν τὸν Υἱὸν τῷ ἰδιώματι τοῦ Πατρὸς καλοῦντες ὡς εἰκόνα καὶ γέννημα, Κύριον δὲ τὸν Πατέρα τῷ τοῦ ἑνὸς Κυρίου προσαγορεύοντες ὀνόματι, ὡς τούτου ἀρχὴν καὶ γεννήτορα.

B

Eadem autem et de Spiritu sancto unitatem cum Filio habente, quam Filius habet cum Patre. Quamobrem noscatur hypostasis Patris, appellatione Dei : ne separetur ab hac appellatione Filius, ut qui ex Deo est. Noscatur etiam Persona Filii, appellatione Domini; ne separetur ab hac Deus, qui Dominus est ut Pater Domini : sicut Filii quidem proprium est dominari; qui per seipsum creavit, et creatis dominatur; Patri vero prius inest hoc ut Patri dominantis : sic Trinitatem unum Deum dicimus, et non tanquam ex compositione trium unum damus : omne enim quod pars est, imperfectum est, quod ex compositione subsistit; sed quod est Pater ratione principii et generationis, hoc dicimus esse Filium imaginem et germen Patris. Quare si quis dicat: Quomodo unus Deus est, siquidem Filius est Deus ex Deo? respondebimus, hoc intelligi ratione principii, in quantum unum principium Pater. Et si quis rursus interroget : Quomodo unus Dominus Jesus Christus, siquidem Pater est Dominus? rursus respondebimus, Patrem esse Dominum in quantum Pater est Domini, et non occurret amplius nobis hæc dubitatio.

Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ἑνότητα πρὸς τὸν Υἱὸν ἔχοντος, ἣν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα· ὥστε γνωριζέσθω μὲν ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ· μὴ διατετμήσθω δὲ ταύτης ὁ Υἱὸς ὢν ἐκ Θεοῦ· γνωριζέσθω δὲ καὶ τὸ Πρόσωπον τοῦ Υἱοῦ τῇ τοῦ Κυρίου προσηγορίᾳ· μὴ χωριζέσθω δὲ ταύτης ὁ Θεὸς, Κύριος ὢν ὡς Κυρίου Πατήρ· καθ' ὃ τῷ μὲν Υἱῷ τὸ κυριεύειν ἴδιον, αὐτῷ δὲ δεδημιουργηκότι δι' ἑαυτοῦ καὶ κυριεύοντι τῶν πεποιημένων· τῷ δὲ Πατρὶ ἀνωτέρω ὑπάρχον, ὡς Πατρὶ τοῦ κυριεύοντος ὄντι· οὕτω δὴ καὶ Θεὸν ἕνα φαμὲν τὴν Τριάδα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐκ συνθέσεως τριῶν ἕνα ὄντες· μέρος γὰρ ἅπαν ἀτελὲς τὸ συνθέσεως ὑφιστάμενον· ἀλλ' ὡς ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἀρχικῶς τε καὶ γεννητικῶς, τοῦτο ὄντα τὸν Υἱὸν εἰκόνα καὶ γέννημα τοῦ Πατρός· ὥστε εἴ τις ἔροιτο, Πῶς εἷς Θεὸς, εἴπερ ἐκ Θεοῦ Θεός; ἐροῦμεν ὅτι τῷ τῆς ἀρχῆς λόγῳ, καθ' ὃν μία ἀρχὴ ὁ Πατήρ· καὶ εἴ τις αὐτῶν πυνθάνοιτο, Πῶς εἷς Κύριος εἴπερ Κύριος ὁ Πατήρ; τοῦτο πάλιν ἀποκρινώμεθα, καθ' ὃ τοῦ Κυρίου ἐστὶ Πατήρ· καὶ οὐκέτι ἡμῖν ἀπαντήσεται τὸ ἄπορον τοῦτο.

C

Et rursus dicent impii : Quomodo non erunt tres Dii, tres Personæ, si unam habeant divinitatem? Dicemus, quia est principium, et Pater Filii; et hic imago est et germen Patris, et non est frater ejus; et Spiritus S. similiter spiritus Dei est, sicut scriptum est : *Deus est spiritus* [2]. Et multo ante a David declaratum est, *cœlos esse verbo Dei firmatos, et spiritu oris ejus omnem virtutem eorum* [3]. Et in principio Genesis sic scriptum est : *Et Spiritus Dei ferebatur super aquam* [4]. Et Paulus scribens Romanis : *Vos autem*, inquit, *non estis in carne, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis* [5]. Et rursus ait : *Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis* [6]. Et iterum : *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, non*

Καὶ πάλιν ἐὰν εἴπωσιν οἱ ἀσεβεῖς· Πῶς οὐκ ἂν εἶεν τρεῖς Θεοὶ, τρία Πρόσωπα, εἰ μίαν ἔχοιεν τὴν θεότητα; Ἐροῦμεν, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀρχὴ καὶ Πατήρ ἐστιν τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὗτος εἰκών ἐστι καὶ γέννημα τοῦ Πατρὸς καὶ οὐκ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ Πνεῦμα ὡσαύτως πνεῦμα Θεοῦ ἐστιν, ὡς γέγραπται· *Πνεῦμα ὁ Θεός*· ἄνωθεν δὲ ἐκ τοῦ προφήτου Δαβὶδ· *Τῷ λόγῳ Κυρίου* δεδήλωται *τοὺς οὐρανοὺς ἐστερεῶσθαι, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῶν*. Καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς Κοσμοποιΐας γέγραπται οὕτως· *Καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος*. Καὶ Παῦλος δὲ γράφων Ῥωμαίοις φησίν· *Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι· εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν*. Καὶ πάλιν λέγει· *Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν*

D

[1] I Cor. VIII, 6. [2] Joan. IV, 24. [3] Psal. XXXII, 6. [4] Genes. I, 2. [5] Rom. VIII, 9. [6] Ibid. 11.

(4) Id est, quia est generatus a Deo Patre, vocamus Filium, qui est imago ejus, Deum, hoc est, Deum ex Deo.

Digitized by Google

σώματα διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. Καὶ πάλιν· Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν· οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Καὶ πάλιν· Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς σύνειδήσεως μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Καὶ πάλιν· Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης, ἐν τῷ πιστεύειν εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου.

A *enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus : Abba Pater* [10]. Et iterum : *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium præbente mihi conscientia mea in Spiritu sancto* [11]. Et rursus : *Deus autem spei impleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe, in virtute Spiritus sancti* [12].

Καὶ πάλιν φησὶν τοῖς αὐτοῖς Ῥωμαίοις γράφων· Τολμηροτέρως δὲ ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη λειτουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ἔχω οὖν τὴν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν· οὐ γὰρ τολμῶ τί λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. Καὶ πάλιν· Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος. Καὶ ταῦτα μὲν γέγραπται ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ.

B Et iterum ait scribens ad eosdem Romanos : *Audacius autem scripsi vobis ex parte, ut tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Jesu Christi in gentibus, sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum : non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti* [13]. Et iterum : *Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus* [14]. Atque hæc quidem scripta sunt in Epistola ad Romanos.

Ἐν δὲ τῇ πρὸς Κορινθίους πάλιν λέγει· Ὅτι ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. Καὶ πάλιν λέγει· Ὅτι καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ὁ Θεὸς ἡτοίμασεν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψεν διὰ τοῦ Πνεύματος· τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν λέγει· Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

C In Epistola autem ad Corinthios rursus dicit : *Quia sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei* [15]. Et rursum ait quia : *Sicut scriptum est : Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum : nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? sic quæ sunt Dei, nemo novit nisi Spiritus Dei* [16]. Et rursus ait : *Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei* [17].

Ὁρᾷς ὅτι πανταχοῦ τῆς Γραφῆς Πνεῦμα κηρύττεται, καὶ οὐδαμοῦ κτιστὸν ὀνομάζεται; Τί δ' ἂν εἴπωσιν οἱ ἀσεβεῖς, τοῦ Κυρίου ἀποστέλλοντος τοὺς μαθητὰς βαπτίζειν ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; ἀναντιῤῥήτως κοινωνίαν καὶ ἑνότητα ἔχοντα· καθ' ἣν οὔτε θεότητες τρεῖς, οὔτε κυριότητες, ἀλλ' ἀληθῶς τῶν τριῶν Προσώπων μενόντων βεβαίως, τῶν τριῶν τὴν ἕνωσιν ὁμολογητέον· οὕτω γὰρ [τὸ ἀποστέλλον] καὶ τὸ ἀποστελλόμενον, οἰκείως ἂν πιστεύοιτο, καθ' ὃ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀπέστειλεν, καὶ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα ἀποστέλλει· ἓν δὲ Πρόσωπον οὐκ ἂν πέμψειεν αὐτὸ ἑαυτό· οὐκ ἂν γάρ τις εἴποι Πατέρα σαρκωθέντα· τὰ γὰρ τῆς πίστεως ὁμολογήματα, ταῖς τῶν αἱρέσεων οὐ συνδραμεῖται κακοδοξίαις. Δεῖ δὲ τοῖς θείοις καὶ ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἕπεσθαι

D Vides quod ubique in Scriptura Spiritus prædicatur, et nusquam nominatur creatura? Quid vero impii dicent, siquidem mittente Domino discipulos ad baptizandum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [18]; non potest contradici quin habeant communionem et unitatem, secundum quam neque tres divinitates, neque tres dominationes, neque tres sanctitates, sed tribus Personis manentibus, firme unio trium confitenda est : sic enim convenienter creditur mittens et missum. Sicut Pater Filium misit, et Filius Spiritum sanctum mittit : una vero persona nunquam seipsam miserit, non enim aliquis dicet Patrem incarnatum; quæ enim in confessione fidei continentur, non concurrent cum falsis hæreticorum opinionibus. Oportet autem ut no-

[10] Rom. VIII, 14, 15. [11] Rom. IX, 1. [12] Rom. XV, 13. [13] Ibid. 15-19. [14] Ibid. 30. [15] I Cor. II, 4, 5. [16] Ibid. 9, 10, 11. [17] Ibid. 14. [18] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google

stiræ notiones divina et apostolica dogmata sequantur : non autem ut nostræ fictiones impossibiles, divinæ fidei dogmatibus vim afferant.

Si autem dixerint : Quomodo tres Personæ, et quomodo una divinitas? dicemus eis tres Personas esse, sicut una quidem est Dei Patris, una vero Domini Filii, et una Spiritus sancti ; una vero divinitas, in quantum Patris, qui unus est, imago est Filius, id est, Deus ex Deo, et Spiritus similiter vocatur Spiritus Dei, et hoc naturaliter secundum eamdem substantiam, non secundum participationem Dei ; et una est substantia Trinitatis, quod quidem non est in iis quæ facta sunt ; non enim est una substantia Dei et eorum quæ facta sunt, quoniam nihil horum est substantia Deus. Imo neque Dominus est quidquam horum secundum substantiam ; sed unus est Deus Pater (4'), unus Dominus Filius, unus Spiritus sanctus, dicimusque unam divinitatem, et unam dominationem, atque unam sanctitatem, Trinitatem, quia principium Domini est Pater, qui ex æternitate eum genuit, et Dominus est prototypus Spiritus sancti. Sic enim et Pater Dominus, et Filius Deus, et de Deo dictum est : *Deus est Spiritus* [19].

Confitemur igitur unum Deum verum, unum principium, et unum Filium verum Deum ex vero Deo naturaliter Paternam divinitatem habentem, id est, ὁμοούσιον Patri, et unum Spiritum sanctum, qui natura et veritate vim habet omnia sanctificandi, id est, ex substantia Dei deificus. Eos vero qui vel Filium vel Spiritum sanctum creaturam dicunt, anathematizamus. Omnia vero alia confitemur facta esse, et serva a Deo creata per Filium, in Spiritu sancto sanctificata (5). Præterea confitemur Filium Dei factum esse filium hominis, qui non nomine sed veritate assumpsit carnem ex Maria Virgine, esseque perfectum Filium Deum, et eumdem filium hominis, unam personam, et unam adorationem Verbi et carnis quam assumpsit, et anathematizamus eos qui differentes adorationes faciunt, unam divinam, et unam humanam, et adorantes hominem ex Maria tanquam alterum præter Deum ex Deo. Scimus enim quod *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [20]. Factum vero hominem propter nostram salutem, adoramus non tanquam æqualem factum in æquali corpore, sed tanquam Dominum, qui formam servi sumpsit [21]. Confitemur passionem Domini secundum carnem, resurrectionem in virtute divinitatis ejus, ascensionem in cœlos, et gloriosum adventum ejus : qui venturus est ad judicium vivorum et mortuorum, et ad vitam æternam sanctorum.

Et quia nonnulli turbas nobis excitarunt, nitentes evertere fidem nostram in Christum Dominum nostrum, non confitentes Deum esse incarnatum, sed hominem Deo copulatum : idcirco confessionem edimus de fide, quam diximus, rejicientes contra-

A τὰς ἡμετέρας ἐννοίας, οὐ τὰς ἡμετέρας ἀδυνάτους φαντασίας τὰ τῆς θείας πίστεως βιάζεσθαι δόγματα.

Ἐὰν δὲ εἴπωσι · Πῶς τρία Πρόσωπα, καὶ πῶς μία θεότης; ἐροῦμεν αὐτοῖς, ὅτι τρία μὲν Πρόσωπα, καθ' ὃ ἓν μὲν Θεοῦ Πατρὸς, ἓν δὲ Κυρίου Υἱοῦ, καὶ ἓν τοῦ ἁγίου Πνεύματος · μία δὲ θεότης καθ' ὃ τοῦ Πατρὸς ἑνὸς ὄντος, Θεοῦ εἰκὼν ἐστιν ὁ Υἱὸς, τουτέστι Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ὁμοίως καλεῖται τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτο φυσικῶς κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν, οὐ κατὰ μετουσίαν Θεοῦ · καὶ μία τῆς Τριάδος οὐσία, ὅπερ ἐπὶ τῶν ποιημάτων οὐκ ἔστιν · οὐ γὰρ μία οὐσία Θεοῦ καὶ τῶν ποιημάτων, ὅτι οὐδὲν τούτων τῇ οὐσίᾳ Θεός · ἀλλ' οὐδὲ Κύριος οὐδὲν τούτων κατ' οὐσίαν, ἀλλ' εἷς Κύριος ὁ Υἱὸς, καὶ ἓν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · λέγομεν δὲ καὶ μίαν θεότητα καὶ μίαν κυ-
B ριότητα, καὶ μίαν ἁγιότητα τὴν Τριάδα · ὅτι τοῦ Κυρίου ὁ Πατὴρ ἀρχὴ ἀϊδίως αὐτὸν γεννήσας, καὶ πρωτότυπος τοῦ Πνεύματος ὁ Κύριος · οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ εἴρηται ὅτι *Πνεῦμα ὁ Θεός*.

Ὁμολογοῦμεν οὖν ἕνα Θεὸν ἀληθινὸν, μίαν ἀρχὴν καὶ ἕνα Υἱὸν, ἀληθινὸν Θεὸν ἐξ ἀληθινοῦ Θεοῦ, φυσικῶς τὴν Πατρικὴν θεότητα ἔχοντα, τουτέστιν ὁμοούσιον τῷ Πατρί · καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον φύσει καὶ ἀληθείᾳ τῶν πάντων ἁγιαστικὸν, καὶ θεοποιὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ ὑπάρχον · τοὺς δὲ ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ
C τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κτίσμα λέγοντας ἀναθεματίζομεν · τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὁμολογοῦμεν ποιήματα καὶ δοῦλα κτισθέντα ὑπὸ Θεοῦ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἁγιασθέντα. Ἔτι ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν ἀνθρώπου γεγενῆσθαι οὐκ ὀνόματι ἀλλὰ ἀληθείᾳ προσλαβόντα σάρκα ἐκ Μαρίας Παρθένου · καὶ εἶναι τέλειον αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ καὶ αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου, ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν τὴν προσκύνησιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἣν ἀνέλαβεν · καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς διαφόρους προσκυνήσεις ποιοῦντας, μίαν θεϊκὴν, καὶ μίαν ἀνθρωπίνην · καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον ὡς ἕτερον ὄντα παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεόν · οἴδαμεν γὰρ ὅτι *ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Γενόμενον δὲ αὐτὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἡμετέραν
D σωτηρίαν προσκυνοῦμεν, οὐχ ὡς ἴσον ἐν ἴσῳ γενόμενον τῷ σώματι, ἀλλ' ὡς Δεσπότην προσλαβόντα τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Ὁμολογοῦμεν τὸ πάθος τοῦ Κυρίου κατὰ σάρκα, τὴν ἀνάστασιν ἐν δυνάμει θεότητος αὐτοῦ, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν ἐρχομένου ἐπὶ κρίσει ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ ζωῇ αἰωνίῳ τῶν ἁγίων.

Καὶ ἐπειδή τινες παρηνόχλησαν ἡμῖν ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦντες τὴν πίστιν ἡμῶν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὐ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦντες αὐτὸν, ἀλλὰ ἄνθρωπον Θεῷ συναφθέντα, τούτου χάριν ὁμολογίαν ποιούμεθα περὶ τῆς προει-

[19] Joan. IV, 24. [20] Joan. I, 1. [21] Philip. II, 7.

(4') Forte legerit interpres : ἀλλ' εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, εἷς Κύριος, etc., et sic quidem restituendum esse textum credimus. EDIT. PATROL.

(5) Sanctificata in Spiritu sancto dicit quæ sunt idonea ad recipiendam sanctificationem, ut rationalia omnia.

Digitized by Google

ρημένης πίστεως, ἐκβάλλοντες τὴν ἄπιστον ἀντιλογίαν· Θεὸς γὰρ σαρκωθεὶς ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ, καθαρὰν ἔχει τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν, νοῦς ἀήττητος ὢν τῶν ψυχικῶν καὶ σαρκικῶν παθημάτων· καὶ ἄγων τὴν σάρκα καὶ τὰς σαρκικὰς κινήσεις θεϊκῶς τε καὶ ἀναμαρτήτως· καὶ οὐ μόνον ἀκράτητος θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ λύων θάνατον· καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο πρόσωπα, οὐδὲ γὰρ τέσσαρα προσκυνεῖν λέγομεν, Θεὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ, καὶ ἄνθρωπον, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Διὸ καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς οὕτως ἀσεβοῦντας, τοὺς ἄνθρωπον ἐν τῇ θείᾳ δοξολογίᾳ τιθέντας· ἡμεῖς γὰρ φαμὲν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν, ἵνα τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ἐπουρανίου λάβωμεν, καὶ θεοποιηθῶμεν πρὸς ὁμοιότητα τοῦ κατὰ φύσιν ἀληθινοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, κατὰ σάρκα δὲ Υἱοῦ ἀνθρώπου, Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ac virtutibus viventem. Et ad ipsam veniens, primum illud, *Ave, gratia plena, Dominus tecum* [1], ipsi sic annuntiat : *Ave, gratia plena.* Tu enim quæ revera gaudio sunt digna agis : quoniam immaculatam induta es vestem, et cingulo continentiæ ac pudicitiæ cincta es. *Ave, gratia plena*, quæ supercœlestis lætitiæ vas es atque receptaculum. *Ave, gratia plena :* nam per te, gaudium omni dispensatur creaturæ, genusque humanum antiquam dignitatem recuperat. *Ave, gratia plena :* quoniam in ulnis tuis Creator universorum gestabitur. Ipsa vero in hoc turbata est verbo : nam ad quoscunque virorum affatus erat insolita, et quietem atque silentium ut continentiæ ac castitatis matrem amplectebatur ; cumque puritatis atque integritatis immaculatum simulacrum esset, aspectum ipsa angelicum, sicut plures ex prophetis non reformidavit ; quoniam et affinitatem quamdam ac similitudinem vera virginitas cum angelis habet. Studiose quippe sanctissima Virgo lampadem virginitatis conservabat, et ne exstingueretur aut commacularetur, provide diligenterque curabat. Et sicut aliquis splendido amictus vestimento, magnam rationem ac curam adhibet, ne qua inquinatione ac sorde contaminetur ; ita quoque sanctissima Maria intra se cogitabat atque dicebat : Nunquid forte artificium aliquod ac fraudem, vel assentationem iste ministerii atque obsequii actus in se continet? Nunquid *ave* istud doloris mihi causa erit, sicut olim primæ matri Evæ, blanda divinitatis promissio, quam ex dæmoniaci serpentis operatione susceperat [2]? Nunquid rursus *in angelum lucis transfiguratus* mali auctor dæmon [3], et meo sponso suam valde pudicitiam invidens, blandoque eum sermone fortasse oppugnans, et non valens viri mentem tanquam firmiorem decipere, ad me quasi teneriore decoratam mente accessit; et istud mihi *ave* invenustum in posterum intonuit? Nunquid per ironiam beatificatio atque salutatio illa facta est? Nunquid venenum sub melle occultatum? Nunquid verba quidem fausta nuntiantis ; at scopus est deprædantis? Quomodo enim quam non novit ipse salutat? Hæc apud se dubia cogitatione versabat atque dicebat. Tunc rursus gaudium cunctis credibile atque indubitabile archangelus ipsi annuntiat, et dicit : *Ne timeas* [*al.* gaudium indivisibile ei annuntiat, ac dicit : *Ne timeas*], *Maria : invenisti enim gratiam apud Deum* [4]. Habes brevem dictorum demonstrationem. Non solum enim tibi quod nihil timendum est, sed et fiduciæ rationem innuo. Nam cunctæ per me cœlestes potestates te sanctam Virginem salutant : quin et ipse cœlestium omnium potestatum dominator, ex omni creatura, te sanctissimam et ornatissimam elegit; et per sanctum ac castum, purum atque impollutum ventrem tuum, fulgidissima margarita in salutem totius terrarum orbis progreditur ; quoniam et tu sancta, omni

[1] Luc. I, 28. [2] Gen. III. [3] II Cor. II, 14. [4] Luc. I, 30.

Digitized by Google

humana natura [*al.* creatura] gloriosior ac purior sanctiorque effecta es; ac nive quidem candidiorem habens mentem, quovis autem auro quantumvis probato purificatum magis corpus; ventrem vero, qualem Ezechiel vidit, et qualem recensuit, talia dicens: *Similitudo animalium super caput, quasi firmamentum, et quasi aspectus crystalli formidabilis, et similitudo throni, super ea, quasi aspectus lapidis sapphiri; et super thronum, tanquam similitudo hominis, et quasi aspectus electri; et intrinsecus ejus, velut aspectus ignis, per circuitum*[5]. Perspicue igitur propheta natum ex sanctissima Virgine, in figura ac umbra cernebat: quem tu, sancta Virgo [*al.* beata Virgo] portare non posses, nisi omni gloria atque virtute pro tempore illo refulgeres [*al.* contra throno ipsius coruscares]. Quibus igitur encomiorum verbis dignitatem virginalem describamus? Quibus laudum significationibus atque præconii immaculatam ejus formam celebremus? quibus spiritalibus canticis atque elocutionibus gloriosissimam inter angelos glorificemus? Hæc, in domo Dei instar fructiferæ olivæ plantata, cui Spiritus sanctus obumbravit; per quam nos filios et hæredes regni Christi vocavit. Hæc semper vigens immortalitatis paradisus, in qua lignum vitæ plantatum cunctis immortalitatis fructus [*al.* incorruptibilitatis fructum] suppeditat. Hæc virginum gloriatio, et matrum jubilatio. Hæc credentium firmamentum, et piorum perfectum exemplum. Hæc lucis indumentum, et virtutis [*al.* veritatis] domicilium. Hæc fons perennis, in quo aqua viva scaturivit atque produxit Domini in carne adventum. Hæc justitiæ munimentum; et quicunque ejus, ac virginalis ingenuitatis puritatisque amatores fuerint, angelica gratia perfruentur. Quicunque a vino ebrietatis [*al.* a vino et ebrietate] et sicera voluptatis abstinuerint, ex genimine vivificæ plantationis lætificabuntur. Quicunque virginitatis lampadem inexstinctam conservaverint, immarcessibili immortalitatis corona[6] exornabuntur. Quicunque immaculatam temperantiæ ac pudicitiæ vestem comparaverint, mystico justitiæ thalamo excipientur. Quicunque propius ad angelicum gradum accesserint, perfectius quoque deliciis Dominicæ beatitudinis reficientur. Quicunque pellucidum mentis oleum, ac purum conscientiæ thymiama possederint, boni spiritalis odoris adoptionisque [*al.* et adoptionis spiritalis] promissionem consequentur. Quicunque digne Dei genitricis Virginis Mariæ Annuntiationem celebraverint, pleniorem etiam angelicæ salutationis illius, *Ave, gratia plena*, mercedem referent. Oportet igitur nos hanc festivitatem celebrare, quoniam gaudio atque lætitia cunctum terrarum replevit orbem. Celebremus igitur nos eam in psalmis et hymnis, ac canticis spiritalibus. Celebravit olim et Israel: at in azymis, et herbis amaris, de quibus ait propheta: *Convertam festivitatem ipsorum*

A δὲ χρυσίου δοκιμωτέρου κεκαθαρμένον τὸ σῶμα· γαστέρα δὲ, οἵαν ὁ Ἰεζεκιὴλ ἐθεάσατο, καὶ ποίαν δὲ ἱστόρησεν, τοιάδε λέγων· *Ὁμοίωμα ζώων ὑπὲρ κεφαλῆς, ὡσεὶ στερέωμα, καὶ ὡς ὅρασις κρυστάλλου φοβεροῦ, καὶ ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῶν, ὡς ὅρασις λίθου σαπφείρου· καὶ ἐπάνω τοῦ θρόνου, ὡς ὁμοίωμα ἀνθρώπου, καὶ ὡς ὅρασις ἠλέκτρου· καὶ ἔσωθεν αὐτοῦ, ὡς ὅρασις πυρὸς, κύκλῳ.* Σαφῶς δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου τεχθέντα ὁ προφήτης τυπικῶς ἐθεάσατο· ὃν σὺ, ἁγία Παρθένε [*ἅλ.* μακαρία Παρθένε], φέρειν οὐκ ἴσχυες, εἰ μὴ πάσης δόξης, καὶ ἀρετῆς κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον [*ἅλ.* τὸν θρόνον ἐκείνου] ἐξήστραπτες. Ποίοις οὖν ἐγκωμίων ῥήμασι τὴν παρθενικὴν διαγράψωμεν ἀξίαν; Ποίοις ἐπαίνων νεύμασι καὶ κηρύγμασι τὸν ἄσπιλον ἀνυμνή-

B σωμεν χαρακτῆρα; Ποίαις πνευματικαῖς ὑμνῳδίαις καὶ λέξεσι δοξάσωμεν τὴν ὑπερένδοξον ἐν ἀγγέλοις; Αὕτη ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένη, ὡς κατάκαρπος ἐλαία, ἐν ᾗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεσκίασε [*ἅλ.* ἐπισκιάζει]· δι' ἧς υἱοὺς καὶ κληρονόμους ἡμᾶς κέκληκεν τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας. Αὕτη, ὁ ἀειθαλὴς τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος· ἐν ᾗ τὸ ζωοποιὸν ξύλον φυτευθὲν, τοῖς πᾶσιν χορηγεῖ ἀθανασίας καρπούς [*ἅλ.* ἀφθαρσίας καρπόν]. Αὕτη, παρθένων τὸ καύχημα, μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα. Αὕτη, πιστευόντων στήριγμα, καὶ εὐσεβῶν κατόρθωμα. Αὕτη, φωτὸς ἔνδυμα, καὶ ἀρετῆς [*ἅλ.* ἀληθείας] ἐφέστιον. Αὕτη, πηγὴ ἀένναος, ἐν ᾗ τὸ ζῶν ὕδωρ ἔβλυσε τὴν ἔνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Αὕτη, δικαιοσύνης ἐχύρωμα, καὶ ὅσοι ταύτης γεγόνασιν ἐρασταὶ, καὶ τῆς

C παρθενικῆς ἐρῶσι γνησιότητος καὶ καθαρότητος, τῆς ἀγγελικῆς ἀπολαύσονται χάριτος. Ὅσοι τοῦ οἴνου τῆς μέθης [*ἅλ.* οἴνου καὶ τῆς μέθης], καὶ τῶν σικέρων ἀπέχονται τῆς ἡδυπαθείας, ἐκ τοῦ γεννήματος εὐφρανθήσονται τῆς ζωηφόρου φυτείας. Ὅσοι τὴν λαμπάδα ἄσβεστον διετήρησαν τῆς παρθενίας, τὸν ἀμαράντινον στέφανον ἀναδήσονται τῆς ἀφθαρσίας. Ὅσοι τὸν τῆς σωφροσύνης ἄσπιλον περιεποιήσαντο χιτῶνα, εἰς τὸν μυστικὸν τῆς δικαιοσύνης παραληφθήσονται νυμφῶνα. Ὅσοι τοῦ ἀγγελικοῦ βαθμοῦ πλησιαίτεροι γεγόνασι, γνησιαίτερον τοῦ δεσποτικοῦ κατατρυφήσουσι μακαρισμοῦ. Ὅσοι τὸ φωτιστικὸν ἔλαιον τῆς διανοίας, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ συνειδότος θυμίαμα κέκτηνται, τῆς εὐωδίας τῆς πνευματι-

D κῆς, καὶ τῆς υἱοθεσίας [*ἅλ.* πνευματικῆς υἱοθεσίας] κληρονομήσουσι τὴν ἐπαγγελίαν. Ὅσοι ἀξίως τὸν Εὐαγγελισμὸν ἑορτάζουσι τῆς θεοτόκου Παρθένου Μαρίας, γνησιαίτερον τῆς ἀγγελίας, τοῦ, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*, κομίζονται μισθαποδοσίαν. Δεῖ οὖν ἡμᾶς τὴν ἑορτὴν ταύτην ἑορτάζειν, ἐπειδὴ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. Ἑορτάζωμεν δὲ ἡμεῖς ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. Ἑόρταζεν ποτὲ καὶ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις, καὶ πικρίσι· περὶ ὧν ὁ προφήτης λέγει· *Μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς αὐτῶν εἰς λύπας, καὶ εἰς πένθος, καὶ τὴν χαρμονὴν αὐτῶν εἰς κατήφειαν.* Τὰς δὲ ἡμετέρας λύπας ὁ Κύριος ἡμῶν, διὰ τῶν καρπῶν τῆς μετανοίας, εἰς χαρὰν μεταστρέψει διεθε-

[5] Ezech. I, 22, 26, 27. [6] I Petr. v, 4.

Digitized by Google

βαιώσατο. Εἶχεν μὲν καὶ ἡ πρώτη διαθήκη δικαιώματα λατρείας, ὡς ἐπὶ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ, ἀλλ' ἐν πόνοις σαρκίνης ἀλγηδόνος διὰ περιτομῆς, μέχρι χρόνων συμπληρώσεως. Νόμος ἐκείνοις διὰ Μωϋσέως εἰς παιδείαν ἐδόθη· ἡμῖν δὲ ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ δεδώρηται [*al.* ἐγένετο]. Πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ γέγονεν ὁ Εὐαγγελισμὸς τῆς κεχαριτωμένης Μαρίας, ἡ πολυύμνητος τοῦ Σωτῆρος οἰκονομία, ἡ ἔνθεος αὐτοῦ καὶ ὑπερκόσμιος διδασκαλία. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀνατέλλουσιν τοῦ νοεροῦ φωτὸς αἱ ἀκτῖνες. Ἐντεῦθεν ἀναβρύουσιν ἡμῖν αἱ πηγαὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς ἀθανασίας, διειδῆ καὶ καθαρὰ ἐκχέουσαι τῆς εὐσεβείας τὰ νάματα. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀπαστράπτουσιν οἱ θησαυροὶ τῆς θεογνωσίας. Ζωὴ γὰρ αὕτη ἐστὶν αἰώνιος, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ πάλιν· Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐν αὐταῖς εὑρήσετε ζωὴν αἰώνιον [*al.* δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν]. Διὰ τοῦτο γὰρ, τοῖς ἐρευνῶσι τὰ θεῖα λόγια ἀνακαλύπτεται ὁ θησαυρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. Θησαυρὸν ἡμῖν ἥπλωσε σήμερον τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ Παράκλητος. Θησαυρὸς δὲ ἡμῖν ἔστω σοφίας, ἡ προφητικὴ γλῶσσα, καὶ ἡ ἀποστολικὴ διδασκαλία· οὐ γὰρ ἔστι χωρὶς νόμου καὶ προφητῶν, ἢ εὐαγγελιστῶν [*al.* Εὐαγγελίων], καὶ ἀποστόλων, ἔχειν τὴν ἀκριβῆ τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. Διὰ γὰρ τῆς τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων γλώττης ὁ Κύριος ἡμῶν φθέγγεται, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς ὁ Θεὸς ἐγκαλλωπίζεται, οὐ τῆς λέξεως χρῄζων, ἀλλὰ τῇ διαθέσει χαίρων, οὐδὲν ἐξ ἀνθρώπων καρπούμενος, ἀλλὰ τῇ εὐγνώμονι ψυχῇ τῶν δικαίων ἐπαναπαυόμενος. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἡμεῖς φθεγγόμεθα, Χριστὸς μεγαλύνεται, ἀλλ' ἐξ ὧν εὐεργετούμεθα, τὴν εὐεργεσίαν εὐγνωμόνως κηρύττομεν· οὐχ ἵνα τῆς ἀξίας ἐφικνώμεθα, ἀλλ' ἵνα τὴν κατὰ δύναμιν ὀφειλὴν ἀποτίσωμεν. Ὅταν δὲ ἀναγινώσκεται τὸ Εὐαγγέλιον, ἢ ἀποστολικὸν, μὴ προσχῇς τῇ βίβλῳ, ἢ τῷ ἀναγινώσκοντι· ἀλλὰ τῷ ἀπ' οὐρανοῦ φθεγγομένῳ Θεῷ. Βίβλος μὲν γὰρ, τὸ ὁρώμενον· Χριστὸς δὲ, τὸ θεολογούμενον· εὐαγγελίζεται τοίνυν ἡμῖν τὴν πολυύμνητον τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν· ὅτι Θεὸς ὢν, διὰ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος γέγονεν· οὐ τὴν προαιώνιον ἀξίαν ἀποθέμενος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν οἰκονομίαν ἐνδυσάμενος· εὐαγγελίζεται ἡμῖν τὴν πολυύμνητον τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, ὅτι τοῖς κάμνουσιν ἰατρὸς ἐπεδήμησεν, οὐ φαρμάκοις θεραπεύων, ἀλλὰ νεύματι φιλανθρωπίας ἰώμενος. Εὐαγγελίζεται ἡμῖν τὴν πολυύμνητον τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν· ὅτι τοῖς πεπλανημένοις ἡ ὁδὸς τῆς σωτηρίας ἀνεδείχθη, τοῖς ἀπεγνωσμένοις ἡ σωτήριος χάρις, διαφόρως πάντας εὐεργετοῦσα, τοὺς πεπλανημένους ἀναζητοῦσα, τοὺς ἐσκοτισμένους φωτίζουσα, τοὺς τεθανατωμένους ζωοποιοῦσα, τοὺς δούλους ἐλευθεροῦσα, τοὺς αἰχμαλώτους ἐξαγοράζουσα, καὶ τοῖς πᾶσιν ἡμῖν τὰ πάντα γέγονεν, ἡ ὁδὸς [*al.* εἰς ὁδὸν] σωτηρίας· οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν εὐγνωμοσύνην, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῷ τῷ εὐεργέτῃ πρέπουσαν ἀγαθότητα. Πάντα γὰρ ἐποίησεν ὁ Σωτὴρ, οὐχ ἵνα

in dolores et luctum, et lætitiam eorum in tristitiam [7], Nostrum porro luctum Dominus noster, per fructus pœnitentiæ in gaudium se conversurum affirmavit [8]. Habuit quidem et primum testamentum justificatorios cultus, ut in primo patre Abraham; verum in dolorem carnei cruciatus per circumcisionem, usque ad tempora expletionis [9]. Lex illis per Moysem data est ad correptionem; nobis autem gratia et veritas per Jesum Christum concessa est [*al.* facta est]. Cunctorum nobis bonorum principium Annuntiatio Mariæ gratia plenæ exstitit, laudatissima Salvatoris dispensatio, divinaque ejus atque altissima cœlestis doctrina. Hinc nobis spiritalis lucis exoriuntur radii. Hinc nobis sapientiæ et immortalitatis scaturiunt fontes; qui limpidos ac puros rivos pietatis effundunt. Hinc nobis divinæ cognitionis resplendent thesauri. Hæc enim vita est æterna, ut cognoscamus verum Deum, et quem misit Jesum Christum [10]. Et rursus : Scrutamini Scripturas : quoniam in iis invenietis vitam æternam [*al.* putatis vitam æternam habere] [11]. Propterea enim scrutatoribus divinorum eloquiorum thesaurus divinæ revelatur cognitionis. Thesaurum nobis hodie a Deo inspiratæ Scripturæ Paracletus explicavit. Thesaurus porro sapientiæ nobis sit lingua prophetica, et doctrina apostolica : non enim absque lege et prophetis, aut evangelistis [*al.* Evangeliis], atque apostolis, perfectam salutis spem habere possumus. Nam per sanctorum prophetarum et apostolorum linguam Dominus noster loquitur, et in sanctorum vocibus Deus sibi placet et acquiescit; non quod locutione egeat, sed quod bona affectione ac dispositione gaudeat; non quod ab homine fructum ullum capiat, sed quod in animabus justorum gratis conquiescat. Non enim quia nos loquimur, Christus magnificatur; sed quia beneficiis ab eo afficimur, beneficentiam ipsius grato animo prædicamus; non ut id pro dignitate faciamus, sed ut debitum pro viribus persolvamus. Quando porro Evangelium legitur, vel apostolicum, non libro attendas, aut lectori; sed Deo e cœlis loquenti. Liber siquidem est id quod cernitur, at Christus est id de quo disseritur [*al.* de quo divina prædicantur]; evangelizat igitur nobis celeberrimam Salvatoris œconomiam sive dispensationem : quoniam cum Deus esset, nimia benignitate sua factus est homo; non quidem dignitatem quam ab æterno habuit, deponens : sed salutarem œconomiam induens, evangelizat nobis laudatissimam Salvatoris dispensationem; quoniam laborantibus atque ægrotantibus medicus advenit, non pharmacis curans, sed nutu benignitatis suæ sanans. Evangelizat nobis celebratissimam Salvatoris dispensationem : quia errantibus factus est via salutis, desperantibus gratia salutaris, multifariam in cunctos beneficia conferens, errantes requirens, tenebris circumfusos illuminans, mortuos vivificans, servos

[7] Amos. VIII, 10. [8] Jer. XXXI. [9] Joan. I. [10] Joan. XVII, 3. [11] Joan. V, 39.

Digitized by Google

libertate donans, captivos redimens, et omnibus nobis omnia factus, in viam salutis : non propter nostram animi gratitudinem, sed ob bonitatem ipsi Salvatori convenientem. Omnia enim fecit Salvator, non ut sibi ipsi virtutem compararet, sed ut nobis vitam conciliaret æternam. Ad imaginem quippe Dei hominem formans, in paradiso deliciarum jussit eum degere : cæterum diaboli invidia is deceptus, et divini præcepti transgressor factus, morti se obnoxium reddidit. Quapropter et qui ex ipso geniti sunt, per successionem hæreditario debitō obstricti, damnationis sententia multati sunt. *Regnavit* enim *mors ab Adam usque ad Moysem* [12] [*al.* damnationis ab iis ratio exigitur]. Benignissimus autem Dominus cernens plasma proprium a morte detineri, non in finem usque aversatus est hominem, quem ad imaginem suam fecerat; sed per singulas eum generationes visitans, non reliquit, et antea quidem Patribus ostensus, et in lege prædicatus, ac in prophetis assimilatus, salutarem dispensationem suam præsignificavit. Quando porro venit plenitudo temporum gloriosi adventus sui, archangelum præmisit Gabrielem ad Mariam Virginem, qui lætum ipsi nuntium deferret [13]. Hic autem ab ineffabilibus supernis potestatibus ad sanctissimam Virginem deveniens, primum illis verbis : *Ave, gratia plena*, ipsam compellavit ac salutavit : qua quidem verborum voce ad eam facta, in ipsa mox auditione Spiritus sanctus in immaculatum Virginis templum ingressus est; et sanctificata est mens ejus simul cum membris : stetitque natura ex adverso, et concubitus procul, cum stupore spectantes naturæ Dominum præter naturam, atque adeo supra naturam, rem admirabilem in corpore perpetrantem; et per quæ diabolus arma decertaverat, per contraria nos Christus liberavit, assumpto corpore quod pati posset, ut nostrum; ut deficienti humano generi majorem gratiam [*al.* gaudium] tribueret. Et ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Convenienter igitur gratia ad sanctissimam est Virginem missa. Sic enim et evangelicæ historiæ continet oraculum dicens : ***Mense autem sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, ex domo et familia David; et nomen virginis, Maria*** [14], et reliqua. Primus vero hic est mensis, quo ad sanctissimam Virginem missus est archangelus; sicut et in legali libro ait Scriptura : ***Mensis iste vobis principium mensium, primus est vobis in mensibus anni*** [15]. Pascha sanctum celebrate [*al.* celebrabitis] Domino, in cunctis generationibus vestris. Sextus vero mensis apud Zachariam. Merito igitur sanctissima Virgo ex genere David fuit, et Bethlehem patriam possedit, ac Joseph secundum consanguinitatis leges jure desponsata. Et custos ejus erat sponsus, atque incorruptionis ipsius intemeratæ cohabitator. Et sanctissimæ Virgini valde suum quadrabat nomen : Maria

A ἑαυτῷ ἀρετὴν πραγματεύσηται, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν περιποιήσηται ζωὴν τὴν αἰώνιον. Ἐν εἰκόνι γὰρ Θεοῦ διαπλάσας τὸν ἄνθρωπον, ἐν παραδείσῳ τρυφῆς προσέταξεν διάγειν· οὗτος δὲ φθόνῳ διαβόλου ἀπατηθείς, καὶ τῆς θείας ἐντολῆς παραβάτης γενόμενος, ὑπόδικος γέγονε θανάτου. Ὅθεν καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενοι, κατὰ διαδοχὴν τῷ πατρικῷ χρέει ὑπέκειντο, τῆς καταδίκης τὸ λογοθέσιον ἀπῃτημένοι [*ἀλ.* ἀπαιτούμενοι]. *Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως.* Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Κύριος, ἰδὼν τὸ πλάσμα τὸ ἴδιον ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατούμενον, οὐκ εἰς τέλος ἀπεστράφη, ὃν κατ' εἰκόνα ἐποίησεν· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπισκεπτόμενος, οὐ διέλειπεν· καὶ πρώην μὲν ἐν τοῖς Πατράσιν ὀπτανόμενος, καὶ ἐν νόμῳ κηρυττόμενος, καὶ ἐν προφήταις ὁμοι-
B οὑμενος, τὴν σωτήριον οἰκονομίαν προεμήνυεν. Ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον Μαριὰμ εὐαγγελιζόμενον προαπέσταλκεν. Ὁ δὲ, ἀπὸ τῶν ἀφράστων ἄνω δυνάμεων πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον παραγενόμενος, πρῶτον, τὸ, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*, αὐτῇ προσεφώνησεν· τῆς δὲ φωνῆς, τοῦ *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*, πρὸς αὐτὴν γενομένης διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσῆλθεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τὸν ἁμίαντον ναὸν τῆς Παρθένου· καὶ ἡγιάσθη ἡ ἔννοια σὺν τοῖς μέλεσι· καὶ ἔστη ἡ φύσις ἄντικρυς, καὶ ἡ συνουσία πόῤῥωθεν, μετὰ θάμβους θεωροῦσαι τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως παρὰ φύσιν, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα θαυματουργοῦντα ἐν τῷ σώματι· καὶ δι' ὧν
C ὅπλων ὁ διάβολος ἠγωνίζετο, διὰ τῶν ἐναντίων ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἔσωσεν, ἀναλαβὼν τὸ ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν σῶμα, ἵνα τῷ λείποντι μείζονα χάριν [*ἀλ.* χαρὰν] δωρήσηται. Καὶ ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Πρεπόντως δὲ ἡ χάρις πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον ἀπέσταλται. Οὕτως γὰρ καὶ περιέχει τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας τὸ λόγιον· *Τῷ μηνὶ δὲ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριὰμ*, καὶ τὰ λοιπά. Πρῶτος δὲ μὴν οὗτος πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· καθὼς φησιν ἐν τῇ νομικῇ βίβλῳ· *Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν, ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτός ἐστιν ὑμῖν, ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ.* Πάσχα ἅγιον ἑορτάσατε [*ἀλ.* ἑορτάσετε]
D τῷ Κυρίῳ εἰς πάσας τὰς γενεὰς ὑμῶν. Ἔκτος δὲ μὴν πρὸς Ζαχαρίαν. Εἰκότως δὲ ἡ ἁγία Παρθένος ἐκ γένους Δαβὶδ ἐτύγχανεν, καὶ τὴν Βηθλεὲμ πατρίδα ἐκέκτητο, καὶ τῷ Ἰωσὴφ κατὰ νόμους συγγενείας δικαίως ἐμεμνήστευτο. Καὶ φύλαξ ἦν ὁ μνήστωρ, καὶ ὁ ἀφθαρσίας ἀκηράτου σύνοικος. Καὶ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ λίαν πρέπον ὄνομα. Μαρία γὰρ ἐκέκλητο· ὅπερ δὴ *φωτισμὸς* ἑρμηνεύεται. Τί γὰρ τοῦ φωτὸς τῆς παρθενίας λαμπρότερον; Ὅθεν καὶ τὰς ἀρετὰς παρθένους ὀνομάζουσιν, οἱ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀγαθῶς στοχαζόμενοι. Εἰ δὲ τοσοῦτον ἀγαθὸν, παρθένον ἔχειν καρδίαν, ἠλίκον ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς τὴν παρθενίαν ἀσκήσασα; Οὕτως καὶ ἡ ἁγία Μαρία ἐν σαρκὶ οὖσα,

[12] Rom. v, 14. [13] Luc. I. [14] Luc. I, 26, 27. [15] Exod. XII, 2.

Digitized by Google

τὴν ἄφθαρτον πολιτείαν ἐκέκτητο, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου λεχθέντα, πίστει ἐδέχετο. Καὶ τότε μετὰ σπουδῆς πρὸς τὴν Ἐλισάβετ τὴν συγγενίδα αὐτῆς, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἐπορεύετο. *Καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ζαχαρία, ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ*, μιμησαμένη τὸν ἄγγελον. *Ὡς δὲ ἤκουσεν τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος* ἐν ἀγαλλιάσει *ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ*. Οὐκοῦν ἡ φωνὴ τῆς Μαρίας ἐνήργησε, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὴν Ἐλισάβετ ἐνέπλησε [*ἅλ.* ἐπλήρωσε]· καὶ καθάπερ ἐξ ἀεννάου πηγῆς διὰ τῆς γλώττης ποταμὸν χαρισμάτων, διὰ τῆς προφητείας τῇ συγγενίδι ἐξέπεμψεν· καὶ τοῖς ποσὶ τοῦ βρέφους τῇ γαστρὶ δεδεμένοις, ἄλλεσθαι καὶ σκιρτᾷν παρεσκεύασεν. Ὅπερ ἦν χορείας θαύματος σύμβολον. Ἔνθα γὰρ ἡ κεχαριτωμένη παραγεγένηται, χαρᾶς τὰ πάντα πεπλήρωται. *Ἀνεζώπυρησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ἡ Ἐλισάβετ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός μέ; Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί*. Σὺ γὰρ αὐταῖς ἀρχὴ τῆς ἀναπλάσεως [*ἅλ.* ἀναστάσεως] γέγονας. Σὺ παρρησίαν ἡμῖν τῆς εἰς παράδεισον εἰσόδου δέδωκας, καὶ τὴν ἀρχαίαν ὀδύνην ἐδίωξας. Οὐκέτι γὰρ μετὰ σὲ, τὸ γένος τῶν γυναικῶν ὀνειδίζεται. Οὐκέτι οἱ κληρονόμοι τῆς Εὔας φοβοῦνται τὴν ἀρχαίαν κατάραν, οὐδὲ τοῦ τοκετοῦ τὴν ὠδῖνα. Ἐπειδὴ Χριστὸς ὁ τοῦ γένους ἡμῶν Λυτρωτὴς, ὁ Σωτὴρ ὅλης τῆς φύσεως, ὁ πνευματικὸς Ἀδὰμ, ὁ τοῦ χοϊκοῦ τὴν πληγὴν ἰασάμενος ἐκ τῆς ἁγίας γαστρός σου προέρχεται. *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου*. Ὁ γὰρ πάντων τῶν ἀγαθῶν φυτουργὸς, σὸς καρπὸς ἀναδέδεικται. Λαμπρὰ μὲν ἐρῶμεν καὶ τῆς στείρας τὰ ῥήματα· λαμπρότερα δὲ πάλιν ἡ ἁγία ἐφθέγξατο Παρθένος, καὶ ᾠδὴν τῷ Θεῷ εὐχαριστίας, καὶ εὐωδίας, καὶ θεολογίας γέμουσαν τῷ Θεῷ ἀνατίθησιν· μετὰ τῶν ἀρχαίων τὰ νέα καταγγέλλουσα· μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος τὰ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κηρύττουσα, καὶ ἐν βραχεῖ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιωσαμένη τοῦ Χριστοῦ τὰ μυστήρια. *Εἶπεν* δὲ *Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Καὶ ἠγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους αὐτοῦ, καὶ ᾗς ἔθετο* [ἅλ. *διέθετο*] *διαθήκης τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος*. Θεωρεῖς πῶς ἡ ἁγία Παρθένος, καὶ τὴν πατριαρχικὴν ὑπερέβαλεν τελειότητα, καὶ βεβαιοῖ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ διαθήκην, λέγοντος· *Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ*. Διὸ ἐλθὼν κυροῖ [*ἅλ.* πληροῖ] τὴν πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκην, μυστικῶς τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς ἀναδεξάμενος, καὶ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν γενόμενος. Ταύτης οὖν τῆς προφητείας [*ἅλ.* ταύτην οὖν ᾠδὴν] τὴν ᾠδὴν ἡ ἁγία Θεοτόκος τῷ Θεῷ ἀνέπεμπεν [*ἅλ.* ἀπένειμε], λέγουσα· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή*

enim nuncupata erat, quod *illuminatio* interpretatur. Quid enim splendore virginitatis illustrius? Quapropter et virtutes virgines denominant, qui recte essentias earum conjiciunt. Quod si tantum est bonum habere cor virginitate præditum, quantum tandem erit caro, quæ cum animo virginitatem coluerit? Sic et sancta Maria in carne dum esset, vitam incorruptam atque immaculatam possidebat, ac verba ab archangelo dicta in fide suscipiebat. Tuncque cum festinatione ad Elisabeth cognatam suam contendebat. *Et ingressa domum Zachariæ, salutavit Elisabeth*, angelum imitata. *Ut* autem *audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans* præ jubilo *in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth*[16]. Vox igitur Mariæ efficax fuit, et Spiritu sancto replevit Elisabeth: ac velut ex perenni quodam fonte, instrumento linguæ, flumen charismatum per prophetiam cognatæ suæ emisit: et pedibus infantis in utero colligatis [*al.* colligati], saltum et exsultationem suppeditavit. Quod quidem miraculosi tripudii symbolum signumque erat. Nam ubi gratia plena advenit, gaudio cuncta repleta sunt. *Exclamavit* autem *magna voce* Elisabeth, *ac dixit: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me*[17]? *Benedicta tu in mulieribus.* Tu quippe ipsis principium reparationis [*al.* resurrectionis] effecta es. Tu fiduciam in paradisum introitus nobis dedisti, et antiquum dolorem luctumque fugasti. Non enim amplius post te mulierum genus vituperatur; non amplius hæredes Evæ antiquam maledictionem timent, neque partus dolorem reformidant; quoniam Christus humani generis Redemptor, Salvator universæ naturæ, spiritalis Adam, terreni hominis vulnus curans, ex sancto tuo utero procedit. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* Omnium enim bonorum plantator tuus fructus effectus est. Præclara quidem videmus, etiam sterilis Elisabeth verba; at illustriora vicissim sanctissima prolocuta est Virgo, et canticum Deo gratiarum actionis, bonique odoris, ac theologiæ plenum retribuit, cum antiquis nova annuntians, cum iis quæ a sæculo et ab initio, ea quæ in sæculorum consummatione acciderunt prædicans, brevique sermone Christi mysteria summatim perstringens. *Ait* autem *Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo*, et quæ sequuntur. *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, ac testamenti quod disposuit cum Abraham et semine ejus in sæcula*[18]. Vides quo pacto sanctissima Virgo etiam patriarchicam superaverit perfectionem, confirmaveritque testamentum Dei ad Abraham, dicentis: *Hoc est testamentum, quod statuam inter me et te*[19]. Ideoque veniens, suum ad Abraham confirmat [*al.* adimplet] testamentum,

[16] Luc. I, 40, 41. [17] Ibid. 42, 43. [18] Ibid. 46 seqq. [19] Gen. XVII, 11; Rom. IV, 11.

Digitized by Google

mystice signum circumcisionis accipiens, et plenitudo legis ac prophetarum effectus. Hujus igitur prophetiæ canticum [*al.* hoc igitur canticum] sancta Dei Genitrix Deo remittebat [*al.* retribuit], dicens: *Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus*[20]. Deiparam quippe me faciens, vicissim me virginem conservavit; et per meum ventrem, cunctarum generationum, in sanctificationem, summatim colligatur plenitudo. Omni enim ætati benedixit, virorum pariter ac mulierum, adolescentulorum ac juvenum, senumque. *Fecit potentiam in brachio suo*[21], pro nobis adversus mortem et diabolum, nostrorumque peccatorum disrumpens [*al.* dirupit] chirographum. *Dispersit superbos mente cordis*[22] *ipsorum*; dispersit ipsum diabolum, et cunctos ei militantes dæmones. Ille quippe proprie corde superbus erat, quoniam dicere audebat: *Supra nubes cœli ponam solium meum, et ero similis Altissimo*[23]. Quomodo vero nunc ipsum dissiparit, consequenter propheta declaravit, dicens: *Nunc autem in infernum descendes*[24] [*al.* deprimeris], et cuncti exercitus tui. Ubique enim aras, atque delubra ejus, inaniumque deorum cultus dispersit, et ex gentibus populum sibi peculiarem atque acceptum constituit. *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*[25]. Quibus sane verbis, Judæorum ejectionem et gentium introductionem breviter innuit. Judæorum enim seniores, ac scribæ in lege, et qui in reliquis prærogativis ac privilegiis divites erant, quod male suis divitiis et potentiis usi essent, hinc eos ab omni sede deposuit, prophetiæ nimirum ac sacerdotii, legislaturæ atque doctrinæ, opulentiæ hæreditariæ, sacrificiorum ac festivitatum copiæ, dignitatisque regiæ. His omnibus illi spoliati, profugi ac nudi in captivitatem ejecti sunt; et illorum loco, humiles ex gentibus populi, qui justitiam esuriebant, exaltati sunt: quoniam humilitatem suam, et divinæ cognitionis famem, qua detinebantur, ostendentes, divinum Verbum, sicut Chananæa micas[26], deprecabantur; et propterea divinorum mysteriorum repleti sunt divitiis. Nam universam divinorum bonorum sortem, qui ex Virgine natus est Christus Deus noster, in gentes transtulit. *Suscepit Israel puerum suum*[27], et non quemvis Israelem, sed puerum suum; qui reipsa Israelis nobilitatem illustrat: atque ideo ipsum filium et hæredem Dei Genitrix appellavit [*al.* declaravit]. Cum enim in littera et lege illum laborantem invenisset, per gratiam vocavit. Talem igitur Israelem vocans, *suscepit, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini ejus in sæcula*[28]. In paucis igitur hisce dictionibus, universum dispensationis complectitur mysterium. Salvare quippe genus humanum, et testamentum cum

A μου τὸν Κύριον. Καὶ ἠγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου, ἐπὶ τῷ Θεῷ σωτῆρί μου. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Θεοτόκον γὰρ ποιήσας με, πάλιν παρθένον διεφύλαξεν· καὶ διὰ τῆς ἐμῆς γαστρὸς, πασῶν γενεῶν εἰς ἁγιασμὸν ἀκακεφαλαιοῦται τὸ πλήρωμα. Πᾶσαν γὰρ ἡλικίαν ηὐλόγησεν, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, νεανίσκων καὶ παίδων, καὶ γερόντων. Ἐποίησεν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ, ὑπὲρ ἡμῶν, κατὰ τοῦ θανάτου, καὶ κατὰ τοῦ διαβόλου, καὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν διαῤῥήξας [ἄλ. διέῤῥηξε] τὸ χειρόγραφον. Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διὰ ἐννοίας καρδίας [ἄλ. διανοίᾳ τῆς καρδίας] αὐτῶν· αὐτόν τε τὸν διάβολον διεσκόρπισεν, καὶ πάντας τοὺς ἐκείνῳ στρατεύοντας δαίμονας. Ἐκεῖνος γὰρ τῇ καρδίᾳ κυρίως B ἦν ὑπερήφανος, ἐπειδὴ λέγειν ἐτόλμησεν· Ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Πῶς δὲ νῦν αὐτὸν διέσπασεν, διὰ τῶν ἑξῆς ὁ προφήτης ἐδήλωσεν, εἰπών· Νῦν δὲ εἰς ᾅδην καταβήσῃ [ἄλ. εἰς ᾅδου καταβιβασθήσῃ], καὶ πάντα τὰ στρατεύματά σου. Πανταχοῦ γὰρ τοὺς βωμοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰς τῶν ματαίων θεῶν λατρείας διεσκόρπισεν· καὶ ἐξ ἐθνῶν λαὸν περιούσιον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν. Καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσεν ταπεινούς. Τοιγαροῦν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκβολὴν, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν εἰσαγωγὴν ἐν ἐπιτόμῳ ἐμήνυσεν. Ἰουδαίων γὰρ πρεσβύται, καὶ γραμματεῖς ἐν νόμῳ, καὶ οἱ ταῖς λοιπαῖς πρεσβείαις πλουτοῦντες ἐτύγχανον, ὅτιπερ κακῶς τῷ πλούτῳ καὶ τῇ δυναστείᾳ παρανόμως ἐκέχρηντο, ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς θρόνου καθεῖλεν, προφητείας τε καὶ ἱερωσύνης, νομοθεσίας τε καὶ διδασκαλίας, καὶ πατρῴου πλούτου, θυσιῶν τε καὶ πλήθους ἑορτῶν, καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ἀξιώματος. Τούτων ἁπάντων ἐκεῖνοι κενοὶ, καὶ φυγάδες, καὶ γυμνοὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἐξαπεστάλησαν· ταπεινοὶ δὲ, ἀντ' αὐτῶν, οἱ ἐξ ἐθνῶν λαοὶ, δικαιοσύνην πεινῶντες, ὑψώθησαν· ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ταπείνωσιν, καὶ τὸν συνέχοντα αὐτοὺς τῆς θεογνωσίας λιμὸν ἐπιδείξαντες, τοῦ θείου λόγου, δίκην ψιχίων, καθάπερ Χαναναία, ἐπρέσβευον· καὶ διὰ τοῦτο, τοῦ πλούτου τῶν θείων μυστηρίων ἐπλήσθησαν· ὅλον γὰρ τὸν κλῆρον τῶν θείων ἀγαθῶν ὁ ἐκ Παρθένου τεχθεὶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰς τὰ ἔθνη μετατέθηκεν. D Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ· καὶ οὐ τοῦ τυχόντος Ἰσραὴλ· ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ὅστις τῷ ἔργῳ ἐξευγενίζει τοῦ Ἰσραὴλ τὴν εὐγένειαν. Καὶ διὰ τοῦτο, παῖδα καὶ κληρονόμον αὐτὸν ἡ Θεοτόκος ἐκάλεσεν [ἄλ. ἐδήλωσεν]. Κάμνοντα γὰρ εὑρὼν τῷ γράμματι, καὶ τῷ νόμῳ κοπιῶντα, τῇ χάριτι παρεκάλεσεν· οὐκοῦν τὸν τοιοῦτον Ἰσραὴλ καλέσας, ἀντελάβετο, μνησθῆναι ἐλέους. Καθὼς ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ σπέρματι αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος. Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ὀλίγαις λέξεσιν, ὅλον τὸ τῆς οἰκονομίας ἀναλαμβάνει μυστήριον. Διασῶσαι γὰρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων,

[20] Luc. I, 46 seqq. [21] Ibid. 51. [22] Ibid. [23] Isa. XIV, 14. [24] Ibid. 15. [25] Luc. I, 52. [26] Matth. XV, 27. [27] Luc. I, 54. [28] Ibid. 54 55

Digitized by Google

καὶ τὴν διαθήκην τὴν πρὸς τοὺς πατέρας πληρῶσαι βουλόμενος ὁ Χριστὸς, *οὐρανοὺς ποτὲ μὲν ἔκλινεν, καὶ κατέβη.* Οὕτως δὲ ὡς χωροῦμεν ἡμεῖς ἐμφανίζεται, ἵνα ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ψηλαφῆσαι, καὶ ἀκοῦσαι λαλοῦντος ἰσχύσωμεν. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς Λόγος σάρκα καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς ἁγίας Παρθένου ἀναλαβεῖν κατηξίωσεν, καὶ ἐγεννήθη ἄνθρωπος, ἵνα ἐκτίσῃ τὸ ἡμέτερον ὄφλημα, καὶ πληρώσῃ μέχρις ἑαυτοῦ, τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης, περιτομῆς τε καὶ τῶν ἐφεξῆς νομίμων τὰ ἐντάλματα. Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους, ἡ ἁγία Παρθένος εἰς τὴν Ναζαρὲτ ἐπορεύετο· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν δόγμα Καίσαρος εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἀνελθεῖν αὐτὴν παρεσκεύασεν· αὕτη δὲ ὡς ἀπὸ τῆς βασιλικῆς πατριᾶς προϋπάρχουσα, εἰς τὴν βασιλικὴν τοῦ Δαβὶδ πατριὰν μετὰ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστῆρος ἐστέλλετο. Καὶ τὸ τοῦ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος ἠκολούθει μυστήριον. Παρθένος τίκτουσα, καὶ χερσὶ βαστάζουσα τὸν ῥήματι πᾶσαν τὴν κτίσιν βαστάζοντα. *Καὶ οὐδὲ τόπος ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι.* Τόπον οὐκ εἶχεν ὁ πᾶσαν τῇ γῇ τῷ ῥήματι θεμελιώσας. Γάλακτι τρέφουσα τὸν πᾶσαν πνοὴν διατρέφοντα, καὶ ζωογονοῦντα. Σπαργάνοις δεσμοῦσα τὸν λόγῳ πᾶσαν τὴν κτίσιν δεσμεύοντα. Ἐν φάτνῃ ἀνέκλινεν τὸν ἐπὶ καθέδρας χερουβὶμ ἐποχούμενον. Φῶς ἐξ οὐρανοῦ περιέλαμπε τὸν πᾶσαν τὴν κτίσιν φωτίσαντα. Στρατιαὶ οὐράνιαι δοξολογοῦσαι παρίσταντο τῷ πρὸ αἰώνων ἐν οὐρανοῖς δοξαζομένῳ. Ἀστὴρ δαδουχῶν κατεμήνυεν τοὺς ἐκ γῆς πόῤῥωθεν ἐλθόντας πρὸς τὸν ὄντως ἀνατολήν. Ἐξ Ἀνατολῶν ἦκασι δωροφοροῦντες τῷ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντι· ἡ δὲ ἁγία Θεοτόκος συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, ὡς ὅλων τῶν μυστηρίων ὑπάρχουσα δοχεῖον. Σοῦ μὲν, ὦ παναγία Παρθένε, ἀνώτερος πάσης εὐφημίας ὁ ἔπαινος, διὰ τὸν ἐκ σοῦ Θεὸν σάρκα φορέσαντα, καὶ γεννηθέντα ἄνθρωπον. Σοὶ πᾶσα φύσις ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων [*ἴσ.* ὑποχθονίων] σέβας προσφέρει τὸ πρόσφορον. Σὺ γὰρ ἀληθῶς θρόνος χερουβικὸς ἀναδέδειξαι. Σὺ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν νοητῶν [*ἀλ.* νότου] βασιλειῶν, φωτὸς ἀπαύγασμα ἀπαστράπτεις· ἔνθα δοξάζεται Πατὴρ ὁ ἄναρχος, οὗ τὴν δύναμιν ἔσχες ἐπισκιάζουσαν· προσκυνεῖται ὁ Υἱὸς, ὃν κατὰ σάρκα σὺ τέτοκας· δοξολογεῖται [*ἀλ.* δοξάζεται] Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἐν τῇ γαστρί σου, τὴν γέννησιν τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἐνήργησεν. Διὰ σοῦ, κεχαριτωμένη, Τριὰς ἁγία καὶ ὁμοούσιος ἐν τῷ κόσμῳ γνωρίζεται. Μετὰ σοῦ, καὶ ἡμᾶς καταξίωσον μετασχεῖν τῆς τελείας σου χάριτος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ, τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν [*ἀλ.* ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν].

patribus constitutum adimplere Christus volens, *cœlos* tandem *inclinavit, et descendit* [29]. Sic autem secundum capacitatem nostram se nobis ostendit, ut ipsum videre ac tangere, et loquentem audire possimus. Et propterea Deus Verbum carnem et perfectam humanam naturam ex muliere sanctissima Virgine assumere dignatus est, et homo natus est, ut debitum nostrum persolveret, et usque ad se ipsum, testamentum cum Abraham dispositum, circumcisionis, ac cæterorum legalium præceptorum adimpleret [30]. Post hos porro sermones concessit in Nazareth sanctissima Virgo; inde vero rursus in Bethlehem per edictum Cæsaris ascendere coacta est; ipsa autem tanquam ex regia familia procedens, in regiam David patriam cum Joseph sponso mittebatur. Et mysterium quod omne miraculum superat consecutum est: Virgo parit, et manibus gestat eum qui verbo res omnes creatas gestat. *Neque locus erat eis in diversorio* [31]. Locum non habebat, qui totam terram verbo fundavit. Lacte virgo mater pascebat eum, qui omnem nutrit vivumque producit spiritum. Fasciis involvebat eum, qui verbo omnem ligat creaturam. In præsepio reclinabat eum, qui in cathedra supra cherubim vehitur [32]. Lux e cœlis circumfulgebat eum, qui omnem illuminat creaturam. Cœlestes exercitus glorificantes assistebant ei, qui ante sæcula glorificatur in cœlis. Stella prælucens ducatum præstabat eis [33], qui ex longinquis venerant regionibus ad eum qui vere oriens erat. Ex Oriente veniunt, munera deferentes ei qui pauper propter nos factus est [34]. Sanctissima porro Dei Genitrix conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo [35]; velut quæ omnium mysteriorum vas ac receptaculum esset. Tua sane, o sanctissima Virgo, laus omnem prorsus laudem, propter Deum ex te incarnatum ac hominem natum, excedit. Tibi omnis creatura, in cœlis ac terris et apud inferos, reverentiam ac cultum convenientem offert. Tu enim vere thronus evasisti cherubicus. Tu in summis spiritalibus regnis [*al.* in supremis austri regnis], lucis splendore coruscas: ubi glorificatur Pater omnis principii expers, cujus obumbrantem habuisti potentiam; adoratur Filius, quem secundum carnem peperisti; celebratur [*al.* glorificatur] Spiritus sanctus, qui in tuo utero nativitatem magni Regis peregit. Per te, o gratia plena, Trinitas sancta et consubstantialis in mundo cognoscitur. Tecum, et nos dignare participes effiecre perfectæ tuæ gratiæ, in Christo Jesu Domino nostro: cum quo, Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen [*al.* cui gloria et potentia, in sæcula sæculorum. Amen].

[29] Psal. xvii, 10. [30] Gen. xvii; Psal. civ; Rom. iv; Act. vii. [31] Luc. ii, 7. [32] Psal. lxxix, 2. [33] Matth. ii. [34] II Cor. viii, 9. [35] Luc. ii, 51.

Digitized by Google

HOMILIA III.

In Annuntiatione sanctæ Virginis Mariæ.

Ejusdem sancti Gregorii episcopi Neocæsareæ Thaumaturgi, in Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, sermo III.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ, εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου Παρθένου τῆς Μαρίας, λόγος τρίτος.

Rursus bona faustaque gaudii nuntia, rursus libertatis indicia, rursus revocatio, rursus reversio, rursus lætitiæ promissio, rursus a servitute liberatio. Angelus cum Virgine loquitur : ut non amplius cum muliere serpens loquatur. *Mense sexto*, inquit, *missus est angelus Gabriel a Deo ad virginem desponsatam viro* [36]. Missus est Gabriel, ut totius mundi salutem annuntiaret. Missus est Gabriel, ut revocationis subscriptionem Adamo deferret. Missus est ad virginem Gabriel, ut mulieris ignominiam in honorem commutaret. Missus est Gabriel, ut dignum purissimo sponso thalamum pararet. Missus est Gabriel, ut inter creaturam et Creatorem sponsalia contraheret. Missus est Gabriel ad animatum Regis angelorum palatium. Missus est Gabriel ad virginem, desponsatam quidem Joseph, sed Jesu Filio Dei servatam. Missus est servus incorporeus ad virginem inviolatam atque immaculatam. Missus est a peccato liber, ad eam quæ omnis corruptionis expers erat. Missus est lychnus, qui Solem justitiæ indicaret. Missus est diluculi nitor, qui diei lumen præcurreret. Missus est Gabriel, ut eum qui in sinu est Patris, etiam in matris ulnis prædicaret. Missus est Gabriel, ut eum qui in solio sedebat, etiam in spelunca jacere ostenderet. Missus est miles, qui magni Regis mysterium proclamaret : mysterium, inquam, quod fide cognoscitur, et curiositate non indagatur; mysterium quod adoratur, et humano ingenio non ponderatur; mysterium quod divinis et non humanis rationibus expenditur. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem.* Sed quem hic sextum mensem dicit? Quemnam? Illum nimirum, ex quo lætum illud Elisabeth accepit nuntium : ex quo Joannem concepit. Et unde hoc planum fit? Id ipsemet interpretatur [*al.* interpretetur] archangelus, ad Virginem dicens : *Ecce*, inquit, *Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis* [37]. Mense sexto, scilicet conceptionis Joannis. Conveniebat enim ut miles præcederet. Oportebat ut satelles anteverteret, decebat ut nuntius præcurreret, qui Domini adventum indicaret. *Mense sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro :* desponsatam, inquam, non conjunctam; desponsatam quidem, sed servatam. Cur desponsatam? ne citius latro mysterium cognosceret. Quod etenim per virginem Rex venturus esset, impro-

Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα, πάλιν ἀνάκλησις, πάλιν ἐπάνοδος, πάλιν εὐφροσύνης ἐπαγγελία, πάλιν δουλείας ἀπαλλαγή. Ἄγγελος μετὰ Παρθένου λαλεῖ· ἵνα μηκέτι γυναικὶ ὁμιλήσῃ ὁ ὄφις. *Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ*, φησὶν, *ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί.* Ἀπεστάλη Γαβριὴλ, τὴν παγκόσμιον μηνύσαι σωτηρίαν. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ, φέρων τῷ Ἀδὰμ ὑπογραφὴν ἀνακλήσεως. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον· ἵνα τὴν ἀτιμίαν τῆς θήλυος[*ἴσ.* θηλείας] εἰς τιμὴν μεταβάλῃ. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ, ἄξιον εὐτρεπίσαι τῷ καθαρῷ νυμφίῳ τὸν θάλαμον. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ, νυμφεύσασθαι τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς τὸ ἔμψυχον τοῦ Βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην μὲν τῷ Ἰωσὴφ, τηρουμένην δὲ τῷ Ἰησοῦ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Ἀπεστάλη δοῦλος ἀσώματος πρὸς Παρθένον ἀμόλυντον. Ἀπεστάλη ὁ ἁμαρτίας ἐλεύθερος, πρὸς τὴν φθορᾶς ἀνεπίδεκτον. Ἀπεστάλη ὁ λύχνος, μηνύων τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. Ἀπεστάλη ὁ ὄρθρος, προτρέχων τοῦ φωτὸς τῆς ἡμέρας· Ἀπεστάλη ὁ Γαβριὴλ, κηρύσσων τὸν ἐν κόλποις τοῦ Πατέρος, καὶ ἐν ἀγκάλαις τῆς μητέρος. Ἀπεστάλη Γαβριὴλ, δεικνὺς τὸν ἐν θρόνῳ καὶ ἐν σπηλαίῳ. Ἀπεστάλη στρατιώτης, βοῶν τὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως μυστήριον· μυστήριον, φημὶ, τὸ πίστει γνωριζόμενον, οὐκ ἐρευνώμενον τῇ πολυπραγμοσύνῃ· μυστήριον προσκυνούμενον, οὐ ζυγοστατούμενον, μυστήριον θεολογούμενον, οὐ μετρούμενον. *Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον.* Ποῖον μῆνα ἕκτον; Ποῖον; Ἀφ' οὗ ἐδέξατο Ἐλισάβετ τὰ εὐαγγέλια· ἀφ' οὗ τὸν Ἰωάννην συνέλαβε. Καὶ πόθεν τοῦτο, δῆλον; Ἑρμηνεύεται [*ἄλ.* ἑρμηνευέτω] ὁ αὐτὸς ἀρχάγγελος, λέγων πρὸς τὴν Παρθένον· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνείληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς. Καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ, τῇ καλουμένῃ στείρᾳ.* Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, λοιπὸν οὖν, ἕκτος μὴν συλλήψεως Ἰωάννου. Ἔδει γὰρ προφθῆσαι τὸν στρατιώτην. Ἔδει προλαβεῖν τὸν δορυφόρον· ἔδει προοδοιπορῆσαι τὸν μηνυτὴν τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας. *Τῷ μηνὶ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί·* μεμνηστευμένην, οὐ συνημμένην· μεμνηστευμένην, ἀλλὰ τηρουμένην. Διὰ τί μεμνηστευμένην; ἵνα μὴ τάχιον μάθῃ ὁ λῃστὴς τὸ μυστήριον. Ὅτι μὲν γὰρ διὰ Παρθένου ἤξει ὁ Βασιλεὺς, ᾔδει ὁ πονηρὸς τῶν

[36] Luc. I, 26, 27. [37] Ibid. 36.

Digitized by Google

γὰρ Ἡσαΐου καὶ αὐτὸς ἠχροᾶτο φωνῶν, τό· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν.* Καὶ ἑκάστοτε εἰκότως παρετήρει τῆς Παρθένου τὸ φθέγμα, ἵνα ὅπου ὅτι πληροῦται τὸ μυστήριον τοῦτο, προεξαρτύσῃ τὸν ψόγον. Διὰ τοῦτο, ὁ Δεσπότης διὰ μεμνηστευμένης ἐλήλυθεν, ἵνα τὸν πονηρὸν λάθῃ, ἡ γὰρ μνηστευθεῖσα κατηγγυᾶτο λοιπόν. *Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ.* Ἄκουσον τί περὶ τούτου τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς Παρθένου ὁ προφήτης φησίν· Δοθήσεται τὸ ἐσφραγισμένον τοῦτο βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα. Τί τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον, ἢ πάντως [*ἀλ.* εἰ μὴ πάντως] ἡ ἀμόλυντος Παρθένος; παρὰ τίνων δοθήσεται; Παρὰ τῶν ἱερέων, δηλονότι. Τίνι τούτῳ; Τῷ τέκτονι Ἰωσήφ. Ἐπεὶ οὖν οἱ ἱερεῖς ὡς σώφρονι τῷ Ἰωσὴφ ἡρμόσαντο τὴν Μαρίαν, καὶ παρέθεντο αὐτῷ, γάμου καιρὸν ἀναμένοντες, ἔμελλε δὲ οὗτος λαμβάνων τηρεῖν ἐν ἀφθαρσίᾳ τὴν Παρθένον· τοῦτο πόρρωθεν ὁ προφήτης προανεφώνησεν· Δοθήσεται τὸ ἐσφραγισμένον τοῦτο βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα, καὶ ἐρεῖ· Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι. Διὰ τί οὐ δύνασαι, ὦ Ἰωσήφ; Οὐ δύναμαι, φησὶν, ἀναγνῶναι· τὸ γὰρ βιβλίον ἐσφράγισται. Τίνι τηρούμενον; Τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων κατοικητήριον φυλαττόμενον. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· *Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον.* Ὅς πάντως που τοιαύτας ἐντολὰς δεξάμενος· Δεῦρο λοιπὸν, ὦ ἀρχάγγελε, ὑπουργὸς γενοῦ φοβεροῦ μυστηρίου, ἀποκεκρυμμένου, διακόνισον τῷ θαύματι. Εἰς ἀναζήτησιν τοῦ πλανηθέντος Ἀδὰμ κατελθεῖν ὑπὸ τῶν ἐμῶν οἰκτιρμῶν, ἐπείγομαι. Ἡ ἁμαρτία τὸν κατ' εἰκόνα τὴν ἐμὴν πλασθέντα ἐπαλαίωσεν, καὶ τὸ τῶν ἐμῶν χειρῶν δημιούργημα ἐσάθρωσεν, ἀμαύρωσεν ὅπερ ἔπλασα κάλλος. Ὁ λύκος τὸ ἐμὸν κατανέμεται θρέμμα, ἔρημόν ἐστι τοῦ παραδείσου τὸ οἰκητήριον, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας φυλάττεται, κέκλεισται τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον, ἐλεῶ τὸ πολεμηθὲν, καὶ συλλαβέσθαι τὸν πολέμιον βούλομαι· λαθεῖν δὲ θέλω, πάσας τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, σοὶ μόνῳ θαῤῥῶ τὸ μυστήριον. Πρὸς τὴν οὖν Παρθένον Μαρίαν πορεύθητι. Ἄπελθε πρὸς τὴν ἔμψυχον πόλιν, περὶ ἧς ὁ Προφήτης ἔλεγεν· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ.* Ἄπελθε πρὸς τὸν λογικόν μου παράδεισον· ἄπελθε πρὸς τὴν πύλην τῆς ἀνατολῆς· ἄπελθε πρὸς τὸ ἅξιον ἐμοῦ τοῦ Λόγου κατοικητήριον· ἄπελθε πρὸς τὸν δεύτερον ἐπὶ γῆς οὐρανόν· ἄπελθε πρὸς τὴν κούφην νεφέλην· μήνυσον αὐτῇ τῆς ἐμῆς παρουσίας τὸν ὄμβρον· ἄπελθε πρὸς τὸ ἐμοὶ ἡτοιμασμένον ἁγίασμα· ἄπελθε πρὸς τὴν παστάδα τῆς ἐνανθρωπήσεως. Ἄπελθε πρὸς τὸν καθαρὸν νυμφῶνα τῆς κατὰ σάρκα μου γεννήσεως. Λάλησον εἰς τὰ ὦτα τῆς λογικῆς κιβωτοῦ, ἑτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ἀλλὰ μὴ θορυβήσῃς, μηδὲ ταράξῃς τὴν ψυχὴν τῆς Παρθένου. Ἐπιεικῶς τῷ ἁγιάσματι φάνηθι· πρώτην αὐτῇ φωνὴν χαρᾶς ἀναβόησον. Σὺ εἰπὲ τῇ Μαριὰμ τὸ, *Χαῖρε, κεχαριτωμένη·* ἵν' ἐγὼ

bum non latebat; nam et Isaiæ illa verba ipse audiebat: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium* [38]. Quare et quotidie Virginis vocem observabat, ut ubi mysterium hoc adimpleretur, infamiam præpararet. Atque ideo Dominus per desponsatam venit, ut improbum lateret; quæ enim desponsata fuerat, deinceps sponso tradenda erat. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph.* Audi quid de hoc viro et Virgine dicat propheta: Dabitur, inquit, liber hic obsignatus viro scienti litteras [39]. Et quis iste obsignatus est liber, nisi omnino immaculata Virgo? A quibus dabitur? sacerdotibus scilicet. Cuinam viro? fabro Joseph. Cum igitur sacerdotes Virginem Mariam casto despondissent Joseph, eam ipsi commendarunt, tempus nuptiarum exspectantes; quam quidem ipse accipiens integram erat conservaturus; quod et longe antea prædixerat propheta: Dabitur, inquiens, liber obsignatus viro scienti litteras, et dicet: Non possum legere. Cur non potes legere, o Joseph? Non possum, inquit, legere; nam liber obsignatus est [40]. Cuinam servatur? Rerum omnium Creatori pro domicilio custoditur. Cæterum ad propositum redeamus: *Mense sexto, missus est Gabriel ad virginem.* Qui plane ejusmodi mandata a Deo acceperat: Adesdum, o archangele, minister tremendi et arcani esto mysterii; miraculo deservi. Ad requirendum Adam qui erraverat, meis commotus miserationibus, descendere propero. Peccatum inveteravit eum, qui ad imaginem meam formatus est, et opus manuum mearum debilitavit, pulchritudinemque a me confectam obscuravit. Lupus meum alumnum devorat, paradisi domicilium desolatur, lignum vitæ a gladio flammeo custoditur [41], campus deliciarum clausus est. Oppugnati misereor, et hostem comprehendere volo; mysterium hoc cunctas virtutes cœlestes latere cupio, quod tibi soli confido. Vade igitur ad Mariam virginem. Abi ad animatam civitatem, de qua dicebat Propheta: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei* [42]. Abi ad paradisum meum ratione præditum; abi ad portam orientalem; abi ad domicilium Verbo meo dignum; abi ad alterum, quod in terra est, cœlum; abi ad nubem levem, et adventus mei imbrem ipsi annuntia; abi ad sanctuarium mihi præparatum; abi ad incarnationis meæ cubiculum. Vade ad purum meæ secundum carnem nativitatis thalamum. Loquere in auribus arcæ meæ ratione præditæ, ut auditionis mihi paret ingressum. Sed cave offendas, aut conturbes virginis animum. Humaniter ac placide coram divino illo sacrario compareas, primamque ipsi gaudii vocem enuntia. Tu illud, *Ave, gratia plena*, ad Mariam dicito; ut ego ærumnosæ atque afflictæ miserear Evæ. Audivit ista archangelus, et apud se, ut rationi consentaneum erat, cogitabat atque dicebat: Nova et inaudita hæc res est. Intelligentiam superant,

[38] Isa. VII, 14. [39] Isa. XXIX, 11. [40] Ibid. [41] Gen. III, 24. [42] Psal. LXXXVI, 3.

Digitized by Google

quæ dicuntur. Quem reformidant cherubim, quem seraphim intueri nequeunt, quem cunctæ virtutes cœlestes [*al.* angelicæ] comprehendere intellectu non valent, is suum promittit puellæ congressum, suæque ipsius personæ adventus denuntiat; imo vero ingressum per auditum pollicetur; et qui Evam condemnavit, ejus filiam tantopere glorificare contendit? Ait enim : Paret mihi auditus ingressum. Sed nunquid poterit virginis uterus illum capere, qui comprehendi nequit? Mysterium revera tremendum ac venerandum est istud. Talia dum angelus secum cogitaret, dixit Dominus ad ipsum : Quid turbaris novitate rei, o Gabriel? Nonne antea missus a me es ad Zachariam sacerdotem [43]? Nonne ipsi lætum nativitatis Joannis attulisti nuntium? Nonne incredulo sacerdoti taciturnitatis pœnam intulisti? Nonne senem loquelæ privatione multasti? Nonne quæ tu asseruisti, ego confirmavi et approbavi? Nonne tuam annuntiationem res ipsa subsecuta est? Nonne sterilis concepit? Nonne uterus obedivit? Nonne sterilitatis morbus recessit? Nonne naturæ inertia fugit? Nonne nunc fecunditatem ostendit, quæ prius uterum non gerebat? Nunquid impossibile apud me cunctorum creatorem, erit omne verbum? Quomodo ergo dubitas? Quid igitur vicissim ad hæc angelus? Naturæ, inquit, errores, o Domine, corrigere; morborum tempestatum dissolvere, membra emortua ad vitalem vim revocare; naturæ, ut liberos gignat, præcipere; ab exterminatis membris sterilitatem repellere; senescentem stipulam ad viridem formam reducere; terram infecundam repente manipulorum matrem efficere; opus est quod tua virtute atque potentia perfici solet. Testisque est Sara, et cum hac [*al.* post hanc] Rebecca [44], rursusque Anna : quæ dum gravi atque molesto sterilitatis morbo laborarent, postea a te liberatæ sunt. Cæterum, virginem absque viri congressu parere, cunctas naturæ leges superat; atque adeo tuum ad puellam polliceris adventum? Cœli terræque non te fines capiunt; quomodo igitur te virginalis uterus capiet? Cui Dominus : Quomodo, inquit, Abrahæ tabernaculum me capere potuit? Et angelus : Quoniam, inquit, hospitalitatis habebat pelagus; illicque, o Domine, te conspicuum Abrahæ in ostio tabernaculi reddidisti [45], et pertransisti velut qui omnia reples. Quomodo vero Maria divinitatis feret ignem? Thronus tuus splendore illustratus accenditur, et virgo te ferre poterit, ut non comburatur? Cui Dominus : Imo vero, inquit, si ignis in solitudine læsit rubum [46], lædet omnino et Mariam meus adventus; at si ignis ille, qui divini mei ex cœlo ignis adventum designabat, rubum rigavit, non combussit; quidnam de ipsa veritate dixeris, non in flamma ignis, sed in specie pluviæ, descendente [47]? Tunc igitur angelus, Dei jussa in se recipiens et exsequi volens, Virginem adiit, et clara eam voce compellavit, dicens : *Ave*,

A ἐλεήσω Εὔαν τὴν κεκακωμένην. Ἤκουσεν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὡς εἰκὸς, ἐλογίζετο· Ξένον τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ὑπερβαῖνον ἔννοιαν, τὸ λαλούμενον. Ὁ τοῖς χερουβὶμ φοβερὸς, ὁ τοῖς σεραφὶμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς οὐρανίαις [*al.* ἀγγελικαῖς] δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἰδικὴν συντυχίαν ἐπαγγέλλεται κόρῃ· αὐτοπρόσωπον παρουσίαν μηνύει, μᾶλλον δὲ εἴσοδον δι' ἀκοῆς ὑπισχνεῖται· καὶ ὁ τὴν Εὔαν καταδικάσας, τὴν αὐτῆς θυγατέρα τοσοῦτον δοξάζειν ἐπείγεται; Λέγει γὰρ, ἑτοιμάσαι μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ἀλλὰ μὴ δύναται γαστὴρ χωρεῖν τὸν ἀχώρητον; Οὕτως τοῦτο φοβερὸν τὸ μυστήριον. Τοιαῦτα τοῦ ἀγγέλου ἐνθυμουμένου, ὁ Δεσπότης φησὶν πρὸς αὐτόν· Τί ταράττῃ, καὶ ξενίζῃ, ὦ Γαβριήλ; Οὐ πρώην παρ' ἐμοῦ ἀπεστάλης, B πρὸς Ζαχαρίαν τὸν ἱερέα; Οὐ δέδωκας αὐτῷ τῆς γενήσεως Ἰωάννου τὰ εὐαγγέλια; Οὐκ ἀπιστοῦντι τῷ ἱερεῖ, τὸ τῆς σιωπῆς προσήγαγες πρόστιμον; Οὐ κατεδίκασας τὸν πρεσβύτην τῇ ἀφωνίᾳ; Οὐχὶ σὺ ἀπεφήνω, ἐγὼ δὲ ἐκύρωσα; Οὐ τῷ εὐαγγελισμῷ σου, τὸ ἔργον ἐπηκολούθησεν; Οὐ συνέλαβεν ἡ στεῖρα; Οὐκ ὑπήκουσεν ἡ μήτρα; Οὐκ ἀνεχώρησεν τῆς ἀκαρπίας ἡ νόσος; Οὐκ ἔφυγεν ἡ ἀργία τῆς φύσεως; Οὐ νῦν ἐστιν σταχυοφοροῦσα, ἡ πρότερον οὐ κυοφοροῦσα; Μὴ ἀδύνατον παρ' ἐμοὶ τῷ κτίσαντι, πᾶν ῥῆμα; Πῶς οὖν ἀμφιβολίᾳ περιεβλήθης; Τί οὖν πάλιν ὁ ἄγγελος; Δέσποτα, τὸ, θεραπεῦσαι τὰ τῆς φύσεως σφάλματα· τὸ, διαλῦσαι τῶν παθῶν τὸν χειμῶνα· τὸ, νεκρωθέντα μέλη πρὸς ζωτικὴν ἀναλέσασθαι δύναμιν· τὸ, ἐπιτάξαι τῇ φύσει παιδοποιίας C ἐνέργειαν, τὸ, λῦσαι στείρωσιν, ἐν ὑπερορίοις τοῖς μέλεσιν· τὸ, γεγηρακυῖαν καλάμην μετασχηματίσαι πρὸς χλοηφόρον σχῆμα· τὸ, τὴν ἄγονον ἄρουραν δραγμάτων ἐξαίφνης ἀναδεῖξαι μητέρα· ἔργον ἐστὶν τῆς σῆς δυνάμεως, ἐκ συνηθείας τελούμενον. Καὶ μάρτυς ἡ Σάρρα, καὶ μετὰ ταύτης ἡ [*al.* μετὰ ταύτην] Ῥεβέκκα· καὶ πάλιν Ἄννα, τῷ χαλεπῷ τῆς στειρώσεως δουλεύσασαι πάθει, εἶτα παρὰ σοῦ τὴν ἐλευθερίαν δεξάμεναι. Τὸ δὲ, παρθένον τεκεῖν, μὴ συντυχοῦσαν ἀνδρὶ, ἀνότερόν ἐστιν πάντων τῶν νόμων τῆς φύσεως· ἀλλὰ καὶ τὴν σὴν ἐπαγγέλλῃ τῇ παιδὶ παρουσίαν; Οὐρανοῦ καὶ γῆς οὐ χωρεῖ σε τὰ πέρατα, καὶ πῶς σε μήτρα χωρήσει παρθενική; Καὶ ὁ Δεσπότης φησίν· Πῶς με ἐχώρησεν ἡ σκηνὴ τοῦ Ἀβραάμ; Καὶ ὁ ἄγγελός φησιν· Ἐπειδὴ εἶχεν τῆς D φιλοξενίας τὸ πέλαγος, Δέσποτα, ἐκεῖ ὤφθης τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ παροδίῳ σκηνῇ, καὶ παρέδραμες ὡς ἅπαντα πληρῶν. Πῶς δὲ ἐνεγκεῖ Μαριὰμ τῆς θεότητος τὸ πῦρ; Ὁ θρόνος σου φλέγεται τῇ αἴγλῃ περιλαμπόμενος, καὶ δύναταί σε φέρειν ἡ εὐκατάφλεκτος παρθένος; Καὶ ὁ Δεσπότης φησίν· Ναὶ, εἰ ἔβλαψεν τὸ πῦρ ἐν ἐρήμῳ τὴν βάτον, βλάψει πάντως καὶ Μαρίαν ἡ ἐμὴ παρουσία. Εἰ δὲ ἐκεῖνο τὸ πῦρ τὸ σκιογραφῆσαν τὴν τοῦ θεϊκοῦ πυρὸς ἐξ οὐρανοῦ παρουσίαν, ἥρδευσεν τὴν βάτον, καὶ οὐκ ἔφλεξεν· τί ἂν εἴποις, περὶ τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐν φλογὶ πυρὸς, ἀλλ' ἐν σχήματι ὑετοῦ καταβαινούσης; Τότε

[43] Luc. I. [44] Gen. XVIII, 25. [45] Gen. XVIII. [46] Exod. III. [47] Psal. LXXI, 6.

Digitized by Google

λοιπὸν ὁ ἄγγελος ἐξεπλήρου τὸ προσταχθὲν, καὶ πρὸς τὴν Παρθένον εἰσελθὼν, ἐδόησεν πρὸς αὐτὴν, λέγων· *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.* Οὐκέτι ὁ διάβολος κατὰ σοῦ· ὅπου γὰρ τὸ πρότερον ἔτρωσεν ὁ πολέμιος, ἐκεῖ πρῶτον νῦν ὁ ἰατρὸς τῆς σωτηρίας τὴν ἔμπλαστρον ἐπιτίθησιν. Ὅθεν ἐξῆλθεν ὁ θάνατος, ἐκεῖθεν ἡ ζωὴ τὴν εἴσοδον ἐτεκτήνατο. Διὰ γυναικὸς ἐῤῥύει τὰ φαῦλα, καὶ διὰ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. *Χαῖρε, κεχαριτωμένη.* Μὴ, ὡς αἰτία καταδίκης, αἰσχύνου. Μήτηρ γὰρ τοῦ καταδικάσαντος καὶ λυτρώσαντος γίνῃ. Χαῖρε, τοῦ χηρεύοντος κόσμου, νυμφοτόκε ἀμίαντε. Χαῖρε, ἡ ἐν μήτρᾳ τὸν τῆς μητρὸς βυθίσασα θάνατον. Χαῖρε, ὁ ἔμψυχος ναὸς τοῦ Θεοῦ. Χαῖρε, οὐρανοῦ καὶ γῆς ἰσόῤῥοπον οἴκημα. Χαῖρε, τῆς ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέστη δι' αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ ὁ ἀχείμαστος λιμήν. Τοῖς ἀδιάλλακτα μισουμένοις δούλοις, ὁ Δεσπότης ἐτέχθη, καὶ τῆς εἰρήνης ὁ σύνδεσμος, ὁ λυτρωτὴς τοῖς αἰχμαλώτοις δούλοις ἐπεδήμησεν, τοῖς πολεμουμένοις ἡ εἰρήνη. *Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν·* ἧς γένοιτο πάντας ἀπολαύειν ἡμᾶς, χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς πάντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A *gratia plena, Dominus tecum* [68]. Non amplius diabolus erit contra te; nam ubi antea hostis ille vulnus inflixit, illic primum nunc medicus salutis medicamentum adhibet. Unde mors prodiit, inde vita sibi ingressum paravit. Per mulierem mala fluxerunt, et per mulierem bona emanant. *Ave, gratia plena.* Ne, quod mulier damnationis causa exstiterit, erubescas : Judicis enim et Redemptoris tu mater eris. Ave, immaculata, viduati orbis sponsa simul et mater. Ave, quæ in tuo utero matris Evæ mortem demersisti. Ave, animatum Dei templum. Ave, cœli et terræ æquivalens dignumque domicilium. Ave, naturæ illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque hæc ita se habeant, adest per eam ægrotantibus medicus; in tenebris sedentibus, sol justitiæ; cunctis vero tempestate jactatis, anchora portusque tutissimus. Inimicis et Deo invisis servis Dominus natus est, pacisque vinculum factus, captivis liberatio, et bello exagitatis pacificatio. *Ipse enim est pax nostra* [69] : qua quidem pace, utinam concedatur nobis omnibus frui, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cui gloria, decus et imperium, nunc et semper, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

B

HOMILIA IV.

In sancta Theophania, sive de Christi baptismo.

Τοῦ αὐτοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου τῆς Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ λόγος εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια [ἄλ. *εἰς τὰ ἅγια φῶτα*].

C *Ejusdem sancti Patris nostri Gregorii episcopi Neocæsareæ Thaumaturgi sermo, in sancta Theophania* [al. *in S. lumina*], *id est, de Dei apparitione, sive de Christi baptismo.*

Ἄνδρες φιλόχριστοι, καὶ φιλόξενοι, καὶ φιλάδελφοι, ξενοδοχήσατε τὴν ἐμὴν γλῶσσαν, καὶ τήμερον [ἄλ. σήμερον], καὶ τὰς ἀκοὰς ὑμῶν ὡς πύλας ἀνατετάσαντες, ταύταις τὸν ἐμὸν λόγον ἐνοικίσατε, καὶ δέξασθε παρ' ἐμοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, ὅπερ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ τῆς καταδύσεως τοῦ Χριστοῦ γέγονεν· ἵνα τὸν τοσοῦτον ἡμῖν συγκαταβάντα Δεσπότην πλέον ποθήσητε. Εἰ γὰρ καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος Ἐπιφανείας ἡ πανήγυρις παρελήλυθεν, ἀλλ' ἡ χάρις αὐτῆς μένει διὰ παντός. Κατατρυφήσωμεν οὖν ταύτης, ἀπλήστοις ψυχαῖς· καλὴ γὰρ ἐπὶ τῶν σωτηρίων πραγμάτων ἡ ἀπληστία, καλή. Καὶ δεῦτε, πάντες ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἰς τὴν Ἰουδαίαν, συνεξορμίσωμεν τῷ Χριστῷ· μακάριος γὰρ ὁ συνοδεύων τῇ ὁδῷ τῆς ζωῆς. Δεῦτε, τοῖς τῆς διανοίας ποσὶ, καταλάβωμεν τὸν Ἰορδάνην, καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην βαπτίζοντα ἴδωμεν, τὸν βαπτίσματος μὴ δεόμενον, ἵνα τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν τὴν χάριν δωρήσηται. Δεῦτε, θεασώμεθα τῆς ἡμετέρας ἀναγεννήσεως τὴν εἰκόνα σκιαγραφουμένην ἐν ἐκείνοις τοῖς ὕδασι. *Τότε*

D Viri Christo dilecti et hospitalitatis atque fraternitatis amatores, auditus vestri hospitio etiamnum hodie linguam meam excipite, auribusque vestris portarum instar apertis, meum intra eas sermonem admittite; et salutarem a me prædicationem accipite, demersionis Christi, quæ in Jordane fluvio facta est : ut Dominum qui usque adeo nobis indulget, adametis vehementius. Nam etsi Epiphaniæ sive apparitionis Salvatoris nostri celebritas præterierit, gratia tamen ipsius semper manet. Quare insatiabilibus animis perfruamur, ac delectemur ea; nam bona in rebus salutaribus est insatiabilitas, bona inquam. Venite igitur cuncti ex Galilæa in Judæam, et una cum Christo exeamus. Beatus enim, qui simul cum via vitæ iter facit. Venite, pedibus mentis Jordanem petamus; et a Joanne Baptista eum baptizari conspiciamus, qui baptismo non indiget, ut baptismi nobis gratiam donet. Venite, contemplemur regenerationis nostræ imaginem, quæ in aquis illis adumbratur. *Tunc venit Jesus a Gali-*

[68] Luc. I, 28. [69] Ephes. II, 14.

Digitized by Google

læa in Jordanem ad Joannem, ut ab eo baptizaretur [50]. O! quanta Domini humilitas atque modestia animi! O! quanta indulgentia! Rex cœlestis ad Joannem præcursorem suum accurrit, non angelorum movens castra [*al.* exercitus], neque præcursores sibi præmittens, incorporeas potestates; verum tanquam simplicis ac tenuis conditionis, in militari adventus forma [*al.* sed ita demisse, in militari accedens forma], ad suum ipsius venit militem; et quasi unus e vulgo ad eum accedit, seque ipsum inter captivos refert Redemptor, et inter reos se ponit Judex, seque ovibus perditis conjungit Pastor bonus [51], qui propter ovem errantem e cœlis descenderat, et cœlos non reliquerat: admistumque erat zizaniis cœleste illud granum, quod absque humano semine processerat. Cernens ergo ipsum Joannes Baptista et agnoscens, quem materno ex utero noverat et adoraverat, manifesteque hunc illum ipsum esse, cujus causa in utero matris supra ætatem exsultaverat [52]: naturæ terminos reprimens, dexteram intra diploidem contraxit, et inclinato suo capite, ut amantissimus Domini servus, talibus ad eum vocibus elocutus est [*al.* usus est]: *Ego opus habeo ut a te baptizer, et tu venis ad me* [53]? Quid agis, o Domine? Cur rerum immutas ordinem? Quorsum cum servis, ea, quæ servorum sunt, a servo tuo quæris? Cur ea cupis accipere, quibus non indiges? Cur tam magna indulgentia atque humilitate me famulum tuum gravas? *Ego debeo a te baptizari;* at tu, ut a me baptizeris, non indiges. Quod minus est, a majore ac potiore benedicitur; non autem quod potius, a minore benedicitur et sanctificatur. Lucerna a sole undique illustratur, non sol a lucerna illuminatur. Argilla a figulo præparatur, non figulus ab argilla formatur. Res creata a Creatore renovatur, non Creator a re creata dirigitur. Ægrotus a medico curatur, non medicus ab infirmo visitatur [*al.* edocetur]. Egenus a divite, non dives a paupere mutuatur. *Ego a te baptizari opus habeo, et tu venis ad me?* An enim ignoro quis sis? et ex quo eluxeris, et unde veneris? An quia similis mihi factus es [*al.* an quia propter me natus es, similis mihi], magnificentiam divinitatis tuæ negem? An quia usque adeo indulsisti mihi, ut corpore prope accederes, ac me totum in te ipso ferres, ut totum salvares hominem; ego propter corpus tuum quod cernitur, quod mente intelligitur divinitatis despiciam? An quia ob meam salutem, meas indutus es primitias, ignorem te indui lumine sicut vestimento [54]? An quoniam carnem mihi cognatam gestas [*al.* carnem meam gestas], et hominibus conspicuus es, ut ipsi te videre possint, me splendor coruscantis divinitatis tuæ lateat? An quoniam meam in te cerno formam, ego divinam tuam essentiam invisibilem atque incomprehensibilem falsa ratiocinatione negare audeam? Novi te, Domine; novi te plane; novi te, a te edoctus: nemo enim te nosse potest, nisi gratiæ

A *παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὢ πόση ἡ τοῦ Δεσπότου ταπεινοφροσύνη! Ὢ πόση ἡ συγκατάβασις! Ὁ Βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν, πρὸς Ἰωάννην τὸν ἑαυτοῦ πρόδρομον ἔτρεχεν, οὐ κινήσας τὰ τῶν ἀγγέλων στρατόπεδα [ἀλ. στρατεύματα], οὐδὲ προδρόμους προαποστείλας τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις· ἀλλὰ λιτὸς [ἀλ. λιτῶς] οὕτως ἐν τῇ στρατιωτικῇ παραγενόμενος μορφῇ, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ παραγίνεται στρατιώτην. Καὶ ὡς εἷς τῶν πολλῶν αὐτῷ προσερχόμενος, καὶ συναριθμῶν ἑαυτὸν*

B *τοῖς αἰχμαλώτοις ὁ Λυτρωτής, καὶ συντάττων ἑαυτὸν τοῖς ὑπευθύνοις ὁ Δικαστής, καὶ συναγελαζόμενος τοῖς ἀπολωλόσι προβάτοις ὁ Ποιμὴν ὁ καλός· ὁ διὰ τὸ πλανώμενον πρόβατον οὐρανόθεν κατελθών, καὶ τοὺς οὐρανοὺς μὴ καταλιπὼν καὶ συναναμιγνύμενος τοῖς ζιζανίοις, ὁ οὐράνιος ἐκεῖνος κόκκος ὁ ἄσπορος. Ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, καὶ γνωρίσας, ὃν ἐκ γαστρὸς τῆς μητρὸς ἐγνώρισέ τε καὶ προσεκύνησε, καὶ σαφῶς ἐπιγνοὺς τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι, δι' ὃν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς μητρὸς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐσκίρτησε, βιαζόμενος τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, συνέστειλεν ἔσω τῆς διπλοΐδος τὴν δεξιὰν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ὑποκλίνας, ὡς φιλοδέσποτος δοῦλος, τοιαύταις πρὸς αὐτὸν ἐφθέγξατο φωναῖς [ἀλ. ἐχρήσατο φωναῖς]· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ; Τί ποιεῖς, Δέσποτα;*

C *Τί τῶν πραγμάτων ἐναλλάττεις τὴν τάξιν; Τί μετὰ τῶν δούλων τὰ τῶν δούλων παρὰ τοῦ σοῦ δούλου ζητεῖς; Τί θέλεις ἃ μὴ χρῄζεις λαβεῖν; Τί τῇ πολλῇ συγκαταβάσει βαρύνεις [ἀλ. βαρεῖς] μὲ τὸν οἰκέτην τὸν σόν; Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, σὺ δὲ οὐκ ἔχεις χρείαν ὑπ' ἐμοῦ βαπτισθῆναι· τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, οὐ τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος εὐλογεῖται, καὶ ἁγιάζεται. Ὁ λύχνος ὑπὸ τοῦ ἡλίου περιλάμπεται, οὐχ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῆς θρυαλλίδος καταυγάζεται. Ὁ πηλὸς ὑπὸ τοῦ κεραμέως καταρτίζεται, οὐχ ὁ κεραμεὺς ὑπὸ τοῦ πηλοῦ διαπλάττεται. Τὸ κτίσμα ὑπὸ τοῦ κτίστου ἀνακαινίζεται, οὐχ ὁ κτίσας ὑπὸ τοῦ κτίσματος διορθοῦται. Ὁ ἄῤῥωστος ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ θεραπεύεται, οὐχ ὁ ἰατρὸς ὑπὸ τοῦ ἀῤῥώστου περιοδεύεται [ἀλ. ἐκδιδάσκεται]. Ὁ προσδεὴς παρὰ τοῦ πλουσίου δανείζεται, οὐχ ὁ πλούσιος παρὰ τοῦ πένητος ἐρανίζεται.*

D *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ; Μὴ γὰρ ἀγνοῶ τίς εἶ; Καὶ ἐκ τίνος ἐξέλαμψας, καὶ πόθεν ἐλήλυθας; Μὴ γὰρ ἐπειδὴ γέγονας κατ' ἐμὲ [ἀλ. δι' ἐμὲ γέγονας κατ' ἐμὲ], τὸ μεγαλεῖον ἀρνοῦμαι τῆς σῆς θεότητος; Μὴ γὰρ ἐπειδὴ τοσοῦτόν μοι συγκατέβης, ὅσον ἐγγὺς γενέσθαι τῷ σώματι καὶ ὅλον ἐμὲ φέρεις ἐν ἑαυτῷ, ἵνα σώσῃς ὅλον τὸν ἄνθρωπον· ἐγὼ διὰ τὸ ὁρώμενόν σου σῶμα, τὸ νοούμενον τῆς θεότητος παρορῶ; Μὴ γὰρ ἐπειδὴ διὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν περιβέβλησαι τὴν ἐμὴν ἀπαρχὴν, οὐκ ἐπίσταμαί σε, τὸν περιβαλλόμενον τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον; Μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὴν ἐμοὶ συγγενῆ σάρκα φορεῖς [ἀλ. τὴν ἐμὴν σάρκα φορεῖς], καὶ φαίνῃ τοῖς*

[50] Matth. III, 3. [51] Joan. X; Luc. XV. [52] Luc. I, 41 [53] Matth. III, 14. [54] Psal. CIII, 2.

Digitized by Google

ἀνθρώποις ὡς αὐτοί σε βλέπειν ἰσχύουσι, λανθάνει με ἡ αἴγλη τῆς ἀστραπτούσης σου θεότητος; Μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὴν ἐμὴν ἐν σοὶ βλέπω μορφὴν, παραλογίζομαί σου τὴν θείαν οὐσίαν, τὴν ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον; Οἶδά σε, Δέσποτα, οἶδά σε σαφῶς· οἶδά σε, παρὰ σοῦ διδαχθείς· οὐδεὶς γὰρ ἐπιγνῶναί σε δύναται, μὴ τῆς σῆς ἀπολαύων ἐλλάμψεως. Οἶδά σε, Δέσποτα, σαφῶς· εἶδον γάρ σε πνευματικῶς, πρὶν ἴδω τοῦτο τὸ φῶς. Ὅτε σὺ μὲν ὢν ὅλος [*ἀλ.* ὅτι σὺ μὲν ὅλος ὢν] ἐν τοῖς ἀσωμάτοις κόλποις τοῦ οὐρανίου Πατρὸς, ὅλος ἦς ἐν τοῖς λαγόσι τῆς σῆς δούλης τε καὶ μητρός· ἐγὼ δὲ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ ὡς ἐν εἱρκτῇ τῇ φύσει κατεχόμενος, καὶ δεδεμένος τοῖς τῶν ἐμβρύων ἀλύτοις δεσμοῖς, ἐσκίρτων, ἐπανηγύριζον τὴν σὴν γένεσιν προεορτάζων. Ὁ τοίνυν πρὸ τοῦ τόκου τὴν σὴν ἐπιδημίαν προκηρύττων, μετὰ τὸν τόκον τὴν σὴν παρουσίαν ἀγνοήσω; Ὁ ἐν νηδύϊ τῆς σῆς παρουσίας διδάσκαλος, νηπιάσω νῦν, πρὸς τὴν τελείαν ἐπίγνωσιν; Ἀλλ' οὐ δύναμαι μὴ σέβειν σε, τὸν προσκυνούμενον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, οὐ δύναμαι μὴ κηρύττειν, ὃν οὐρανὸς διὰ τοῦ ἀστέρος ὑπέδειξε, καὶ γῆ διὰ τῶν μάγων ἐδεξιώσατο, καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ χοροὶ, χαίροντες διὰ τὴν σὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν, ἀνευφήμουν καὶ ποιμένες ἀγραυλοῦντες, τὸν ἀρχιποίμενα τῶν λογικῶν προβάτων ἀνύμνησαν. Οὐ δύναμαι, σοῦ παρόντος, σιγᾷν· *φωνὴ* γάρ *εἰμι· φωνὴ* γάρ, φησὶ, *βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ;* Ἐγὼ γεννηθεὶς, τῆς γεννησάσης [*ἀλ.* γεννησαμένης] με μητρὸς τὴν στείρωσιν ἔλυσα· καὶ βρέφος ὢν ἔτι, γέγονα τῆς ἀφωνίας τοῦ πατρός μου ἰατρὸς, παρὰ σοῦ λαβὼν ἐκ παιδὸς τὴν χάριν τοῦ θαύματος. Σὺ δὲ τεχθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας, ὡς ἠθέλησας, καὶ ὡς σὺ μόνος ἐπίστασαι, οὐκ ἔλυσας τὴν παρθενίαν αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐφρούρησας, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῇ τὴν προσηγορίαν δεδώρησαι· καὶ οὔτε ἡ παρθενία τὸν σὸν τόκον ἐκώλυσεν, οὔτε ὁ τόκος τὴν παρθενίαν ἐλυμήνατο· ἀλλὰ συνέδραμον ἐναντιώτατα πράγματα, τόκος καὶ παρθενία πρὸς μίαν ὁμόνοιαν· ἐπειδὴ τοῦτο [*ἀλ.* οὕτω] πάρεστί σοι τῷ πλαστῇ τῆς φύσεως. Ἐγὼ ἄνθρωπος μόνον εἰμὶ θείας χάριτος μέτοχος· σὺ δὲ Θεὸς εἶ, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, ἐπειδὴ φιλάνθρωπος πέφυκας. *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός μέ;* Σὺ ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς Θεὸν ὢν, καὶ Θεὸς ὢν· σὺ τὸ τῆς πατρῴας δόξης ἀπαύγασμα· σὺ ὁ τέλειος χαρακτὴρ τοῦ τελείου Πατρός [*ἀλ.* τελείου φωτὸς, δηλαδὴ τοῦ Πατρός]· σὺ *τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον*· σὺ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ὢν, καὶ ἐλθὼν ὅπου ἦς· σὺ ὁ γενόμενος σὰρξ, ἀλλ' οὐκ εἰς σάρκα τραπείς· σὺ ὁ σκηνώσας ἐν ἡμῖν, καὶ τοῖς σοῖς δούλοις φανεὶς ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· σὺ ὁ τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν γεφυρώσας [*γρ.* γεφυράσας] τῷ ἁγίῳ σου ὀνόματι, σὺ ἔρχῃ πρός μέ; Ὁ τοσοῦτος, πρὸς τὸν τοιοῦτον; Ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν πρόδρομον; Ὁ Δεσπότης πρὸς τὸν δοῦλον; Ἀλλ'

A tuæ lumine illustratus. Novi te, Domine, aperte; vidi enim te in spiritu, antequam hanc lucem inspicerem. Quia tu, cum totus in incorporeo cœlestis Patris sinu esses, totus quoque in utero ancillæ tuæ ac matris eras; ego vero, in ventre Elisabeth, velut in carcere, natura detentus, atque indissolubilibus infantium vinculis constrictus, exsultabam, et tuam antea nativitatem collaudabam ac celebrabam. Qui igitur ante partum tuum adventum prædicabam, post partum adventum tuum ignorabo? Qui in utero adventus tui doctor fui, nunc perfecta habita cognitione infans ero? Cæterum non possum non te colere ac venerari, qui ab omni adoraris creatura. Non possum non prædicare eum, quem cœlum ducatu stellæ præmonstravit, et terra per

B magos benigne excepit; angelorumque chori, ob tuam in nos indulgentiam, gaudentes decantarunt, et pastores in agro pernoctantes [55], principem pastorum rationalium ovium celebrarunt. Non possum, te præsente, tacere; nam *vox ego sum*; et quidem *vox clamantis in deserto : Parate viam Domini* [56]. *Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me?* Ego natus, matris quæ me peperit, sterilitatem solvi; et infans cum adhuc essem, taciturnitati patris mei medicinam adhibui, a te puer miraculi gratiam accipiens. Tu vero, ex Maria natus Virgine, ut voluisti, et sicut tu solus nosti, non solvisti virginitatem ejus; sed et hanc custodisti, et ipsam matris appellatione donasti; et neque tuum partum impedivit

C virginitas, neque virginitatem læsit partus; sed concurrerunt res repugnantissimæ, partus atque virginitas, in unum fœdus : quoniam hoc tibi naturæ conditori promptum est [*al.* sic tibi naturæ auctori visum est] ac facile. Ego homo duntaxat sum divinæ particeps gratiæ; at tu Deus idem es, et homo : quoniam benignus et humani generis amantissimus es. *Ego opus habeo ut a te baptizer, et tu venis ad me?* Tu, qui in principio eras, et apud Deum eras, et Deus ipse eras [57]; tu qui Paternæ es gloriæ splendor; tu qui perfecta es imago perfecti Patris [*al.* perfecti luminis, videlicet Patris]; tu qui *lux es vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [58]; tu qui cum in mundo esses, venisti ubi

D eras; tu qui factus es caro, sed non conversus in carnem; tu qui habitasti in nobis, et servis tuis in forma servi conspicuus fuisti; tu qui terram et cœlum tuo sancto nomine quodam quasi ponte junxisti; tu venis ad me? Tu, qui tantus es, ad talem? Rex, ad præcursorem? Dominus, ad servum? Sed quamvis tu in humilibus humanitatis modis nasci non erubueris; ego tamen naturæ terminos præterire non possum. Novi quantum inter terram et Creatorem sit discrimen [*al.* spatium]. Novi quanta inter limum terræ et factorem sit differentia. Novi quantum sol tuus justitiæ præcellat mihi, qui lucerna tuæ sum gratiæ. Et licet pura corporis amictus sis nube, ego tamen tuam

[55] Luc. II, 8. [56] Matth. III, 3; Marc. I, 3; Luc. III, 4; Joan. I, 23. [57] Joan. I, 1. [58] Joan. I, 9.

Digitized by Google

agnosco dominationem. Confiteor servilem meam conditionem, tuam prædico magnificentiam. Agnosco dominationis tuæ perfectionem, et meam ipse abjectionem ac vilitatem cognosco. *Non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti tui* [59]; et quo pacto immaculatum capitis tui verticem tangere audebo? Quo pacto meam super te extendam dexteram, qui cœlum sicut pellem extendisti [60], et terram super aquas statuisti [61]? Quomodo serviles meos digitos super divinum caput tuum explicabo? Quomodo immaculatum nulli jue peccato obnoxium lavabo? Quomodo ipsam lucem illuminabo? Cujusmodi super te orationem faciam, qui etiam eorum qui te ignorant preces suscipis?

A εἰ καὶ σὺ ἐν τοῖς ταπεινοῖς μέτροις τῆς ἀνθρωπότητος γενέσθαι οὐκ ἐπῃσχύνθης [*al.* ἐπαισχυνθῇς]· ἀλλ' ἐγὼ τὰ μέτρα τῆς φύσεως παρελθεῖν οὐκ ἀνέχομαι. Ἐπίσταμαι πόσον τὸ μέτρον [*al.* τὸ μέσον] γῆς καὶ Δημιουργοῦ. Ἐπίσταμαι πόσον τὸ διάφορον πηλοῦ καὶ πλάστου. Ἐπίσταμαι πόσον τὸ κρεῖττόν σου τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, κἀμοῦ τοῦ λύχνου σου τῆς χάριτος. Εἰ καὶ τὸ καθαρὸν νέφος τοῦ σώματος περιβέβλησαι, ἀλλ' ἐγὼ ἐπιγινώσκω τὴν σὴν δεσποτείαν. Ὁμολογῶ τὴν ἐμαυτοῦ δουλείαν, κηρύττω τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν. Ἐπιγινώσκω τὴν σὴν δεσποτείαν τελείαν, ἐπιγινώσκω τὴν ἐμαυτοῦ εὐτέλειαν. *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματός σου*· καὶ πῶς ἅψασθαι τολμήσω τῆς ἀχράντου

σου κορυφῆς; Πῶς ἐκτείνω τὴν δεξιὰν ἐπὶ σὲ, τὸν ἐκτείναντα [*al.* ἐκτείνοντα] τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν, καὶ τὴν γῆν ἐπὶ ὑδάτων ἐδράσαντα; Πῶς ἐφαπλώσω τοὺς οἰκετικούς μου δακτύλους τῇ θείᾳ σου κορυφῇ; Πῶς λούσω τὸν ἄσπιλον, καὶ τὸν ἀναμάρτητον; Πῶς φωτίσω τὸ φῶς; Ποίαν ποιήσομαι ἐπὶ σὲ προσευχήν, τὸν προσδεχόμενον καὶ τὰς τῶν ἀγνοούντων σε προσευχάς;

Alios dum baptizo, in tuo nomine baptizo; ut in te cum gloria venientem credant; te vero baptizans, cujus mentionem faciam? In cujus te nomine baptizabo? An in nomine Patris? At totum habes Patrem in teipso, et totus in Patre es. An in nomine Filii? At non est præter te alius natura Filius Dei. An in nomine Spiritus sancti? At semper una tecum est ut consubstantialis tibi et ejusdem voluntatis atque sententiæ, æqualis potestatis, ac paris honoris; tecumque ab omnibus adorationem suscipit. Baptiza ergo, si vis, Domine; baptiza me baptistam. Regenera quem nasci fecisti. Extende tremendam dexteram tuam, quam tibi ipsi comparasti; et tuo contactu caput meum corona, ut ante regnum tuum currens, coronatus velut præcursor, assidue peccatoribus evangelizem, clamans ad eos: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* [62]. Et tu, Jordanis flumen, choros mecum age; et simul exsulta, ac concinne apteque undas tanquam saltationes move; nam tuus tibi Creator cum corpore astat. Vidisti aliquando Israel per te transeuntem, et divisis aquis substitisti, transitum populi exspectans: nunc vero vehementius diffundaris, ac tardius fluas; et membra immaculata ejus qui etiam tunc Judæos [*al.* Hebræos] transmisit, amplectere. Montes et colles, valles et torrentes, maria et flumina, benedicite Domino, fluvium Jordanem ingredienti; nam ipse per has aquas cunctis aquis sanctificationem immittit. Respondens autem Jesus dixit ad ipsum: *Sine modo: sic enim nos decet omnem implere justitiam* [63]. *Sine modo;* tribue, o Baptista, temporidispensationis meæ silentium. Disce velle quæ ego. Disce ministrare mihi in his ad quæ te sollicito; et ne curiose nimis quæ volo inquiras. *Sine modo:* nondum meam prædicaveris divinitatem; nondum labiis tuis meum buccinaveris regnum: ne si cognoverit tyrannus, fugiat consilium quod contra me suscepit. Sine diabolum ad me tanquam ad unum aliquem ex cæteris hominibus accedere mecumque

B Τοὺς ἄλλους βαπτίζων, εἰς τὸ σὸν ὄνομα βαπτίζω, ἵνα πιστεύσωσιν εἰς σὲ τὸν ἐρχόμενον μετὰ δόξης· σὲ βαπτίζων, τίνος ἐπιμνησθῶ; Εἰς τίνος δὲ ὀνομά σε βαπτίσω; Εἰς τὸ τοῦ Πατρός; Ἀλλ' ὅλον τὸν Πατέρα ἔχεις ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὅλος ὑπάρχεις ἐν τῷ Πατρί. Ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ Υἱοῦ; Ἀλλ' οὐκ ἔστι παρὰ σὲ, ἄλλος φύσει Υἱὸς Θεοῦ. Ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Ἀλλὰ σύνεστί σοι διὰ παντὸς, ὡς ὁμοούσιόν σοι καὶ ὁμόβουλον, καὶ ὁμόγνωμον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ ὁμότιμον, καὶ σὺν σοὶ δέχεται τὴν παρὰ πάντων προσκύνησιν. Βάπτισον οὖν εἰ θέλῃς, Δέσποτα, βάπτισον ἐμὲ τὸν βαπτιστήν. Ἀναγέννησον ὃν γεννηθῆναι πεποίηκας. Ἔκτεινον τὴν φοβεράν σου δεξιὰν, ἥνπερ αὐτὸς ἑαυτῷ κατεσκεύασας, καὶ στεφάνωσον τῇ σῇ ἁφῇ τὴν ἐμὴν κεφαλὴν, ἵνα πρὸ τῆς σῆς βασιλείας τρέχων

C ἐστεφανωμένος ὡς πρόδρομος συνήθως εὐαγγελίσωμαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς, βοῶν πρὸς αὐτούς· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.* Ἰορδάνη ποταμὲ, συγχόρευσόν μοι, καὶ συσκίρτησον, καὶ κίνησον εὐρύθμως τὰ ῥεύματα, καθάπερ σκιρτήματα· ὁ γὰρ σὸς Δημιουργὸς ἐπέστη σοι μετὰ σώματος. Εἶδες ποτὲ τὸν Ἰσραὴλ διὰ σοῦ παρερχόμενον, καὶ μερίσας τὰ ὕδατα, ἔστης τοῦ λαοῦ περιμένων τὴν πάροδον· νῦν δὲ διαχύθητι σφοδρότερον, καὶ ῥεῦσον σχολαιότερον, καὶ περιπλάκηθι τοῖς ἀχράντοις μέλεσι τοῦ καὶ τότε τοὺς Ἰουδαίους [*al.* Ἑβραίους] διαπορθμεύσαντος. Ὄρη καὶ βουνοὶ, νάπαι καὶ χείμαρροι, θάλασσαι καὶ ποταμοὶ, εὐλογεῖτε

D τὸν Κύριον τὸν ἐπιβάντα τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ· αὐτὸς γὰρ διὰ τούτων τῶν ὑδάτων ἐπιπέμπει τὸν ἁγιασμὸν πᾶσι τοῖς ὕδασιν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· *Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἄφες ἄρτι·* χάρισαι, Βαπτιστὰ, τῷ καιρῷ τῆς ἐμῆς οἰκονομίας τὴν σιωπήν. Μάθε θέλειν ἅπερ ἐγώ. Μάθε διακονεῖν μοι πρὸς ἅπερ ἐπείγομαι, καὶ μὴ πολυπραγμόνει ἅπερ βούλομαι. *Ἄφες ἄρτι·* μήπω τὴν ἐμὴν κηρύξῃς θεότητα, μήπω σαλπίσῃς τοῖς χείλεσι τὴν ἐμὴν βασιλείαν· ἵνα μὴ μαθὼν ὁ τύραννος, φύγῃ τὴν πρὸς

[59] Luc. III, 16; Joan. I, 27. [60] Psal. CIII, 2. [61] Psal. CXXXV, 6 [62] Joan. I, 29. [63] Matth. III. 15.

Digitized by Google

ἐμὲ συμβουλήν. Ἔασον τὸν διάβολον ὡς τῷ τυχόντι μοι προσελθεῖν, καὶ συμβαλεῖν, καὶ λαβεῖν καιρίαν τὴν πληγήν. Ἔασόν με πληρῶσαι τὸν σκοπὸν, δι' ὃν παρεγενόμην ἐπὶ τῆς γῆς. Μυστήριόν ἐστι τὸ σήμερον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τελούμενον. Τὰ μυστήριά μου, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. Μυστήριόν ἐστιν, οὐκ ἐμὴν χρείαν ἀποπληροῦν, ἀλλὰ θεραπείαν τοῖς τετραυματισμένοις ἐπινοοῦν. Μυστήριόν ἐστιν, ἐν τούτοις τοῖς ὕδασι προζωγραφοῦν [*Al.* οὐκ ἐμῆς χρείαν, ὕδασι προζωγραφοῦν], τῆς τῶν ἀνθρώπων παλιγγενεσίας τὰ οὐράνια νάματα. Ἄφες ἄρτι· ὅταν ἴδῃς με θεοπρεπῶς ἐν τοῖς ἐμοῖς ποιήμασι τὸ δοκοῦν ἐργαζόμενον, τότε τοῖς γενομένοις [*Al.* τοῖς γινομένοις] τοὺς ὕμνους προσάρμοσον. Ὅταν ἴδῃς με λεπροὺς καθαρίζοντα, τότε μὲ Δημιουργὸν τῆς φύσεως ἀναγόρευσον. Ὅταν ἴδῃς με χωλοὺς δρομαίους ἀποτελοῦντα, τότε μετ' εὐκινουμένων ποδῶν καὶ σὺ πρὸς τὴν ἐμὴν εὐφημίαν, τὴν σὴν γλῶτταν διάρθρωσον. Ὅταν ἴδῃς μὲ δαίμονας ἐξορίζοντα, τότε τὴν ἐμὴν βασιλείαν προσκύνησον. Ὅταν ἴδῃς με νεκροὺς ἐκ τῶν τάφων λόγῳ ἐγείροντα, τότε μετὰ τῶν ἀνισταμένων δοξολόγησον, ὡς ζωῆς χορηγόν. Ὅταν ἴδῃς με ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθήμενον, τότε θεολόγησον, ὡς σύνθρονον, καὶ συναΐδιον, καὶ ὁμότιμον τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἄφες ἄρτι· *οὕτως γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.* Νομοθέτης εἰμὶ, καὶ νομοθέτου Υἱός· καὶ δεῖ με πρῶτον διὰ πάντων τῶν καθισταμένων [*Al.* καθειμένων] ἐλθεῖν, καὶ τότε πανταχοῦ προθεῖναι τῆς ἐμῆς δωρεᾶς τὰ διδάγματα. Δεῖ με πληρῶσαι τὸν νόμον, καὶ τότε δοῦναι τὴν χάριν. Δεῖ με τὴν σκιὰν προσαγαγεῖν, καὶ τότε τὴν ἀλήθειαν. Δεῖ με καταπαῦσαι τὴν παλαιὰν διαθήκην, καὶ τότε τὴν νέαν ὑπαγορεῦσαι, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις ἐγγράψαι, καὶ ὑπογράψαι τῷ ἐμῷ αἵματι [*Al.* ὀνόματι], καὶ Πνεύματι τῷ ἐμῷ σφραγίσαι. Δεῖ με ἐν σταυρῷ ἀνελθεῖν, καὶ ἥλοις περιπαρῆναι, καὶ παθεῖν κατὰ τὸ δυνάμενον παθεῖν, καὶ πάθει τὰ πάθη ἰάσασθαι [*Al.* καὶ πάθος πάθει ἰάσασθαι]· καὶ διὰ ξύλου θεραπεῦσαι τὴν διὰ ξύλου γενομένην τοῖς ἀνθρώποις πληγήν. Δεῖ με κατελθεῖν, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα, διὰ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους νεκρούς. Δεῖ με τῇ τριημέρῳ τελευτῇ τῆς ἐμῆς σαρκὸς καθελεῖν τοῦ πολυχρονίου θανάτου τὸ κράτος. Δεῖ με τοῦ σώματός μου τὸ λύχνον ἀνάψαι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. Δεῖ με ἀνελθεῖν τῇ σαρκὶ, ὅπου εἰμὶ τῇ θεότητι. Δεῖ με προσαγαγεῖν τῷ Πατρὶ, τὸν Ἀδὰμ ἐν ἐμοὶ βασιλεύοντα. Δεῖ με ταῦτα διαπράξασθαι· διὰ γὰρ ταῦτα τοῖς ἐμοῖς ἐπέστην ποιήμασι. Δεῖ με βαπτισθῆναι τοῦτο τὸ βάπτισμα νῦν, καὶ ὕστερον τῆς ὁμοουσίου Τριάδος τὸ βάπτισμα πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις χαρίσασθαι. Δάνεισόν μοι, Βαπτιστὰ, πρὸς τὴν παροῦσαν οἰκονομίαν, τὴν σὴν δεξιὰν, ὡς ἐδάνεισέ μοι πρὸς τὴν γέννησιν τὴν νηδὺν ἡ Μαρία. Κατάδυσόν με τοῖς Ἰορδάνου ῥείθροις, καθάπερ ἡ γεννήσασα τοῖς παιδικοῖς

congredi, ut opportunum vulnus accipiat. Sine me adimplere propositum atque consilium, ob quod in terram adveni. Mysterium atque secretum est, quod hodie in Jordane perficitur. Secreta mea mihi et meis [66]. Secretum est quod non meam explet necessitatem; sed quod vulneratis curationem adhibet. Mysterium atque arcanum est, quod in hisce aquis humanæ regenerationis [*al.* quod non ob meam aliquam necessitatem in aquis, etc.] cœlestia fluenta ante describit. *Sine modo:* quando me videris, ut Deum decet, in meis creaturis quod mihi videtur operantem: tunc ea quæ facta sunt laudibus celebra [*al.* tunc iis quæ fiunt laudes accommoda]. Quando me leprosos mundantem conspexeris, tunc me naturæ opificem prædica. Quando me claudos aspexeris efficientem veloces, tunc et tu citatis pedibus mentis, ad meam laudem tuam linguam componas. Quando me videris ejicientem dæmones, tunc meum regnum adora. Quando me videris mortuos e sepulcris solo verbo resuscitantem, tunc etiam me, cum resuscitatis, ut vitæ auctorem atque datorem glorifica. Quando me ad dexteram Patris sedentem intuitus fueris, tunc me Deum confitere ac prædica, tanquam ejusdem throni, ac coæternum, parisque honoris cum Patre et Spiritu sancto. *Sine modo: sic quippe nos decet omnem implere justitiam.* Legislator ego sum, et Legislatoris Filius; ac primum oportet me per omnia quæ sunt constituta venire; et tunc ubicunque doni mei proponere documenta. Oportet me implere legem, et tunc dare gratiam. Oportet me umbram adducere, et tunc veritatem. Oportet me veteri finem afferre testamento, et tunc novum prædicare, ac cordibus hominum inscribere, meoque sanguine [*al.* nomine] subscribere, et meo Spiritu obsignare. Oportet me in crucem ascendere, ac clavis configi, et pati secundum eam naturam quæ pati potest, ac passione mea passionibus aliorum mederi [*al.* ac passionem passione sanare], lignoque vulnus quod per lignum hominibus inflictum est, curare. Oportet me descendere etiam in ipsum inferni profundum, propter mortuos ibi detentos. Oportet me triduana morte carnis meæ, delere ac profligare diuturnæ mortis imperium. Oportet me corporis mei lucernam illis accendere, qui in tenebris et umbra mortis sedent [68]. Oportet me illuc ascendere cum carne, ubi sum per divinitatem. Oportet me Patri adducere regnantem in me Adam. Oportet me hæc peragere; nam propterea meis operibus astiti (12). Oportet me hoc nunc baptismo baptizari, ac postea consubstantialis Trinitatis baptisma cunctis hominibus conferre. Commoda mihi, Baptista, ad præsentem dispensationem, dexteram tuam; ut mihi ad generationem commodavit suum uterum Maria. Immerge me fluentis Jordanis, sicut quæ me genuit infantilibus

[66] Isa. XXIV, 16. [68] Psal. CVI, 10.

(12) Hoc est, ad homines veni, factus homo.

Digitized by Google

involvit fasciis. Confer mihi baptismum, sicut Virgo lac præbuit. Apprehende ac tange caput meum, quod colunt ac venerantur seraphim. Apprehende tua dextera caput, quod sanguine tibi junctum est. Apprehende quod natura teneri potest. Apprehende quod ideo a me et Patre paratum est. Apprehende caput meum, quod qui pie apprehendit ac tangit, nunquam naufragium faciet. Baptiza me, qui per aquam, et Spiritum, ac ignem baptizaturus sum credentes : per aquam, quæ peccatorum sordes abluere valeat; per Spiritum, qui terrenos efficere spirituales possit; per ignem, qui ad scelerum spinas comburendas est idoneus. His auditis, Baptista in scopum salutis [*al.* Salvatoris] mentem intendens, et mysterium quod acceperat percipiens, divino obsecutus est mandato ; erat quippe pius simul et morigerus : suamque ipse dexteram subtremiscentem ac partim gestientem paulatim extendens, Dominum baptizavit. Cum vero Judæi, qui cominus et eminus aderant, apud se cogitarent, et inter se dicerent : Nunquid frustra suspicabamur [*al.* existimabamus] Joannem potiorem ac meliorem Jesu? Nunquid frustra existimabamus illum hoc excellentiorem ? Nonne ipsum baptisma Baptistæ attestatur, quid sit potius? Nonne is baptizavit, ut is qui præstat; at hic baptizatus est, ut inferior? Hæc inter se murmurantibus iis, qui dispensationis mysterium ignorabant; ille qui solus Dominus est, et natura Pater Unigeniti, qui solus accurate atque perfecte novit eum, quem solus absque passione ac perturbatione genuit, ipse, inquam, erroneam Judæorum suspicionem corrigens, aperuit cœlorum portas, et Spiritum sanctum in specie columbæ demisit super caput Jesu [*al.* super Domini caput], digito ostendens novum Noe, et creatorem Noe, bonumque naufragio periclitantis naturæ gubernatorem. Et ipse cœlitus inclamat, clare dicens : *Hic est Filius meus dilectus* [66] : ille Jesus, non Joannes; qui baptizatus est, non qui baptizavit; qui ex me genitus est ante omne temporale spatium, non qui ex Zacharia; qui ex Maria natus est secundum carnem, non qui ex Elisabeth præter spem apparuit; qui non læsa virginitate, nullaque humana cultura prævia, prodiit fructus; non qui ex soluta sterilitate productus est ramus ; qui vobiscum conversatus est, non qui in deserto educatus. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [67] : Filius consubstantialis, non alterius substantiæ; consubstantialis mihi, in eo quod a vobis non cernitur ; et consubstantialis vobis, in eo quod a vobis videtur, sine peccato. Hic est, qui mecum formavit hominem. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non alius est hic meus Filius, et alius Mariæ filius; at *hic est Filius meus dilectus*, qui et oculis cernitur, et mente intelligitur. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipsum audite.* Si dixerit : *Ego et Pater unum sumus* [68], ipsum audite.

σπαργάνοις ἐνείλισσε. Δός μοι τὸ βάπτισμα, ὡς ἡ Παρθένος τὸ γάλα. Κράτησον τὴν ἐμὴν κεφαλήν, ἣν σέβει [*ἀλ.* σέβεται] τὰ σεραφίμ. Κράτησον τὴν συγγενῆ τῆς σῆς δεξιᾶς. Κράτησον τὴν πεφυκυῖαν κατέχεσθαι. Κράτησον τὴν διὰ τοῦτο κατασκευασθεῖσαν ὑπ' ἐμοῦ, καὶ τοῦ Πατρός. Κράτησον τὴν ἐμὴν κεφαλήν, ἣν ὁ κρατῶν εὐσεβῶς, οὐδέποτε ναυαγεῖ. Βάπτισόν με, τὸν μέλλοντα βαπτίζειν τοὺς πιστεύοντας δι' ὕδατος, καὶ Πνεύματος, καὶ πυρὸς [*ἀλ.* ὕδατι, καὶ Πνεύματι, καὶ πυρί] · ὕδατι δυναμένῳ ἀποπλῦναι τῶν ἁμαρτιῶν τὸν βόρβορον · Πνεύματι, δυναμένῳ τοὺς χοϊκοὺς, πνευματικοὺς ἀπεργάσασθαι · πυρὶ, πεφυκότι καταναλίσκειν τὰς τῶν ἀνομημάτων ἀκάνθας. Τούτων ἀκούσας τῶν λόγων ὁ Βαπτιστὴς, καὶ τῷ σκοπῷ τῆς σωτηρίας [*ἀλ.* τοῦ Σωτῆρος] ἐπιστήσας τὸν νοῦν, καὶ χωρήσας τὸ μυστήριον ὃ παρέλαβεν, ὑπούργησεν τῷ θείῳ προστάγματι · ἦν γὰρ εὐλαβὴς ἅμα καὶ εὐπειθής · καὶ τὴν ἑαυτοῦ δεξιὰν ἐκτείνας ὑποτρέμουσαν ἠρέμα καὶ χαίρουσαν, τὸν Δεσπότην ἐβάπτισεν. Τῶν δὲ παρόντων Ἰουδαίων τῶν ἐγγὺς καὶ τῶν πόρρωθεν διαλογιζομένων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους λεγόντων · Μὴ μάτην ὑπενοοῦμεν [*ἀλ.* ἐνομίζομεν] τὸν Ἰωάννην ἀμείνονα τοῦ Ἰησοῦ ; Μὴ μάτην ἐνομίζομεν ἐκεῖνον κρείττονα τούτου. Οὐκ αὐτὸ τὸ βάπτισμα τῷ Βαπτιστῇ τὸ κρεῖττον προσμαρτυρεῖ ; Οὐκ ὁ μὲν ἐβάπτισεν, ὡς ὑπερέχων, ὁ δὲ βεβάπτισται, ὡς ἐλάττων ; Τοιαῦτα θρυλλούντων τῶν ἀγνοούντων τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ὁ μόνος Κύριος καὶ φύσει Πατὴρ τοῦ Μονογενοῦς, ὁ μόνος εἰδὼς ἀκριβῶς ὃν μόνος ἐγέννησεν ἀπαθῶς, διορθούμενος τὴν ἐσφαλμένην τῶν Ἰουδαίων ὑπόνοιαν ἀνέῳξε τὰς πύλας τῶν οὐρανῶν, καὶ κατέπεμψε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἰησοῦ [*ἀλ.* ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου κεφαλήν], δακτυλοδεικτῶν τὸν νέον Νῶε, καὶ δημιουργὸν τοῦ Νῶε, καὶ τῆς ναυαγούσης φύσεως ἀγαθὸν κυβερνήτην. Καὶ αὐτὸς οὐρανόθεν ἐπιβοᾷ φαιδρῶς λέγων · *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* Ἐκεῖνος ὁ Ἰησοῦς, οὐχ ὁ Ἰωάννης · ὁ βαπτισθεὶς, οὐχ ὁ βαπτίσας · ὁ ἐξ ἐμοῦ γεννηθεὶς, πρὸ πάντος χρονικοῦ διαστήματος, οὐχ ὁ ἐκ Ζαχαρίου · ὁ ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς κατὰ σάρκα, οὐχ ὁ ἐκ τῆς Ἐλισάβετ φανεὶς παρ' ἐλπίδα · ὁ τῆς μὴ λυθείσης παρθενίας ἀγεώργητος καρπὸς, οὐχ ὁ ἐκ τῆς λυθείσης στειρώσεως, κλάδος · ὁ μεθ' ὑμῶν ἀναστραφεὶς, οὐχ ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ τραφείς. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Υἱὸς ὁμοούσιος, οὐχ ἑτεροούσιος · ὁμοούσιος ἐμοὶ κατὰ τὸ ἀόρατον, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν κατὰ τὸ ὁρώμενον, χωρὶς ἁμαρτίας. Οὗτός ἐστιν, ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὐκ ἄλλος ἐστὶν οὗτος ὁ ἐμὸς Υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ Μαρίας υἱός · ἀλλ' *οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς*, ὁ βλεπόμενος καὶ νοούμενος. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.* Ἐὰν εἴπῃ · *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν*, αὐτοῦ ἀκούετε. Ἐὰν εἴπῃ · *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα*, αὐτοῦ ἀκούετε. Ἐὰν εἴπῃ ·

[66] Matth. III, 17 ; XVII, 5; Marc. I, 11 ; Luc. IX, 35. [67] Ibid. [68] Joan. X, 30.

Digitized by Google

Ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστὶ τῇ οἰκονομίᾳ τὴν φωνὴν προσαρμόσατε. Ἐὰν εἴπῃ· *Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;* ἀποκρίνεσθε πρὸς αὐτόν· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* Τούτοις τοῖς ῥήμασιν οὐρανόθεν βροντοειδῶς ἐκ Πατρὸς ἐλθοῦσι, κατηυγάσθη τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἐπέγνωσαν διαφορὰν Ποιητοῦ καὶ ποιήματος, Βασιλέως καὶ στρατιώτου, Τεχνίτου καὶ τεχνήματος, καὶ τῇ πίστει βεβαιωθέντες, προσῆλθον διὰ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, τῷ ἐν Πνεύματι καὶ πυρὶ βαπτίζοντι Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ ἡμῶν Θεῷ· μεθ' οὗ, τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Si dixerit : *Qui videt me, videt et Patrem*[69], ipsum audite. Si dixerit : *Qui me misit, major me est*[70], dispensationi vocem adaptate. Si dixerit : *Quem me dicunt homines esse Filium hominis*[71] ? respondete ipsi : *Tu es Christus Filius Dei vivi*[72]. Istis verbis cœlitus tonitrui in modum prodeuntibus, illuminatum est humanum genus ; cognoveruntque differentiam Creatoris et creaturæ, Regis et militis, Opificis et sui operis ; fideque confirmati, accesserunt per baptisma Joannis ad eum qui in Spiritu et igne baptizat[73], Christum verum Deum nostrum : cum quo Patri sit gloria, una cum sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

S. GREGORII THAUMATURGI

FRAGMENTUM

In Evangelii secundum Matthæum cap. VI, vers. 22, 23.

(Galland, *Vet. Patr. Biblioth.*, t. XIV, p. II, p. 119, ex Catena in Matthæum, cod. ms. 168 cl. viri Mitarelli.)

Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται.

Εἰ δὲ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον ;

B *Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus simplex sit, totum corpus tuum lucidum erit. Sin autem oculus tuus malus sit, totum corpus tuum tenebricosum erit.*

Quod si lumen quod in te, obscuritas est, obscuritas ipsa quanta ?

Ἁπλοῦς ὀφθαλμὸς, ἡ ἀνυπόκριτός ἐστιν ἀγάπη, δι' ἧς ὅταν τὸ σῶμα φωτίζηται, τὰ αὐτὰ τοῖς ἔσωθεν νοουμένοις, καὶ διὰ τῶν ἔξωθεν μερῶν προφέρουσα· ὁ δὲ πονηρὸς ὀφθαλμός ἐστιν ἡ προσποίητος ἀγάπη, ἥτις καὶ ὑπόκρισις καλεῖται· δι' ἧς ἅπαν τὸ σῶμα σκοτίζεται τοῦ ἀνθρώπου. Ἄξια μὲν σκότους πράγματα ἐννοούμενον (13) ἔσωθεν· διὰ δὲ τῶν ἔξωθεν μερῶν, φωτὸς εἶναι δοκοῦντα προφέρον ῥήματα· λύκοι γὰρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς, προβάτων περιβεβλημένοι δοράς· οἱ τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος μόνον πλύνοντες, καὶ οὐκ εἰδότες, ὅτι ἐὰν μὴ τὸ ἔσωθεν τούτων καθαρισθῇ, οὐδὲ τὸ ἔξωθεν καθαρὸν δύναται γενέσθαι. Διόπερ τούτους σαφῶς ἐλέγχων, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὅτι· *Εἰ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος, τὸ σκότος πόσον;* Τουτέστιν· εἰ ἡ δοκοῦσά σοι ἀγάπη εἶναι φῶς, διὰ τὴν ἐν σοὶ κεκρυμμένην ὑπόκρισιν σκότους ἄξιόν ἐστιν ἔργον, τί τὰ προφανῆ σου παραπτώματα ;

C *Quod si lumen quod in te, obscuritas est, obscuritas ipsa quanta ?*

Simplex oculus est sincera charitas, per quam totum cum corpus illuminatur, haud aliter internos cogitatus profert, quam per externas corporis partes. Oculus malus est charitas simulata, quæ etiam hypocrisis audit : per quam corpus universum hominis tenebrescit. Equidem digna tenebris opera, interiorem hominem cogitamus, sed per exteriora membra, ejusmodi verba proferentem, quæ lucis esse videantur. Lupi enim sunt revera, induti ovina pelle : qui externa poculi et lancis duntaxat abluentes, non vident, quod nisi horum interna mundentur, ne externa quidem munda esse possunt. Propterea hos manifeste coarguens, ait Salvator : *Si lumen quod in te, tenebræ, tenebræ ipsæ quantæ*[74] ? Id est, si quæ tibi videtur charitas lumen esse, propter latentem in te hypocrisin opus est tenebris dignum, quid erunt tua manifesta scelera?

[69] Joan. XIV, 9. [70] Ibid. 28. [71] Matth. XVI, 13. [72] Ibid. 16. [73] Matth. III, 11 ; Luc. III, 16. [74] Matth. VI, 23.

(13) Forte ἐννοοῦμεν τόν, et mox προφέροντα.

Digitized by Google

OPERUM S. GREGORII THAUMATURGI CORONIS.

—

SERMO IN OMNES SANCTOS.

(Edidit Joannes Aloysius Mingarelli, Bononiæ, 1770, in-4.)

—

EPISTOLA PRÆVIA.

Joannes Aloysius Mingarellius Ægidio fratri optimo salutem dicit.

Si vales, bene est.

Ego quanta te omni tempore benevolentia prosecutus sim, quantique te semper fecerim ob suscepta a te avide vel ab ineunte ætate, ac nunquam postmodum intermisso doctrinarum studio, tute ipse existimare facilius potes, mi frater, quam ego declarare. Decem jam paulo plus anni elapsi sunt ab illo die quo a te ipse discedens, ægre ab amplexu tuo Romæ divulsus sum; neque vero post eum diem mihi te amplius videre obtigit; nisi semel, idque Tuderti, pluribus videlicet abhinc annis : attamen obversatur continue, mihi crede, animo imago vultus tui, et sincera illa tua, ac omnibus, quos de te loquentes audiverim, quibusque tecum seu Bononiæ, seu Tuderti, Alatrii, Tusculi, Viterbii familiaritas aliqua, aut consuetudo fuerit, satis perspecta morum probitas, atque constantia. Itaque nihil facere libentius soleo, quam ut tibi aliquid identidem litterarum dem. Quod si hoc tempore, posteaquam Viterbium Roma tam honorifice vocatus es, minus sæpe ad te scribo quam solebam, ne id, quæso, negligentiæ aut oblivioni, sed amori tribuas in te meo : cum enim plurimis quotidie te occupationibus, iisque gravissimis, distineri intelligam, vereor ne te crebrioribus litteris interpellem. Nunc vero cum sacrum illud tempus immineat, quo feriari omnes a negotiis, ac natalem Domini diem celebrare consuevimus, exiguam mihi horæ partem libenter te concessurum non dubito. Quocirca perbrevem quamdam Gregorio Thaumaturgo inscriptam orationem, quam nunc primus, ut reor, in lucem edo, tibi legendam mitto : cui enim alteri tam tenue munusculum publice offeram, nisi fratri et mei amantissimo, et familiarissimo? Quæ tamen non eo dico, quod oratiunculam ipsam parvi pendam; longissime enim absum ut ita sentiam : sed quia tam brevis est, ac pusilla, ut tres vix compleat quatuorve paginulas. Cæterum nequaquam potest plurimi a Christiano homine non fieri ea scriptio, quæ tametsi paucis constans versiculis, vetustissimo tamen indigna haud videatur catholicæ Ecclesiæ doctore, ac Patre. At cujusmodi Patre, bone Deus, quantoque doctore, quam diserto Origenis alumno atque discipulo, quam docto sapientique magistro, theologo, oratore, quam magno, quam religionis propagandæ, ac superstitionis exstirpandæ studioso, quam de Ecclesia benemerito episcopo, quam sancto, quam admirabili Christianorum patrono, quam insignibus denique maximorum virorum, Basilii, Gregorii Nysseni, Hieronymi aliorumque innumerabilium laudibus celebrato! Atque utinam de tanto viro si non pro dignitate, at pro summa certe, qua illum prosequor, admiratione ac reverentia eloqui possem in præsens; id enim facerem libentissime : sed alterius hæc temporis sunt, atque scriptionis : ab illo enim, qui vetustum opus quodpiam primus evulget, hanc potius operam haud immerito exigas, ut ea diligenter persequatur, quæ valeant ipsius germanitatem confirmare. Illa igitur omnia breviter his litteris complecti satius est, atque opportunius, quæ cum de apographo, unde opusculum exscriptum fuit, tum de opusculi ipsius titulo ac vetustate dicenda occurrunt.

Ut autem a primo exordiar, nosti, mi frater, præclarissimum præsulem, omnibusque cum patritio tum episcopo dignis virtutibus ornatum, Joannem Nanium antistitem Torcellanum cunctos jam propemodum lectissimæ bibliothecæ suæ Græcos codices calamo exaratos mihi, utpote veteri sibi consuetudine, atque amicitia conjuncto, partim Venetiis commodasse, partim Bononiam paulatim deferendos curavisse, ut non singulos modo lustrarem, ac universos recenserem; sed ex ipsis etiam, quidquid liberet, exscriberem : in quo summam eximii viri humanitatem et agnosces et miraberis, qui ea monumenta meæ fidei, hominis scilicet hospitis primum, deinde vero peregrini atque advenæ, ac demum etiam absentis, omnino committere non dubitaverit, quæ alii plurimi ne a civibus quidem suis libere versari sinunt, atque inspectari. Horum ergo codicum unum, qui nunc XXII est, dum evolverem, in illam incidi scriptiunculam, de qua superius commemorabam. Membraneus is est, ea membranarum magnitudine ut unaquæque ex ducentis nonaginta tribus chartis, quibus omnino constant, cum quarta mediocris folii parte nostratis chartæ ex lineis vilibusque scrutis confectæ exæquetur. Harum pleræque, imo ferme omnes, ac illæ potissimum ex quibus Gregorii conciunculam descripsimus, quingentis circiter ante annis exaratæ sunt, sed ab exscriptore adeo rudi, ut nihil admodum quid scriberet intellexisse videatur : itaque modo η litteram, exempli gratia, pro ι vel αι ponit, modo ω magnum pro ο parvo, aut econtrario, aliisque id genus mendis passim scripturam maculat. Totus autem codex e libris, quos ecclesiasticos vocamus, unus est; quem Latini quidem sacerdotes Homiliarium dicerent, Græci vero Πανηγυρικόν appellant. Nihil namque aliud eo continetur, nisi septem et quadraginta sive orationes, sive homiliæ, sive ἀναγνώσεις, hoc est lectiones longiores, nuncupandæ sint : quarum nonnullæ quidem sunt ἀνεπίγραφοι, cæteræ autem Gregorio Nazianzeno, Joanni Chrysostomo, Amphilochio, Cyrillo Alexandrino, Ephraimo Syro, Athanasio, Andreæ Cretensi, Pontio Pilato, Eusebio cuidam episcopo, Epiphanio episcopo, Gregorio Antiochensium episcopo, Pantaleonis diacono et chartophylaci, Aetio presbytero Constantinopolitano, Epiphanio monacho ac presbytero, et

Digitized by Google

Germano episcopo Constantinopolitano inscribuntur. Quæ autem trigesimo quinto loco ponitur, martyrum omnium Laudatio est, ea nempe ipsa quæ nunc primum exit in lucem : ac hujusmodi habet in fronte titulum : *Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ λόγος εἰς τοὺς ἁγίους πάντας. Εὐλόγησον, Δέσποτα.* I. e. : *Sancti Patris nostri Gregorii Thaumaturgi sermo in omnes sanctos. Benedic, Domine.* Ac ne cuiquam posteriora hæc verba negotium facessant, neve ex ipsis Gregorio Thaumaturgo opusculum falso tribui quis colligat, eadem paulisper expendenda sunt. Nihil enim aliud, meo quidem judicio ea indicant, nisi die Omnium Sanctorum festo, proxima videlicet post Pentecosten Dominica die, qua apud Latinos sanctissimæ Trinitati sacrata est, fuisse sermonem huncce in ecclesiasticis Officiis recitatum Etenim hanc ipsam diem solemni sanctorum omnium commemorationi, et cultui jamdudum assignarun Græci : qua de causa Κυριακὴν τῶν Ἁγίων Πάντων, i. e. *Dominicam Omnium Sanctorum*, nominare eam solent. Neque vero quispiam ejusmodi consuetudinem recens fuisse in Orientis Ecclesias invectam, itaque ea tempestate, qua Nanianum codicem exaratum antea diximus, recentiorem esse suspicetur. Nam vetustum Menologium rudibus ineptisque versibus compositum, quod in LXXII Naniano codice ipsemet legi, rem contra se habere ostendit : ibi enim dies Ascensionis Domini, dies Dominica proxime Pentecosten præcurrens, dies Dominica Pentecostes, ac dies Dominica proxime sequens post Pentecosten, quatuor hisce versiculis, singulæ nimirum singulis, in Triodii recensione indicantur :

Χριστοῦ τὴν ἀνάληψιν πρὸς πόλους ἀνωτάτω.
Καὶ πατέρων ἄθροισμα τῶν ἐν Νικαίᾳ.
Τὴν πεντηκοστὴν καὶ τοῦ Πνεύματος χύσιν.
Πληθύν τε πάντων ἁγίων τῶν ἐν βίῳ.

Id est :

Christi Assumptionem in altissimos cœlos.
Et Patrum Nicænorum conventum.
Pentecosten et Spiritus effusionem.
Ac multitudinem omnium sanctorum, qui sunt in vita æterna.

Et, quod pluris adhuc faciendum est, in antiquissimo Typico Sancti Sabæ, pag. 229 codicis Naniani XCII, post descriptos ritus in Pentecoste servandos, ii statim qui ad proxime sequentem Dominicam diem pertinent, subjiciuntur in hunc modum : Κυριακῇ τῶν ἁγίων πάντων. Ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ ἡ συνήθης στιχολογία, κ. τ. λ. I. e. *Dominica Omnium Sanctorum. In vigilia, consueta versuum recitatio*, etc. Similia vero apud Fabricium quinto *Bibliothecæ Græcæ* volumine legere licet ab Allatio citata in opusculo primo *De libris ecclesiasticis Græcorum*, num. 14. Quid quod vel ipsa Joannis Chrysostomi ætate, annis a Thaumaturgi obitu centum paulo plus, eadem ferme in Oriente invaluerat consuetudo. Id sane ex primis illius orationis verbis, quam pagina secundi voluminis septingentesima undecima imprimendam curavit Montfauconius, colligere posse mihi videor : sic enim eam exorditur magnus ille orator : Ἐξ οὗ τὴν ἱερὰν πανήγυριν τῆς Πεντηκοστῆς ἐπετελέσαμεν, οὕπω παρῆλθεν ἡμερῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς, καὶ πάλιν κατέλαβεν ἡμᾶς μαρτύρων χορὸς, μᾶλλον δὲ μαρτύρων παρεμβολὴ καὶ παράταξις. I. e., ut Fronto Ducæus interpretatur : *Nondum septem aierum elapsus est numerus ex quo sacram Pentecostes solemnitatem celebravimus, et nos rursus martyrum chorus assecutus est, vel martyrum castra potius et exercitus.* Fateor equidem non de omnibus universe sanctis Chrysostomum in ea oratione loqui, sed de inclytis Christi martyribus tantummodo, idque ipsa Laudationis inscriptione ostendi, quæ est hujusmodi : *Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους πάντας τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρήσαντας.* I. e. : *Laudatio sanctorum omnium, qui martyrium toto terrarum orbe sunt passi.* Quin eodem fere modo tres alias eodem, ut opinor, die et habitas, et insequentibus sæculis in ecclesiastico Officio lectas orationes inscriptas fuisse non diffiteor, alteram nempe Chrysostomi ipsius, ac binas Ephraimi Syri. Harum enim trium prima, quæ tomo secundo, pagina 667, exsiat, hunc habet titulum : *Εἰς μάρτυρας ὁμιλία*, i. e. *In martyres homilia :* altera vero in Romana editione Græcorum Operum sancti Ephraimi tomo III, pag. 248, sic inscribitur : *Ἐγκώμιον εἰς μάρτυρας*, i. e. *Encomium in martyres;* ac tertia demum tomo III, pagina 306, hanc in fronte gerit inscriptionem : *Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἐνδόξους μάρτυρας τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρήσαντας.* I. e. *Encomium in gloriosos martyres, qui in toto mundo martyrium passi sunt.* Quæ quidem omnia argumento sunt, Ecclesiam Græcam non omnium omnino sanctorum, sed martyrum duntaxat universorum commemorationem festumque diem paulo post Pentecosten Thaumaturgi temporibus celebrasse. Qui ergo fieri potest, inquies, ut oratio hæc nostra (jam enim quodammodo meam quoque appellare possum) a Gregorio Neocæsariensi conscripta sit, cum titulus ipse, argumentumve orationis, quo hæc in omnes sanctos habita esse dicitur, a moribus institutisque abhorreat illorum temporum? At recte hæc quidem et vere dicuntur, si tituli illius solummodo ratio habenda sit. Verum orationem quoque percurramus. Ecquis in ea de sanctis omnibus sermo est? Martyres quidem aperte initio nominantur; admirandam martyrum virtutem extollunt intermedii versus; invictum martyrum animum, et relatam ab ipsis de dæmone victoriam prædicant extremi : sed factam de sanctis omnibus mentionem nusquam reperio. Aut ergo oratiunculam in hanc olim sententiam inscriptam fuisse putandum est : *Εἰς τοὺς μάρτυρας πάντας*, i. e. *In martyres universos;* aut potius integrum quidem titulum ita fere se olim habuisse : *Εἰς τοὺς ἁγίους πάντας τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρήσαντας.* I. e. *In omnes sanctos, qui in universo terrarum orbe martyrium passi sunt;* sed posteriora hæc verba paulatim omitti tunc cœpisse, cum prima post Pentecosten Dominica die non martyrum tantummodo, sed sanctorum omnium memoria recoli cœpta est ac celebrari. Hoc sane ipsum Chrysostomi orationi contigisse video, quam superius priore loco memoravi : etsi enim ea in editis a Montfauconio exemplaribus illam quam attuli inscriptionem habeat, tamen et in Naniano codice XXVII, quem ipsemet vidi, et in alio, cujus Fronto Ducæus meminit, eumdem plane cum ista Thaumaturgi habet titulum, videlicet, *Εἰς τοὺς ἁγίους πάντας.*

Nunquid ergo Gregorii revera est, dixerit quispiam, isthæc oratiuncula? incredibilis enim nostris temporibus omnia fere negandi, aut in dubium saltem revocandi cupido multos, et quædam quasi prurigo invasit. Ego autem, si cui probabilis occurrat ratio cur de illius germanitate addubitet, aut si firmo ductus argumento eam Thaumaturgo perperam tribui serio ac vero ratus asseveret, hunc enixe rogo, ut quæcunque repererit, mecum aut privatim communicet, aut publice. Interim vero quæ certo statuere posse videor, ea tantum affirmabo : vetusti librarii, qui eam Gregorii nomine inscripsit, fidem atque auctoritatem, quamvis maximi facienda non sit, propterea quod nonnulla quibusdam, ac Joanni Chrysostomo potissimum attribuit quæ Montfauconius aliique repudiarunt, tamen sine ulla ratione, eaque satis valida rejiciendam non esse : nihil enim aliud is scripsit, quam quod in vetustiori apographo, quod

Digitized by Google

describebat, inscriptum reperit ; ex veteribus autem Patribus atque scriptoribus, qui orationculæ hujus mentionem fecerit, nullum mihi hactenus compertum esse : si quod igitur de vero hujus fœtus parente judicium ferre voluerimus, nihil nobis reliquum esse aliud, priusquam major aliunde lux affulgeat, nisi ut eum cum cæteris, quæ exstant, Thaumaturgi operibus, maximeque cum his quæ ab ipso scripta fuisse consentiunt omnes, quasi trutina quadam opusculum expendentes, conferamus.

Jam vero tredecim potissimum, ni fallor, circumferuntur nostra ætate Gregorii Thaumaturgi nomine inscripta opera, partim integra, partim mutila : de iis enim, quæ omnino perierunt, non loquor in præsenti. Primum est *Brevis Expositio fidei*. II. *Metaphrasis in Ecclesiasten*. III. *Epistola canonica*, quæ mihi quidem talis in legendo visa est, ut hic atque illic mutilata ad nos pervenerit. IV. *Oratio panegyrica*, qua magistro suo Origeni gratias publice tunc egit Gregorius, cum ab ejus latere discessurus esset. V. Alia *Fidei expositio* longior, quæ Ἡ κατὰ μέρος πίστις nuncupatur. VI. *Anathematismi*, seu *Capita duodecim de fide*. VII. *Disputatio de anima ad Tatianum*. VIII. *Sermo primus in Annuntiationem sanctissimæ Deiparæ*, incipiens : Σήμερον ἀγγελικῇ παρατάξει. IX. *Sermo alter* de eodem argumento, incipiens : Ἑορτὰς μὲν ἁπάσας. X. *Sermo tertius de ipsa Annuntiatione*, incipiens : Πάλιν χαρᾶς Εὐαγγέλια· qui tamen Joannis Chrysostomi nomen gerit in Naniano altero vicesimo, quem antea descripsi, codice : ubi ita exarata est tertia hæc oratio, ut nonnulla ibi desiderentur quæ in Gerardi Vossii exemplaribus legebantur, et aliqua contra in his defuerint quæ codex habet. XI. *Fragmenta quædam* a Ghislerio Catenæ in Jeremiam inserta : quæ Joannes Albertus Fabricius ex homilia quadam, vel epistola Gregorii nostri deprompta fuisse opinatur. XII. *Sermo de celebratione noctis feriæ quartæ* a Stephano Euodio Assemano memoratus in Catalogo bibliothecæ Mediceæ, codice LXII, pag. 107. Demum *Sermo quidam*, cujus initium est : Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι, a Joanne Vecco citatus in libello cujus titulus est, Ῥήσεις γραφικαί, apud Arcudium in *Opusculis aureis theologicis*. Hæc omnino sunt quæ exstant Gregorii nomine insignita, aut ea certe quæ a scriptoribus memorata invenire ipse potuerim, opuscula.

Verum non omnia ejusdem sunt ponderis atque auctoritatis, ut ad singula, quasi ad totidem normas nostra hæc orationcula veluti applicari possit, atque dijudicari. Nam priora quidem quatuor Thaumaturgo sine dubitatione tribuunt veteres, ac recentiores omnino omnes : sed reliqua novem partim falso videntur immortali ejus nomine inscripta ; partim talia sunt, ut emunctæ naris viri de eorum antiquitate subdubitent ; partim denique nobis, qui ea non vidimus, incomperta. Quamobrem prioribus illis quatuor contenti nunc simus oportet, ut cum iis duntaxat, maxime vero cum celeberrima ac dissertissima in Origenem oratione nostram hancce orationculam comparemus. Id autem præstabo ipse non indiligenter in animadversionibus, quas paulo post leges : ibi enim id multo commodius fieri arbitratus sum, ubi minutiora quæque persequi possis, quin nimis arguta scribentis sedulitas videatur. Nunc vero nihil jam aliud superest, nisi ut ea summatim complectar quæ ex accurata orationis ipsius consideratione collegi. Hoc igitur sine dubitatione affirmare posse me reor, aliquid in ea, ac potius, ut in tam brevi opusculo, multa lectori ex omnibus partibus sese ostendere, quæ in Gregorium nostrum mirifice quadrent. Nam primo tempus illud, quo is solitariam in agris vitam duxit in Ponto post suum ab Origene discessum, initio subindicatur ; deinde quicunque cum oratione in Origenem panegyrica hanc contulerit, is illam quidem longe copiosiorem esse inveniet, atque ornatiorem, utpote multo ante quam recitaretur meditatam ac præparatam, hanc vero nostram pene ex tempore, atque in magna temporis angustia habitam videri : utrumque tamen opusculum haud plane dissimili factum esse oratione ac stylo. In utroque enim et peculiaria nonnulla, nec omnibus passim usitata vocabula offendet, et audaciores quasdam, easque unius fere modi translationes reperiet, et unam haud raro eamdemque rem pluribus diversisque modis sine magna interdum necessitate inculcari videbit, et modestiam illam elucere utrobique comperiet, in qua singularem Gregorii characterem Bengelius agnoscebat. Brevissima quidem est isthæc, quam edo, et de iis una, quas Gregorius ipse vocabat *λόγους μικρούς*, cum in panegyrica illa, quam sæpius nominavi, oratione aiebat : Ὀκταετής μοι χρόνος οὗτος ἤδη ἐξ οὗ οὔτε αὐτὸς εἰπών τι ἢ γράψας λόγον τινὰ μέγαν ἢ μικρὸν ὅλως τυγχάνω. Id est, ut Sirmondus Latine vertit : *Octavus jam annus est ex quo nec brevem longamve orationem ullam habui ipse aut scripsi*. Cave tamen putes nostram hancce aliqua ex parte, ut ad usum ecclesiastici Officii accommodaretur, consulto mutilatam fuisse. Factum est id quidem interdum in vetustis, ut vocant, Lectionariis. Sed hæc et partibus suis ipsa omnibus constare videtur, neque hac longior est ea Chrysostomi in martyres oratio, quæ incipit : Αἱ τῶν μαρτύρων ἑορταί· quin imo, ut recte ait Montfauconius, ex concionibus panegyricis in sanctos aliæ proferri possunt hac Chrysostomi breviores, quæ tamen sunt omnibus numeris et partibus absolutæ.

Hæc habebam quæ dicerem, mi frater, de opusculo, quod infra cum Græce scriptum, tum Latine a me conversum, ac brevibus præterea adnotationibus illustratum habes. Noli autem, quæso, me cogere ut de illius germanitate declarem aperte quid sentiam : satis habeas, illa me tibi omnia exposuisse, ex quibus judicium ipse facere queas. Vale, Ægidi mi, ac, si me tui amantissimum redamas, ut profecto facis, tuis ad aram precibus me juva.

Dabam Bononiæ, XV Kalendas Januarii, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo nono.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ
ΛΟΓΟΣ
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΠΑΝΤΑΣ

—

SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII
THAUMATURGI
SERMO IN OMNES SANCTOS

—

Εὐλόγησον, Δέσποτα.

Ἠρεμεῖν ἐβουλόμην, καὶ μὴ δημοσιεύειν ἀγροικίζουσαν γλῶσσαν· μέγα γὰρ σιωπὴ, ὅτ' ἂν ὁ λόγος εὐτελὴς· καὶ θαυμαστὸν ἡσυχία, ἀπαιδευσίας παρούσης· φιλόσοφός τε ἄκρος διὰ σιγῆς καλύπτων ἀμαθίαν. Τοῦτο κἀγὼ πράττειν προηρούμην τὸ ἀσθε-

A Benedic, Domine.

Silere volebam (1), ne linguæ meæ rusticitatem (2) publice manifestarem (3) : cujus enim oratio humilis (4) sit atque inculta, ei valde utile est conticescere, nec parvi fieri debet (5) ab inerudito homine silentium, sed summi (6) philosophi est tacendo

(1) *Silere volebam.* In eamdem fere sententiam exorditur Gregorius pulcherrimam illam orationem, qua præceptori suo Origeni gratias agit. Sic enim incipit : Καλόν τι χρῆμα ἡ σιωπὴ, τῶν τε ἄλλων πολλοῖς πολλάκις, κἀμοὶ δὲ μάλιστα νῦν, καὶ ἐκόντι καὶ ἄκοντι ἐπιστομιζομένῳ, καὶ σιωπᾷν καταναγκαζομένῳ. Ἀμελετήτως γὰρ ἔχω, καὶ ἀπειρός εἰμι λόγων τῶν καλῶν τούτων καὶ εὐπρεπῶν τῶν, κ. τ. λ. Quæ sic interpretatur Sirmondus : *Præclara quædam res est silentium tum aliis plerumque permultis, tum mihi nunc vel maxime, qui volens nolensque clausum os habeo, et tacere cogor. Inexercitatus enim sum, ac plane rudis sermonum illorum elegantium atque ornatorum, qui*, etc.

(2) *Linguæ meæ rusticitatem.* Gregorius noster (perinde enim jam loquar, ac si opusculi auctor ipse fuerit) linguam suam ἀγροικίζουσαν dicit, id est quæ rusticitatem quamdam contraxerit : quod verbum minus quidem usitatum est quam ἀγροικιζομένην, sed occurrit tamen in Suida. Videtur autem hujusmodi vocabulo tempus illud subindicare Gregorius, quo ruri solitariam vitam ducebat, antequam episcopus creatus esset. Nimirum hanc ab ipso oratiunculam eo temporis spatio habitam fuisse conjicio, quod intercessit inter eam diem qua doctori suo Origeni coram condiscipulis publica oratione gratias egit, ac eam diem qua ad pontificium munus a Phædimo electus est. Illam enim orationem cum recitavit, necdum erat baptismate initiatus, sed catechumenus tantummodo : hanc vero nostram cum habuit, et baptizatus sine dubio fuerat ; in ecclesia enim habita est, et se episcopum nondum fuisse post indicat, ni fallor.

(3) *Publice manifestarem.* Codex, δημοσιεύουσαν ἀγροικίζουσαν. Manifestum mendum. Lego, δημοσιεύειν ἀγροικίζουσαν. Porro verbo δημοσιεύειν eadem significatione accepto usus est Gregorius in *Oratione charisteria in Origenem*, pag. 414, tom. III *Biblioth. Patrum* editionis a viro clarissimo Gallandio nuper concinnatæ, qua in posterum semper utar. Οὐ δυνάμενοι (inquit) οὕτως ἐκ τοῦ προχείρου δύναμιν τοῖς ἰδίοις δημοσιεῦσαι νοήμασι τὴν ἱερὰν καὶ θεοειδῆ.

(4) *Humilis.* Codex, ἀτελής. Sed qui vetustas membranas versarunt, syllabam ευ ita in iis exarari consuevisse non ignorant, ut magnam habeat cum prima littera α similitudinem. Perspicuum sane est, legi hic oportere εὐτελής. Gregorius noster *oratione*, quam citavi, *in Origenem*, pag. 415, ait : Εὐτελῆ καὶ ἀσεμνα.

(5) *Nec parvi fieri debet*, etc. Unam eamdemque sententiam multis simul modis efferri hic vides. Ingeniosorum hoc adolescentium proprium esse solet, qui eloquentiæ studio operam dederint : a Gregorii autem stylo et consuetudine alienumne hoc sit, annon, is dijudicet qui disertiorem aliam ipsius *Orationem in Origenem* legerit. Juvenili sane ætate Gregorium fuisse etiam cum hæc scripsit, necesse est, si ea quam attigi temporum ratio constat : namque admodum juvenis, Eusebio teste, episcopus factus est.

(6) *Summi.* Codex mendose, φιλόσοφός τε ἄκρον, sed legendum esse φιλόσοφός τε ἄκρος, nemo non videt. In *Epistola canonica*, canone 1, ait Gregorius : Ἐν ἄκρᾳ σωφροσύνῃ, hoc est in summa continentia.

Digitized by Google

propriam inscitiam (7) occultare. Ergo id ego quoque facere constitueram, ut qui mearum in dicendo virium imbecillitatem (8) cognoscerem. Sed auditorum (9) conspectus me ad loquendum impellit (10). Cum itaque et festum hunc diem, sacramque panegyrin magno cum splendore celebrari, et spectatores (11) huc frequentes confluxisse videam, conventumque (12) nostrum fide inflammatum conspiciam, ad dicendum confidenter (13) aggrediar: præsertim cum et a Patre (14) roger, et Ecclesia faveat, opemque ferat, et sancti martyres infirmitatem nostram hujus rei causa (15) corroborent. Ili enim senibus (16) ut longum multo cum sudore (17) iter peragerent, persuasere, eosque nutantem gradum sermonis (18) veluti baculo (19) fulcire ac sustentare coegerunt (20). Ili mulierculas ad confici-

A νὲς τῆς οἰκείας ἐπιστάμενος γλώσσης· ἀλλ' ἔλκει με πρὸς τὸ λέγειν τῶν ὁρωμένων ἡ ὄψις. Ἐπεὶ οὖν ἡ πανήγυρις λαμπρὰ καὶ τὸ θέατρον συνεχὲς, καὶ ζέων ἐστὶ τῇ πίστει ὁ ἡμέτερος σύλλογος· ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου θαῤῥοῦντος τραπήσομαι· μάλιστα τοῦ Πατρὸς εὐχομένου, τῆς Ἐκκλησίας συναγωνιζομένης, μαρτύρων ἁγίων πρὸς τοῦτο ῥωννύντων τὸ ἀσθενές. Οὗτοι γὰρ καὶ γέροντας ἔπεισαν σὺν ἱδρῶτι πολλῷ μακρὰν ἐξανύσαι πορείαν, καὶ τὰ σφαλλόμενα βήματα τῇ βακτηρίᾳ τοῦ λόγου στηρίζειν κατηνάγκαζον· καὶ τὸ θῆλυ προέτρεψαν συνοδοιπορεῖν νεανίσκοις· καὶ τὴν νηπιάζουσαν ἡλικίαν ἔρπουσαν ἐνταῦθα παρήγαγον μάρτυρες κατὰ θανάτου σκιρτῶντες, ξίφεσιν ἐγγελῶντες, θυμὸν τυραννικὸν διαρπάζοντες, θάνατον ἀθανασίας πρόξενον ἁνθαρπάζοντες,

B ἐν ἰδίῳ πτώματι τὴν νίκην οἰκειούμενοι, διὰ σώμα-

(7) *Inscitiam.* Codex, ἀμάθειαν. Lego ἀμαθίαν. Gregorius *Oratione in Origenem*, pag. 420, ait: Ψέγων τὴν ἀμαθίαν, id est, *vituperans ignorantiam.*

(8) *Imbecillitatem.* Gregorius hoc in loco: Τὸ ἀσθενὲς τῆς οἰκείας γλώσσης· *Oratione* vero *in Origenem*, pag. 415: Ἀσθενὴς λόγος. Sed lege etiam paginas 413 et 414, ut videas quam demisse de semetipso senserit vir sanctissimus.

(9) *Auditorum.* Codex, τῶν ὁρωμένων ἡ ὄψις, at scripsisse Gregorium crediderim: τῶν ἀκροωμένων ἡ ὄψις.

(10) *Impellit.* Gregorius, ἕλκει. Ita et *Metaphrasi in Ecclesiastem*, pag. 393, inquit: Θεάματα ἐπ' ἀνόνητον σπουδὴν ἕλκοντα, id est *aspectus ad inutile studium pertrahentes;* et ibidem pag. 395: Κατέχει ἢ εἰ δεσμοῖς περιβάλλουσα εἵλκε, hoc est: *non minus stricte retinet, quam si vinculis constrictos traheret.* Ita Gregorius. Ego vero ea etiam, quæ ut parva C alibi non adnotassem, in hac oratiuncula non prætereo, ut lectori de vero fetus parente judicaturo gratificer. Nam sæpe contingit, ut ex pluribus, quæ in filii vultu cernimus, lineamentis, etsi minima sint singula, patrem agnoscamus.

(11) *Spectatores.* Gregorius, θέατρον, id est *theatrum.* Nempe sicut profana vox *panegyris*, quam in præcedentibus is posuit, ad sacram celebritatem designandam adhibebatur, ita etiam qui ad hanc conveniebant, spectatores, sive θέατρον, dicebantur. Itaque eadem significatione idem vocabulum usurpavit Chrysostomus cum alibi, tum in verbis quæ mox afferam. Libanius vero eorum consessum, qui ipsum audiendi causa convenerant, θέατρον appellat epistola post millesimam prima.

(12) *Conventum.* Gregorius utitur hic voce σύλλογος, quæ cum apud profanos auctores crebro occurrit, tum a Patribus etiam adhibita est ad denotandum conventum, sive cœtum eorum qui ad D sacras synaxes confluebant. Ita Chrysostomus in *Martyrum laudatione* alias a me allegata: Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο σήμερον (inquit tom. II, pag. 668) ἡμῶν τὸν σύλλογον, τὸ λαμπρὸν τοῦτο θέατρον, τὴν ζέουσαν ἀγάπην; hoc est: *Quis enim hodierno die non cœtum nostrum miretur, splendidum istud theatrum, charitatem ferventem?*

(13) *Confidenter.* Codex, θαῤῥοῦντος. Sed legere malo, θαῤῥούντως.

(14) *Cum et a Patre roger.* Nempe, ut ego interpretor, ab episcopo, ac fortasse a Phædimo Amaseæ antistite. Nemo enim concionari tunc in ecclesia poterat præsente episcopo, nisi rogatu, aut concessu ipsius. Quin episcopum consuevisse nonnunquam, si aderat, argumentum, de quo ex tempore disserendum erat ei qui concionem habebat, proponere, aut definire, ex Origenis opusculo *De ventriloqua* colligo: ibi enim postquam propositum sacræ Scripturæ capitulum quatuor in partes divisit, antequam ulterius progrediatur, hæc subjungit Gregorii nostri magister: *Arbitratu suo partem, quam vult, proponat episcopus.* Est et alia verbi εὔχομαι acceptio; sed ea minus convenire videtur huic loco.

(15) *Hujus rei causa.* Codex, πρὸς τοῦτο. Sed cum imperitus exscriptor decimam quintam litteram pro vicesima quarta passim scribat, ac nullam fere accentuum rationem ducat, legi etiam posset πρὸς τούτῳ, hoc est *præterea.*

(16) *Senibus*, etc. Similia Chrysostomus in *Laudatione* modo citata, pag. 668, tom. II: Πᾶσα μὲν σχεδὸν ἡ πόλις (inquit) ἐνταῦθα μεθώρμισται, καὶ οὔτε οἰκέτην δεσπότου φόβος κατέσχεν, οὔτε πένητα ἡ τῆς πτωχείας ἀνάγκη, οὔτε γηραιὸν τῆς ἡλικίας ἡ ἀσθένεια, οὔτε γυναῖκα τὸ τῆς φύσεως ἁπαλὸν, κ.τ.λ., hoc est: *Tota propemodum civitas huc commigravit, et neque servum domini timor retinuit, neque pauperem egestatis necessitas, neque senem ætatis imbecillitas, neque mulierem sexus mollities*, etc.

(17) *Multo cum sudore.* Satis apte conveniunt ista in primam a Pentecoste Dominicam diem, qua hanc *Laudationem* habitam fuisse puto, ut superius dixi.

(18) *Sermonis.* Græce, λόγου. Nempe aut divini Verbi, aut humani sermonis, et collocutionum inter viæ comites habitarum: est enim ambigua vox Græca. Gregorius *Oratione in Origenem* quotiescunque Dominum designare vult, nomine Λόγος uti mavult.

(19) *Veluti baculo.* Ut translationis audaciam minuerem, addidi dictionem *veluti.* Sed alias paulo post offendemus multo adhuc audaciores translationes. Has autem Gregorio nostro non displicuisse apparet ex *panegyrica* ipsius in magistrum *Oratione:* nam quid audacius iis quas habet pagina 415? Ἐπεμβαίνειν τολμήσαντες (inquit) ἀνίπτοις τοῖς ποσὶ, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ἀκοαῖς αἷς αὐτὸς ὁ θεῖος Λόγος οὐδὲν ἐσκεπασμένοις, ὡς ταῖς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τοῖς ποσὶν . . . . . ἀλλὰ γυμνοῖς, ὡς ἂν εἴποι τις, σαφῶς καὶ πρόδηλος ἐμβατεύων ἐπιδημεῖ. Hoc est, ut vertit Sirmondus: *Qui illotis, quod aiunt, pedibus ad aures introire ausi sumus, in quibus divinum ipsum Verbum, non tectis, ut apud vulgi hominum aures, pedibus . . . . . sed nudis, ut dicat quispiam, manifestum et perspicuum incedens obambulat.*

(20) *Coegerunt.* Græce, κατηνάγκαζον. Quod verbum Gregorio arrisisse constat, nam in *panegyrica Oratione*, quam identidem allego, ter saltem illud me legere memini, paginis 413, 418 et 422. Quin eum generatim a peculiaribus quibusdam, aut minus usitatis vocabulis adhibendis non abhorruisse liquet. Hujusmodi sunt, ut exempla aliquot affe-

Digitized by Google

τους ἀναπηδῶντες πρὸς οὐρανόν. Τὰ μέλη διασκορπίζοντες ἵνα σφίγξωσι τὰς ψυχὰς, τὰ κλῆθρα τῆς ζωῆς διαῤῥήξαντες ἵνα τὰς κλεῖς ἀνοίξωσι τῶν οὐρανῶν. Ὁ ἀπιστῶν ὅτι θάνατος καταλέλυται, ᾅδης πεπάτηται, ὅτι τούτου τὰ δεσμὰ διεῤῥάγη· ὁτι τύραννος δέδεται· βλεπέτω μάρτυρας κυβιστῶντας κατὰ θανάτου, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ νίκην ἀνευφημοῦντας. Ὦ τοῦ θαύματος. Ἀφ' οὗπερ Χριστὸς τὸν ᾅδην ἐσκύλευσεν, ἄνθρωποι κατωρχήσαντο τοῦ θανάτου. *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* Ἐσκύλευται ὁ ᾅδης καὶ ὁ διάβολος· καὶ τῆς ἀρχαίας ἀφῄρηται πανοπλίας· καὶ τοῦ οἰκείου κράτους ἐκβέβληται· καὶ καθάπερ ὁ Γολιὰθ τῷ οἰκείῳ ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, οὕτω καὶ ὁ διάβολος θάνατον γεννήσας, διὰ θανάτου τροποῦται· καὶ τὴν εὐχερῆ μέθοδον τῆς οἰκείας ἀπάτης, ὄργανον ἰσχυρὸν τῆς ἰδίας ἀπωλείας εὑρίσκει· καθάπερ ἄγκιστρον περιπαρεὶς τῇ Θεότητι, καὶ τὸ σύνηθες δέλεαρ καταπιὼν ἀγρεύεται σαφῶς ὁ ἀγρεύειν οἰόμενος· καὶ Θεὸν ἀντὶ ἀνθρώπου κρατήσας. Διὰ τοῦτο μάρτυρες σκιρτῶσιν τὴν τοῦ δράκοντος κεφαλήν· καὶ πᾶν εἶδος βασάνων ὑπερορῶσιν. Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ δεύτερος τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐκ τοῦ πυθμένος τοῦ ᾅδου ὡς τὸν Ἰωνᾶν ἐκ τοῦ κήτους ἀνήγαγεν, καὶ τὸν ἀπατηθέντα, εἰς ἐντροπὴν τοῦ ἀπατήσαντος, οὐρανοπολίτην ἀνέδειξεν· ἐξ ἐκείνου πύλαι ᾅδου ἐκλείσθησαν· καὶ πύλαι οὐρανοῦ ἀνεῴχθησαν· ἀκώλυτον τοῖς μετὰ πίστεως ἀνιοῦσιν παραχωροῦσαι τὴν εἴσοδον. Ἥλαι μὲν Ἰακὼβ κλίμακα ἐστηριγμένην ἕως τοῦ οὐρανοῦ ἐθεάσατο, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας· νυνὶ δὲ διὰ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπος γενόμενος ὁ φιλάνθρωπος τὸν ἀπάνθρωπον λαχτίσας τῷ ποδὶ τῆς θεότητος, καὶ τὸν ἄνθρωπον βαστάσας τῇ χειρὶ τῆς χριστότητος, τὸν ἄβατον αἰθέρα ποσὶν ἀνθρωπίνοις πεζεύσασθαι παρεσκεύασεν. Τότε οἱ ἄγγελοι ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον· νυνὶ δὲ ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος οὐκ ἀναβαίνει καὶ καταβαίνει· καὶ πόθεν γὰρ ποῦ μεταστήσεται ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ συνέχων τὰ [κόσμου] πέρατα; Ἅπαξ γὰρ κατέδη καὶ ἅπαξ ἀνέβη· οὐ

dum unum idemque cum adolescentulis viæ sociis iter (21) impulere. Hi pusillos, humique reptantes (22) infantulos huc adduxerunt. Illi, inquam, martyres (23) hæc præstitere, qui mortis conspectu nihil deterriti, eo ipso tempore quo illa ob oculos versabatur, saltare præ gaudio consueverant: qui paratos ad præcidenda eis capita gladios irridebant et contemnebant; qui tyrannorum indignationem in semetipsos incitabant; qui mortem immortalitatis effectricem vi ab illis extorquebant; qui tunc stabant, et gloriosam victoriam consequebantur, cum cadebant; qui per corpus in cœlum insiliebant; qui suos ipsorum artus distrahi ac dispergi (24) patiebantur, ne animas perderent, sed Deo conjunctas, ac veluti constrictas (25) tenerent; qui vitæ claustra (26) perrumpi gaudebant, ut cœlorum januas clavibus reserarent (27). Quod si quis mortem profligatam, infernum (28) conculcatum, tartari vincula disrupta, tyrannum vinctum fuisse non credit, aspiciat martyres morti illudentes, eamque provolutis capitibus (29) alacriter oppetentes, et Christi victoriam celebrantes. O rem miram! Ex eo tempore quo Christus infernum spoliavit, morti homines insultavere. *Ubi est, o mors, stimulus tuus? ubi est, o inferne, victoria tua*[1]? spoliatus fuit infernus ac diabolus; vetus illi armatura ablata est; propria potentia privatus fuit, et quemadmodum Goliathus suo ipsius gladio capite cæsus est, ita et diabolus, qui mortem genuit, per mortem vincitur ac fugatur, ac illud idem suæ ipsius ruinæ validum instrumentum esse comperit, quo antea callide utens, facile decipere consueverat. Hamo enim, ut sic loquar, in Deitatem jacto, dum consuetam escam deglutit, capitur ipse manifesto qui sibi capere videbatur, ac hominem, non Deum a se teneri (30) arbitrabatur. Propterea draconis capiti insultant martyres, et quodvis tormentorum genus despiciunt. Ex quo enim tempore primum Adamum secundus ex inferni fundo, tanquam Jonam ex ceto, eduxit, ac illum, qui deceptus olim fuerat, cœli civem cum magno deceptoris probro ac

[1] I Cor. xv, 55.

ram, in illa quidem ipsa oratione : δικαιοπραγεῖν, ἰδιοπραγίαν, ἀλλοτριοπραγοῦσαν, νωχελίας, μελιγορεῖν, ἀφραίνομεν, μνωμένους, οὐδενέσι, φιλοσοφήσει, aliaque nonnulla. In hac vero nostra, νηπιάζουσαν, ἐγγελῶντες, ἀνθαρπάζοντας, τὰς κλεῖς ἀνοίξωσι, ἐσκύλευσεν, τροποῦται, περιπαρεὶς, δέλεαρ, πολεμάρχης, et aliqua alia, quæ mox in legendo reperies.

(21) *Ad conficiendum... cum adolescentibus ... iter.* Gregorius hoc in loco : συνοδοιπορεῖν. In alia vero oratione, pag. 420 : συνοδοιπόρους ἅμ' αὐτῇ, id est *viæ socios cum illa.*

(22) *Humi reptantes.* Gregorius : ἕρπουσαν. Idem *Metaphrasi in Ecclesiastem*, cap. 1 : κατὰ γῆν ἕρποντες.

(23) *Martyres.* Codex mendose : μάρτυρας κατὰ θανάτου σκιρτῶντας ξίφεσιν ἐγγέλλοντες. At si nihil librario excidit, manifestum est legendum esse : μάρτυρες κατὰ θανάτου σκιρτῶντες, ξίφεσιν ἐγγελῶντες.

(24) *Dispergi.* Græce διασκορπίζοντες. Gregorius in citata oratione, pag. 432 : διασκορπίσαι τὴν πατρῴαν οὐσίαν, id est *paternas facultates dissipasse.*

(25) *Constricta tenerent.* Codex : σφίξωσι. Lego, σφίγξωσι. Gregorius in ea quam toties laudavi oratione, pag. 422, sic loquitur : συσφιγξάμενος ἡμᾶς . . τὰς ψυχὰς ἡμῶν οὕτω συνδεδεμένας, id est : *nos constringens . . . . . animas nostras ita inter se conglutinatas.*

(26) *Claustra.* Codex κλῆθρα. Malim κλεῖθρα.

(27) *Clavibus reserarent.* Græce : τὰς κλεῖς ἀνοίξωσι. Quæ loquendi formula animadversione digna est.

(28) *Infernum conculcatum.* Videtur librario excidisse vocula ὅτι, ac legendum esse : ὅτι ᾅδης πεπάτηται.

(29) *Provolutis capitibus appetentes.* Græce, κυβιστῶντας. Chrysostomus tom. II, pag. 716 de martyribus loquens ait : εἰς λέβητας κυβιστοῦντας· nisi legendum ibi sit, κυβιστῶντας. Fronto Ducæus interpretatur : *in lebetes dejectos*; sed Græci vocabuli vim assecutus non videtur.

(30) *A se teneri.* Codex, κρατῆσαι. An legendum, κρατῆσαι?

Digitized by Google

dedecore effecit; ex eo, inquam, tempore (31) obseratæ fuerunt inferni januæ (32), cœli vero fores reseratæ liberum (33) atque expeditum iis qui cum fide illuc ascendunt (34) aditum concedunt. Olim quidem Jacobus (35) scalam vidit usque ad cœlum pertingentem, ibique firmatam, et ascendentes ac descendentes angelos Dei: nunc vero propter hominem homo factus ille, qui hominum amans est, ac benignus, eum qui humani generis hostis est, ac inhumanus, divinitatis pede percutiens, et manu benignitatis (36) (dignitatisve qua Christus est) hominem portans, pedibus humanis invium æthera calcari fecit. Tunc ascendebant angeli ac descendebant; nunc vero is qui dicitur *magni consilii Angelus* (37) nec ascendit, nec descendit: unde enim, aut quo (38) transmigrare potest ille qui ubique præsens est, qui omnia implet, qui mundi terminos manu tenet? Semel enim ascendit, semel item descendit (non per naturæ mutationem, sed per benignæ erga humanum genus bonitatis suæ *condescensionem*) is qui est Verbum una cum Patre considens, Verbum in utero degens, Verbum ubique præsens, ac nunquam ab universorum Deo Patre (38') separatum neque disjunctum. Irridebat olim humanam naturam diabolus effuso (39) risu, et quasi diem festum agens ob calamitates nostras lætitia gestiebat (40). Sed risus quidem triduo duravit, lamentatio autem sempiterna est: et effusus

A μεταβάσει χρησάμενος φύσεως, ἀλλὰ συγκαταβάσει φιλανθρώπου χριστότητος· ὁ Λόγος τῷ Πατρὶ συγκαθήμενος, καὶ ὁ Λόγος ἐν τῇ μήτρᾳ αὐλιζόμενος, καὶ ὁ Λόγος πανταχοῦ εὑρισκόμενος, καὶ [τοῦ] τῶν ὅλων [Θεοῦ] μηδέποτε χωριζόμενος. Ἐγέλα ποτὲ πλατὺν κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ διάβολος γέλωτα, καὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν ἑορταῖς ἐπευφραίνεται. Ἀλλ' ὁ μὲν γέλως τριήμερος· ὁ δὲ θρῆνος αἰώνιος· καὶ πλατὺς γέλως θρῆνον αὐτῷ πλατύτερον κατεσκεύασεν, δάκρυον ἀδιάλειπτον, κλαυθμὸν ἀπαρηγόρητον· βέλος ἐγκάρδιον. Τοῦτο τὸ βέλος ἐν τῇ παρθενικῇ καμίνῳ, οἷον ἠθέλησεν, καὶ ὡς ἠθέλησεν, διὰ πυρὸς κατὰ τοῦ ἐχθροῦ ὁ πολεμάρχης ἐχάλκευσεν· καὶ στομώσας τῇ ἐνεργείᾳ τῆς ἀηττήτου θεότητος, καὶ βάψας τῷ ὕδατι τοῦ ἀχράντου βαπτίσμα-

B τος, καὶ ἀκονήσας τοῖς ἀπαθέσι παθήμασιν, καὶ στιλβώσας διὰ τῆς μυστικῆς ἀναστάσεως· δι' ἑαυτοῦ πανστρατιᾷ τὸν ἀλάστορα ἐθανάτωσε. Ποῖος οὖν λόγος ἢ τὴν ἡμετέραν χαρὰν ἢ τὴν ἐκείνου συμφορὰν διηγήσηται; Ὁ γὰρ ποτὲ ἀρχάγγελος, νῦν διάβολος· ὁ ποτὲ ἐν οὐρανοῖς διαιτώμενος, νῦν ὡς ὄφις ἐπὶ γῆς θεωρεῖται συρόμενος· ὁ ποτὲ μετὰ τῶν χερουβὶμ ἀγαλλόμενος, νῦν ἐν τῇ φυλακῇ τῶν χοίρων ἐγκέκλεισται ὀδυνόμενος· ὅνπερ τροπωσόμεθα ἐναντία τῆς ἐκείνου φρονήσαντες προαιρέσεως· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

(31) *Ex eo tempore.* Gregorius, ἐξ ἐκείνου. Ita et *Oratione in Origenem panegyrica*, pag. 418 : ἐξ ἐκείνου πως ἐπιδημεῖν μέν μοι ὁ ἱερὸς ὅδε λόγος ἤρξατο, id est : *ex eo tempore advenire mihi sacrum hoc verbum cœpit.* Et pag. 432 : νῦν τε καὶ ἐξ ἐκείνου, id est : *et nunc et ex eo tempore.*

(32) *Obseratæ fuerunt inferni januæ.* Locum, ex quo eductus a Domino nostro Adamus fuit, ᾅδην, sive infernum paulo ante vocat Gregorius, eodem scilicet nomine quo in Symbolo apostolorum nuncupatur cum Græco, tum Latino : nam in illo quidem legimus : κατέλθοντα εἰς ᾅδην· in hoc autem : *descendit ad inferos.* Cum ergo ᾅδου sive inferni januas, post eductum inde Adamum, obseratas fuisse subjungit Gregorius, nihil aliud vult, nisi obseratas fuisse ejus loci januas, in quo ante Christi descensum degebat ipse Adamus. Quare statim addit, non cœli portas aditum concedere omnibus, sed iis concedere qui illuc ascendunt cum fide.

(33) *Liberum.* Gregorius, ἀκώλυτος. Quam vocem sæpius reperies in *Oratione panegyrica*, quæ tam sæpe jam citata est.

(34) *Iis qui cum fide illuc ascendunt.* Plurimi ad hodiernum diem dicuntur esse inter Græcos Romanæ Ecclesiæ inimici, qui justorum omnium animas, etsi nulla indigentes purgatione, divino in cœlis conspectu ac beatitate ante generalis judicii diem potiri negant. Videant ergo quid in iis monumentis traditum sit, quæ ipsimet nobis suppeditant, quæque ipsorum majores in Ecclesia publice recitabant.

(35) *Olim quidem Jacobus*, etc. Locum hunc attuli in meo Didymo pag. 113. Joannes Chrysostomus quoque tom. II, pag. 713, in laudatione omnium martyrum, de scala a Jacobo visa sermonem habet, sed alia ratione. « Abstractos, inquit, ab equuleo subjectis carbonibus in scala ferrea (nempe in craticula) extendebant (martyres) . . . . . At

C tu cum scalam audis ferream, spiritualis illius scalæ recordare, quam patriarcha vidit Jacob a terra in cœlum extensam : per illam angeli descendebant, per hanc vero martyres ascendunt : utrique Dominus est innixus : non potuissent sancti isti dolores perferre, nisi huic innixi fuissent. Ac per illam quidem ascendunt et descendunt angeli; per hanc vero ascendere martyres cuivis manifestum est. »

(36) *Benignitatis*, etc. Codex, χριστότητος. Id est, ut barbaro, sed ad id quod Gregorius vult explicandum aptissimo vocabulo utar, *Christeitatis.*

(37) *Magni consilii angelus.* Ita vocari Dominum apud Isaiam in LXX interpretum translatione, unicuique notum est. Gregorius in oratione, quam nunc postremo allegamus, pag. 418, Dominum nostrum hoc eodem nomine appellat, cum ait : *Davidis custodem fuisse aut angelum quempiam maximum, aut ipsum magni consilii angelum.*

D (38) *Aut quo.* Codex : καὶ πόθεν γὰρ ποῦ μεταστήσεται. . . . . An legendum : πόθεν γὰρ καὶ ποῦ μεταστήσεται?

(38') *Ab universorum Deo.* Ὁ τῶν ὅλων θεός, vox solemnis veterum est, qua potissimum Deum Patrem omnipotentem designant : quorum loca ne huc afferam, omnino vetat prælum quam citissime plagulas ex oculis meis erepturum. Vix enim eas obiter vidisse licuit. Sed vel festinantis oculum ultro offendent hæc verba, ut a notariis male vexata, aut certe sanis theologorum auribus asperiora censeantur, quippe cum ὁ Λόγος « ab universitate rerum neque disjungi, neque separari posse » dicatur. Unde, additis duabus voculis, quas propter compendia excidisse non ægre putem, legere malim : καὶ [τοῦ] τῶν ὅλων [Θεοῦ] μηδέποτε χωριζόμενος. D. Petra.

(39) *Effuso.* Codex, πλατύ. Lego πλατύν.

(40) *Gestiebat.* Codex, ἐπευφραίνεται. Malim ἐπευφραίνετο.

Digitized by Google

(41) risus effusiorem ei luctum, interminatas lacrymas, inconsolabilem fletum ac intimum telum comparavit. Telum hocce in virginea fornace per ignem imperator (42) quale voluit, et quomodo voluit, contra inimicum fabricavit, illudque et efficacitate invictæ deitatis exacuens, et aquis incorrupti baptismatis tingens, et passionibus passionis expertibus acuminans (43), et per mysticam resurrectionem vibrans, exitiosum hostem, omnemque illius exercitum solus ipse interfecit. Quænam igitur oratio aut nostrum gaudium, aut diaboli valet calamitatem exponere? Qui enim olim erat archangelus, nunc est diabolus : qui olim in cœlis degebat, nunc quasi anguis humi reptans spectatur : qui quondam cum cherubinis exsultabat, nunc in porcorum carcerem excruciandus (44) inclusus est : quem denique in fugam et nos vertemus, si ea quæ ipsius voluntati contraria sunt sapiamus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

(41) *Effusus.* Codex etiam hoc in loco, πλατύ. Lego πλατύς.

(42) *Imperator.* Gregorius pro πολέμαρχος ait πολεμάρχης, quod fortasse Domini majestati convenientius hoc nomen, quam illud esse duxerit : qua ratione τετράρχης dicitur, et νομάρχης, ... non vero τέτραρχος et νόμαρχος.

(43) *Acuminans.* Codex, ἀχονίσας. Lego, ἀχονήσας.

(44) *Excruciandus.* Codex, ὀδυνόμενος. Sed legere potes, si magis placeat, ὀδυνώμενος, ob eam quam superius attuli rationem.

LEONIS ALLATII

DIATRIBA DE THEODORIS ET EORUM SCRIPTIS.

Num. LXII, ubi De Theodoro qui postmodum *Gregorius* et *Thaumaturgus* dictus est — Ap. Mai, *Bibliotheca nova*, t. VI, p. 95, Romæ, 1853.)

—

MONITUM.

Leonis Allatii tres ineditas diatribas, De Nicetis, De Philonibus, *et* De Theodoris, *magno desiderio requirebant eruditi homines jam inde a Labbei et Fabricii temporibus ; alii etiam tanquam deperditas complorabant. Equidem et ipse non semel eas commemoraveram, atque a me inspectas in auctoris schedis Vallicellanis, cœptasque adeo describi dixeram. Res tamen abrupta diu jacuit, donec vir doctissimus mihique amicissimus, et de Catholica religione ac Romana Ecclesia maxime meritus, P. Augustinus Theinerus, Philippini in Urbe Oratorii presbyter ac bibliothecarius, pretiosas illas mihi schedas Allatii divulgandas concessit : quo statim munere lætus, sextum hoc* Bibliothecæ *meæ volumen exornandum putavi. Sunt hæ diatribæ manu ipsius Allatii scriptæ, minutis admodum litteris : et quanquam exemplar aliud quoque a recentiore manu confectum aderat, attamen absque autographo Allatii vix bonam editionem sperare licuisset. Neque vero quisquam existimet, sine ullo meo labore hoc editionis pensum fuisse absolutum : etenim in* Nicetis *præsertim atque* Philonibus, *permulti mihi libri pervolutandi fuerunt, ut memoratas ab Allatio auctoritates, ad veritatis, ut par erat, normam exigerem. Cumque Allatius priscis libris usus fuisset, nulla sæpe typographi aut loci adjecta designatione, qui neque capitulis essent distincti, neque aliis criticæ artis adjumentis instructi, multam ea res molestiam mihi creavit, nec paucorum mendorum purgationis necessitatem imposuit. Itaque non sine patiente mora dedi operam, ut citatos prope innumeros ethnicorum aut Christianorum locos, in ipsis fontibus recognoscerem ; quos quidem textus non raro distortos vel mutilos vel mendosos esse deprehendi. Et male profecto de lectoribus meis meriturus eram, si hanc perpetuæ recognitionis sedulitatem prætermisissem. Tum vero contigit ut pro vetustis sæpe et obsoletis auctorum editionibus, novas melioresque laudarem post Allatii curatas obitum; quod idcirco moneo, ne quis forte* ἀνιστορησίαν *aliquando miretur.* Mai.

De Theodoro, qui postea *Gregorius* appellatus, ob signa atque miracula *Thaumaturgi* sibi cognomen vindicavit, Neocæsareæ Ponti episcopo, quid ipse post Basilium Magnum lib. *De Spiritu sancto*, cap. 29, et epistola 204, quæ est ad Neocæsariensem Ecclesiam, Eusebium Cæsariensem *Historiæ ecclesiast.* libro VI, cap. 30, et alibi, Rufinum Aquileiensem, Hieronymum in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, et in epistola 70 ad Magnum oratorem, Gregorium papam lib. I *Dialog.*, cap. 7, Cedrenum, Suidam, Nicephorum Callistum, Menologia, et alios (1)? quid ipse post Nyssenum Gregorium, qui ejus vitam et res gestas accuratissime et facundia singulari descripsit? Plane nihil. Actum enim agerem, et illustria ac nobilissima facta male compta dicendi loquentia obscurarem. De ejus nihilominus scriptis pro instituto meo aliquid in medium proferam ; quæ, ut potuit, variis e latebris eduxit, et Latine versa, notisque illustrata, publica fecit primus Gerardus Vossius Moguntiæ in-4, anno 1604 ; postmodum anno 1622, cum Macario Ægyptio, et Basilio Seleuciensi edita sunt Parisiis infol.

Inter illius opera habetur *Metaphrasis in Ecclesiastem*, quæ in Reginæ codice, litteris capitalibus scripto, ut scribit Billius, et Gregorii Nazianzeni antiquitatem æquante, inter germana Nazianzeni opera numeratur, quod tanti apud Billium fuit, ut,

(1) Præmittuntur editioni Parisiacæ veterum de Gregorio testimonia, quæ vide. Angel. Mai.

Digitized by Google

quanquam reclamaret stylus, qui non usquequaque refert elaboratum illud et ἀπεξεσμένον dicendi genus, quod passim in Nazianzeni scriptis elucet, connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores : quod si quædam verba quandoque intertexta fuissent, multo mollior fuisset tota contextus facies, minusque invitæ inter se coirent sententiæ : inter tamen pseudoepigrapha Nazianzeni hanc lucubrationem numerare non dubitaverit. Dat tamen manus Hieronymo, qui omnem dubitationis ansam eximit, atque hunc fetum vero parenti asserit. Namque explicans illud Ecclesiastæ cap. IV, *Melior est puer pauper*, ex Gregorii Ponti episcopi, Origenis auditoris, metaphrasi in Ecclesiastem, expositionem assumit, verbatim digestam in hujus metaphrasi, cap. IV. Quare nulli dubium in posterum fuerit, verum illius auctorem Neocæsariensem esse Gregorium. Quod autem Nazianzeno quoque ascripta fuerit, commune nomen in causa fuit, quod frequenter in libris ecclesiasticis accidit, et aliorum exemplo probat. In codice item Vaticano 479 antiquissimo et optimæ notæ, in quo cum aliis Nazianzeni operibus hæc quoque metaphrasis locum habet, in margine scribitur : Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται. « Sciendum est apud nonnullos hunc librum in dubium verti. » Hoc idem etiam legitur in alio nec minus vetusto, nec minus elegante codice 1446. Alii se satis probasse putant, ac vindicasse Thaumaturgo, testimonio Rufini, Hieronymi, Suidæ, qui scribunt Thaumaturgum in Ecclesiastem metaphrasim edidisse. At quam sit parvum vanumque hoc argumentum, satis norunt, qui sciunt diversos sæpe ac varios scriptores de eadem re eodem titulo lucubrasse. Scripsit in Ecclesiastem metaphrasim Thaumaturgus; nemo id negat : ergo hæc metaphrasis in Ecclesiastem Thaumaturgi est; illud vero probandum est prius, nullum alium metaphrasim in Ecclesiastem scripsisse. Sed quis id probabit unquam? Et tamen aliquid in hac re est, scriptores tradere Thaumaturgum metaphrasim in Ecclesiastem scripsisse, cum nullus de Nazianzeno, cujus scripta omnium fere examini subacta sunt, id asserat. Sunt itaque præter Billium, et alii recentiores, qui dictam metaphrasim parenti proprio reddunt, Sixtus Senensis in *Bibliotheca*, Antonius Possevinus in *Apparatu*, in *Gregorio Nazianzeno* et *Gregorio Thaumaturgo*, et in *Biblioth. selecta*, lib. II, cap. 15; Fronto Ducæus in notis ad eamdem metaphrasim, Bellarminus *De scriptoribus ecclesiasticis*, et omnium postremus Daniel Heinsius in *Aristarcho sacro*, cap. 11. « Venerabile antiquitatis, inquit, monumentum Gregorii Neocæsariensis *in Ecclesiastem* exstat *paraphrasis*, quam nunc *metaphrasim* inscribunt. Multa ibi terse ac polite explicantur, neque aliud tam illi curæ fuit, quam quod proprium est paraphrastæ, ut in scripto obscurissimo connexionem, seu τὴν ἀλληλουχίαν demonstraret, quod et feliciter plerumque assecutus est. Itaque inoffenso pede per Hellenistarum remoras, quod nostro vel in primis deest, et significanter Græce æquor hoc decurrit : ita ut lubentius nonnulla prætermittat ῥήσεις enim, quod non probo, integræ desiderantur) quam ut non connectat, cum tamen alibi nonnihil, quamvis nusquam extra leges paraphraseos insistat. Veram brevitatem enim, ut jam dixi, in hoc genere amabant veteres, » etc. Hujus metaphrasis tres vulgatæ sunt Latinæ editiones. Prima Joannis Œcolampadii, tum monachi Brigittani, inter *Orthodoxographa*, Basileæ anno 1555. Secunda Wolfgangi Musculi cum orationibus Nazianzeni a Bilibaldo Pyrkeymero versis. Tertia Jacobii Billii, Sancti Michaelis in eremo abbatis, quæ Lutetiæ prodiit anno 1583, et quæ, ulpote fidelior et elegantior, a Gerardo Vossio antelata reliquis est.

Orationem tertiam in Annuntiationem, quæ incipit, Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, sub Gregorii Thaumaturgi nomine ait Vossius se invenisse post alias duas orationes ejusdem auctoris de eadem Annuntiatione beatæ Mariæ Virginis in antiquissimo Græco volumine ms. Cryptoferratensis bibliothecæ; affirmatque, si contenta hic examinentur, eamdem cum præcedentibus orationibus doctrinam referre, phrasim atque sententiam, elogia plane similia, et res easdem. Hinc se mirari illam sub nomine Joannis Chrysostomi ab Aloysio Lipomano in *Vitis sanctorum* evulgatam fuisse, ac præsertim cum interjecta illa Chrysostomo indigna assertione, qua Josephi virginitas impugnatur et tollitur. Quidquid sit de doctrina, quæ catholica est et aliis sanctis Patribus plane communis; et de assertione illa, quam Vossius indignam ducit Chrysostomo, et quam nos alias in nostro Eustathio Antiocheno impugnavimus; equidem quod de phrasi, elogiis et sententiis iisdem tradit, meræ nugæ sunt. Rudior est Thaumaturgi in dicendo numerus atque austerior, et compositio circumplexa ac fere soluta, metaphoris reliquisque figuris oratoriis nuda, sententiæ severiores, modestiores, meditatiores : at in hac oratione, quemadmodum et in reliquis duabus, auctor veluti pullus subsultans laxatis habenis, adscititio ornatu nobilis, undique per campos excurrens nugatur et ludit : quasi ex improviso diceret, sua enuntiat homœoptotis, et homœoteleutis, et omnibus aliis, quibus dicendi genus panegyricum, Græcis admodum familiare in rebus hujusmodi, scatet. Confer, lector, unam paginam Gregoriani prosphonematici cum dictis, et plane discrimen agnosces, ni cæcus esse volueris. Et sane prosphonetica illa ad Origenem dicta, cum versaretur in laudatorio genere, floribus hujusmodi inspergi quandoque debuerat; ad Origenem potissimum habita, qui in similibus versatus, a talibus, cum se offerret occasio, non abstinuit. Sed respuit hæc severum Thaumaturgi ingenium, et voluit magis esse quam videri, virtutis et simplicitatis amator. Idque adeo verum est, ut Vincentius Riccardus, vir rebus his examinandis assiduus

Digitized by Google

et perspicax, in commentario ad sextam sancti Procli orationem, testimonium ex secunda, quæ incipit : Ἑορτὰς μὲν ἁπάσας καὶ ὑμνῳδίας, adducens, asseruerit : « Quamvis summopere ambigo et hæreo, an revera Gregorii Thaumaturgi sit illa oratio. Dictio enim ipsa videtur potius sancti Procli, et sententiæ in ea plurimæ insunt, quæ conceptis verbis sunt in oratione prima Procli, et innumera alia, quæ in aliis Procli orationibus offenduntur; et frequens adeo iteratio vocis θεοτόκου, videtur Nestorium impetere. » Et infra : « Imitatus sanctus Proclus sanctum Gregorium Thaumaturgum in oratione secunda de Annuntiatione, si modo ejus est illa oratio. » Nos in epistola ad Nihusium de liturgia sancti Jacobi apostoli, de vocis θεοτόκου usu etiam ante Nestorium, nonnulla attulimus. Quidquid tamen sit, tertiam unus tantum codex ms. licet antiquissimus Thaumaturgo attribuit, at Chrysostomo centum, nec minus antiqui; ideoque sub Chrysostomi nomine et Augustæ ab Hœschelio Græce, et ab aliis edita est. De sermonibus in Annuntiationem et Theophaniam Dominicam, ut etiam de libello *De anima* ad Tatianum, nihil certi se habere scribit Bellarminus : « cum nec veteres horum operum meminerint; neque tamen convinci possit, eos esse supposititios ; » et hoc pro his tribus, vel quatuor orationibus, conjectando potius quam decernendo. Namque non absone quis dixerit, argumentum ex charactere, et dictionum formulis desumptum, leve admodum esse : affectionibus sæpius animi calamum agi regique; ætate etiam immutari. Hinc non esse necesse omnia Thaumaturgi scripta eodem semper atque uno tenore peragi.

Sed Andreæ Riveti (2) in *Critici sacri* libro II, cap. 16, de his orationibus dicta consideremus. « Guil. Perkinsius meminit homiliarum de Annuntiatione, etc., huic Gregorio ascriptarum, quas videre mihi non contigerat tum cum primum hæc scripsi; neque eæ a Possevino in *Apparatu*, aut a Sixto memorantur. » Antequam causam perspiciat, sententiam fert. Esto, non vidit Rivetus, cum scriberet. Quid ergo inde sequitur? Vel Rivetus temerarius est, vel parum diligens. De Gregorii scriptis agens, ut vera enuntiaret, sedulo inquirenda erant ipsius Gregorii scripta, consulendi amici, indices evolvendi, auctores ipsi conquirendi; ut diligentia non desit, nec temere de iis quæ non vidimus pronuntiemus. « Neque a Possevino in *Apparatu*, neque a Sixto memorantur. » Demus Riveto non commemorari. Ergo non sunt? Stolida ista argumentatio est. Quasi vero quæ non commemoraverint scripta Possevinus et Sixtus, nusquam alibi, aut nulla sint. « Sed postea editæ fuerunt Græce et Latine Parisiis cum notis Vossii Tungrensis, qui merces illas quantum potest commendat. » Bene est. Ergo sunt alia tandem scripta Patrum non commemorata a Possevino et Sixto, quando jam Parisiensibus editionibus adornantur. Nec exhausti sunt sacræ antiquitatis thesauri, si de eis taceant Possevinus et Sixtus. Ignorat plane Rivetus hæc Gregorii opera diu ante ab eodem Vossio notis illustrata prodiisse Græce et Latine, et ut postmodum Parisiis, Moguntiæ anno 1604. « Qui merces illas, quantum potest, commendat. » Illaudabile est scilicet Riveto, scripta Patrum commendare, et merces adeo pretiosas et pulcherrimas, ut ut eæ sunt, ambientibus propinare. Commendat, quantum potest, Thaumaturgi scripta, quæ commendavit antiquitas, et posterioris ævi illustriores doctores ecclesiastici omnes; at exterminarunt hæretici, apud quos etiam in ea æstimatione fuere, ut vel eorum solo testimonio sua constabilire crediderint. Hinc tot illis, malis artibus, annexa, et præter morem atque legem proborum hominum immutata : pleraque etiam orationes atque opuscula ex penu hæreticorum illis appicta. Tanta erat in unius hujusce commentariis auctoritas! Commendavit itaque Vossius, quæ ante eum tot exscriptorum calami inter alia sanctorum Patrum scripta scripto commendaverant. Commendant codices antiquissimi, et optimæ notæ, qui dictas Gregorii orationes præfixo nomine Gregorii exhibent.

« Dubias esse probat Perkinsius ex eo, quod Vitæ sanctorum, item et hymni eorum festis convenientes, primum a Carolo Magno constituti sunt, circa annum 807 (Paulus Æmilius lib. II *De gestis Francorum*, Sigebertus item, anno 807) multis post Thaumaturgum sæculis. » Perkinsium ipse non vidi. Credo tamen Rivetum Perkinsii verba neque invertisse, neque mutilasse, sed ingenue numerasse. Videamus, ut sibi constet Perkinsii ratio; namque si ea ceciderit, cadet etiam sententia Perkinsii, et orationes prædictas dubias esse. Cum istæ orationes factæ asseruntur, tum neque Vitæ sanctorum, neque hymni eorum festis convenientes in Ecclesia erant : nam primus Carolus multa post sæcula constituit : ergo dictæ orationes, festis diebus et solemnitatibus sanctorum convenientes, non potuerunt scribi a Gregorio Thaumaturgo, qui multo Carolum præcesserat. Probat assumptum auctoritate Æmilii, et Sigeberti. Tum ipse infero : At falsum est, primum Carolum id instituisse, quidquid Æmilius et Sigebertus crocitent : ergo falsum quoque erit has orationes dubias esse. Imo certas atque indubitatas esse evincitur, cum certe atque indubitate demonstretur, ante Carolum orationes et hymnos in solemnitatibus sanctorum, et ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio in Ecclesia frequentes fuisse. Et Judæos ipsos ex vetere Patrum institutione legitimis præfinitisque diebus ex lege et prophetis lectiones recitare consuevisse, tradit Isidorus lib. I *De ecclesiasticis offic.*, cap. 10, probatque Rabanus Maurus lib. II *De institut. cleric.*, cap. 5. Lectionum meminit Origenes *contra Celsum* lib. III, 50:

(2) Andream Rivetum, contra quem diu pugnaturus est Allatius, doctum hominem, sed rigidum acerbumque Calvini asseclam fuisse, scimus. A. M.

Digitized by Google

Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τίνα τρόπον ἡμᾶς συκοφαντεῖ, ἐξομοιῶν τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἀπορρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ ἀγείρουσι· ποῖα δὲ ἀπορρητότατα ἐπιδεικνύμεθα, ἢ τί τούτοις παραπλήσιον πράττομεν; οἱ καὶ δι' ἀναγνωσμάτων, καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ αὐτὰ διηγήσεων προτρέποντες μὲν ἐπὶ τὴν εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων εὐσέβειαν, καὶ τὰς συνθρόνους ταύτῃ ἀρετάς. « Vide quomodo in his quoque verbis calumnia nos afficiat, quos cum circulatoribus, turpia et nefanda in foro proponentibus comparat. Quæ vero nefanda proponimus? aut quid facimus, quod ad hujusmodi hominum impudentiam accedat? nos, inquam, qui per lectiones, et per earum interpretationes, homines ad pietatem erga omnium rerum Deum, virtutesque quæ easdem atque pietas sedes habent, hortamur. » Vide ejusdem *De engastrimytho* commentarium (3) in principio. Sanctus Augustinus (in prologo ad tractatus suos) in Epistolam primam Joannis ait : « Sed quia interposita est solemnitas sanctorum dierum, quibus certas ex Evangelio lectiones oportet in Ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, ut aliæ esse non possint; ordo ille, quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non omissus. » Idem in sermone (v, 1) de luctatione Jacobi : « Istæ lectiones, quæ vobis leguntur, nunquid modo primum vobis leguntur, et non eædem quotidie repetuntur? Sicut autem lectiones Dei quotidie opus est, ut repetantur, ne sæculi mala et spinæ nascantur in cordibus vestris, et effocent semen quod ibi seminatum est; sic oportet et sermonem Dei vobis semper repeti, ne obliti dicatis vos non audisse, quod dicimus nos dixisse. » Et sermone 3 in die Pentecostes : « Adventum Spiritus sancti anniversaria festivitate celebramus. Huic solemnis congregatio, solemnis lectio, solemnis sermo debetur. » Grsgorius Nyssenus orat. 2 (initio) de Resurrect. Christi : Πάντες μὲν, ἀγαπητοί, ὡς εἰπεῖν, ἀποδέχονται τὴν ἐν Κυριακῇ νυκτὶ παρ' ἡμῶν εἰσηγηθεῖσαν ἁρμοδίως τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. « Omnes quidem propemodum, dilecti, approbant lectionem sacrorum Evangeliorum, quæ a nobis nocte Dominica commode fuit introducta de resurrectione magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. »

Scribit Philostorgius (lib. III, 5) Theophilum Indum legatum a Constantio missum, ad Divæos, qui Indi erant, profectum, multa quæ ante apud eos haud rite fiebant emendasse, et inter alia, quod illi sedentes lectiones evangelicas audiebant. Καὶ γὰρ καθεζόμενοι τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο τὴν ἀκρόασιν. « Namque sedentes evangelicis lectionibus aures præbebant. » Observat Jacobus Gothofredus (in adn. ad loc. cit.) : « Et cum Evangelia legerentur, quorum statæ etiam certæque lectiones [ἀναγνώσεις, ἀκούσματα] erant (cujus rei luculentum inter alia testimonium exstat in Hippolyti *Canone paschali*, ubi lectiones hujusmodi in cellulis arcæ laterculi statæ designantur, de quo plene alibi), certo quoque corporis habitu Christiani in ecclesia fuere : nempe enim a stantibus Evangeliorum lectiones audiri oportuisse, hic Philostorgii locus indicat. » Et ex Sozomeni libro VII, cap. 19, notat in sola Alexandrina Ecclesia episcopum Alexandrinum, dum Evangelium recitaretur, non assurrexisse : Ξένον δὲ κἀκεῖνο παρ' Ἀλεξανδρεῦσι τούτοις· ἀναγινωσκομένων γὰρ τῶν Εὐαγγελίων, οὐκ ἐπανίσταται ἐπίσκοπος, ὃ παρ' ἄλλοις οὔτ' ἔγνων, οὔτ' ἀκήκοα. « Novum et illud apud eosdem Alexandrinos est, quod episcopus, dum recitatur Evangelium, non assurgat, quod apud alios unquam fieri equidem neque comperi neque audivi. » Adde tu ex eodem Sozomeno (loc. cit.) : Ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν βίβλον ἀναγινώσκει ἐνθάδε μόνος ὁ ἀρχιδιάκονος· παρὰ δὲ ἄλλοις, διάκονοι· ἐν πολλαῖς δὲ Ἐκκλησίαις, οἱ ἱερεῖς μόνοι· ἐν δὲ ἐπισήμοις ἡμέραις, ἐπίσκοποι, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἀναστασίμου ἑορτῆς. « Hunc etiam sacrum codicem hic legit solus archidiaconus, apud alios vero diaconi in multis etiam Ecclesiis soli sacerdotes, diebus autem solemnibus episcopi, ut Constantinopoli primo die paschalis solemnitatis. » Leo pontifex in sermone (VI, 1) in Epiphaniam : « Quamvis ergo narratio evangelicæ lectionis illos proprie recenseat dies, in quibus tres viri, quos nec prophetica prædicatio docuerat, nec testificatio legis instruxerat, ad cognoscendum Deum a remotissima Orientis parte venerunt; hoc idem tamen et manifestius nunc et copiosius fieri in omnium vocatorum illuminatione perspicimus. » Maximus Taurinensis in homilia IX de Epiphania : « Audistis, fratres, lectionem Evangelii salutaria præsentis diei sacramenta recitantem. » Petrus Chrysologus in sermone IX : « Agit nobiscum Deus, agit in hoc sæculo, ne quid nobis pereat in futuro, sicut ex ipso lucet principio lectionis. » Et in sermone XVI : « Ibat ad eorum curam, quibus jam humana defecerat cura, sicut hodierna probatum est lectione. » Item serm. XVIII : « Hodierna lectione didicit attentus auditor. » Lectionarius vel Comes apud Pamelium tomo I *Liturgicon* editus est, quo continentur ex prophetis et Apostolo lectiones per totum anni curriculum legendæ, per divum Hieronymum collectæ, ut vult *Micrologus De eccles. observ.*, cap. 25, et alibi sæpius. Berno Augiensis *De missa*, et Joannes Belethus *Ration. divin. off.* cap. 57, et non multo post « Musæus Massiliensis Ecclesiæ presbyter, » ut tradit Gennadius *De scriptoribus ecclesiasticis* (cap. 79) « vir in divinis Scripturis doctus, et in earum sensibus subtilissima quadam exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus, hortatu sancti Venerii episcopi, excerpsit de sanctis Scripturis lectiones totius anni festivis diebus aptas, responsoria etiam, psalmorum capitula temporibus et lectionibus con-

(3) Interpretatus est atque edidit hoc opusculum ipse Allatius cum syntagmate doctissimo *De engastrimytho*, Lugduni 1629. A. M.

Digitized by Google

gruentia, quod opus tam necessarium a lectoribus in Ecclesia probatur, ut expetitum et sollicitudinem tollat et moram, plebique ingerat scientiam, celebritatique decorem. » Eadem repetit Honorius Augustodunensis *De scriptoribus* (II, 78) in Musæo Massiliensi. De Scripturis legi solitis in Ecclesia et eorum expositionibus, vide Socratem lib. v, cap. 22, et Nicephorum Callistum lib. XII, cap. 34.

De hymnis quoque dubitabit Rivetus? Nos qui singulis horis in gestis dictisque Christi versamur, scimus Christum post sacram cœnam hymnum dixisse: hortarique Paulum, « ut nos invicem doceamus, atque commoneamus psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus canere, » ad Coloss. III, 16. Et ad Ephesios V, 19: « Implemini Spiritu, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes, et psallentes in cordibus vestris Domino. » Chrysostomus (in Matth. homil. LXXXII) enarrans illa, *Et hymno dicto, exivit in montem Oliveti*: « Gratias, inquit, agit, postquam dedisset; hymnum cecinit, ut nos quoque id ipsum faciamus. » Et apostolos, et subsecutos Christianos hymnos a se compositos, vel ab aliquo vatum veterum desumptos cecinisse, exstitisseque ea ætate carmina prisca versu trimetro, et hymnos cum suis accentibus inter sacra ante altaria canenda, probat testimoniis Patrum Joannes Stephanus Durantius *De ritibus Eccles. cathol.*, lib. III, cap. 14. Et ne nos in adeo opima lautaque cœna jejuni esse videamur, adjiciemus nonnulla quæ erunt, si ratio temporis consideretur, antiquissima. Philo Judæus lib. *De vita in contemplatione posita*, sermonem habens de Essenis, Christianis scilicet in ipso exortu Ecclesiæ, ut doctissimi quique affirmatissime asseverant, et Suidas titulum præbuit *De vita Christianorum*, cujus verba referuntur ab Eusebio *Hist. eccl.* lib. II, cap. 17, de eorum ecclesiis refert: Ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομίζοντες, μὴ ποτὸν, μὴ σιτίον, μή τέ τι τῶν ἄλλων, ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν, καὶ ὕμνους. « In quo illi ab aliis separati sejunctique vitæ piæ mysteria obeunt, nihilque eo vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis usum necessariæ sunt, omnino secum inferunt: sed leges et oracula a prophetis divinitus edita, hymnosque. » Et infra magis aperte: ὥστ' οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν, ῥύθμοις σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. « Ita plane non contemplationi solum se dedunt, sed etiam cantiones et hymnos ad Dei laudem componunt omni metrorum ac modulationum genere. » Plinius (neque enim absurdum fuerit ad nostras res comprobandas, ex inimicis Ecclesiæ testimonia sumere) in epistola ad Trajanum (lib. X, 97) de Christianis: « Affirmabant autem hanc fuisse summan vel culpæ suæ vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem. » Quid iste cantus fuerit, habeat sibi Rivetus ex Conrado Ritterhusio, et Francisco Balduino, quos uti proprios, magis etiam sibi propitios in hoc negotio habebit. Carmina illa Christianorum trifariam distincta sunt ab Apostolo, in psalmos, hymnos, et odas spirituales, quæ carmina inter se ita differre putant, ut psalmis significentur quæcunque sacræ conciones, variis argumentis scriptæ; hymnis, laudes divini nominis vel sanctorum; odis sive canticis, peculiares quædam et magis artificiosæ cantiones, quæ et ipsæ quidem contineant laudes, sed augustiore quadam et sublimiori forma compositæ. » Tum probat auctoritate Chrysostomi homil. IX (ed. Montf. t. XI, p. 392) in Epist. ad Coloss. hymnos psalmis ipsis divinorem rem esse atque sublimiorem. Verba Chrysostomi sunt: Ὅταν τούτοις ἐκ παιδὸς ἐνάξῃς αὐτὸν, κατὰ μικρὸν καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἄξεις· οἱ ψαλμοὶ πάντα ἔχουσιν, οἱ δὲ ὕμνοι πάλιν οὐδὲν ἀνθρώπινον· ὅταν ἐν τοῖς ψαλμοῖς μάθῃ, τότε καὶ ὕμνους εἴσεται ἅτε θειότερον πρᾶγμα· αἱ γὰρ ἄνω δυνάμεις ὑμνοῦσιν, οὐ ψάλλουσιν. « Si a puero istis assueferis eum, paulatim et ad sublimiora deduces. Psalmi complectuntur omnia. Rursus et hymni quoque nihil habent humani. Quod si in psalmis instructus fuerit, tum et hymnos intelliget ac sciet utpote rem diviniorem. Etenim potestates superæ hymnos concinunt, non psallunt. » Hactenus Balduinus.

Tertullianus in *Apolog.*, cap. 39, de convivio Christianorum: « Post aquam manualem et lumina, ut quisquis de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere. » Item lib. II (in fine) *Ad uxorem*, Christianos sese mutuo provocasse, quis melius Deo suo caneret: neque solum in ecclesia aut cœtu, sed in privatis Christianorum ædibus, psalmos concinuisse ait. Certe in iis, ut in ecclesia, preces sonuisse scribit Cyprianus *ad martyres*. Sed et Clemens Alexandrinus lib. VII (cap. 7) *Stromatum* indicat moris fuisse, ut cum cibum sumerent Christiani, psalmi hymnique personarent, etc. Erit ergo carmen canere, hymnos in laudes divini nominis vel sanctorum conscriptos concinere. Auctor, qui sub Commodo scribebat adversus Artemonis hæresim, ut ex Eusebii *Historia ecclesiast.*, lib. V, cap. 27, discimus, sub initio, canticorum et hymnorum in ipsum Christum a fidelibus editorum meminit: Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. « Quotquot item psalmi atque hymni ab initio (nascentis nempe post Christum Ecclesiæ) a fratribus conscripti, hi omnes Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. » Et in concilio Antiocheno sub Aureliano apud eumdem lib VII, cap. 30, inter alia crimina Paulo Samosateno objecta, non postremum locum obtinuit, eum psalmos et cantus, qui ad sua tempora in Dominum nostrum recitari solebant, explosisse, et in media ecclesia solemni Paschatis die mulieres, quæ cantilenas in

Digitized by Google

ipsius laudes funderent, introduxisse : Ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ, ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων· ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. « Psalmos et cantus, qui ad Domini nostri Jesu Christi honorem decantari solebant, tanquam recentiores, et a viris recentioris memoriæ editos, explosit : et in media ecclesia, solemni Paschatis die, mulieres, quæ cantilenas, quas si quispiam audiret, plane exhorresceret, in ipsius laudem funderent, comparavit. » S. Augustinus in epistola LV, 34, quæ est ad Januarium : « Sine dubitatione faciendum est, maxime id quod etiam de Scripturis defendi potest; sicut de hymnis et psalmis canendis, cum et ipsius Domini et apostolorum habeamus documenta et exempla et præcepta. » Concilium Toletanum IV (ed. card. Aguirrii t. III, p. 368), cap 13, quod Baronius vocat celeberrimum et generale (4), tradit : « De hymnis etiam canendis, et Salvatoris et apostolorum habemus exemplum. » Operam ipse perderem, si quæ ad hanc veritatem confirmandam faciunt, ex Patrum scriptis colligerem. Certum est ergo et ante Christum, et eodem adhuc superstite, et statim atque in cœlum ascendit, ante etiam ipsum Thaumaturgum, fideles in ecclesia hymnos, qui Dei laudes continerent, decantasse.

Non est tamen prætereunda auctoritas Socratis, licet prolixior, ut et hymnorum in Ecclesia usus antiquissimus, et eorum origo ab ipso Christianæ religionis exordio dignoscatur, lib. VI, cap. 8 : Οἱ Ἀρειανίζοντες ἔξω τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο· ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορτὰς κατελάμβανον, φημὶ δὴ τό τε Σάββατον καὶ ἡ Κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν, περὶ τὰς στοὰς ἀθροιζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες ᾖδον· καὶ τοῦτο ἐποίουν κατὰ πλεῖστον μέρος τῆς νυκτός· ὑπὸ δὲ ὄρθρον τὰ τοιαῦτα ἀντίφωνα λέγοντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξῄεσαν τῶν πυλῶν, καὶ τοὺς τόπους ἔνθα συνῆγον κατελάμβανον· ἐπειδὴ δὲ ἐρεθισμοὺς κατὰ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων λέγοντες οὐκ ἐπαύοντο· πολλάκις γὰρ καὶ τοιαύτην ᾠδὴν ἔλεγον· Ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες τὰ τρία μίαν δύναμιν; Τότε δὴ καὶ Ἰωάννης εὐλαβηθεὶς, μή τις τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν τοιούτων ᾠδῶν ἀφελκυσθῇ τῆς Ἐκκλησίας, ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τοὺς τοῦ ἰδίου λαοῦ, ὅπως ἂν καὶ αὐτοὶ ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνῳδίαις σχολάζοντες, ἀμαυρῶσι μὲν τὴν ἐκείνων περὶ τούτου σπουδὴν, βεβαίους δὲ τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐργάσωνται· ἀλλ' ὁ μὲν σκοπὸς Ἰωάννου ἐδόκει εἶναι χρηστὸς, σὺν ταραχῇ δὲ καὶ κινδύνοις τὸ τέλος ἐδέξατο· ὡς γὰρ λαμπρότεροι οἱ τοῦ ὁμοουσίου ὕμνοι ἐν ταῖς νυκτεριναῖς ὑμνολογίαις ἐδείκνυντο· ἐπινενόητο γὰρ παρ' αὐτοῦ σταυροὶ ἀργυροῖ φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων, τῆς βασιλίδος Εὐδοξίας παρεχούσης τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην· πλῆθος δὲ ὄντες οἱ Ἀρειανίζοντες καὶ ζηλοτυπίᾳ ληφθέντες, ἀμύνεσθαί τε, καὶ συμπληγάδας ἐπεχείρουν ποιεῖν· ἔτι γὰρ ἐκ τῆς προλαβούσης δυναστείας ἐνθερμοί τε πρὸς μάχην ἦσαν, καὶ κατεφρόνουν αὐτῶν· μὴ μελλήσαντες οὖν ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν συγκρούουσι, καὶ βάλλεται μὲν λίθῳ κατὰ μετώπου Βρίσων ὁ τῆς βασιλίδος εὐνοῦχος, συγκροτῶν τότε τοὺς ὑμνῳδούς· ἀπόλλυνται δὲ καί τινες τοῦ λαοῦ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· ὑφ' οἷς κινηθεὶς ὁ βασιλεὺς διεκώλυσε τοὺς Ἀρειανοὺς τὰς ὑμνολογίας ἐν τῷ δημοσίῳ ποιεῖν· καὶ τὰ μὲν λεγόμενα τοιαῦτα ἦν. Λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήθεια· Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν Τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν· ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις ἐδόθη· οὗτος μὲν οὖν ὁ περὶ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων λόγος ἐστίν. « Ariani extra urbem conventus agebant. Itaque cum festa cujusque hebdomadæ occurrebant, videlicet Sabbatum et dies Dominicus, in quibus conventus in ecclesiis fieri solent, illi intra portas civitatis circa porticus in unum congregati, cantus apte opinioni Arianæ respondentes, quos ipsi composuerant, alternatim canebant : idque per majorem noctis partem faciebant. Primo diluculo tales cantilenas alternis per mediam urbem recitantes, e portis egrediebantur, et ad loca ubi agebantur conventus contendebant. Verum quia adversus fidei *consubstantialis* fautores verba contumeliosa, quibus eorum animos irritarent, dicere non desinebant, nam sæpe hanc quasi cantilenam in eos cecinere : Ubi sunt hi, qui tria unam dicunt esse potentiam? Joannes veritus ne aliquis ex simplicioribus ejusmodi cantibus ab Ecclesia abduceretur, quosdam e suo populo illis opponendos curavit, qui nocturnis hymnis decantandis similiter operam darent, Arianorumque in ea re studium eo pacto reprimerent, denique suos in ipsorum fide admodum confirmarent. At quamvis hoc Joannis institutum valde commodum videretur, tamen illius eventus tumultu atque etiam periculo non caruit. Nam ubi hymni in *consubstantialis* laudem decantati, propter concentum illum nocturnum multo plus dignitatis sunt consecuti, erant enim cruces argenteæ excogitatæ, quibus cerei imponebantur, Eudoxia Augusta sumptum ad id suppeditante, turba Arianorum coacta, et æmulationis ardore incensa, se ulcisci, et cum adversariis confligere instituit. Etenim principatu illo, quem jampridem obtinuerant elati, erant ad pugnam multo ardentiores, defensoresque fidei *consubstantialis* prorsus contemnebant. Quare nulla

(4) Baronius ad an. 633 non ipse generale hoc concilium vocat, sed a Patribus qui ei interfuerunt, generale appellatum dicit. Neque sane ita appellari stricto sensu poterat synodus ad quam Hispaniæ tantum et Galliæ Narbonensis episcopi concurrerunt. A. M.

Digitized by Google

interposita mora, nocte quadam tumultum faciunt. Briso imperatricis eunuchus, qui partes canentium hymnos ad commendationem fidei *consubstantialis* tuebatur, lapide in fronte percutitur. Interierunt etiam utriusque partis nonnulli de populo. Quibus rebus imperator admodum commotus, Arianis interdixit ne hymnos in publico cantarent. Atque hæc quidem hoc modo gesta sunt. Jam vero dicamus etiam, unde consuetudo hymnorum, qui in ecclesia alternis decantantur, initium ceperit. Ignatius Antiochiæ, quæ est in Syria, tertius a Petro apostolo episcopus, qui cum apostolis ipsis multum versatus est, visionem vidit angelorum sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium, et formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Unde illa traditio in omnibus Ecclesiis recepta est. Et de hymnis alterna vice cantatis ista hactenus. » Non alia narrant Sozomenus lib. VIII, cap. 8, ac Nicephorus lib. XIII, cap. 8. Et ne dicas tum primum hujusmodi hymnos, non antea, in Ecclesia excogitatos fuisse, animadverte Socratis verba capite superiore (id est lib. VI, 7, fin.) : Ἤρξησε δὲ πρῶτος καὶ τὰς περὶ τοὺς νυκτερινοὺς ὕμνους εὐχὰς, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. « Primus etiam (Joan. Chrys.) precationes, quæ in nocturnis hymnis fieri solent amplificavit, tali causa inductus. » Amplificantur ea quæ usu recepta sunt : quæ autem primo excogitantur, cum nondum ullam sui subsistentiam habeant, amplificari non possunt. Quid ergo ex argumento Perkinsii probe colligat Rivetus, ipse viderit. Sed quid cum illis agas, qui neque scripta Patrum, neque consuetudines Ecclesiæ, neque instituta majorum sciunt? Et si unquam etiam inter legendum occurrerit, quod eorum fictas atque vanas opiniones minuat, vel non animadvertunt, vel animadversum negligunt : et quod pejus est, alio distrahunt, et pervertunt.

Jam audio Rivetum dicere, neque enim desipit semper, quod utinam esset! lectiones et hymnos constitutos a Carolo, ex Patrum scriptis et in laudem sanctorum fuisse : non dubium vero lectiones ex sacris litteris, et in laudem Dei Christique, multo antiquiores fuisse, et ante etiam ipsum Christum natas. Sed neque hoc modo probat hasce Thaumaturgi orationes dubias esse. Et negabitne ipse et Annuntiationem Virginis, et Theophania ad Christum pertinere? Negabit scilicet. Quid tum? Lectiones in solemnitatibus sanctorum valde Carolo antiquiores sunt : et martyrum Acta in Ecclesia ante eumdem Carolum legebantur. Volens puto hoc ignoravit Rivetus : neque enim adeo infans in rebus ecclesiasticis, et scriptis Patrum, quæ pro libidine deartuat, existimandus est. Quod si nolens id nesciverit, edoctus modo sciat et obmutescat, et deponat aliquid ex fastu illo, et tanta illa quam sibi vindicat doctrina. Acta martyrum probata ante Carolum in Ecclesia legebantur, consequenterque festi sanctorum dies celebrabantur. Adrianus papa in epistola ad ejusdem Caroli scriptum *De imaginibus*, cap. 17 : « Vitæ Patrum sine probabilibus auctoribus minime in Ecclesia leguntur. Nam ab orthodoxis titulatæ et suscipiuntur et leguntur. Magis enim Passiones sanctorum martyrum sacri canones censuerunt, ut liceat eas etiam in Ecclesia legi, cum anniversarii dies eorum celebrantur. » Canon qui id censuit inter concilia Africana est num. 50 : Ἐξέστω ἔτι μὴν ἀναγινώσκεσθαι τὰ Πάθη τῶν μαρτύρων, ἡνίκα αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται. « Liceat etiam legi Passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur. » Dixi vero probata, ut quæ de sanctorum historiis ab hæreticis vel aliis falso scripta sunt excluderem (ut jubet canon Trullanus LXIII). Quo vel solo factum est, ut ea legendi in Ecclesia vetus consuetudo a Gelasio antiquata sit. Gelasius papa in Romano concilio (ed. Labb. t. IV, p. 1265) : « Gesta sanctorum martyrum secundum antiquam consuetudinem, singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur : quia eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut idiotis superflua et minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cujusdam Quirici et Julittæ, sicut Georgii aliorumque ejusmodi Passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ : propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur. » Antiquam consuetudinem legendi gesta martyrum in Ecclesia Gelasius multo ante Caroli tempora fatetur, et Adrianus eidem Carolo denuntiat : et Rivetus et Perkinsius primum a Carolo constitutam esse tradunt? Et ut magis teneas quid essent, adeatur Basilius Seleuciensis *De vita et miraculis sanctæ Theclæ*, lib. II. Is martyris Theclæ die solemni ad habendam orationem in ejus laudem se comparans, die antecedente in ægritudinem perquam pravam incidit, et martyre morbum dissolvente, in laudes ejus effunditur in ecclesia : Ἦν γὰρ αὐτῆς ἡ ἐτήσιος ἑορτή· παρεσκευασάμην δὲ κἀγὼ πρὸς ἔπαινον μικρὸν τῆς ἑορτῆς· ὤφθην ἐπὶ τοῦ δεικτηρίου· λέγεται δὲ οὕτως ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐπιδείκνυνται οἱ λέγοντες, τοῦτό ἐστιν ὁ ἄμβων ἤτοι τὸ ἀκροατήριον· καὶ εἶπον μέν ἅττα. « Conventus anniversarius ejus agebatur, et ad orationem exiguam de laudibus festi habendam me comparaveram. In dicterio comparui, hoc est in loco ubi verba facturi se exhibent, sive ambonem, sive suggestum, sive auditorium appelles, et pauca quædam dixi. » Qui jam adductis testimoniis fidem non adhibet, etiamsi sexcenta alia offerantur, pervicacius indurescet. Legebantur itaque in Ecclesia tum Latina tum Græca non Scripturæ sacræ solummodo, sed et Acta martyrum, et in iisdem solemnitatibus ab antiquioribus Patribus habitæ orationes ante Carolum, quamvis id nequiter negent et Rivetus et Perkinsius.

Dicent, facinus hoc non esse natum apud illos nostrum, sed culpam referendam esse in Sigebertum, et Paulum Æmilium, qui ante se fraudem hanc conceperunt. Dicent equidem, sed callido mendacio

Digitized by Google

Proponamus verba Sigeberti tum ex *Chronico*, tum ex libro *De scriptoribus* (cap. 81) : « Carolus imperator per manum Pauli diaconi sui decerpens optima quæque de scriptis catholicorum Patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit in duobus voluminibus. » De Vitis sanctorum, de hymnis in his, ne verbum quidem. Qua fronte ergo dicitur, ex his Sigeberti verbis, et Vitas sanctorum, et hymnos festis convenientes a Carolo primum constitutos fuisse? Et quomodo primus constituit, qui ex catholicorum Patrum scriptis, quæ ante ipsum erant, decerpere Paulum jussit? Erant ergo ante Carolum ejusmodi scripta in Ecclesia, sed cum ab hæreticis male habita, et addititiis doctrinis conspurcata multa cerneret, jussit ut triticum ex catholicorum scriptis, rejectis hæreticis, eligeretur. Non itaque ipse primus constituit. Tum demum, an unum et idem tibi, Rivete, videtur compilare facere, et constituere? Compilare est in unum cogere : primum constituere, est primum statuere, proponere, decernere. Compilantur quæ ante erant; primum constituuntur quæ tum primum nascuntur. Si ergo erant antea, non potuit primus constituere, potuit tamen ipse compilare, vel facere ut Paulus compilaret. Male ergo legeras verba Sigeberti, pejus conceperas, pessime tua pro illius verbis divenditas, et lectorem fallis. Et sic talis error in utroque vestrum fuit. Pauli vero Æmilii *De gestis Francorum* in *Carolo* (ed. Basil. p. 65) verba sunt : « Vetustissimis exemplaribus, sanctisque auctoribus, imperio opeque Caroli undique conquisitis, martyrum vitas mortemque, ac cæterorum divorum, summa brevitate perstrinxit in templis legendas. » Nulli hic hymni memorantur. Lectiones quas summa brevitate perstrinxit Paulus, ex vetustissimis exemplaribus sanctisque auctoribus decerptæ sunt. Laborem Pauli ope sua atque imperio Carolus promovit, exemplaria nempe conquirendo, et sumptus erogando, ut promptius in Ecclesia legerentur, quæ nimia sua prolixitate lectores segniores reddebant. Quomodo itaque primus Carolus lectiones festis sanctorum convenientes constituit?

Neque illud omittendum est : verba Perkinsii quæ ipse, ut supra dixi, non vidi, ex quibus tot errores consequuntur, Rivetus videtur non intellexisse. Argumentabatur siquidem Perkinsius, si sanæ mentis compos scribebat, lectiones, hymnos, et Vitas sanctorum diebus festis convenientes, primum a Carolo constitutos fuisse. Ergo hæ orationes tot ante sæcula scribentis Thaumaturgi esse non possunt. Et manifestum est, quod in earum secunda, ipso statim initio, talium mentio habeatur : Ἑορτὰς μὲν ἁπάσας καὶ ὑμνῳδίας δέον ἡμᾶς θυσιῶν δίκην προσφέρειν τῷ Θεῷ, πρῶτον δὲ πάντων τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἁγίας Θεοτόκου· « Sacras quidem festorum celebritates atque hymnos decet nos sacrificiorum instar offerre Deo, primum autem omnium Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis ; » non ut argutatur Rivetus has esse dubias, quia lectiones et hymni diebus festis convenientes primum a Carolo Magno constituti sint. Quamvis vero argumentum Perkinsii nullum sit, ut supra probatum est, attamen illud maximum in Riveto fuerit, critico rerum sacrarum improbissimo, pauca ista Perkinsii intellecta non fuisse. Et plane argumentum Perkinsii ita conceptum stultissimum est. Etenim si quia hymnorum et festorum dierum meminit, ideo tres vel quatuor istæ orationes rejiciendæ sunt, rejicienda erunt et Evangelia, et Epistolæ Pauli, et tot alia sanctorum, qui ante Carolum vixerunt, monumenta pulcherrima, et de quorum auctoribus dubitare nefas esset, vel eo solo nomine quod in illis mentio habetur, et dierum festorum, et hymnorum, quod ista primum a Carolo constituta sint.

Et ut magis urgeam, hæ Thaumaturgi orationes quatuor sunt, tres in Annuntiationem, unica in Theophaniam, et ex his in una tantum, quæ est secunda in Annuntiationem, et dierum festorum, et hymnorum fit mentio. Quæ poterit assignari ratio, ut una simul cum hac reliquæ rejiciantur? Etiamsi quæ de festis et hymnis loquitur, e scriptis Thaumaturgi esset exterminanda, ista non una secum traheret alias. Fac enim inter orationes Seleucianas, vel Chrysostomianas sit una, quæ Seleuciensem, vel Chrysostomum non agnoscat, ideone et reliquæ aliæ amandandæ sunt? Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Inter decem adolescentes unus spurius est, neque indubitate, ergo cæteri omnes spurii? Inter decem pecudes una nigra est, ergo et reliquæ novem? Et ut finiam, inter criticos sacros Rivetus amens demensque est, ergo et quotquot critici sacri sunt? Demus ergo dubitationem esse de secunda in Annuntiationem, quia et hymni, et dies festi in ea tinniunt; ergo propterea et aliæ ibidem annexæ in dubium vertantur? Vertantur, fatebitur forsan Rivetus, cui omnia sacra in dubium vertere in animo est. Et hæc quidem ad rationes Riveti, Gordianis, ut ipsi videtur, nodis circumflexas, satis sint.

Scribunt alii : Verba, quæ ad Jordanis ripas et in monte dicit Pater de Christo, ita conjungit atque interpretatur, ac si ipsa baptismi hora dicta fuissent, auctor homiliæ in Theophaniam : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius consubstantialis, » etc., unde perspicue significatur auctorem illius homiliæ scripsisse post Arii et concilii Nicæni tempora, imo post ipsos Nestorium et Eutychetem damnatos. Idem quoque judicium faciendum de *duodecim capitibus de fide*, cum anathematismis quæ cum Nestorianorum et Eutychianorum errores et blasphemias damnent, non possunt auctorem habere Gregorium Thaumaturgum, qui multis ante harum hæreseon ortum annis diem suum obierat. Hæc ratio non plane concludit. Neque enim quia Patrum sententiis hæreses, quæ ipsos

Digitized by Google

subsecutæ sint, jugulantur, ideo bene infertur dictas sententias vel commentaria, in quibus tales sententiæ digeruntur, non esse Patrum qui hæresibus præiverunt : cum Spiritus sanctus eorum mentem et calamum dirigens, ante exortas ipsas hæreses, eas profligaverit ; ut haberent fideles, cum illæ nascerentur, ad veritatem ostendendam subsidia. Inde natis hæresibus, qui tum vivebant fideles, ex antiquorum Patrum scriptis eclogas comminiscebantur, ut novum quidem hæreticorum esse dogma, illud autem Ecclesiæ antiquissimum et Patrum commentariis insinuatum, ex quibus illud elicerent, commonstrarent. De quo nos alibi plura. Quare potuit et Thaumaturgus ante Eutychianam et Arianam hæresim veritatem promere, et quod Ecclesia ipsa post aliquot sæcula adversus hæreticos in sui defensionem proponeret, prænuntiare. Et istorum ratio non usquequaque absona fuerit, ut illa Riveti : « Bellarminus nihil se habere certum profitetur tam de homiliis in Annuntiationem et Epiphaniam Dominicam, quam de libello *De anima* ad Tatianum, quorum veteres non meminerunt. » Ergo illa dubia fuerint. Quasi vero quod incertum est Bellarmino, id quoque in Ecclesia dubium sit : et quorum operum veteres non meminere, ea incerta sint; et quasi veteres omnium meminerint, et nos omnium veterum, quæcunque illa fuerint, præ manibus habeamus. Sed Riveti, cum solidiora non habeat, hili nugamenta hæc sunt.

Non minor difficultas est de *Expositione fidei*, quam ille scripsit et publicavit, vocavitque κατὰ μέρος· non quod ex parte, quæ sunt fidei tradat et exponat, vel quod per partes inibi fides explicetur, vel quod fidem non universam sed partim tradat, vel quod particularis fides fuerit, sed quod singulas et speciales fidei partes enucleat. Eam Vossius invenit, ediditque Latine solum, cum Græca non habuerit (5). Subdit Bellarminus, fortasse falli Vossium. Nam *Expositio fidei*, cujus meminit sanctus Basilius in epistola CCX ad Neocæsarienses, vere a Thaumaturgo scripta adversus Ælianum (6), multum differt a Vossiana ista : in illa enim habebatur, Patrem et Filium hypostasi esse unum, et sola animi cogitatione distingui, unde suspicio orta erat a Gregorio foveri hæresim Sabellii ; quamobrem eum Basilius a Sabellianismi suspicione defendere contendit; sed Vossiana Sabellium nominatim refutat, neque unquam dicit Patrem et Filium hypostasi esse unum, et sola rationis cogitatione distingui ; sed contra dicit, Patrem et Filium natura divinitatis esse unum, et unamquamque Personam per se subsistere, et aliam esse hypostasim Patris, aliam Filii, etc. Præterea Vossiana videtur omnino scripta contra Arianos, ac per hoc satis diu post tempora Thaumaturgi ; sic enim incipit : « Inimicissimi et alieni a confessione apostolica sunt, qui dicunt esse Filium ex non exstantibus, » etc. Et infra : « Eos vero, qui communicant cum iis qui rejiciunt homoousion, tanquam alienos a Scripturis ; et qui dicunt aliquid ex Trinitate creatum esse, alienos existimamus. » Constat autem Arianos dixisse Filium esse ex non exstantibus, et rejecisse homoousion. Quinetiam ita disputat hic auctor de incarnatione, ut videatur refellere Nestorianos et Eutychianos. Et hæc quidem sunt Bellarmini argumenta.

Posset addi auctoritas Leontii *De sectis*, act. VIII, 4, qui ait : Ἀλλὰ καὶ ἄλλην ἡμῖν χρῆσιν παραφέρουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ ἐκ τῆς *κατὰ μέρος Πίστεως· Οὐ δύο πρόσωπα, οὐ δύο φύσεις· οὐ δεῖ γὰρ τέσσαρα προσκυνεῖν·* καὶ τὰ ἑφεξῆς· λέγομεν δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὕτη ἀμφεβλήθη παρὰ τοῖς παλαιοτέροις, μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου· ἔπειτα Γρηγόριος ὁ Νυσσαεὺς γράφων ἐπιτάφιον εἰς τὸν Θαυματουργὸν λέγει, μηδὲν σύγγραμμα φέρεσθαι αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνην τὴν Πίστιν, ἣν κατὰ ὀπτασίαν εἶδεν. « Proferunt nobis et aliam quamdam auctoritatem sancti Gregorii Thaumaturgi ex illius *confessione fidei* τῆς κατὰ μέρος. *Non duas personas*, inquit, *non duas naturas : quia non adoranda sunt quatuor*. Et alia quæ sequuntur. Ad hoc quoque respondemus, primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an sit Gregorii. Deinde Gregorius Nyssenus orationem de Thaumaturgo funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse præter solam Fidem, quam in visione conspexerit. » Nec aliud sensisse Eulogium patriarcham Alexandrinum colligitur ex oratione illius tertia adversus calumniantes sanctos Patres, et concilium Chalcedonense (7), cum dicit : Εἰ δέ τις ἡμῖν Ἀθανάσιον ἐν τῷ *Περὶ σαρκώσεως* προκομίζει λόγῳ, καὶ τὸν Νεοκαισαρείας Γρηγόριον ἐν τῷ *Περὶ τῆς κατὰ μέρος πίστεως*, δύο λέγειν κωλύοντας ἐπὶ Χριστοῦ τὰς φύσεις, κ. τ. λ. « Si vero quis nobis Athanasium proferat in libro *De incarnatione ;* Gregorium item Thaumaturgum in libro *De fide secundum partes exposita*, prohibentes duas in Christo asserere naturas, » etc. Et ne de alia eum loqui suspicio oriretur, infra ex eadem *fide* verba illa profert, quæ Apollinaris impietatem redolere videbantur : Ἡ δὲ τὸν Θαυματουργὸν Γρηγόριον ὑποβαλλομένη χρῆσις, λέγεται μὲν γὰρ ἐκείνου, τὸν δὲ Ἀπολλινάριον εἰσ-

(5) Egregium hoc nec breve opusculum Thaumaturgi nos denique Græce edidimus ex antiquo codice Vaticano in volumine septimo *Scriptorum veterum*, part. I, p. 170-176. A. M.

(6) Hujus quoque opusculi, quod Thaumaturgus scripsit *De Trinitate*, insigne nos fragmentum edidimus ex codice Arabico Vat. (in quam linguam olim conversum fuerat) *Spicil. Rom.* t. III, p. 696-699. A. M.

(7) Sumit hoc et subsequens Eulogii testimonium Allatius ἀπὸ στόματος Φωτίου in *Bibliotheca*, cod. CCXXX, p. 845. Neque enim illarum 11 Eulogii orationum quidquam superest, præter Photii excerpta. Nos tamen *Script. vet.* t. VII, part. I, p. 177, 178, ex alio Eulogii dogmatico opere non spernendum fragmentum protulimus. A. M.

Digitized by Google

κομίζει, κατάφορον προβάλλεται τὴν ἀτοπίαν· λέγει γάρ· *Καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθείς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο πρόσωπα, οὐδὲ* (8) *δύο φύσεις· οὐδὲ γὰρ τέσσαρας προσκυνεῖν λέγομεν.* « Testimonium quod Gregorii Thaumaturgi nomine subjicitur, illius quidem esse dicitur, sed Apollinaris esse, absurditas illa manifeste declarat. Habet enim: *Et est verus Deus, qui cum esset sine carne in carne apparuit, perfectus vera divinaque perfectione, non duæ personæ, neque duæ naturæ, neque enim quatuor adorare dicimus.* » Hæc autem verba leges omnino in editione Parisiensi Thaumaturgi pag. 101 (9). Monachi item Palæstinæ in epistola ad Alcisonem apud Evagrium lib. III, cap. 31: Καὶ οὐ θαῦμα· καὶ γὰρ καὶ λόγους Πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν, οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. « Nec plane mirum. Etenim sanctorum Patrum libros sæpe depravarunt, multosque Apollinaris libros Athanasio, Gregorio cognomento Thaumaturgo, et Julio, inscriptionibus commutatis attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in suum impium errorem inducunt. » Et auctor *Vitæ sancti Maximi homologetæ* (ed. Combefis., t. I, p. 11): Τί οὖν; Οὐ δέχῃ μίαν ἐνέργειαν τῶν ἐκκρίτων διδασκάλων; Καὶ ἤγαγε Θεοδόσιος τὰς ψευδωνύμως παρ' αὐτῶν περιφερομένας ὡς Ἰουλίου τῆς Ῥώμης, καὶ τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ Ἀθανασίου τῶν ἁγίων χρήσεις· καὶ ἀνέγνω αὐτάς. Καὶ εἶπε Μάξιμος· Φοβηθῶμεν δὴ τὸν Θεὸν, καὶ μὴ θελήσωμεν παροργίσαι αὐτὸν ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶν αἱρετικῶν χρήσεων· οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, ταύτας εἶναι τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολλιναρίου· εἰ μὲν ἄλλας ἔχεις, δεῖξον. « Quid igitur? Non admittes unam actionem, quam selecti Patres professi sunt? Et adduxit Theodosius, quæ falso sub sanctorum nomine circumferebantur, testimonia Julii Romani, Gregorii Thaumaturgi, et Athanasii, et legit ea. Tum Maximus dixit: Timeamus Dominum, et non ad iracundiam illum provocemus inductione hæreticorum testimoniorum. Nemo siquidem ignorat ea esse impii Apollinaris. Si vero alia tenes, ostende. » Hinc plane videtur *professio* ista *fidei* e Gregorii Thaumaturgi operibus, uti hæreticorum fœtus genuinus, eliminanda atque exterminanda. Sed considerandum est id accuratius.

Bellarmini argumenta alicujus esse momenti judicarentur, si ille antea probasset, vel unam tantum fidei expositionem a Thaumaturgo conscriptam fuisse; aut eam, de qua agit Basilius, non aliam esse quam illam quam Vossius publicavit. Verum cum oppositum magis pateat, Vossiana *Fidei* editio adhuc stat firmius; et nisi validioribus convellatur machinis, stabit. Consideremus verba Basilii ad Neocæsarienses (ep. CCX, 5): Καθῆκαν δέ τινα πεῖραν δι' ἐπιστολῆς, καὶ πρὸς τὸν ὁμόψυχον ἡμῶν Ἄνθιμον τῶν Τυάνων ἐπίσκοπον, ὡς ἄρα Γρηγορίου εἰπόντος ἐν *Ἐκθέσει πίστεως*· Πατέρα καὶ Υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει δὲ ἕν· τοῦτο δὲ ὅτι οὐ δογματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ *πρὸς Ἀλλιανὸν* διαλέξει, οὐκ ἠδυνήθησαν συνιδεῖν οἱ ἐπὶ λεπτότητι τῶν φρενῶν ἑαυτοὺς μακαρίζοντες. « Immiserunt autem tentamentum quoddam per epistolam etiam ad ejusdem nobiscum sententiæ Anthimum Tyanorum episcopum, quasi Gregorius in *Expositione fidei* dixerit Patrem et Filium, juxta mentis quamdam considerationem duos esse, hypostasi vero unum. Hoc autem non dogmatice sed decertandi causa in dialogo *adversus Ælianum* dictum esse, intelligere nequiverunt, qui propter intelligendi subtilitatem beatos sese reputant. » Illud ἐν ἐκθέσει πίστεως indefinite, et ἀορίστως prolatum, et nullo articulo ad singulare quidpiam alligatum, nullam nobis certam ac determinatam fidei expositionem notat; sed sonat, in una expositione a Thaumaturgo edita. Quod si in una ita pronuntiavit, absque dubio alias quoque confecisse indubitatum relinquitur. Quæ si una tantum fuisset, non ἐν ἐκθέσει πίστεως, sed ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως Basilius pronuntiasset, quemadmodum paulo post dixit, ἐν τῇ πρὸς Ἀλλιανὸν διαλέξει, quia una solummodo fuerat ad Ælianum. Præterea editio illa *fidei* per modum dialexeos ad Ælianum, nempe disputando et altercando habita est, cujus disputationis ne vestigium quidem apparet in Vossiana. Quare concludendum videtur, omnino de alia expositione fidei in ea epistola verba fecisse Basilium, et aliam nobis Vossium tradidisse.

At Vossiana videtur esse scripta contra Arianos, multo Thaumaturgo recentiores. Cum Arianos non nominet, parum refert si Spiritu fretus divino, antequam esset, hæresim Arianam jugulat. Ut enim veritas in Ecclesia haberi possit ex Patribus, et exortæ hæreses dictis antiquorum profligentur, divina providentia factum est, ut veritatis semina in antiquorum scriptis offenderentur, et errores recens nati auctoritate majorum refutarentur. Et

(8) Vides insignem Monophysitæ alicujus hominis, qui, ut mox dicemus, Thaumaturgi scripta corrupit, fraudem, dum οὐδὲ scripsit pro ἀλλὰ (*neque* pro *sed*), atque ita ex orthodoxo Gregorium fecit Monophysitam (neque hanc brevem interpolationem Eulogius ipse diserte agnovit). Rem ita se habere demonstrat sincerum excerptum a Sirmondo prolatum in adn. ad Facundum Hermianensem, quod mox recitabit Allatius. Jamvero de corruptis orthodoxorum libris fraude hæreticorum, diu nos locuti sumus in dissertatione, quam habes in hujus *Notæ PP. Bibliothecæ* tomo quarto. A. M.

(9) Græce apud nos *Script. vet.* t. VII, p. 174, ubi æque est Monophysitica corruptio οὐδέ. Exstat id corruptum Thaumaturgi testimonium etiam in codice Arabico Vat. 101, in quo sunt Patrum excerpta ab homine Monophysita collecta, ut diximus in *Spicil. Rom.* t. III, p. 665, ubi aliquot illinc protulimus. A. M.

Digitized by Google

divinitatem Filii non primum Arium, sed alios etiam ante ipsum ab ipso Christi adventu negasse; et Nestorianam hæresim Eutychianamque ante ipsum Nestorium et Eutychetem ab aliis quoque fuisse promulgatam, memini me alibi satis fuse probasse. Vossianam vero semper a non contemnendis auctoribus, et in discernendis sanctorum scriptis accuratissimis agnitam veluti Thaumaturgi, et Thaumaturgo nostro vindicatam, quilibet, dummodo sit in Patrum monumentis exercitus, fatebitur. Nec singulos recenseam.

Collector satis antiquus, quisquis ille fuerit, auctoritatum de duabus in Christo naturis ex sanctis Patribus, quam esse veterem collectionem et in pluribus reperiri bibliothecis tradit Vossius, ex hac eadem *Fidei expositione secundum partes* testimonium profert, quod edidit Vossius. Andronicus Camaterus, non contemnendus auctor, et in lectione sanctorum Patrum versatissimus, inter alia sanctorum testimonia a se collecta de processione Spiritus sancti, ex hac quoque *Fidei expositione* unam et alteram ac tertiam auctoritatem collegit, et uti genuinas Thaumaturgi suis animadversionibus exponere conatur; cui respondens Joannes Veccus patriarcha Constantinopolitanus, non eas tanquam spurias rejicit, sed uti genuinas agnoscens, sua explicatione ab absona Camateri expositione in rectam fideique consonam sententiam traducit, et verum earumdem sensum enucleat. Quod si ψευδεπίγραφον reputasset, extricasset se facilius, asserendo non esse illis attendendum, cum essent supposititicæ. Quinimo idem Veccus in oratione *De unione Ecclesiarum* ex ea tanquam genuina ad refellendos Græcos testimonium assumit: Ὁ μέγας καὶ Θαυματουργὸς Γρηγόριος Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή· *Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας, οἱ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες*, φησίν. « Magnus et miraculorum effector Gregorius Neocæsariensis episcopus in oratione cujus principium est: *Inimicissimi et alieni ab apostolica confessione sunt, qui Filium ex iis quæ non exstant asserunt*, inquit. » Et in suis *Epigraphis* non una vice: Ὁ μέγας καὶ Θαυματουργὸς Γρηγόριος Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή· *Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας*. « Magnus et Thaumaturgus Gregorius Neocæsariensis episcopus in oratione quæ incipit: *Inimicissimi et alieni ab apostolica confessione*, » etc. Et ex ea testimonia profert. Georgius Metochita in oratione prima *de pace inter duas Ecclesias*: Ὁ τὴν κλῆσιν ἁρμοζόντως τοῖς ἔργοις λαχὼν Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή· *Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι*, φησίν· *Ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ Πατρὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς. « Qui nomen operibus conveniens nactus est Gregorius Thaumaturgus, in oratione cujus principium: *Inimicissimi et alieni* dicit: *Ingenitus Pater cum sit*, etc. » Constantinus Meletiniota, orat. 1: Δείξομεν δὲ καὶ τὸ παρὸν, εἰ δοκεῖ, παραλαβόντες εἰς μαρτυρίαν Γρηγόριον τὸν ἐν θαύμασι διαλάμψαντα, παρ' ὧν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐπλούτησεν· ὁ μὲν γὰρ Κύριος, « Διὰ δύο μαρτύρων ἢ καὶ τριῶν πᾶν, εἶπε, ῥῆμα σταθήσεται, » τὸ ἀποχρῶν αὐτῶν εἰς βεβαίωσιν τάχα προδηλῶν· ἡμεῖς δὲ τὸν τοιοῦτον ἀριθμὸν κατὰ πολλὴν εὐπορίαν διπλασιάσαντες, ἕκτον ἤδη τοῦτον παράγομεν ἔχοντα πολὺ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὸ ἀξιόπιστον, ὃς ἐν τῷ *κατὰ μέρος Πίστεως* αὐτοῦ λόγῳ ταῦτά φησιν· *Ὁμολογοῦμεν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ εἶναι*· καὶ τὰ ἑξῆς. « Hoc quoque ostendemus, si placuerit, in testimonium adducentes miraculis præclarum Gregorium, ex quibus etiam cognomen adeptus est. Namque Dominus, « in ore duorum vel trium testium omne verbum stare, » quod id satis esset ad rem confirmandam, asserit. At nos hujusmodi numerum, cum abundantius suppeteret, duplicantes, sextum hunc in medium adducimus, qui præ aliis fide dignissimus est. Hic in oratione sua *de fide secundum partes*, hæc habet: *Confitemur consubstantialem esse Patri*, etc. » Et orat. II: Καὶ δὴ λεκτέον κατὰ ἀρχὰς τὴν ῥῆσιν τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, τοῦ τὸ πᾶν διαβοήτου τοῖς πέρασιν, ἧς οὐκ ἂν τῇ προτέρᾳ τῆς νῦν πραγματείᾳ καθ' ἕτερον ἐμνήσθην σκοπόν· ἡ δὲ ῥῆσις, ὡς ἂν καὶ ταύτην γένηταί μοι διαλαβεῖν τάχιον, ἐν τῷ λόγῳ τῆς αὐτοῦ *κατὰ μέρος Πίστεως* κειμένη, φησίν· *Ὁμολογοῦμεν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ εἶναι*· καὶ τοῦτο μὲν ὁ τῶν θείων ἀποκαλύψεων οὗτος ὑφηγητής. « Et vero proferendum est hoc principio dictum Thaumaturgi Gregorii, cujus fama fines orbis pervasit, cujus non alio scopo in præcedenti quoque tractatu mentionem induxi. Dictum vero, ne moras texendo tempus insumam, jacet in oratione illius *de fide secundum partes*, et est: *Confitemur consubstantialem esse Patri*. Et hoc quidem ille divinarum revelationum interpres. » Et Demetrius Cydonius *De processione Spiritus sancti*, cap. 10: Καίτοι καὶ τῶν διδασκάλων τινὲς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσιν ἔκπεμψιν εἶναι διδάσκουσιν ἀΐδιον· τοῦτο μὲν ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος, τοῦτο δὲ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος· ὁ μὲν ἐν λόγῳ οὗ ἡ ἀρχή· *Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι*, φάσκων· καὶ τὰ ἑξῆς. « Quamvis nonnulli doctorum processionem sancti Spiritus emissionem esse æternam doceant, partim quidem Gregorius Thaumaturgus, partim vero Gregorius Theologus; ille quidem in oratione, cujus initium: *Inimicissimi atque alieni*, inquiens, etc. » Vin' plures? Josephus Bryennius orat. XV *De Trinitate*: Αὐτὸ τοῦτο βούλεται κατὰ πάντα, καὶ τὸ τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ τὸ τοῦ Νύσσης, καὶ τὸ τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ μὲν λέγοντος· *Ἀγεννήτου μὲν ὄντος τοῦ Πατρὸς, γεννηθέντος δὲ τοῦ Υἱοῦ*· καὶ τὰ ἑξῆς. « Hoc idem sibi vult per omnia tum Thaumaturgi Gregorii, tum Nysseni, tum Chrysostomi dictum. Primo quidem dicente: *Ingenitus cum sit Pater, genitus autem Filius*, etc. » Et ne antiquioribus destitui videamur, accersendus est Anastasius Sinaita, qui ex hac Gregorii *Fidei expositione*, tanquam Thaumaturgi genuina, dictum

Digitized by Google

laudat, et affert. Vide Euthymii Zygabeni *Dogmaticam panopliam*, titulo decimo quinto (10).

Interim consideranda sunt dicta Baronii ad annum Christi 233, n. 19 : « Constat fidem susceptam a beata Virgine cum Joanne evangelista, fuisse ab eodem ipso Gregorio accuratissime explicatam, apposito commentario, *De expositione fidei* inscripto, qui citatus reperitur inter alios a Basilio Magno *De Spiritu sancto*, cap. 29 (n. 74) et epistola (ccx) ad Neocæsarienses, et a Leontio scholastico. » Sed erroris iste arguitur dum ait dubitatum a Patribus, an *Expositio fidei* fuerit ab ipso Gregorio scripta. Nam Basilius, qui omnia Gregorii accurate perspecta habuit, ut ejus opus citat, et ab eo editum fuisse non dubitat, licet idem ibi de subsistentiis aliquid minus proprie videretur esse locutus : sicut et accidere potuit ex eodem textu ab hæreticis, ut ait Evagrius lib. III, cap. 31, depravato, aut perperam exposito. Rem consideremus. Uti verum est fidem revelatam a Virgine et Joanne evangelista adnotasse, sibique reservasse Gregorium, ita falsum eam commentario apposito accuratissime explicasse. Sic quoque *orationem* sive *Expositionem fidei*, quæ incipit Ἔχθιστοι, non esse explicationem illius fidei revelatæ, sed tractatum per se divisum, ab eaque distinctum, ut planum fiet singula conferenti. Basilius *De Spiritu sancto*, cap. 29, ne verbum quidem facit de *Expositione fidei*, sed tantummodo *glorificationem* a Gregorio editam, cum aliis ab aliis antiquioribus Patribus factis confert et examinat. Sic et in epistola (ccx) de alia ad Ælianum scripta sermonem habet, ut supra contra Bellarminum probavimus. Et immerito Leontius scholasticus vapulat, qui non de tradita a B. Virgine, quam et ipse et alii uti verbum divinum venerati sunt, et scripto consignaverunt, sed de hac quam speciali titulo τοῦ κατὰ μέρος ab aliis Gregorius separavit, scribit dubitatum fuisse a Patribus. Et licet etiam verum sit, omnia dicti Patris perspecta habuisse Basilium, nihilominus *Expositio fidei*, quam ipse suggillat, et excusare nititur, non fuit neque illa a Virgine dictata, neque hæc ipsa, de qua nobis examen incumbit, sed alia tertia ad Ælianum, sive Gelianum, ceu scribit Facundus Hermianensis lib. x (cap. 6) scripta, ut supra diximus, in qua de subsistentiis non ita commode locutum fuisse tradit : cum in hac, de qua nunc dubitatur, nihil sit neque in mysterio Trinitatis, neque in mysterio Incarnationis, non aptissime traditum, et catholicæ Ecclesiæ consonum. Et tres hujusmodi expositiones ante me notaverat doctissimus Jacobus Sirmondus in notis ad Facundum Hermianensem.

A Dubitarunt ergo Patres de hac, quod in ea reperirentur nonnulla, quæ scholam Apollinaris et Eutychetis olerent. Certum est dubitasse. Verumtamen ut ex eorum dictis una simul collatis constat, non de tota hac oratione, sed solummodo de dicto inserto, in quo videbatur tollere e persona Christi duas naturas, et unam tantum constabilire. Sic Eulogius : Ἡ δὲ τὸν Θαυματουργὸν Γρηγόριον ὑποβαλλομένη χρῆσις, λέγεται μέν γὰρ ἐκείνου, τὸν δὲ Ἀπολλινάριον εἰσκομίζει. « Testimonium quod Gregorii Thaumaturgi nomen præ se fert, dicitur quidem illius esse, sed Apollinarem olet. » Sic monachi Palæstinæ apud Evagrium, quamvis dicant hæreticos, Athanasio, Gregorio, ac Julio, inscriptis eorum nominibus, multos Apollinaris tractatus supposuisse, antea tamen dixerant, « Patrum libros sæpe depravasse : » καὶ λόγους Πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι. Sic auctor *Vitæ sancti Maximi* vocat χρήσεις ἁγίων, καὶ αἱρετικῶν χρήσεις (11)· ῥῆσις, sive χρῆσις, est dictio, effatum, sententia, pars orationis integra ; τεμάχιον, frustum, fragmentum (Ἦ σ' Εὐριπίδης ῥῆσίν τινα, *cecinit Euripides sententiam quamdam*), pars orationis, non oratio integra. Quare hic contendunt χρῆσιν illam vel ῥῆσιν, quæ ex Apollinaris penu exorta est, Thaumaturgi non esse, sed Apollinaris. Non ideo tamen abdicant reliquam orationem continuatam, quæ Gregorio indigna non est. Et dum dicit Leontius, apud antiquiores dubitatum, non de *Fidei expositione* id affirmat, sed tantum de dicto illo et sententia, quam uti ipse, ita et alii verbatim expresserunt, dubitationem fuisse, intelligi debet. Quod vero ultimo loco ponit ex sententia Gregorii Nysseni, nullum esse opus Thaumaturgi præter solam Fidem, quam in visione conspexerat, hoc non est hac *Fidei expositione* sola, sed reliquis etiam aliis operibus, quæ indubitate Gregorii sunt, Gregorium spoliare, quod fuerit plane absonum, et vere inconsideratum. Et licet id Nyssenus assereret, Nyssenum ipse revereor, et illius dicta exosculor. Habeo tamen quos illi opponam Basilium et Hieronymum, qui multa alia ejusdem recensent. Erat ergo ab hæreticis dictum illud de duabus in Christo naturis depravatum, quod Anastasius in Ecloge sua ex puriore codicum fonte hauriens, ut illud ediderat Thaumaturgus, exscripsit, recitatque Sirmondus dicto loco : Ἐκ τῆς κατὰ μέρος Πίστεως Γρηγορίου τοῦ Μεγάλου καὶ Θαυματουργοῦ· *Καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο πρόσωπα, ἀλλὰ* (12) *δύο φύσεις, οὐδὲ τέσσαρας προσκυνεῖν λέγομεν, Θεὸν καὶ Υἱὸν, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ Πνεῦμα ἅγιον.* « Ex *Fide secundum partes* Gregorii Magni et Thaumaturgi :

(10) Latine quidem in *Bibliotheca* Lugdun. *PP.* t. XIX, p. 187 ; Græce dedit Allatius. Zygabeni disputationem cum Saraceno habes in hac nostra *PP. Bibliotheca* t. IV. Nova et ampliora alia ejusdem scripta prælo paramus. A. M.

(11) Reapse in nostro volumine septimo *Script. vet.*, part. I, habes p. 165 titulum χρήσεις τῶν μακαρίων καὶ ὀρθοδόξων Πατέρων. Et p. 68, χρήσεις θεοστυγῶν αἱρετικῶν. Denique p. 202, χρήσεις ἄχρηστοι Ἀρειανῶν. A. M.

(12) Viden' genuinum ἀλλὰ, pro spurio οὐδέ? Recole nostram adnotationem 1, p. 108 (*supra*, *not.* 8, col. 1223). A. M.

Digitized by Google

Est Deus verus, qui, absque carne cum esset, in carne apparuit, perfectus vera et divina perfectione, non duæ personæ, sed naturæ duæ; neque quatuor adorare dicimus, Deum et Filium, Deum et hominem, et Spiritum sanctum. » Et Euthymius Zygabenus, in *Panopliæ* titulo 15, ea in parte ubi de duabus in Christo naturis testimonia Patrum colligit : Τοῦ Μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ ἐκ *τῆς κατὰ μέρος Πίστεως· Καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, οὐ δύο πρόσωπα, ἀλλὰ δύο φύσεις.* « Magni Gregorii Thaumaturgi ex *professione fidei secundum partes : Et est Deus verus, qui tamen sine carne est, in carne apparuit, non duæ personæ, sed duæ naturæ.* » Jure itaque dictum hoc, ut proferebant hæretici, verterunt in dubium Patres, an Gregorii esset. Et de hac *Expositione fidei* κατὰ μέρος, satis.

Dixi supra, fidem Gregorio revelatam a Virgine Patres reveritos fuisse, et in sua scripta retulisse. Addo nunc, et ex illius dictis multa fidei mysteria, verbis et sententiis inde haustis, comprobasse. Ne singulos recenseam, duo tantummodo dicta disertissimi Patris, et cui, a theologicis rebus optime et accuratissime pertractatis, Theologi cognomen universæ Ecclesiæ consensu obvenit, Gregorii, inquam, Nazianzeni, in medium afferam, quibus affirmatio mea aperte constabilietur. Primum erit ex oratione *de baptismate* (or. XL, 42). Scribit Gregorius : Οὐδὲν τῆς Τριάδος, ὦ οὗτοι, οὔτε δοῦλον, οὔτε κτιστόν. « Nihil in Trinitate, o amici, neque servum neque creatum. » Et plane ita est. Et notavit nescio quis in margine manuscripti codicis Vaticani 1592, pag. 59 : Γεώργιον (Γρηγόριον vult dicere) τὸν Θαυματουργὸν ἐν τῇ *ἀποκαλύψει*, « Gregorium innuit Thaumaturgum in *revelatione.* » Alterum est in oratione *de Spiritu sancto* (or. XXXI, 28) : Σέβειν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ, καὶ τιμῇ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. « Colere Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres proprietates, deitatem unam, neque gloria, neque honore, neque essentia, neque regno subdivisam, ut quidam paulo ante nos deifer philosophatus est. » In alterius codicis quoque Vaticani 456 pagina 361 adnotatur : Γρηγόριον λέγει τὸν Θαυματουργὸν ἐν τῇ *ἀποκαλύψει.*

Cesset etiam censura a Bellarmino facta de *duodecim capitulis*, quæ tamen uti Gregoriana a collectore sententiarum de duabus in Christo naturis agnoscuntur. Et Suidas : Γρηγόριος καὶ Ἀθηνόδωρος συναίμονες, ἀλλ' ὁ μὲν τερατουργὸς, ὁ δὲ σοφιστής· ἔγραψε δὲ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγον. « Gregorius et Athenodorus germani fratres, sed ille quidem miraculorum patrator, hic sophista. Scripsit vero ille de incarnatione et fide orationem. » Hanc enim orationem non esse aliud, quam ipsa *duodecim capitula*, agnosco ex collectore sententiarum, qui dum ex ea verba profert, scribit ea se sumere ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγου ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ δευτέρου ἀναθεματισμοῦ. « Ex oratione de incarnatione et fide, in interpretatione anathematismi secundi. » Licet enim ex divisione operis in capitula, capitulorum sibi nomen opus prætulerit, attamen illi περὶ σαρκώσεως titulum ab auctore præfixum fuisse, ex eodem operis argumento plane patet. Scribit scilicet auctor : Θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. « Quomodo cum Dei gratia oporteat credere de incarnatione et inhumanatione Filii Dei Jesu Christi. » Et apposite hæc duo conjunxit σάρκωσιν, καὶ ἐνανθρώπησιν, *incarnationem et inhumanationem*, tanquam qui et Græcos catholicos sequeretur, qui de hoc mysterio libros suos inscribere solebant, Περὶ ἐνανθρωπήσεως, et heterodoxorum sententiam refelleret, qui cum totum hominem a Verbo susceptum negarent, ἐνανθρωπήσεως titulum refugiebant, et altero Περὶ σαρκώσεως utebantur, ut Eudoxius Constantinopolitanus et Apollinaris ipse fecerant. Athanasius etiam Gregorium secutus utramque vocem una conjunxit contra Apollinarem (lib. I, 21) : Μανιχαῖος ἀπιστήσας τῇ σαρκώσει καὶ ἐνανθρωπήσει τοῦ Κυρίου, ἀσεβὴς κατὰ πάντα γέγονε. « Manichæus non credens incarnationi et inhumanationi Domini, in omnibus impius factus est. » Illud quoque interim observandum est, horum capitulorum cum expositione in editis Gregorianis præfigi Gerardum Vossium interpretem, cum tamen Possevinus scribat, quoniam ea nunquam aut Græce aut Latine prodierint in lucem, ideo versionem illorum factam a Francisco Turriano, in *Apparatu* suo adjecisse. Quæ cum iisdem verbis, paucis immutatis, præ manibus omnium sit, quis ab altero acceperit, incertum mihi est.

In *epistolam* Thaumaturgi *canonicam* commentarii Joannis Zonaræ et Theodori Balsamonis editi sunt Lutetiæ; Balsamonis quidem simul cum aliis ejusdem expositionibus in sacros canones; Zonaræ vero separatim, cum eodem Thaumaturgo, Macario et Basilio Seleuciensi, Lutetiæ in-fol. Græce et Latine.

Præter hæc, illius etiam laudat epistolas Hieronymus. Et aliæ hujus vulgo feruntur epistolæ. Suidas : Ἔγραψε καὶ ἄλλας τε πολλὰς καὶ ποικίλας ἐπιστολάς. « Scripsit et alias multas varii generis epistolas. »

Alia quoque scripsisse, nulli dubium fuerit; multa enim illius et satis prolixa in Catena Græca super Jeremiam, quæ nos Latina fecimus, et suis in Jeremiam commentariis inseruit Michael Gislerius, leguntur quæ in editis non habentur.

Ad hunc Neocæsariensem Gregorium Origenem scripsisse epistolam, « quando quibusve philosophicæ disciplinæ utiles sint ad sacrarum Scripturarum expositionem, cum Scripturæ testimonio, » decimo tertio capite *Philocaliæ* insertam, nonnulli

Digitized by Google

nec immerito existimarunt. P. Χαῖρε ἐν Θεῷ, κύριέ μου σπουδαιότατε, καὶ αἰδεσιμώτατε υἱὲ Γρηγόριε, παρὰ Ὠριγένους. Ἡ εἰς σύνεσιν, κ. τ. λ. In margine codicis Vaticani 389 notatur : Ἀλλὰ τὸ παρὸν κεφάλαιον οὐδὲν ἕτερον ἔχει, εἰ μὴ μόνην ἐπιστολὴν αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους γραφεῖσαν πρὸς Γρηγόριον, ὃν τινες τὸν Θαυματουργὸν λέγουσιν εἶναι. « Præsens hoc capitulum nihil aliud continet, nisi tantum epistolam ipsius Origenis scriptam ad Gregorium, quem quidam Thaumaturgum esse contendunt. » Epitomatores Gesneriani : « Ejusdem Thaumaturgi epistola, seu canones 11 impressi sunt Basileæ apud Joannem Frobenium anno 1518, cum sancti Petri Epistola, et Gennadii, etc. Item *Metaphrasis in Ecclesiastem*, et Aristeas *De septuaginta duobus interpretibus legis Hebraicæ* Joanne Œcolampadio interprete. *In Origenem Panegyricus* Romæ in Vaticana bibliotheca ms. servatur. *De anima liber ad Tatianum* exstat apud Didacum Hurtadum Venetiis. »

Antequam finiam, non immerito hic nonnullorum Græcorum in propria sententia defendenda ardor obstinatus exagitandus est, qui tanti Patris fidei expositionem, divinitus habitam, ab Ecclesia tum Orientali tum Occidentali agnitam ac receptam, male sana interpretatione in aliam adversamque sententiam trahunt, et sensum a mente sui scriptoris absonum distorquent. Ut reliquos præteream, neque enim talia examinandi locus hic opportunus esse videtur, unus præ aliis audiatur Joannes Hierosolymitanus orat. *De Spiritu sancto* adversus Latinos : Οὐ γὰρ ἄλλο τι εἶπον οἱ ἅγιοι οὗτοι, ἀλλ' ὃ Χριστὸς εἴρηκε, τουτέστι τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ὃ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καθὼς Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ ἔφη· *Ἓν Πνεῦμα ἅγιον, τὸ ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις.* « Neque enim aliud sancti dixerunt, quam quod Christus pronuntiavit. Hic nimirum est ex solo Patre, qui ex Patre procedit, et qui ex Deo et Patre exsistentiam habet, uti Gregorius Thaumaturgus in sua dixit *revelatione* : « Unus Spiritus sanctus, ex Deo exsi« stentiam habens, et qui per Filium apparuit, scili« cet hominibus. » Quid hic eloqui potuit inconsultius ? Annon isto modo loquendi confunduntur omnia, et infima summis paria fient ? « Non aliud dixerunt sancti, quam quod Christus pronuntiavit. » Verum id est, nemo inficias iverit. « Hic scilicet est ex solo Patre. » Hoc vero falsum est. Nunquam talia Christus pronuntiavit ; ideoque eum sequentes sancti, ab hisce dictandis scribendisque sese abstinent. « Qui ex Patre procedit. » Hoc Christi est, nemo nos fallit, dictum exosculamur. Sed in verbis Christi dictio illa *solo* a Joanne Hierosolymitano addita, qua oculorum ácie perspicitur ? Ego plane non video. « Uti Gregorius Thaumaturgus. » Hoc purum putum mendacium est. Verba Thaumaturgi non aliud quam verba Christi sonant, Spiritum sanctum ex Deo exsistentiam habere, ex Patre scilicet procedere. Ex his tu colligis Thaumaturgum et Christum ipsum decernere, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere. Stulto ego stultior fuero, si his conclusionibus crederem. Audi, mi homo. Ex Patre procedit Spiritus : ergo ex solo Patre ; falsum id est. Potest siquidem quod procedit ex Patre, et ex alio quoque procedere. Et ex Filio procedere jam apud Catholicos omnes, et Scripturæ et sanctorum Patrum testimoniis constabilitum est. Æque etiam hoc mecum scias : licet Christus reliquique omnes Patres dixissent, ex solo Patre Spiritum procedere, adhuc Filium non excludi ab ista processione, quod clarissimis exemplis comprobatur a Basilio Magno, et fuse exponitur a Joanne Vecco patriarcha Constantinopolitano *De processione Spiritus sancti*, cap. 12, et a Petro episcopo Mediolanensi orat. ad Alexium Comnenum, aliisque quamplurimis. Adde præterea in divinis apparere *per Filium*, nihil aliud notare, quam exsistentiam ; et fuse Patrum testimoniis id probat Nicephorus Blemmyda orat. 1, *De processione Spiritus sancti :* nec tantum processionis nomen, sed et alias dictiones apertissime et sine ullo velamine de ipsa essentiali Spiritus exsistentia sumi, Joannes Veccus orat. *De unione Ecclesiarum*. Et ne iniqua lite tempus teramus, adi Basilium Magnum epist. (236) ad Amphilochium quæ incipit : Ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς. Fucum itaque facit suis Græcis patriarcha Hierosolymitanus, cum ex hisce Thaumaturgi verbis, quæ illi Joannes evangelista communicavit, suam astrui de processione Spiritus ex solo Patre sententiam contendit, et sincerissimæ ac candidissimæ fidei professioni vulnus impingit inhonestum atque intolerabile, quod non indicare lectori per transennam, piaculum duxi.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CCLXVIII.

S. DIONYSIUS

ALEXANDRINUS EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA.

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. III, Proleg., p. xxx.)

I. *Dionysius Alexandrinus, cognomento Magnus. Origenis auditor, Scholæ Alexandrinæ moderator. Quo tempore ordinatus episcopus. Ejus præcipua gesta. Litterarum monumenta. Dies emortualis.*
II. *Pleraque illius scripta deperdita. Quæ apud veteres servantur, nunc primum collecta. Pro temporis ratione disposita.*
III. *De illius* Elencho et Apologia *speciatim disseritur.*
IV. *Qua occasione opus ejusmodi scriptum. Ejus pretium. Quæ superant fragmenta. Quomodo distributa.*

I. Quo tempore in Africa Cyprianus, florebat in Ægypto Dionysius, ab antiquis Patribus Magni cognomentum jure adeptus (*a*). *Origenis valde insignis auditor fuit*, teste Hieronymo (*b*), cui et librum *De martyrio* nuncupavit (*c*). Scholæ Alexandrinæ post Heraclam moderator, eidem successit in episcopatu anno III imperii Philippi, Christi 247 (*d*). Post aliquot ab inito episcopatu annos, exorta persecutione Deciana, secessit : sed paulo post a militibus comprehensus ac Taposirim deductus, Dei nutu a Christianorum rusticanorum turba, invitus licet, mirabiliter fuit ereptus (*e*). Interim vero sæviente persecutione complures Alexandriæ ob Christi nomen martyrium subierunt, quorum gloriosa certamina ipsemet Dionysius litteris consignavit (*f*). Anno 252 interfuit synodo Antiochenæ, pro sedando schismate Novatiani coactæ ; ad quem etiam epistolam scripsit (*g*).

Interea temporis Nepotem episcopum Ægyptium, quo doctore Arsinoitæ Chiliastarum errore fuerant imbuti, duobus libris circa Christi annum 254 confutavit; ubi quoque de Apocalypsi nonnulla notatu digna edisseruit. Deinceps in dissidio de rebaptizandis hæreticis, pro Ecclesiæ pace redintegranda plures scripsit ad diversos epistolas. Valeriano Augusto Dei Ecclesiam dira persecutione divexante, post præclaram confessionem coram Æmiliano præfecto augustali editam, Cephro Libyæ oppidum incultissimum ire compulsus est; unde paulo post in Mareotidem migrare jussus fuit (*h*). Gliscentem Sabellianam hæresim dum impugnaret, delatus est ad A Dionysium Romanum pontificem, quasi de Verbi divini cum Patre consubstantialitate non recte sentiret : sed hanc ipse famæ suæ inustam labem quatuor libris perscriptis detersit. Exinde vero, Valeriano a Persis capto, et Macriano interfecto cum filiis, pace demum a Gallieno Christianis reddita, sub finem anni 261 Alexandriam regressus (*i*), civibus peste, fame belloque intestino laborantibus præsto fuit (*j*). Antiochiam vocatus ad judicium in causa Pauli Samosateni ferendum, cum ob affectam ætatem et valetudinem huic itineri conficiendo impar esset, datis ad Ecclesiam Antiochenam litteris, sententiam suam pronuntiavit. Quo autem tempore synodus agebatur, supremum diem obiit vir admirandus, exactis in episcopatu septemdecim annis, ἔτεσιν B ἑπταχαίδεκα, ut auctor est Eusebius (*k*), Gallieni imperatoris XII, Christi 265 ineunte. Hanc autem chronotaxin Dionysianam contexentes, Lequienium in primis sumus assectati (*l*). Verum diem ad Dionysii emortualem quod attinet, lectorem fortasse haud pœnitebit Dodwellum adire (*m*).

II. Quamplurima scripsisse Magnus Dionysius ex hactenus dictis plane comperitur, quorum tamen pars maxima interiit. Quæ vero apud veteres etiamnum superant ex illius litterarum monumentis, magni sane ducenda, ea nunc primum in unum collecta ex Eusebio, Athanasio, Basilio aliisque Ecclesiæ scriptoribus, in medium proferimus; quo nimirum fragmenta saltem operum tanti Patris ex reliquorum jactura detrimentum acceptum nobis C quadamtenus sarciant reparentque. Et plura qui-

(*a*) Euseb., *Hist. eccles.* lib. VII init., ad quem locum vid. Vales.
(*b*) Hieron., *De vir. illustr.* cap. 69.
(*c*) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 44.
(*d*) Id. ibid., lib. VI, cap. 35. Vid. Dodw., dissert. sing. ad opp. Pears., pag. 84.
(*e*) Dionys., epist. 10 adv. German., infr. col. 1316.
(*f*) Id., epist. 3 ad Fab. infr. col. 1296.
(*g*) Id., epist. 2 ad Novat. infr. col. 1296.
(*h*) Id., epist. 10 § 4 infr. col. 1320.
(*i*) Id., epist. 11 ad Hermamm., infr. col. 3125.
(*j*) Id., epist. 12 ad Alex., infr. col. 1333.
(*k*) Euseb., *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 28.
(*l*) Lequien., *Or. Christ.* tom. II, pag. 394.
(*m*) Dodw., dissertat. sing. ad opp. Pears., cap. 6, § 18, pag. 70.

Digitized by Google

dem adhuc de singulis scriptis Dionysianis proferre in promptu esset, aliis sive observata sive etiam præterita; quæ tamen longius quam par sit, ab instituto nos abducerent. Postquam igitur sancti Patris nostri gesta strictim ordinatimque digessimus, eamdem temporis rationem servasse tum in ejus operum fragmentis, tum in epistolis excudendis satis habuimus. Si quid vero reliquum fuerit quod aliquam animadversionem reposcat, subjectæ adnotationes nonnihil lucis affundent. Cæterum haud prætermittenda censuimus quæ observavit vir doctissimus Petrus Coutantius (*n*) ad operis fragmenta, *Elenchus et Apologia* inscripti; quæ in hac editione quartum locum occupant partis I Operum Dionysianorum, ad exemplar exacta studio ejusdem v. cl. concinnatum. Sic autem se habent.

III. « Opus Dionysii Alexandrini, ex quo descripta sunt fragmenta proposita, Athanasius passim laudat (*o*). Ejusdem meminere Basilius (*p*) et Hieronymus (*q*). Sed hi duo doctores non una ratione illud indicant. Hieronymus enim in libros quatuor distinctum docet: Basilius vero quædam illius verba tanquam *ex secunda ad Dionysium cognominem epistola* profert. Re autem vera et in libros distinctum esse et epistolæ nomen ei congruere ex Athanasio constat; qui quidem in epistola de sententia Dionysii num. 13 dicit: *Dionysius quam primum sui purgandi gratia libros edidit, quos inscripsit: Elenchus et Apologia:* et num. 14 de scripto eodem sic loquitur: *Epistolam suam Elenchi et Apologiæ titulo inscripsit.* Epistola igitur erat quatuor in libros distincta, adeoque una ex iis quas Dionysius a se fusius et tractantis more dictatas (διδασκαλικώτερον ὑφηγούμενος) vocat. Non ab eo statim, ut de accusatione sua commonitus fuit, missa est. Nam ne accusationi deesse videretur, si rescribere Romano præsuli diutius differret, huic epistolam præmisit, quam infra num. 6 ipsum Dionysium Romanum alloquens memorat his verbis: Καὶ σοὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα. Quocirca non modo *epistola*, sed et *epistola secunda ad Dionysium cognominem* non male a Basilio appellatur. Simul etiam est *Elenchus* et *Apologia:* Elenchus quidem adversariorum et accusatorum Dionysii, qui in hoc opere coarguuntur atque confutantur; Apologia vero ipsius Dionysii, qui in eodem de objectis erroribus sese purgare nititur. Quod cum feliciter præstiterit, impudentis calumniæ merito arguit Athanasius Arianos, quod ea velut Dionysii venditare non erubuerint, quæ ille palam aperteque rejecerit.

IV. Ista Dionysii Apologia eo majoris est momenti, quod specimini nobis sit eorum quæ fecissent cæteri Patres Nicæno concilio superiores, quibus nonnulla exciderunt Arianæ impietati in speciem cognata, si eos similis necessitas ad explicandam apertius mentem suam compulisset. Inde enim facile adducitur quisque ut credat, neminem ex eis futurum fuisse, qui non perinde atque Dionysius, eamdem perfidiam damnasset. Ex hoc opere quæ exscribenda, quæ prætermittenda duxerit Athanasius, num. 14 exponit in hunc modum: *Verba ejus quamplurima, quibus res in quæstionem adductas expendit, aut ex allatis ratiociniis colligit, aut interrogatos adversarios coarguit, vel obtrectatores suos criminatur, ob librorum prolixitatem omittens, ea solum proponam, quæ ad criminationes diluendas necessaria videbuntur.* In iis vero quæ exscribit, librorum ordinem minime servat, sed prout res tractatæ postulabant, nunc unum et alterum fragmentum ex libro primo profert, tum aliud ex secundo, subinde quartum, rursus ex primo, cui aliud ex quarto adjungit. At cum nostri instituti sit operis ejusdem reliquias accurate colligere, singula fragmenta eo ordine exhibere satius visum est, quem servant inter se libri, ex quibus descripta sunt. Demum si gestorum quæ hoc opus præcesserunt, seriem expendamus, ad tempus circa quod elaboratum est, quodam modo pertingere licebit. Nempe aliquot Dionysii Alexandrini adversus Sabellianos epistolæ, Xysto pontifice vulgatæ, accusationis illius occasionem dederunt. Inde permoti nonnulli Catholici, ipso Alexandrino præsule inscio, Romam convolarunt, et quæ sibi in ejus scriptis displicebant ad Romanum pontificem detulerunt. Statim admonuit Dionysius Romanus Dionysium Alexandrinum. Is vero illi satisfacere primum brevibus, moxque prolixioribus litteris *quamprimum*, ut Athanasius notat, studuit. Quocirca nil vetat quominus hanc Dionysii Apologiam ad annum 262 attinere censeamus. Eam quoque eruditus Tillemontius ad anni hujus exitum referri posse arbitratur. » Et hæc de Magno Dionysio satis.

(*n*) Coutant, *Epistt. Rom. pontif.*, pag. 277 seqq.
(*o*) Athan., lib. *De synod.*, n. 44, epist. de decret. Nic. syn., n. 25, et epist. de sentent. Dionys.
(*p*) Basil., lib. *De Spir. sanct.*, cap. 29.
(*q*) Hieron., *De vir. illustr.*, cap. 69.

Digitized by Google

S. DIONYSII

EPISCOPI ALEXANDRINI

QUÆ SUPERSUNT

OPERUM ET EPISTOLARUM FRAGMENTA

PARS I

Qua continentur Operum sancti Patris fragmenta varia.

I.

EX LIBRIS II DE PROMISSIONIBUS

Adversus Noetum episcopum in Ægypto.

(Euseb. *Hist. eccl.*, VII, 24, 25.)

Α'. Ἐπεὶ δὲ (1) σύνταγμά τι προκομίζουσι Νέπωτος, ᾧ λίαν ἐπερείδονται ὡς ἀναντιῤῥήτως ὑποδεικνύντι (2) τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν ἐπὶ γῆς ἔσεσθαι· ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς διατριβῆς· καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας (3), ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦν-

I. Sed quoniam librum quemdam proferunt Nepotis, quo quidem magnopere nituntur, quasi in eo certissimis argumentis demonstratum sit, regnum Christi in terris futurum : in plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem, tum ob diligentiam et studium Scripturarum, postremo ob psalmorum cantus multiplices, quibus

(1) Ἐπεὶ δέ, κ. τ. λ. Ejusmodi excerptis Dionysianis hæc præmittit Eusebius : « Duos libros Περὶ ἐπαγγελιῶν, *De promissionibus*, composuit (Dionysius). Causam scribendi præbuit Nepos quidam episcopus Ægypti, qui promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus, Judaico sensu exhibendas docebat, et nescio quod mille annorum spatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore affirmabat. Cumque ex Joannis Revelatione opinionem suam stabilire se posse existimaret, librum quem de hac quæstione composuerat, Ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν, *Confutationem Allegoristarum*, inscripsit. Hunc ergo Dionysius in libris *De promissionibus* acriter impugnat. Et in priore quidem libro ipsius sententiam de hac quæstione proponit. In secundo autem libro de Joannis Revelatione disputans, in ipso statim exordio Nepotis mentionem facit his verbis : *Sed quoniam*, etc. GALLAND.

(2) Ὑποδεικνύντι. In codice Maz., Med., Fuk. et Savil., ἀποδεικνύντι scribitur rectius. Porro cum constet ex hoc loco, librum Dionysii Alexandrini *De promissionibus* scriptum fuisse adversus Nepotem episcopum Ægypti, miror, Hieronymum in præfatione lib. XVIII *Commentariorum* in Isaiam, affirmare eum librum adversus Irenæum Lugdunensem episcopum a Dionysio fuisse conscriptum. Fuit quidem Irenæus ex numero eorum, qui regnum Christi mille annorum spatio in terris futurum crediderunt, quibus id Papias persuaserat, ut scribit idem Hieronymus in *Catalogo*, et Eusebius in fine libri III. Verum Dionysii liber non adversus Irenæum scriptus erat, sed adversus Nepotem, ut patet tum ex hoc Eusebii loco, tum ex ipso Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi de Dionysio loquitur. VALES.

(3) Ψαλμῳδίας. Christophorsonus psalmos et hymnos a Nepote compositos interpretatur. Sane hic fuit mos veterum Christianorum, ut psalmos et hymnos in honorem Christi componerent. Quod testatur Eusebius in fine lib. v. De his psalmis mentio fit in epistola concilii Antiocheni adversus Paulum Samosatenum, et in canone penultimo concilii Laodiceni ; ubi diserte prohibetur, ne psalmi ἰδιωτικοί, id est a privatis hominibus compositi, in ecclesia recitentur. Invaluerat enim hæc consuetudo, ut multi psalmos in honorem Christi componerent, eosque in Ecclesia cantari facerent, ut ex locis supra notatis apparet. Hujusmodi ergo psalmos in Ecclesia deinceps cani vetant Patres concilii Laodicensis, quos ἰδιωτικούς appellant, id

Digitized by Google

plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur; magnoque honore ac reverentia hominem prosequor, vel ob id maxime quod ex hac vita migravit: sed veritatem magis diligo, cunctisque præferendam censeo. Etenim ea quidem quæ recte dicta sint, absque invidia laudare ac probare debemus; si quid vero secius scriptum est, id examinari a nobis et corrigi decet. Quod si ipse præsens adesset, et opinionem suam viva voce promulgaret, sufficeret fortasse simplex absque scripto colloquium, quo per interrogationes ac responsiones convincerentur adversarii, et in pristinam concordiam revocarentur. Verum cum in publicum editus sit liber, isque, ut nonnullis videtur, ad persuadendum aptissimus: et cum quidam doctores legem quidem ac prophetas nihili faciant, Evangelia sequi negligant, apostolorum Epistolas contemnant: hujus vero libri doctrinam quasi magnum aliquod et arcanum sacramentum venditent, et simpliciores quosdam ex fratribus nostris nihil sublime atque magnificum, nec de glorioso prorsusque divino adventu Domini nostri, nec de resurrectione nostra nostrique ad Christum aggregatione et assimilatione sentire patiantur; sed levia quædam ac mortalia, et qualia nunc homines sperare solent, in regno Dei cogitare jubeant: necesse est, ut adversus fratrem meum Nepotem, quasi præsentem, disputationem instituam.

II. *Paucis deinde interpositis hæc subjungit:* Cum essem, *inquit*, in Arsinoitica præfectura, in qua jampridem, ut nosti, increbuit hæc opinio, adeo ut schismata et integrarum Ecclesiarum defectiones fierent; convocatis presbyteris ac doctoribus qui per singulos vicos fratribus prædicabant, præsentibus item fratribus qui adesse voluerant, hortatus sum illos ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum tanquam scutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi opposuissent, tres continuos dies a prima luce usque ad vesperam cum ipsis sedens, quæcunque in eo libro scripta erant, discutere aggressus sum. Tum vero fratrum constantiam, et ardentissimum co-

Β'. *Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων·* Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσενοείτῃ (8) γενόμενος, ἔνθα (ὡς οἶδας) πρὸ πολλοῦ τοῦτο ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα (9), ὡς καὶ σχίσματα καὶ ἀποστασίας ὅλων Ἐκκλησιῶν γεγονέναι· συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν· παρόντων καὶ τῶν βουλομένων ἀδελφῶν, δημοσίᾳ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τοῦ λόγου προετρεψάμην. Καὶ τοῦτό μοι προσαγαγόντων τὸ βιβλίον ὥς τι ὅπλον καὶ τεῖχος ἀκαταμάχητον (10), συγκαθεσθεὶς αὐτοῖς τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας, διευθύνειν ἐπειράθην τὰ γεγραμμένα. Ἔνθα καὶ τὸ εὐσταθὲς καὶ τὸ φιλάληθες, καὶ τὸ εὐπαρακολούθητον (11) καὶ συνετὸν ὑπερηγάσθην τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἐν τάξει καὶ μετ' ἐπιτεικείας

est ab hominibus imperitis compositos, non a sancto Spiritu dictatos. Ita explicat Agobardus in libro *De ritu canendi psalmos in Ecclesia*. Vales.

(4) *Ἢ προαπεπαύσατο.* Plinius lib. xxviii, c. 2: *Cur*, inquit, *ad mentionem defunctorum, testamur memoriam eorum a nobis sollicitari?* Id.

(5) *Ἐξετάζειν τε.* Rectius in codice Med., Maz. et Fuk., ἐξετάζειν δέ. Paulo post ex iisdem codicibus scribendum est, γραφῆς δὲ ἐκκειμένης, ut videtur legisse Rufinus: pro quo Nicephorus posuit προκειμένης. Simile mendum in eodem vocabulo supra notavi. Id.

(6) *Κατεπαγγελλομένων.* Id est, *diu ante promittunt, quam tradant.* Metaphora est a mysteriis Græcorum, qui magna quædam et miranda initiatis promittebant, eosque diuturna expectatione cruciabant, ut opinionem ac reverentiam suspensio cognitionis ædificarent, quemadmodum loquitur Tertullianus in libro *Contra Valentinianos*. Id.

(7) *Ἐλπιζόμενα πειθόντων.* Hujus loci emendatio debetur codici Mazarino, in quo diserte scriptum inveni, καὶ οἷα τὰ νῦν ἐλπίζειν ἀναπειθόντων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Quo modo etiam legitur in codice Medicæo, nisi quod ἐλπιζόμενα ἐλπίζειν scriptum habetur. Sed rectissima est codicis Maz. lectio, quam ego priusquam comperissem, subaudiendum hic esse ἀπὸ κοινοῦ verbum φρονεῖν existimabam. Codici Maz. subscribunt codex Fuk. et Savil. Id.

(8) *Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσενοείτῃ.* Mirum est in tribus nostris codicibus, et apud Nicephorum ac Ptolemæum ita legi, cum constet scribendum esse Ἀρσινοείτῃ. Sic enim dicta est hæc præfectura ab Arsinoe regina. Id.

(9) *Ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα.* Langus et Musculus interpretantur, *emersit*. Christophorsonus autem vertit, *prodiit in lucem*. Ego vero malui vertere, *increbuit*, quo sensu Eusebius hanc vocem usurpat in cap. 29 libri vii. Id.

(10) *Ἀμαχον.* Codex Med. et Maz. habent ἀκαταμάχητον, longe rectius: sic etiam scribitur in codice Fuk. et Savil.

(11) *Εὐπαρακολούθητον.* Feliciter mihi vertisse videor, *docilitatem*. Nam παρακολουθεῖν proprie dicuntur auditores, qui sensum verborum assequuntur. Male ergo Musculus et Christophorsonus *obsequium* interpretati sunt. Vales.

Digitized by Google

τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἐπαπορήσεις καὶ τὰς συγκαταθέσεις ἐποιούμεθα· τὸ μὲν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ φιλονείκως τῶν ἅπαξ δοξάντων περιέχεσθαι, εἰ καὶ φαίνοιντο (12) ὀρθῶς ἔχοντα, παραιτησάμενοι· μήτε δὲ τὰς ἀντιλογίας ὑποστελλόμενοι· ἀλλ' ἐς ὅσον οἷόν τε τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν (13) καὶ κρατύνειν αὐτὰ πειρώμενοι· μήτε εἰ λόγος αἱρεῖ, μεταπείθεσθαι καὶ συνομολογεῖν αἰδούμενοι· ἀλλ' εὐσυνειδήτως καὶ ἀνυποκρίτως, καὶ ταῖς καρδίαις (14) πρὸς τὸν Θεὸν ἡπλωμέναις, τὰ ταῖς ἀποδείξεσι καὶ διδασκαλίαις τῶν ἁγίων Γραφῶν συνιστανόμενα καταδεχόμενοι. Καὶ τέλος, ὅ τε τῆς διδαχῆς ταύτης ἀρχηγὸς καὶ εἰσηγητὴς ὁ καλούμενος Κορακίων, ἐν ἐπηκόῳ πάντων τῶν παρόντων ἀδελφῶν ὡμολόγησε καὶ διεμαρτύρατο ἡμῖν, μηκέτι τούτῳ προσέξειν, μηδὲ διαλέξεσθαι περὶ τούτου, μηδὲ μεμνῆσθαι, μηδὲ διδάξειν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἀντιλεχθέντων ἠρημένος· τῶν τε ἄλλων ἀδελφῶν οἱ παρόντες ἔχαιρον ἐπὶ τῇ κοινολογίᾳ καὶ τῇ πρὸς πάντας συγκαταβάσει (15) καὶ συνδιαθέσει.

A gnoscendæ veritatis studium et docilitatem atque intelligentiam magnopere sum admiratus : adeo moderate et ordine interrogationes rationesque dubitandi, et assensiones a nobis fiebant. Ac studiose quidem cavebamus, ne ea quæ semel nobis placuissent, tametsi falsa esse [non] deprehenderentur, pertinaciter defenderemus : nec aliorum objectiones subterfugiebamus. Sed quoad fieri poterat, ad ea de quibus instituta erat disputatio, eniti eaque stabilire conabamur : sin autem rationibus convicti essemus, non pudebat nos mutare sententiam, et aliis assentiri. Quin potius cum bona animi conscientia, absque ulla simulatione, expansis ad Deum cordibus, quæcunque certissimis argumentis et auctoritate sacræ Scripturæ confirmata es-
B sent, suscipiebamus. Tandem denique Coracio, qui hujus doctrinæ auctor et signifer fuerat, audientibus cunctis qui aderant fratribus, pollicitus nobis et contestatus est, se in posterum hanc opinionem amplexurum non esse, nec de ea disputaturum, nec locuturum, nec populo prædicaturum : quippe qui argumentis oppositis satis superque convictus fuisset. Fratribus autem qui aderant, hæc disputatio, et omnium inter se reconciliatio atque consensio non mediocrem attulit voluptatem.

Γ'. *Εἶθ' ἑξῆς ὑποθὰς περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ταῦτά φησι·* Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντη τὸ βιβλίον· καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες, ἄγνωστόν τε καὶ ἀσυλλόγιστον ἀποφαίνοντες· ψεύδεσθαί τε τὴν ἐπιγραφήν· Ἰωάννου γὰρ οὐκ εἶναι λέγουσιν· ἀλλ' οὐδ' ἀποκάλυψιν εἶναι, τὴν σφοδρῷ καὶ παχεῖ κεκαλυμμένην τῷ τῆς ἀγνοίας παραπετάσματι (16)· καὶ οὐχ ὅπως τῶν ἀποστόλων τινά, ἀλλ' οὐδ' ὅλως τῶν ἁγίων ἢ τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τούτου γεγονέναι ποιητὴν τοῦ γράμματος· Κήρινθον δὲ τὸν (17) καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Κηρινθιανὴν συστησάμενον αἵρεσιν, ἀξιόπιστον ἐπιφημίσαι θελήσαντα τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι ὄνομα. Τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ δόγμα, ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν· καὶ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο, φιλοσώματος ὢν καὶ πάνυ σαρκικὸς, ἐν τούτοις ὀνειροπολεῖν (18) ἔσεσθαι· γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμοναῖς, τουτέστι σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ γάμοις, καὶ δι' ὧν εὐφημότερον (19)

III. *Deinde aliquanto post de Revelatione Joannis ita scribit :* Nonnulli quidem ex iis qui nos præcesserunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt; singula ejus capita refellentes, eumque absque ullo sensu et ratiocinatione scriptum esse monstrantes. Ad hæc inscriptionem libri falsam esse dicunt. Neque enim auctorem ejus esse Joannem. Sed neque eam revelationem esse, quippe quæ tam crasso
C tamque opaco ignorantiæ obducta sit velo. Et non modo apostolorum neminem, sed ne ullum quidem e sanctis et ecclesiasticis viris hujus libelli conditorem fuisse affirmant; sed Cerinthum, sectæ ab ipsius nomine appellatæ auctorem, cum nempe magnæ auctoritatis nomen ad faciendam fidem commentis suis vellet præfigere. Quippe hanc Cerinthi opinionem fuisse, regnum Christi terrenum futurum; et in iis maxime rebus quas ipse utpote carnalis et voluptatibus corporis deditus præcipue concupiscebat, hæsurum; in ventris sci-

(12) *Εἰ καὶ φαίνοιντο.* Editio Stephani habet εἰ καὶ μὴ φαίνοιντο, ut et Christophorsonus, qui sic locum reddit : *Ne illis quæ fuerant ante ab ipsis decreta, si quidquam in eis veritati repugnare videretur, mordicus adhærerent, præcavebant.* Reading.

(13) *Τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν.* Musculus vertit, *instare proposito*, multo rectius quam Christophorsonus, qui vertit, *ea quæ erant ab aliis proposita munire.* Vales.

(14) *Ἡπλωμέναις ταῖς καρδίαις.* Hic quoque Musculus multo rectius vertit, quam Christophorsonus et Langus. Nam Christophorsonus vertit, *puris erga Deum ac simplicibus animis.* Atque ita fere Langus. At Musculus recte interpretatus est, *cordibus ad Deum expansis.* Sed et longe ante Musculum Rufinus recte hunc locum exposuerat, *patefactis cordibus Deo.* Id.

(15) *Συγκαταβάσει.* Hoc loco συγκατάβασις ponitur non pro dispensatione, sed pro συμβιβάσει, id est, unitione, ut sic dicam, et reconciliatione, qua voce utitur Dionysius paulo supra, καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Eodem sensu Paulus in Epistola ad Colossenses capite II, συμβιβάζειν, et συμβιβασμὸν dixit. Id.

(16) *Ἀγνοίας παραπετάσματι.* Nicephorus habet ἀγνωσίας. Id.

(17) *Κήρινθον δὲ ... καὶ Ἱερείων σφαγαῖς.* Integrum hunc locum Dionysianum descripserat antea Eusebius *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 28. Galland.

(18) *Ὀνειροπολεῖν.* Scribendum videtur ὀνειροπολεῖ, vel ὠνειροπόλει. Paulo post, ubi legebatur εὐθυμότερον, emendavi εὐφημότερον, ex codd. Maz., Med., Fuket. et Savil., quibus subscribit Nicephorus, et Eusebius ipse in libro III, cap. 27, ubi hunc locum Dionysii adducit. Vales.

(19) *Εὐφημότερον.* Sic habent mss. codd. Maz. et Med. Sic item idem Eusebius lib. III, cap. 28. Ita etiam Nicephorus lib. III, cap. 14. Nec aliter legisse Rufinum ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Et ut aliquid sacratius dicere videretur, legales aiebat festivitates rursum celebrandas.* Festorum scilicet et sacrificiorum nomine libidines suas velabat Cerinthus, ut honestatem quamdam in species

Digitized by Google

licet, et eorum quæ sub ventre sunt satietate, id est in cibis ac poculis, in nuptiis et in iis quibus ista honestius parari posse existimabat, festis nimirum et sacrificiis, et hostiarum mactationibus. Ego vero librum illum rejicere omnino non ausim, præsertim cum multi ex fratribus eum magni faciant. Sed hujusmodi de illo opinionem concipiens, quasi sensus mei modum excedat, arcanam quamdam planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam latere existimo. Nam etsi ipse non intelligo, suspicor tamen altiorem quemdam sensum verbis subesse. Eaque non meo ipsius judicio metior atque æstimo: sed plus fidei tribuens, sublimiora esse censeo quam ut a me percipiantur. Nec ea condemno quæ intelligere non potui : verum inde admiror magis, quod capere non possum.

A ταῦτα ᾠήθη πορισεῖσθαι, ἑορταῖς καὶ θυσίαις καὶ ἱερείων σφαγαῖς. Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον· πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν· μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως τὴν ὑπόληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ λαμβάνων, κεκρυμμένην εἶναί τινα καὶ θαυμασιωτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπολαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε νοῦν τινα βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν· οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίστει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμοῦ καταληφθῆναι νενόμικα· καὶ οὐκ ἀποδοκιμάζω ταῦτα ἃ μὴ συνεώρακα· θαυμάζω δὲ μᾶλλον ὅτι μὴ καὶ εἶδον.

IV. *Posthæc integro Revelationis libro examinato, postquam apertissimæ ostendit, eum prorsus intelligi non posse juxta obvium verborum sensum, hæc subjicit :* Absoluta demum universa prædictione sua, propheta beatos pronuntiat tum eos qui eam servaverint, tum se ipsum. *Beatus*, inquit, *qui servat verba prophetiæ libri hujus; et ego ipse Joannes, qui hæc vidi atque audivi* [1]. Joannem igitur hunc vocari, et librum a Joanne scriptum esse, non inficior. Fateor enim sancti cujusdam et divino Spiritu afflati viri id opus esse. Sed hunc ipsum esse apostolum, Zebedæi filium, Jacobi fratrem, cujus est Evangelium illud quod *secundum Joannem* inscribitur et Epistola catholica, haud facile concesserim. Nam ex utriusque genio et forma loquendi, et ex libelli totius ductu ac dispositione, non unum eumdemque scriptorem esse conjicio. Quippe evangelista quidem nullibi nomen suum ascribit : nec semet ipse, aut in Evangelio, aut in Epistola prædicat. *Et paulo post subdit :* Joannes vero nusquam, nec tanquam de se ipso, nec tanquam de altero. At ille qui Revelationem scripsit, in ipso statim exordio nomen suum præfigit, cum ait : *Revelatio Jesu Christi, quam dedit ipsi ut palam faceret servis suis celeriter, et significavit mittens per angelum suum Joanni servo suo, qui testificatus est verbum Dei; et testimonium ejus, quæcunque vidit* [2]. Ad hæc epistolam scribit : *Joannes*, inquit, *septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, gratia vobis et pax* [3]. Evangelistes vero ne catholicæ quidem Epistolæ nomen suum præfixit; sed absque ulla verborum ambage ab ipso divinæ revelationis mysterio exorsus est. *Quod fuit*, inquit, *ab initio; quod audivimus, quod vidimus oculis nostris* [4]. Ob hujusmodi enim reve-

B Δ'. Ἐπὶ τούτοις τὴν ὅλην τῆς Ἀποκαλύψεως βασανίσας γραφὴν, ἀδύνατον δὲ αὐτὴν κατὰ τὴν πρόχειρον ἀποδείξας νοεῖσθαι διάνοιαν, ἐπιφέρει λέγων· Συντελέσας δὴ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν προφητείαν, μακαρίζει ὁ προφήτης τούς τε φυλάσσοντας αὐτὴν, καὶ δὴ καὶ ἑαυτόν. Μακάριος γάρ, φησὶν, ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. Καλεῖσθαι μὲν οὖν αὐτὸν Ἰωάννην, καὶ εἶναι τὴν γραφὴν Ἰωάννου ταύτην, οὐκ ἀντερῶ. Ἁγίου μὲν γὰρ εἶναί τινος καὶ θεοπνεύστου συναινῶ. Οὐ μὴν ῥᾳδίως ἂν συνθείμην τοῦτον εἶναι τὸν ἀπόστολον, τὸν υἱὸν Ζεβεδαίου, τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου· οὗ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐπιγεγραμμένον, καὶ ἡ Ἐπιστολὴ ἡ καθολική. Τεκμαίρομαι γὰρ ἔκ τε τοῦ C ἤθους ἑκατέρων, καὶ τοῦ τῶν λόγων εἴδους, καὶ τῆς τοῦ βιβλίου διεξαγωγῆς λεγομένης (20), μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς, οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρεγγράφει· οὐδὲ κηρύσσει ἑαυτὸν, οὔτε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, οὔτε διὰ τῆς Ἐπιστολῆς. Εἶθ' ὑποβὰς, πάλιν ταῦτα λέγει· Ἰωάννης δὲ οὐδαμοῦ οὐδὲ ὡς περὶ ἑαυτοῦ, οὐδὲ ὡς περὶ ἑτέρου· ὁ δὲ τὴν Ἀποκάλυψιν γράψας, εὐθύς τε ἑαυτὸν ἐν ἀρχῇ προτάσσει· Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ· ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ ὅσα εἶδεν. Εἶτα καὶ ἐπιστολὴν γράφει· Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη· D Ὁ δέ γε εὐαγγελιστὴς, οὐδὲ τὸ [Ισ. τῆς] καθολικῆς Ἐπιστολῆς προέγραψεν ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα· ἀλλὰ ἀπερίττως ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἦρξατο· Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν,

[1] Apoc. XXII, 7, 8. [2] Apoc. I, 1, 2. [3] Ibid. 4. [4] I Joan. I, 1.

præferret. Hinc immerito legit εὐθυμότερον Christophorsonus, tum hic tum in priore loco Eusebiano; cum potius ex illo hunc reformare debuisset, quam ex hoc illum depravare. VALES. ad Euseb. lib. III, cap. 28.

(20) *Διεξαγωγῆς λεγομένης*. Hoc vocabulum proprium fuit rhetorum, ut vox illa λεγομένης a Dionysio adjuncta satis indicat. Et Musculus quidem *tractatum libri* interpretatur. Christophorsonus autem *discursum*. Ego διεξαγωγὴν idem esse censeo, quod dispositionem, sive οἰκονομίαν. Nam διεξαγαγεῖν idem est ac διοικεῖν, ut scribit Suidas. Possis etiam interpretari formam et rationem scribendi seu characterem, quod confirmat Dionysius. Primo enim ἀπὸ τοῦ ἤθους probat Apocalypsin non esse Joannis apostoli. Deinde ex stylo et forma scribendi, id est ex dictione atque sententiis. In

Digitized by Google

ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Ἐπὶ ταύτῃ γὰρ τῇ ἀποκαλύψει καὶ ὁ Κύριος τὸν Πέτρον ἐμακάρισεν εἰπών· *Μακάριος εἶ, Σίμων, βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος.* Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ φερομένῃ Ἰωάννου καὶ τρίτῃ, καί τοι βραχείαις οὔσαις Ἐπιστολαῖς, ὁ Ἰωάννης ὀνομαστὶ πρόκειται· ἀλλὰ ἀνωνύμως ὁ *πρεσβύτερος* γέγραπται. Οὗτος δέ γε οὐδὲ αὑταρκες ἐνόμισεν ἅπαξ ἑαυτὸν ὀνομάσας, διηγεῖσθαι τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ πάλιν ἀναλαμβάνει· *Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ·* καὶ δὴ καὶ πρὸς τῷ τέλει ταῦτα εἶπε· *Μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα.* Ὅτι μὲν οὖν Ἰωάννης ἐστὶν ὁ ταῦτα γράφων, αὐτῷ λέγοντι πιστευτέον.

A lationem Petrum Dominus beatum prædicavit his verbis : *Beatus es, Simon, fili Jonæ, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est* [5]. Sed neque in secunda ac tertia, quæ Joanni vulgo ascribuntur, Epistolis, quamvis brevissimis, Joannis vocabulum prostat . verum absque ullo nomine *Senior* inscribitur. Alter autem ille non satis habuit nomine suo semel edito narrationem deinceps prosequi; sed iterum repetit : *Ego Joannes, frater et consors vester in tribulatione et regno et in patientia Jesu, fui in insula quæ Patmos vocatur, propter verbum Dei et testimonium Jesu* [6]. Et sub finem libri rursus hæc addit : *Beatus qui servat verba prophetiæ libri hujus; et ego Joannes, qui hæc vidi et audivi* [7]. Joannem igitur esse auB ctorem hujus libri, ipsi id affirmanti credendum est.

Ε'. Ποῖος δὲ οὗτος, ἄδηλον. Οὐ γὰρ εἶπεν ἑαυτὸν ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πολλαχοῦ, τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαθητήν· οὐδὲ τὸν ἀναπεσόντα ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ· οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου· οὐδὲ τὸν αὐτόπτην καὶ αὐτήκοον τοῦ Κυρίου γενόμενον. Εἶπε γὰρ ἄν τι τούτων τῶν προδεδηλωμένων, σαφῶς ἑαυτὸν ἐμφανίσαι βουλόμενος. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδέν· ἀδελφὸν δὲ ἡμῶν καὶ συγκοινωνὸν εἶπε καὶ μάρτυρα Ἰησοῦ, καὶ μακάριον ἐπὶ τῇ θέᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν ἀποκαλύψεων. Πολλοὺς δὲ ὁμωνύμους Ἰωάννῃ τῷ ἀποστόλῳ νομίζω γεγονέναι· οἳ διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον C ἀγάπην, καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν, ἀγαπηθῆναί τε ὁμοίως αὐτῷ βούλεσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτὴν ἡσπάσαντο· ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος πολὺς, καὶ δὴ καὶ ὁ Πέτρος ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται (21). Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἕτερος Ἰωάννης ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἐπικληθεὶς Μάρκος· ὃν Βαρνάβας καὶ Παῦλος ἑαυτοῖς συμπαρέλαβον, περὶ οὗ καὶ πάλιν λέγει· *Εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην.* Εἰ δὲ οὗτος ὁ γράψας ἐστὶν, οὐκ ἂν φαίην· οὐδὲ γὰρ ἀφῖχθαι σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἀσίαν γέγραπται· *Ἀλλὰ ἀναχθέντες μέν*, φησὶν, *ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα.* Ἄλλον δέ τινα οἶμαι τῶν ἐν Ἀσίᾳ γενομένων· ἐπεὶ καὶ δύο D φασὶν ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου λέγεσθαι.

V. Sed quisnam ille fuerit Joannes, incertum. Neque enim se ipsum esse dixit, sicut in Evangelio sæpius dicitur, discipulum illum quem dilexit Dominus; aut illum qui supra pectus Domini recubuit; aut fratrem Jacobi; aut illum denique qui Dominum vidit atque audivit. Aliquid enim horum quæ memorata sunt certe dixisset, si se ipsum liquido voluisset ostendere. Sed horum quidem nihil posuit : fratrem vero duntaxat, et consortem nostrum sese appellavit, et testem Jesu; beatum denique ob visam atque auditam revelationem. Ac plurimos quidem fuisse opinor Joanni apostolo cognomines : qui propter singularem erga illum benevolentiam, et quod hominem mirarentur ac suspicerent, et perinde ac ille a Domino diligi ambirent, hoc cognomentum adamaverint; quemadmodum ex fidelium liberis multos Pauli Petrique nominibus appellatos videmus. Est etiam alius Joannes in Actibus apostolorum cognomento Marcus, quem Barnabas et Paulus comitem sibi adjunxerunt. De quo etiam rursus dicitur : *Habebant autem Joannem ministrum* [8]. An hic sit qui Revelationem scripsit, mihi non liquet. Neque enim una cum illis in Asiam venisse perhibetur : *Sed cum solvissent*, inquit, *a Papho, Paulus quidem Pergen Pamphyliæ profectus est; Joannes vero discedens ab illis, reversus est Hierosolymam* [9]. Alium igitur esse censeo : unum scilicet eorum qui in Asia versati sunt. Duo enim apud Ephesum sepulcra fuisse traduntur : utrumque Joannis nomine insignitum.

Ϛ'. Καὶ ἀπὸ τῶν νοημάτων δὲ καὶ τῶν ῥημάτων

VI. Ex sententiis quoque et ex verbis eorumque

[5] Matth. xvi, 17. [6] Apoc. i, 9. [7] Apoc. xxii, 7, 8. [8] Act. xiii, 5. [9] Ibid. 13.

(21) *Ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται.* Notandus est hic Dionysii locus de antiqua Christianorum consuetudine, qui Petri Paulique et aliorum sanctorum nomina, liberis suis imponebant, tum honoris ac benevolentiæ causa, tum ut liberi sui Deo chari acceptique essent, non minus quam sancti illi fuerant. Hinc est, quod Chrysostomus in tomo primo, in oratione de sancto Meletio, Antiochenos tanta benevolentia Meletium complexos esse scribit, ut parentes liberis suis nomen illius imponerent, quo domum suam ejus præsentia exornarent. Idem Chrysostomus homilia 21 in Genesin, auditores suos hortatur, ut non quævis nomina temere ac fortuito, nec avorum aut proavorum aut illustrium virorum, sed sanctorum potius hominum qui virtutibus refulserunt, liberis suis imponant appellationes, ut eorum exemplo ad virtutem incendantur. Vales.

Digitized by Google

collocatione, facile conjicitur hunc ab illo diversum fuisse. Nam Evangelium et Epistola sibi mutuo consonant, et eodem ordiuntur modo. Sic enim incipit Evangelium : *In principio erat Verbum* [10]. Epistola vero : *Quod fuit ab initio* [11]. In illo dicitur : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* [12]. Hæc vero eadem habet, paulisper tantum immutata : *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ; et vita manifestata est* [13]. Hæc enim ille veluti modulationis proludia præmittit, adversus eos qui Christum in carne advenisse negabant, ut in sequentibus ostendit. Quamobrem de industria subjunxit : *Et quod vidimus, testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem et apparuit nobis. Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis.* Adeo totus ex se ipse pendet, et a propositionibus suis ne latum quidem unguem discedit; sed iisdem pæne capitibus ac verbis cuncta prosequitur. Ex quibus nos quidem nonnulla breviter suggeremus. Qui vero attente perlegerit, in utroque sæpius vitam, lucem, fugam tenebrarum; frequenter veritatem, gratiam, gaudium, carnem et sanguinem Domini, judicium, peccatorum remissionem; Dei erga nos dilectionem, mutuæ inter nos dilectionis præceptum, et universa præcepta servanda esse reperiet. Ad hæc condemnationis elogium adversus mundum, diabolum et Antichristum; promissio sancti Spiritus, adoptio filiorum Dei, fides in omnibus a nobis præstanda; Pater et Filius ubique nominati, in utroque passim occurrunt. Denique in omnibus, si recte examinaveris, unum idemque utriusque scriptionis genus, Evangelii nimirum et Epistolæ, evidenter apparet. Apocalypsis vero ab his prorsus aliena est et extranea; nulla necessitudine, aut vicinitate contingens quidquam ex supradictis; ac ne syllabam quidem unam cum illis communem habens. Sed neque Epistola (de Evangelio enim nihil dico) mentionem ullam aut significationem facit Apocalypseos; nec Apocalypsis Epistolæ; cum tamen Paulus in Epistolis nonnihil de revelationibus suis indicaverit, quas quidem ille in proprium volumen non retulit.

choati, propter experientiæ novitatem atque operum insolentiam, dum ad rem sese primum accingunt, molestiam patiuntur; ita qui aliquid profecere, multoque magis qui perfecti jam sunt, si quæ susceperint, dum facile feliciterque conficiunt, exsultant animis, ac solemnium operum absolutionem bonis hominum omnibus anteponunt. Et vero Democritus ipse, causam unam aliquam, ut ferunt, invenire, quam sibi Persarum imperium obvenire maluisset: atque id homo qui causas frustra causisque sublatis inquireret, cum inane principium ac plenam erroris hypothesin secutus, atque in radice communique naturæ rerum necessitate cæcutiens, eorum quæ imprudenter stolideque contingerent notitiam, summæ sapientiæ genus putaret; fortunamque rerum universalium atque divinarum dominam reginamque constituens, cæteraque omnia ejus arbitrio fieri pronuntians, eamdem tamen ab humanæ vitæ commercio procul ablegaret, quique illam colerent insulsos esse convinceret. Sane quidem ipsemet institutionum suarum exordio, sic loquitur: « Homines, inquit, dum stultitiæ suæ velum quærerent, vanum fortunæ simulacrum finxerunt (pugnat enim suapte natura cum fortuna consilium), inimicissimamque prudentiæ dominari voluerunt; tametsi potius hac etiam exterminata funditusque sublata, ejus in locum alteram illam sufficiunt; nec enim fortunatam isti prudentiam, sed prudentissimam canunt celebrantque fortunam. » Porro utilium vitæ operum moderatores omnes, navanda suis opera maxime delectantur, laudemque simul et gloriam cum laboribus suis pro communi salute susceptis compensari volunt: alii quidem alendo, regendo alii, alii medendo, alii rempublicam gerendo; ipsique adeo philosophi suo illo instituendorum hominum conatu ac studio majorem in modum efferuntur. Audebuntne vero Epicurus et Democritus dicere, molestum sibi atque invisum esse philosophandi munus? Imo non aliam profecto huic animi voluptatem anteponant: etsi enim bonum voluptatem omnem esse statuunt, hoc tamen dicere verebuntur, philosophari sibi non esse vulgari voluptate jucundius. Deos porro, quos poetæ quidem *bonorum auctores* prædicant, philosophi vero isti, nullius omnino boni vel auctores esse, vel participes ridendo jactant; deos, inquam, illos, quibus tandem rationibus ut deos esse putent adducuntur; quos nec præsentes videant, nec rerum quidquam molientes (quod secuti saltem videntur, qui solem, lunam ac stellas admirati, θεούς, hoc est *deos*, διὰ τὸ *θέειν*, id est, a currendo vocatos esse dixerunt), nec ullo prorsus in operum aut functionum genere versari credant, ut eos ἐκ τοῦ

(47) Ἀληθές. Forte ἄθες. Vigen.

(48) *Φύσει γὰρ γνώμη.* Præclare Tullius *pro Marcello*, sect. 7: *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* Id.

(49) *Τὴν τύχην.* Hactenus verba Democriti: quæ sequuntur Dionysii sunt. Id.

(50) *Ἡδὺ ὄν.* Forte ἡδιον

(51) *Δωτῆρας ἐάων.* Homerus *Odyss.* Θ, v. 325: *Ἕστασ' ἐν προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἐάων.* Et v. 335: *Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων.*

(52) Ἀδώρητοι. Id est, *nullorum auctores donorum*, hoc quidem loco, ubi δωτῆρες et ἀδώρητοι opponuntur. Id.

Digitized by Google

θεῖναι, hoc est ab efficiendo θεοποιήσωσιν, deos efficiant (propterea quippe omnium effector atque molitor unus vere Deus est); nullo denique vel gubernationis, vel judicii, vel beneficii vinculo cum hominibus teneri velint, ut cultum iis aliquem vel metu vel honoris causa debeamus? Num Epicurus forte, cum ultra mundum hunc prospiciens, ac cœlestem illum ambitum prætergressus, aut per occultum quoddam posticum sibique soli notum egressus, deos in vacuo degentes vidit, ac summam eorum tantis in deliciis felicitatem admiratus, voluptatem inde concupiscit, atque illam quæ in vacuo ducitur vitam æmulatus, omnes continuo tanquam deorum illorum similes futuros, ejus ad felicitatis communionem ac societatem invitat: quibus ille cœnaculum, non jam cœlum aut olympum, ut poetæ, sed vacuum instruit, confectam ex atomis apponens ambrosiam, indidemque haustum nectar propinans? Cæterum iis de rebus quæ nihil ad nos pertineant, mille juramenta sacrasque obtestationes suis passim libris inferciens, per Jovem assidue vel negat aliquid vel affirmat; lectoresque suos, et eos quibuscum ipse disputat, deorum obstringit religione, non quod illos ipse vereatur, aut perjurium ullo modo reformidet; sed inanem hanc atque mendacem, vanamque ac nihil omnino significantem disputationum suarum appendicem effutiens, non aliter ac si excreet aut exspuat, aut convertat vultum, aut manum commoveat. Ejusmodi quippe omnis ista deorum appellatio est, superflua quædam ac sensus expers studiique simulatio. At illud quidem longe certissimum, cum Athenienses a Socratis interitu metueret, ne qualis erat *atheos* esse videretur, vacuas iis leviculorum deorum umbras novum circulatorem informasse. Nec enim profecto aut spiritalibus unquam oculis suspexit in cœlum, ut clarissimam illam superioribus e locis vocem exaudiret, qua intentus ille contemplator afflatus cum esset, exclamavit: *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum*[23]. Aut vero solum ipsum mente despexit; hoc enim si fecisset, didicisset utique, quod *Misericordia Domini plena est terra*[24]; quodque, *Domini est terra et plenitudo ejus*[25], et illud: *Post hæc enim*, inquit, *Dominus in terram respexit, et implevit illum bonis suis. Anima omnis animantis operuit faciem ejus*[26]. Qui si nimia cæcitate non laborant, tantam illam ac tam variam animantium multitudinem contemplentur, terrenarum, volatilium, aquatilium; ac demum intelligant, quam verum hoc in omnium procreatione testimonium fuerit: *Et omnia secundum ejus mandatum exstiterunt bona.*

[23] Psal. xviii, 1. [24] Psal. xxxii, 5. [25] Psal. xxiii, 1. [26] Eccli. xvi, 30, 31.

A εἶδεν, ἐξελθὼν πυλῶν, οὓς (53) ἐν τῷ κενῷ κατεῖδε θεούς, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακάρισε τρυφήν, κἀκεῖθεν ἐπιθυμητὴς γενόμενος τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτὴς διαίτης, οὕτω πάντας ἐπὶ τοῦ μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν, ἑξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, παρακαλεῖ, συμπόσιον αὐτοῖς μακάριον, οὐχ ὅπερ οἱ ποιηταὶ, τὸν οὐρανὸν ἢ τὸν ὄλυμπον, ἀλλὰ τὸ κενὸν συγκροτῶν, ἔκ τε τῶν ἀτόμων (54) τὴν ἀμβροσίαν αὐτοῖς παρατιθεὶς, καὶ προπίνων αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ νέκταρ; Καὶ δὴ κατ' ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὅρκους τε καὶ ὁρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, ὁμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία καὶ νὴ Δία, ἐξορκῶν τε τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διαλέγοιτο, πρὸς τῶν θεῶν, οὔ τί που δεδιὼς αὐτὸς (55), ἢ δεδιττόμενος ἐκεῖνος

B τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν δὲ τοῦτο, καὶ ψευδὲς, καὶ ἀργὸν, καὶ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς λόγοις αὐτοῦ παράρτημα, οἷον εἰ καὶ χρέμπτοιτο καὶ πτύοι, τό τε πρόσωπον στρέφοι, καὶ τὴν χεῖρα κινοίη. Τοιαύτη γὰρ ἀδιανόητος ἦν ἡ παρ' αὐτῷ καὶ ματαία ὑπόκρισις, ἡ τῶν θεῶν ὀνομασία. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρόδηλον, ὅτι μετὰ τὸν Σωκράτους θάνατον κατεπτηχὼς Ἀθηναίους, ὡς μὴ δοκοίη τοῦθ' ὅπερ ἦν, *ἄθεος* εἶναι, κενὰς αὐτοῖς ἀνυποστάτων θεῶν τερατευσάμενος ἐζωγράφησε σκιάς. Οὔτε γὰρ εἰς οὐρανὸν ἀνέβλεψεν νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα τῆς ἐναργοῦς ἄνωθεν φωνῆς ἀκούσῃ, ἧς ὁ προσεχτικὸς θεατὴς κατακούσας ἐμαρτύρησεν· ὅτι *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.*

C Οὔτε τῇ διανοίᾳ κατεῖδεν εἰς τοῦδαφος· ἔμαθε γὰρ ἄν, ὅτι, *Τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ*, καὶ ὅτι, *Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*· καὶ, *Μετὰ ταῦτα γὰρ*, φησὶ, *Κύριος εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψε, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ.* Ψυχὴν (56) *παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς.* Εἰ δὲ μὴ σφόδρα τυφλώττουσιν, ἐπισκεψάσθωσαν τὴν παμποίκιλον τῶν ζώων πολυπλήθειαν, τὰ χερσαῖα, τὰ πτηνὰ, τὰ ἔνυδρα· καὶ κατανοησάτωσαν ὡς ἀληθὴς ἐπὶ τῇ πάντων κρίσει (57) γέγονεν ἡ μαρτυρία τοῦ Δεσπότου· *Καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν πέφηνε καλά* (58).

(53) *Οὓς*. Forte τούς. Viger.
(54) *Ἀτόμων*. Scribe ἀτμῶν. Id.
(55) *Αὐτός*. Forte αὐτούς. Id.
(56) *Ψυχήν*. Forte ψυχῇ. Id. — Ψυχὴν tamen præfert Bibliorum codex Alexandrinus.
(57) *Κρίσει*. Forte κτίσει. Id.
(58) *Καλά*. His Dionysianis relatis quæ hucusque

D descripta sunt, subdit Eusebius: Ταῦτά μοι ἀπὸ πλείστων ἐξήνθισται τῶν πρὸς Ἐπίκουρον Διονυσίῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπῳ πεποιημένων. *Hæc mihi e pluribus libata sunt atque decerpta, quæ Dionysius episcopus æqualis noster adversus Epicurum disputavit.* Gall.

Digitized by Google

E sacris Parallelis S. Joannis Damasceni Rupefucaldinis. Opp. tom. II, *pag.* 752 *C. edit. Paris.* 1712.

Τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας *Περὶ φύσεως.* A

Οὐχ ἁπλῶς τῶν μεριστῶν τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ πάντων καὶ τῶν ἐλαχίστων ἄπειρος, ἀτέλεστος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις.

S. Dionysii Alexandrini *De natura.*

Non modo earum orbis rerum quæ dividuntur, et earum quæ sub ipso sunt, quinetiam numeri æternitatis; sed et omnium prorsus atque minimarum nescia est, nec erudita, hominum cognitio.

III.

EX LIBRIS ADVERSUS SABELLIUM.

(Euseb., *Præpar. evang.* lib. VII, cap. 19.)

Περὶ τοῦ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὴν ὕλην. B

Οὐδ' ἐκεῖνοι (59) μὲν γὰρ ὅσοι, οἱ τὴν ὕλην ὡς ἀγέννητον ὑποχείριον εἰς διακόσμησιν διδόντες τῷ Θεῷ· παθητὴν γὰρ αὐτὴν, καὶ τρεπτὴν ὑπάρχουσαν, εἴκειν ταῖς θεοποιήτοις ἀλλοιώσεσι. Καὶ πόθεν γὰρ ὑπάρχει καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὕλῃ, τό τε ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον, διασαφήτωσαν. Ἑκατέρου γὰρ δεῖ τινὰ ἐπινοῆσαι κρείττονα, ὃ μηδὲ θεμιτὸν ἐννοῆσαι περὶ τοῦ Θεοῦ. Τό τε γὰρ ἀγέννητον, ὅμοιον ἐν ἀμφοτέροις λεγόμενον, καὶ ἕτερον νοούμενον παρ' ἑκάτερον, πόθεν ἐν αὐτοῖς ἐγένετο; Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ ἀγέννητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐσία ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡ ἀγεννησία, οὐκ ἂν ἀγέννητον εἴη ἡ ὕλη· οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν ἡ ὕλη, καὶ ὁ Θεός. Εἰ δὲ ἑκάτερον μὲν ἔστιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη καὶ ὁ Θεὸς, πρόσεστι δὲ ἀμφοτέροις τὸ ἀγέννητον· δῆλον ὡς ἕτερόν ἐστιν C ἑκατέρου, καὶ ἀμφοτέρων πρεσβύτερόν τε καὶ ἀνωτέρω. Ἀνατρεπτικὴ δὲ παντελῶς, καὶ τοῦ ταῦτα συνυπάρχειν, μᾶλλον δὲ τοῦτο ἕτερον αὐτῶν τὴν ὕλην ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχειν, καὶ ἡ τῆς ἐναντίας ἕξεως διαφορά. Εἰπάτωσαν γὰρ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀμφοτέρων ὄντων ἀγεννήτων, ὁ μὲν Θεὸς ἀπαθὴς, ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἐργαστικός· ἡ δὲ, τὰ ἐναντία, παθητὴ, τρεπτὴ, ἄστατος, μεταποιουμένη. Καὶ πῶς ἥρμοσαν καὶ συνέδραμον; Πότερον κατὰ τὴν τῆς ὕλης φύσιν ἐξοικειώσας ἑαυτὸν ἐτεχνίτευσεν αὐτὴν ὁ Θεός; Ἀλλὰ τοῦτό γε ἄτοπον, ὁμοίως ἀνθρώποις χρυσοχοεῖν καὶ λιθουργεῖν, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας, ὅσας αἱ ὕλαι μορφοῦσθαι καὶ τυποῦσθαι δύνανται, χειροκμητεῖν τὸν Θεόν. Εἰ δὲ οἷαν αὐτὸς ἐβούλετο D κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἐποίησε τὴν ὕλην, τὸ πολύμορφον, καὶ παμποίκιλον τῆς δημιουργίας ἑαυτοῦ σχῆμα καὶ τύπον ἐνσφραγιζόμενος αὐτῇ, καὶ εὖ-

Materiam ortu non carere.

Impietatis etiam illud est, quod plerique materiam, cujus ortum nullum esse velint, divinæ potestati digerendam ornandamque subjiciant, dum eam natura sua patientem atque tractabilem, impressas divinitus mutationes facile subire tradunt. Enimvero doceant isti qui fieri potuerit, ut in Deum atque materiam similitudo pariter ac dissimilitudo caderet. Nam alium quemdam utroque potentiorem cogitare tum oporteret, quod tamen de Deo vel suspicari, nefas. Nam et ipsum ortu carere, quod in utroque simile dicitur, et alterum illud, quod præter utrumque cogitatur, quomodo tandem in iis locum habuit? Si enim illud ipsum quod ortu caret, Deus est, ipsaque, ut ita dicam, ortus negatio, divina essentia est; non jam idem ipsum quod ortu caret, materia fuerit, cum Deus et materia unum idemque non sint. Sin autem utrumque dixerint, id quidem esse proprie quod est, materiam videlicet, atque Deum, ortus tamen negationem ambobus convenire: manifeste sequitur, aliud quidpiam præter utrumque ponendum, quod antiquius ac superius utroque sit. Jam quominus per sese ambo simul esse possint, imo quominus e duobus alterum, hoc est materia, esse per sese queat, vel ipsa rationis et conditionis utriusque diversitas prorsus impediat. Alioqui causam illi sane afferant, quamobrem cum ortu ambo careant, Deus quidem nec pati quidquam, nec mutari, nec moveri possit, idemque simul efficiendi vim habeat: materia vero contraria subeat omnia, quippe quæ pati mutarique possit, inconstans, et multiplici configurationi obnoxia. Jam qui tandem inter sese

(59) *Οὐδ' ἐκεῖνοι*, κ. τ. λ. Eusebius l. c. hæc et sequentia recitans, ita proloquitur: Θήσω δὲ φωνὰς τῶν πρὸ ἡμῶν τὸ δόγμα διηκριβωκότων, καὶ πρώτου γε Διονυσίου, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Σαβέλλιον αὐτῷ γεγυμνασμένων, τάδε περὶ τοῦ προκειμένου γράφει. *Ipsamet eorum verba producam qui ante nos hac in disputatione versati sunt, atque in primis Dionysii, qui in primo librorum eorum quos in Sabellium elucubruit, hunc in modum de re tota philosophatur.* Porro ad ista Eusebiana hæc habet doctus interpres: « Sabellius, a quo Personarum in SS. Triade distinctio nefarie tollebatur, alterum hoc de materia somnium ab Hermogene acceperat. Plures adversus Sabellium istum libros a Dionysio Alexandrino elaboratos esse, non tantum unum, ut non nemo credidit, vel hoc Eusebii loco manifeste convincitur. » GALL.

Digitized by Google

ambo tam apte convenerunt? Utrum sese Deus ad materiæ naturam accommodans, sic eam demum elaboravit? At ineptum fuerit cogitare, Deum, uti homines vulgo solent, aut ex auro conflare, aut lapides vel cædere vel collocare, aut pro cæterarum artium varietate quibus diversa materiæ genera figurari conformarique possunt, opus quodcunque moliri. Sin autem materiam, prout ipse voluit ejusque sapientia postulabat, finxisse dicetur, eamque variis ac multiplicibus artis molitionisque suæ formis consignasse; bene ominata certe quidem veraque hæc oratio fuerit, atque ejusmodi, quæ præterea Deum qui totius universi vita quædam et fundamentum est, ortus omnis expertem esse confirmet. Nam cum illa ortus negatione, propriam insuper exsistendi rationem conjungit. Cæterum multa quidem adversus id hominum genus dici possent; verum alterius loci hæc disputatio fuerit. Si tamen isti cum scelestissimis tot deorum fabricatoribus conferantur, minus impie loqui censebuntur.

A φημος καὶ ἀληθὴς οὗτος ὁ λόγος, καὶ προσέτι καὶ τὴν ὑπόστασιν τῶν ὅλων τὸν Θεὸν ἀγέννητον εἶναι κρατύνει. Τῷ γὰρ εἶναι ἀγέννητον, ἅμα καὶ τὸ πῶς εἶναι προσῆψε. Πολὺς μὲν οὖν καὶ πρὸς τούτους ὁ λόγος, ἀλλ' οὐ νῦν ἡμῖν πρόκειται. Συγκρίσει δὲ τῇ πρὸς τοὺς ἀθεωτάτους πολυθέους, εὐφημότερα οὗτοι.

IV.

EX QUATUOR LIBRIS AD DIONYSIUM ROMANUM PONTIFICEM

SEU EX OPERE INSCRIPTO

ELENCHUS ET APOLOGIA.

(*Vide Patrologiæ Latinæ t. V, col. 117, in Dionysio papa.*)

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ

Ἐρωτήσαντα περὶ διαφόρων κεφαλαίων, πρὸς ἃ διὰ τῆς Ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἱ καὶ ὡς κανόνες ἐδέχθησαν.

BEATI DIONYSII

ARCHIEPISCOPI

EPISTOLA AD BASILIDEM EPISCOPUM

Interrogantem de diversis capitibus, ad quæ per Epistolam Dionysius responsa dedit, quæ tanquam canones sunt admissa.

CANON I.

Dionysius Basilidæ dilecto mihi filio et fratri in sacris comministro, Deoque fideli, in Domino salutem.

Misisti ad me, fidelissime et sapientissime fili mi, interrogans qua hora diei Paschæ jejunium solven-

ΚΑΝΩΝ Α'.

B *Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ συλλειτούργῳ καὶ θεοπειθεῖ, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

Ἀπέστειλάς (60) *μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀποτιθε-*

(60) Ἀπέστειλας. Scholium in codice Amerbachiano : Ἰστέον ὅτι γέγονε μὲν ὁ μακάριος Διονύσιος οὗτος ἀκροατὴς Ὠριγένους, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας ἔτει Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν βασιλεύσαντος. Τὸν βίον μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τρισκαιδεκάτου τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπισκόπου τὴν

Digitized by Google

ζεσθαι δεῖ (61) τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν (62). Τισὶ μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φῆς ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν· τισὶ δέ, ὅτι ἀφ' ἑσπέρας χρή. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοί, ὥς φασι, περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα ἔλεγες ὅτι τάχιον. Ἀκριβῆ δὲ ὥραν τιθέναι ἐπιζητεῖς, καὶ ὥραν πάνυ μεμετρημένην· ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστι. Τὸ μὲν γὰρ ὅτι μετὰ τὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν καιρὸν χρὴ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἐνάρχεσθαι, μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς ταῖς νηστείαις ταπεινοῦντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολογηθήσεται. Κατεσκεύασας δὲ δι' ὧν ἔγραψάς μοι πάνυ ὑγιῶς καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων ἠσθημένος, ὅτι μηδὲν ἀπηκριβωμένον ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ὥρας καθ' ἣν ἀνέστη, φαίνεται. Διαφόρως μὲν γὰρ οἱ εὐαγγελισταὶ τοὺς ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθόντας ἀνέγραψαν κατὰ καιροὺς ἐναλλαγμένους, καὶ πάντες ἀνεστηκότα ἤδη τὸν Κύριον ἔφασαν εὑρηκέναι. Καὶ ὀψὲ Σαββάτων, ὡς ὁ Ματθαῖος εἶπε· καὶ πρωΐας ἔτι σκοτίας οὔσης, ὡς ὁ Ἰωάννης γράφει· καὶ ὄρθρου βαθέος, ὡς ὁ Λουκᾶς· καὶ λίαν πρωΐ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ὡς ὁ Μάρκος. Καὶ πότε μὲν ἀνέστη, σαφῶς οὐδεὶς ἀπεφήνατο. Ὅτι δὲ ὀψὲ Σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ μιᾷ Σαββάτων οἱ ἐπὶ τὸ μνημεῖον παραγενόμενοι, οὐκέτι κείμενον αὐτὸν ἐν αὐτῷ κατέλαβον, τοῦτο ἀνωμολόγηται. Καὶ μηδὲ διαφωνεῖν, μηδὲ ἐναντιοῦσθαι τοὺς εὐαγγελιστὰς πρὸς ἀλλήλους ὑπολάβωμεν· ἀλλ' εἰ καὶ μικρολογία τις εἶναι δόξει περὶ τὸ ζητούμενον, εἰ συμφωνοῦντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸ τοῦ κόσμου φῶς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνατειλάντα, περὶ τὴν ὥραν διαφέρονται· ἀλλ' ἡμεῖς εὐγνωμόνως τὰ λεχθέντα καὶ πιστῶς ἁρμόσαι προθυμηθῶμεν. Τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Ματθαίου λεχθέν, οὕτως ἔχει· Ὀψὲ δὲ Σαβ-

dum est. Dicis enim aliquos fratres dicere, quod oportet hoc in galli cantu facere; alios vero, quod id sit faciendum vespere. Qui enim Romæ sunt fratres, ut aiunt, gallum exspectant. De iis autem qui hic sunt, dixisti quod citius. Horam autem exactam et valde demensam exponere desideras: quod quidem est difficile et lubricum. Quod enim post resurrectionis Domini nostri tempus oportet eos festum lætitiamque inchoare, qui ad illud usque animas jejuniis humiliant, erit apud omnes similiter in confesso. Per ea autem quæ ad me scripsisti, probasti sane admodum et divinorum Evangeliorum sensu percepto, quod nihil ab eis accurate traditum de hora qua resurrexit, apparet. Evangelistæ enim eos qui ad monumentum venerunt, diverse descripserunt, mutatis temporibus, et omnes surrexisse jam Dominum, dixerunt invenisse. Et vespere Sabbati, *ut dixit Matthæus*[27]; et cum mane adhuc esset obscurum, *ut scribit Joannes*[28]; et summo diluculo, *ut Lucas*[29]; et valde mane, orto jam sole, *ut Marcus*[30]. *Et quando surrexit quidem, nemo aperte respondit. Quod autem vespere Sabbati lucescente una Sabbatorum, qui ad monumentum venerunt, eum non amplius jacentem invenerunt, hoc in confesso est. Ac neque dissentire nec sibi adversari inter se evangelistas existimemus; et quanquam parva quædam circa id quod quæritur controversia esse videbitur, si omnes in una nocte mundi lucem Dominum nostrum exortum esse consentientes, in hora dissentiunt: nos tamen, quæ ab eis dicta sunt, pie et fideliter conciliare studeamus. Quod a Matthæo quidem dictum est, sic habet:* Vespere autem Sabbati, cum lucesceret in primam hebdomadis diem, venit Maria Magdalene et alia Maria ad spectandum sepulcrum. Et ecce fuit magnus terræ motus: angelus enim Domini cum de cœlo descendisset, accedens devolvit lapidem, et sedit supra ipsum:

[27] Matth. xxviii, 1. [28] Joan. xx, 1. [29] Luc. xxiv, 1. [30] Marc. xvi, 2.

προστασίαν ταύτης ὅδε ἀπολαμβάνει· καὶ πρὸς τοῖς ἐπὶ δέκα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι, ἤτοι τοῖς λοιποῖς τρισὶ Φιλίππου, καὶ τῷ ἑνὶ Δεκίου, καὶ τῷ ἑνὶ Γάλλου, καὶ Βολουσιανοῦ τοῦ υἱοῦ Δεκίου, καὶ τοῖς δώδεκα Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλίου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ὁ δὲ Βασιλείδης ἦν τῶν κατὰ τὴν Πεντάπολιν τῆς Λιβύης παροικιῶν ἐπίσκοπος, ὥς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ ς' καὶ τῷ ζ' τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγῳ. *Sciendum est, quod hic beatus Dionysius auditor fuit Origenis quarto anno imperii Philippi, qui post Gordianum imperavit. Heracla autem decimo tertio Alexandrinæ Ecclesiæ episcopo vita defuncto hic præfecturam istius suscepit; et post septemdecim annos, reliquos nimirum tres Philippi, et unum Decii, et unum Galli, et Volusiani filii Decii, et duodecim Valeriani et Galli* (Gallieni) *ipsius filii, ad Dominum migravit. Basilides autem paræciarum in Pentapoli Libyæ episcopus fuit, ut Eusebius in* VI et VII Ecclesiasticæ historiæ *libro tradidit.* GALL.

(61) Ἀποντιστίζεσθαι δεῖ. Gentianus Hervetus vertit, *jejunandus sit* dies Paschæ. Et sic vocem ἀπονηστίζεσθαι, ubicunque occurrit, *jejunare* vertit: cum contrarium potius ubique significat, nimirum *jejunium solvere*. Hoc sensu vox ista ἀπονηστίζεσθαι in *Constitutionibus apostolicis* vulgo dictis sæpe usurpatur; ut: Τῷ δὲ Σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες, ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς Σαββάτων. *Constit. apost.* l. v, c. 18; et alibi: Ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη πρὸ τῆς νηστείας τοῦ Πάσχα· ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρωμένη δὲ εἰς παρασκευήν, μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες. Ibid. cap. 12. Eodem etiam sensu occurrit, syn. Trull., can. 89. Hesychius, Ἀπονηστίσασθαι, τὸ ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν. Ipse etiam locus quem præ manibus habemus, hunc sensum necessario exigit, in quo Dionysius se interrogatum asserit, καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν. Hoc est, non ut Hervetus vertit, *qua hora dies Paschæ sit jejunandus;* is enim nunquam jejunio peractus fuit: sed, ut nos vertimus: *Qua hora diei Paschæ jejunium solvendum est:* nimirum, quota hora jejunium antepaschale terminandum est, vespere præcedente paschalem celebritatem, an ad galli cantum, an alio tempore; ut ex iis constat, quæ in hac epistola sequuntur. ID.

(62) Τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν. Initium hujus epistolæ Alexandrini Dionysii profero, quomodo in mss. non paucis jacet: Ἐπέστειλάς μοι..... τῇ τοῦ Πάσχα περιλύσει. Vulgo, τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν. Est περίλυσις τοῦ Πάσχα, solutio paschalis jejunii, τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις, appellat Eusebius *Hist.* lib. v, cap. 23, frequentiaque in hunc sensum apud Græcos verba περιλύειν, ἀπολύειν, ἐπιλύειν, καταλύειν. COTELER. ad *Constit. apost.* lib. v, cap. 15.

Digitized by Google

erat autem species ejus ut fulgur, et indumentum ejus album ut nix. A timore autem ejus concussi sunt qui servabant, et facti sunt ut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus : Ne timete vos, scio enim quod Jesum crucifixum quæritis : non est hic : resurrexit enim, sicut dixit[31]. *Id autem quod dictum est,* vespere, *alii quidem existimabunt secundum verbi communitatem significare vesperum Sabbati ; sapientiores autem id exaudientes, non hoc, sed profundam noctem esse dicent, tarditatem et longum tempus vespere significante. Et quod noctem dicit et non vesperam, subjunxit :* Cum lucesceret in primam hebdomadis diem ; *et venerunt, nondum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes, sed ad spectandum sepulcrum, et invenerunt factum esse terræ motum, et angelum super lapidem sedentem, et audierunt ab ipso :* Non est hic, surrexit. *Similiter Joannes :* Prima hebdomadis feria, *inquit,* Maria Magdalene venit mane, cum essent adhuc tenebræ, ad monumentum ; et vidit lapidem sublatum a monumento[32] ; *sed juxta illud* cum adhuc essent tenebræ, *præcesserat. Lucas autem dicit :* Sabbato quidem quieverunt secundum præceptum. Prima autem hebdomadis feria summo mane ad monumentum venerunt, ferentes quæ paraverant aromata, invenerunt autem lapidem a monumento devolutum[33]. *Summum mane fortasse matutinum splendorem, qui prius subapparet, significat primæ feriæ ; et quoniam jam perfecte præterito cum tota consequente nocte Sabbato, et alio die incipiente, venerunt aromata et unguenta ferentes ; quando jam videlicet diu ante surrexerat. Hoc Marcus quoque sequitur, dicens :* Emerunt aromata, ut venientes eum ungerent. Et valde mane primæ feriæ veniunt ad monumentum orto jam sole[34]. Valde *enim* mane *hic quoque dixit, quod idem est ac* summo diluculo, *et subjunxit :* Orto jam sole. *Profectio quidem, et iter earum summo diluculo et valde mane incepit ; in itinere autem et circa monumentum, moram traxerunt usque ad ortum solis ; et eis quidam tunc dicit adolescens candidatus :* Resurrexit, non est hic. *Hæc autem cum ita se habeant, hoc iis qui accuratius subtiliusque considerant, enuntiamus quota hora, vel etiam semihorula vel quarta horæ, oportet incipere lætitiam ob Domini nostri a mortuis resurrectionem. Eos quidem qui nimium festinant, et ante mediam noctem surgunt, ut contemptores et intemperantes reprehendimus, ut qui propemodum antequam par sit, cursum abruperint, dicente viro sapiente :* Non parum est in vita, quod parum abest. *Eos autem qui differunt, et plurimum perferunt, et ad quartam usque vigiliam fortiter abstinent, in qua etiam navigantibus Servator noster in mari ambulans apparuit, ut generosos et laborum tolerantes suscipimus. Iis autem qui interea ut moti sunt, vel ut potuerunt, quiescunt, non valde molesti simus : quandoquidem nec sex jejuniorum dies æqualiter, nec similiter om-*

A

B

C

D

βάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ προσελθὼν, ἀπεκύλισε τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ· ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ, ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί· Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς, οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπε. *Τοῦτο δὲ τὸ λεχθὲν ὀψὲ, οἱ μέν τινες οἰήσονται κατὰ τὴν κοινότητα τοῦ ῥήματος τὴν ἑσπέραν δηλοῦν τοῦ Σαββάτου· οἱ δὲ σοφώτερον ἐξακούοντες, οὐ τοῦτο· ἀλλὰ νύκτα βαθεῖαν ἐροῦσιν εἶναι· βραδύτητα καὶ μακρὸν χρόνον τοῦ ὀψὲ δηλοῦντος. Καὶ ὅτι νύκτα λέγει καὶ οὐχ ἑσπέραν, ἐπήγαγε,* Τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων· *καὶ ἦκον, οὔπω, ὡς οἱ λοιποί φασι, τὰ ἀρώματα φέρουσαι, ἀλλὰ θεωρῆσαι τὸν τάφον, καὶ εὗρον τὸν σεισμὸν γεγονότα καὶ καθήμενον τὸν ἄγγελον ἐπὶ τοῦ λίθου, καὶ ἀκηκόασι παρ' αὐτοῦ·* Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη. *Ὁμοίως ὁ Ἰωάννης·* Ἐν μιᾷ τῶν Σαββάτων, φησὶ, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἦλθε πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνημεῖον· καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· *πλὴν παρὰ τοῦτο,* σκοτίας ἔτι οὔσης, *προελήλυθει. Ὁ δὲ Λουκᾶς φησι·* Τὸ μὲν Σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν· τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. *Ὁ βαθὺς ὄρθρος ἴσως προϋποφαινομένην αὐτὴν ἑωθινὴν ἐμφανίζει τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων, διὰ τοῦ παρῳχηκότος ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ Σαββάτου, καὶ ἑτέρας ἀρχομένης ἡμέρας, ἦλθον τὰ ἀρώματα καὶ τὰ μῦρα φέρουσαι· ὅτε δῆλον ὡς ἀνειστήκει πρὸ πολλοῦ. Τούτῳ κατακολουθεῖ καὶ ὁ Μάρκος λέγων·* Ἠγόρασαν ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς Σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. *Λίαν μὲν γὰρ πρωῒ καὶ οὗτος εἶπεν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ βαθέος ὄρθρου, καὶ ἐπήγαγεν,* ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. *Ἡ μὲν ὁρμὴ καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῶν, δῆλον ὡς ὄρθρου βαθέος, καὶ λίαν πρωῒ κατήρχθη. Παρέτειναν δὲ κατά τε τὴν πορείαν καὶ περὶ τὸ μνημεῖον διατρίβουσαι μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου· καὶ λέγει καὶ τότε ταύταις ὁ νεανίσκος ὁ λευχείμων·* Ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. *Τούτων οὕτως ἐχόντων, τοῦτο τοῖς ἀκριβολογουμένοις ἀποφαινόμεθα κατὰ πολὺ ὥραν ἢ καὶ ποῖον ἡμιώριον ἢ ὥρας τέταρτον ἄρχεσθαι προσῆκε τῆς ἐπὶ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει χαρᾶς. Τοὺς μὲν λίαν ἐπιταχύνοντας καὶ πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσούσης ἀνιέντας, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς, μεμφόμεθα, ὡς παρ' ὀλίγον προκαταλύοντας τὸν δρόμον, λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ·* Οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ παρὰ μικρόν.

[31] Matth. XXVIII, 1-6. [32] Joan. XX, 1. [33] Luc. XXIII, 56 ; XXIV, 1, 2. [34] Marc. XVI, 1, 2, 6.

Digitized by Google

Τοὺς δὲ ὑφυστερίζοντας καὶ διαρκοῦντας ἐπὶ πλεῖστον, καὶ μέχρι τετάρτης φυλακῆς διεγκαρτεροῦντας, καθ' ἣν καὶ τοῖς πλέουσιν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπεφάνη, ὡς γενναίους καὶ φιλοπόνους ἀποδεχόμεθα. Τοῖς δὲ μεταξὺ ὡς ἐκινήθησαν ἢ ὡς ἠδυνήθησαν ἀναπαυσαμένοις, μὴ πάνυ διοχλῶμεν· ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν. Καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μοναχοῦ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως. Εἰ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μίαν ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερτιθέντες, τήν τε Παρασκευὴν καὶ τὸ Σάββατον, μέγα τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν ἂν μέχρι τῆς ἕω διαμείνωσιν, οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι, τοῖς τὰς πλείονας ἡμέρας προησκηκόσι. Ταῦτα μέν, ὡς ἔμοιγε συμβουλεύων περὶ τούτων ἔγραψα.

A nes expectant; sed alii quidem, vel omnes transmittunt, jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem qui in illis transmittendis valde laboraverunt, deinde defessi sunt, et propemodum deficiunt, ignoscendum est quod celerius gustent. Si qui autem non modo non transmissis sed ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis opiparisque conviviis, consumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eosque solos extremos dies cum venerint, illis a se cibo non gustato transmissis, Parasceve et Sabbato, magnum quid et egregium se facere existimant, si ad auroram usque permanserint; non existimo eos ex æquo certamen subiisse cum iis qui se pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc quidem, ut sentio, consulens de hisce scripsi.

ΒΑΛΣ. Ἐπισκόπου τινὸς ἐρωτήσαντος τὸν μέγαν ἀρχιερέα τοῦτον, καθ' ἣν ὥραν ἀνέστη ὁ Χριστὸς, ἐφ' ᾧ κατὰ τὴν πρὸ ταύτης ὥραν ἀπονηστίζειν, ὁ ἀρχιερεὺς προέθετο ὅτι ἡ ἑορτὴ τοῦ Πάσχα μετὰ τὸ ἀναστῆναι τὸν Κύριον, ἄρχεται· καὶ ἕως τότε ὀφείλομεν νηστεύειν· τηνικαῦτα δὲ, οὐ πρὸ τῆς ἀναστάσεως, ἀπονηστίζειν. Ὅτι δὲ οὐκ ἐξῆν αὐτῷ εἰπεῖν τὴν ὥραν καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνέστη, ἀπελογήσατο ἀπὸ ῥημάτων διαφόρων εὐαγγελιστῶν, ὅτι· Εἰ καὶ μὴ ἔξεστιν ἀπὸ τούτων γνῶναι τὴν ὥραν καθ' ἣν ὀφείλομεν ἀπονηστίζειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πρὸ τοῦ μεσονυκτίου λύοντας τὴν νηστείαν, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς μεμφόμεθα· τοὺς δὲ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἤτοι ὄρθρου ἐγκαρτεροῦντας, ἀποδεχόμεθα· τοὺς δὲ ἐν τῷ μεταξὺ ἀναπαυθέντας, οὐκ αἰτιώμεθα· ὅτι οὐδὲ τὰς ἓξ ἡμέρας τῆς τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἑβδομάδος πάντες ὁμοίως ἀνύουσιν. Οἱ μὲν γὰρ τὰς πάσας νηστεύουσιν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ πλείους, οἱ δὲ οὐδεμίαν. Τοῖς οὖν ἐν πλείοσιν ἡμέραις νηστεύσασι, καὶ κοπιάσασιν, εἰ ταχύτερον γεύσονται τροφῆς, συγγνώμην δοτέον· τοῖς δὲ τέσσαρας ἡμέρας μὴ νηστεύσασιν, ἀλλὰ καὶ τρυφήσασι, κατὰ δὲ τὴν Παρασκευὴν καὶ τὸ Σάββατον νηστεύσασι, μὴ νομισθείη μέγα τι ποιεῖν, εἰ μέχρι πρωΐας τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας ἐγκαρτερήσουσιν ἄσιτοι· οὐ γὰρ ὁμοίαν ποιοῦνται ἄθλησιν. Καὶ ἡ μὲν ἀπολογία τοῦ Πατρὸς, αὕτη. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὸν πθ' κανόνα τῆς ἐν Τρούλλῳ συνόδου, διοριζόμενον ἀπονηστίζεσθαι περὶ μέσας νύκτας τοῦ μεγάλου Σαββάτου· τὰς δὲ ἄλλας ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει διάγειν. Ἐπεὶ δὲ ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ κανόνος ἐσαφηνίσθη ἡ ὥρα τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως ἀπὸ διαφόρων Γραφικῶν [ἴσ. Γραφῶν] τέως κατὰ τὸ ἐγχωροῦν (τὸ γὰρ ἀληθὲς μόνος οἶδεν ὁ ἀναστὰς Θεὸς), ὀφείλομεν εἰπεῖν ὅτι μέχρι μὲν τῆς ἕκτης ὥρας καὶ αὐτῆς τοῦ νυκτερινοῦ Σαββάτου ὀφείλομεν νηστεύειν. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης ὥρας ἐπεὶ ἄρχεται ἡ κυριώνυμος καθ' ἣν καὶ ἀνέστη ὁ Χριστὸς (εἰκὸς δέ ἐστιν ἢ κατὰ τὴν ἑβδόμην ἢ κατὰ τὴν ὀγδόην ὥραν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν), οὐκ ὀφείλομεν κατὰ ταύτας νη-

B Bals. Cum episcopus quidam magnum hunc antistitem interrogasset, qua hora surrexit Christus, ut hora quæ illam præcessit, jejunium solveret, proposuit antistes quod festum Paschæ, postquam Dominus surrexerit, incipit, et eo usque debemus jejunare: tunc autem, non ante resurrectionem, jejunium solvere. Quia autem non poterat dicere horam qua Christus resurrexit, respondit ex diversis verbis evangelistarum, quod: Etsi ex iis horam qua jejunium solvere debemus, cognoscere non liceat, eos tamen qui ante mediam noctem solvunt jejunium, ut contemptores et intemperantes vituperamus; eos autem, qui ad quartam usque vigiliam, seu ad diluculum usque, fortiter perdurant, amplectimur; eos vero qui interea interquieverunt, C non reprehendimus, quia nec sex passionis Domini hebdomadæ dies, omnes similiter peragunt. Alii enim omnes jejunant, alii vero duos, alii tres, alii autem plures, alii vero nullum. Iis ergo qui pluribus diebus jejunarunt et laborarunt, si alimentum citius gustaverint, venia danda est; eos autem qui quatuor dies non jejunarunt, sed delicate opiparequ vixerunt, in Parasceve autem et Sabbato jejunavere, existimare non oportet magnum quid facere, si usque ad matutinum resurrectionis diei sine cibo jejuni permanserint: neque enim simile certamen adeunt. Atque hæc quidem est Patris responsio. Tu autem lege 89 can. syn. in Trullo, statuentem jejunium solvendum esse circa medias noctes magni Sabbati; aliis autem diebus salutiferæ passionis, in jejunio et oratione et compunctione versari D oportere. Quoniam autem extrinsecus ab eodem canone declarata est hora Christi resurrectionis ex diversis Scripturis, quoad fieri potuit (verum enim solus novit, qui resurrexit Deus); debemus dicere, quod usque ad horam sextam, et ipsum nocturnum Sabbatum, debemus jejunare. Ab hora autem septima, quoniam incipit Dominicus quo etiam resurrexit Christus (est autem verisimile vel VII vel VIII hora fuisse resurrectionem ejus), jeju-

Digitized by Google

nare non debemus nec jejunium solvere, ne videamur repugnare canonibus qui statuunt nos diebus Dominicis non debere jejunare. Etsi enim dies tertius reputetur Dominicus, solum tamen propterea quod trium dierum resurrectio eum attingat, tertius dicitur : est enim primus. Et 89 can. syn. in Trullo convenienter, dic, ante horam septimam nocturni Sabbati debere nos jejunium solvere in quacunque hora voluerit quispiam ex sex primis horis, idque omnino ex libera uniuscujusque potestate et arbitrio.

στεύειν, οὐδὲ ἀπονηστίζειν, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐναντιοῦσθαι τοῖς κανόσι τοῖς διοριζομένοις κατὰ τὰς κυριωνύμους μὴ νηστεύειν ἡμᾶς. Κἂν γὰρ τρίτη ἡμέρα λογίζηται ἡ κυριώνυμος, ἀλλ' εἰς μόνον τὸ ἅψασθαι ταύτης τὴν τριήμερον ἀνάστασιν, λογίζεται τρίτη· πρώτη γάρ ἐστι· καὶ ἀκολούθως τῷ πθ' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, λέγε πρὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας τοῦ νυκτερινοῦ Σαββάτου ὀφείλειν ἡμᾶς ἀπονηστίζεσθαι ἐν οἵᾳ ὥρᾳ θελήσει τις τῶν ἓξ πρώτων ὡρῶν, πάντως κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν καὶ προαίρεσιν.

Zonar. Huic interrogationi respondet is cui proposita interrogatio est : Postulasti sedulam imponi legem, hoc est, regulam formamque præscribi, ac adhibita diligentia certi aliquid statui de hora Dominicæ resurrectionis; quod quidem et difficile est et lubricum : quandoquidem, post excitatum a mortuis Dominum resurrectionis celebritatem inchoari oportet, hucusque jejunantes, animique hoc pacto demissionem curantes. In ea namque quæ per jejunium est corporis afflictatione, animi demissio quæritur; ut proinde si elatior sit jejunantis animus, irritum esse jejunium omnium confessione judicetur. Subjicit deinde : Quicunque ad sepulcrum sunt profecti, eos jam excitatum a mortuis Dominum reperiisse; neque dissidere, inquit, ac sibi invicem adversari evangelistas arbitremur, quod cum eadem nocte Dominum surrexisse communi consensu tradant, quanam hora surrexit, minus explorate indicant. Tum ipsamet verba, vel potius locos Scripturæ profert, in quibus evangelistarum quilibet de resurrectione Dominica loquitur, ac eam quæ inter ipsos videtur esse discrepantiam componit. Atque ad hæc : Qui quidem ante noctis medium solvunt jejunium, veluti contemptores intemperantesque reprehendimus, quippe exiguum ad tempus jejunii cursum dissolvunt; qui vero ad quartam usque vigiliam, hoc est, matutinum tempus fortiter abstinent, eos probamus : si qui vero post mediam noctem quieverunt, hoc est afflictionem ex jejunio profectam ut potuere sedaverunt, iis, inquit, nihil molesti simus; hoc est, nihil est quod eos, quia non ad matutinum usque tempus perduraverint, accusemus : quia sex quoque dies ejus hebdomadæ qua passus est Dominus, non omnes eodem modo transigunt. Nam alii quidem omnes jejunant, alii vero duos, tresve, alii vero plures, alii porro ne unum quidem. Iis ergo qui ad plures dies jejunaverunt, ampliusque laboraverunt, si citius cibum degustarint, ignoscimus. Si qui vero non modo dies aliquot haud jejunarunt, quin potius aliis quatuor hebdomadæ diebus luxuriose vixerunt, in Parasceve autem et Sabbato a cibo abstinuerunt, ac magnum quiddam facere se arbitrantur si usque ad matutinam horam diei qui resurrectione sacer est, jejuni perseverent, non simile, inquit, certamen perficiunt : hoc est, non pariter laborarunt, iis qui se pluribus diebus jejunio exercuerunt. Nonus quoque supra octogesimum sextæ synodi canon, circiter mediam magni Sabbati

ΖΩΝΑΡ. Πρὸς τὸ ἐρώτημα τοῦτο φησὶν ὁ ἐρωτηθεὶς, ὅτι· Ἐξήτησας ἀκριβῆ ὅρον ἐπιτεθῆναι, ἤγουν κανόνα καὶ τύπον ὁρισθῆναι, καὶ σαφηνισθῆναι ἀκριβῶς τὴν ὥραν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου, ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστιν· ὅτι μὲν γὰρ μετὰ τὸ ἀναστῆναι τὸν Κύριον τῆς ἑορτῆς τῆς ἀναστάσεως ἄρχεσθαι δεῖ, ἕως τούτου νηστεύοντας, καὶ τὰς ψυχὰς οὕτως ταπεινοῦντας. Ἡ γὰρ διὰ τῆς νηστείας ταπείνωσις τοῦ σώματος, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύεται ταπείνωσιν· ὡς εἴγε ἐπηρμένη εἴη τοῦ νηστεύοντος ἡ ψυχὴ, ματαία ἡ νηστεία ἐστὶ, τοῦτο ὁμολογούμενον. Ἐπάγει δὲ ὅτι ὅσοι πρὸς τὸ μνημεῖον ἀπῆλθον, ἀναστάντα ἤδη εὗρον τὸν Κύριον· μὴ διαφωνεῖν, φησὶ, καὶ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις δόξωμεν τοὺς εὐαγγελιστὰς, ὅτι συμφωνοῦντες περὶ τῆς ἀναστάσεως ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τοῦ Κυρίου ἀναστάντος, τὴν ὥραν καθ' ἣν ἀνέστη σαφῶς οὐ λέγουσιν. Εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἢ μᾶλλον τὰ χωρία τῆς Γραφῆς τίθησιν, ὅσα ἕκαστος τῶν εὐαγγελιστῶν λέγει περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου, καὶ συμβιβάζει τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν αὐτῶν. Καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς μὲν πρὸ τοῦ μεσονυκτίου λύοντας τὴν νηστείαν, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς, φησὶ, μεμφόμεθα, ὡς δ' ὀλίγην ὥραν τὸν δρόμον τῆς νηστείας καταλύοντας· τοὺς δὲ μέχρι τετάρτης φυλακῆς, ἤτοι ὄρθρου ἐγκαρτεροῦντας ἀποδεχόμεθα. Εἰ δέ τινες μετὰ τὸ μεσονύκτιον ἀνεπαύσαντο, ἤγουν τὴν κακοπάθειαν τὴν ἐκ τῆς νηστείας ἔπαυσαν ὡς ἠδυνήθησαν, τούτοις, φησὶ, μὴ ἐνοχλῶμεν (ἀντὶ τοῦ, μὴ ὅτι ἕως πρωῒ οὐκ ἐκαρτέρησαν αἰτιώμεθα αὐτοὺς), ὅτι οὐδὲ τὰς ἓξ ἡμέρας τῆς τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἑβδομάδος πάντες ὁμοίως ἀνύουσιν· οἱ μὲν γὰρ τὰς πάσας νηστεύουσιν, οἱ δὲ δύο ἢ τρεῖς, οἱ δὲ πλείους, οἱ δὲ οὐδεμίαν. Τοῖς οὖν ἐπὶ πλείους ἡμέρας νηστεύσασι καὶ κοπιάσασι μᾶλλον εἰ ταχύτερον γεύσονται τροφῆς συγγνώμεν. Εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἐφ' ἡμέρας τινὰς οὐκ ἐνήστευσαν, ἀλλὰ καὶ ἐτρύφησαν τὰς ἑτέρας τέσσαρας τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, κατὰ δὲ τὴν Παρασκευὴν καὶ τὸ Σάββατον ἀπέσχοντο βρώσεως, καὶ μέγα τι ποιεῖν νομίζουσιν, εἰ μέχρι πρωΐας τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας ἐγκαρτερήσουσιν ἄσιτοι, οὐ τὴν ὁμοίαν ἆθλησιν ποιοῦνται· τουτέστιν, οὐχ ὁμοίως κεκοπιάκασι τοῖς πλειόνας ἡμέρας ἀσκήσασι. Καὶ ὁ πθ' κανὼν τῆς ς' συνόδου, περὶ μέσας νύκτας τοῦ μεγάλου Σαββάτου φησὶ δεῖν ἀπονηστίζεσθαι, τὰς ἄλλας ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος τοῦ πάθους ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει διάγοντας.

Digitized by Google

noctem, jejunium solvendum asserit, reliquos hebdomadæ qua Christus passus est dies, et in precatione et cordis compunctione peragentes.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Περὶ δὲ τῶν ἐν ἀφέδρῳ(63) *γυναικῶν, εἰ προσῆκεν αὐτὰς οὕτω διακειμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ Θεοῦ, περιττὸν δὲ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω. Οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι, πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. Οὐδὲ γὰρ ἡ τὴν δωδεκαετῆ ῥῦσιν ἔχουσα πρὸς τὴν ἴασιν ἔθιγεν αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου. Προσεύχεσθαι μὲν γὰρ ὅπως ἂν ἔχῃ τις, καὶ ὡς ἂν διάκειται, μεμνῆσθαι τοῦ Δεσπότου, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον. Εἰς δὲ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ὁ μὴ πάντη καθαρὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι κωλυθήσεται.*

A

ΒΑΛΣ. Αἱ Ἑβραΐδες γυναῖκες ὅταν γένηται αὐταῖς ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις, ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι, ἡσυχάζουσιν, ἕως ἂν ἡμέραι ἑπτὰ παρέλθωσι, καὶ ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις καθαρισθῇ· ὅθεν εἴληπται τὸ *ἐν ἀφέδρῳ*, ἤτοι τὸ κεχωρίσθαι αὐτὰς ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἕδρας, ὡς ἀκαθάρτους. Ἐρωτηθεὶς οὖν ὁ ἅγιος περὶ τῶν πιστῶν γυναικῶν, εἰ χρὴ ταύτας ὅταν ὑπὸ τῶν ἐμμήνων ὀχλῶνται, εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀπεκρίθη μὴ δεῖν τοῦτο γίνεσθαι, καὶ τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ αἱμορροοῦσαν παρήγαγεν εἰς παράδειγμα, μὴ τολμήσασαν θίξαι τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἢ μόνου τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. Εὔχεσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ Κυρίου μεμνῆσθαι, φησὶν, οὐδ' ἐν τοιούτῳ καιρῷ κωλυθήσονται· εἰς ναὸν δὲ Θεοῦ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν αὐτὰς τῶν ἁγιασμάτων, οὐ δεῖ. Ταῦτα τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως διορισαμένου, βλέπομεν σήμερον εἰς τὰ γυναικεῖα καὶ μᾶλλον μοναστήρια ἀδεῶς τοιαύτας ἱσταμένας γυναῖκας εἰς τοὺς προνάους παντοίαις ἁγίαις εἰκόσι κεκαλλωπισμένους, καὶ εἰς δοξολογίαν Θεοῦ ἀπονεμηθέντας· καὶ ἐρωτῶντες ὅπως τοῦτο γίνεται, ἀκούομεν μὴ ἐκκλησιάζειν αὐτὰς, ὅπερ ἐμοὶ τέως οὐ δοκεῖ. Οὐ γάρ εἰσιν οἱ πρόναοι κοινοὶ ὡς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προαύλια, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν ἀπονεμηθὲν ταῖς γυναιξὶ ταῖς μὴ κωλυομέναις ἐκκλησιάζειν. Ὃς δὴ πρόναος, τόπος δευτέρας ἐστὶ μετανοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος. Καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι, ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν. Ἔδει γοῦν τοὺς τοιούτους προνάους εἰς οὓς αἱ τοιαῦται ἀκάθαρτοι γυναῖκες ἔμελλον ἵστασθαι, μὴ ἀναπληροῦν τόπον ἐκκλησιῶν ἐξ ὀρθοῦ, ὥστε καὶ ἱερεῖς μετὰ τῶν θείων ἁγιασμάτων διέρχεσθαι κατὰ τὸν χερουβικὸν ὕμνον, καὶ θυμιᾷν τοὺς ἐν τούτῳ ἴσως ὄντας τάφους καὶ ἁγίους, καὶ τελευτὰς ἁγιῶν εὐχῶν ποιεῖν· ἢ κἂν

B

C

D

[25] Matth. IX, 20; Luc. VIII, 43.

(63) *Περὶ δὲ τῶν ἐν ἀφέδρῳ.* Constantinus Harmenopulus hunc canonem sic compendifacit : Αἱ ἐν ἀφέδρῳ καὶ θείων ναῶν καὶ ἱερῶν μυστηρίων εἰργέσθωσαν. *Quæ in secessu sunt, tam a divinis templis quam sacris mysteriis arceantur.* In quam epitomen scholiastes hæc notat : Αἱ ἐν ἀφέδρῳ ἤγουν ἐν καταμηνίοις· διὰ τὸ κεχωρισμένως ταύτας παρὰ Ἰουδαίοις καθέζεσθαι. *Quæ in secessu sunt, hoc est, quæ menses suos habent : propterea quod hæ separatim apud Judæos degebant.* Harmenop. Epit. can., sect. 6. GALL.

CANON II.

De mulieribus autem quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacuneum vel interrogare existimo. Neque enim eas existimo, si sint piæ et fideles, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus et sanguinem Domini attingere. Neque enim, quæ duodecim annorum fluxum habebat [25], *ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim quomodocunque se habeat aliquis, et utcunque sit affectus Domini meminisse, et auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad Sancta autem sanctorum, qui non omnino anima pariter et corpore purus est, accedere prohibebitur.*

BALS. Hebraicæ mulieres, quando fuerit eis profluvium menstruum, in loco solitario sedentes quiescunt, donec septem dies præterierint, et menstruorum fluxus expurgatus steterit. Unde acceptum est illud, *in abscessu*, pro eo quod est, separatas esse ipsas a reliquorum sede ut immundas. Interrogatus ergo sanctus de fidelibus mulieribus, an eas oporteat, quando a menstruis vexantur, ecclesiam ingredi, respondit non oportere hoc fieri; et mulierem quæ sanguinis profluvio in Evangelio laborabat, in exemplum adduxit, non ausam Dominum tangere, sed solam ipsius fimbriam. Orare enim et Domini meminisse, inquit, ne in hoc quidem tempore prohibebuntur; templum autem ingredi, vel sanctorum ipsas esse participes non convenit. Hæc cum antistes definierit, videmus hodie in gynæceis et maxime in monasteriis, tales mulieres secure stare in templorum vestibulis, quæ sanctis omnis generis imaginibus exornata, et ad Dei laudem deputata sunt : et cum interrogamus quomodo hoc fiat, audimus eas non esse in ecclesia, quod mihi quidem non ita esse videtur. Non sunt enim vestibula communia ut ecclesiarum atria, sed pars sunt ipsarum mulieribus attributa quæ in ecclesia versari non prohibentur. Quod quidem vestibulum est locus secundæ pœnitentiæ qui dicitur audientium : et in ipso ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna ne in ecclesia versentur, sed extra ipsum deflere. Oportet ergo ejusmodi vestibula in quibus stabunt ejusmodi immundæ mulieres, ecclesiarum locum directo non implere, ut etiam sacerdotes cum divinis sacramentis in cherubico hymno transeant, et sepulcra quæ illic forte sunt, suffiant et sanctos, et

Digitized by Google

sacrarum precum mysteria peragant; vel etiam cum episcopali permissione ejusmodi loca separare, ut immundæ mulieres in eis sine præjudicio stare possint. Ego autem vidi etiam ejusmodi mulierem in vestibulo stantem, et arrhæ orationem ab antistite accipientem : quod quidem sum admiratus. Olim autem, ut est verisimile, mulieres ad altare accedebant, et de sancta mensa participabant. Propterea enim altaris quoque canon meminit. Lege 44 canonem synodi Laodicenæ, et 69 VI synodi. Similiter lege et 17 novellam regis domini Leonis Sapientis hæc in parte tractantem : Statuimus de mulieribus quæ pepererunt, et de iis quæ naturali purgatione detinentur, siquidem earum vita a nulla alia morbosa affectione perturbatur, ut quæ non sunt quidem initiatæ, non sint illuminationis participes; quæ autem sunt in divinis ministeriis initiatæ, impolluta mysteria non participent, usque ad quadraginta dierum terminum. Quod si morbus invaserit, et se vitam abrupturum minetur, ut sint omnino sacramenti participes. Et post nonnulla, ipsa rursus jubet de infantibus novella, ut morbo quidem non urgente ii post octavum diem baptizentur : quod si mors immineat, ii etiam ante octavum baptizentur. Sed quia audivi quemdam dicentem non debere segregatos laicos extra vestibulum stantes divinas psalmodias audire, sed neque psallere; ei respondeo, quod : Quæ in præsenti canone scripta sunt, tibi, o homo qui hæc dicis, os occludunt. Quemadmodum enim quæ in ecclesia versari non sinuntur mulieres, orare non vetantur; ita nec qui sunt segregati, per se orare prohibebuntur; sed et extra ecclesiæ vestibulum stare, et divinas psalmodias audire; et hoc enim fit ad majorem eorum exercitationem.

A μετὰ ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς τοὺς τοιούτους τόπους ἀφορίζεσθαι, ὥστε ἀποκριματίστως ἱστασθαι ἐν αὐτοῖς τὰς ἀκαθάρτους γυναῖκας. Ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ τοιαύτην γυναῖκα ἐπὶ προνάου ἑστῶσαν, καὶ εὐχὴν ἀῤῥαβῶνος παρὰ ἀρχιερέως δεξαμένην· ὅπερ καὶ ἐθαύμασα. Ὡς ἔοικε δὲ, τὸ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου μέμνηται ὁ κανών. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν μδ' κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ τὸν ξθ' τῆς ς' συνόδου. Ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὴν ιξ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, ἐν μέρει ταῦτα διαλαμβάνουσαν· Ὁρίζομεν περὶ τεκουσῶν γυναικῶν καὶ περὶ τῶν ὅσαι τῇ φυσικῇ καθάρσει καταλαμβάνονται, ἀνενοχλήτου μὲν ἐξ ἄλλης τινὸς δι-

B θέσεως νοσερᾶς τῆς ζωῆς αὐτῶν συντελούσης, ἀμετόχους εἶναι · τὰς μὲν ἀτελέστους, τοῦ φωτισμοῦ· τὰς δὲ μεμυσταγωγημένας, τῶν ἀχράντων μυστηρίων τῆς μεταλήψεως, μέχρι τῆς τῶν μ' ἡμερῶν προθεσμίας· νοσήματος δέ τινος κατασχόντος καὶ τὴν διακοπὴν τῆς ζωῆς ἀπειλοῦντος, παντὶ τρόπῳ μεταλαμβάνειν αὐτὰς τοῦ ἁγιάσματος. Καὶ μετά τινα πάλιν παρακελεύεται ἡ αὐτὴ νεαρὰ περὶ βρεφῶν, νοσήματος μὲν μὴ κατεπείγοντος, μετὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ταῦτα βαπτίζεσθαι· θανάτου δὲ ἐφισταμένου, καὶ τῆς ὀγδόης ἡμέρας ἐντὸς αὐτὰ βαπτίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσά τινος λέγοντος ὡς οὐκ ὀφείλουσιν οἱ ἀχωρισμένοι λαϊκοὶ ἢ ἀκροᾶσθαι θείων ψαλμωδημάτων, ἔξωθεν τοῦ προνάου ἱστάμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ψάλλειν·

C ἀπολογοῦμαι πρὸς αὐτὸν ὅτι· Τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι γεγραμμένα ἐπιστομίζουσί σε, ἄνθρωπε, τοιαῦτα λέγοντα. Ὥσπερ γὰρ αἱ μὴ παραχωρούμεναι ἐκκλησιάζειν γυναῖκες προσεύχεσθαι οὐ κωλύονται, οὕτως οὐδὲ οἱ ἀφωρισμένοι κωλυθήσονται καθ' ἑαυτοὺς εὔχεσθαι· ἱστασθαι δὲ καὶ ἔξωθεν τοῦ προνάου τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν θείων ψαλμωδημάτων. Διότι τοῦτο πρὸς πλείονα συντριβὴν αὐτῶν ἐστίν.

Zonar. Hebræorum mulieres cum sanguinis menstrui fluxus ipsis contingit, in solitario sedentes loco, neminem nisi post septem elapsos dies alloquuntur : unde verbum illud, *in abscessu*, desumptum est, indicans eas ab aliarum consessu, velut impuras fuisse segregatas. Rogatus porro hic Pater de fidelibus mulieribus, num eas cum menstruorum fluxu divexantur, in ecclesiam ingredi oporteat, haud oportere respondit, profertque exempli loco illam ex Evangelio mulierem quæ sanguinis fluxum patiebatur, quæ Dominum ipsum nequaquam ausa est contingere, sed vestis ejus tantummodo limbum. Precari porro ac Domini meminisse, inquit, nequaquam eo tempore prohibentur; verum in templum Dei ipsas ingredi, aut sacris mysteriis communicare, haud licet.

ΖΩΝΑΡ. Ἑβραῖδες γυναῖκες ὅτε γένηται αὐταῖς ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις, ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι, ἡσυχάζουσιν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν· ὅθεν εἴληπται τὸ *ἐν ἀφέδρῳ*, δηλοῦν τὸ κεχωρίσθαι αὐτὰς ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἕδρας ὡς ἀκαθάρτους. Ἐρωτηθεὶς δὲ ὁ Πατὴρ οὗτος περὶ τῶν

D πιστῶν γυναικῶν, εἰ χρὴ ταύτας ὅτε ἡ τῶν ἐμμήνων ῥῦσις αὐταῖς ἐνοχλεῖ, εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀπεκρίθη μὴ δεῖν, καὶ τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ αἱμορροοῦσαν παρήγαγεν εἰς παράδειγμα, μὴ τολμήσασαν θίξαι τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἢ μόνου τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ. Εὔχεσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ Κυρίου μεμνῆσθαι, φησὶν, οὐδ' ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ κωλυθήσονται· εἰς ναὸν δὲ Θεοῦ εἰσιέναι, ἢ μεταλαμβάνειν αὐτὰς τῶν ἁγιασμάτων οὐ δεῖ.

CANON III.

Porro qui satis ad id instructi sunt et consenuerunt, debent esse sui judices. Quod enim a se invicem ex consensu abstinere conveniat, ut ad tempus

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Αὐτάρκεις δὲ καὶ οἱ γεγηρακότες, ἑαυτῶν ὀφείλουσιν εἶναι κριταί. Ὅτι γὰρ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων προσῆκον ἐκ συμφωνίας, ἵνα πρὸς καιρὸν σχο-

Digitized by Google

λάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσιν, ἀκηκόασι Παύλου γράφοντος.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἠρωτήθη ὁ ἅγιος ἐὰν ἐνδέχηται τοὺς συζύγους γεγηρακότας, καθ' οὓς καιροὺς ὀφείλουσι προσεύχεσθαι, τῆς ἐπιμιξίας ἀπέχεσθαι· καί φησιν ὡς οἱ τοιοῦτοι, ἑαυτῶν κριταὶ γινέσθωσαν· καί ποτε ἀλλήλων ἐκ συμφώνου ἦγουν ἐκ κοινοῦ θελήματος, ἀπεχέτωσαν, ἦγουν κατὰ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς ἐνετάλθησαν προσεύχεσθαι, διαγέτωσαν μετὰ πάσης σωφροσύνης, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔστωσαν. Ὅτι καὶ ὁ μέγας Παῦλος τοῦτο διετάξατο. Καὶ ὁ μὲν κανὼν περὶ γεγηρακότων φησίν· Ἐξακουστέον δὲ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ εἰς πάντας τοὺς ὁμοζύγους. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ *ἐκ συμφώνου. Οὔτε γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος· οὔτε ἡ γυνὴ*, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Διὰ τοῦτο οὖν ἀλλήλους δεῖ συμφωνεῖν περὶ ἀποχῆς, ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ συμφωνίας γίνοιτο ἡ ἀποχή, ἀποστερεῖ πάντως τὸ μὴ βουλόμενον τὴν συνουσίαν μέρος, τὸ ταύτην ἐπιζητοῦν. Καὶ πῶς ἂν δόξειεν ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος τοῦ μὴ συγχωροῦντος μέρους τὸ τὴν συνάφειαν ζητοῦν καὶ μὴ συγχωρούμενον; Συμβαίνει δὲ καὶ τὴν τοῦ θατέρου ἐγκράτειαν εἰς βλάβην ἴσως ἀποβαίνειν θατέρου. Εἰ γὰρ νικᾶται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας καὶ οὐ παραχωρεῖται, περιπεσεῖται μίξει ἀθέσμῳ. Ἐρεῖ δέ τις, ὡς ἐπεὶ ὁ κανὼν φησὶν ἀποδιΐστασθαι τοὺς ὁμοζύγους ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, ὁ Ἀπόστολος δὲ διορίζεται ἀδιαλείπτως ἡμᾶς προσεύχεσθαι, ἀεὶ χρὴ καὶ τοὺς συνοικοῦντας ἀλλήλων ἀπέχεσθαι; Ἀλλ' οὐ περὶ πάσης προσευχῆς ὁ λόγος ἐστί· περὶ δὲ τῆς σπουδαιοτέρας ἦγουν τῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν, ὅτι καὶ διὰ τοῦ Μωσέως ὁ Θεὸς παρηγγυήσατο τοῖς Ἰουδαίοις μέλλουσιν ἀκοῦσαι τῶν ἐν τῷ ὄρει θείων φωνῶν, ἀπέχεσθαι τῶν οἰκείων γαμετῶν. Καὶ ὁ προφήτης Ἰωήλ· *Ἁγιάσατε, φησὶ, νηστείαν, καὶ ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς.* Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, οὐ συνορῷ ποίοις ἐπιτιμίοις καθυποβληθήσονται οἱ ταῦτα μὴ φυλάττοντες. Νομίζω δὲ ὅτι κατὰ τὴν διάκρισιν τοῦ τὴν ἐξαγορείαν δεχομένου ἡ θεραπεία γενήσεται πρὸς τὰ πρόσωπα καὶ τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ρβ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ τῶν ἐν γάμῳ νομίμῳ βιούντων ἐρωτηθεὶς εἰ χρὴ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων, ἔφησεν ὡς ὀφείλουσιν οἱ τοιοῦτοι αὐτοὶ ἑαυτῶν εἶναι κριταί, καί ποτε ἀλλήλων ἀπέχεσθαι ἐκ συμφώνου, ἦγουν ἐκ κοινοῦ θελήματος. Οὔτε γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, οὔτε ἡ γυνή, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Διὰ τοῦτο οὖν συμφωνεῖν ἀλλήλους δεῖ περὶ ἀποχῆς ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ νηστείᾳ. Εἰ μὴ γὰρ ἐκ συμφώνου γίνοιτο ἡ ἀποχή, ἀποστερεῖ πάντως τὸ μὴ βουλόμενον τὴν συνουσίαν μέρος, τὸ ταύτην ἐπιζητοῦν. Καὶ πῶς ἂν δόξῃ ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος τοῦ μὴ συγχωροῦντος μέρους, τὸ τὴν συνάφειαν ζητοῦν καὶ μὴ συγχωρούμενον; Συμβαίνει δὲ καὶ τὴν θατέρου ἐγκράτειαν, εἰς βλάβην ἴσως ἀπο-

vacent orationi, et rursus conveniant, Paulum dicentem audiverunt [36].

BALS. Ut est verisimile, fuerat sanctus interrogatus, an admittat, conjuges qui consenuerunt, quo tempore debent orare, a conjunctione abstinere : et dicit, quod qui tales sunt, debent esse sui judices, et aliquando a se invicem ex consensu, seu ex communi voluntate, abstinere ; ita ut quo tempore orare statuerunt, cum omni continentia versentur, et rursus simul conveniant. Nam et magnus Paulus hoc statuit. Et canon quidem dicit de iis qui consenuerint : est autem etiam intelligendus de omnibus conjugibus. Recte autem dixit illud, *ex consensu : Neque enim vir habet sui corporis potestatem, nec mulier* [37], secundum magnum Apostolum. Propterea ergo eos oportet inter se de continendo consentire, ut vacent orationi et jejunio. Nisi enim ex consensu abstineant, pars quæ non vult omnino conjunctionem, frustratur eam quæ postulat : et quomodo ea pars quæ conjunctionem quærit et non permittitur, ejus quæ non permittit potestatem habere videatur? Accidit autem ut etiam alterius continentia alterius partis damno cedat. Si enim a cupiditate vincitur, et non fit ei potestas, in coitum illegitimum incidet. Dicit autem quispiam : Cum canon dicat separandos esse conjuges ut orationi vacent, definit autem Apostolus nos debere sine intermissione orare [38]; semperne oportet eos qui cohabitant, a se invicem abstinere? sed non de quavis oratione agitur, sed de præstantiore, sanctorum scilicet jejuniorum. Nam et per Moysem Deus Judæis divinas voces in monte audituris præcepit ut a propriis uxoribus abstinerent [39]. Et propheta Joel : *Sanctificate*, inquit, *jejunium, et exeat sponsus ex cubili suo, et sponsa ex suo thalamo* [40]. Cum hæc autem ita se habeant, non video quibusnam pœnis subjicientur qui hæc non servant. Existimo autem quod pro judicio ejus qui audit confessionem, medicina adhibetur personis, et necessitati naturæ. Lege 102 can. syn. in Trullo.

ZONAR. De iis qui legitimo inter se matrimonio copulati sunt, rogatus num abstinere invicem debeant, respondit, oportere ipsosmet sui esse judices, et aliquando abstinere invicem, ex consensu, hoc est communi utriusque voluntate. Neque enim vir potestatem habet sui corporis, neque mulier, ut magnus Apostolus ait. Proinde ergo convenire inter se invicem oportet de abstinentia, ut precationi ac jejunio vacent. Etenim si non ex consensu abstineant, fraudabit plane ea pars quæ congressum renuit, alteram quæ hunc deposcit. Atqui quonam modo dicas potestatem habere in corpus ejus partis quæ congressum abnuit, alteram cui deposcenti ille haudquaquam permittitur? Contingit

[36] I Cor. VII, 5. [37] Ibid. 4. [38] I Thess. V, 17. [39] Exod. XIX, 15. [40] Joel. II, 15, 16.

Digitized by Google

etiam præterea, ut alterius continentia alteri fortasse detrimentum importet. Si namque cupiditas urgeat, nec illi permittitur, in copulam illegitimam incidet. Deinde tempus quoque definit Apostolus, quod quidem asserit esse precationis et jejunii. Dicet igitur quispiam : Cum perpetuo precationi vacandum esse Apostolus doceat, conjuges quoque perpetuo abstinere invicem oportebit, si precationis tempore abstinentia mutua sit indicta. Verum non de quacunque precatione hoc loco Apostolus loquitur, sed de quadam accuratiore præ cæteris, quam in lacrymis et afflictionibus peragi oportet. Non enim plane perpetuo hanc precationis rationem tenebunt : jejunium vero illud intelligit, quod statutis temporibus exercetur, vel cum sacris mysteriis cuipiam est communicandum. Nam et Judæis cum divinas voces in monte audituri essent, ut a conjugibus abstinerent, est imperatum. Et Joel post illa verba : *Sanctificate jejunium, egrediatur*, addidit, *sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo*. A quacunque siquidem voluptate jejunantes abstinere oportet : propterea quod animum dissolvere rationemque perturbare voluptatum oblectamenta consuevere.

A δαίνειν θατέρου. Εἰ γὰρ νικᾶται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας καὶ οὐ παραχωρεῖται, περιπεσεῖται μίξει ἀθέσμῳ. Εἶτα καὶ τὸν καιρὸν ὁ Ἀπόστολος ὁρίζει· ὃν φησιν εἶναι τῆς προσευχῆς καὶ νηστείας. Ἐρεῖ οὖν τις ὅτι τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, ἀεὶ χρὴ καὶ τοὺς συνοικοῦντας ἀλλήλων ἀπέχεσθαι, εἰ ὅτε προσεύχονται ἀλλήλων ἀπαιτοῦνται ἀπέχεσθαι. Ἀλλ' οὐ περὶ πάσης προσευχῆς ἐνταῦθα φησὶν ὁ Ἀπόστολος, περὶ δέ γε τῆς σπουδαιοτέρας ἣν ἐν δάκρυσι καὶ κακοπαθείαις δεῖ γίνεσθαι. Οὐ γὰρ πάντως οὕτως προσεύξονται πάντοτε· νηστείαν δὲ λέγει τὴν γινομένην ἐν καιροῖς ὡρισμένοις, ἢ ὅτε μέλλοι τις τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις δὲ μέλλουσιν ἀκοῦσαι τῶν ἐν τῷ ὄρει θείων φωνῶν, ἀπέχεσθαι τῶν γαμετῶν ἐπετάχθη. Καὶ ὁ Ἰωὴλ·

B *Ἁγιάσατε νηστείαν*, εἰπὼν, *ἐξελθέτω*, προσέθετο, *νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς*. Δεῖ γὰρ τοὺς νηστεύοντας ἡδυπαθείας πάσης ἀπέχεσθαι· ὅτι χαυνοῦν τὴν ψυχὴν καὶ συγχέειν τὸν λόγισμὸν αἱ τῶν ἡδονῶν ἀπολαύσεις πεφύκασιν.

CANON IV.

Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque propriam conscientiam sequantur, et seipsos an de eo dubitent an non, considerent. Quemadmodum in cibis, qui discernit, *inquit*, si comederit, condemnatus est [61]; *in his quoque bona sit conscientia, et libere loquatur secundum propriam cogitationem, omnis qui ad Deum accedit. Has tu quidem, nos honorans (non enim ignoras, o dilecte), nobis quæstiones proposuisti; nos, ut ejusdem sententiæ, sicut et sumus, ejusdemque animi, simul præparans. Ego autem, non ut doctor, sed ut cum omni simplicitate convenit nos invicem disserere, meam sententiam in commune edidi; quam cum tu examinaveris, fili mi sapientissime, quod tibi justum meliusque apparuerit, vel an sic etiam se habere existimas, rescribes. Valere te, dilecte fili mi, in pace Domino ministrantem opto.*

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Οἱ δ' ἐν ἀπροαιρέτῳ (64) *νυκτερινῇ ῥύσει γενόμενοι, καὶ οὗτοι τῷ ἰδίῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτοὺς εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μή, σκοπείτωσαν. Καὶ ἐπὶ τῶν βρωμάτων ὁ διακρινόμενος, φησὶν, ἐὰν φάγῃ, κατακρίνεται· καὶ ἐν τούτοις εὐσυνείδητος ἔστω καὶ εὐπαρρήσιαστος κατὰ τὸ ἴδιον ἐνθύμιον, πᾶς ὁ προσιὼν τῷ Θεῷ. Ταῦτα, σὺ μὲν, τιμῶν ἡμᾶς (οὐ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ) τὰ πύσματα ἡμῖν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς, ὥσπερ οὖν ἐσμεν, καὶ ἰσοψύχους ἑαυτῷ παρασκευάζων. Ἐγὼ δὲ, οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς μετὰ πάσης ἁπλότητος προσῆκον ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τὴν διάνοιαν ἐμαυτοῦ ἐξέθηκα· ἣν ἐπικρίνας καὶ σὺ συνετώτατέ μου υἱὲ, ὅ, τι ἂν σοι φανῇ δίκαιον καὶ βέλτιον, ἢ καὶ οὕτως ἔχειν δοκιμάζῃς, περὶ αὐτῶν ἀντιγράψεις. Ἐρρῶσθαί σε, ἀγαπητὲ υἱέ μου, ἐν εἰρήνῃ λειτουργοῦντα τῷ Κυρίῳ εὔχομαι.*

C

D

Bals. Interrogatus Pater an sacramentorum debent esse participes, qui involuntarium seminis fluxum passi sunt, dixit, quod qui hoc passi sunt,

Βαλσ. Ἐρωτηθεὶς ὁ Πατὴρ εἰ ὀφείλουσι τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν οἱ ἐν ῥύσει σπέρματος ἀπροαιρέτως γινόμενοι, ἔφησεν ὡς οἱ τοῦτο παθόντες, τὸ ὠ-

[61] Rom. XVI, 23.

(64) *Οἱ δὲ ἐν ἀπροαιρέτῳ*. Scholiastes Harmenopuli : Ὁ δὲ Νηστευτὴς Ἰωάννης οὕτω φησίν· Ὁ μολυνθεὶς καθ' ὕπνους τῷ τῆς ἐκρύσεως πάθει, ἡμέραν μίαν τῆς κοινωνίας ἐκβάλλεται, τὸν ν' ᾄτας ψαλμὸν, καὶ μετανοίας ποιήσας μθ'. Ὁ δὲ μαλακίαν διαπραξάμενος, μ' ἡμέρας ἐπιτιμᾶται, ξηροφαγίᾳ διαιτώμενος, καὶ μετανοίας ἑκάστης ποιῶν ρ'. Ἀλλὰ καὶ γυνὴ ἡ εἰς ἀσπασμὸν ἀνδρὸς ἐλθοῦσα, τὸ τῆς μαλακίας ἐπιτίμιον δέχεται. Ὁ δὲ ἐργηγορότως μολυνθεὶς εἰς ἑπτὰ ἡμέρας εἴργεται τῆς κοινωνίας, τὸν ν' καθ' ἑκάστην ᾠδὴν, καὶ μετανοίας ποιῶν μθ'. *Joannes autem Jejunator sic ait : Pollutus in somno per fluxus passionem uno die rejicitur a communione, cum quinquagesimum psalmum cecinerit, et pœnitentias* XLIX *peregerit. Qui vero mollitiem commisit,* XL *dies plectitur, cibis siccis vescens, et qualibet die pœnitentias* C *peragens. Itidem mulier quæ in amplexum viri venit, mollitiei pœnam accipit. At qui corpore vigilante pollutus est, a communione septem diebus arcetur, psalmum* L *quotidie canens, et* XLIX *pœnitentias peragens.* Harmenop., Epit. can., sect. v, tit. 2. De hac re videsis etiam Joannis Zonaræ orationem inscriptam πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένης, in Juris Græco-Romani lib. v; et Theodori Balsamonis responsum ad Marci Alexandrini interrog. 9. Utrobique enim hunc canonem laudatum invenies. Gall.

Digitized by Google

κεῖον συνειδὸς κριτὴν ἐχέτωσαν· ὥστε εἰ μὲν μή τινος ἐμπαθείας προϋποκειμένης, συνέβη αὐτοῖς τοῦτο, αὐτομάτως τῆς φύσεως ἐκκρινάσης ὡς περίττωμα τὴν ἐκροὴν, οὐκ ἐμποδισθήσονται τῶν ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν. Εἰ δέ τισι προϋπῆρξεν ἐξ ἐμπαθοῦς λογισμοῦ ἐπιθυμία, καὶ ταύτῃ ἐπηκολούθησεν ἐκροὴ, ἢ ἐξ ἀκρασίας βρωμάτων καὶ πόσεως συνέβη τοῦτο, οἱ τοιοῦτοι οὐκ εἰσὶ καθαροί· οὐ διὰ τὴν ῥῦσιν τοῦ σπέρματος (οὐ γὰρ ἀκάθαρτον τοῦτο, ἐπεὶ μηδὲ ἡ σὰρξ ἐξ ἧς ἐκεῖνο περίττωμα), ἀλλὰ διὰ τὸ πονηρὸν ἐνθύμιον ὅπερ ἐμόλυνε τὴν διάνοιαν. Ὁ γοῦν τοιοῦτος, οὐκ εὐσυνείδητος, κἀντεῦθεν οὐδ' εὐπαῤῥησίαστος εἰς τὸ προσελθεῖν τῷ Θεῷ. Ἐπάγει δὲ καὶ τὴν χρῆσιν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου γράψαντος περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ὅτι *ὁ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται.* Περὶ δὲ τῆς τοῦ σπέρματος ῥεύσεως, ζήτει καὶ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐπιστολὴν πρὸς Ἀμμοῦν μονάζοντα.

ZΩNAP. Καὶ ταῦτα πρὸς ἐρώτησιν ὁ Πατὴρ ἀποκρίνεται. Ἐρωτηθεὶς γὰρ εἰ δεῖ τοὺς ἐν ῥύσει σπέρματος γενομένους ἀπροαιρέτως, τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν, ἔφη ὅτι, Οἱ τοῦτο παθόντες, τῷ οἰκείῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν· ἤγουν τὸ συνειδὸς ἐχέτωσαν τοῦ πράγματος δικαστὴν, τὴν οἰκείαν δηλονότι διάνοιαν. Ὥστε εἰ μή τινος ἐμπαθείας προϋποκειμένης συμβέβηκεν αὐτομάτως ἡ τῆς γονῆς ἐκροὴ, τῆς φύσεως αὐτὴν ὡς περίττωμα ἐκκρινάσης· ἢ εἰ μὴ ἐκ παροινίας καὶ ἐξ ἀδηφαγίας ἐγένετο, οὐκ ἐμποδισθήσεται ὁ τοῦτο παθὼν τῷ ἁγίῳ προσελθεῖν θυσιαστηρίῳ· εἰ δέ τις προϋπῆρξεν ἐμπαθὴς λογισμὸς, καὶ οὗτος ἐμφιλοχωρήσας τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ, φαντασίαν ἐπήνεγκε νυκτερινὴν, καὶ ταύτῃ ἐπηκολούθησεν ἡ τῆς γονῆς ἐκροὴ, καὶ ἐξ ἀκρασίας βρωμάτων καὶ πόσεως συνέβη· ὁ τοιοῦτος οὐ καθαρός ἐστιν, οὐ διὰ τὴν ῥῦσιν τοῦ σπέρματος (οὐ γὰρ ἀκάθαρτον τοῦτο, ἐπεὶ μὲν οὐδὲ ἡ σὰρξ ἧς ἐκεῖνο περίττωμα), ἀλλὰ διὰ τὸ πονηρὸν ἐνθύμιον, ὅπερ ἐμόλυνε τὴν διάνοιαν. Ὁ γοῦν τοιοῦτος οὐκ εὐσυνείδητος, κἀντεῦθεν οὐδ' εὐπαῤῥησίαστος διὰ τὸ ἴδιον ἐνθύμιον. Πῶς οὖν προσελεύσεται τῷ Θεῷ διακρινόμενος; Ἐπάγει δὲ καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου γράψαντος περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ὅτι *διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται.* Περὶ δὲ τῆς τοῦ σπέρματος ῥεύσεως καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος πλατέως ἔγραψεν πρὸς Ἀμμοῦν μονάζοντα.

A judicem habeant propriam conscientiam; ut si nulla præcedente animi perturbatione hoc eis acciderit, natura sua sponte hanc fluxionem tanquam excrementum excernente, non impedientur esse sacramentorum participes. Si quibus autem ex rationis perturbatione præexstitit cupiditas, eamque effluxio consecuta sit, vel ex ciborum potusque intemperantia hoc evenerit, ii puri non sunt; non propter fluxum seminis (non est enim hoc immundum, sicut nec caro, cujus est excrementum), sed propter malam cogitationem, quæ mentem polluit. Qui igitur est ejusmodi, non habet bonam conscientiam, et non habet ideo potestatem ad Deum accedendi. Subjungit autem et ex magno Paulo sententiam, qui scripsit de idolothytis, quod *qui* B *dubitat, si comederit, condemnatus est.* De fluxu autem seminis, quære magni quoque Athanasii epistolam ad Ammum monachum.

ZONAR. Ilic quoque præpositæ interrogationi respondet Pater. Rogatus namque an liceat iis quibus seminis fluxus non sponte contingit, sacris communicare mysteriis, respondit: Qui hoc patiuntur, propriam sequantur conscientiam, hoc est, facti judicem statuant conscientiam, suum videlicet animum ac mentem; ita ut si quidem nulla affectione prægrediente, ultro seminis fluxus evenit, veluti superfluum quid ipsum excernente natura, neque illi causam vinolentia vel gulositas præbuit, ad sanctum altare accedere qui id passus est, haudquaquam vetabitur; si vero mollior aliqua cogitatio præcessit, eaque menti diutius obversata nocturnam speciem induxit, quam postea seminis fluxus est consecutus, atque ex incontinentia ciborum et potionis evenit, haud est ejusmodi homo purus, non ob defluxum seminis (neque enim hoc impurum, quandoquidem nec impura caro, cujus hoc excrementum), sed ob cogitationem pravam, quæ animum inquinavit. Non est itaque hic nullius sibi conscius labis, proindeque nec plena illi fiducia, ob suam cupiditatem. Qua ratione igitur Deo appropinquabit dubitans? Subjicit quoque magni Pauli sententiam, de idolothytis scribentis, quod *si dubitans comedat, condemnatus est.* Porro de seminis fluxione, magnus quoque Athanasius multis verbis ad Ammum monachum scripsit.

Digitized by Google

DIONYSII
EPISCOPI ALEXANDRINI
QUÆ SUPERSUNT
OPERUM ET EPISTOLARUM

PARS II

In qua continentur Epistolæ sive epistolarum fragmenta.

EPISTOLA I. — AD DOMITIUM ET DIDYMUM.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VII, 11.)

I. Nostros vero (martyres) superfluum est nominatim recensere, cum et plurimi sint et vobis ignoti. Id tantum in universum scire vos convenit, viros et mulieres, juvenes ac senes, puellas et anus, milites ac paganos, ex omni denique hominum genere atque ætate, alios flagrorum verberibus, alios ferri acie, alios ignibus in certamine superatis coronas retulisse. Nonnullis vero longissimum temporis spatium non satis fuit ad hoc, ut Deo acceptabiles viderentur : sicuti nec mihi in hunc usque diem. Scilicet in aliud opportunum tempus, quod ipsi probe cognitum est, me distulit Dominus qui dicit : *In tempore accepto exaudivi te, et in die salutis opitulatus sum tibi* [48].

II. De rebus autem nostris quandoquidem sciscitamini, ac certiores fieri vultis quo in statu agamus; audivistis quidem omnino, quo pacto cum ego et Caius et Faustus cum Petro et Paulo vincti

A'. Τοὺς δὲ ἡμετέρους πολλούς τε ὄντας καὶ ἀγνῶτας ὑμῖν, περισσὸν ὀνομαστὶ καταλέγειν· πλὴν ἴστε ὅτι ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ νέοι καὶ γέροντες, καὶ κόραι καὶ πρεσβύτιδες, καὶ στρατιῶται καὶ ἰδιῶται, καὶ πᾶν γένος καὶ πᾶσα ἡλικία, οἱ μὲν διὰ μαστίγων καὶ πυρὸς, οἱ δὲ διὰ σιδήρου τὸν ἀγῶνα νικήσαντες τοὺς στεφάνους ἀπειλήφασι· τοῖς δὲ οὐ πάμπολυς αὐτάρκης ἀπέδη χρόνος, εἰς τὸ φανῆναι δεκτοὺς τῷ Κυρίῳ· ὥσπερ οὖν ἔοικε μηδὲ ἐμοὶ ὁ μέχρι νῦν. Διόπερ εἰς ὃν οἶδεν αὐτὸς ἐπιτήδειον καιρὸν ὑπερέθετό με, ὁ λέγων· *Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι.*

B'. Τὰ γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐπειδὴ πυνθάνεσθε (65), καὶ βούλεσθε δηλωθῆναι ὑμῖν ὅπως διάγομεν, ἠκούσατε μὲν πάντως, ὅπως ἡμᾶς δεσμώτας ἀπαγομένους ὑπὸ ἑκατοντάρχου καὶ στρατηγῶν (66) καὶ τῶν

[48] Isa. XLIX, 8.

(65) *Ἐπεὶ πυνθάνεσθαι.* Codex Med., Fuk. et Maz. habent ἐπειδὴ π. καὶ βούλεσθαι, et paulo post ἀπαγομένους pro ἀγομένους. VALES.

(66) *Καὶ στρατηγῶν.* Male interpretes hoc loco *duces* interpretati sunt; quod est absurdissimum. Cur enim pluribus opus erat ducibus ad deducendum Dionysium in exsilium, cum unus tantum adesset centurio? Vidit hanc absurditatem Christophorsonus, eaque de causa pro στρατηγῶν emendavit στρατηγοῦ, et *ducem* interpretatus est. Sed neque hoc modo absurditatem vitare potuit. Neque enim dux ipse reos in exsilium deducere solebat. Sed hujusmodi officium mandabatur centurioni aut speculatori. Aliud igitur significat vox στρατηγῶν, nempe duumviros seu magistratus Alexandrinæ civitatis. Græci enim ita vocabant, ut pluribus exemplis probavi ad librum XXXI Amm. Marcellini. Porro hi magistratus cum haberent modicam coercitionem, ut loquuntur jurisconsulti, reos comprehendere, carceri mancipare, et interrogare, et Acta conficere solebant, Romano præsidi judicium de iis reservantes, ut discere est ex Actibus apostolorum, et ex Actis Pionii martyris et aliorum. Quare non mirum est, si magistratus Alexandriæ hoc in loco operam suam commodant rectori provinciæ, ad deducendum Dionysium in exsilium : quem scilicet ipsi comprehenderant, et in judicium coram præfecto Ægypti adduxerant. Sed et quæ sequuntur verba, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν, sententiam nostram confirmant. Nam στρατιῶται

Digitized by Google

σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν, ἐμέ τε καὶ Γάϊον, Φαῦστον, καὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν (67), ἄκοντας καὶ μηδὲ ἑπομένους, βίᾳ τε σύροντες (68) ἀφήρπασαν· ἐγὼ δὲ νῦν καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνοι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες, ἐν ἐρήμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλείσμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Παραιτονίου διεστηκότες.

A duceremur a centurione et magistratibus, militibusque et apparitoribus, qui una cum ipsis erant, supervenientes quidam ex Mareotis, invitos nos nec sponte sequentes per vim abstraxerint. Ego quidem nunc et Petrus et Caius soli, reliquis fratribus orbati, in deserto et squalido quodam Libyæ loco conclusi sumus, tridui itinere distantes a Parætonio.

Γ. *Καὶ ὑποκαταβὰς, φησίν*· Ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεδύκασιν ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφούς· πρεσβύτεροι μὲν, Μάξιμος, Διόσκορος, Δημήτριος καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστῖνος καὶ Ἀκύλας, ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται· διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς ἐν τῇ νόσῳ (69) τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος ὃν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσε, καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς γενομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολὰς (70) τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. Καὶ γὰρ μέχρι νῦν οὐκ ἀνίησιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὠμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνοις καταξαίνων· τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτήκων, προστάσσων τε μηδένα τούτοις προσιέναι· καὶ ἀνερευνῶν μή τις φανείη. Καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρείᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους.

III. *Et aliquanto post* : In urbem, inquit, occultarunt se, ut fratres clanculo invisant : presbyteri quidem, Maximus, Dioscorus, Demetrius et Lucius; Faustinus enim et Aquila, utpote in majore hominum luce positi, per Ægyptum vagantur; diaconi vero post illos qui morbo consumpti sunt, superstites, Faustus, Eusebius, Chæremon; Eusebius, inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit, impulitque ut confessoribus in custodia positis ministeria strenue exhiberet; utque consummatorum ac beatorum martyrum cadavera non sine capitis sui periculo sepeliret. Nam in hunc usque diem non cessat præfectus nostros qui præsentiæ ipsius exhibentur, partim interficere crudelissime, partim tormentis dilaniare, partim squalore carceris et vinculis macerare; interdicens ne quis ad eos accedat, et perscrutans num quis forte videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum, solatium assidue præstat afflictis.

B

referuntur ad centurionem; ὑπηρέται vero ad duumviros seu magistratus quibus parebant. Athanasius quoque, in epistola ad solitarios, στρατηγὸν vocat duumvirum seu magistratum Alexandrinæ civitatis. Loquens enim de Arianis qui presbyteros ac diaconos Alexandriæ in judicium pertractos exsilio multaverant, ita scribit : Καὶ πῶς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν δικαστῶν ἐφυγάδευσαν, καταφέροντες ἐκ τῶν οἴκων τοὺς οἰκείους αὐτῶν διὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ στρατηγοῦ Γοργονίου καὶ πληγαῖς κατακόπτοντες, id est, *quomodo ducis ac judicum opera eos in exsilium egere; necessarios illorum ex domibus extrahentes militari manu, et adjumento Gorgonii magistratus.* Male enim interpres *Gorgonium ducem* vertit. Atqui dux ipse Sebastianus vocabatur, teste Athanasio; Gorgonius vero magistratus erat seu duumvir Alexandriæ; cujus id proprium munus erat, ut reos comprehenderet et coram majoribus judicibus sisteret. Testatur id libellus protestationis populi Alexandrini, quem Athanasius epistolæ suæ subjecit, his verbis : Οἶδε ταῦτα καὶ ὁ στρατηγὸς τῆς πόλεως Γοργόνιος : et paulo post, ἀπέστειλε τὸν τῆς τάξεως δήμιον, καὶ τὸν στρατηγὸν θέλων αὐτὰ ἆραι, id est, *misit spiculatorem officii sui, et magistratum, ut arma illa ex ecclesia tolleret.* Vales.

C

D

(67) *Ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν.* Hæc in prima persecutione sub Decio contigerunt, tunc cum Dionysius Sabini præfecti sententia Taposirim deductus est, ut scribit ipse Dionysius in epistola adversus Germanum, infra relata. Certe qui epistolam illam Dionysii adversus Germanum cum hac quæ ad Domitium scripta est contulerit, non dubitabit quin de una eademque re utrobique loquatur Dionysius. Quare fallitur Eusebius, qui in hac Dionysii ad Domitium epistola ea narrari putavit quæ ad Valeriani persecutionem pertinebant; quod ex ipso Dionysio facile est refellere. Etenim in persecutione sub Valeriano, Dionysius non est deductus in exsilium cum custodia militari, nec superveuientes Mareotæ, fugatis militibus, eum per vim abstractum in libertatem restituerunt; nec Caium et Faustum et Petrum ac Paulum presbyteros secum tunc Dionysius habuit. Quæ omnia in persecutione illa quæ paulo ante Decii imperium cœpta est, Dionysio contigerunt, ut ipse testatur in epistola adversus Germanum. At in persecutione sub Valeriano, Dionysium comitati sunt in exsilio Maximus presbyter, et diaconi Faustus, Eusebius et Chæremon, et quidam clericus Romanus, quemadmodum scribit idem Dionysius in epistola adversus Germanum. Id.

(68) *Βίᾳ τε καὶ σύροντες.* In codice Med. et Maz. legitur βίᾳ τε σύροντες rectius : nec aliter scriptum habet codex Fuketianus. Id.

(69) *Ἐν τῇ νόσῳ.* Rufinus legit νήσῳ. Sic enim vertit : *Sed ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis esse defunctos.* Verum Dionysium luem intelligit, quæ Galli et Volusiani temporibus grassata est per totum orbem Romanum, ut Eusebius in *Chronico* aliique testantur. Vide Aurelium Victorem. Ejusdem morbi meminit Dionysius in epistola paschali ad Alexandrinos, ubi etiam de diaconis loquitur quos pestis illa consumpsit. Id.

(70) *Περιστολάς.* Hanc vocem Christophorsonus longo verborum circuitu ita est interpretatus : *Ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum jam vita defunctorum involverentur, conficienda.* Habebat scilicet præ oculis Christophorsonus morem ævi nostri, quo mortuos linteo operire, atque ita humo condere solemus. Apud antiquos vero (de Christianis etiam loquor) alius mos erat. Vestibus enim cadavera amiciebant, et quidem pretiosissimis, ut docet Eusebius lib. VII, cap. 16, de Asturio. Si quis tamen Christophorsoni versionem velit defendere, habet, quo illam tueatur, testimonium Athanasii. Is enim in *Vita* B. Antonii ita scribit : *Solent Ægyptii pie defunctorum, atque in primis sanctorum martyrum corpora funerare quidem, et linteis involvere; non autem mandare terræ; sed imposita lectulis, intra privatos parietes retinere.* Id.

Digitized by Google

EPISTOLA II. — AD NOVATIANUM.

Euseb., *Hist. eccl.*, VI, 45.

Dionysius Novato fratri salutem.

Si quidem invitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes tua sponte redeundo. Satius quidem fuerat quidvis pati, ne Ecclesia Dei discinderetur. Nec minus gloriosum fuisset idcirco subire martyrium, ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Imo illud meo quidem judicio illustrius fuisset. Hic enim pro sua unius anima, illic pro omni Ecclesia martyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus, aut eos coegeris ut ad concordiam redeant, majus tibi meritum erit quam culpa. Et hæc quidem non imputabitur : illud vero prædicabitur. Quod si fratribus parere recusantibus id efficere non potes, tuam ipse animam serva. Opto te paci studentem in Domino bene valere.

A Διονύσιος Νοουάτῳ (71) τῷ ἀδελφῷ χαίρειν.

Εἰ ἄκων, ὡς φῄς, ἦχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἐκών. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ του μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν.τοῦ μὴ ἰδωλολατρεῦσαι (*sic*) γινομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι (72) μαρτυρία· κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μεῖζον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. Καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται· τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. Ἐρρῶσθαί σε ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν Κυρίῳ εὔχομαι.

EPISTOLA III. — AD FABIUM EPISCOPUM ANTIOCHIÆ.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VI, 41, 42, 44.)

I. Nequaquam ex imperatoris edicto persecutio cœpta est, quippe quæ integro anno anteverterat. Etenim infaustus quidam vates ac poeta, quisquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adversus nos gentilium turbas, ad innatam genti superstitionem animos eorum incendens. Ab hoc

Β Α'. Οὐκ ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ (73) προστάγματος ὁ διωγμὸς παρ' ἡμῖν ἤρξατο (74), ἀλλὰ γὰρ (75) ὅλον ἐνιαυτὸν προῦλαβε· καὶ φθάσας ὁ κακῶν (76) τῇ πόλει ταύτῃ μάντις καὶ ποιητὴς (77), ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε καὶ παρώρμησε καθ' ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, εἰς τὴν ἐπιχώριον αὐτοὺς δεισιδαιμονίαν ἀνερ-

(71) *Διονύσιος Νοουάτῳ.* Hieronymus in *Catalogo*, ubi initium hujus epistolæ refert, pro Novato habet Novatianum, rectius. Certe in *Chronico* Georgii Syncelli legitur, Διονύσιος Ναυατιανῷ. Rufinus vero duas epistolas eodem exemplo scriptas esse a Dionysio, tradit : alteram ad Novatum, alteram ad Novatianum. Nam post epistolam Dionysii ad Novatum quæ hic refertur ab Eusebio, subjungit : *Hæc eadem etiam Novatiano scripsit.* Quæ verba in Græco textu non habentur. Græci enim Novatum et Novatianum inter se confuderunt, similitudine nominum decepti. Quo in errore fuit etiam Eusebius noster. VALES.

(72) *Τοῦ μὴ ἰδωλολατρεῦσαι... σχίσαι.* Hic locus hiulcus exstat in Eusebio Valesiano, ubi sic effertur : Καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία. Illum restituimus ex tribus Venetæ bibliothecæ codd. mss., quorum tamen secundus præfert ἢ ἕνεκα τοῦ μὴ σχίσαι. Porro hanc ipsam mss. lectionem nobis servarunt Sophronius Hieronymi interpres ad caput 69 *De vir. illustr.*; Georgius Syncellus in *Chronogr.*, pag. 374, et Nicephorus Callist. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 4. Quibus in locis eamdem Dionysii epistolam recitant ex Eusebio laudati scriptores. Neque aliter sane legisse in suo exemplari Valesium interpretem, ex ejus versione compertum habemus; ut propterea nulla subsit dubitatio, quin unius typothetæ negligentia, ob vocem ἕνεκεν repetitam, proximum comma fuerit prætermissum in prima Parisiensi Eusebii Valesiani editione : quod quidem mendum exinde in reliquas, Cantabrigiensem et Taurinensem irrepsit. Hinc evanescit Pearsonii conjectura qui in *Annalib. Cyprian.* ad ann. 251, num. x, pag. 31, pro σχίσαι apud Eusebium, legendum esse θῦσαι statuebat. Cæterum Hieronymus l. c., seu quisquis fuerit vetus ille Eusebianus interpres, locum integrum sic vertit : *Neque minus præclarum ex hoc contigisset testimonium quod noluisses dissidium inducere, quam proficisci solet ex eo, si quis recuset simulacris immolare.* Rufinus vero quem assectatur Valesius : *Et erat non inferior gloria sustinere martyrium ne scindatur Ecclesia, quam est illa ne dolis immoletur.* GALL.

(73) *Οὐκ ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ.* His excerptis ista præmittit Eusebius : « In epistola vero ad Fabium episcopum Antiochiæ, eorum qui imperante Decio martyrium Alexandriæ subierunt, certamina refert hoc modo : *Nequaquam,* » etc. ID.

(74) *Διωγμὸς ἤρξατο.* In codice Med., Maz., Fuck. et Savil. et apud Georgium Syncellum ante hæc verba scribitur παρ' ἡμῖν, quomodo etiam legit Rufinus, ut ex versione illius apparet. Sed in codex Med., Maz. et Fuk., πρὸς Φαβιανόν legitur : nec aliter Rufinus hunc Antiochiæ episcopum appellat. VALES.

(75) *Ἀλλὰ γάρ.* Particula γάρ loco suo demota est, et inferius collocanda hoc modo καὶ γὰρ φθάσας. ID.

(76) *Καὶ φθάσας κακῶν.* Hic magni Dionysii mentem minus recte assecutum fuisse Valesium censuit Pearsonius in *Annal. Cypr.* ad ann. 249, § 1, qui propterea locum ita simpliciter vertit : *Et prævertens malorum huic urbi vates et auctor, quisquis ille fuit, commovit et incitavit adversum nos gentilium turbas.* GALL.

(77) *Μάντις καὶ ποιητής. Poetam* verti; primum, quia poetæ cum vatibus seu divinis magnam habent societatem : vates enim oracula sua versibus edebant; deinde, quia Ægyptii poetica in primis delectabantur, quod etiam notavit Eunapius. Porro nulli magis infensi erant Christianis, quam vates et harioli, et hujusmodi hominum genus, qui ad persequendos Christianos populum concitabant, compositis in eam rem oraculis. VALES.

Digitized by Google

ρίπισας. Οἱ δὲ ἐρεθισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐξουσίας εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμενοι, μόνην εὐσέβειαν τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων (78) ταύτην ὑπέλαβον, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾶν.

Β'. Πρῶτον μὲν οὖν πρεσβύτην Μητρᾶν ὀνόματι συναρπάσαντες, καὶ κελεύσαντες ἄθεα λέγειν ῥήματα· μὴ πειθόμενον, ξύλοις τε παίοντες τὸ σῶμα, καὶ καλάμοις ὀξέσι τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κεντοῦντες, ἀγαγόντες εἰς τὸ προάστειον, κατελιθοβόλησαν. Ἔπειτα πιστὴν γυναῖκα Κοΐνταν καλουμένην ἐπὶ τὸ εἰδωλεῖον ἀπαγαγόντες, ἠνάγκαζον προσκυνεῖν· ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, ἐκδήσαντες τῶν ποδῶν, διὰ πάσης τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τραχέος λιθοστρώτου σύροντες, προσαρράσσομένην τοῖς μυλιαίοις λίθοις ἅμα καὶ μαστιγοῦντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγαγόντες κατέλευσαν τόπον. Εἶθ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ὥρμησαν ἐπὶ τὰς τῶν θεοσεβῶν οἰκίας· καὶ οὓς ἐγνώριζον ἕκαστοι γειτνιῶντας, ἐπισπεύδοντες ἦγον· ἐσύλων τε καὶ διήρπαζον· τὰ μὲν τιμιώτερα τῶν κειμηλίων νοσφιζόμενοι· τὰ δὲ εὐτελέστερα καὶ ὅσα ἐκ ξύλων ἐπεποίητο, διαῤῥιπτοῦντες, καὶ κατακαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἐλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν. Ἐξέκλινον δὲ καὶ ὑπανεχώρουν οἱ ἀδελφοί· καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων, ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ χαρᾶς προσεδέξαντο. Καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις, πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐμπεσὼν, μέχρι γε τούτου τὸν Κύριον ἠρνήσατο.

Γ'. Ἀλλὰ καὶ τὴν θαυμασιωτάτην τότε παρθένον πρεσβύτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες, τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντας, κόπτοντες τὰς σιαγόνας, ἐξήλασαν· πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως, ζῶσαν ἠπείλουν κατακαῦσαι, εἰ μὴ συνεκφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ τῆς (79) ἀσεβείας κηρύγματα (80). Ἡ δὲ ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα, συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ καταπέφλεκται. Σαραπίωνά τε καταλαβόντες ἐφέστιον (81), σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι, καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαντες, ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέῤῥιψαν. Οὐδεμία δὲ ὁδὸς, οὐ λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν, οὐ νύκτωρ, οὐ μεθημέραν, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων, εἰ μὴ τὰ δύσφημά τις ἀνυμνοίη ῥήματα, τοῦτον εὐθέως δεῖν σύ-

A igitur homine stimulati, omnemque ad patranda scelera licentiam nacti, hanc solam pietatem cultumque dæmonum suorum existimabant, si cædibus adversus nostros sævirent.

II. Primum itaque senem quemdam, Metram nomine, correptum impia verba proferre jubent. Quod cum ille abnueret, fustibus hominem verberantes, et acutis arundinibus vultum ejus oculosque pungentes, deductum in suburbium lapidibus obruerunt. Posthæc fidelem quamdam mulierem, Quintam nomine, ad idoli templum perductam, adorare illud coegerunt. Quod cum illa aversaretur atque exsecraretur, constrictis pedibus eam per totius civitatis vicos aspero silice constratos rapientes, saxis illisam molaribus, flagris insuper
B verberantes, ad suburbium itidem abducunt, ibique lapidibus interficiunt. Omnes deinde uno impetu in domos Christianorum irruere cœperunt, et quos quisque sibi vicinos noverat, eos illico properantes agebant, spoliabant ac diripiebant; ea quidem quæ maxime pretiosa essent in sinum suum congerentes; viliora autem et lignea quæque disjiciebant, ac per vias concremabant; captæ ab hostibus urbis speciem atque imaginem exhibentes. Fratres vero declinabant et subducebant se fuga; ac direptionem bonorum suorum, perinde ac illi de quibus Paulus testificatus est [83], cum gaudio exceperunt. Nec eorum quisquam, quod equidem sciam, nisi fortasse unus aliquis in illorum manus
C incidens, hactenus quidem Deum negavit.

III. Sed et admirandam illam provectæ jam ætatis virginem Apolloniam tunc comprehenderunt. Et maxillas quidem ejus verberantes, cunctos ei dentes excusserunt. Structo autem extra urbem rogo, minabantur vivam se illam combusturos, nisi una cum ipsis impia verba pronuntiaret. At illa veniam deprecari paulisper visa, atque interim dimissa, celeriter in ignem insiliit et conflagravit. Præterea Serapionem quemdam cum in ædibus suis deprehendissent, acerbissimis tormentis excruciarunt, et membris omnibus confractum ex cœnaculo præcipitem dejecerunt. Porro nusquam, non per viam publicam, non per angiportus incedere, aut noctu, aut interdiu nobis licebat, cum omnes ubique et

[83] Hebr. x, 30.

(78) *Τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων.* Delenda mihi videntur hæc verba; quippe quæ sensum turbant, et ab inepto scholiaste ascripta sunt ad explicationem vocis præcedentis. VALES.

(79) *Τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα.* Quænam fuerint illæ voces, difficile est dicere, quas ἀθέους φωνὰς vocabit Dionysius infra in epistola ad Germanum, et δύσφημα ῥήματα vocat in hac epistola. ID.

(80) *Τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα.* Existimarim equidem his Dionysii verbis illud innui, quod legimus in Actis S. Polycarpi, cap. 9, ubi proconsul sanctum martyrem alloquens aiebat, Λοιδόρησον τὸν Χριστόν, *Convicium fac Christo.* Illud enim in more positum fuisse Christianorum persecutoribus, ut Christo in primis maledicerent, ex Plinio discimus lib. x, epist. 97: *Cum,* inquit, *qui negarent se esse*
D *Christianos, præeunte me deos appellarent, ... præterea maledicerent Christo (quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re vera Christiani), dimittendos putavi. Alii se Christianos fuisse quidem dixerunt, sed desiisse; qui omnes .... Christo maledixerunt.* GALL.

(81) *Ἐφέστιον.* Nicephorus legit Ἐφέσιον, pessime. De hoc Serapione, Beda et Usuardus ad 14 Novembris; ubi eum sub Decio passum esse affirmant. Sed melius dixissent sub Philippo. Nam Dionysius in hac ad Fabium epistola diserte testatur, Serapionis aliorumque martyria ante Philippi imper. obitum accidisse. Idem error in omnibus Martyrologiis admissus est de Apollonia virgine, quam sub Decio passam dicunt die 9 Februarii. VALES.

Digitized by Google

assidue clamitarent, quicunque impia illa verba proferre abnuisset, eum illico trahendum esse, et flammis ultricibus absumendum. Et hæc quidem diutissime viguerunt ad hunc modum. Secuta deinde seditio et bellum civile miseros excipiens, crudelitatem qua in nostros grassati fuerant, in ipsos mutuo convertit. Ac nos quidem paululum respiravimus, dum illorum cessaret furor.

IV. Sed continuo imperii illius erga nos benignissimi mutatio nobis nuntiata est : et gravissimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum imperatoris, illud ipsum fere quod a Domino nostro prædictum est [a], horrificum ac terribile exhibens, adeo ut ipsi etiam electi, si fieri posset, scandalum paterentur. Omnes certe mirum in modum exterriti sunt. Ac multi quidem ex illustrioribus præ metu statim occurrerunt. Alii, qui rem publicam administrabant, ipsa actuum suorum necessitate pertracti veniebant. Alii a notis et familiaribus adducebantur, et nominatim citati, ad impura et profana sacrificia accedebant ; nonnulli quidem pallidi ac tremebundi, quasi non sacrificaturi, sed ipsi potius victimarum loco idolis immolandi essent ; adeo ut a circumstante multitudine deriderentur ; quippe qui palam omnibus ostenderent, se tum ad moriendum, tum ad sacrificandum

[a] Matth. xxiv, 24.

ρεσθαί τε καὶ πίμπρασθαι. Καὶ ταῦτα ἐπιπολὺ (82) μὲν τοῦτον ἦκμασε τὸν τρόπον. Διαδεξαμένη δὲ τοὺς ἀθλίους (83) ἡ στάσις, καὶ ὁ πόλεμος ὁ ἐμφύλιος, τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἔτρεψε. Καὶ σμικρὸν μὲν προσανεπνεύσαμεν, ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λαβόντων (84).

Δ'. Εὐθέως δὲ ἡ τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας (85) ἡμῖν μεταβολὴ διήγγελται· καὶ πολὺς ὁ τῆς ἐφ' ἡμᾶς ἀπειλῆς φόβος ἀνετείνετο· καὶ δὴ καὶ παρῆν τὸ πρόσταγμα· αὐτὸ σχεδὸν ἐκεῖνο οἷον τὸ προῤῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἀποφαῖνον (86) τὸ φοβερώτατον, ὡς, εἰ δυνατὸν, σκανδαλίσαι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Πλὴν πάντες γε κατεπτήχεσαν. Καὶ πολλοὶ μὲν εὐθέως τῶν περιφανεστέρων, οἱ μὲν ἀπήντων δεδιότες· οἱ δὲ δημοσιεύοντες (87), ὑπὸ τῶν πράξεων ἤγοντο· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐφείλκοντο· ὀνομαστί τε καλούμενοι, ταῖς ἀνάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄεσαν· οἱ μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ θύσοντες, ἀλλ' αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς εἰδώλοις ἐσόμενοι· ὡς ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περιεστῶτος δήμου χλεύην αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι, καὶ δήλους μὲν εἶναι πρὸς πάντας δειλοὺς ὑπάρχοντας, καὶ πρὸς τὸ τεθνάναι καὶ πρὸς τὸ θῦσαι. Οἱ δέ τινες ἑτοιμότερον τοῖς βωμοῖς προσέτρεχον, ἰσχυριζόμενοι (88) τῇ

(82) *Ἐπιπολύ*. Hoc est, *diu*, non *diutissime* (ut Valesius), duravit hæc persecutio Alexandriæ sub imperio Philippi Christianis maxime benigno, ex motu populari et tumultuario orta. Usque ad festum Paschatis edictum Decii præcedentis certe sæviit, ut indicat ipse Dionysius in epistola paschali ad Alexandrinos inferius relata. Pearson. l. c., § 2.

(83) *Ἀθλίους*. Mallem legere ἄθλους : quæ vox agonibus seu certaminibus et passionibus martyrum frequenter attributa est, et in hac ipsa epistola postea ita usurpatur ; ut sensus sit : *Excipiens autem hos agonas seditio cum civili bello, crudelitatem contra nos in ipsos mutuo convertit.* Id enim διαδέχεσθαι postulat, quod successionem significat : quæ quidem hoc loco non personas, sed res spectat. Id. ibid.

(84) *Ἀσχολίαν ... λαβόντων*. Vertendum, *dum non vacaret ipsis furorem suum in nos exercere.* W. Lowth.

(85) *Τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας*. Philippi scilicet imp. mors, qui æquissimum se ac benignissimum erga Christianos præstitit. Igitur illa quæ proxime a Dionysio commemorata sunt, ultimo Philippi imperatoris anno contigerunt. Quod etiam notavit Dionysius in principio hujus epistolæ, ubi dicit persecutionem anno integro ante edictum imp. Decii Alexandriæ cœptam fuisse. At Christophorsonus nihil penitus hic vidit, qui μεταβολὴν τῆς βασιλείας, interpretatur *mutationem animi* imperatoris erga Christianos. Christophorsoni errorem secutus est Baronius ad annum Christi 253, cap. 102. Vales.

(86) *Παραβραχύ*. Hæc est scriptura codicis Regii, quem ubique secutus est Stephanus. In *Chronico* Georgii Syncelli, ubi hæc epistola Dionysii refertur, scriptum est ἢ παρὰ βραχύ, nequaquam meliore sensu. At in nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savilii, pro παραβραχύ scribitur ἀποφαῖνον, longe rectius, ut equidem existimo. Ait enim Dionysius edictum illud Decii adeo terribile fuisse, ut tempora illa Antichristi longe omnium terribilissima repræsentare quodammodo videretur. Id.

(87) *Οἱ δὲ δημοσιεύοντες*. Christophorsonus hunc Dionysii locum ita vertit : *Alii ex privatis ædibus in publicum raptati, ad delubra ducuntur a magistratibus.* Quæ interpretatio nec verbis, nec sensui Dionysii ullo modo convenit. Ego δημοσιεύοντας idem esse censeo, ac τὰ δημόσια πράττοντας, id est *decuriones et magistratus.* Hi enim cum allatum esset edictum imperatoris Decii, quo omnes *diis immortalibus* sacrificare jubebantur, convenire in curiam ex more, ibique edictum ipsum dum recitaretur, stantes audire necesse habebant, ut scribit Joannes Chrysostomus non uno in loco. Ita primi omnium decuriones, statim post recitatum imp. Decii edictum diis sacrificarunt, cum ex necessitate officii sui ad curiam convenissent. Sane πράξεις de actu et administratione magistratuum sumitur apud Eusebium in lib. viii, cap. 11, et apud Aristidem in orat. funebri in Alexandrum : τὰ δ' εἰς πράξεις τε καὶ πολιτείας, etc. Sic etiam Plutarchus in eo libro qui inscribitur *Πολιτικὰ παραγγέλματα*, ubi de Theagene loquitur : Οὐδὲν οὖν τούτου διαφέρουσιν οἱ πρὸς πᾶσαν ἀποδυόμενοι πολιτικὴν πρᾶξιν. Severianus in oratione sexta in Hexamerum : Καὶ ἐπειδὴ βασιλεὺς πᾶσιν οὐ παροῦσιν δεῖ παραστῆναι, τὸν χαρακτῆρα τοῦ βασιλέως, ἐν δικαστηρίοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν θεάτροις, ἐν παντὶ τόπῳ, ἐν ᾧ πράττει ὁ ἄρχων, δεῖ παρεῖναι, ἵνα βεβαιῶται τὰ γινόμενα. Chrysostomus homilia 85 in Matthæum, τοὺς τὰ πολιτικὰ πράττοντας vocat decuriones. Potest etiam verbum δημοσιεύοντες explicari de his, qui in foro seu in publico versabantur. Atque id fortasse rectius fuerit, hoc modo : *Alii, qui in publico versabantur, rebus ipsis, et reliquorum exemplo, ad sacrificandum ducebantur.* Occurrit hæc vox apud Aristidem in laudatione funebri Alexandri : Καὶ ὁπότε μὴ δημοσιεύοι, ἢ παρὰ τοῖς δυνάσταις ἂν ἦν, ἢ ἐν αὐτῇ τοῦ βασιλέως οἴκῳ. Id.

(88) *Ἰσχυριζόμενοι*. Positum est pro διϊσχυριζόμενοι. Id.

Digitized by Google

θρασύτητι τὸ μηδὲ πρότερον Χριστιανοὶ γεγονέναι· περὶ ὧν ἡ τοῦ Κυρίου πρόρρησις ἀληθεστάτη, ὅτι δυσκόλως σωθήσονται. Τῶν δὲ λοιπῶν, οἱ μὲν εἵποντο τούτοις ἑκατέροις· οἱ δὲ ἔφευγον· οἱ δὲ ἡλίσκοντο. Καὶ τούτων οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν καὶ φυλακῆς χωρήσαντες· καί τινες, καὶ πλείονας ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν, ἐξωμόσαντο· οἱ δὲ καὶ βασάνοις ἐπὶ ποσὸν ἐγκαρτερήσαντες, πρὸς τὸ ἐξῆς ἀπεῖπον.

A pusillo animo esse. Alii vero promptius ad aras accurrebant, audacter affirmantes nunquam se antea Christianos fuisse : de quibus verissime prædixit olim Dominus, ejusmodi homines ægre salutem consecuturos. Cæteri autem partim alterutros eorum quos diximus, sequebantur; partim se in fugam dabant; partim comprehendebantur. Ex quibus nonnulli, cum usque ad vincula et custodiam progressi essent, quidam etiam plusculos dies in carcere perstitissent, prius tamen quam in judicium inducerentur, fidem ejurarunt. Nonnulli vero cum aliquandiu tormenta fortiter sustinuissent, ad reliqua quæ intentabantur supplicia animos desponderunt.

Ε'. Οἱ δὲ στερρὸι καὶ μακάριοι στῦλοι τοῦ Κυρίου, κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν ἑαυτοῖς πίστεως ἀξίαν καὶ ἀνάλογον δύναμιν καὶ χαρτερίαν λαβόντες, θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. Ὧν πρῶτος Ἰουλιανὸς, ἄνθρωπος B ποδαγρὸς, μὴ στῆναι, μὴ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δύο τοῖς φέρουσιν αὐτὸν, προσήχθη· ὧν ὁ μὲν ἕτερος, εὐθὺς ἠρνήσατο· ὁ δ' ἕτερος Κρονίων ὀνόματι, ἐπίκλην δὲ Εὔνους, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβύτης Ἰουλιανὸς, ὁμολογήσαντες τὸν Κύριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης, ὡς ἴστε, καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος ἀσβέστῳ πυρὶ (89) περικεχυμένου τοῦ δήμου παντὸς κατεκάησαν. Στρατιώτης τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παρεστὰς, καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθεὶς, ἐκβοησάντων ἐκείνων προσαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁπλομάχος τοῦ Θεοῦ Βησᾶς, κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας, ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. Καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ (90), C προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ πρὸς ἄρνησιν γενομένης, οὐχ ὑπαχθεὶς, ζῶν καταπέφλεκται· Ἐπίμαχός τε μετ' αὐτοὺς καὶ Ἀλέξανδρος, μετὰ πολὺν (91) ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον, μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας, ξυστῆρας, μάστιγας, πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν.

V. Verum beati illi ac stabiles columnæ Domini, ab ipso confirmati, et fidei suæ robori congruentem et ex æquo respondentem vim atque constantiam nacti, admirabiles regni illius testes effecti sunt. Quorum primus Julianus, vir podagræ doloribus constrictus, qui nec stare poterat nec incedere, una cum duobus aliis qui ipsum portabant adductus est. Horum alter statim negavit. Alter nomine Cronion, qui Ennus cognominabatur, necnon et senex ipse Julianus, cum Christum confessi essent, per universam urbem, quæ quidem, ut nostis, maxima est, camelis insidentes, flagris sublimes verberati, tandem ardentissimo igne circumfusa totius populi multitudine consumpti sunt. Miles vero qui ipsis dum ad supplicium ducerentur astabat, et contumeliam inferentes propulerat, Bersas nomine, conclamante adversus eum populo in jus adductus est. Ubi fortissimus Dei pugnator, cum in magno illo pro pietate certamine strenue se gessisset, securi percussus est. Alius item oriundus ex Libya, et vocabulo et divina benedictione vere Macar, cum a judice omnibus modis sollicitatus, ut Christum negaret, flecti nunquam potuisset, vivus comburitur. Post hos Epimachus et Alexander, cum post diuturnum carceris horrorem in quo vincti permanserant, ferreos ungues, flagra ac mille dolorum genera pertulissent, vivæ calcis incendio etiam ipsi colliquefacti perierunt.

Ϛ'. Καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες· Ἀμμωνάριον τε ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν ἐπιπλεῖστον τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προαποφηναμένην ὡς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύοι φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν, ἀπῆχθη· αἱ δὲ λοιπαὶ, ἡ σεμνοπρεπεστάτη πρεσβύτις Μερκουρία, καὶ ἡ D πολύπαις μὲν, οὐχ ὑπὲρ τὸν Κύριον δὲ ἀγαπήσασα ἑαυτῆς τὰ τέκνα Διονυσία (92), καταιδεσθέντος εἰς

VI. Eumdem cum ipsis exitium sortitæ sunt quatuor mulieres. Ammonarium quidem virgo sanctissima, cum a judice diutissime torta fuisset ingenti cum pertinacia, propterea quod palam prædixerat nihil eorum quæ judex jusserat prolaturam se esse; pollicitationem suam exsecutioni mandans, ad supplicium abducta est. Residuæ vero, Mercuria scilicet anus in primis veneranda, et Dionysia,

(89) Ἀσβέστῳ πυρὶ. Potest enim verti *vivæ calcis incendio*. Sic infra de Epimacho et Alexandro dixit, πυρὶ ἀσβέστῳ διεχύθησαν. Pro quo Nicephorus habet τιτάνῳ. In Menæo ad diem 30 Octobris, ubi mentio fit horum martyrum Juliani, Cronionis et Macarii, legitur ἀσβέστου ζέοντος κατ' αὐτῶν ἐκχυθέντος. Vales.

(90) Καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ. Alludit Dionysius ad verba illa Christi in Evangelio : *Beati estis, cum persecuti vos fuerint homines*, etc., quod tamen non vidit Christophorsonus. Qui etiam in eo hallucinatus est, quod Macarium hunc facit Afrum pro Libyco. Eleganter autem Rufinus hunc Dionysii locum ita vertit : *Alius quidam vir nominis sui Macarius, gente Libycus*. Sic enim Latini loquuntur, ut Trebellius Pollio in *Aureolo*, et Lampridius in *Commodo*. Id.

(91) Μετ' οὐ πολύν. In codice Med. ac Maz., Fuk. et Savil., et apud Georgium Syncellum legitur μετὰ πολύν, quæ lectio magis placet, et Rufini auctoritate confirmatur. In codice Regio legitur etiam ὃν ἐνέμειναν, etc. Quæ lectio si vera est, omnino abesse oportet negativam illam particulam. Id.

(92) Διονυσία. Post hæc verba addidi ex Rufino καὶ Ἀμμωνάριον ἑτέρα. Quatuor enim mulieres illas fuisse supra dixit Dionysius. Id.

Digitized by Google

plurimorum quidem liberorum mater, sed quæ pignora sua minori quam Dominum charitate complexa est, et alia rursus Ammonarium, cum præfectum jam puderet ulterius incassum torquere et a feminis superari, gladio cæsæ sunt, nullis prius tormentis subditæ. Etenim earum princeps et antesignana Ammonarium, pro omnibus tormenta pertulerat.

A ἀνήνυτον ἔτι βασανίζειν καὶ ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι τοῦ ἡγεμόνος, σιδήρῳ τεθνᾶσι, μηκέτι βασάνων πεῖραν λαβοῦσαι. Τὰς γὰρ ὑπὲρ πασῶν, ἡ πρόμαχος Ἀμμωνάριον ἀνεδέδεκτο βασάνους.

VII. Heron etiam et Ater et Isidorus Ægyptii, cumque illis Dioscorus puer annos circiter quindecim natus, judici oblati sunt. Et cum judex primum ante alios adolescentem Dioscorum, partim sermonibus ut flexibilem decipere, partim tormentis ut mollem ac tenerum cogere tentavisset; ille nec persuasionibus cessit, nec tormentis. Reliqui crudelissime verberati, cum cruciatus fortiter sustinuissent, igni etiam ipsi sunt traditi. Dioscorum vero qui in omnium conspectu inclaruerat, et qui ad omnia interrogata sapientissime responderat, admiratus judex dimisit, B spatium se illi ad pœnitentiam concedere affirmans ob ætatis infirmitatem. Et nunc nobiscum versatur divinus Dioscorus, in majus ac diuturnius certamen reservatus. Sed et Nemesion quidam, etiam ipse Ægyptius, primum quidem falso accusatus fuerat, tanquam socius et contubernalis latronum. Postea vero, cum apud centurionem hanc calumniam a se utique alienissimam depulisset, delatus quod Christianus esset, ad præfectum vinctus adducitur. At ille iniquissimus judex, postquam eum duplo gravioribus quam reliquos latrones tormentis ac verberibus affecisset, inter latrones jussit incendi; et sic vir beatissimus similitudine Christi honoratus est.

Ζ'. Ἥρων δὲ καὶ Ἀτὴρ (93) καὶ Ἰσίδωρος (94) Αἰγύπτιοι· καὶ σὺν αὐτοῖς παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαέτης ὁ Διόσκορος, παρεδόθησαν· καὶ πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾷν ὡς εὐπαράγωγον, καὶ βασάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρωμένου, οὔτε ἐπείσθη οὔτε εἶξεν ὁ Διόσκορος. Τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα καταξήνας, ἐγχαρτερήσαντας, πυρὶ καὶ τούτους παραδέδωκε· τὸν δὲ Διόσκορον ἐλλαμπρυνάμενόν τε δημοσίᾳ, καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀποκρινάμενον θαυμάσας, παρῆκεν, ὑπέρθεσιν φήσας εἰς μετάνοιαν αὐτῷ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. Καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος, εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον μείνας τὸν ἄθλον. Νεμεσίων δέ τις, κἀκεῖνος Αἰγύπτιος, ἐσυκοφαντήθη μὲν, ὡς δὴ σύνοικος λῃστῶν· ἀποδυσάμενος δὲ ταύτην παρὰ τῷ ἑκατοντάρχῳ τὴν ἀλλοτριωτάτην κατ' αὐτοῦ διαβολήν, καταμηνυθεὶς ὡς Χριστιανὸς, ἦκε δεσμώτης ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. Ὁ δὲ ἀδικώτατος διπλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς ταῖς τε βασάνοις καὶ ταῖς μάστιξι λυμηνάμενος, μεταξὺ τῶν λῃστῶν κατέψηξε· τιμηθέντα τὸν μακάριον τῷ τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι.

VIII. Porro universus simul militum manipulus, C Ammon scilicet, Zeno, Ptolemæus et Ingenuus, cumque illis senex Theophilus, ante prætorium stabant. Et cum quidam ob Christianam religionem in judicium inductus, jam jamque negaturus Christum videretur; illi astantes dentibus stridere, vultu innuere, manus extendere, ac totius simul corporis motus gestusque edere cœperunt. Cumque omnium in se oculos convertissent, priusquam ab aliquo comprehenderentur, ipsi ad subsellium accurrentes, Christianos se esse professi sunt. Quo facto præfectus et assessores qui in concilio aderant, metu perterriti sunt. Ac rei quidem ipsi ad ea quæ perpessuri erant, promptissimi et confidentissimi cernebantur.

Η'. Ἀθρόον δέ τι σύνταγμα στρατιωτικὸν (95), Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἰγγένης καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος, εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· κρινομένου δή τινος ὡς Χριστιανοῦ, καὶ πρὸς ἄρνησιν ἤδη ῥέποντος, ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες, καὶ τοῖς τε προσώποις ἐνένευον, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον, καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν. Ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης, πρὶν τινὰς αὐτῶν ἄλλους λαβέσθαι, φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον (96) ἀνέδραμον, εἶναι Χριστιανοὶ λέγοντες· ὡς τόν τε ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐμφόβους γενέσθαι· καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους, ἐφ' οἷς πείσονται φαίνεσθαι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾷν. Καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν

(93) *Καὶ Ἀτήρ.* Apud Georgium Syncellum et Nicephorum legitur Ἀστήρ. In Rufino, *Arsinus*. In vetere Martyrologio Romano, quod magna parte desumptum est ex Rufino, *Arsenius* dicitur XIX Kal. Januarias. VALES.

(94) *Ἰσίδωρος.* Photius in *Bibliotheca*, cod. CXIX, Isidorum Pierii celebris Alexandrinæ scholæ magistri fratrem germanum atque in martyrio collegam fuisse refert. In fine tamen monet quod, etsi nonnulli tradiderint Pierium martyrio vitam finisse, alii tamen ipsum post sedatam persecutionem Romæ vitam transegisse dicant. RUINART.

(95) *Σύνταγμα στρατιωτικόν. Turmam militum* vertit Rufinus, quem secutus est Christophorsonus. Ego *manipulum*, seu *contubernium* malim interpretari. Quidam suspicari possent, hos milites fuisse apparitores seu officiales præfecti Augustalis, eo quod stetisse dicuntur ante prætorium. Ego tamen potius crediderim legionarios milites fuisse, ex ea legione quæ ad custodiam urbis Alexandriæ erat deputata, et quæ præfecto Augustali parebat. Præfectus enim Augustalis non solum civilia negotia, sed etiam rem militarem eo tempore curabat. In vetere Martyrologio Romano, natalis horum martyrum ponitur die XIII Kalend. Januarias. VALES.

(96) *Ἐπὶ τὸ βάθρον.* Subsellium intelligi videtur, in quo sedebat reus, cum a judice interrogaretur: hodie sellulam vocamus. In Actis passionis Phileæ martyris ambon dicitur seu pulpitum. Sic enim incipiunt Acta illa: *Imposito ergo Philea super ambonem, Culcianus præses dixit.* In passione vero SS. Perpetuæ et Felicitatis, *catasta* dicitur et *gradus. Ascendimus in catastam. Interrogati cæteri confessi sunt. Ventum est et ad me. Et apparuit pater illico cum filio meo, et extraxit me de gradu.* Ib.

Digitized by Google

καὶ ἠγαλλιάσαντο τῇ μαρτυρίᾳ, θριαμβεύοντος αὐτοὺς (97) ἐνδόξως τοῦ Θεοῦ.

ob fidei confessionem, cum Deus per ipsos gloriose triumpharet.

Θ'. Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ πόλεις καὶ κώμας ὑπὸ τῶν ἐθνῶν διεσπάσθησαν· ὧν ἑνὸς παραδείγματος ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. Ἰσχυρίων ἐπετρόπευέ τινι τῶν ἀρχόντων ἐπὶ μισθῷ. Τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευε θῦσαι· μὴ πειθόμενον, ὕβριζεν· ἐμμένοντα προεπηλάκιζεν· ὑφισταμένου, βακτηρίαν μεγίστην λαβών, διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώσας, ἀπέκτεινε. Τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐρημίαις καὶ δρεσι πλανηθέντων, ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης καὶ κρύους, καὶ νόσων καὶ ληστῶν καὶ θηρίων διεφθαρμένων; Ὧν οἱ ὑπεργενόμενοι, τῆς ἐκείνων εἱλῶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες. Ἐν δὲ καὶ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς Νείλου καλουμένης ἐπίσκοπος πόλεως (98). Οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος (99) ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ φυγὼν, οὐκ ἐπανελήλυθεν· οὐδὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι, καίτοι πολλὰ διερευνησάμενοι, οἱ ἀδελφοί· οὔτε αὐτοὺς, οὔτε τὰ σώματα εὗρον (1). Πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν (2)· οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν ἐλυτρώθησαν· οἱ δὲ μέχρι νῦν οὐδέπω. Καὶ ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην, ἀδελφὲ, ἀλλ' ἵνα εἰδῇς, ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη· ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι, πλείονα ἂν εἰδεῖεν.

IX. Sed et alii complures per oppida et vicos a gentilibus discerpti sunt : ex quibus unum exempli gratia commemorabo. Ischyrion mercede conductus procurator erat cujusdam magistratum gerentis. Hic ab eo cujus rem procurabat, jussus idolis immolare, cum minime obtemperaret, primum injuria affectus est; postea cum in eadem sententia perstaret, variis ab eodem vexatus est contumeliis; quæ omnia cum patienter sustineret, ille prægrandi sude correpta transfixum per media viscera interfecit. Jam quid opus est commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per solitudinem oberrantes, fame et siti, frigore et morbis, et latronum aut bestiarum incursu oppressi interiere? Ex quibus hi qui superfuerunt incolumes, testes sunt electionis illorum atque victoriæ. Unicum duntaxat facinus ad declarandam rei veritatem hic adjiciam. Chæremon erat quidam grandævus, Nili urbis episcopus. Hic una cum conjuge in Arabicum montem fuga delatus, non ulterius reversus est. Et fratres, quamvis accurate omnia perscrutati, nec ipsos posthac, nec ipsorum cadavera reperire potuerunt. Porro multi in Arabico illo monte a barbaris Saracenis capti, et in servitutem redacti sunt. Ex quibus alii soluto ingenti pretio vix tandem redempti; alii nondum hactenus redimi potuerunt. Atque hæc non frustra, frater charissime, a me commemorata sunt; sed ut scias, quæ et quam gravia nobis mala contigerint. Quæ profecto melius intelligunt ii, qui magis experti sunt.

Ι'. Αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι (3) καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ, καὶ μέτοχοι (4) τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ

X. Cæterum hi divini martyres qui nunc assessores sunt Christi, et regni illius consortes, ac judicii participes una cum ipso judicaturi; dum hic apud

(97) *Θριαμβεύοντος αὐτούς*. Rufinus vertit, *Deo ita triumphante per sanctos suos*. Apparet igitur eum legisse θρι. δι' αὐτοὺς, etc. Rufinum secuti sunt Musculus et Christophorsonus. Videndum tamen ne Dionysius θριαμβεύοντες αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ dixerit pro θριαμβεύειν ποιοῦντος, quod omnino verum puto. Sic βασιλεύειν usurpat Gregorius Nazianzenus. VALES.

(98) *Νείλου ... πόλεως*. Nilopolis. Eusebius ejusdem sedis antistes subscripsit concilio Ephesino. READING.

(99) *Εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος*. Mons est ita dictus, cujus meminit Herodotus, quem Ptolemæus et alii Troicum vocant. Male ergo Christophorsonus *montem Arabiæ* vertit. Paulo post Arabicus dicitur, ob vicinitatem Arabum ita nominatus. VALES.

(1) *Οὔτε τὰ σώματα εὗρον*. Ultima vox deest in codice Regio, prorsusque otiosa est ac superflua. Syncellus quoque eam vocem non habet, sed ejus loco αὐτῶν; non male. ID.

(2) *Σαρακηνῶν*. Hic locus vel ob id unum notandus est, quod mentio fit Saracenorum. Nam ex scriptoribus quorum opera ad nos pervenerunt, nullus, ut puto, Dionysio Alexandrino antiquior Saracenos nominavit. Amm. quidem Marcellinus in libro XIV scribit se mentionem fecisse Saracenorum in Actibus principis Marci. Spartianus quoque in *Nigro* Saracenorum mentionem facit, et ab iis Romanos milites victos esse dicit; quod in tempora divi Marci conferri potest. ID.

(3) *Οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι*. Martyres simul atque ex corporis vinculis soluti essent, ad Dominum migrare, et cum illo in paradiso degere, Christiani semper crediderunt. Tertullianus in lib. *De resurrectione carnis*, cap. 43 : *Nemo enim peregrinatus a corpore, statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyrii prærogativa, paradiso scilicet, non inferis deversurus.* Et in lib. V *De anima*, cap. 55. ID.

(4) *Καὶ τῆς κρίσεως μέτοχοι*. Fuit hæc opinio veterum Patrum, martyres Christi assessores fo et cum illo mundum judicaturos. Ita post Di sium Eulogius Alexandrinus episcopus in *adversus Novatianos*. Cujus tamen senten prehendit Photius in *Bibliotheca*. Ait en verba illa Pauli apostoli ex prima Epistola : *Nescitis quia sancti mund* non ita esse accipienda, quasi judices cum Christo. Sed h Paulus, ex comparatione s minés qui non perinde a demnandos esse; ut cum ut Ninivitæ et regina demnent. Et hanc Photius ex Joan sententia verior gni Christi ja judicii par serte pro cathedr

Digitized by Google

nos essent, quosdam e fratribus lapsos, et idolis sacrificasse convictos, susceperunt; et conversionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicassent eam placere posse illi qui peccatoris pœnitentiam mavult quam mortem [48], eos admiserunt et collegerunt, atque in cœtum suum receperunt, et in orationibus ac cibo cum iisdem communicarunt. Quid ergo nobis, fratres, de his suadetis? Quid nos agere debemus? Utrum sententiæ martyrum accedemus, et rem ab illis judicatam, seu potius gratiam concessam tuebimur, et cum iis quos illi miseratione prosecuti sunt, benigne agemus? An contra, judicium illorum irritum faciemus, nosque ipsi sententiæ illorum discussores ac judices constituemus; clementiam dolore afficiemus; ordinem constitutum evertemus; Dei ipsius indignationem provocabimus?

XI. Unum tibi exemplum proponam, quod apud

A συνδικάζοντες (5) αὐτῷ· τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινας ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομένους, προσελάβοντο· καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες, δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες, εἰσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν (6), καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἑστιάσεων ἐκοινώνησαν (7). Τί οὖν ἡμῖν, ἀδελφοί, περὶ τούτων συμβουλεύετε; Τί ἡμῖν πρακτέον; Σύμψηφοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς καταστῶμεν, καὶ τὴν χάριν φυλάξωμεν, καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα· ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδικον ποιησώμεθα (8), καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν, καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν, καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν;

B

ΙΑ'. Ἓν δέ σοι τοῦτο παράδειγμα (9) παρ' ἡμῖν

[48] Ezech. XXXIII.

(5) *Συνδικάζοντες Judicaturi*, Valesius : quæ quidem interpretatio utpote a textu aliena, sententiæ quoque Dionysianæ vim obtundere perhibetur; ut optime perspexit doctissimus Bossuetius Meldensis episcopus, *préfac. sur l'Apocal.*, § 28. En ipsissima magni viri verba, quibus haud parum lucis huic loco accedit : Je vois dans l'Apocalyse non-seulement une grande gloire, mais encore une grande puissance dans les saints. Car Jésus-Christ les met sur son trône : et comme il est dit dans l'Apocalypse, XIX, 15, conformément à la doctrine du psaume II, 9, qu'*il gouvernera les nations avec un sceptre de fer;* lui-même dans le même livre (Apoc. II, 26) il applique le même psaume et le même verset à ses saints, en assurant (*ibid.*, 28) qu'en cela *il leur donne ce qu'il a reçu de son Père.* Ce qui montre que non-seulement ils seront assis avec lui dans le jugement dernier, mais encore que dès à présent il les associe aux jugements qu'il exerce. Et c'est aussi en cette manière qu'on l'entendait dès les premiers siècles de l'Eglise : puisque saint Denis d'Alexandrie, qui fut une des lumières du troisième, l'explique ainsi en termes formels par ces paroles : *Les divins martyrs sont maintenant assesseurs de Jésus-Christ; et associés à son royaume, ils participent à ses jugements, et ils jugent avec lui.* Où il ne faut pas traduire, comme ont fait quelques-uns, qu'*ils jugeront avec lui* (cum illo judicaturi), mais qu'*ils jugent*, au temps présent, συνδικάζοντες. D'où ce grand homme conclut : « Les martyrs ont reçu nos frères tombés : casserons-nous leur sentence, et nous rendrons-nous leurs juges? » *Reliqua videsis apud eumdem scriptorem.* GALL.

(6) *Συνήγαγον καὶ συνέστησαν.* Eadem Dionysii verba refert Nicephorus cap. 4 quæ Langus ita vertit : *Explorata patientia atque comprobata, in Ecclesiam eos admiserunt, et ad hunc modum receptis locum suum dederunt.* Eodem modo Christophorsonus interpretatus est, *recipiunt in Ecclesiam, conventus cum illis celebrant, ineunt societatem*, etc. Sed hanc interpretationem equidem probare non possum. Quomodo enim martyres qui in carceres tenebantur astricti, lapsos in Ecclesiam admittere poterant? Adde, quod non id juris competebat martyribus, sed soli episcopo, cujus officium erat pœnitentes reconciliare; martyribus vero intercedere tantum pro lapsis, et commendatitias litteras scribere licebat. Apparet igitur ita vertendum esse nunc locum, ut vertimus. Quanquam vox συνέστησαν, aliter etiam explicari potest, passive scilicet pro *simul consistere.* Sic Dionysius apud Eusebium in lib. VII, cap. 9 : Μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. Et Eusebius in lib. VI, cap. 3, de Origene : Οὐδὲ πώποτε προὐτράπη κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι. VALES.

(7) *Καὶ προσευχῶν αὐτοῖς ἐκοινώνησαν.* Duplex erat communio in Ecclesia : alia orationis, alia sacramentorum. Et orationum quidem communio pœnitentibus post certum temporis spatium indulgebatur. Communio vero corporis Christi, non nisi reconciliatis post longas pœnitentiæ moras tandem impertiebatur. Vide canonem 11, 12 et 13 concilii Nicæni, ex quibus apparet communionem orationis pœnitentibus fuisse ultimum ac proximum gradum ad communionem sacrorum mysteriorum. Et hæc quidem de communione publica intelligenda sunt, qua concedebatur pœnitentibus, ut palam cum omni populo in Ecclesia orarent. Sed in hoc Dionysii loco de privata communione sermo est, quam video a nonnullis confundi cum publica. Privatam autem communionem voco, quæ a privatis, non autem ab episcopo, cujus id jus pontificiumque erat, certæ personæ concedebatur. Exempli gratia, quando confessores et martyres, lapsos intercessionem ac misericordiam ipsorum implorantes, benigne excipiebant, et ut una secum Deum orarent, permittebant. Hæc communio licet a martyribus et presbyteris (plerique enim martyrum erant ex clero) lapsis fuisset indulta, nihil juris illis dabat : sed tantum instar præjudicii erat, ut ab episcopo postea admitterentur ad publicam in Ecclesia orationis communionem. De ejusmodi privata communione intelligendus est Eusebii locus in lib. VI, cap. 3, de Origene, quem paulo ante citavi; et alter in lib. IV, c. 14; item locus ex epistola Cornelii papæ (*Patr. Lat.* t. III), ubi de Moyse presbytero, qui Novatianum a communione sua repulit; item locus Sulpicii Severi in lib. III *De Vita Martini.* Vide F. Florentem ad titulum 7 de translatione episcopi. ID.

(8) *Ἀδεκτον ποιησόμεθα.* In codice Maz., Med., Fuk. et Savil. scribitur ἄδικον ποιησώμεθα, quomodo etiam legitur in *Chronico* Georgii Syncelli; quam scripturam meliorem puto. Mox verba illa καὶ τὸν Θεὸν παροξύνομεν expunximus, quippe quæ nec in nostris codicibus Maz., Med. et Fuk., nec apud Syncellum legerentur. ID.

(9) *Ἓν δέ σοι τοῦτο παράδειγμα.* Hæc refert Eusebius lib. VI, cap. 44, quibus ista præmittit : « Eidem porro Fabio Dionysius Alexandrinus episcopus scribens, postquam et alia multa quæ ad pœnitentiam spectant in suis ad illum litteris exposuit, et martyrum qui recens Alexandriæ marty-

Digitized by Google

συμβεβηκὸς ἐκθήσομαι. Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρων· ἀμέμπτως μὲν τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. Οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ (10), καὶ γὰρ ἐτεθύκει· ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἐξῆς ἡμερῶν ἄφωνος καὶ ἀναίσθητος διετέλεσε. Βραχὺ δὲ ἀνασφήλας τῇ τετάρτῃ, προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν, καὶ, Μέχρι τίνος, φησὶν, ὦ τέκνον, με κατέχετε· δέομαι, σπεύσατε καί με θᾶττον ἀπολύσατε. Τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον (11). Καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν ἦν ἄφωνος. Ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δὲ ἦν· κἀκεῖνος ἠσθένει· ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη· ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες (12) τύχοιεν, ἀφίεσθαι (13), ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται· βραχὺ τῆς

A nos contigit. Erat in hac urbe Serapion quidam senex e numero fidelium : qui reliquo quidem anteactæ vitæ tempore nulli culpæ obnoxius fuerat. Sed in persecutione lapsus, sæpenumero veniam petierat; nec quisquam ei attendebat, eo quod sacrificasset. Idem postea morbo correptus, vocis usu sensuque omni carens triduo permansit. Quarto demum die paululum recreatus, nepotem ex filia ad se vocat, et : Quousque tandem, inquit, me detinetis, fili? Properate, quæso, et me quantocius absolvite; accerse mihi unum ex presbyteris. Hæc cum dixisset, rursus illum vox destituit. Puer ad presbyterum cucurrit. Jam nox erat : presbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam ut morituris, si peterent, et maxime si antea supplici-
B ter postulassent, venia indulgeretur, quo bonæ spei

rium subierant certamina commemoravit; inter cætera facinus quoddam refert admiratione dignissimum, quod huic etiam historiæ nostræ inserere necessarium duxi. Est autem hujusmodi. *Unum tibi exemplum*, etc. » GALL.

(10) *Οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ.* Id est, nemo nec de clero nec de populo ejus precibus flectebatur, ut veniam illi dandam pacemque indulgendam esse censeret. Nam et populi suffragium ad id erat necessarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab Ecclesiæ communione separatus, in Ecclesiam reciperetur. Atque interdum episcopus ipse plebem rogabat, ut petenti pacem et communionem concedi pateretur, quemadmodum docet Cyprianus in epistola 55 ad Cornelium, et Tertullianus in lib. *De pudicitia*, cap. 13. Sæpius autem plebs ipsa apud episcopum intercedebat, ut pœnitentes ad
C communionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus exemplum in epistola Cornelii papæ ad Fabium Antiochenum, de episcopo illo qui Novatianum ordinaverat, Ὃ καὶ αὐτῷ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. Cyprianus in epistola 59 : *Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Cornelius in epistola ad Cyprianum : *Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus.* VALES.

(11) *Τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον.* Quæret forte aliquis, cur Serapio non ipsum potius accersivit episcopum, a quo pacem et communionem acciperet. Quippe episcopalis officii erat pœnitentium reconciliatio. Fateor quidem id proprie ad episcopos pertinuisse. Verum episcopi cum ubique præsentes esse non possent : ne forte quis in infir-
D mitate positus absque pace et communicatione decederet, presbyteris mandare consueverant, ut pacem ægris postulantibus darent. Nam sine consensu episcopi, nullus presbyterorum pacem pœnitentibus dare poterat, ut ex Cypriani epistolis discimus. Itaque cum urbs Alexandria admodum spatiosa esset, presbyteri per singulas urbis regiones erant dispositi, quo morientibus facilius subveniretur. Epiphanius in hæresi Arianorum : Ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι· καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων, πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι Λαυρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Id est : *Omnes enim catholicæ communionis ecclesiæ in urbe Alexandrina, subjectæ sunt uni archiepiscopo. Seorsum autem singulis præpositi sunt presbyteri, propter ecclesiasticas civium necessitates; habentque domicilia juxta suam quisque ecclesiam, sive ad vicos, quos Alexandrini Lauras vocant.* Ad quem locum doctissimus vir D. Petavius reprehendit Epiphanium, qui hunc peculiarem Alexandrinorum morem fuisse crediderit, cum tamen in cunctis paulo majoribus urbibus quæ plures habebant basilicas, id fuerit observatum. Verum nequaquam verisimile est Epiphanium, qui multas et maximas imperii Romani civitates lustraverat, morem sui sæculi ignorasse. Quare cum consuetudinem illam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiarem fuisse adeo manifeste indicet, credibile est alium usum fuisse in aliis civitatibus. Sane Constantinopoli non omnes ecclesiæ suos habebant presbyteros. Nam basilica sanctissimæ Virginis Mariæ, et basilica sancti martyris Theodori, et basilica Irenes non habebant peculiares clericos : sed clerici majoris ecclesiæ et harum trium ecclesiarum communes erant. Itaque ex clericis majoris ecclesiæ singuli suo ordine ac per vices, tres illas ecclesias administrabant, ut docet imp. Justinianus novella 3 : Οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἷς τούτων ἔχει τριῶν τῶν οἴκων. Jam vero quod Epiphanius dixit, in Alexandrina civitate κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, Petavius quidem de unico presbytero accepit, qui suam seorsum ecclesiam regeret. Vertit enim : *Suus cuique præpositus est presbyter.* At in aliis civitatibus aliter observatum esse comperimus. Nam Constantinopoli plures erant ecclesiæ, in quibus non unus duntaxat presbyter, sed multi presbyteri et diaconi atque inferiores clerici, a primis basilicarum conditoribus erant constituti; sicut ibidem docet Justinianus. ID.

(12) *Μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες.* Hoc enim in synodo Africana iisdem temporibus quibus hæc scribebat Dionysius congregata, statutum fuerat, ut scilicet lapsis in exitu constitutis pax daretur, dummodo eam suppliciter atque enixe postulassent ante ægritudinem. Cyprianus in epistola ad Antonianum : *Idcirco, frater charissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate atque in periculo cæperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* ID.

(13) *Ἀφίεσθαι.* Ante hanc vocem quædam adduntur in codice Fuk. et Savil. haudquaquam spernenda : τῶν θείων δώρων τῆς μεταδόσεως ἀξιοῦσθαι, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι. Sane Christophorsonus hæc etiam in libris suis repererat, sicut ex versione ejus apparet. Et hæc quidem genuina esse Dionysii verba nolim affirmare. Egregie tamen huic

Digitized by Google

pleni ex hac vita migrarent; exiguam Eucharistiæ partem puero tradidit, jubens ut in aqua intinctam seni in os instillaret. Redit igitur puer buccellam afferens. Et cum appropinquaret, priusquam ingrederetur, recreatus iterum senex : Venisti, inquit, fili, ac presbyter quidem ipse venire non potuit. Tu vero fac citius quod imperatum est, et dimitte me. Mox puer buccellam intinxit, et in os senis infudit. Qui ea paulatim absorpta, continuo animam exhalavit. Annon igitur perspicue apparet, eum reservatum fuisse ac tantisper in vita permansisse, quoad reconciliaretur, et deleto jam crimine, pro multis quæ gesserat bonis operibus a Christo agnosci posset et prædicari?

A Εὐχαριστίας (14) ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας (15) καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων· ἐγγύς τε γενομένου, πρὶν εἰσελθεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων, Ἦκες, ἔφη, τέκνον· καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθέν, καὶ ἀπάλλαττέ με. Ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι· καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἆρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης, ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι (16) δυνηθῇ;

EPISTOLA IV. — AD CORNELIUM ROMANUM PONTIFICEM.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VI, 46.)

Scribit præterea (Dionysius) *ad Cornelium Romanæ urbis episcopum, cujus litteras adversus Noratum* (Novatianum) *scriptas acceperat. In qua quidem epistola significat, se ab Heleno Tarsi Ciliciæ*

B *Πρὸς ἅπασι τούτοις, καὶ Κορνηλίῳ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει, δεξάμενος αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ Νοουάτου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλῆσθαι ὑπό τε Ἑλένου τοῦ ἐν Ταρσῷ*

conveniunt, ut ex sequentibus apparet. Porro hic Dionysii Alexandrini locus in primis notandus est, quippe ex quo convincitur Eucharistiam olim datam fuisse pœnitentibus sine reconciliatoria manus impositione, ubi in periculum mortis incidissent. Hujusmodi communio vocabatur viaticum, canone 77 et 78 concilii Carthaginiensis IV, et canone 39 concilii I Arausicensis : qui canon refertur in libro VII *Capitularium* Caroli Magni, cap. 101. Eratque hæc communio dispensatoria, quippe quæ ob C mortis metum ante impleta pœnitentiæ tempora pœnitentibus concederetur. Itaque si postea ex morbo convaluissent, pœnitentiam implere et solemnem manus impositionem seu reconciliationem ante absidem accipere cogebantur, ut scribitur in dicto canone Arausicano : ubi hæc communio postrema *legitima* dicitur, ad discrimen prioris quæ erat tantum dispensatoria. Quare non assentior illustrissimo antistiti Gabrieli Albaspinæo, qui in libro I *Observationum*, cap. 11, negat Eucharistiam unquam datam fuisse pœnitentibus citra reconciliationem. Verum hic Dionysii locus sententiam ejus prorsus evertit. VALES.

(14) *Βραχὺ τῆς Εὐχαριστίας ἐπέδωκε τῷ παιδαρίῳ.* Quod hic dicit Dionysius, Eucharistiam datam esse puero ad infirmum deferendam, non ita mirum videri debet. Diu enim postea id factitatum est, adeo ut S. Udalricus necesse habuerit id nominatim prohibere in sermone synodali, quem edidit D Gretserus una cum Vita Gregorii VII. Sic ergo ibi legitur cap. 20 : *Infirmos visitate et eos reconciliate, et juxta Apostolum oleo sancto inungite, et propria manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo.* Et Gretserus quidem hunc sermonem sancti Udalrici esse existimavit. Ego vero nuper didici hanc esse epistolam synodicam Ratherii Veronensis episcopi ad suos presbyteros. Sic enim inscribitur in vetusto codice Laudunensi. Porro in manuscriptis Maz., Med. et Fuk., ἔδωκεν legitur, non ἐπέδωκαν. Apud Joannem Zonaram in Rebus gestis imp. Decii, ubi locus hic Dionysii ex Eusebio adducitur, scriptum est δέδωκε τῷ παιδαρίῳ. Ib.—Valesii observationem in hunc locum notat Baluzius ad Reginonem, p. 536 : « Vir clarissimus, inquit, Henricus Valesius, cum non animadverteret admonitionem istam multo antiquiorem esse ævo Ratherii episcopi Veronensis et Udalrici episcopi Augustani, ex eo loco collegit usum illum tradendi communionem laicis ac feminis ad deferendum infirmis, perseverasse in Ecclesia usque ad decimum sæculum : quam conjecturam amplexus postea est vir eruditus, qui nuper in lucem emisit *Historiam Eucharistiæ*. Falsa argumentatio. Nam si isto argumentandi genere uti liceret, pari ratione necessario colligeremus rem quam omnes scimus esse falsissimam : nimirum, eumdem usum mittendi Eucharistiam infirmis per laicos ac feminas etiamnum perseverare in Ecclesia; cum in admonitione synodali quæ per universas Occidentis Ecclesias singulis annis legitur ab episcopis in suis synodis diœcesanis, scriptum habeatur in *Pontificali Romano : Nullus præsumat tradere communionem laico ac feminæ ad deferendum infirmo.* » GALL.

(15) *Ἀποβρέξαι κελεύσας.* Rufinus vertit *infundere : quod*, inquit, *infusum jussit seni præberi.* Sic et panem benedictum solebant veteres aqua intingere, ut docet Adamannus in lib. II *De miraculis S. Columbæ*, c. 6; Beda in *Vita S. Cuthberti*, c. 31, et in carmine de ejusdem vita ; Theodorus Campidunensis in *Vita S. Magni*, cap. 22; Paulus Bernriedensis in *Vita Gregorii VII*, pag. 113. De Eucharistia vero in os ægrotantium infusa loquitur canon 76 concilii IV Carthaginensis : qui quidem canon est de infirmis qui pœnitentiam poposcerant, et postea obmutuerant, antequam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc canone, ut pœnitentia eis detur; et si continuo creduntur esse morituri, reconcilientur per manus impositionem, et infundatur ori eorum Eucharistia. Aliter in pœnitentibus. Ii enim in articulo mortis constituti Eucharistiam tantum accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex canone 77 et 78 dicti concilii. Benignius enim agendum censuerunt sancti antistites cum iis qui devotionis impulsu in infirmitate constituti pœnitentiam petierant, quam cum aliis qui publicorum criminum rei in ordine pœnitentium stabant. VALES.

(16) *Ὁμολογηθῆναι.* Langus, Wolfius et Musculus vertunt, *confiteri* : quod meo quidem judicio tolerari non potest. Christophorsonus autem interpretatur, *in numerum confessorum referri*; quod non displicet, modo intelligatur, a Christo. Alludit enim Dionysius ad illa Christi verba in Evangelio : *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum coram Patre meo.* Ib.

Digitized by Google

τῆς Κιλικίας ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ, Φιρμιλιανοῦ τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντήσοι τὴν κατὰ Ἀντιόχειαν, ἤρθα τοῦ Νοουάτου κρατύνειν τινὲς ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα. Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει (17) μηνυθῆναι αὐτὸ [Isc. αὐτῷ], Φάβιον μὲν κεκοιμῆσθαι, Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῆς καθεστάναι. Γράφει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, αὐτοῖς ῥήμασι φάσκων· Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἀλέξανδρος ἐν φρουρᾷ γενόμενος, μακαρίως ἀνεπαύσατο.

A episcopo et a cæteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Cappadociæ et Theoctisto Palæstinæ episcopis, invitatum fuisse, ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribit etiam sibi nuntiatum fuisse, quod Fabius quidem diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum episcopus Antiochenæ Ecclesiæ esset constitutus. Sed et de Hierosolymorum episcopo mentionem facit his verbis : Quod enim ad Alexandrum spectat, is in carcerem conjectus, beato exitu defunctus est.

—

EPISTOLA V. — QUÆ EST I DE BAPTISMO, AD STEPHANUM PAPAM.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VII, 5.)

Ἴσθι δὲ (18) νῦν, ἀδελφὲ (19), ὅτι ἥνωνται πᾶσαι αἱ πρότερον διεσχισμέναι κατά τε τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαι, καὶ ἔτι προσωτέρω (20)· καὶ πάντες εἰσὶν ὁμόφρονες οἱ πανταχοῦ προεστῶτες, χαίροντες καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τῇ παρὰ προσδοκίαν εἰρήνῃ γενομένῃ· Δημητριανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ· Θεόκτιστος ἐν Καισαρείᾳ· Μαζαβάνης ἐν Αἰλίᾳ (21)· Μαρῖνος ἐν Τύρῳ κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου (22)· Ἡλιόδωρος ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου Θηλυμίδρου· Ἕλενος ἐν Ταρσῷ, καὶ πᾶσαι αἱ τῆς Κιλικίας Ἐκκλησίαι· Φιρμιλιανὸς, καὶ πᾶσα Καππαδοκία. Τοὺς γὰρ περιφανεστέρους μόνους

B Scias autem, frater, cunctas per Orientem et ulterius positas Ecclesias quæ prius erant discissæ, nunc tandem ad unitatem reversas esse : et omnes Ecclesiarum ubicunque antistites unum idemque sentire, et ob redditam insperato pacem incredibili gaudio exsultare : Demetrianum scilicet episcopum Antiochiæ, Theoctistum Cæsareæ, Æliæ post mortem Alexandri Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ vero post Thelymidris obitum Heliodorum ; Helenum Tarsi, cunctasque Ciliciæ Ecclesias ; Firmilianum denique cum universa Cappadocia. Solos

(17) *Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει.* In eadem scilicet epistola, non in altera, ut putavit Christophorsonus. Vales.

(18) *Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφέ.* Eusebius lib. VII, c. 2 : « Ad Stephanum, inquit, Dionysius primam earum quæ *de Baptismo* conscriptæ sunt, epistolam exaravit. » *Primam* autem vocat Eusebius, quia idem Dionysius alias quatuor deinceps tum ad Xystum, tum ad Dionysium Stephani successores, necnon ad Philemonem, pariter de baptismo hæreticorum, conscripsit, infra relatas. » Gall.

(19) *Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφέ.* Ex hac epistola Dionysii ad Stephanum papam, Baronius ad annum Christi 259 colligit orientales episcopos tandem errore deposito sententiam Stephani de hæreticis non rebaptizandis amplexos esse. Baronium secutus est Filesacus in notis ad Vincentii *Commonitorium*. Sed qui Dionysii epistolam attente legerit, longe aliter rem se habere intelliget. Nam epistola illa Dionysii duo capita continebat. Primum, an rebaptizandi essent hæretici : secundum de concordia Ecclesiarum Orientis, quæ Novatiani hæresim damnaverant, et lapsos recipiendos esse statuerant. Huic igitur sententiæ Demetrianum episcopum Antiochiæ quæ caput erat Orientis, et reliquos subscripsisse nuntiat Dionysius : quod quidem Stephano gratissimum fore sciebat, cum Fabius decessor Demetriani in Novatiani sententiam pronior fuisset, et congregato ex Cilicia, Cappadocia, Palæstina et Ægypto episcoporum concilio, eam stabilire conatus fuisset, ut scribit Dionysius apud Eusebium in fine libri VI. Vales.

(20) *Καὶ ἔτι προσωτέρω.* Hæc verba non habentur in codice Fulk. et Saviliano. Sed nec Christophorsonus in libris suis ea reperit, ut ex versione ejus apparet. Leguntur tamen apud Syncellum ac Nicephorum, et in nostris codd. Regio, Mazarino ac Medicæo. Et Langus quidem ac Musculus ita verterunt : *Scito nunc, frater, Orientales atque etiam ulteriores Ecclesias*, etc. Recte meo quidem judicio.

C Sic Eusebius in lib. III *De vita Constantini*, c. 7 : Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων θ' οἱ ἔτι προσωτάτω. Ita enim scribitur locus ille in codice Regio et in schedis et apud Socratem. Per ulteriores Ecclesias, intelligo Ecclesias Osdroenæ et Mesopotamiæ. Oriens enim proprie dicebatur Syria, cujus caput erat Antiochia. Regebatque hanc provinciam tunc temporis præses Orientis, ut docet Vopiscus, in *Aureliano*, agens de ejus adoptione. Possunt tamen hæc verba etiam aliter intelligi, ut verba sint Eusebii, ex epistola Dionysii carptim quædam capita referentis. Certe in codice Mazarino ac Medicæo hæc verba duobus punctis inclusa sunt. Et in exemplari quidem Medicæo apposita est media distinctio, sive mora : in Mazarino vero distinctio. Verto igitur : *Et paulo post.* Atque hæc posterior interpretatio verior nunc mihi videtur ac certior. Id.

(21) *Ἐν Αἰλίᾳ.* Ælia vocabatur ætate Dionysii, quæ postea dicta est Hierosolyma. Constantini quidem temporibus adhuc Ælia vocabatur. Sic in *Tabula Peutingerorum* et in *Itinerario Antonini*, quod post imperium Constantini scriptum est, memoratur. Sed et in concilio Nicæno, canone 7, Ælia dicitur. Itaque verissimum puto nomen Hierosolymorum huic urbi inditum fuisse per ambitionem episcoporum illius loci, qui Jacobi Justi successores haberi volebant. Hinc est, quod Rufinus ex more sæculi sui, pro Æliæ nomine hic substituit Hierosolyma : et Eusebius Narcissum, Alexandrum et cæteros, semper Hierosolymorum episcopos appellat. Interdum tamen licet rarius, Æliam nominat, verbi gratia in libro *De martyribus Palæstinæ*, capite 11. Id.

(22) *Κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου.* Hæc verba transposita sunt, et post voces illas, ἐν Αἰλίᾳ, collocari debent. Nam Mazabanes Alexandro Æliæ episcopo successerat, ut docet Dionysius in epistola ad Cornelium. Vidit hoc etiam Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet. Id.

Digitized by Google

enim illustriores episcopos nominavi, ne forte epistola nostra prolixior et oratio molestior redderetur. Syriarum quidem provinciæ omnes cum Arabia, quibus identidem necessaria suppeditatis, et quibus litteras nunc scripsistis; Mesopotamia quoque, Pontus ac Bithynia; ac ut uno verbo absolvam, omnes ubique terrarum lætitia gestiunt, Deoque gratias agunt ob hanc concordiam fraternamque charitatem.

A τῶν ἐπισκόπων ὠνόμασα, ἵνα μήτε μῆκος τῇ ἐπιστολῇ, μήτε βάρος προσάψω τῷ λόγῳ. Αἱ μέντοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία, οἷς ἐπαρκεῖτε ἐκάστοτε (23), καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε· ἥ τε Μεσοποταμία, Πόντος τε καὶ Βιθυνία· καὶ συνελόντι εἰπεῖν, ἀγαλλιῶνται πάντες πανταχοῦ τῇ ὁμονοίᾳ καὶ φιλαδελφίᾳ, δοξάζοντες τὸν Θεόν.

EPISTOLA VI. — QUÆ EST II DE BAPTISMO, AD XYSTUM II PAPAM.

(*Vide Patrologiæ Latinæ t.* V, *col.* 89, *in Sixto II papa.*

EPISTOLA VII. — QUÆ EST III DE BAPTISMO, AD PHILEMONEM XYSTI PRESBYTERUM.

(*Vide ibid.*, col. 91.)

EPISTOLA VIII. — QUÆ EST IV DE BAPTISMO, AD DIONYSIUM TUM XYSTI PRESBYTERUM, AC POSTEA EJUS SUCCESSOREM.

(*Vide ibid.*, col. 93.)

EPISTOLA IX. — QUÆ EST V DE BAPTISMO, AD XYSTUM II PAPAM.

(*Vide ibid.*, col. 95.)

EPISTOLA X. — ADVERSUS GERMANUM EPISCOPUM.

(Eusebius *Hist. eccles.* VI, 40; VII, 11.)

I. Ego vero coram Deo loquor, et ipse scit me nequaquam mentiri : nunquam mea sponte, nec sine Dei nutu fugam inii. Sed et prius, cum persecutionis edictum sub Decio propositum fuisset, Sabinus Frumentarium, qui me requireret, eodem temporis momento misit. Atque ego quidem quatriduo

B Α'. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι· οὐδεμίαν ἐπ' ἐμαυτοῦ (24) βαλλόμενος, οὐδὲ ἀθεεὶ πεποίημαι τὴν φυγήν· ἀλλὰ καὶ πρότερον (25) τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας Φρουμεντάριον (26) ἐπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. Κἀγὼ μὲν τεσσάρων

(23) *Οἷς ἐπαρκεῖτε ἐκάστοτε.* Hunc locum non intellexerunt Langus, Musculus et Christophorsonus. Solebat olim Ecclesia Romana aliarum Ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevare, et captivis fratribus vel in metallum datis pecunias ac vestem conferre, ut testatur Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem papam, cujus verba retulit Eusebius in lib. IV. Idque laudabile institutum Ecclesiæ Romanæ sua adhuc ætate perseverasse ibidem scribit Eusebius. In eam rem flebant collectæ in Ecclesia Romana, de quibus Leo papa loquitur in Sermonibus. Ἐπαρκεῖν proprie est C sumptus ac viaticum subministrare, vel stipem conferre. Ita Clemens Alexandrinus in primo *Stromateo* haud procul ab initio (pag. 321), ἀπορίᾳ γὰρ ἐπαρκεῖν, (οὐ) δίκαιον· ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν, οὐ καλόν. Idem in libro IV *Stromatei* (pag. 580), de stipe seu eleemosyna hoc verbum usurpat, cum ait : Ἐνίοτε γὰρ βουλόμεθα δι' ἀργυρίου δόσεως, ἢ διὰ σωματικῆς σπουδῆς ἔλεον ποιῆσαι, ὡς δεομένῳ ἐπαρκέσαι, ἢ νοσοῦντι ὑπουργῆσαι, ἢ ἐν περιστάσει γενομένῳ παραστῆναι· καὶ οὐχ οἷοί τε ἐσμὲν, ἤτοι διὰ πενίαν, ἢ νόσον, ἢ γῆρας. Id est : *Interdum enim optamus quidem misericordiæ opera præstare, tam pecunia quam corporis ministerio : exempli gratia, petenti stipem dare, aut ægrotanti ministrare, aut adjuvare periclitantem. Sed optata perficere non possumus, seu ob egestatem, sive ob morbum, sive ob senectutem.* Eodem sensu Chrysostomus homilia 67 in Matthæum hanc vocem usurpat : Ἑνὸς τῶν ἐσχάτων καὶ οὐ σφόδρα πλουτούντων πρόσοδον ἡ Ἐκκλησία ἔχουσα, D ἐννόησον ὅσαις ἐπαρκεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χήραις, ὅσαις παρθένοις. Sic et Palladius in dialogo *De vita Chrysostomi*, ubi de Ammonio et monachis Ægyptiis loquitur. Vales.

(24) *Ἐπ' ἐμαυτοῦ.* In codice Fuk. et in *Chronico* Georgii Syncelli, ubi hæc Dionysii epistola refertur, legitur ἐπ' ἐμαυτῷ βαλλόμενος. In codice autem Maz. et Med. scriptum inveni, ἐπ' ἐμαυτὸν βαλλόμενος. Sic Herodotus dixit, βαλλόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ πέπρηχε, id est, *seipsum in consilium adhibens, sua sponte et proprio motu fecit.* Pene omiseram monere, initium hujus epistolæ in codice Medicæo ita legi, Ἐγὼ δὲ ἐνώπιον, etc., quod quidem rectius mihi videtur. Musculus verba illa, καὶ ἐνώπιον usque ad οὐδεμίαν, parenthesi includit. Sed nihil necesse est, quippe cum ante οὐδεμίαν ponenda sit distinctio, ut habent omnes mss. codices. Scribendum etiam est οὐδὲ μίαν ex mss. codicibus Maz., Med. et Fuk. Ib.

(25) *Ἀλλὰ καὶ πρότερον.* Pessime hæc vertit Christophorsonus, qui πρότερον τοῦ διωγμοῦ dici putavit, quod tamen Græci sermonis proprietas non admittit. Sed et sequentia Dionysii verba hujusmodi sensum prorsus respuunt. Sequitur enim αὐτῆς ὥρας, id est eodem tempore, quo edictum persecutionis erat propositum : διωγμός enim a Dionysio hic sumitur pro edicto persecutionis. Ib.

(26) *Φρουμεντάριον.* Frumentarii milites erant, qui ad investigandos reos et ad colligendos rumores, per provincias mittebantur : quos tandem Constantinus abolevit, ut scribit Aurelius Victor. Ili etiam judicibus, seu rectoribus provinciarum inserviebant. Ita Frumentarius ille, cujus hoc loco meminit Dionysius, deputatus erat ad obsequium Sabini præfecti Augustalis. Ib.

Digitized by Google

ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν τοῦ Φρουμενταρίου προσδοκῶν· ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν, τὰς ὁδοὺς, τοὺς ποταμοὺς, τοὺς ἀγροὺς, ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. Ἀορασίᾳ δὲ εἴχετο, μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἴκοι με διωκόμενον μένειν (27). Καὶ μόλις μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν κελεύσαντος μοι μεταστῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδόξως ὁδοποιήσαντος, ἐγώ τε καὶ οἱ παῖδες (28) καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν, ἅμα συνεξήλθομεν· καὶ ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἔργον ἐκεῖνο γέγονε, τὰ ἑξῆς ἐδήλωσεν· ἐν οἷς τάχα τισὶ γεγόναμεν χρήσιμοι.

A domi mansi, adventum exspectans Frumentarii. Ille vero omnia circumeundo perscrutabatur : vias, fluvios, agros, ubi me occultari aut qua transiturum esse suspicabatur. Verum caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi consistere, grassante adversus me persecutione. Vixque post diem quartum, cum Deus mihi ut alio migrarem præcepisset, ac præter opinionem omnium viam aperuisset; ego et famuli, multique ex fratribus simul egressi sumus. Atque id divinæ providentiæ opus fuisse, rerum eventus postea declaravit : siquidem nonnullis fortasse haudquaquam inutiles fuimus.

Β'. *Εἶτα, τινὰ μεταξὺ εἰπὼν, τὰ μετὰ τὴν φυγὴν αὐτῷ συμβεβηκότα δηλοῖ, ταῦτα ἐπιφέρων·* Ἐγὼ μὲν γὰρ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἅμα τοῖς σὺν ἐμοὶ γενόμενος ὑπὸ τοῖς στρατιώταις, εἰς Ταπόσιριν ἤχθην· ὁ δὲ Τιμόθεος κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἔτυχε μὴ παρὼν, μηδὲ καταληφθείς· ἐλθὼν δὲ ὕστερον, εὗρε τὸν οἶκον ἔρημον· καὶ φρουροῦντας αὐτὸν ὑπηρέτας· ἡμᾶς δὲ ἐξηνδραποδισμένους.

II. *Deinde paucis interpositis, ea quæ ipsi post fugam contigerunt, subjungit his verbis :* Ego quidem circa solis occasum una cum comitibus meis a militibus comprehensus, Taposirim perductus sum. Timotheus vero, Deo ita disponente, tum quidem non adfuit, nec comprehensus est. Sed cum postea advenisset, domum vacuam reperit, et satellites qui eam custodiebant : nos vero in servitutem abductos.

Γ'. *Καὶ μεθ' ἕτερα φησί·* Καὶ τίς ὁ τῆς θαυμασίας οἰκονομίας αὐτοῦ τρόπος; Τὰ γὰρ ἀληθῆ λεχθήσεται· ἀπήντα τις τῶν χωριτῶν (29) ὑποφεύγοντι τῷ Τιμοθέῳ καὶ τεταραγμένῳ· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπείξεως ἐπύθετο. Ὁ δὲ τἀληθὲς ἐξεῖπε. Κἀκεῖνος ἀκούσας (ἀπῆει δὲ εὐωχησόμενος γάμους· διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτοῖς ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις ἔθος), εἰσελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς κατακειμένοις. Οἱ ὁρμῇ μίᾳ καθάπερ ἀπὸ συνθήματος (30) πάντες ἐξανέστησαν· καὶ δρόμῳ φερόμενοι τάχιστα ἦκον· ἐπισπεύδοντές τε ἡμῖν, ἠλάλαξαν. Καὶ φυγῆς εὐθέως τῶν φρουρούντων ἡμᾶς στρατιωτῶν γενομένης, ἐπέστησαν ἡμῖν ὡς εἴχομεν ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων (31) κατακείμενοι· κἀγὼ μὲν (οἶδεν ὁ Θεὸς) ὡς λῃστὰς εἶναι πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἥμην γυμνὸς, ἐν τῷ λινῷ (*sic*) ἐσθήματι, τὴν δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὥρεγον. Οἱ δὲ ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι. Καὶ τότε συνεὶς ἐφ' ᾧ παρῆσαν, ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν καὶ ἱκετεύων ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾷν· εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι, τοὺς ἀπάγοντάς

III. *Et aliquanto post :* Quisnam vero, inquit, divinæ illius dispositionis ordo ac modus fuit? Dicam enim quæ vera sunt. Aufugienti et perturbato Timotheo agrestis quidam occurrens, causam festinationis percontatur. Ille rem, ut erat, exposuit. Rusticus re audita (pergebat tunc forte ad nuptiale convivium : solent enim in hujusmodi conviviis totam noctem pervigilare) ingressus rem discumbentibus narrat. Qui confestim quasi signo dato, omnes uno impetu consurrexerunt : et concito cursu in nos irruentes, clamorem ediderunt. Continuo satellitibus, qui nos custodiebant, in fugam versis supervenientes, nos, ut eramus nudis in grabatis jacentes deprehenderunt. At primo quidem aspectu (Deum testor) latrones esse existimans qui spoliandi ac diripiendi causa venissent, manens in lectulo meo nudus, sola opertus linea tunica, reliquam vestem quæ juxta me posita erat, eis porrexi. At illi consurgere me et quam celerrime proficisci jusserunt. Tunc demum intelligens, cujus rei gratia venissent, vociferari cœpi : rogans atque obtestans ut abirent, nosque illic dimitterent. Quod si

(27) *Διωκόμενον μένειν.* In codice Maz., Med. et Fuk. legitur διωκόμενον ἔχειν, et paulo ante οὐ γὰρ ἐπίστευσεν. Vales.

(28) *Καὶ οἱ παῖδες.* Musculus et Christophorsonus verterunt *liberi*, quod non probo. Id.

(29) *Ἀπήντετό τις τῶν χωριτῶν.* In codice Med., Maz. Fuk. et Savil. scribitur ἀπήντα· apud Georgium. Syncellum ἀπηντᾶτο, quod magis placet. Nam ἀπήντετο nimis poeticum est. Χωρίτας *indigenas* vertit Christophorsonus; interpres Syncelli *incolas;* neuter bene. Sunt enim rustici homines. Sic in conciliis Græcis, οἱ τῶν χωρῶν πρεσβύτεροι, *presbyteri pagorum* dicuntur. Pro τῶν χωριτῶν nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent τῶν χωρικῶν. Sic Alexandrini vocabant rusticos, ut legitur in libello Sophronii adversus Dioscorum, qui oblatus est synodo Chalcedonensi : μετὰ φάλαγγος λῃστρικῆς χωρικῶν τε, καὶ ἑτέρων τινῶν. Et Theophanes in *Chronico*, pag. 139, de Dioscori junioris electione loquens, ἀνεχώρησαν τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν, ubi Anastasius Bibliothecarius recte vertit *rusticorum multitudinem.* Id.

(30) *Ὑπὸ συνθήματι.* In codice Med. et Maz. scribitur ἀπὸ συνθήματος rectius. Nec aliter codex Fuk. et Savil.

(31) *Ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων.* Scimpodia vocabantur humiles lecti, quales hodieque in aulis habemus sedendi duntaxat causa. Libanius in oratione de vita sua pag. 47 : Οἶκοι τε ἐπὶ τῆς κλίνης, ἐπὶ δὲ τοῦ σκίμποδος ἐν τῷ διδασκαλείῳ· et Themistius oratione 9; ex quibus apparet ejusmodi lectos ægrorum causa fere comparatos fuisse. Ἀστρώτων vero *nudum* verti, secutus Martialem qui in *Apophoretis* ita de Lodicibus loquitur :

Nudo stramina ne toro paterent,
Junctæ nos tibi venimus sorores. Id.

Digitized by Google

de nobis bene mereri vellent, orabam ut eos qui A me abducebant satellites prævenirent, ipsique caput mihi demerent. Hæc me vociferantem, ut norunt ii qui mihi consortes et principes ærumnarum omnium fuere, invitum surgere coegerunt. Ac me quidem ipse humi supinum abjeci. Illi vero pedibus manibusque comprehendentes me trahere atque educere cœperunt. Sequebantur me Caius et Faustus, Petrus ac Paulus; qui horum omnium testes fuere; qui me suscipientes, ex oppidulo exportarunt, ac deinde nudo impositum asino abduxerunt.

με φθάσαι, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοὺς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. Καὶ τοιαῦτα βοῶντος, ὡς ἴσασιν κοινωνοί μου καὶ μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίστασαν πρὸς βίαν. Κἀγὼ μὲν παρῆκα ἐμαυτὸν ὕπτιον εἰς τοὔδαφος. Οἱ δὲ διαλαβόντες χειρῶν καὶ ποδῶν, σύροντές ἐξήγαγον. Ἐπηκολούθουν δέ μοι οἱ τούτων πάντων γενόμενοι μάρτυρες· Γάϊος, Φαῦστος, Πέτρος, Παῦλος· οἱ καὶ ὑπολαβόντες (32) με φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου· καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον.

IV. Equidem vereor ne in dementiam ac stuporem lapsus esse videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac dispensationem. Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait Scriptura [46], laudandum est, Dei autem opera B prædicare gloriosum; adversus Germani impetum cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero, et Fausto, Eusebio ac Chæremone diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis qui tum aderant nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte : Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id quod primum ac præcipuum est recurrenti. Quippe haudquaquam curabat, ne alios congregarem; sed id agebat, ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat, ratus scilicet, si ego ab eo cultu descivissem, cæteros exemplum meum secuturos. Respondi non improbabiliter, nec longe arcessita responsione : *Obedire oportet Deo magis* C *quam hominibus* [47]. Sed palam et aperte contestatus sum, me illum qui solus est Deus, neque alium ullum præter hunc adorare; nec a proposito discessurum me esse, nec commissurum unquam ut Christianus esse desinerem. Posthæc abire nos jussit in vicum quemdam solitudini proximum, cui nomen est Cephro.

Δ'. Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω (33) πολλὴν καὶ ἀναισθησίαν ὄντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμβιβαζόμενος τοῦ διηγεῖσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐπειδὴ μυστήριον, φησὶ, βασιλέως κρύψαι καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀναB καλύπτειν ἔνδοξον, ὁμόσε χωρήσω τῇ Γερμανοῦ βίᾳ. Ἦκον πρὸς Αἰμιλιανὸν οὐ μόνος, ἠκολούθησαν δέ μοι συμπρεσβύτερός τέ μου Μάξιμος, καὶ διάκονοι, Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος καὶ Χαιρήμων. Καί τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἶπέ μοι προηγουμένως· Μὴ σύναγε. Περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ, καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ δ' αὐτοὺς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς· καὶ τούτου προσέταττε πεπαῦσθαι· εἰ μεταβαλοίμην ἔγωγε, καὶ τοὺς ἄλλους ἕψεσθαί μοι νομίζων. Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικότως (34), οὐδὲ μακράν· *Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ* C *μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις*· ἀλλ' ἀντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων, οὐδ' ἂν μετατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὤν. Ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ.

V. Sed verba ipsa quæ ab utroque nostrum dicta sunt, sicut Actis publicis inserta leguntur, accipite.

Ε'. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη (35). Εἰσαχθέντων Διο-

[46] Tob. XII, 7. [47] Act. V, 29.

(32) *Οἱ καὶ ὑπολαβόντες*. Hæc verba referenda esse existimo ad Caium et Faustum et reliquos presbyteros, qui Dionysium ex oppido Taposiri exportarunt; non autem ad rusticos illos et temulentos convivas, ut retulit Christophorsonus : φοράδην vero, id est *in sella*. Porro quid factum sit Dionysio, postquam rustici illi fugatis militibus eum Taposiri excedere compulerunt, ipse quidem hic non dicit. Sed in epistola ad Domitium et Didymum, quæ refertur in libro VII, cap. 11 (superius recitata), ait, se una cum Caio et Petro solis, sejunctum a reliquis fratribus, in quodam Libyæ loco deserto atque aridо conclusum fuisse. Permansit autem in hoc exsilio Dionysius usque ad obitum Decii imp. et ex eo loco litteras scripsit ad Domitium ac Didymum. VALES.

(33) *Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω*. Eadem excusatione utitur Paulus apostolus in Epistola II ad Corinthios, cap. XI, cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Pauli locum alludit Dionysius. ID. — Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola, seu potius libro Dionysii adversus Germanum episcopum, recitat Eusebius lib. VII, cap. 11, jungendumque est cum altero ejusdem libri fragmento, quod exstat lib. VI, cap. 40. VALES. — Quæ quidem utraque hic habes conjuncta. GALL.

(34) *Οὐκ ἀπεικότως*. Malim scribere οὐκ ἀπεικότως. Mox verba illa, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, delenda esse mihi videntur : leguntur quidem hæc verba in cap. V Actuum apostolorum, sed nihil facient ad hunc locum; nisi malis legere, ut est in codice Regio, ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεικότως, οὐδὲ μακράν τοῦ, πειθαρχεῖν, etc. Id est, *responsum dedi, quod non longe abest ab illo apostolico*. VAL.

(35) *Ὡς ὑπεμνηματίσθη*. Male Christophorsonus hunc locum ita vertit, *sicut a quibusdam in commentarios relata sunt*. Ὑπομνήματα Græci vocant, quæ Latini *Acta*, ut observavimus ad librum I *Hist. eccl.* Eusebii, ubi de Actis Pilati. Qui hæc Acta conficiebant, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos *ab Actis* vocabant, ut legitur in *Notitia imperii Romani*. Hypomnematographi urbis Alexandrinæ mentio fit in lege ultima codicis Theodosiani, de decurionibus. Ejus officium describit Philo in Flaccum, ubi de Lampone quodam loquens,

Digitized by Google

νυσίου (36), καὶ Φαύστου, καὶ Μαξίμου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Χαιρήμονος, Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· Καὶ ἀγράφως ὑμῖν διελέχθην περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ἢ περὶ ὑμᾶς κέχρηνται. Δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας, εἰ βούλοισθε (37) ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι, καὶ θεοὺς τοὺς σώζοντας αὐτῶν τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ φύσιν. Τί οὖν φατε πρὸς ταῦτα; Οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Οὐ πάντες πάντας προσκυνοῦσι θεούς· ἀλλ' ἕκαστοι τινάς, οὓς νομίζουσιν· ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιήνῳ σεβαστοῖς· τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν· καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· Τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; Θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε· καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπεν· Ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς πραότητος τῶν σεβαστῶν (38) ἡμῶν· διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ· ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης, καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρώ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια (39) εἰσιέναι. Εἰ δέ τις φανείη μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐν συναγωγῇ τινι εὑρεθείη, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει. Οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα ἐπιστρέφεια. Ἀπόστητε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε. Καὶ νοσοῦντα δέ με κατήπειξεν, οὐδὲ μιᾶς ὑπέρθεσιν δοὺς ἡμέρας. Ποίαν οὖν ἔτι (40) τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν;

Ϛ'. *Εἶτα, μεθ' ἕτερα, φησίν·* Ἀλλ' οὐδὲ τῆς αἰσθη-

A Inducto Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello et Chæremone, Æmilianus præfectus dixit : Non solum scripto, sed etiam viva voce vobiscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestræ retinendæ, dummodo ad id quod naturæ consentaneum est ferri, deosque imperii illorum custodes, adorare et eorum quæ naturæ ipsi repugnant oblivisci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam; quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionysius respondit : Non omnes ab omnibus coluntur dii : sed eos singuli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano et B Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile et inconcussum permaneat. Æmilianus præfectus iterum dixit : Quis vero vos prohibet, quominus et hunc, siquidem Deus est, cum iis qui natura dii sunt, adoretis? Deos enim colere jussi estis, eosque quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit : Nos nullum alium adoramus. Æmilianus præfectus dixit : Video vos ingratos esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime sentiatis. Quamobrem non manebitis in hac urbe, sed mittemini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum jussu Augustorum nostrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis nec quibuscunque aliis C conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod si quis ad eum quem jussi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus; is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur quo jussi estis. Statimque me tametsi ægrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere, aut non agere vacuum mihi deinceps fuit?

VI. *Paucis deinde interjectis, addit :* Sed neque

qui erat hypomnematographus præfectorum Ægypti : Προσεστὼς γὰρ ἡγεμόσιν ὁπότε ὑπεμνηματίζετο, τὰς δίκας εἰσάγων ὡς ἔχων τάξιν, εἶτα τὰ μὲν ἀπῆλειφεν, ἢ παρήει ἐκών· τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσενέταττεν. Hoc hypomnematographi officium gessit olim Alexandriæ Lucianus, ut ipse testatur in *Apologia pro iis qui salarium accipiunt*, his verbis : Ἐγὼ γ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγχεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπάξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, etc. Addit etiam Lucianus, hypomnematographum salarium amplissimum e fisco habuisse, et peracto recte officio provinciam regendam accepisse. VALES.

(36) *Εἰσαχθέντων Διονυσίου.* Hæc erat formula Actorum publicorum, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. XXII, his verbis : *Et Acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium : Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Ad quem locum vide quæ olim notavimus. ID.

(37) *Εἰ βούλοισθε.* In tribus exemplaribus Maz., Med. et Fuk. legitur εἰ βούλεσθε. ID.

(38) *Πραότητος τῶν σεβαστῶν.* Codex Med. et Maz. addunt ἡμῶν, quibus consentit codex Fuk. ID.

D (39) *Κοιμητήρια.* Latini *areas* vocabant : ita Tertullianus in libro *ad Scapulam*. Et in Gestis purgationis Cæciliani : *Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi*. Et in Gestis purgationis Felicis : *Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis.* ID.

(40) *Ποίαν οὖν ἔτι.* Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga saluti suæ prospexisset. Quoties enim ingruebat persecutio, solebant prius episcopi populum congregare, ut eum ad retinendam Christi fidem exhortarentur. Deinde infantes et catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent; et Eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset, quandiu duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cujusdam Thessalonicensis episcopi temporibus Justini : quod refertur in suggestione Germani, Felicis et Dioscori, missa ad Hormisdam papam anno Christi 519. ID.

Digitized by Google

a corporali conventu, Domino juvante, abfuimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adessem, majore studio congregavi in ecclesiam; absens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præsens. Apud Cephro vero nobiscum magna fidelium adfuit multitudo; partim eorum qui ab urbe nos secuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis patefecit Deus ad prædicationem verbi sui. Et initio quidem persecutionem passi, et lapidibus impetiti sumus. Postmodum vero non pauci ex gentilibus, relictis simulacris, ad Deum conversi sunt. Tunc enim primum apud illos verbi divini per nos sparsa sunt semina, cum illud antea non suscepissent. Ac prorsus quasi Deus ejus rei causa nos ad illos perduxisset, postquam illud ministerium implevimus, iterum nos alio transtulit. Etenim Æmilianus in asperiora quædam loca, et ut credebat magis Libyca, nos transportare constituit. Et cunctis undecunque ad Mareoticam præfecturam confluere jussis, vicos per regionem illam dispersos singulis assignavit : nos vero magis ad viam publicam, ut primi comprehenderemur, collocavit. Id enim præcipue agebat ac moliebatur, ut quandocunque voluisset, omnes nullo negotio capi possemus.

A τῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ Κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συντρόφους ὡς συνόν· ἀπὼν μὲν τῷ σώματι ὡς εἶπον (41), παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφροῖ, καὶ πολλὴ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία· τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀδελφῶν ἑπομένων, τῶν δὲ συνιόντων ἀπ' Αἰγύπτου. Κἀκεῖ θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνέῳξε τοῦ λόγου. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν, ἐλιθοβολήθημεν· ὕστερον δέ τινες ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἴδωλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. Οὐ πρότερον γὰρ παραδεξαμένοις αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι' ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη. Καὶ ὥσπερ τούτου ἕνεκεν ἀπαγαγὼν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγήοχεν. Ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς εἰς τραχυτέρους μὲν, ὡς ἐδόκει, καὶ B λιβυκωτέρους ἡμᾶς μεταστῆσαι τόπους ἐβουλήθη· καὶ τοὺς πανταχόσε εἰς τὸν Μαρεώτην ἐκέλευσε συρρεῖν, κώμας ἑκάστοις τῶν κατὰ χώραν ἀφορίσας· ἡμᾶς δὲ μᾶλλον ἐν ὁδῷ, καὶ πρώτους καταληφθησομένους ἔταξεν· ᾠκονόμει γὰρ δηλονότι, καὶ παρεσκεύαζεν, ἵνα ὁπόταν βουληθείη συλλαβεῖν, πάντας εὐαλώτους ἔχοι.

VII. Ego vero cum Cephro primum abire jussus sum, tametsi ubinam locus ille situs esset, ignorabam, quippe qui vix nomen illius antea audivissem; nihilominus alacri constantique animo perrexi. Posteaquam vero mihi renuntiatum est ut ad Colluthionis regionem migrarem, norunt ii qui tum præsentes aderant, quomodo affectus animo fuerim. Hic enim memetipse accusabo : principio quidem ægre admodum ac moleste tuli. Etsi enim regio illa notior nobis magisque familiaris erat quam Cephro, tamen fratribus ac probis viris vacuus esse locus dicebatur, et viatorum turbis latronumque incursionibus obnoxius. Sed multum mihi consolationis attulit, quod fratres me admonuerunt locum illum a civitate propius abesse. Itaque quamvis Cephro maximam nobis multitudinem fratrum ex Ægypto confluentium adduxisset, adeo ut laxius jam conventus agere possemus : illic tamen, ob vicinitatem urbis, charissimorum et conjunctissimorum hominum aspectu crebrius nos aiebant esse fruituros. Eos quippe accessuros ibique commoraturos : et tanquam in suburbanis remotioribus, particulares illic conventus futuros. Idque ita contigit.

Ζ'. Ἐγὼ δὲ ὅτε μὲν εἰς Κεφρὼν ἐκεκελεύσμην ἀπελθεῖν, καὶ τὸν τόπον ἠγνόουν ὅποι ποτὲ οὗτός ἐστιν, οὐδὲ τὸ ὄνομα σχεδὸν πρότερον ἀκηκοώς· καὶ ὅμως εὐθύμως, καὶ ἀταράχως ἀπῆειν. Ἐπεὶ δὲ μετασκηνώσειν εἰς τὰ Κολλουθίωνος (42) ἀπηγγέλη μοι, ἴσασιν οἱ παρόντες ὅπως διετέθην· ἐνταῦθα γὰρ ἐμαυτοῦ C κατηγορήσω. Τὸ μὲν πρῶτον ἠχθέσθην καὶ λίαν ἐχαλέπηνα· καὶ γὰρ εἰ γνωριμώτεροι καὶ συνηθέστεροι ἐτύγχανον ἡμῖν οἱ τόποι, ἀλλ' ἔρημον μὲν ἀδελφῶν, καὶ σπουδαίων ἀνθρώπων ἔφασκον εἶναι τὸ χωρίον· ταῖς δὲ τῶν ὁδοιπορούντων ἐνοχλήσεσι, καὶ λῃστῶν καταδρομαῖς ἐγκείμενον (43). Ἔτυχον δὲ παραθυμίας, ὑπομνησάντων με τῶν ἀδελφῶν, ὅτι γειτνιᾷ μᾶλλον τῇ πόλει. Καὶ ἡ μὲν Κεφρὼν πολλὴν ἡμῖν ἦγεν ἀδελφῶν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τὴν ἐπιμιξίαν, ὡς πλατύτερον ἐκκλησιάζειν δύνασθαι· ἐκεῖ δὲ πλησιαίτερον οὖσης τῆς πόλεως, συνεχέστερον τῆς τῶν ὄντως ἀγαπητῶν καὶ οἰκειοτάτων καὶ φιλτάτων ὄψεως ἀπολαύσομεν. Ἀφίξονται γὰρ καὶ ἀναπαύσονται· καὶ ὡς ἐν προαστείοις πορρωτέρω κειμένοις, D κατὰ μέρος ἔσονται συναγωγαί (44). Καὶ οὕτως ἐγένετο.

(41) *Ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἶπον.* Rectius in codice Maz. et Med. scribitur ὡς εἰπεῖν. In Fuk. et Savil. scriptum inveni, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Certe alludit Dionysius ad locum Apostoli in priore ad Corinthios, cap. v. VALES.

(42) *Τὰ Κολλουθίωνος.* Supplendum videtur μέρη. Sic supra dixit Dionysius, τὰ μέρη τῆς Λιβύης. Erat autem hic locus in Mareotica præfectura. Sic etiam τὰ Βουκόλου tractus quidam Ægypti dicebatur, a nomine scilicet dominorum, qui ea loca olim possederant. Apud Nicephorum Κολούθιον hic locus dicitur cum simplici lambda : quam scripturam rectiorem puto. Nam Κολλουθίων nomen est deflexum a Colutho, quod nomen fuit frequens apud Ægyptios. Certe ita dictus est poeta quidem celebris temporibus Anastasii, oriundus ex Thebaide, ut testatur Suidas. Fuit et alter Coluthus schismaticus in Ægypto temporibus magni Athanasii, cujus crebra fit mentio in *Apologia*. Eum Acoluthum vocat Gregorius Nyssenus in lib. II, *Contra Eunomium*. ID.

(43) *Καταδρομαῖς ἐγκείμενον.* Scribendum puto ἐκκείμενον. ID.

(44) *Κατὰ μέρος συναγωγαί.* Quoties suburbia paulo remotiora erant ab urbe, ii qui in *suburbiis* illis manebant, non cogebantur ad majoris ecclesiæ conventus accedere : sed in eo suburbio particulares

Digitized by Google

Η'. Καὶ μεθ' ἕτερα, περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ αὖθις ταῦτα γράφει· Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις (45) Γερμανὸς σεμνύνεται· πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα, ὅσας ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν ἀποφάσεις, δημεύσεις, προγραφάς, ὑπαρχόντων ἁρπαγάς, ἀξιωμάτων ἀποθέσεις (46), δόξης κοσμικῆς ὀλιγωρίας, ἐπαίνων ἡγεμονικῶν καὶ βουλευτικῶν (47) καταφρονήσεις· καὶ τῶν ἐναντίων ἀπειλῶν, καὶ καταβοήσεων καὶ κινδύνων, καὶ διωγμῶν καὶ πλάνης καὶ στενοχωρίας, καὶ ποικίλης θλίψεως ὑπομονήν, οἷα τὰ ἐπὶ Δεχίου καὶ Σαβίνου (48) συμβάντα μοι, οἷα μέχρι νῦν Αἰμιλιανοῦ; Ποῦ δὲ Γερμανὸς ἐφάνη; Τίς δὲ περὶ αὐτοῦ λόγος; Ἀλλὰ τῆς πολλῆς ἀφροσύνης εἰς ἣν ἐμπίπτω διὰ Γερμανόν, ὑψέμαι· διὸ καὶ τὴν καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων διήγησιν, παρίημι τοῖς εἰδόσιν ἀδελφοῖς λέγειν.

VIII. *Deinde paulo post de his quæ sibi derunt, ita scribit :* Sed fortasse Germanus fidei confessionibus gloriatur. Multa prædica test adversus se gesta. Quot vero enumerare perinde atque ego, sententias judicum, pul tiones, proscriptiones, direptiones bonorum ; jectiones dignitatum, contemptus gloriæ sæcula laudum a præfectis ac decurionibus profectarum spectus ; minarum denique quæ coram intentaba tur, vociferationum, discriminum, persecutionum fugæ, ærumnarum et cujusque modi malorum tole rantiam ; cujusmodi sunt ea quæ sub Decio et Sabino, et quæ in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contigerunt? Ubinam vero comparuit Germanus? Quænam illius facta est mentio? Verum ab imprudentia illa in quam Germani causa delapsus sum, tandem absisto. Singularum rerum narrationem fratribus qui plenissimam gestorum notitiam habent, relinquo.

EPISTOLA XI. — AD HERMAMMONEM.

(Euseb. *Hist. eccl.*, VII, 1, 10, 23.)

Α'. Ἀλλ' οὐδὲ Γάλλος (49) ἔγνω τὸ Δεχίου κακὸν, οὐδὲ προεσκόπησε τί ποτ' ἐκεῖνον ἔσφηλεν· ἀλλὰ πρὸς τὸν αὐτὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ γενόμενον ἔπταισε λίθον. Ὃς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς βασιλείας, καὶ κατὰ νοῦν χωρούντων (50) τῶν πραγμάτων· τοὺς

I. Sed neque Gallus culpam Decii intellexit, nec prospexit, quid tandem illum pessumdedisset ; quin potius ad eumdem lapidem ante oculos suos posi- tum impegit. Qui cum imperium ipsius prospero in statu esset, cunctaque ex animi sententia suc-

fiebant conventus in aliqua basilica, aut in loco ad hoc agendum idoneo. Id ex hoc Dionysii loco manifeste colligitur, quem nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt, sed omnia miscuerunt : adeo ut ex eorum interpretatione nihil sani possis elicere. Porro προάστεια Græci dicunt non solum suburbia quæ urbi conjuncta sunt, sed etiam vicos satis longo intervallo ab urbe dissitos. Sic Canopus duodecimo lapide distans ab urbe Alexandria, προάστειον dicitur ab Athanasio in libello quem obtulit concilio Chalcedonensi. Sic etiam Daphne suburbanum Antiochiæ, Achyrona Nicomediæ, et Septimum dicitur suburbanum Constantinopolis : licet aliquot passuum millibus abessent ab illis civitatibus. Vide *Glossarium* Pithœi in Novellas Juliani Antecessoris, voce *Proastium*. Porro ex hoc loco colligitur, ætate quidem Dionysii unicam adhuc fuisse Alexandriæ ecclesiam, in quam omnes urbis illius fideles orationis causa convenirent. Postmodum vero temporibus Athanasii, cum plures essent ecclesiæ a diversis episcopis Alexandriæ ædificatæ, cives Alexandrini seorsum in diversis ecclesiis colligebantur, κατὰ μέρος καὶ διῃρημένως, ut loquitur Athanasius in *Apologia* I ad Constantium : nisi quod majoribus festis, Paschæ scilicet aut Pentecostes, non fiebant particulares conventus ; sed universi in majorem ecclesiam convenirent, ut ibidem testatur Athanasius. VALES.

(45) Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις. Hæc et sequentia ironice dicuntur a Dionysio. Quæ deinde sequuntur, sic lego et interpungo, πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα· ὅσα ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν. Certe in vetustissimo codice Maz. post vocem ἡμῶν apposita est virgula, et ante vocem ὅσα ponitur subdistinctio. Codex autem Fuk. emendationi nostræ plane subscribit. Ib.

(46) Ἀξιωμάτων ἀποθέσεις. Hinc patet Dionysium Alexandrinum splendido genere ortum fuisse. Nam dignitas ex generis nobilitate præcipue ducitur. Hinc in Gestis purgationis Cæciliani quæ post collationem Carthaginiensem edita sunt, Victor

A

B

C

D

interrogatus a Zenofilo consulare, cujus conditionis esset, respondit, *Professor sum litterarum Romanarum.* Deinde interrogatus, cujus dignitatis esset, respondit : *Patre decurione Constantinensium, avo militie qui in comitatu militaverat.* Cæterum Dionysius Alexandrinus, antequam ad Christi fidem transiret, professione rhetor fuerat, ut docet Maximus in scholiis ad librum Dionysii Areopagitæ *De cœlesti hierarchia*, cap. 5, ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὁ ἀπὸ ῥητόρων, etc. Ib.

(47) *Βουλευτικῶν.* Augustus Alexandrinos sine ullis decurionibus rempublicam suam administrare jusserat. Postea vero Severus imp. Alexandrinis curiam habere permisit, ut scribit Dio in lib. LI : Τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσεν. Paulo post, βουλεύουσι δὲ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι. Idem scribit Spartianus in *Severo*, cap. 17 : *Alexandrinis jus buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti quem Cæsar dedisset.* Certe in epistola Athanasii ad solitarios, mentio fit decurionum Alexandriæ. Ib.

(48) Τὰ ἐπὶ Δεχίου καὶ Σαβίνου. Hic Sa- præfectus Ægypti fuerat temporibus Decii quo Dionysius in epistola ad Fabium, qu Eusebius in cap. 41, lib. VI (superius Æmilianus vero præfectus Ægypti de est, postea imperium occupavit, in XXX *Tyrannis* : qui tamen er non autem præfectum Ægypti

(49) Ἀλλ' οὐδὲ Γάλλος. Dionysius, inquit, in ep de Gallo imperatore lus, etc. GALL.

(50) Κατὰ ῥοῦν edidit Robert. S ut sit metaph runtur. In Fuk. et magis VALE

cederent : viros sanctos qui pro pace et incolumitate ipsius preces ad Deum allegabant, insectatus est. Cum illis ergo orationes pro ipso fieri solitas simul fugavit.

II. Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim : *Et datum est illi os loquens magna et impia ; et data est illi potestas, et menses quadraginta duo* [48]. Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi is ante persecutionem fuerit, qualiter mansuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum principum, ne illi quidem ipsi qui palam Christiani fuisse dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia esse videbatur. Verum magister et archisynagogus magorum Ægypti ei tandem persuasit, ut ab hoc instituto desci-

A ἱερούς ἄνδρας τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας πρεσβεύοντας (51) πρὸς τὸν Θεὸν, ἤλασεν. Οὐκοῦν σὺν ἐκείνοις ἐδίωξε καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχάς.

B. Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ (52) ὁμοίως ἀποκαλύπτεται· *Καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ*, φησὶ, *στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίαν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ μῆνες τεσσαρακονταδύο* (53). Ἀμφότερα δὲ ἔστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσαι· καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε (54) συννοεῖν· ἕως ἥπιος (55) καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, εὐμενῶς καὶ δεξιῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη· οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι (56), ὡς ἐκεῖνος οἰκειότατα ἐν ἀρχῇ καὶ προσφιλέστατα φανερὸς ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος· καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, καὶ ἦν Ἐκκλησία Θεοῦ. Ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεισεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου (57) μάγων ἀρχισυνάγωγος (58)·

[48] Apocal. XIII, 5.

(51) *Περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβεύοντας.* Malim scribere, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. VALES.

(52) *Καὶ τῷ Ἰωάννῃ.* Huic autem fragmento ista præmittit idem Eusebius lib. VII, cap. 10 : « Gallo interim e medio sublato, cum vix biennii spatio imperium tenuisset, Valerianus cum Gallieno filio in ejus locum succedit. De hoc vero quæ tradit Dionysius, ex epistola ejus ad Hermammonem licet cognoscere, in qua ita scribit : *Joanni quoque*, etc. » GALL.

(53) *Μῆνες τεσσαρακονταδύο.* Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi C 257, cap. 7, de spatio scilicet temporis quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat, priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est, posteriore vero triennio persecutionem intulit Ecclesiæ. Porro initium principatus Valeriani cœpit anno Christi 255, sub finem, Volusiano II et Maximo coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone, et Goltzio, prolati, in quibus Valerianus imperator tribunitiæ potestatis III, consul. III, inscribitur. Item trib. pot. V, cos. IV. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni. ID.

(54) *Καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε.* Scribendum puto ὡς οὐχ οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed et transposita videntur esse vocabula. Lego igitur, καὶ αὐτοῦ τὰ μάλιστα πρὸ τούτων, ὡς οὐχ οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἥπιος καὶ φιλόφρων ἦν, etc. Ita sensus est apertissimus. ID.

(55) *Ὡς μὲν ἥπιος.* Ita quidem ex codice Regio D edidit Rob. Stephanus. Verum in optimis exemplaribus Maz. et Med. scriptum est, ἕως ἥπιος. In Fuk. vero et Saviliano legitur, ἕως γὰρ ἥπιος, etc., quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. ID.

(56) *Οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι.* Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquatur, Philippo adjungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio, et toto principatus sui tempore Christianos fovit et conservavit, ut ab Eusebio relatum est. Porro autem notandum est, Dionysium de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti et existimati fuerint Christiani, non autem quod reipsa Christiani exstiterint. ID.

(57) *Τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος.* Baronius ad ann. Christ. 252 et 258 ait hunc esse magum illum, qui paulo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo superius loquitur Dionysius in epist. 3, ad Fabium Antiochenum, num. 1. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imper. adversus Christianos commovit : Macrianum scilicet, eum qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus ; idque manifeste convincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim, καλὰ γοῦν αὐτοῖς ὁ Μακριανὸς, etc., innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani et archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paulo post addit, ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, etc. Quid potest clarius dici ? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano : qui cum Valeriani quasi pædagogus ac magister quidam esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semetipsum perdidit. Porro Macrianum auditorem ac ministrum Valeriani in gerenda republica, testatur ipse Valerianus in oratione ad senatum, quam refert Pollio : *P. C., bellum Persicum gerens, Macriano totam rempublicam tradidi.* ID.

(58) *Ἀρχισυνάγωγος.* Habebant Judæi archisynagogos, qui synagogis præsidebant. Archisynagogus Judæorum Alexandriæ memoratur in epistola Adriani imper. ad Servianum, quam refert Vopiscus in *Saturnino*. Præter archisynagogos erant etiam apud Judæos quidam patres synagogarum ; item sacerdotes et presbyteri et diaconi synagogarum, quos Judæi Azanitas vocabant. Erant etiam apostoli, et supra hos omnes positi patriarchæ. Hi enim archisynagogos pro arbitrio constituebant, eosque quotannis aut tertio quoque anno mutabant, ut pecuniam ab eis corraderent. Docet id Palladius in dialogo *De vita Joannis Chrysostomi*. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum, et imperatores in Codice Theodosii, titulo *de Judæis*. Quæ quidem nomina a Judæis sumpsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat ἀρχισυνάγωγος, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint οἱ ἀπ' Αἰγύπτου μάγοι. Aruspices videtur intelligere qui Romæ erant, seu sacerdotes Isidis ac Serapidis, quibus præerat Macrianus. Certe vates et hariolí fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4, lib. II, *De vita imper. Constantini* ; et Eunapium in Vita Ædesii. Magicam

Digitized by Google

τοὺς μὲν καθαροὺς, καὶ ὁσίους ἄνδρας κτίνυσθαι καὶ διώκεσθαι κελεύων, ὡς ἀντιπάλους καὶ κωλυτὰς τῶν παμμιάρων καὶ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας· καὶ γὰρ εἰσὶ καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες (59), καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς· τελετὰς δὲ ἀνάγνους καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν, καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν, καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ κατακόπτειν, καὶ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων εὐδαιμονήσοντας (60).

sceret; jubens ut castos quidem et sanctos viros persequeretur atque occideret, quippe qui scelestis ac detestandis incantationibus adversarentur atque obstarent. Erant enim et sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo, et insufflantes duntaxat ac vocem edentes, dæmonum præstigias disturbare possint. Initiationes autem impuras, et abominanda maleficia, et sacrificia exsecranda peragere eum jussit, miseros infantes mactare, immolare liberos infelicium parentum, recens natorum rimari viscera, Dei figmenta atque opera discerpere ac detruncare, quasi hoc facto ad summam felicitatem esset perventurus.

Γ. *Καὶ τούτοις ἐπιφέρει λέγων*· Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανὸς (61) τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια· ὃς πρότερον μὲν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων (62) λεγόμενος εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον, οὐδὲ καθολικὸν (63) ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑπο-

III. *Postea subdit* : Egregiam vero gratiam ob speratum imperium et præclara munera Macrianus eis obtulit. Qui initio quidem, cum καθολικός, id est rationalis imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum;

quoque præ cæteris mortalibus callebant a Necepso rege ipsis traditam, ut scribit Ausonius carm. 409, v. 20:

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Clemens in libro primo *Recognitionum*, sub initium: *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar, et multa pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant.* Græca Clementis verba si quis forte desiderat, hic apponam ex ejusdem Epitome a Turnebo edita: Εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, εἶπον, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις, καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν, χρήμασι πείσω πολλοῖς, ψυχῆς ἀναπομπὴν διὰ τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν ἐργάσασθαι. Plinius quidem tres magicæ species enumerat: Persicam, Judaicam et Cypriam: sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius, eam a Moyse et Jambre repertam esse, Ægyptiorum magos, qui jussu Pharaonis portenta ediderunt adversum Moysem, perperam confundens cum Moyse. Certe magicæ artes et incantationes semper apud Judæos vetitæ fuere. Cæterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani, exemplo Alexandri Magni et regum Persicorum. Sic M. Antoninus in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuphim magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus, teste hic Dionysio. Vales.

(59) *Καὶ μόνον ἐμπνέοντες. Insufflantes* verti: qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani dæmonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare; abominari se hanc spurcitiem eo indicio declarantes. De hoc more multa jampridem notavit Brissonius in commentario ad tit. cod. Theod. *de feriis*, et post illum Heraldus in notis ad Minutium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro VI, cap. 41 (vid. supra epist. 3 ad Fabium, num. 1), de Quinta, muliere Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, etc. Eodem pertinent hæc Tertulliani verba in lib. *De anima: Quanto dignior atque constantior Christianæ sapientiæ assertio cujus afflatui tota vis dæmonum cedit?* Et in lib. *De idololatria*, cap. 11; denique in *Apologetici* cap. 23. Id.

(60) *Εὐδαιμονήσαντας*. Quatuor nostri codices, Mazar. et Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent εὐδαιμονήσοντας rectius, dummodo in singulari numero scribas εὐδαιμονήσοντα. De solo enim Valeriano hic loquitur Dionysius. Id.

(61) *Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακρῖνος*. Subaudiendum est τοῖς δαίμοσι, non autem τοῖς βασιλεῦσι, ut putavit Christophorsonus. De solo enim Valeriano hic sermo est, ut jam dixi. Adde, quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophorsoni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus: *Macrianus*, inquit, *cum ex dæmonum prædictionibus atque præstigiis ad spem imperii pervenisset, hunc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christianos armaret.* Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. scribitur Μακριανός, rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant Historiæ Augustæ scriptores et nummi veteres. Sed et in antiquissimo codice Vaticano quem, rogante me, consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est Μακριανός, tum in hoc loco, tum in cap. 23. Id.

(62) *Ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων*. Ita Græci vocabant, quos Latini dicunt *rationales*, seu *procuratores summæ rei*, ut jampridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogeneti ex Dione Cocceiano, pag. 112. Quæ quidem hic repetere nihil attinet. Addemus duntaxat insignem locum Porphyrii in *Vita Plotini*, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait: Ὥστε καὶ Θαυμασίου τινὸς τοὔνομα ἐπεισελθόντος, τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος. Porro cujusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes, eum Valeriani procuratorem fuisse. Id.

(63) *Οὐδὲ καθολικόν*. Ludit Dionysius in nomine *catholici*, quo et rationalis officium, et Christiana religio designatur. Unde Optatus in lib. II catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis: *Ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationalis, et ubique diffusa?* Quanquam catholicam religionem ob id dici, quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικός simpliciter, et absolute *rationalem* significat, nisi subaudiatur λογοθέτης. Cæterum *catholicæ* cognomen quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Smyrnæorum de martyrio beati Polycarpi, mentio fit Ecclesiæ catholicæ. Item in Actis passionis Pionii martyris, qui passus est principatu Decii Augusti: *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius: Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholicæ: nulla enim est alia apud Christum.* Apparet igitur, hoc cognomen Ecclesiæ inditum esse circa primam apostolorum successionem, cum hæreses multis in locis exortæ, veram Christi fidem et apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim, ut

Digitized by Google

sed imprecationi propheticæ subjacuit, quæ sic habet : *Væ his qui prophetant ex corde suo, nec præ oculis habent bonum publicum* [49]. Nam neque Providentiam universa moderantem intellexit; nec animo reputavit judicium illius qui ante omnia et in omnibus et super omnia est Dei. Quocirca hostis quidem fuit catholicæ Dei Ecclesiæ : alienum autem se et extorrem a misericordia Dei præstitit, et quam longissime a sua se salute relegavit; in hoc exprimens atque exhibens veritatem nominis sui.

IV. *Et paulo post ;* Nam Valerianus quidem qui ad hujusmodi facinora a Macriano impulsus fuerat, contumeliis et opprobriis fuit expositus ac deditus, juxta id quod dixit Dominus ad Isaiam : *Et ipsi elegerunt vias suas et abominationes suas quas concupivit anima eorum. Et ego eligam ludibria eorum, et peccata retribuam ipsis* [50]. Macrianus vero imperandi cupiditate flagrans, tametsi imperio indignus, cum regium cultum induere non posset ipse corpore debilis, duos filios paterna in se translaturos crimina imperio præfecit. Etenim evidentissime in his impleta est prædictio Dei dicentis : *Ego sum, qui ulciscor peccata parentum in liberis, ad tertiam usque et quartam progeniem eorum qui oderunt me* [51]. Pravis enim cupiditatibus suis quibus ipse frui non potuerat, in filiorum capita translatis, improbitatem suam et odium divini numinis in eos pariter transfudit.

V. Et ille quidem (Macrianus) cum imperato-

πέπτωκεν ἁρᾷ προφητικῇ τῇ λεγούσῃ· *Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν* (64). Οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου Πρόνοιαν· οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι. Διὸ καὶ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας γέγονε πολέμιος· ἠλλοτρίωσε δὲ καὶ ἀπεξένωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας (65) ἐφυγάδευσεν· ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα (66).

Δ'. *Καὶ πάλιν, μεθ' ἕτερα, φησίν·* Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, εἰς ὕβρεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς κατὰ τὸ ῥηθὲν πρὸς Ἡσαΐαν· *Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς.* Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς (67), καὶ τὸν βασίλειον ὑποδῦναι κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι (68), τοὺς δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἁμαρτίας προεστήσατο· ἐναργὴς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόῤῥησις ἣν εἶπεν ὁ Θεός· *Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με.* Τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει (69), ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν, εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρξατο.

Ε'. Ἐκεῖνος (70) μὲν οὖν (71) τῶν πρὸ αὐτοῦ βα-

[49] Ezech. XIII, 3. [50] Isa. LXVI, 3, 4. [51] Exod. XX, 5.

vera et genuina Christi Ecclesia ab adulterinis hæreticorum cœtibus distingueretur, catholicæ cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum est. VALES.

(64) *Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι.* Hic locus exstat in Ezechielis cap. XIII. Quem quidem Hieronymus ita interpretatur : *Væ his, qui prophetant ex corde suo et omnino non vident.* Dionysius vero noster τὸ καθόλου exponit τὴν καθόλου πρόνοιαν· verba scilicet prophetæ, seu potius LXX interpretum, ad argumentum suum accommodans. ID.

(65) *Ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας.* Ita quidem Robertus Stephanus : qui cum scripturam codicis Regii pene ubique sequi soleat, hoc tamen loco depravatam codicis Medicæi lectionem sequi maluit. Sed procul dubio scribendum est, τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ut præter codicem Regium præferunt codex Maz., Fuket. et Savilianus. Ita etiam legit Christophorsonus. ID.

(66) *Τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα.* Alludit Dionysius ad nomen *Macriani*. Nam Μακράν, idem est quod πορρωτάτω. ID.

(67) *Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανείς.* Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανός, etc., sequitur deinde, οὗτος δέ, etc., quibus particulis satis declaratur de duobus sermonem fieri. Adde, quod de Valeriano dici non potest, eum imperio quod tantopere concupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus erat vir nobilissimus, et princeps civitatis : et antequam imperaret, omnium consensu imperio dignissimus habebatur, ut historici tradunt. At Christophorsoni prava versio Baronium etiam in errorem induxit. ID.

(68) *Ἀναπήρῳ τῷ σώματι.* Certe Joannes Zonaras in *Annalibus* Macrianum claudum fuisse scribit : quem in historia illorum temporum consulere, haudquaquam inutile fuerit. Solus enim ex iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani et filiorum ejus res gestas accurate commemoravit. ID.

(69) *Ὧν ἠτύχει.* Sic habet codex Regius, quem fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz., Med. et Fuk. legitur ὧν ηὐτύχει, rectius, ni fallor. Revera enim Macrianus id quod tantopere concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed cum ipse gestandis imperii insignibus, ob corporis debilitatem parum esset idoneus, filios suos ad imperium evexit. Merito igitur de illo dicit Dionysius, ὅτι ηὐτύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν, id est, *compos fuit votorum suorum.* Cæterum post hæc Dionysii verba de Macriano, sequebatur continuo locus ille, qui legitur in capite 23 hujus libri, ἐκεῖνος μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, etc. Uterque enim locus descriptus est ex epist. Dionysii ad Hermammonem, scripta anno IX principatus Gallieni. Quibus addendus ac præponendus est alter locus ex eadem epistola, qui refertur in capite 1 hujus libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se omnibus fragmentis, pene integram Dionysii ad Hermammonem epistolam habituri sumus. ID.

(70) *Ἐκεῖνος.* Hæc præmittit Eusebius VII, 23 : « Ad Hermammonem fratresque in Ægypto degentes scribens (Dionysius), postquam de imperatoris Decii et successorum illius improbitate disseruit, pacis quæ viguit principatu Gallieni mentionem facit his verbis : *Et ille quidem*, etc. » De hujusmodi autem fragmento consule cl. Valesii observationem in hunc locum. GALL.

(71) *Ἐκεῖνος μὲν οὖν.* Recte Christophorsonus Macrianum hic intelligi animadvertit, cujus proditione Valerianus in Persarum potestatem venit.

Digitized by Google

σιλέων τὸν μὲν προέμενος, τῷ δὲ ἐπιθέμενος, παγγενῆ ταχέως καὶ πρόῤῥιζος ἐξηφανίσθη· ἀνεδείχθη δὲ καὶ συνανωμολογήθη παρὰ πάντων ὁ Γαλλιῆνος· παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος· πρῶτος ὢν καὶ μετ' ἐκείνους παρών. Κατὰ γὰρ τὸ ῥηθὲν πρὸς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· *Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἦκασι· καὶ καινὰ ἃ νῦν ἀνατελεῖ.* Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑποδραμὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπηλυγάσαν, ἐσκίασεν αὐτὸν καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεφάνη· εἶτα παρελθόντος ἢ διατακέντος τοῦ νέφους, ἐξεφάνη πάλιν ἐπανατείλας ὁ ἥλιος ὁ προανατείλας· οὕτω προστὰς (72) καὶ προσπελάσας (73) ἑαυτὸν ὁ Μακριανὸς τῆς ἐφεστώσης Γαλλιήνου βασιλείας· ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δὲ ἐστὶν ὁμοίως ὥσπερ ἦν. Καὶ οἷον ἀποθεμένη τὸ γῆρας ἡ βασιλεία, καὶ τὴν προοῦσαν ἀνακαθηραμένη κακίαν, ἀκμαιότερον νῦν ἐπανθεῖ· καὶ ῥωμαλεώτερον ὁρᾶται καὶ ἀκούεται, καὶ διαφοιτᾷ πανταχοῦ. *Εἶθ' ἑξῆς καὶ τὸν χρόνον καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραφε, διὰ τούτων σημαίνει·* Καί μοι πάλιν τὰς ἡμέρας τῶν βασιλικῶν ἐτῶν ἔπεισι σκοπεῖν. Ὁρῶ γὰρ ὡς ὀνομασθέντες μὲν οἱ ἀσεβέστατοι, μετ' οὐ πολὺ γεγόνασιν ἀνώνυμοι· ὁ δὲ ὁσιωτερος καὶ φιλοθεώτερος ὑπερβὰς τὴν ἑπτάετηρίδα (74), νῦν ἐνιαυτὸν ἔννατον διανύει, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἑορτάσωμεν.

rum suorum alterum prodidisset, alteri bellum intulisset, brevi cum universa familia stirpitus interiit. Gallienus vero renuntiatus, et communi omnium consensu approbatus est, vetus simul imperator ac novus; prior illis ac post illos etiam superstes; juxta id quod dictum est Isaiæ prophetæ: *Quæ a principio fuere, ecce venerunt; et nova sunt quæ nunc orientur* [82]. Nam quemadmodum nubes solis radios subiens, ejus splendorem brevi tempore obscurat, inque ejus locum substituta conspicitur: ea deinde prætergressa aut liquefacta, sol qui antea ortus fuerat, rursum quasi novus exoriri videtur; ita Macrianus, qui seipsum præposuerat, et ad ipsum Gallieni imperium proxime admoverat, ipse quidem jam non est, quippe qui nec antea erat; Gallienus vero sui similis idemque, qui prius, manet. Ipse denique principatus, velut senectute deposita et pristinæ improbitatis sordibus repurgatus, nunc florentius viget: et longius cernitur atque auditur, et quocunque diffunditur. *Deinde tempus ipsum, quo hæc scribebat, designat his verbis:* Ac mihi rursus imperatoris nostri annos contemplari subit. Video enim impiissimos illos qui adeo celebres olim exstiterunt, brevi postea obscurissimos evasisse. Religiosissimus vero Deique amantissimus imperator septennalem circulum jam emensus, nonum imperii annum transigit, quo nos festa celebraturi sumus.

EPISTOLA XII. — AD ALEXANDRINOS.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VII, 22.)

Α'. Τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις (75), οὐκ ἂν δόξειε

I. Aliis quidem hominibus præsens hoc tempus non

[82] Isa. XLII, 9; XIV, 19.

Valerianum certe ducum proditione in illam calamitatem incidisse, testantur Aurelius Victor, Syncellus et alii. Porro hæc Dionysii verba jungenda sunt cum illis quæ supra retulit Eusebius lib. VII, cap. 10. Sunt enim ex eadem Dionysii ad Hermammonem epistola. Ac ne unum quidem verbum inter hæc duo fragmenta interjectum erat. Sed et in cap. 1 hujus libri, fragmentum ejusdem epistolæ affert Eusebius. VALES.

(72) *Προστάς.* Valesius legendum monet προστάς cum duplici σ, quasi *adstans*: sed ei non accedo. Ipse enim Dionysius in eadem epistola num. 4 de Macriano, δύο παῖδας προεστήσατο· et hoc loco similitudinem nubis spectans, quæ quasi ante solem stare videtur; ita loquitur quod ille ante Gallienum stare, ejusque splendorem ab eorum oculis avertere conabatur. Καὶ προσπελάσας ἑαυτόν, ita ille ex mss. legit: sed si neque προστάς neque προσπελάσας legas, nihil erit quod voci βασιλείας congruat. Illud autem quasi per antithesin addidit, et in eo quasi lusit, quod cum nomen Μακριανός potius eum longe abesse significaret, appropinquare tamen et propius accedere non vereretur. Vox etiam ἐφεστώσης ad προστάς respicit. Agnoscit Gallieni βασιλείαν prius ἐφεστῶσαν Ægypto, quasi *supra stantem*; tum vero Macrianum imperatorem, et in Ægypto præcipue receptum (utpote magorum maximum patronum, quorum prædictionibus imperium arripuerat) quasi *ante stantem* et appropinquantem describit, ut jam Gallieni regnum plane dispareret. PEARSON., *Annal. Cyprian.* ad ann. 261, num. 5, pag. 71. GALL.

(73) *Προπελάσας.* In tribus nostris codicibus legitur προσπελάσας, quibus consentit etiam Nicephorus. Nec dubito, quin scribendum etiam sit προστάς cum duplici sigma. Scribendum quoque est ὁ Μακριανός, ut legitur in Maz., Med. ac Fuk. Idcirco autem Dionysius de Macriani imperio loquitur, quod cum imperatorem Ægyptus cum universo Oriente susceperat. Docet id vetustus nummus a Joanne Tristano v. cl. editus, in cujus adversa parte hæc habetur inscriptio, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ. In altera parte, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. VALES.

(74) *Ὑπερβὰς τὴν ἑπταετηρίδα.* Quis ita unquam locutus est, ut quis post septennium diceretur nonum annum jam agere? Necesse est ut illud septennale aliquid peculiare designet, et diversum ab eo tempore quod postea secutum est. Est autem illud septennium imperii quod cum patre administraverat. Septennium ὑπερέβαινε. Octavo autem imperii anno, Macrianus imperialem honorem adeptus est, præsertim in Ægypto. Post purpuram ab eo sumptam, auctoritas multa fuit Gallieni in Ægypto. Anno demum Gallieni nono, hoc ipso scilicet 261. Macriano patre et utroque filio Augustis jam interemptis, majestas Gallieni, etiam apud Ægyptios agnita est. Et tunc Gallienus rescriptum dedit ad Dionysium, Pinnam et Demetrium Ægypti episcopos, quo locos sacros recuperarent, quod πρὸ πολλοῦ, anno scilicet superiore, concesserat. Nonus autem Gallieni annus ab adulta hujus anni æstate incepit: et tempus quo scripta est hæc epistola Dionysii, ut observat Eusebius, hinc intelligitur; nempe ante Pascha A. D. 262. PEARSON., l. c. pag. 72. GALL.

(75) *Τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις.* Euseb., lib. VII, cap. 21: « Posthæc, inquit, pace vixdum restituta,

Digitized by Google

videatur esse tempus festivitatis. Neque vero illis tempus festivitatis est, nec hoc quod a nobis celebratur, nec ullum aliud, non dicam eorum quæ luctuosa sunt, sed etiam eorum quæ vel maxime læta et hilaria existimantur. Nunc quidem certe plena sunt omnia lamentationum : lugent cuncti : et ob mortuorum hominum ac quotidie morientium multitudinem, tota urbs gemitibus circumsonat. Prorsus enim, ut de primogenitis Ægyptiorum in sacris libris scriptum habetur [53], ita nunc quoque clamor ingens excitatus est. Nulla quippe domus est, in qua non sit aliquod funus. Atque utinam unum duntaxat in unaquaque domo esset!

A καιρὸς ἑορτῆς εἶναι τὰ παρόντα· οὐδέ ἐστιν αὐτοῖς οὔτε οὗτος, οὔτε τις ἕτερος, οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλύπων (76), ἀλλ' οὐδ' εἴ τις περιχαρὴς ὢν οἰηθείη (77) μάλιστα. Νῦν μέν γε θρῆνοι πάντα· καὶ πενθοῦσι πάντες· καὶ περιηχοῦσιν οἰμωγαὶ τὴν πόλιν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεθνηκότων καὶ τῶν ἀποθνησκόντων ὀημέραι. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν πρωτοτόκων τῶν Αἰγυπτίων γέγραπται, οὕτως καὶ νῦν ἐγενήθη κραυγὴ μεγάλη. Οὐ γάρ ἐστιν οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ τεθνηκώς· καὶ ὄφελόν γε (78)!

II. Multa quidem et acerba ante hanc calamitatem nobis contigerunt. Primum enim nos urbe expulerunt. Cumque soli ab omnibus fugaremur atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque festos egimus dies. Quibus denique locus in quo varias ærumnas singillatim pertulimus, ager, inquam, solitudo, navis, stabulum, carcer, instar templi ad sacros conventus peragendos fuit. Sed omnium lætissimam festivitatem egerunt consummati martyres, qui in cœlo epulati sunt. Posthæc bellum et fames excepit : quæ quidem nos cum gentilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala quibus nos attriverunt, soli sustinuimus; quæ autem ipsi sibi vicissim intulerunt ac passi sunt, eorum partem toleravimus. Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam Christus nobis solis indulsit.

Β'. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινὰ καὶ τὰ πρὸ τούτου συμβεβηκότα· πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν (79)· καὶ μόνοι πρὸς ἁπάντων διωκόμενοι καὶ θανατούμενοι, ἑορτάσαμεν καὶ τότε· καὶ πᾶς ὁ τῆς καθ' ἕκαστον θλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον· ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον. Φαιδροτάτην δὲ πασῶν ἤγαγον ἑορτὴν οἱ τέλειοι μάρτυρες εὐωχηθέντες ἐν οὐρανῷ. Μετὰ δὲ ταῦτα, πόλεμος καὶ λιμὸς ἐπέλαβεν· ἃ τοῖς ἔθνεσι συνδιηνέγκαμεν· μόνοι μὲν ὑποστάντες ὅσα ἡμῖν ἐλυμήναντο· παραπολαύσαντες δὲ καὶ ὧν ἀλλήλους εἰργάσαντό τε καὶ πεπόνθασι, καὶ τῇ Χριστοῦ πάλιν ἐνηυφράνθημεν εἰρήνῃ, ἣν μόνοις ἡμῖν ἔδωκε.

III. Cum autem brevissimo temporis spatio nos et illi respirassemus, repente ingruit lues illa; ipsis quidem res omnium formidolosissima et calamitosissima; et quæ sola, ut proprius quidam ipsorum scriptor loquitur, omnium spem opinionemque superavit. Nobis vero non ejusmodi fuit : sed potius meditamentum quoddam ac probamentum perinde

Γ'. Βραχυτάτης δὲ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν τυχόντων ἀναπνοῆς, ἐπικατέσκηψεν ἡ νόσος αὕτη· πρᾶγμα φόβου τε παντὸς φοβερώτερον ἐκείνοις, καὶ συμφορᾶς ἠστινοσοῦν σχετλιώτερον· καὶ ὡς ἴδιός τις αὐτῶν ἀπήγγειλε συγγραφεὺς, πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γενόμενον· ἡμῖν δὲ οὐ τοιοῦτο μὲν, γυμνάσιον δὲ καὶ δοκίμιον οὐδενὸς τῶν ἄλλων

[53] Exod. XII, 29, 30.

Alexandriam regressus est (Dionysius). Verum cum seditio bellumque rursus illic exortum fuisset, adeo ut ipse universos ejus urbis fratres, utpote in alterutram seditionis partem distractos alloqui non posset : iterum ipso Paschæ die ex urbe Alexandria, tanquam extorris eos per litteras alloquitur. » Et mox cap. seq. 22 : « Secuta dein, subdit, post bellum peste, cum paschalis solemnitas immineret, iterum Dionysius fratres per litteras allocutus est; in quibus calamitatis illius magnitudinem describit his verbis : *Aliis quidem hominibus*, etc. » Ib.

(76) *Οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλοίπων*. Scribendum omnino est τῶν ἐπιλύπων, ut habent manuscripti codices Maz. ac Med. cum Saviliano. Opponitur enim τῷ περιχαρεῖ, quod mox sequitur. Est autem elegantissimum hoc exordium paschalis epistolæ, sive orationis Dionysii. Aliis, inquit Dionysius, infidelibus scilicet ac gentilibus, præsens tempus minime opportunum videatur ad festum diem celebrandum; quippe cum luctu et lamentis plena sint omnia. Verum nec ullum omnino tempus, non dico luctuosum, cujusmodi hoc tempus esse fateor; sed ne lætissimum quidem, illis hominibus, id est infidelibus, aptum est ad festivitatem celebrandam. Impii siquidem et mali homines, nunquam omnino dies festos agere possunt, licet hostias immolent et libamenta offerant. Soli virtute præditi festos dies agunt. Soli quippe officio funguntur, et vota atque incruentas hostias offerunt Deo. Multa in hanc sententiam habet Origenes in lib. VIII *Contra Celsum*, quæ sunt e Stoicorum philosophia desumpta : ex quibus magnam lucem accipit hic Dionysii locus. Vales.

(77) *Περιχαρ�ὴς ὃν οἰηθεῖεν*. Apud Nicephorum legitur εἴτις περιχαρὴς ὢν οἰηθείη. Quæ scriptura ferri non potest, cum verbum οἰηθείη in passiva significatione sumi non possit. Dixit ergo Dionysius περιχαρὴς ὃν οἰηθεῖεν, pro eo, quod alii dicerent, ὃν οἴοιντο ἂν μάλιστα περιχαρῆ. Ib.

(78) *Καὶ ὄφελόν γε*. Turnebus ad oram libri sui emendavit, καὶ ὄφελόν γε εἰς. Quæ tamen scriptura in omnibus nostris codicibus non legitur. In codice Regio scriptum inveni, καὶ ὄφελόν γε· εἰς πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινά, sicut etiam habet Nicephorus. Recte igitur Turnebus, qui sola interpunctione mutata, hunc Dionysii locum restituit, ut dixi. Ib.

(79) *Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν*. Repetit hic Dionysius, et quasi compendio enumerat cuncta quæ Christiani passi fuerant Alexandriæ jam inde ab initio sui pontificatus. Primo enim, inquit, nos persecuti sunt. Persecutionem intelligit, quæ cœpta est anno ultimo Philippi imperatoris. Bellum deinde, ait, secutum est intestinum. De hoc civili bello Alexandrinorum vide epistolam Dionysii ad Fabium supra. Deinde cum paululum, inquit, nos et illi quievissemus, incubuit lues illa gravissima, ea scilicet quæ sub Gallo et Volusiano grassata est, cum jam antea sub Decio cœpisset. Aliquot enim diaconi ea peste consumpti sunt temporibus Decii, ut patet ex epistola Dionysii ad Domitium et Didymum. Ib.

Digitized by Google

ἧττον. Ἀπέσχετο μὲν γὰρ οὐδὲ ἡμῶν· πολλὴ δὲ ἐξῆλθεν (80) εἰς τὰ ἔθνη. *Τούτοις ἐξῆς ἐπιφέρει λέγων*· Οἱ γοῦν πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοποῦντες ἀφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας, λιπαρῶς ὑπηρετούμενοι, θεραπεύοντες ἐν Χριστῷ, συναπηλλάττοντο ἐκείνοις (81) ἀσμενέστατα· τοῦ παρ' ἑτέρων ἀναπιμπλάμενοι πάθους, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον, καὶ ἑκόντες ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας (82)· καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέρους, ἐτελεύτησαν αὐτοί, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μεταστησάμενοι· καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης (83) ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληροῦντες, ἀπιόντες αὐτῶν πάντων περίψημα (84)· οἱ γοῦν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν, τοῦτον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τοῦ βίου· πρεσβύτεροί τέ τινες καὶ διάκονοι· καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ λίαν ἐπαινούμενοι· ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν.

A ac cætera. Neque enim a nobis abstinuit lues illa, licet plurimum in gentiles grassata sit. *Addit deinde*: Plurimi quidem ex fratribus nostris, ob nimiam charitatem curam omnem propriæ salutis abjicientes sibique mutuo adhærescentes, dum ægros secure atque audacter invisunt, eisque assidue ministrant et curationem adhibent in Christo, una cum illis mortui sunt: aliorum ægritudine libentissime sese implentes, et proximorum morbum in semetipsos quodammodo attrahentes, doloresque eorum sponte sua exprimentes atque extergentes. Multique adeo qui alios ægrotantes curaverant et in pristinam valetudinem restituerant, ipsi interierunt: mortem illorum in seipsos traducentes; verbumque illud vulgare quod officiosæ duntaxat comitatis hactenus visum fuerat, reipsa adimplentes, cum aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent. Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli presbyteri erant ac diaconi; et ex populo laudatissimus quisque mortem oppetierunt: adeo ut genus hoc mortis ob pietatem fideique constantiam nequaquam inferius martyrio censeatur.

Δ'. Καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες· ὁμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες (85), προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς (86) κατακοσμοῦντες· μεταμικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων· ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων, ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν. Τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον· καὶ νοσεῖν ἀρχομέ-

IV. Hi ergo sanctorum corpora supinis manibus gremioque excipientes, oculos illis et ora claudentes, bajulantes eadem humeris suis, componentes, adhærescentes illis, complectentes, lavacro et vestimentis ornantes: paulo post eadem officia ab aliis consecuti sunt; cum superstites semper eorum qui præcesserant, vestigiis insisterent. Gentiles vero prorsus contraria his egerunt. Nam et eos qui ægro-

(80) *Πολὺ δὲ ἐξῆλθεν.* Ita quidem scriptum habet codex Regius. Sed in reliquis exemplaribus Maz., Med. ac Fuk. scribitur πολλή, rectius. Subauditur enim νόσος. Vales.

(81) *Συναπηλλάττοντο ἐκείνοις.* Post has voces in codice regio in editione Roberti Stephani apposita est virgula. Verum in tribus nostris exemplaribus Maz., Med. et Fuk. alia est distinctio. Nam post vocem ἀσμενέστατα, apposita est media distinctio, seu mora. Quod quidem idcirco monendum esse duxi, ne quis forte suspicetur, vulgatam interpunctionem temere, ac sine auctoritate scriptorum codicum a nobis mutatam fuisse. Id.

(82) *Ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας.* Langus et Christophorsonus verterunt *mitigantes*: quam interpretationem equidem probare non possum. Nam ἀναμάσσειν, sive ἐκμάσσειν, idem est quod *exprimere, extergere.* Ait igitur Dionysius, Christianos qui ægros pestilenti morbo laborantes invisebant, expressos ægrotantium dolores in semetipsos transtulisse. Id enim significat vox ἀναμασσόμενοι, id est excipere in se, et quasi exsugere alterius morbum. Idem igitur est, quod antea dixit Dionysius, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες. Id.

(83) *Μόνης φιλοφροσύνης.* Non recte, meo quidem judicio, Musculus et Christophorsonus *veram benevolentiam* interpretantur, cum φιλοφροσύνη sit potius benevolentia in sermone et affabilitate posita, quæ *comitas* dicitur a Latinis. Gallice *civilitatem* et *complementum* vocamus. Videtur autem hæc vox περίψημα quæ in Epistolis Pauli legitur, vulgo fuisse ab Alexandrinis usurpata, quoties se in salutationibus mutuo compellarent, et operam atque obsequium sponderent: Ἐγώ εἰμι περίψημά σου. Quod certe hic Dionysii locus videtur innuere. Nisi potius intelligamus, Christianos vulgo a gentilibus vocatos fuisse hoc nomine, πάντων περίψημα, id est *purgamenta sæculi*: quod magis placet. Id.

(84) *Αὐτῶν περίψημα.* Codex Med. et Maz. una voce auctiores sunt. Sic enim habent, αὐτῶν πάντων περίψημα. Quomodo etiam in Fuk. scriptum inveni. Id.

(85) *Καὶ διατιθέντες.* Christophorsonus vertit: *decenter ornantes*, male. Nam de ornatu mox subjungit Dionysius. Rectius igitur verti, *componentes*, quomodo loquuntur Latini. Sic Persius:

..... *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto, etc.

Hieronymus lib. I *In Jovinianum*: *Compositoque ex more cadaveri se ipsa superjecit.* Hinc *compostus* pro sepulto apud Virgilium et Horatium. Possidius in *Vita B. Augustini*: *Confestim vero pro ejus commendanda corporis depositione oblatum est, peractoque solemniter exsequiarum ministerio, insigniter compositus, deportatus ac sepultus est.* Ita enim legitur in codice Mosciacensi. Id.

(86) *Καὶ περιστολαῖς.* Nec hanc vocem intellexit Christophorsonus, qui vertit, *linteo funebri involvere.* Solebant enim Romani tunc temporis cadavera vestibus amicire. Ac de gentilibus quidem res protrita est, adeo ut exemplis non egeat. Ipsos vero Christianos fidelium cadavera splendidis vestibus obtexisse, docet exemplum Asturii apud Eusebium lib. VII, cap. 16. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: *Quis inopum moriens non illius vestimentis obvolutus est?* Nec aliter intelligendus est locus Possidii, quem antea citavi. Græci id vocant περιστέλλειν. Athenæus in lib. II, cap. 7, ὃν τρόπον Πυθιονίκη περιέστειλε τελευτήσασαν ὁ Ἀρπαλός. Id.

Digitized by Google

tare inceperant, exturbabant; et charissimos refugiebant, eosque in viis semineces destituebant; aut mortuos insepultos projiciebant, aversantes mortis participationem ac societatem; quam tamen licet multiplici adhibita cautione ac diligentia, evitare non poterant.

νους ἀπωθοῦντο, καὶ ἀπέφευγον τοὺς φιλτάτους· κἂν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥίπτουν ἡμιθνῆτας· καὶ νεκροὺς ἀτάφους ἀπεσκυβαλίζοντο, τὴν τοῦ θανάτου διάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκτρεπόμενοι· ἣν οὐκ ἦν καὶ πολλὰ μηχανωμένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον.

EPISTOLA XIII. — AD HIERACEM EPISCOPUM IN ÆGYPTO.

(Euseb., *Hist. eccl.*, VII, 21.)

I. Quid vero mirum, si grave ac difficile mihi est homines longius remotos vel per epistolas alloqui, cum nec mecum ipse colloqui, nec animæ meæ consulere facile possim? Etenim ad mea ipsius viscera, ad contubernales et unanimes fratres ejusdemque Ecclesiæ municipes, missis epistolis opus habeo; easque quomodo transmittam, vix reperio. Facilius enim quis, non dicam extra fines provinciæ, sed ab Oriente ad regiones Occidentis ultimas commeare possit, quam ex ipsa urbe Alexandria Alexandriam pergere. Quippe vasta illa et invia solitudine quam Israelitæ duabus ætatibus peragrarunt, vastior magisque invia est media urbis platea. Portus autem illi tranquilli et placidi, imaginem exhibent maris illius, quod olim scissum ac duorum instar parietum utrimque firmatum, Israelitis quidem transitum præbuit, Ægyptios vero in ipso calle submersit. Nam ob crebras hominum cædes ibi perpetratas, maris cujusdam Rubri instar fuerunt. Qui vero civitatem ipsam alluit fluvius, interdum quidem aridior visus est et squalidior siticulosa illa solitudine, per quam iter facientes Israelitæ tanta oppressi sunt siti, ut adversus Moysem vociferari non desinerent, quoad virtute illius qui solus mirabilia facit, ex prærupta rupe aqua

Α'. Ἐμοὶ δὲ τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς τοὺς πορρώτερω παροικοῦντας χαλεπὸν τὸ κἂν δι' ἐπιστολῶν ὁμιλεῖν· ὅτε καὶ τὸ πρὸς ἐμαυτὸν αὐτῷ μοι διαλέγεσθαι καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ συμβουλεύεσθαι, καθέστηκεν ἄπορον. Πρὸς γοῦν τὰ ἐμαυτοῦ σπλάγχνα τοὺς ὁμοσκήνους καὶ συμψύχους ἀδελφοὺς καὶ τῆς αὐτῆς πολίτας Ἐκκλησίας, ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων· καὶ ταῦθ', ὅπως διαπεμψίμην ἀμήχανον φαίνεται. Ῥᾴδιον γὰρ ἄν τις οὐχ ὅπως εἰς τὴν ὑπερόριον, ἀλλὰ καὶ ἀπ' Ἀνατολῶν ἐπὶ Δυσμὰς περαιωθείη, ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπέλθοι. Τῆς γὰρ ἐρήμου τῆς πολλῆς καὶ ἀτριβοῦς ἐκείνης, ἣν ἐν δυσὶ γενεαῖς διώδευσεν ὁ Ἰσραὴλ, ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατός (87) ἐστιν, ἡ μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός (88)· καὶ τῆς θαλάσσης (89) ἣν ἐκεῖνοι ῥαγεῖσαν καὶ διατειχισθεῖσαν ἔσχον ἱππήλατον, καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ (90) κατεποντίσθησαν οἱ Αἰγύπτιοι, οἱ γαληνοὶ καὶ ἀκύμαντοι λιμένες γεγόνασιν εἰκών· πολλάκις φανέντες ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φόνων, οἷον Ἐρυθρὰ θάλασσα· ὁ δ' ἐπιῤῥέων ποταμὸς τὴν πόλιν, ποτὲ μὲν ἐρήμου τῆς ἀνύδρου ξηρότερος ὤφθη, καὶ μᾶλλον αὐχμώδης ἐκείνης, ἣν διαπορευόμενος ὁ Ἰσραὴλ οὕτως ἐδίψησεν, ὡς Μωϋσοῦ μὲν καταβοᾶν (91), ῥυῆναι δ' αὐτοῖς παρὰ τοῦ θαυμάσια ποιοῦντος μόνου ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ποτόν· ποτὲ δὲ τοσοῦτον

(87) *Ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατος.* In codice Fuk. et Savil. scriptum est ἄπορος, quod tamen non probo. Hæc enim opponuntur verbis superioribus: et ἄπειρος quidem opponitur τῇ πολλῇ ἐρήμῳ· ἄβατος vero opponitur voci ἀτριβοῦς, quæ præcessit. VALES.

(88) *Μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός.* In codice Regio scriptum inveni τῶν πόλεων, quæ scriptura tolerari potest. Duas quippe urbes ex una fecerat ingens illa seditio, ut jam supra innuit Dionysius, cum ait ab urbe Alexandrina Alexandriam pergere difficilius fuisse, quam ab Oriente ad ultimas usque Occidentis oras proficisci. Porro hæc Alexandrina seditio tum contigisse mihi videtur, cum Æmilianus tyrannidem Alexandriæ arripuit, de quo vide Pollionem in XXX *Tyrannis*. Eumenius in *Panegyrico ad Constantium*, loquens de Gallieni temporibus: *Tota*, inquit, *Ægyptus et Syriæ defecerant*. ID.

(89) *Καὶ τῆς θαλάσσης.* Ante hæc verba apponenda est finalis distinctio, ut habent omnes manuscripti codices. Quod cum non vidissent interpretes, hæc cum præcedentibus male conjunxerunt, secuti scilicet editionem Roberti Stephani. Ego vero antequam manuscriptum ullum codicem Eusebii vidissem, hunc locum ita distinguendum esse conjeceram, ut ex versione mea apparet. Porro distinctionem et interpretationem nostram confirmant sequentia Dionysii verba. Addit enim Dionysius, portus urbis Alexandrinæ, peremptorum civium cruore exundantes, Rubri maris imaginem sæpius præbuisse. Non igitur media urbis platea, sed portus, ut dixi, a Dionysio comparatur cum Rubro mari. ID.

(90) *Καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ.* Ante hæc verba Robertus Stephanus in editione sua punctum apposuit, contra fidem omnium scriptorum codicum; qui ante hæc verba mediam duntaxat distinctionem, sive moram habent appositam. Christophorsonus quidem Roberti Stephani distinctionem secutus, hunc ita vertit: *Isti porro placidi et tranquilli urbis portus, fluctuum eorum quibus Ægyptii erant in trajectione submersi, veram effigiem gerunt.* Sed hæc interpretatio non respondet verbis Dionysii. Quamobrem sequenda potius est distinctio scriptorum codicum, et hæc verba cum præcedentibus connectenda. Verum, dicet aliquis, quo referendus est articulus ille postpositivus ὧν? Respondeo, articulum hunc referri ad vocem θαλάσσης, et pluralem numerum positum esse pro singulari. Mare quippe utrimque divisum latam in medio viam Israelitis aperuerat. Atque ita duo veluti maria ex uno facta fuerant. Idcirco Dionysius λεωφόρον τῶν θαλάσσων dixit eleganter, quasi bimarem plateam. Quod si cum Christophorsono et Stephano ante has voces finalem distinctionem ascripseris, non erit jam quo referatur articulus ille postpositivus. Neque enim ad vocem λιμένες referri potest. ID.

(91) *Μωϋσῇ μὲν καταβοᾶν.* Ita quidem legitur in codice Regio et Fuketiano. Verum in Mazarino ac Medicæo scriptum est Μωϋσοῦ, rectius sine dubio. ID.

Digitized by Google

ἐπλήμμυρεν (92), ὡς πᾶσαν τὴν περίχωρον, τάς τε ἐδοὺς καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐπικλύσαντα, τῆς ἐπὶ Νῶε γενομένης τοῦ ὕδατος φορᾶς ἐπαγαγεῖν ἀπειλήν.

A ipsis ad potum effluxisset. Interdum vero tantopere exundavit, ut circumsitæ regioni viisque et agris omnibus superfusus, aquarum diluvium cujusmodi temporibus Noe accidit, minari videretur.

Β'. Ἀεὶ δὲ αἵματι καὶ φόνοις καὶ καταποντισμοῖς κάτεισι μεμιασμένος, οἷος ὑπὸ Μωϋσεῖ γέγονε τῷ Φαραὼ, μεταβαλὼν εἰς αἷμα καὶ ἐποζέσας. Καὶ ποῖον γένοιτ' ἂν τοῦ πάντα καθαίροντος ὕδατος ὕδωρ ἄλλο καθάρσιον; Πῶς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἀπέραντος ἀνθρώποις ὠκεανὸς ἐπιχυθείς, τὴν πικρὰν ταύτην ἀποσμήξαι θάλασσαν; Ἢ πῶς ἂν ὁ μέγας ποταμὸς ὁ ἐκπορευόμενος ἐξ Ἐδὲμ, τὰς τέσσαρας ἀρχὰς εἰς ἃς ἀφορίζεται μετοχετεύσας εἰς μίαν τοῦ Γηὼν (93), ἀποπλύναι τὸ λύθρον; Ἢ πότε ὁ τεθολωμένος ὑπὸ τῶν πονηρῶν πανταχόθεν ἀναθυμιάσεων ἀὴρ, εἰλικρινὴς γένοιτο; Τοιοῦτοι γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἀτμοὶ, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἄνεμοι, ποταμῶν τε αὖραι καὶ λιμένων ἀνιμήσεις ἀποπνέουσιν, ὡς σηπομένων ἐν πᾶσι τοῖς ὑποκειμένοις στοιχείοις νεκρῶν ἰχῶρας εἶναι τὰς δρόσους. Εἶτα θαυμάζουσι καὶ διαποροῦσι, πόθεν οἱ συνεχεῖς λοιμοὶ (94)· πόθεν αἱ χαλεπαὶ νόσοι· πόθεν αἱ παντοδαπαὶ φθοραί· πόθεν ὁ ποικίλος καὶ πολὺς τῶν ἀνθρώπων ὄλεθρος· διὰ τί μηκέτι τοσοῦτον πλῆθος οἰκητόρων ἡ μεγίστη πόλις ἐν αὐτῇ φέρει, ἀπὸ νηπίων ἀρξαμένη παίδων μέχρι τῶν εἰς ἄκρον γεγηρακότων, ὅσους ὠμογέροντας (95) οὓς ἐκάλει πρότερον ὄντας ἔτρεφεν; Ἀλλ' οἱ τεσσαρακοντοῦται καὶ μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν, τοσοῦτον πλείονες τότε, ὥστε μὴ συμπληροῦσθαι νῦν τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, προσεγγραφέντων καὶ συγκαταλεγέντων εἰς τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, τῶν ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν μέχρι τῶν ὀγδοήκοντα· καὶ γεγόνασιν οἷον ἡλικιῶται τῶν πάλαι γεραιτάτων, οἱ ὄψει νεώτατοι. Καὶ οὕτω μειούμενον ἀεὶ καὶ δαπανώμενον ὁρῶντες τὸ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων γένος, οὐ τρέμουσιν· αὐξομένου καὶ προκόπτοντος τοῦ παντελοῦς αὐτῶν ἀφανισμοῦ.

B II. Cæterum cædibus et cruore et submersionibus hominum continuis inquinatus evolvitur; qualis olim a Moyse præstitus est Pharaoni, in sanguinem conversus ac fœtidus. Quænam igitur unda lustrare poterit aquam qua omnia purgantur? Quomodo vastus ille nec hominibus permeabilis oceanus, hoc amarum pelagus unquam absterserit? Aut quomodo ingens ille fluvius qui ex Edem profluit, etiamsi quatuor illos in quos dividitur alveos in unum Geonis alveum transfundat, tantam hanc abluet saniem? Ecquando scelestissimis undecunque vaporibus obnubilatus aer, purus tandem serenusque redditur? Hujusmodi enim halitus ex terra, ex mari venti, ex fluminibus auræ, ex portubus fuligines spirant, ut tabescentium in omnibus subjacentibus elementis cadaverum sanies pro rore sit. Et post hæc mirantur et ambigunt homines, undenam continuæ pestes, undenam graves morbi, omnisque generis labes, et multiplices variique hominum interitus: quid causæ sit, cur urbs maxima tantum civium numerum amplius non ferat, etiamsi ab ipsis infantibus ad decrepitos usque senes numerentur, quot antea crudos senes sic vocatos aluit? Verum tunc temporis adeo plures erant quadragenarii, et supra hos usque ad septuagesimum ætatis annum

C progressi, ut numerus eorum nunc expleri non possit, adscriptis licet et in album relatis ad annonam ex publico accipiendam his qui quatuordecim annos nati sunt, usque ad octogenarios. Et qui specie ipsa adolescentuli sunt, æquales quodammodo nunc facti sunt eorum qui olim senes erant. Cumque in terris humanum genus tantopere imminutum et consumptum videant, augescente in dies et crescente ipsorum excidio, non intremiscunt.

EPISTOLA XIV.

(*E sacris Parallelis Damasceni Rupefucaldinis, Opp. tom.* II, *pag.* 753, C, *edit. Paris.* 1712.)

Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς δ' ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς (96).

Dionysii Alexandrini, ex epistola IV festali.

Ἡ ἀγάπη προπηδᾷ πάντως, τι ὀνῆσαι καὶ ἄκοντα

D Charitas prompta est ut omnibus prosit, eumque

(92) *Τοσοῦτος ἐπλήμμυρεν.* Hæc est lectio codicis Regii, non omnino rejicienda. Reliqui tamen codices Maz. ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent τοσοῦτον. Vales.

(93) *Γηών.* Ita codex Alex. At Vat., Γεών. Hæc vox, alterutra ratione scripta, desideratur in Trommii *Concordantiis Græcis.* Gall.

(94) *Οἱ συνεχεῖς λοιμοί.* Jam inde a temporibus Galli et Volusiani, lues totum pene orbem Romanum vastavit. Certe Eutropius principatum Galli et Volusiani, sola pestilentia notum fuisse dicit. Addit Aurelius Victor, Gallo Volusianoque favorem ex eo quæsitum fuisse, quod tenuissimi cujusque exsequias sollicite curavissent. De hac peste Hieronymus in *Chronico* ita scribit anno primo imp. Galli: *Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam et Ægyptum; ut scribit Dionysius, et Cypriani* De mortalitate *testis est liber.* Postea Gallieni temporibus lues iterum grassata est Romæ et in provinciis, ut scribit Pollio in Gallieno, et Aurelius Victor. Vales.

(95) *Ὠμογέροντας.* Alexandriæ ὠμογέροντες dicebantur a quadragesimo anno usque ad septuagesimum. Eorum nomina in albo descripta erant, eo quod annonam publicam acciperent, ut testatur Dionysius. His præerant archigerontes, de quibus fit mentio in lege prima codicis Theodosiani de Alexandrinæ plebis primatibus. Huc etiam referri potest, quod scribit Gregorius Naz. in oratione 21, de sancto Athanasio, Alexandrinos per sexus et ætates et artes solitos esse distribui, quoties alicui obviam irent honoris causa. Id.

(96) *Ἐκ τῆς δ' ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.* Euse-

Digitized by Google

qui nolit, venatu captum curat : ac illum sæpe qui ex verecundia remisse agat, aut qui beneficiis augeri recusat, ne gravis alteri ac molestus accidat, quique tandem satius habet tristes casus suos ægre tolerare, ne cuiquam negotii aliquid aut anxietatis afferat ; qui charitate plenus est, hunc multis rogitat ut permittat patiaturque opem sibi tanquam injuria affecto præstari ; unde grates illi, non sibi, maximas referat, quod per eum licuerit malo suo finem imponi.

A θηρωμένη· καὶ πολλάκις ὀκνοῦντά τινα ὑπ' αἰδοῦς, καὶ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι βαρὺν ἑτέρῳ γενέσθαι τὸν εὖ πασχεῖν παραιτούμενον, καὶ μᾶλλον αὐτὸν δυσφορεῖν στέργοντα τοῖς ἰδίοις ἀλγεινοῖς, ὑπὲρ τοῦ μὴ πράγματά τινι καὶ ὄχλησιν παρασχεῖν, ὁ πλήρης ἀγάπης καθικέτευσεν ἀνασχέσθαι, καὶ ὑπομένειν ὡς ἀδικούμενον καὶ ἐπικουρούμενον καὶ χάριν ἄλλῳ μεγίστην, οὐχ ἑαυτῷ παρασχεῖν τὸ ἑαυτοῦ δι' ἐκείνου λοφῆσαι κακόν.

bius *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 20 : « Præter supradictas epistolas, inquit, idem Dionysius paschales illas quas habemus epistolas tunc temporis conscripsit, encomia in illis et panegyricos sermones de paschali festo contexens. Harum unam Flavio nuncupavit : alteram Domitio ac Didymo. — Aliam quoque epistolam ad compresbyteros Alexandrinæ Ecclesiæ, etc. » Cuinam porro seu quibusnam inscripta fuerit paschalis Dionysii epistola 4, unde hujusmodi fragmentum excerpit *Parallelorum* consarcinator, quis me doceat ? GALL.

S. Dionysii Exegetica in sacram Scripturam vide ad calcem voluminis.

ANNO DOMINI CCLXX?

MACARIUS MAGNES

DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA

DUPLEX

Exhibens notitiam et Θεολογούμενα *Macarii Magnetis ex fragmentis hactenus deperditi operis* Ἀποκριτικῶν, *pro religione Christiana adversus gentiles conscripti, deprompta, et ad meliorem intelligentiam adversæ variis perpetuo parallelismo scriptorum Porphyrii illustrata,*

AUCTORE

MAGNO CRUSIO SS. THEOLOGIÆ PROFESSORE PUBL. ET ORD.

(Gottingæ 1737—1745. — Ex bibliotheca Monacensi.)

DISSERTATIO I,

Exhibens notitiam historico-criticam de vita et scriptis Macarii Magnetis (1).

§ 1. *Argumenti occasio et instituti ratio.*

Inter antiquissima Ecclesiæ Christianæ monumenta, quorum memoriam vel ipsa vetustatis injuria, vel infensorum Ecclesiæ hostium invidia atque malitia obliterasse videtur, suo pariter jure vel maxime censenda sunt pauciora quidem, sed longe rarissima Macarii Magnetis fragmenta ex ipsius libris Ἀποκριτικῶν ad Theosthenem contra gentiles Evangelia calumniantes excepta (2). Auctorem nomino in tam vasto historiæ ecclesiasticæ atque litterariæ ambitu fere incognitum diuque satis neglectum (3);

B cujus tamen nomen, scripta, et merita penitus nosse, omnium certe eruditorum, ac præcipue eorum, qui veritatem religionis Christianæ strenue defensam amant, quam maxime interest. Itaque rem litteratis non ingratam hac solemni, quæ me ad scribendum disputandumque invitat, inaugurationis Academiæ nostræ Georgiæ Augustæ proxime celebrandæ occasione me facturum existimavi, si quæ ad illius auctoris vetustissimi nomen et Θεολογούμενα illustranda pertinent, ex libris tam editis raroque obviis, quam manuscriptis (quorum copiam

(1) Cf. *Patr. Lat.* t. V, col. 343, ubi de hoc auctore pauca jam attigimus, loco certe non suo, ut scriptore Græce loquente. EDIT. PATR.

(2) Quorum primas saltem lineas me jam tum duxisse memini in *Dissertatione epistolica* ad D. Christ. Wormium episcopum Sialandiæ, in Dania, Lipsiæ 1728 edita.

(3) Unde Dav. Blondellus in *pseudo-Isidoro et Turriano vapulantibus* p. 33, Turriano testimonium aliquod Magnetis alleganti respondet : *Ignoti hactenus auctoris sententiam non improbamus ; nihil inde Turriano præsidii.*

Digitized by Google

mihi præ cæteris suppeditarunt locupletissimæ orbis eruditi bibliothecæ Regia Parisiensis, Colbertina, et Coisliniana Sangermanensis), summo studio deprompta, et in unum collecta proponerem. Clarissimi vero atque de antiquitate litteraria et ecclesiastica meritissimi Joannis Boivinii, qui Regiæ manuscriptorum codicum bibliothecæ quæ Lutetiæ asservatur, curam magna cum laude olim gessit, dignissimas hic non possum non deprædicare laudes; cum ejus singulari beneficio adjutus non facilem tantum ad incomparabilis vereque regiæ illius gazæ adyta nactus sim aditum, verum et ipse pro ea, qua præstabat, humanitate rarissima, quæ ibidem delitescebant, frequenter mihi commendaverit scripta, suasque speciatim observationes, in Macarii Magnetis fragmenta data opera collatas, benevole mecum communicare haud detrectaverit: ex quibus proinde me haud parum profecisse, fontibusque ab eodem indicatis ulterius inhæsisse, ingenue profiteor. In binas autem partes totam tractationem dispescere jubet tum novi argumenti dignitas, tum præsentis temporis atque instituti ratio: quarum prior notitiam historico-criticam de Macario Magnete, ejusque ætate et scriptis, ex variis historiæ ecclesiasticæ monumentis editis atque ineditis eruet; posterior vero Θεολογούμενα auctoris pariter atque errores ex ipsius scriptis commonstrabit.

§ II. *Expenduntur recentiorum iniqua de Macario Magnete judicia.*

Quis vero ac qualis fuerit noster Macarius Magnes, et quo tempore floruerit, suaque ingenii et doctrinæ præstantissima conscripserit monumenta, ex probatæ antiquitatis indiciis nunc primum disquirendum erit; ut genuino auctori sua restituatur fides, quam nonnulli ex recentioribus criticis, cum de isto *Apocriticorum* auctore nihil ab antiquis scriptoribus memoriæ proditum legerent, eidem temere derogare ausi sunt. Scilicet cum Franciscus Turrianus, magnus ille codicum mss. helluo (4) et antiquitatis ecclesiasticæ non indiligens indagator (5), hinc inde in variis suis scriptis hujus auctoris vetustissimi mentionem fecisset, atque inter alia etiam luculentum adduxisset ejusdem testimonium de sacramento Eucharistiæ realique corporis et sanguinis Christi præsentia (quod in altera Dissertationis parte examinandum vindicandumque erit); David Blondellus primum ob suspectam Turriani fidem simul quoque *Magnetem adversus* (vel rectius, *ad*) *Theosthenem*, tanquam scriptorem hactenus ignotum, inter libros auctoresque ineditos, qui nec ad manus sunt, nec esse possunt, audacter referre haudquaquam est veritus. Ita enim in *pseudo-Isidoro et Turriano vapulantibus*, et quidem in Prolegomenis p. 7, de hoc Turriano pronuntiat:

Quid dignum tanto tulit hic promissor hiatu (6)?

Ventosas projecit ampullas, libros auctoresque ineditos, qui nec ad manus sunt, nec esse possunt, Eusebii (si Deo placet) Alexandrini sermones, Eusebium Cæsariensem adversus Marcellum, Hippolytos martyrem et Thebanum, Magnetem adversus Theosthenem, Theodotum Ancyranum, etc., *citavit, plurimæ sane lectionis, sed frontis perfrictissimæ, judiciique tenuissimi.* Quam præceps autem hoc fuerit viri alias doctissimi judicium, vel exinde apparet, quod plerique fere auctores isti, quos conflictos crediderat Blondellus, nunc in omnium versentur manibus, atque peritissimorum nostræ ætatis criticorum comprobentur calculo. Blondello astipulatur Edmundus Albertinus libro II *De sacramento Eucharistiæ*, p. m. 420 (7), qui censura magis quam dictatoria testimonium Magnetis a Turriano aliisque productum, veritati causæ diffidens, cum non posset probabili aliqua ratione refutare, irridere maluit, ac petulanter hunc in modum explodere tentavit: *Turrianus primus omnium (quod equidem sciam) protulit in scriptis suis verba hæc nescio unde sumpta ex Magnete adversus Theosthenem . . . Verum ad populum phaleras. Quis enim veterum, imo etiam recentiorum per novem aut decem sæcula Magnetis hujus vel quoad nomen tantum meminerit? Fictitius prorsus auctor est, aut saltem novus aliquis ac nuperus græculus, cujus scriptorum certitudo tota est penes Turrianum exigui judicii virum, fideique valde suspectæ. Et audent adversarii absque ulla verecundia ejusmodi quisquilias pro veterum monumentis in medium adducere? Proh Dei et hominum fidem!* Quæ quanquam temere omnino et arroganter ab eo dicta sint, a nemine tamen hactenus refutata video, quoniam de Magnete *Apocriticorum* auctore nihil ab antiquioribus memoriæ proditum hucusque constitit: quapropter inanes Albertini cavillationes atque argumentorum ipsius futilitatem deinceps, cum ipsa Magnetis fragmenta percensebuntur, explodendi locus erit. Interim rectissime omnino hic judicat B. Jo. Alb. Fabricius (8): *Injuriam his verbis Turriano fieri non est dubium, longeque magis optaverim, ut Magnetis libros aliquis bono Ecclesiæ in lucem proferat; sive Magnetem illum Hierosolymitanum presbyterum, sive Macarium Magnetem auctorem habeant.* Nec minus Christoph. Sandius in Tract. *De veteribus scriptoribus ecclesiasticis*, p. 19, sine ullo vel levissimi argumenti indicio Magnetem hæreticum pronuntiat: *Turrianus*, inquit, *in Constit. Clem. Rom. allegat Magnetis lib.* III *Apologiarum*

(4) Uti eum vocant Espencæus *De continentia* lib. I, cap. 2, Ribadeneira in *Catalogo scriptorum societatis Jesu*, et Paulus Colomesius in *Paralipomenis de scriptoribus eccl.*

(5) Quod elogium ipsi tribuit Steph. le Moyne in Prolegom. ad *Varia sacra*, tom. I, fol. 15.

(6) Horat., *De arte poet.*, v. 138.

(7) Edit. Daventr. 1654, fol.

(8) Tum in *Delectu argumentorum et syllabo scriptorum de veritate religionis Christianæ*, p. 66, tum in *Bibliotheca Græca*, lib. v, cap. 1, p. 276.

Digitized by Google

pro Evangelio contra Theosthenem gentilem; qui auctor quanquam Turriano est scriptor ecclesiasticus temporibus apostolorum vicinus, mihi tamen est certus hæreticus. Haud dubie infaustus iste Socini sectator ex ea ratione certam hæreseos notam inurit auctori nostro, quod Filium Dei unigenitum Patri suo ἰσοδύναμον et Λόγον ὑποστατικὸν disertis verbis asseruit. Wilh. Ern. Tentzelius in *Exercitationum selectarum* parte posteriore, p. 235 seq., auctoritate Albertini abreptus se nimis facile decipi passus est, dum arbitratur, Natalem Alexandrum in dissertatione Albertino opposita ne hiscere quidem ausum esse adversus ea, quæ superius ex Albertino produximus. Majori utique modestia animique candore sentit Guil. Cave in *Historia litteraria scriptorum ecclesiast.*, ad A. C. 350: *Certe*, inquit, *de hujuscemodi scriptis præstat* ἐπέχειν, *donec ipsi auctores in publicum prodeant, ut judicium de iis ferre liceat.* Quamvis idem in parte altera hujus operis ad A. C. 265 Magnetem nostrum cum Magnete presbytero Hierosolymitano confundat, quem ex Germani patriarchæ CP. *Dogmatico* ms. ad Anthimum colligit interfuisse concilio Antiocheno adversus Paulum Samosatenum A. C. 265 habito.

§ III. *Nomen Macarii an auctori nostro sit proprium, an appellativum.*

Proprium si quærimus nomen auctoris nostri, dispiciendum hic primum erit, an vox Μακάριος sit titulus honoris, qui plerisque veterum auctorum monumentis præfigi solet, an vero peculiare sit nomen personæ? Et reperiuntur quidem fragmenta, quæ titulum τοῦ Μακαρίου Μαγνήτου præ se ferunt, ut exinde appellativum nomen *beati Magnetis* constare videatur (9). In aliis legitur inscriptio æquivoca Μακαρίου Μάγνητος, quæ non propria minus quam appellativa significatione intelligi potest (10). Verum ex antiquissimis, quibus usi sumus, codicibus mss. rectius comprobatur titulus τοῦ ἁγίου Μακαρίου, qui *sanctum Macarium*, proprio nomine designat. Ita namque legimus in Nicephori *Antirrheticis*, qui deperdita scriptoris nostri fragmenta complectuntur: Ἔχει τοίνυν ἡ τῆς χρήσεως ἐπιγραφὴ ὧδε· *Τοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐκ τῆς τετάρτης βίβλου τῶν Ἀποκριτικῶν.* Ἔστιν μὲν οὖν κἀκ τοῦ ἐπιγράμματος αὐτοῦ τὸ ὕφαλόν τε καὶ βάσκανον τοῦ σοφοῦ δὴ τούτου καὶ δεινοῦ κατανοῆσαι ὑπογραφέως. Τοὔνομα γὰρ μόνον προθεὶς, τίς ἂν οὗτος ὑπῆρξέν ποτε ὁ Μακάριος, ὥσπερ καὶ αὐτῷ βασκαίνων τῷ συγγραφεῖ τῆς ἀξίας, οὐ συνεκδέδωκεν, ἅρα τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἐμπρέπων αὐχήμασι δισφαίνετο, καί τινος πόλεως τοὺς οἴακας ἐγκεχείριστο, ἢ ἄλλῳ δή τινι κλήρῳ τυγχάνων ἀποτεταγμένος, Χριστιανὸς δὲ ὅμως καὶ τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀντεχόμενος λόγου; κ. τ. λ. *Ac testimonii quidem inscriptio hæc est:* « *Sancti* (11) *Macarii ex quarto libro Apocriticorum.* » *Facile est ex ipsa inscriptione fraudem et malitiam vafri hujus ac recocti scribæ deprehendere* (12). *Solo enim nomine prolato, tanquam et scriptori ipsi dignitatem invideret, non declaravit quisnam fuerit iste Macarius; an sacerdotii insignibus conspicuus? an alicujus urbis gubernaculis admotus? an alii quidem muneri ecclesiastico addictus, Christianus tamen et orthodoxæ fidei doctrinam professus?* etc. Cæterum longa adhuc facili negotio hic percenseri posset series auctorum ecclesiasticorum, quibus hoc nomen proprium *Macarii* cum auctore nostro commune fuit; nisi rev. U. G. Siberum, professorem Lipsiensem celebratissimum, peculiarem *Historiam XLII Macariorum* dudum composuisse (13), necnon B. J. A. Fabricium in *Bibliotheca Græca* vol. VII, p. 495, SS. jam tum ultra L Macarios in scriptis veterum observasse constaret.

§ IV. *Nomen Magnetis, proprium gentis.*

Quod vero ad *Magnetis* nomen attinet, istud tum integræ cuidam genti tribui posse, tum etiam proprium viri nomen esse, varia historiarum monumenta testantur. Duæ enim celebres fuere in Asia Minore civitates, Magnesiæ dictæ; una Cariæ ad fluvium Mæandrum, altera Phrygiæ ad montem Sipylum. Illam Conon apud Photium cod. CLXXXVI, narrat. 19, dicit sic appellatam a Magnetibus, qui ad Peneum fluvium montemque Pelium habitarunt, ductuque et auspiciis Prothoi contra Trojanos militaverunt. Hanc vero Magnesiam Thessaliæ a Magnete Argi filio nomen sortitam auctor est Antoninus Liberalis *Metam.* cap. 23 (14) Claudius Ptolemæus etiam in *Geographia* lib. v (15), Magnesiam in Caria ad Mæandrum diserte distinguit a Magnesia civitate in Lydia et Mæonia penes Sipylum (16). Ex istis igitur civitatibus Magnetes, Thucydidi,

(9) Ita enim Græci jam tum hanc vocem μακάριος de mortuis solebant usurpare: sicuti Σωτᾶς ὁ μακάριος, et Apollinaris ὁ μακαριώτατος, postquam vivere desiissent, ab Eusebio vocantur *Hist. eccl.*, lib. v, cap. 19.

(10) Vid. Tillemontii *Histoire des empereurs*, t. IV, p. 487 sq., in subjuncta nota.

(11) Hinc apparet, *Macarium* nomen fuisse hujus auctoris.

(12) Iconomachi enim, qui ad hujus auctoris testimonium provocaverant, consulto nomen *Magnetis* hic omisisse videntur, ut ita alium quemdam Macarium esse persuaderent.

(13) In epistola ad D. Gleichenium A. 1710 edita. Vid. *Unschuldige Nachrichten* 1710, p. 516.

(14) Notante Luca Holstenio in notis et castigationibus in Stephanum Byzant. *De urbibus*, p. 194.

(15) P. 137, edit. in fol.

(16) Specialiorem descriptionem hic subjungere licebit ex auctoris rarissimi paucisque admodum cogniti, Alphonsi Lasor a Varea (qui per anagramma est Raphael Savonarola) tomo II *Universi terrarum orbis scriptorum calamo delineati*, Patavii 1713, duobus voluminibus in folio editi; cujus videndi copiam mihi fecit illustris atque consultissimus Dn. Gruberus in bibliotheca regia Hannoverana. Ibi hæc sigillatim notata reperiuntur: « Magnesia urbs Cariæ in Asia Minori prope Mæandrum fluvium, unde dicta Magnesia ad Mæandrum, antea Thessaloce, et Androlitia, prope Thoracem montem, episcopalis sub archiep. Ephesino, nunc Mangresia vulgo, caput regionis, XXVI millia passuum ab Epheso in ortum (sed teste Plinio *Histor.* lib. v, cap. 29, *Magnesia Mæandri cognomine insignis*, a

Digitized by Google

Straboni, et Plinio dicuntur cives vel populi istius loci, de quibus Lucanus lib. VI ait:

Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.

Mulieres autem dicuntur Magnesiæ vel Magnessæ; sic enim Horatius lib. III Carm., od. 7:

Magnessam Hippolytem dum fugit abstinens.

In Nic. Franc. Haymii *Tesoro Britanico* Londini 1720 edito, vol. II, p. 255, recensetur elegantissimus nummus sub Gordiano Pio cusus, cum hac epigraphe: Μάγνήτων ἑβδόμη τῆς Ἀσίας, *Magnetum septima Asiæ*, quia scilicet Magnesia erat una ex tredecim præcipuis civitatibus Asiæ, in qua olim Diana Licofrine potissimum culta fuit. Pertinet huc pariter nummus rarissimus a Magnetibus in memoriam Ciceronis cusus, cum proconsul esset Ciliciæ; quem commemorat Lucas Holstenius l. c. p. 195. Quin et Cicero ad Q. fratrem scribit: *De te a Magnetibus ab Sipylo mentio est honorifica facta, cum te unum dicerent postulationi L. Pansæ restitisse.* Delnceps autem Magnesios vel Magnesianos dictos esse incolas supra dictarum civitatum, perspicuum est ex epistolis S. Ignatii tum genuinis tum interpolatis, quas ad eosdem scriptas legimus.

§ V. *Magnetis nomen proprium viri.*

Enimvero proprium etiam quibusdam viris hoc nomen fuisse, quo sese ab aliis distinxere, exempla Magnetis Argi filii, conditoris Magnesiæ Thessaliæ, Magnetis comici Atheniensis ex urbe Icario, Magnetis poetæ Smyrnæi, Magnetis Hierosolymitani presbyteri, aliorumque, demonstrant: quorum nonnullos commemorat Suidas in *Lexico* s. t. Μάγνης, plures vero recenset Fabricius passim in *Bibliotheca Græca*. Quibus adhuc addi meretur, quod in ms. *Lexico Græco* codicis Coisliniani CLXXVII, ex quo plurima apud Suidam loca restitui, non pauca etiam suppleri posse existimat cel. Montfaconius (17), fol. 247 observatum legitur: Μάγνης, ὄνομα κύριον, *Magnes, nomen proprium* (18). Ex his igitur, quæ dicta sunt, lucem accipiunt verba Nicephori patriarchæ CP. indignantis, nomen *Magnetis* consulto omissum fuisse ab Iconomachis, cum testimonium ipsius contra sacras imagines adducerent, ut scilicet hunc alium esse auctorem persuaderent; unde in judicio antistitum orthodoxorum de verbis Macarii Magnetis, quæ Iconomachi contra imagines sacras impie usurpaverant, verum auctoris nomen restituit. Quam in rem ipsa Nicephori verba ex codice ms. inedito, quo usi sumus, h. l. apponam: Ἧς δὲ πόλεως ἱερεὺς, καὶ ὧν ἐπετρόπευσεν, οὔπω λέγομεν, ἕως ἂν τὸ *Μάγνητος* ἀκριβέστερον ἡμῖν καταληφθείη ἐξεταζόμενον, πότερον κύριον ἢ ἐθνικὸν ὄνομα τυγχάνει ὄν· λέγεται γὰρ καθ' ἑκατέρου τὸ *Μάγνης* ὄνομα. Ἴσμεν γὰρ δήπου καί τινα τῶν ἀρχαίων ποιητῶν οὕτω προσαγορευόμενον· ἤδη δὲ καὶ ἕτερον οἰκιστὴν τόπου τινὸς πάλαι ἱστορούμενον ἔγνωμεν, ἀφ' οὗ ἡ κατ' αὐτὸν περιοικὶς κατὰ τὴν Θετταλικὴν χώραν κειμένη Μαγνησία παρωνύμως ὠνόμασται· καὶ Μάγνητες τῶν τῇδε ᾠκημένων ἰθαγενῶν τὸ ἔθνος λέγεται· ὧν ἴσως ἐκεῖθεν τυχὸν μὲν καὶ ἀλλαχόσε ποι, οὐ μὴν δέ γε καὶ πρὸς τὴν Ἀσιάτιδα μετῳκηκότων γῆν, τῶν αὐτόθι καθιδρυμένων τινὲς πόλεων Μαγνησίαι ἀπ' αὐτῶν ἐπικέκληνται. *Cujusnam autem urbis pontifex fuerit, et quos cives rexerit, id quidem nondum definimus, quoad de voce* MAGNETIS *certius nobis constet, sitne proprium viri nomen, an gentis: de utroque enim dicitur vox* MAGNES. *Scimus quippe et veterum poetarum unum sic nuncupatum fuisse: item alium novimus antiquis celebratum, loci cujusdam conditorem, a quo circumjacens Thessalica regio Magnesia denominata est; indigenæ autem Magnetes dicti, qui quod fortasse inde cum in alias oras* (19) *tum in Asiaticam terram transmigrassent, eo factum est, ut quædam illic fundatæ urbes Magnesiæ ab iis appellatæ sint.*

§ VI. *Episcopi Magnetiæ. Ostenditur Macarium Magnetum episcopum, a Photio memoratum, a nostro diversum esse.*

Magnesianos jam inde ab illo tempore, quo epistolam ad eos scripsit S. Ignatius suos habuisse episcopos, vix dubitari potest, cum ipse Ignatius in epistola genuina ad Magnesios scripta Damam ipsorum episcopum celebret, et a presbyteris Basso et Apollonio distinguat. Quod ipsum et Eusebius, *Histor. eccles.* lib. III, cap. 36, confirmat, de hac Ignatii epistola ita scribens: Ἑτέραν δὲ (scil. ἐπιστολὴν) τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται. *Alteram quoque dedit epistolam ad Ecclesiam Magnesiæ civitatis, quæ ad Mæandrum sita est, in qua etiam Damam episcopum nominat.* Quapropter et in antiquis Notitiis Græcis utraque Magnesia tum ad Mæandrum, tum ad Sipylum, in provincia Asiæ proconsulari inter sedes episcopales refertur (20): speciatimque Eusemii episcopi a Magnesia (corrupte legitur *Magnemia*) in concilio Sardicensi A. C. 347; Macarii Magnetum episcopi in synodo ad Quercum contra Joannem Chrysostomum A. C. 403 habita; Daphni Magnesiæ Mæandri episcopi in concilio

Thessalica Magnesia orta, abest ab Epheso XV *millia passuum*), a Tralle XVIII in jmerid., LXX a Smyrna in ortum hibernum. » Addit ibidem: « Possis Magnesius res Magnesiorum composuit Græce. Magnesia urbs Lydiæ in Asia Minori, nunc Magnesa Menisso, episcopalis sub archiep. Smyrn., versus Sardes, et ad Sipylum montem, in limite Phrygiæ Majoris, est caput regionis, sub Turcis cum arce. » Vide Baudrandi *Lexic. Geog.*, sub voce *Magnesia*.

(17) In *Bibliotheca Coisliniana*, p. 230 et 236.

(18) Sic et Porphyrius lib. II *Περὶ ἀποχῆς*, p. m. 24, memorat ἄνδρα Μάγνητα ἐκ τῆς Ἀσίας, a Theopompo laudatum.

(19) In Cretam scilicet, juxta Cononis narrationem in Photii *Bibliotheca*, cod. CLXXXVI, artic. 29.

(20) Conf. Hardtuini *Index geographicus episcoputuum* in tomo XI *Conciliorum*, p. 775, et J. A. Fabricii *Index geographicus episcopatuum orbis Christiani*, p. 106, subjunctus ejusdem *Salutari luci Evangelii*, Hamb. 1731, 4.

Digitized by Google

Ephesino A. C. 431; Eusebii episcopi Magnesiæ civitatis Sipyli in concilio Ephesino A. C. 431; Leontii episcopi Magnesiæ Mæandri in synodo Ephesina II, A. C. 449, et in concilio Chalcedonensi A. 451, et in synodo Romana A. 503; Patricii episcopi Magnesiæ circa Mæandrum civitatis Asianæ regionis, in concilio œcumenico VI, sive Constantinopolitano III, A. C. 681; Stephani episcopi Magnesiæ Æmiliorum (Αἰμιλίων legitur pro Σιπύλων) provinciæ, in sexta synodo Trullana A. C. 706); Basilii episcopi Magnesiæ in concilio œcumenico VII, sive Nicæno II, A. C. 787; aliorumque plurium sequioris ætatis nomina in subscriptionibus conciliorum conservata deprehendimus. Insignis hic occurrit locus Photii, et consideratione nostra maxime dignus, qui cod. LIX, p. m. 53, ubi agit de synodo ad Quercum, quæ contra B. Joannem Chrysostomum illegitime coacta est, commemorat, in eadem synodo accusatum fuisse Heraclidem Ephesi episcopum a Macario Magnetum episcopo. Verba Photii hæc sunt: Ἐν ὑπομνήμασι δὲ αὐτὰ ἐπράχθη δέκα πρὸς τοῖς τρισίν· ἀλλὰ τὰ μὲν δύο καὶ δέκα, κατὰ τοῦ ἁγίου· τὸ δὲ τρὶς καὶ δέκατον περιέχει τὰ κατὰ Ἡρακλείδου, τοῦ εἰς Ἔφεσον ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντος, οὗπερ οὐδὲ τὴν καθαίρεσιν ἴσχυσαν τελειῶσαι, ἑτέρων τινῶν κωλυσάντων. Ὁ δὲ κατήγορος Ἡρακλείδου, τῆς Μαγνήτων πόλεως ἐπίσκοπος ἦν ὀνόματι Μακάριος. I. c.: *Tredecim hæc* (Synodus) *actionibus peracta, duodecim quidem contra S. Chrysostomum, tertia decima contra Heraclidem, quem Ephesiis ille ordinarat episcopum; hujus tamen depositionem validam reddere, aliis nonnullis prohibentibus, minime potuerunt. Heraclidæ accusator Macarius quidam nomine fuit, Magnetum episcopus.* Hunc tamen Macarium a Photio memoratum diversum fuisse opinor a nostro Macario Magnete, de quo nunc tota instituitur disputatio. Noster enim, teste Nicephoro cum reliquis antistitibus orthodoxis, qui in pervestigandis examinandisque Macarii Magnetis scriptis admodum solliciti fuere, in quibusdam doctrinis Origenem secutus, ac inter alia istud dogma amplexus est, ὡς τέλος ἕξει ἡ κατὰ τὸν μέλλοντα χρόνον τοῖς ἀσεβέσιν ἀνθρώποις ἠπειλημένη καὶ ἡτοιμασμένη παρὰ Θεοῦ κόλασις, *habituras olim finem eas pœnas, quas impiis hominibus Deus minatus est ac præparavit.* Sed Photianus ille Macarius, Magnetum episcopus, tantum abest ut Origenista fuerit, ut Heraclidem Ephesi episcopum potius Origenianismi accusaverit (21): ex quo capite accusationis ipsi etiam Chrysostomo crimen intentatum fuisse legimus, propterea quod Heraclidem diaconum suum Ephesinæ Ecclesiæ constituisset episcopum. Exinde igitur non sine magna probabilitatis specie colligere licet, duos vel plures istius urbis Magnesiæ episcopos idem nomen Macarii habuisse, in quibus vero dispar ætatis, qua floruere, et opinionum, quas amplexi sunt, observanda est ratio.

A

B

C

D

§ VII. *Macarium fuisse episcopum.*

Nostrum porro Macarium Magnetem itidem fuisse episcopum, inter alia vel titulus ἱεράρχου innuit, qui eidem tribuitur, et antiquissimis olim antistitibus fuit communis: cum ecclesiastici scriptores ἱερέας et sacerdotes appellare soleant duces et rectores gregis Christiani, ἱεράρχας vero et ἀρχιερέας pontifices atque episcopos (22), vel quia ante susceptam Christianam religionem his vocabulis assueverant, vel quod Veteris Testamenti stylum in ea re sibi imitandum putarent; vel quod generale vocabulum ad sermonis compendium sibi nullum reperirent aptius. Ex multis unicum hic sufficiat testimonium Polycratis Ephesini episcopi apud Eusebium, *Hist. eccl.* lib. V, c. 24, in quo Joannem evangelistam hierarcham et summum pontificem vocat, qui pontificale πέταλον gestavit. Licet enim haud ignorem, Stephanum le Moyne (23) fidem Polycratis hac in parte præter rem vellicare, ut hypothesi suæ inserviat, primo et secundo sæculo vocem *pontificis* et *sacerdotis* apud probos auctores istorum sæculorum nunquam occurrere: idem tamen fatetur, p. 30 has voces ab ethnicis desumptas jam ineunte sæculo III, in Ecclesiam Christianam introductas fuisse. Quin et primis Christianismi sæculis episcopos hoc nomine honoratos fuisse, ex solo Tertulliano constare potest, qui in lib. *De baptismo*, cap. 17, scribit: *Dandi quidem* (baptismi) *habet jus summus sacerdos, qui est episcopus, dehinc presbyteri*, etc. Nec longo tempore post in concilio III Carthaginiensi hic canon XXVI factus est: Ut primæ sedis episcopus non appelletur *princeps sacerdotum*, aut *summus sacerdos*, aut aliquid hujusmodi, sed tantum *primæ sedis episcopus*. Hierarchas vero sequiori demum ætate omnes appellatos fuisse episcopos, communesque cum summis pontificibus functiones habuisse, ex veteri ritu ordinationum sacrarum passim inter alios comprobavit Isaacus Habertus in *Pontificali Ecclesiæ Græcæ*, p. 341 seq., qui et peculiari observatione IV, de hierarchæ seu episcopi functione, quæ a S. Dionysio αὐτουργία dicitur, egit (24). De nostro igitur Macario Magnete hierarcha s. episcopo ita testantur antistites ortho-

(21) Vid. Photii *Bibliotheca*, l. c. p. m. 55, seq. et cod. XCVI, p. 257 et 265. Sed vide præterea Palladium, testem αὐτόπτην, in *Vita Chrysostomi*; Socratem, *Hist. eccl.* lib. VI, c. 17, et Sozomenum, lib. VIII, c. 19, necnon epistolam Chrysostomi ad Cyriacum, etc.

(22) Ex isto more antiquo Eusebius Cæsariensis episcopus Nicephoro in *Antirrheticis* vocatur ὁ τῆς Καισαρέων τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἀρχιερεὺς, etc. Non diu post Adriani tempora episcopi similes videri volebant pontificis maximi Judæorum; presbyteri eodem, quo sacerdotes, loco versari dicebantur; diaconi cum levitis comparabantur, notante ven. Dn. Moshemio in *Historia eccl.*, sæcul. II, part. II, cap. 2, § 6, recentissimæ *editionis*. Quæ comparatio jam tum nititur fide Clementis Romani in epist. I ad Corinthios, cap. 40.

(23) In notis ad *Varia sacra*, tom. II, p. 25, 33.

(24) Nota etiam sunt Joannis Euchaitorum metropolitæ, Philothei patriarchæ CPol. aliorumque scripta encomiastica in tres hierarchas, Basilium M., Gregorium Nazianzenum, et Joannem Chryso-

Digitized by Google

doxi apud Nicephorum CP. in sæpius laudatis *Antirrheticis* : Ἡ μὲν οὖν βίβλος Μακαρίου μὲν ἐπιγέγραπται, ἱεράρχου δὲ τὴν ἀξίαν· ὅπερ οὐχ ἡ ἐπιγραφὴ μόνη δείκνυσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡ ἔξωθεν ἐν ταῖς πτυχαῖς τῆς βίβλου ἀρχαιοτάτης οὔσης φιλοτίμως τυπουμένη τοῦ Μακαρίου τούτου εἰκὼν ἐκτυπώτερον παρίστησι. Στολὴν γὰρ ἱερέως τοῦτον ἀμπεχόμενον ὑποφαίνει, καθὰ δὴ πολλαχοῦ καὶ ἐν ἑτέραις δέλτοις ἀνιστορούμενον εὐπρεπῶς τὸν οἰκεῖον συγγραφέα βλέπομεν. *Liber itaque inscriptum habet Macarii nomen, item dignitatem, nempe pontificis. Idque non titulus solum indicat, sed ipsa etiam extrinsecus libri vetustissimi tegumentis eleganter impressa Macarii hujus effigies evidentius probat. Nam hunc sacerdotali veste indutum exhibet, quemadmodum et in aliis libris auctorem eleganter depictum sæpius videmus.* Ad quæ verba quidem Tillemontius, cum quo Boivinius olim fragmenta Magnetis communicaverat, in *Historia imperatorum*, et quidem in Vita Constantini Magni (25) hunc in modum commentatur : *Car, pour ce qu'ils assurent, que le manuscrit qu'ils en avaient trouvé était très-ancien, cela serait plus considérable, si son image n'y avait pas été habillée en évêque. Car assurément cela n'est pas du* IVe *siècle, ni apparemment du* V^e^. Sed præterquam quod ex involucris libri exterioribus et artificiose depicta imagine atque habitu episcopali Magnetis haud judicari potest de genuina antiquitate operis, vel ætate auctoris ; cum vel ipsum Christum, apostolos et antiquos plerosque clericos tunicatos et palliatos veteres picturæ et litteræ referre soleant : nihil tamen obstat, quominus per στολὴν ἱερέως longam atque ad talos demissam vestem intelligamus, quæ cum מעיל sive pallio pontificis maximi Hebræorum fere conveniat, ita ut ad ejus similitudinem tunica deinde episcopalis in Ecclesia Christiana sensim introducta sit (26). Quale ἱμάτιον (quod scriptores ecclesiastici alias διπλοΐδα appellant, hoc est vestem duplicatam, quæ totum veluti corpus duplicando circumvolvit) ipsum etiam Servatorem nostrum gestasse (27) haud dubitant ii, qui de re vestiaria veterum scripserunt : inter quos imprimis legendus est Joan. Braunius *De vestitu sacerdotum Hebræorum*, lib. II, cap. 2, p. 379, et cap. 5, p. 445 seqq. Quid quod et ærea illa statua Paneadensis, quam Eusebius luculentissimus et oculatus testis apud Cæsaream Philippi usque ad suam ætatem stetisse testatur, Christum Dominum διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, hoc est duplicata veste, tunica scil. et pallio, decenter indutum, ex communi istius ætatis opinione et vestiendi more repræsentaverit (28) : ut adeo hoc vestimenti genus a primis Ecclesiæ Christianæ sæculis haudquaquam fuerit alienum. Nulla proinde speciosa ratio, cur longas vestes episcopales, si a reliquis vestium ornamentis paulatim introductis discesserimus, ad tempora sæculo IV vel V inferiora demum referendas esse censeat Tillemontius. Contrarium forte jam tum colligi posset ex Polycratis Ephesiorum episcopi modo allegata epistola apud Eusebium *Hist. eccl.*, lib. V, c. 24, in qua S. Joannem apostolum memorat τὸ πέταλον, sive laminam auream, tanquam sacerdotalis habitus insigne, gestasse (29), quippe quod honoris insigne primos illos Christianorum pontifices exemplo Judaicorum pontificum imitatos esse arbitratur Henr. Valesius in notis ad hunc locum. Verum cum nonnulli (30) hæc potius metaphorice intelligi malint, non quod Joannes revera sacerdos fuerit, vel cum sacerdotalibus ornamentis incedere solitus esset, sed quia dotibus, meritis, virtute, sanctitate, sacerdotes Leviticos superaret, et cognitionis suæ sublimitate ita se attolleret et assurgeret, ut cœlos ipsos et Sancta sanctorum penetrasse videretur : misso paulisper isto testimonio, fortius provocare licebit ad Eusebii Cæsariensis orationem panegyricam de ædificatione Ecclesiarum Paulino Tyriorum episcopo A. C. 315 dictam; in qua Paulinum cæterosque episcopos præsentes statim ab initio hunc in modum alloquitur : Ὦ φίλοι Θεοῦ καὶ ἱερεῖς, οἱ τὸν ἅγιον ποδήρη, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον, τό τε χρίσμα τὸ ἔνθεον, καὶ τὴν ἱερατικὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος στολὴν περιβεβλημένοι, κ. τ. λ. *Amici et sacerdotes Dei, qui sacra tunica talari induti, et cœlesti gloriæ corona decorati, divinaque unctione delibuti, et sacerdotali sancti Spiritus veste amicti estis*, etc. (31) Quæ verba si iterum ex sententia Moynii tropologice tantum et per allusionem ad habitum pontificalem V. T. accipere, nec simul ad præsentem vestitum episcopalem istius temporis respicere velimus, verendum erit, ne integrum factum historicum de templo in urbe Tyro exstructo pari ratione in factum quoddam metaphoricum convertatur (32).

stomum : de quibus legi poterit J. A. Fabricius in *Bibliotheca Græca*, vol. VII, p. 558, et vol. VIII, p. 62.

(25) Tom. IV, p. 487 sq., cujus verba citavit Fabricius in *Delectu argumentorum et syllabo scriptorum de veritate religionis Christ.*, p. 66, seqq.

(26) Hinc in missa Ratoldi apud Hugonem Menardum in appendice ad librum *Sacramentorum* Gregorii Magni, p. m. 261, post acceptam stolam *ministratur episcopo tunica gyris in tintinnabulis mirifice refecta*, ad similitudinem sacerdotis Aaronici.

(27) Conf. Matth. IX, 20, 21 ; Marc. V, 27 et 30 ; Joan. XIX, 23, ex quo ultimo liquet, Christum duplici usum esse vestis genere, scilicet ἱματίοις et χιτῶνι.

(28) Vid. Eusebii *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 18.

(29) Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος.

(30) Vid. Steph. le Moyne, l. c. p. 28, et vener. E. S. Cyprianus in notis ad Hieronymum *De scriptor. eccl.*, cap. 45, p. 121, ex edit. Fabricii *Bibliothecæ ecclesiasticæ*. Conf. etiam Jo. Gottl. Heineccii diss. *De habitu et insignibus apostolorum sacerdotalibus*.

(31) Vid. Eusebii *Hist. eccl.*, lib. X, cap. 4, p. m. 371.

(32) Conf. Jo. Mich. Heineccii *Abbildung der Griechischen Kirche*, part. III, cap. 1, § 23, p. 3[illegible].

Digitized by Google

De Heracla Alexandrinæ Ecclesiæ presbytero, qui postea ejusdem loci episcopus fuit, jam tum Origenes apud Eusebium, *Hist. eccl.* lib. VI, c. 19, p. 221, testatur, illum, cum vulgari veste antea usus fuisset, ea deposita philosophicum induisse habitum (hoc est pallium cum tunica), illudque pallium postea etiam retinuisse (33). Pacatis vero Christianorum rebus, magis invaluit vestitus sacerdotibus proprius. Stolam sacerdotalem auro contextam refert Theodoretus (34) a Constantino Magno donatam Macario episcopo Hierosolymitano, ut ea indutus divini baptismi ministerium perageret. Ex quo loco apparet quam vetusta sit consuetudo sacrarum vestium in Ecclesia, judicante Henr. Valesio in adnotationibus ad h. l. Eustathium, Sebastiæ in Armenia episcopum, a patre suo Eulalio Cæsareæ Cappadocum episcopo depositum fuisse, ἐπειδὴ ἀνάρμοστον τῇ ἱερωσύνῃ στολὴν ἠμφίεστο, *eo quod vestem sacerdoti minime convenientem gestasset*, auctor est Socrates in *Hist. eccl.* lib. II, cap. 43. Sozomenus (35) rem magis illustrat, commemorans, Eustathium, habito concilio Gangrensi, in quo damnabatur, mutasse vestem, et conformiter reliquis sacerdotibus processisse. Unde liquido appareret, episcopos ejus temporis, abjecto pallio philosophico, jam tum peculiarem sumpsisse habitum. Huc etiam pertinet tunica, qua presbyter Nepotianus in ministerio Christi utebatur, quam sibi relictam Hieronymus scribit in epistola de ejus morte ad Heliodorum. Mitto reliqua, quæ de vestibus pontificalibus singulisque sacris indumentis episcoporum tam communibus quam peculiaribus, ex antiquitate ecclesiastica studiose collegit cardinalis Bona *Rerum liturgicarum* lib. I, cap. 24, et Hugo Menardus in notis ad Gregorii papæ *Librum sacramentorum*, p. 361 seqq., ubi simul iconem S. Remigii episcopi, sacris vestibus induti, exhibet (36).

A

B

C

D

§ VIII. *De ætate Macarii Magnetis. Probatur eum sæculo* III *vixisse.*

De ætate auctoris nostri, qua floruit, et quo tempore scripti sint ipsius libri Ἀποκριτικῶν, diversa feruntur eruditorum judicia. Franc. Turrianus in *Dogmatico de justificatione* (quem Romæ apud Antonium Bladum anno 1551 typis (37) subjecit) hunc Magnetem auctorem gravissimum et vetustissimum, quem *ante mille et quadringentos annos* (hoc est A. C. 150) vixisse putat, appellare haud veretur. Quapropter et Sandius in tract. *De veteribus scriptoribus eccles.*, p. m. 19, hac censura eum excipit: « Qui auctor quanquam Turriano est scriptor ecclesiasticus *temporibus apostolorum vicinus*, mihi tamen est certus hæreticus. » Turriani igitur mentem haud curate expressit Guil. Caveus in *Historia litteraria script. eccl.*, p. m. 114, scribens: *Magnes, scriptor valde obscurus, vixit (si ætatem ejus recte collocent Turrianus et Scribonius) circa annum* 350. Turrianus enim totis ducentis annis antiquiorem eum fecerat, ætatem ejus non ad A. C. 350, sed ad annum 150 referens. Antonius Possevinus in *Apparatu sacro* (38), tom. II, p. m. 50, Magnetem circa annum C. 308 floruisse existimat, dum eumdem *per vetustum auctorem* nominat, *qui ante mille et trecentos annos* evangelicæ apologiæ libros Græce scripserit ad Theosthenem adversus gentiles Evangelii calumniatores. Thomas Bozius Eugubinus, Congregationis Oratorii presbyter, sæculi V scriptorem constituit cum in opere *De signis Ecclesiæ Dei*, lib. XIV, p. 51 (39), scribit: *Audi nunc Magnetem, qui vivebat ante annos mille ducentos et ejus scripta sunt in Bibliotheca Veneta.* Certiora omnino, quam quidem hactenus habuimus, nobis præbent indicia *Libri antirrhetici* Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, in quibus disputatio continetur, quæ tota versatur circa testimonium Macarii Magnetis, quod contra imaginum cultum ab Iconomachis erat productum. Illam vero disputationem sæculo IX ineunte constat esse editam ab antistitibus orthodoxis, quibus præerat Nicephorus patriarcha. In cujus quidem initio certa quædam auctori nostro assignatur ætas, dum floruisse ibidem dicitur Macarius Magnes annos plus quam trecentos a prima Evangelii prælicatione, hoc est, post annum a morte Christi trecentesimum. En ipsa codicis ms. verba: Χρόνοις δὲ ὕστερον ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους ἀκμάσαντα τὸν ἄνδρα καταλαμβανόμεθα, ἐξ οὗ τὸ ἀποστολικὸν καὶ θεῖον ἐξέλαμψε κήρυγμα. Ἧς δὲ πόλεως ἱερεὺς, καὶ ὧν ἐπετρόπευσεν, οὔπω λέγομεν, ἕως ἂν τὸ *Μάγνητος* ἀκριβέστερον ἡμῖν καταληφθεὶη ἐξεταζόμενον, κ. τ. λ. *Virum autem illum comperimus floruisse supra annos trecentos, ex quo primum apostolici divinique præconii lux effulsit. Cujusnam autem urbis pontifex fuerit, et quos cives rexerit, id quidem* nondum *definimus, quoad de voce* MAGNETIS *certius nobis constet*, etc. Magnopere exinde falli liquet eos, qui Magnetem nostrum ut *novum aliquem ac nuperum Græculum* calumniantur, cum scriptoribus sæculi IX, bene exploratis omnibus circumstantiis, satis jam tum perspectum fuerit, auctorem istum ætatem sæculi III, vel incipientis sæculi IV, præ se ferre. Nec est quod adversariis suspecta esse queant ea, quæ de istius auctoris antiquitate in allata disputatione statuuntur. Expediebat enim imaginum defensoribus, fidem vellicare et infringere, antiquitatem pariter atque auctoritatem imminuere illius scripto-

(33) Notum est illud Tertulliani in lib. *De pallio*, cap. 6, ubi se omnibus cumulatum bonis arbitratur, quod pallium divinæ philosophiæ argumentum induerit, dum scribit: *At ego jam me illi etiam divinæ sectæ ac disciplinæ commercio confero. Gaude pallium, et exsulta: melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.*

(34) *Hist. eccl.*, l. II, c. 27.

(35) In *Hist. eccl.* l. III, c. 14.

(36) Conf. et Heineccii *Abbildung der Griechischen Kirche*, l. c., p. 38.

(37) Vid. Ant. Possevini *Apparatus sacer*, tom. I, p. 595.

(38) Coloniæ Agripp. 1608 edito.

(39) Edit. Colon. Agripp. 1626.

Digitized by Google

ris, qui suis opinionibus repugnare videbatur, et quem eorum adversarii Iconomachi multo labore tanquam testem fide dignissimum contra ipsos produxerant.

§ IX. *Ætas Macarii Magnetis colligitur ex criteriis libri interni.*

Ne autem frustra videantur antistites Ecclesiæ orthodoxi tantam Macario Magneti assignasse ætatem, præter externa testimonia etiam ex sedula lectione scriptorum ipsius conquirenda erunt argumenta et κριτήρια quædam interna, ex quibus, si non majorem, saltem indubiam sæculi III ætatem perspicere fas sit. Quam in rem ante omnia observandum erit, locum auctori nostro deberi inter istos veteris Ecclesiæ scriptores, qui ante pacem Ecclesiæ datam præstantissimas pro veritate religionis Christianæ adversus gentilium calumnias conscripsere apologias (40). Id enim et titulus libri Ἀποκριτικῶν πρὸς Ἕλληνας, vel Ἀπολογίας τοῦ Εὐαγγελίου, et veterum apologetarum consuetudo, propriaque de monarchia divina contra gentes disputandi ratio (41) perspicue satis commonstrat; tum et præcipuus totius operis scopus confirmat, qui adversus celebrem quemdam sui temporis philosophum inter Græcos, polytheismum gentilium defendentem, et multo supercilio simplicitati fidei Christianæ illudentem, directus est; de quibus ulterius deinceps disserendum erit. Ista vero omnia indicio nobis sunt, auctorem nostrum ea jam tum ætate vixisse, qua persecutiones Ecclesiæ Christianæ a gentilibus excitatæ adhuc apologias pro vindicanda Christianæ doctrinæ veritate et sanctitate flagitarunt. Ex quo enim paganismus opera Constantini M. prostratus, et Ecclesiæ Christi integra asserta fuit libertas, nec philosophos ullos, nec apologetas, hoc argumentum tanto studio amplius tractasse animadvertemus; cum nec acriter impugnare et calumniis impetere diutius liceret sacra Christianorum divina virtute propagata, nec tanto argumentorum robore vindicare atque tueri necesse esset (42). Inprimis cum inter eos, quibus res Christianæ sæculi IV et V non ignotæ sunt, ex Ammiani Marcellini, Chalcidii, Themistii, aliorumque monumentis satis perspectum sit, sapientiores istius ætatis philosophos, exemplo Ammonii magistri sui, conciliatorum veluti munus suscepisse inter Christianos atque gentiles, et utrorumque rationes conjungere quodammodo ausos esse. Quid quod Adrianus imperator in fragmentis nostris Macarianis a Græco philosopho de monarchia divina disputante in exemplum disputationis adducitur, ut a modo imperandi humano similem monarchiæ divinæ rationem colligeret? quod conjecturæ locum facit, philosophum, cum quo contendit Macarius, ab ævo Adriani non adeo longo remotum fuisse intervallo. Atque huic sententiæ astipulantem video eximium antiquitatis ecclesiasticæ scrutatorem Tillemontium, qui l. c. antistitum orthodoxorum judicium de ætate Macarii nostri prolatum ita comprobat atque suffulcit : *Ils nous apprennent que le dessein de cet ouvrage était de combattre les païens, particulièrement un philosophe aristotélicien qui reconnaissait un seul Dieu souverain, mais chef de plusieurs autres dieux, et qui employait tout le faste de son éloquence, et toute la subtilité de sa dialectique, contre la simplicité de la religion chrétienne. Cela est favorable pour faire cet auteur encore plus ancien qu'ils ne disent, et le mettre dès le temps des persécutions, puisque ni les philosophes, ni les apologistes n'ont plus guère traité cette matière depuis que Constantin a abattu le paganisme et a fait dominer l'Eglise. Ce philosophe, voulant donner un exemple d'un monarque, prend celui d'Adrien. Et cela porte naturellement à croire qu'il n'était pas fort éloigné du temps de ce prince.*

§ X. *Hæc de ætate Macarii Magnetis conjectura confirmatur ex narratione de statua Paneadensi.*

Accedit stabiliendæ antiquitati auctoris nostri novum robur ex fragmento decimo operis ipsius, in quo de Berenice muliere Edessena sive *Paneadensi* juxta Eusebium *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 18, a profluvio sanguinis liberata et per salutarem fimbriæ tactum a Servatore sanata refert, ejus facti imaginem ære expressam, sive statuam in perpetuam miraculi memoriam erectam, suo tempore adhuc incolumem fuisse, ὡς ἄρτι τοῦργον γενόμενον, οὐ πάλαι, *ut res non olim facta, sed hodie fieri videatur.* Enimvero statuam illam a Maximino tyranno, qui paulo ante Constantinum M. imperavit, jam sublatam fuisse, docet Asterius Amaseæ episcopus, qui se Juliano supparem ostendit in oratione *adversus avaritiam* (43), ubi superstites notat plurimos, qui ab eo inducti fuissent ad fidem negandam. Verba Asterii ex homilia in Jairum et mulierem αἱμορροοῦσαν exhibet Photius in *Bibliotheca*, cod. CCLXXI, p. m. 1507 et Franc. Combefisius in *Auctario novo Bi-*

(40) De quibus vid. Ad. Rechenbergii diss. *De apologiis doctorum veteris Ecclesiæ Christianæ*, quæ reperitur in volumine *Exercitationum in Novi Testamenti historiam ecclesiasticam et litterariam*, p. 305 seqq.; quibus proinde Macarii nostri scripta pariter accenseri merentur.

(41) Ad Irenæi epistolam, de monarchia, ad Florinum, seu quod Deus non sit conditor malorum, Henr. Valesius in adnot. ad Eusebii *Hist. eccl.*, l. v, c. 20, p. m. 101, recte adnotat : *Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent : eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem ac regem esse ostenderent.*

(42) *Posteaquam Constantinus civitati Christianæ pacem ac felicitatem extremam comparaverat, genus hoc philosophorum plerisque Christianis invisum erat admodum, neque multi antistites facile a se impetrabant, ut nomen et disciplinam Platonicam æquo ferrent animo.* Ven. Moshemius in notis ad Cudworthum, p. 734.

(43) Apud Franc. Combefisium tomo I *Auctarii novi Bibliothecæ Patrum*, p. 55.

Digitized by Google

bliothecæ Patrum, tom. I, ex quibus p. 276 sq. sequentia potissimum huc spectant : Καὶ οὐδὲν ἐκώλυε μέχρι νῦν σώζεσθαι τὸν ἀνδριάντα, καὶ δεικνύειν ἀμφότερα, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ θαυμάσιον, καὶ τῆς εὖ παθούσης τὸ χαριστήριον· εἰ μὴ Μαξιμῖνος ἐκεῖνος ὁ μικρὸν (44) πρὸ τοῦ Κωνσταντίνου τῆς Ῥωμαίων βασιλείας προηγησάμενος (45), ἀνὴρ εἰδωλολάτρης καὶ δυσσεβὴς, καὶ ζηλοτυπῶν ἐν τῷ ἀγάλματι τὸν Χριστὸν, ἀνείλετο τῆς πολίχνης τὸν χαλκὸν μόνον, οὐ τὴν μνήμην τῶν γενομένων. *Nec quidquam vetabat, ut ne hactenus statua sospes esset, amboque illa ostenderet, tum Dei miraculum, tum mulieris beneficio affectæ gratam mentem; nisi Maximinus ille, qui paulo ante Constantinum Romani imperii sceptra moderatus est, vir idololatra atque impius, ac Christo in imagine invidens, statuam æneam ipsam solam ab oppido sustulisset, non rerum gestarum memoriam.* Alio loco idem asserit Asterius, Maximini impietatem, qui in istud monumentum Paneadense jam tum bacchari cœperat, sua ætate pariter imitatum esse Julianum : Ὃν ζηλώσας καὶ τὴν ἀσέβειαν μιμησάμενος ὁ ἐφ' ἡμῶν Ἰουλιανὸς, τὰ παραπλήσια ἐπὶ τοῖς Χριστοῦ ὁμοιώμασιν ἔδρασε. Unde et merito Gregorius Nazianzenus in orat. 1 adversus Julianum imperatorem, quoad statuas et imagines ipsorum prostratas, Julianum cum Maximino componit. Quamvis itaque Philostorgius (46), Sozomenus (47) aliique scriptores istius statuæ destructionem Juliano potius Apostatæ, vel etiam ipsis Paneadensibus tribuere velint : id tamen sponte ex allato Asterii testimonio consequitur, Macarium nostrum ante Constantini M. ætatem, et ex fide reliquorum scriptorum ante Juliani tempora vixisse, suosque libros Ἀποκριτικῶν conscripsisse. Instituti nostri ratio haud permittit huic disquisitioni de vera origine monumenti Paneadensis longius immorari, singulaque excutere argumenta, quibus Theodorus Hasæus, vir, dum viveret, πολυμαθέστατος (48), istud non in memoriam miraculi a Christo patrati a muliere hæmorrhousa erectum, sed ab ipsa urbe Paneadensi Adriano imperatori consecratum fuisse, summo studio demonstrandum sumpsit. Illud vero constat tum ex laudatis Macarii, Eusebii, Asterii, Photii aliorumque testimoniis, tum ex ipso Juliani vel Paneadensium facto, illis temporibus satis antiquis saltem ex communi hominum opinione statuam Paneadensem pro Christi imagine habitam fuisse (49). Ut taceam, vix credibile videri, Julianum imperatorem ejusmodi statuam, quæ honori principis tam pii, justi, beneficii, Ælii Adriani, splendido *Restitutoris* elogio toties

(44) Μικρὸν deest apud Photium.
(45) Photius ἄρξας βασιλείας.
(46) *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 5.
(47) *Hist. eccl.* lib. V, c. 21.
(48) In diss. de statua hæmorrhousæ, quæ reperitur in *Sylloge dissertationum* ipsius Bremæ edita p. 314 seqq.
(49) Veritatem totius historiæ ex nostratibus imprimis vindicarunt Chemnitius in *Examine concilii Trident.*, part. IV, p. 45 ; Dorscheus in *Commentario in quatuor evangelistas*, p. m. 167 seqq., et Gottfr. Olearius in *Observationibus sacris in Matthæum*, p. 276 seqq.

A condecorati, posita fuisset, indignissimis adeo modis subverti, per urbem trahi confringique, et suam ejus loco reponi jussisse imaginem; quam tamen igne cœlitus delapso statim dirutam, reliquias vero statuæ Christo positæ a Christianis ejus ætatis in ecclesia sua collectas et aliquandiu conservatas fuisse tradunt Philostorgius, Sozomenus, Glycas, Theophanes, Nicephorus, aliique plures.

§ XI. *Diluuntur objectiones Tillemontii* 1° *A mentione templorum Christianorum.*

Dissimulanda tamen non sunt, quæ pariter in scriptis Magnetis nostri occurrunt dubia, quæque nonnullis antiquitatem ipsius hactenus evictam haud parum infringere videbuntur; qualia vel ipse laudatissimus Tillemontius observasse sibi visus B est, cum ex facta templorum Christianorum mentione ita concludit : *Néanmoins, puisqu'il marque que les chrétiens bâtissaient alors de grandes églises, il ne peut avoir écrit au plus tôt que vers le milieu du troisième siècle.* Nititur hæc objectio istis verbis, quæ in philosophi Græci argumentatione pro idololatria habentur : Ἀλλὰ καὶ οἱ Χριστιανοὶ μιμούμενοι τὰς κατασκευὰς τῶν ναῶν, μεγίστους οἴκους οἰκοδομοῦσιν, εἰς οὓς συνιόντες εὔχονται, καί τοι μηδενὸς κωλύοντος ἐν ταῖς οἰκίαις τοῦτο πράττειν, τοῦ Κυρίου δηλονότι πανταχόθεν ἀκούοντος. I. e. : *Sed et Christiani templorum exstruendorum morem imitati, domos maximas construunt, in quas convenientes precantur, tametsi illos nemo impedit, quominus id* C *domi faciant, Deo scilicet ubique audiente.* Enimvero ex citatis fragmenti verbis liquido satis apparet, hunc ethnici philosophi sermonem esse, qui gentilium suorum templa τοὺς ναοὺς, Christianorum vero ædes sacras tantum τοὺς οἴκους appellat, atque in ista comparatione magnum adhuc discrimen per imitationem aliquam sensim tollendum constituit. Habuerunt enim Christiani istius ætatis omnino sacras suas ædes, basilicas et templa sua, sed non more ethnico consecrata, nec sublimibus elata fastigiis : quemadmodum locum istiusmodi publicum, Alexandro Severo concedente, a Christianis occupatum, et ad sacra destinatum, testatur Lampridius in ejus Vita ; et templum Nicomediense in Bithynia, quod initio persecutionis a Diocletiano D excitatæ solo adæquatum est, memoratum legimus a Lactantio *De mortibus persecutorum*, cap. 12 (50). Nimis ergo leve est istud argumentum, quod ex denominatione ædium sacrarum a Christianis exstructarum ad imminuendam scriptoris nostri antiquitatem desumitur : quippe per οἴκους non templa ad morem gentilium splendide constructa, sed

(50) Ut præteream alia sacrarum ædium per illam ætatem vestigia, collecta a Tillemontio tom. III *Historiæ imperatorum*, de persecutione Maximini, artic. 6, et Guil. Beveregio, in *Codice canonum vindicato*, pag. 296 seqq.

Digitized by Google

ampliores domus, in quibus Christianorum conventus precandi causa instituebantur, intelligi in propatulo est. Quales jam sæculo III a Christianis erectas fuisse, passim memorat Eusebius, easque vocat προσευκτηρίων τοὺς οἴκους, *sacras ædes*, et ἐκκλησίας, *ecclesias*, alibi vero τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο, *ædes suas, in quibus conventus peragebant*, ac tandem οἴκους ἐκκλησίων, *ædes ecclesiarum* (51). Quid quod idem Eusebius *Histor. eccles.* lib. VII, cap. 30 (52) diserte narrat, Aurelianum imperatorem a Christianis interpellatum jussisse, ut Paulus Samosatenus hæreticus pelleretur domo ecclesiæ, τῆς ἐκκλησίας οἴκου, et hæc domus iis traderetur, quibus Italici Christianæ religionis antistites et Romanus episcopus scriberent. Id autem negari nequit, τῆς ἐκκλησίας οἶκον, et locum, in quo Christiani veteres cultus divini gratia conveniebant, ante Constantini Magni tempora vix unquam *templi* nomine insignitum fuisse; uti recte observat Dav. Blondellus *De episcopis et presbyteris*, sect. III, pag 254 seq.

§ XII. 2° *A descriptione regiorum insignium.*

Aliam difficultatem movet Tillemontius ex *sermonibus* Macarii Magnetis *in Genesin*, in quibus primum hominem ad imaginem Dei creatum regia veluti dignitate conspicuum introducit, ibidemque purpuræ, diadematis, atque sceptri ornatum regibus attribuit auctor: quæ tamen Romanis imperatoribus vix ante sæculi IV ætatem in usu fuisse, veterum scriptorum monumenta testantur. Audiamus ipsa Tillemontii verba: *Il y représente le premier homme comme un roi, quoique sa royauté ne fût point marquée par la pourpre, par le diadème, ni par le sceptre. C'étaient donc là de son temps les marques de la royauté. Et puisque nous ne voyons point que les empereurs romains se servissent communément du diadème que depuis Dioclétien, ou peu avant lui: ce peut être une preuve que cet auteur n'a point écrit avant ce temps-là. Mais je ne vois point que ni alors ni longtemps depuis, on parle de sceptre: et Macaire peut avoir voulu marquer ce qui se faisait, soit parmi les Romains, soit parmi les autres peuples.* Liquet ex his verbis, rectissime jam tum huic dubio satisfecisse ipsum Tillemontium, cum Macarium non ad Romanorum tantum, sed et aliorum populorum respexisse morem existimat, quibus purpura, diadema atque sceptrum inter præcipua regiæ dignitatis numerabantur insignia. Pari modo etiam Tertullianum, scriptorem sæculi II, jam tum diadematis atque sceptri regii meminisse legimus in lib. *De pallio*, cap. 5: *Tamen inquis, ita a toga ad pallium? Quid enim si et a diademate et a sceptro? An aliter mutavit Anacharsis, cum regno Scythiæ philosophiam prævertit?* Quid quod et imperio Romano ad monarchiam deducto, principes ipsi, qui etiam imperatores dicebantur, quoniam regium nomen Romæ infaustum invisumque erat, purpuram tamen pro insigni imperatorio servaverunt? ut auctor est Capitolinus in *Maximis* et in *Gordiano*, necnon Lampridius in *Historia Alexandri Severi*, cap. 51. Sic pariter Herodianus de Gordiani inauguratione ad imperium locutus lib. VII, cap. 5 (53), scribit, adolescentes, impetu in ædes facto, Gordianum supra grabbatum requiescentem offendisse, circumfusosque senem purpura induisse atque Augustalibus honoribus consalutasse (54). Verum et diadema, quod Suidas τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα, et Hesychius στέμμα βασιλέως interpretantur, inter ornamenta imperialia atque regia plurimarum gentium inde ab antiquissimis temporibus adhibitum fuisse, omni dubio vacat. Duplici enim diademate Artabanum Parthorum regem usum fuisse memorat Herodianus *Histor.* lib. VI, cap. 2, p. m. 257; quemadmodum et in sacris paginis inter ornatum Mardochai regium διάδημα βύσσινον πορφυροῦν relatum legimus Esther. VIII, 15. Equidem in Romanorum monumentis, speciatimque Ammiano Marcellino, non sine graviori causa adnotatum est, invidiæ Pompeio datum fuisse ab obtrectatoribus, quod fascia obligatum crus circumferret ulceris causa, veluti rerum novarum affectationis id foret præsagio (55). Julium Cæsarem etiam hoc regni insigne arrogantius affectasse, et cum quidam e turba statuæ ipsius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, tribunos plebis detrahi coronæ fasciam, et duci in vincula hominem jussisse, testis est Suetonius in ejus Vita, cap. 79. Nec multum abfuit, quin diademate usus esset Caligula, speciemque principatus in regni formam convertisset, nisi prudentum in aula Romana ratio imperatori hæc insignia regia affectanti suggessisset, eum et principum et regum excessisse fastigium (56). Quamvis igitur, propterea quod regium nomen, ac proinde proprium regum insigne, aversarentur Romani, diademate caruerunt per aliquot sæcula eorum imperatores, aut rarissime eo usi fuerunt: nihilo tamen minus istud diadematis genus, quod lauream modo coronam fascia candida præligatam refert, etiam in numismatibus veteribus Augustorum incipientis imperii quandoque adhibitum conspicimus (57). Unde et

(51) Vid. Euseb., *Hist. eccl.* lib. VIII, cap. 2, p. m. 293, 294. Ibid. cap. 17, p. 316. Ibid. lib. IX, cap. 9, p. 362.

(52) P. m. 282.

(53) P. m. 301 seq. edit. Bœclerianæ Argent. 1644, 8.

(54) Plura exempla huc facientia suppeditat Wolfg. Lazius in *Commentar. de republica Romana*, lib. IX, cap. 2, p. 755 seqq. Idem quoque Herodianus lib. VI, c. 8, de Maximini electione refert: Πορφύραν ἐπιβαλόντες βασιλικὴν, αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν.

(55) Conf. Plutarchus in Vita Cn. Pompeii.

(56) Vid. Suetonius in Vita Caligulæ, cap. 22.

(57) Conf. Antonii Augustini *Antiquitates Romanæ*, ex nummis veterum, dialogo 6, p. m. 81: *Christianorum vero imperatorum ævo, quod lauro coronari nollent, ut solebant Augusti ante Constantini Cæsaris tempora, seria tali vitta cingebantur, variis gemmis ac lapidibus distincta*; etc.

Digitized by Google

Horatius ipso ævo Augusti illud diadema regium hoc modo describit *Carm.* lib. II, od. 2 :

Regnum et diadema tutum
Deferens uni, propriamque laurum.

Inclinante autem imperii ætate Aurelianum primum publico ac solemni more hoc diademate fuisse ornatum, meminit Aurelius Victor in ipsius Vita, cap. 35. Quamvis Jornandes (58), publicum istum usum Diocletiano primum attribuat. Denique dum sceptri usum regium multo adhuc recentiorem Diocletiani ævo inter Romanos fuisse autumat Tillemontius, in eo haud parum falli videtur vir doctissimus et in historiarum veteris ævi monumentis alias versatissimus. De Romanorum regibus ex Dionysii Halicarnassensis (59) testimonio constat, quod Tarquinius transmissa sibi ab Etruscis insignia regia, coronam scil. auream, et sceptrum eburneum in summitate aquilam habens, pariter atque ipsius successores, gestare consueverint. Sic etiam de populo Romano idem scriptor insimul memoriæ prodidit, quod exterorum regum potestatem confirmaturi, sceptra et diademata iisdem mittere, in more habuerint. Scilicet potestas, fortuna, et efficacia auspicii consiliique regii, a Deo profecta, sceptri symbolo debuit notari : cujus tanquam regii ornamenti non minus meminere scriptores aureo Augusti ævo celebres. Ita enim inter Priami, Trojanorum regis, insignia, quibus instructus jura vocatis dabat populis, sceptrum pariter Virgilius (60) enumerat ;

Hoc Priami gestamen erat, cum jura vocatis
More daret populis, sceptrumque, sacerque tiaras,
Iliadumque labor, vestes.....

Et quid magis confirmant nummi Adriani, item Antonini Pii, et Alexandri Severi Augustorum, in quibus Justitia sedentis est habitu, sinistra virgam tenens, dextra vero pateram gestans? Sceptrum scilicet designat imperium mundi ac reip. administrationem ; quamobrem et virgam gestat : patera vero Divinitatem significat, interprete Antonio Augustino in dialogo 2 *Antiquitatum Romanarum*, in nummis veterum, p. m. 19. Unicum adhuc addam exemplum Gordiani, nomen imperatoris cultumque gerentis, in cujus pompa atque comitatu regio virgas identidem laureatas commemorat Herodianus (61) ; quippe quo insigni principes a privatis dignoscuntur. Ex quibus omnibus dilucide satis conficitur, descriptionem regiam a Macario Magnete supra allatam a consuetudine ac moribus sui sæculi haudquaquam esse alienam ; cum id nobis sufficiat, fuisse ea ætate reges purpura, diademate atque sceptro tanquam regiis ornamentis conspicuos.

§ XIII. 3° *A silentio Eusebii atque Hieronymi.*

Magnam fortasse speciem habet, quod adhuc objicitur, neque Eusebium, diligentissimum scriptorum suæ ætatis investigatorem, neque Hieronymum in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, reliquosve hujus generis scriptores, ullam unquam Macarii Magnetis fecisse mentionem, sed altum ubique illius reperiri silentium. Præterquam autem quod non omnia veteris Ecclesiæ monumenta ad Eusebii et Hieronymi manus pervenerunt, tum multos alios quoque scriptores priscæ ætatis fideique minime dubiæ, e. c. Hymenæum et Athenagoram, silentio ab iisdem prætermissos esse, cuilibet accuratius legenti patebit. Quapropter et Bellarminus, *De scriptoribus ecclesiasticis*, ad Athenagoram observat : *Mirum autem est, cur Eusebius diligentissimus scriptorum investigator, hujus auctoris non meminerit. Quod autem S. Hieronymus hunc scriptorem omiserit, non est adeo mirum, cum satis constet, catalogum S. Hieronymi ex historia Eusebii esse desumptum, quoad illos scriptores, qui Eusebium præcesserunt.* Eadem igitur ratio etiam hoc loco valebit, et haud mirum, si nec Macarii Magnetis ulla ab Eusebio atque Hieronymo facta sit mentio ; cum vel ipse Eusebius (62) fateatur, se non omnia nosse, quæ ex veterum ecclesiasticorum scriptis suo adhuc tempore apud multos servabantur laudabilis diligentiæ monumenta ; multorum quoque lucubrationes ad se quidem venisse, quorum tamen ne ipsa quidem nomina recensere potuerit, et quorum auctores, quamvis orthodoxi et ecclesiastici fuere, obscuri tamen ignotique fuerint Eusebio, propterea quod ipsi libri auctorum non præferant nomina. Quin et Nicephori CP. ætate hunc auctorem ejusque doctrinam et scripta nondum satis fuisse cognita, perspicitur ex indignatione antistitum orthodoxorum in eum, qui testimonia Magnetis mutilata excerpserat : Οὐκ εἴχομεν δὲ, inquiunt, ὅ τι δράσαιμεν τῶν νῦν προελθουσῶν εἵνεκεν χρήσεων· λίαν γὰρ θαυμάζομεν καὶ ἐκπεπλήγμεθα, ὅστις ποτὲ εἴη ὁ ταύτας ἀναλεξάμενος, ὡς τὰς βίβλους αὐτὰς οὐκ ἐξέπεμψε. Πότερον τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ συγγραφέως φθονήσας ἡμῖν, τοῖς ταύτης ἐφιεμένοις καὶ γλιχομένοις; Ἢ τὸν σκοπὸν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἀποκρύψασθαι βουλόμενος, ὡς δὴ εὐθύς τε καὶ ἐκ πρώτης ἐπιδολῆς ἐμφανοῦς καὶ δήλης τοῖς ἐντευξαμένοις καταστησομένης, κἀντεῦθεν διαδρᾶσαι τῶν δραματουργηθέντων τὸν Ἔλεγχον. Id est : *Ad prolata testimonia quod attinet, non satis constitit nobis, quid faceremus. Miramur enim valde et obstupescimus, quisquis ille est qui ea excerpsit, cur ipsos libros non miserit. An quia scientiam doctrinamque illius laudati scriptoris optantibus nobis desiderantibusque invidit? An quia mentem*

(58) In lib. *De regnorum ac temporum successione*, cap. 87.
(59) *Antiquit. Roman.*, lib. III, cap. 11.
(60) *Æneid.* lib. VII, v. 247. Conf. ibid. lib. XII, v. 206.
(61) *Histor.* lib. VII, c. 6, p. m. 305 ;
(62) *Hist. eccl.* lib. V, cap. 27.

Digitized by Google

auctoris argumentumque operis, quod ab ipso statim exordio evidens manifestumque lectoribus exstitisset, occultare, atque ita facinorum suorum indicium et convictionem vitare voluit? etc. Quod si denique in originem istorum errorum paulo curatius inquirere velimus, qui Macario Magneti nostro imputantur, et de quibus deinceps disserendi locus erit; majoris forte adhuc antiquitatis, quam quidem sæculi III ad finem vergentis ratio patitur, varia colligi possent indicia, quæ superioribus argumentis haud parum adderent roboris. Jubet autem necessitas, ut hanc disquisitionem de ætate auctoris nostri finiamus æquissimo satisque probato Cl. Joannis Boivinii judicio, quod ex autographo viri post fata superstitis hoc loco subjungere haud injucundum fore existimamus: sane si constet, Magnetem ante Origenis tempora floruisse, ut quidam existimarunt (63), floruisse eum necesse est ea ipsa ætate, qua erroribus illis non defuere magni auctores. Sed interim dum tantæ vetustatis argumenta nobis certa suppetant, tutius fuerit cum Nicephoro patriarcha et aliis Iconomachorum adversariis Macarium Magnetem sæculo integro statuere juniorem, ut Origene quidem et Tertulliano recentior, Athanasio autem et concilii Nicæni Patribus æqualis habeatur.

§ XIV. *Macarii Magnetis scripta.*

Accedimus nunc ad recensionem scriptorum Macarii Magnetis, quorum hactenus inter eruditos vix ulla exstitit memoria, nedum certa quædam notitia; quippe inter vetustissimorum auctorum monumenta deperdita (64) hucusque injuria temporum delituisse jam supra indicavimus. Et quamvis hodienum adhuc integra ipsius opera ad manus nostras haud pervenerint, pretiosa tamen ἀποσπασμάτια quamplurima, aliaque ejusdem scriptoris fragmenta ad doctrinam ecclesiasticam perquam utilia, nostro tandem sæculo in præstantissimis bibliothecis feliciter inventa, e tot sæculorum tenebris demum emersisse maximopere gaudemus. Opus ipsum hujus pervetusti auctoris titulo *Apologiæ evangelicæ ad Theosthenem adversus gentiles Evangelii calumniatores* insignitum quidem legimus a Zacharia Cretensi, Turriano, Possevino, aliisque recentioribus: et ex Turriano speciatim constat, *quinque* fuisse *libros Ἀποκριτικῶν* sive *Responsionum* scriptos a Magnete hierarcha. Quod et diserto longe antiquioris scriptoris confirmatur testimonio in codice ms. bibliothecæ Regiæ Parisiensis optimæ notæ et antiquitatis numero 3502, fol. 205, in quo de libris a Macario Magnete scriptis hæc paucula ad oram codicis minio notata leguntur, quæ quoad ultima verba vetustatis vitio penitus fere obliterata invenimus: Τοῦ Μακαρίου Μάγνητος καὶ ἕτερον σύγγραμμα εὑρίσκεται ἐν πέντε βιβλίοις διηρημένον πρὸς Ἕλληνας περὶ ... ἐν ταῖς ῥήσι... με ... λ .... In Nicephori CP. *Antirrheticis*, ex quibus potissimum auctoris nostri fragmenta deprompsimus, hæc habetur inscriptio: Τοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐκ τῆς τετάρτης βίβλου τῶν Ἀποκριτικῶν, *sancti Macarii ex quarto libro Apocriticorum.* In aliis codicibus mss. citantur Macarii Ἀποκρίσεις; quemadmodum hoc opus apologeticum e. c. in cod. Reg. 1986, fol. 257, necnon in cod. 2935, sequenti gaudet titulo: Μακαρίου Μάγνητος ἐκ τῶν πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ Ἀποκρίσεων, id est *Macarii Magnetis ex ejus ad Græcos Responsis.* De quo titulo audire lubet ipsum Nicephorum ita loquentem: Τὸ δὲ τῶν Ἀποκριτικῶν ἐν τῇ ἐπιγραφῇ προκείμενον, ἐπειδὴ κατὰ διαφόρων ἡ λέξις σημαινομένων φέρεται, ἱκανῶς ἐπετάραττεν τῶν ἀκουόντων τὴν αἴσθησιν, ἔννοιαν δ' οὖν ὅμως ἐνταῦθα παρεῖχεν τῷ ἐντυγχάνοντι, ὡς ἐπὶ προηπορημένων ἢ προτεθέντων εἰς ζήτησιν πρότερον τινῶν λόγων ἐπάγεται, τὴν λύσιν ἢ τὴν ἐπίκρισιν τούτων ὑπαγορεύουσα, κ. τ. λ. APOCRITICORUM *autem vocabulum, quod in titulo occurrit, quia ad varias significationes producitur, mentem audientium non parum torquebat: dabat tamen lectori hanc suspicionem, quasdam fuisse quæstiones ante controversas, vel ad disceptandum propositas, ad quas vocabulum illud pertineret, et quarum sive solutionem sive examen indicaret,* etc. (65).

§ XV. *Notitia codicum mss. operis Macariani.*

Exstitit olim integrum opus apologeticum Magnetis, quinque libris constans, inter mss. codices bibliothecæ Venetæ, quo codice se usum esse passim profitetur Turrianus, dum varia exinde publicavit excerpta partim Græce, partim Latine tantum edita. Unicum tantum ipsius locum citabo ex tractatu pro canonibus apostol. contra Centuriatores Magdeb., lib. IV, p. m. 317 (66): *Non pigebit hic repetere,* inquit, *quæ ex libro* V *Magnetis contra Theosthenem in Dogmatico nostro de justificatione Latine interpretatus sum, cum de fide Abrahæ dissererem. Si quis Græca conferre voluerit, inde petat. Scripsit hic auctor ante mille et quadringentos annos libros quinque apologeticos pro Evangelio, qui usque in hodiernum diem in bibliotheca Veneta servantur.* Cujus testimonium si qui ut leve ac suspectum rejiciunt, credant saltem antiquis bibliothecæ Venetæ catalogis, ex quibus perspicitur, libros illos in bibliotheca D. Marci utique asservatos fuisse, notatosque numero A. 14, idque *in papyro et sine tabulis*, id est, sine tegmine. Similes catalogos hoc ipsum confirmantes, unum in bibl. Regia Paris., alterum in Colbertina, se vidisse testatur cl. Boivinius; proindeque haud dubitat, quin ii libri, si hodie non reperiuntur, vel furto perierint, ut alii complures,

(63) Confer judicium Tillemontii ex l. c. repetitum in J. A. Fabricii *Delectu argumentorum de verit. relig. Christ.*, pag. 70.

(64) Quapropter et J. A. Fabricius hunc auctorem inter scriptores deperditos sæculi III merito retulit in *Bibliotheca Græca*, vol. V, c. 1, p. 276.

(65) Confer etiam quæ supra jam tum in § 8 adducta sunt.

(66) Edit. Lutetiæ 1573, in-8°.

Digitized by Google

vel situ consumpti sint, viles scilicet habiti, et ab ipsis bibliothecariis neglecti, propterea quod chartaceï et male compacti, et fortasse mutili ac laceri erant. Eamque ipsam cum Boivinio opinamur causam fuisse, cur in eos catalogos, qui nunc in bibliotheca Veneta sunt, non relati fuerunt : in quibus nullam exstare Magnetis mentionem, Boivinium olim docuerat ipse bibliothecarius Venetus, eruditissimus Letus. Quod idem nuperrime adhuc ex litteris doctissimi cujusdam amici, Venetiis vitam agentis, ope promotoris atque collegæ conjunctissimi D. Feuerlini perspeximus. Præter hunc codicem Venetum, qui omnes quinque libros Ἀποκριτικῶν complecti dicitur, in *Catalogo mss. librorum bibliothecæ Vaticanæ*, qui olim penes episcopum Norvicensem in Anglia fuit, similiter reperitur hic titulus libri : Μάγνητος ἐκ τῶν πρὸς Ἕλληνας ἀποκρίσεων, quem ex fide excerptorum Jo. Ern. Grabii huc referendum duximus, ut curatius illum codicem investigandi subministretur occasio. Dum igitur plura ac certiora de integro opere Magnetis aliquando tradantur, jacturam istam aliquatenus resarcire juvabit, si pleniorem fragmentorum ex hoc thesauro deperdito excerptorum notitiam cum erudito orbe communicaverimus, fontesque, ex quibus ista haurire licuit, indicaverimus. Latebant scilicet in bibliothecis opera S. Nicephori patriarchæ CP. dogmatica, sive *Libri antirrhetici* pro fide orthodoxa adversus Iconomachorum falsas criminationes et perversa dogmata (67), in quibus inter alia reperitur *Disputatio de Macarii Magnetis testimoniis*, quam ex tribus codicibus mss. optimæ notæ, Regio Parisiensi, Colbertino et Coisliniano descriptam ac fidelissima cura collatam exhibebimus. Colbertinus codex membranaceus, cujus describendi copiam cl. Jo. Boivinio jam tum fecerat Steph. Baluzius, pervetustus est, annorum, ut opinabatur Boivinius, sagacissimus antiquitatis litterariæ perscrutator, ferme octingentorum. Regius membranaceus eidem multo recentior ætatem 500 annorum præ se ferre, et ex priori descriptus esse videtur. Coislinianus bombycinus quidem, sed eximiæ nihilominus notæ, et antiquus, videlicet XI circiter sæculi, judice celeb. D. Montfauconio in *Bibliotheca Coisliniana*, cod. XCIII, pag. 143. In hac *Disputatione* varia leguntur excerpta ex libris Apocriticis Macarii sive ex ejus dialogis cum Græco sive ethnico philosopho, quibus præmissa est a Nicephoro Ἐπίκρισις ἤτοι διασάφησις τῶν οὐκ εὐαγῶς ἐκληφθεισῶν κατὰ τῶν ἱερῶν εἰκόνων χρήσεων, γενομένη παρὰ τῶν προεστώτων τοῦ ὀρθοῦ τῆς Ἐκκλησίας δόγματος, id est : *Antistitum orthodoxorum judicium sive declaratio de testimoniis* (scil. Macarii Magnetis) *quæ non sincere contra sacras imagines usurpata sunt.*

§ XVI. *Scopus scriptorum Magnetis.*

Scopum totius operis Macarii nostri, de quo supra jam tum § 9 nonnulla adnotata esse memini, optime dijudicandum esse arbitror ex illa descriptione, quam Nicephorus patriarcha cum reliquis antistitibus, qui summa cura hoc scriptum Magnetis perlegendi atque haud perfunctorie examinandi causam habuere, sequentem in modum in *Antirrheticis* suis exposuit : Θεοσθένει δέ τινι προσφωνεῖ τῶν ἄγαν εὐνουστάτων αὐτῷ καὶ φίλων, καὶ ὥσπερ τῶν λόγων διορθωτῇ καὶ κριτῇ ὑπάρχοντι· ὁ δὲ σκοπὸς αὐτῷ τῆς πραγματείας κατὰ Ἑλλήνων προάγεται, καὶ τούτων μάλιστα πρός τινα τῶν ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους διατριβῆς ὄντα ἐπιφέρει τὰς ἀντιῤῥήσεις, δόξης μὲν τῶν μοναρχίαν πρεσβευόντων ὑπάρχοντα, μέγα δὲ ἐπὶ σοφίᾳ τῇ θύραθεν κεκτημένον τὸ φρόνημα, καὶ δεινῶς τὴν ὀφρὺν κατὰ τῶν ἱερῶν ἀνασπῶντα δογμάτων, καὶ τοῖς ἐκ τῆς οἰκείας τέχνης σοφίσμασί τε καὶ πιθανότησι τῆς ἁπλότητος τοῦ μυστηρίου τοῦ καθ' ἡμᾶς καταχομψευόμενον. Id est : *Scriptum suum nuncupat (Macarius Magnes) Theostheni cuidam amantissimo charissimoque, et quasi librorum suorum emendatori ac judici. Instituti vero operis scopus contra Græcos dirigitur, et ex omnibus unum maxime Aristotelica disciplina imbutum refellere contendit, illius quidem opinionis fautorem, quæ monarchiam statuit, doctrina autem profana tumidum, et in sacra dogmata terribile supercilium attollentem, suæque artis fallacibus conclusiunculis probabilibusque argumentationibus simplicitati fidei nostræ illudentem.* Exinde igitur primum in promptu est Theosthenem non fuisse adversarium Macarii Magnetis cum quo in disputatione sua contenderit, sed amicum charissimum, ad quem ceu optimum judicem *Apologiam* suam pro doctrina Christiana contra gentiles Evangelia calumniantes conscripsit, ejusque nomini dicavit. Fallitur propterea Turrianus tum in præfatione ad *Constitutiones apostolicas*, tum in lib. II pro epistolis pontificum, cap. 3, p. m. 120 b, qui Theosthenem illum tanquam philosophum Peripateticum Celso, Porphyrio et Juliano, Christiani nominis hostibus, perperam jungit : simulque in eumdem errorem a Turriano inducti sunt Blondellus, Albertinus, Caveus, Sandius, et Wilh. Ern. Tenzelius (68), asserentes Magnetem Christianum scripsisse adversus Theosthenem gentilem, discrepantiam evangelistarum et alia in Evangeliis notantem Christianisque objicientem. Rectius autem Zacharias Cretensis citat Magnetis Ἀπολογίαν τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς Θεοσθένη, quem secutus est Anton.

(67) Cujus operis inediti conspectum atque elenchum Parisiis anno 1705 vulgavit R. P. Anselmus Bandurius, quem B. J. A. Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* vol. VI, pag. 640 seqq., inseruit.

(68) In *Exercitat. select.* part. poster., pag. 235. Conferatur etiam J. A. Fabricii *Salutaris lux Evangelii*, pag. 154, et ven. D. Moshemii *Institutiones historiæ Christianæ antiquioris*, sæc. III, part. I, § 7, p. 211 editionis nuperrimæ.

Digitized by Google

Possevinus *Apparatus sacri* tom. II, p. m. 50, scribens de Magnete: *Evangelicæ Apologiæ libros Græce scripsit ad Theosthenem adversus gentiles Evangelii calumniatores.* Porro scopus operis refertur ad oppugnandos Græcos, speciatimque ad confutandum celebrem quemdam ejus ætatis philosophum, quem Nicephorus propterea Aristotelica disciplina imbutum nominat, quod insanum dialecticæ studium ex Aristotele hauserit, multisque subtilitatibus logicis simplicitatem Christianæ fidei sit insectatus. Hunc vero philosophum ipsum fuisse Porphyrium Syrum, seu Tyrium, acerrimum Christianorum inimicum, præter exactam ætatis juxta atque doctrinæ convenientiam, suadent plurima, quæ in fragmentis scriptorum Macarii Magnetis occurrunt, haud sane spernenda indicia. Quod si enim ætatis rationem attendamus, supra jam tum demonstratum est, vixisse Magnetem nostrum circa medium vel saltem finem sæculi æræ Christianæ tertii. Atque de Porphyrio pariter constat, eum 30 annos natum ab anno Christi 263 Romæ fuisse Plotini philosophi Platonici auditorem, ibidemque septuagenario majorem anno Christi 303 diem obiisse (69). Quamvis igitur Porphyrius anno post Adriani obitum 120 floruit, istum tamen imperatorem potissimum in disputatione sua *De monarchia divina* in exemplum imperantis monarchæ adducit cum eo tempore Adriani memoria adhuc viget, maxime apud philosophos, quos ille in aulam primus introduxit, et familiarissimos habuit. Inter characteres istius philosophi, cum quo Magneti nostro res est, Nicephorus quidem observat, eum Aristotelica philosophia imbutum fuisse; quod tamen Porphyrio philosopho Platonico haudquaquam convenire videatur. Verum tanto veritatis studio Porphyrius excelluit, ut non temere ad unam aliquam sectam velut ad scopulum adhæserit, nec juraverit in cujusquam magistri verba. Interim duos sibi potissimum elegerat duces, quorum vestigia premeret, Platonem atque Aristotelem, quos in præcipuis doctrinæ capitibus inter se consentire prolixo opere probandum susceperat (70-71). Ita namque refert Suidas, Porphyrium defendisse, unam esse Platonis et Aristotelis sectam : unde cum utriusque philosophiæ æque peritus esset, Aristotelica ubique Platonicis admiscuit. Quod et Proclus lib. I in *Timæum*, p. 18, testatur, ubi ait Porphyrium Περιπατητικὰς ἀποδόσεις παρεσφέροντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας. Atque hoc liberrimum philosophandi genus, quod paulo ante ab Ammonio Alexandrino fuerat introductum, maxime probaverat Porphyrius, adeoque ad classem Eclecticorum referri maluit, licet A isti Platoni præ cæteris faverent, et vel Platonicorum vel Pythagoreorum appellationem affectarent (72). Cum porro Nicephorus istum philosophum, contra quem Macarius scripsit, hoc charactere designat, quod fuerit *doctrina profana tumidus et in sacra dogmata terribile supercilium attollens* : Porphyrio utique non sublime solum ac validum ingenium fuisse, sed et vehemens atque aliquo furore admistum, ex scriptis ipsius superstitibus satis apparet. Quapropter et Eusebio (73) τοιαῦτα κατακομπήσας dicitur, id est, quod ad fastum et ostentationem verba sua composuerit : et S. Cyrillo (74) audit ὁ θρασὺς καθ' ἡμῶν Πορφύριος. Neque aliam ego causam fuisse dixerim (perapte scribit Holstenius l. c. p. 234), rabidi illius odii, quo adversus B Christianam religionem præ cæteris furebat, quam quod animus atræ bilis fermento turgens, et nimia eruditionis copia inflatus semetipsum non caperet. Opinionem nostram confirmat doctrinæ, quam tradidit Porphyrius, cum placitis philosophi Macariani comparatio. Hujus enim doctrina *de monarchia divina*, quam Macarius Magnes impugnat, in eo consistit : Deum proprie monarcham haud dici posse, nisi imperaret diis; istud enim majestatem divinam cœlestemque ac summam dignitatem decere : quos vero Christiani angelos vocant, qui nec pati, nec mori, nec corrumpi natura sua possunt, eos, quia Divinitati propiores sunt, a gentilibus deos appellari. Atque hæc exacte convenient cum Porphyrii sententia, qui juxta cum aliis C philosophis ejusmodi πολυθεΐαν venerabatur, qua, ut Maximi Tyrii verbis utar (75), *Deum esse unum* statuebat, *regem omnium et Patrem, multos vero additos esse deos alios, qui supremi illius filii sint, et quasi in imperio collegæ.* Legantur Porphyrii verba ex lib. II *De abstinentia*, p. m. 30, edit. Græcæ Florentinæ et Eusebius *De præparatione evang.*, lib. IV, cap. 19, p. m. 166; cum quibus conferre juvat, quæ ex reliquis Porphyrii scriptis hanc in rem adduxit Huetius in *Quæstionibus Alnetanis*, p. m. 108 seqq. Quæ peculiari opera fusius pertractanda erunt, cum ipsa *Θεολογούμενα* Magnetis perlustrabimus. Similem consensum verborum Porphyrii *De imaginibus deorum* (76), qualia ex eo adD duxit Eusebius (77), observare licebit cum iis, quæ in Græci philosophi argumentatione pro idololatria in disputatione Macarii nostri reperiuntur. Nec minus ea, quæ Macarius Magnes libro III Ἀποκριτικῶν de sacrificiis et de dæmonibus disputat, cum oraculo Apollinis, quod Eusebius ex Porphyrii libro λογίων φιλοσοφίας retulit (78), perfecte conspirant. Nihil apertius, quam quod ad Porphyrii placita

(69) Vid. Lucæ Holstenii diss. *De vita et scriptis Porphyrii*, cap. 2, in *Fabricii Biblioth. Græca*, vol. IV, p. 217 seq.

(70-71) Notante Luc. Holstenio l. c. p. 235.

(72) Conf. Celeb. D. Moshemii diss. *De turbata per recentiores Platonicos Ecclesia*, § 2 et 3, itemque in notis ad Cudworthi *Systema intellectuale*, p. 642 et 682.

(73) *Præpar. evang.* lib. III, cap. 7.

(74) Lib. I *contra Julianum*, p. 28.

(75) Ex dissert. 1, p. m. 6 edit. Davisii.

(76) Conf. Luc. Holstenius l. c. p. 268.

(77) *Præpar. evang.* lib. III, cap. 7 ab initio.

(78) *Præpar. evang.* lib. IV, cap. 7.

Digitized by Google

respiciant, qui solus fere ex gentilium philosophis sacrificiorum primordia investigare aggressus est, et ipse demum pervulgatum gentilium errorem jugulavit, dum sacrificia et mactationes a vera pietate aliena esse, crassosque ac materiales dæmones esse pronuntiavit, qui hostiarum vaporem fœtidumque nidorem expetant; uti testatur Theodoretus *Therapeut.* serm. 7. Accedit porro, quod philosophus ille, cum quo conflictatur Macarius, religionis Christianæ et Scripturæ sacræ tum Veteris tum Novi Testamenti probe gnarus fuerit. Frequenter eum ad Scripturæ sacræ testimonia provocare videmus, interque alia speciatim ad Matth. XXII, 29, 30; Exod. XXXI, 18; Gen. XVIII, 16 seqq.; Exod. XXII, 28; quibus gentilium idololatriæ fucum veluti obducere tentavit. Ecquis vero nescit, Porphyrium inter suæ ætatis philosophos in sacris litteris versatissimum fuisse? quem non Mosem solum, sed universam S. Scripturam assidua lectione trivisse, et in subvertendis divinis oraculis vehementer exercuisse ingenium, non uno loco testantur Eusebius (79), Theodoretus (80), atque Hieronymus (81). Nec adeo mirum, quod et sacram Evangeliorum historiam falsitatis, inconstantiæ, et contradictionis accusaverit, eamque non a Deo, sed ab hominibus profectam esse calumniatus sit : id quod pauca illa fragmenta ex libris ipsius contra Christianos scriptis confirmant, quæ collegit Lucas Holstenius l. c. cap. 11, pag. 274 seqq. Unde nullus dubito, illa etiam, quæ Magnes libro II et V Ἀποκριτικῶν contra gentilem, discrepantiam evangelistarum et alia nobis falso in Evangelio objicientem, scripsit, huic ipsi Porphyrio fuisse opposita.

§ XVII. *Analysis fragmentorum ineditorum.*

Cum R. P. Anselmus Bandurius levi penicillo generalia tantum capita hujus tractatus inediti attigerit (82), haud abs re erit, si succinctam istius disputationis, quæ fragmenta Magnetis nostri complectitur, subjungamus analysin, ut tum ipsa auctoris Θεολογούμενα, tum ex quibus libris Ἀποκριτικῶν ea desumpta sint, aliquanto propius dispicere possimus. In proœmio monetur, non esse temere cuilibet doctrinæ credendum, sed ei tantum quæ sacris Scripturis congrua sit. Ubi simul de mala fide Iconomachorum disseritur, qui testimonia trunca ac mutila, vix indicatis auctoribus, examinanda Nicephoro miserant. Cap. 1 agit speciatim de Macarii *Apocriticis*, testimoniisque inde sumptis. Ubi primum disquiritur de manuscripto codice vetustissimo, in quo continebantur *Apocritica* Macarii, deinde de ipso auctore, cujas fuerit, et quo tempore vixerit, necnon de scopo ipsius operis ad oppugnandos Græcos directi. Cap. 2 proponitur fragmentum primum ex *Apocriticis* Macarii, quod continet Græci philosophi et idololatræ verba ad Macarium de monarchia divina, quippe qui monarchiam, vel potius polyarchiam deorum gentilium, cum monarchia supremi Numinis hac ratione conciliare annisus est, quod monarcha non sit, qui solus est, sed qui imperat solus; nec Deus proprie monarcha dicendus sit, nisi imperaret diis, qui eamdem cum eo haberent naturam. Cap. 3 complectitur fragmentum II, sive responsionem Macarii ad ea quæ Græcus philosophus de monarchia divina disputaverat : scil. non rei ex nomine, sed nominis ex re veritatem pendere, atque apostolum Paulum I Cor. VIII veram divinitatem ab homonymia secernere, dum verum Deum essentia Deum esse proprie Dominum, alios autem improprie et nomine tantum deos dici asserit. Cap. 4 exhibet fragmentum III, in quo sistitur Græci philosophi argumentatio pro idololatria, petita ex testimoniis Scripturæ sacræ, speciatimque loco Matthæi cap. XXII, 29, 30, et Exod. XXXI, 18, ex quibus angelos sive deos naturam habere divinam, Deum vero habere digitos colligebat. Cap. 5 subjungitur fragmentum IV, in quo Macarius objecta loca Scripturæ vindicat, et naturam incorruptibilitatis atque immortalitatis angelorum, quin et similitudinem cum supremo Numine exponit. Atque in hoc testimonio Macarii Magnetis pervertendo fraudem Iconomachorum potissimum versatam esse, prolixe commemorat Nicephorus. Cap. 6 adducitur fragmentum V, in quo laudatissimus auctor noster irridendo explodendoque idololatrarum stoliditatem, muto figmento preces admoventium, quin saxo et ligno Numen incubare statuentium, Christianorum fidem puram declarat et ab omni creaturæ cultu immunem; et Christianos potius in id incumbere asserit, ut angelicam vitam imitentur, non autem lignis et saxis aliaque materia effictis imaginibus mentem habeant infixam. Ex quibus verbis antistites orthodoxi una cum Nicephoro Iconomachos coarguunt, sermonem auctori nostro non esse de imaginibus sacris, verum de gentilium idolis. Quam in rem cap. 8 adhuc aliam fraudem huic testimonio Magnetis ab adversario illatam observant, quod scilicet post illa scriptoris verba : *Non autem imagines illorum effingens*, rursus ex oratione subtraxerit illam formulam, ὡς φῄς αὐτός, *ut ipse ais;* qua quidem non semetipsum introducit loquentem, sed Græci philosophi impugnat opinionem. Iconomachi enim mutilum ac truncatum protulerant Macarii testimonium, supprimentes quidquid eorum proposito scopo haud conducere visum fuit : hinc quædam in medio, quædam in fine orationis omiserant, quæ imaginum sacrarum defensores sollicita cura supplenda duxerunt. Cap. 8 profertur fragmentum 6 et 7, in quo de Abrahamo et angelis ab eo visis agitatur quæstio. Etsi in humana ut plurimum specie olim angeli apparuerunt, attamen non id ipsum erant, quod apparebat; sed quod erant, id visibile non erat. Quapropter Abrahamus eorum, qui

(79) *Præpar. evang.* lib. x, cap 9.
(80) *Therapeut.*, serm. 7.
(81) In epistola 101 ad Pammachium. Conf. Tentzelii Exercitat. Select., part. poster., p. 233 seqq.
(82) In conspectu operum S. Nicephori supra citato, p. 670 seq.

Digitized by Google

visi erant, nec speciem exprimit, nec simulacrum sculpit, nec imaginem in tabella pingit; cum non deceret patriarcham, Deo amicum, hominum istius ætatis superstitiosorum errori addictum esse, ineunte fere idololatria. Succedit de eodem argumento fragmentum VIII, in quo Macarius Græcis exprobrat impudentissima deorum suorum facta atque simulacra : quemadmodum cap. 9 producitur fragmentum IX, in quo auctor probat, nec mundi elementa, terram, aquam, aerem, deos vocari posse ; nec astris, sed Deo, qui illa e cœlo suspendit, suum cultum integrum esse servandum ; multo minus autem simulacris vel statuis divinum honorem esse præstandum, cum res inanimatæ nec honoris, nec contumeliæ sensum ullum accipere possint. Ubi simul verba Mosis : *Diis non maledices*, vindicat, quod de diis sensu carentibus non possint accipi. Ex quibus omnibus Nicephorus ostendit, totam Macarii nostri disputationem non pertinere ad imagines Christi vel sanctorum, sed ad profanas gentilium deorum imagines. Cap. 10 adhuc subjungitur ultimum Macarii fragmentum, ex primo ejusdem libri *Apocriticorum* sermone capite sexto petitum, in quo eum de miraculis, quæ a Christo facta sunt, agere refert Nicephorus ; speciatimque ipsius testimonium de Berenice immundo sanguinis profluvio laborante, et a Servatore per salutarem fimbriæ ipsius tactum miraculose sanata adducit, cujus facti imaginem mulier ære expressam posteris tradiderit (83). Cap. 11 antistitum Ecclesiæ quibus præerat Nicephorus, panditur judicium de doctrina Macarii, eum scilicet non in omnibus sacris Ecclesiæ dogmatibus fuisse orthodoxum, sed errores nonnullos cum Manichæis, Arianis et Origene habuisse communes, speciatimque istum, quod pœnæ, quas impiis hominibus Deus minatus est ac præparavit, finem olim habituræ sint. Cap. 12 contiuctur epilogus disputationis, in quo antistites orthodoxi Christianorum cultum, quem imaginibus sacris præstant, a profano gentilium cultu distinguunt, ea quidem ratione, ut ab imaginibus ad archetypos per infinitam quasi notionem manu ducantur, et memoria ipsorum eo splendidius excitetur, atque eorum, qui ardenter amant et sincera fide credunt, animis tanto altius infigatur.

§ XVIII. *Summa fragmentorum ex opere Magnetis editorum.*

Hisce fragmentis *Apocriticorum* Macarii Magnetis hactenus ineditis, quorum brevem modo exhibuimus analysin, nunc pariter annumeranda erunt reliqua istius operis deperditi ἀποσπασμάτια, quæ a Franc. Turriano, Thoma Bozio, Jod. Coccio, et aliis quibusdam recentioribus scriptoribus, partim Latine tantum, partim utraque lingua edita sunt, et hinc inde dispersa leguntur. Ex libro I *Apocriticorum* nullum plane Magnetis nostri testimonium me legisse memini ; nisi quod inter ἀνέκδοτα modo indicata fragmentum X ex primo ejusdem libri Ἀποκριτικῶν sermone ejusque capite sexto depromptum referatur. Ex libro II et V Ἀποκριτικῶν citat Turrianus (84) ca Magnetis verba, quibus ethnicum philosophum, discrepantiam evangelistarum Christianis objicientem, confutat, speciatimque dicta Scripturæ N. T. Matth. XXVII, 48 ; Marc. XV, 23 ; Luc. XXIII, 36 ; Joan. XIX, 29, conciliat, existimans historiam evangelicam omni suspicione carituram esse, si littera historiæ non curiosa, sed simplex reperiretur. Ex libro III varia, eaque maxime memorabilia nobis conservata sunt Macarii Magnetis monumenta, inter quæ potissimum eminet luculentissimum ipsius testimonium de vera præsentia corporis et sanguinis Christi in S. Eucharistia : Οὐκ ἔστι Εὐχαριστία τύπος τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, ὅπερ τινὲς ἐρράψῳδησαν πεπηρωμένοι τὸν νοῦν, μᾶλλον δὲ σῶμα καὶ αἷμα· hoc est : *Eucharistia non est typus* (vel figura) *corporis et sanguinis, quod quidam fabulati sunt mente capti, sed potius corpus et sanguis.* Integrum autem hujus loci contextum non Turrianus tantum ex codice bibliothecæ Venetæ in diversis libris exhibuit, verum et Thomas Bozius Eugubinus, congregationis Oratorii presbyter, *De signis Ecclesiæ Dei*, tomo II, lib. XIV, p. 71 (85), eumdem locum, mutatis hinc inde quibusdam vocibus, ex alio quodam fonte bibliothecæ Achillis Statii produxit ; quem et Jodocus Coccius in *Thesauro catholico*, lib. VI, necnon Julius Cæsar Bulengerus in Diatribe 3 ad *Exercitationes* Is. Casauboni adversus Baronium, aliique secuti sunt. Ex eodem libro III *Apocriticorum* notabilis est locus de sacrificiis dæmonibus gentilium mactatis ; ad quem idem Turrianus in lib. pro Canonibus apost. contra Centur. Magdeb., lib. I, cap. 5, p. m. 15, provocat, ipsaque Magnetis verba, quibus decretum apostolicum Act. XV, 20, de sanguine et suffocato immolatitio explicat, Latine tantum adducit. Quibus præterea addenda sunt ea Magnetis testimonia, quæ Græce vulgavit Turrianus in scholiis apologeticis Græcis ad *Constitutiones apostolicas* Clementis Romani Græce editas Venetiis 1563, p. m. 182. Ex libro IV *Apologiarum* Magnetis itidem ἀποσπασμάτιον aliquod conservavit Turrianus *Pro epist. pontificum*, lib. II, c. 13, p. m. 154, ubi rationem reddit Macarius cur Paulus se alioqui viventem mortuis (vel potius, *iis, qui victuri sunt in die judicii*) (86) annumeraverit I Thess. IV, 17 : Οὕτω γὰρ, inquit, ἄν τις φιλέταιρος, καὶ τῶν ὁμοστοίχων ἀγαπῶν τὴν συγγένειαν δοκεῖ· id est : *Sic enim fit, ut videatur aliquis amicos, quibus se annumerat, eosque, qui sui ordinis sunt, diligere.* Quo testimonio cum abuteretur Turrianus ad vindicandam γνησιότητα epistolæ pseudo-Clementis ad Jacobum episco-

(83) Vide supra ad § 10.

(84) Lib. II, *Pro epistolis pontificum*, cap. 3, p. m. 120, edit. Paris., ex officina Sebast. Nivellii 1573, in 8.

(85) Edit. Colon. Agripp. 1626. 4.

(86) Vid. Blondelli *Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes*, p. 33.

Digitized by Google

pum Hierosolymitanum jam tum mortuum conscriptæ, quasi nihil interesset, annumerari viventem mortuis, an mortuum viventibus; David Blondellus in *Pseudo-Isidoro et Turriano vapulantibus*, p. 53, ad hæc verba Macarii Magnetis respondet: *Ignoti hactenus auctoris sententiam non improbamus, nihil inde Turriano præsidii; Paulus enim mortuum viventibus non annumeravit, nec viventem mortuis, quod in pseudo-Clemente coarguimus.*

Ex libro v denique ejusque fine prolixum Macarii Magnetis fragmentum *De fide Abrahæ*, in quo de arctissimo vinculo fidei atque operum disserit, Græce et Latine inseruit Turrianus operi suo dogmatico *De justificatione*, Romæ 1551 edito. Quod deinceps inter *Θεολογούμενα* auctoris nostri ad articulum de fide et justificatione haud infimum occupabit locum: ubi simul singula, quæ modo allegata sunt, fragmenta in classes suas redigenda, et ab exceptionibus adversariorum vindicanda erunt.

§ XIX. *Macarii Magnetis sermones in Genesin inediti.*

Præter quinque istos libros Ἀποκριτικῶν ad Theosthenem contra gentiles Evangelii calumniatores, quorum hactenus excerpta quædam dedimus, scripserat etiam Macarius Magnes *commentarios*, seu, ut fert titulus, *sermones in Genesin*, qui et ipsi ad hoc usque tempus eruditis ignoti fuerunt. Horum sermonum fragmenta ex eminentissimi cardinalis Ottoboni manuscripto codice deprompta R. P. Dom. Stephanotius ad laudatissimum Dn. Boivinium mss. Regiæ bibliothecæ Parisiensis custodem transmitti curavit: qui eadem Latine versa atque emendata cum aliis fragmentis ejusdem auctoris in lucem edere constituerat, nisi præmatura mors huic instituto obicem posuisset. Haud ultra historiam creationis et lapsus hominum se extendunt istæ commentationes Magnetis, in quibus inter alia excellentiam hominis inde demonstrat, quod habita ante deliberatione supremi Creatoris, non solo verbo, uti cæteræ creaturæ, factus sit. Filium autem Dei unigenitum, quem Patri ἰσοδύναμον et Λόγον ὑποστατικὸν esse asserit, consiliarium illum fuisse pronuntiat quo Pater in formatione hominis usus sit. Quando porro primum hominem in mundum tanquam regem introductum, et ad Dei imaginem factum esse scribit, hanc similitudinem regis non in purpura et sceptro et diademate quærit, sed in ornatu incorruptibilitatis, immortalitatis ac virtutis collocat; ut brevitatis causa cætera nunc silentio præteream. Ex sermone 17 in Genesin singularis Macarii nostri in censum venit explicatio de tunicis pelliceis, quibus Adamus et Eva post lapsum induti fuere: quæ verba non historicam, sed allegoricam rationem innuere juxta cum aliis antiquioribus arbitratus est; de qua opinione inferius plura dicenda erunt.

§ XX. *Conclusio dissertationis.*

Constitutum quidem fuerat, ipsa *Θεολογούμενα* Macarii Magnetis, quæ ex fragmentis ejusdem ab interitu vindicatis colligi poterant, eadem hac dissertatione inaugurali exhibere in suas classes redacta, ut ex iis nexum aliquem doctrinæ theologicæ hujus auctoris perspicere liceret. Cum vero præter opinionem tanta mihi subnata sit dicendorum copia, quæ angustos dissertationis limites jam tum prætergressa videtur; et in argumento a nullo eruditorum hactenus occupato singulæ circumstantiæ altius aliquantum repetendæ, suoque pondere æstimandæ essent: specialem dogmatum atque errorum auctoris nostri pertractationem altera disputatione complecti, vel si convenientius ita visum fuerit, una cum ipsis operis deperditi fragmentis, tanquam relictis ex naufragio tabulis, publico eruditorum desiderio satisfacturus, Græce ac Latine exponere haud refragabor.

DISSERTATIO II,

Quæ Θεολογούμενα *auctoris ex propriis ipsius scriptis exponit.*

PRÆFATIO.

Interrupti laboris, qui in explicandis Macarii Magnetis Θεολογουμένοις versatur, si causas requiris, Lector benevole, hæc sola forte sufficiet, quod certiora quædam de monumentis hujus auctoris deperditi hactenus ex Italiæ regionibus exspectaverim, jam vero tum a celeberrimo J. Lamio in *Deliciis eruditorum* Florentiæ 1738 editis, tum ex splendido Catalogo bibliothecæ Venetæ D. Marci, qui opera M. Ant. Zanettii et Antonii Bonojoannis jussu senatus Veneti contextus nuperrime prodiit 1740, satis edoctus sim, nihil quidquam de integro opere Magnetis Venetiis amplius reperiri, sed codicem illum, quo Franc. Turrianus olim usus est, probabili conjectura in Hispaniam translatum esse. Ita enim laudatus Lamius, postquam in præfatione tomi IV *Deliciarum* suarum p. 19, Turrianum quidem *nulla venia dignum* esse dixerat, quod opus Magnetis a se lectum non ediderit, nec locum, ubi exstaret, indicaverit, sententiam suam postea mutavit in præfatione tomi IX (in quo Maximi Margunii epistolæ habentur) p. 29 ita scribens: *Sed num Jesuita Turrianus mendax? Absit. Sed si mendax non est, certe codices quidam bibliothecæ Venetæ de-*

Digitized by Google

perditi sunt. Ille etiam venia dignus; nam si Magnetis opus a se lectum minime edidit, tamen in Veneta bibliotheca exstare dixit, contra quam ipse olim existimaveram. Verum nunc tantum dicam me suspicari, opus illud Magnetis desideratissimum e bibliotheca Veneta in Hispanam S. Laurentii Scorialensis bibliothecam translatum fuisse cum aliis codicibus, quos illuc olim transmissos fuisse rescivi. Fortassis inter eos codices fuere hi libri Macarii Magnetis, quos Hispaniæ legatus don Diego Hurtado di Mendozza ex bibliotheca Veneta abstulit; de quo graviter conqueritur Domenicus Molino in epistola Venetiis ad Joannem Meursium 1622 scripta, quæ reperitur inter epistolas Marquardi Gudii a celeb. Petro Burmanno editas p. 130, 131. Spectant huc potissimum sequentia verba : *Farò che quanto prima vi capiti il catalogo de' libri Greci, che nella pubblica bibliotheca si ritrovano; li quali però non sono tutti quelli, che dal cardinal Benevone furono lasciati nella serenissima repubblica, per chè molti degli migliozi si ritrovano trasportati in Spagna riposti nella libreria regia all' Escuriale, rubati da un scelerato infame, ambassiador Spagnuolo nominato don Diego Hurtado di Mendozza, il quale havendo havuta cortese licenza da'signori a quali era raccomandata la cura della bibliotheca, di poter entrar ed uscir a suo piacere per leggere e studiare, non essendo da ministri assistito, per chè non si presupponeva in uomo di sua condizione una bassezza tale, in diverse volte levando dalle tavole incatenate le codici, e riponendovi carta da straccio, si portò il buono el migliore; senza che per all' hora, e per qualche tempo dopo alcuno se ne avvedesse, nè si sarebbe per avventura creduto il furto fatto da lui, se il fatto stesso non lo palesava, e non lo palesi tutta via, e per adesso e per sempre con eterna sua infamia, mentre si vedono le codici con il nome et segno di Benevone nella libreria dell' Escuriale* (87).

Quandoquidem igitur nullam spem mihi relictam esse videbam integrum opus Ἀποκριτικῶν ex tenebris eruendi, ad fragmenta illius bene multa, quæ ex tribus codicibus mss. Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, alioque item codice ms. Italico cardinalis Ottoboni hinc inde dispersa collegeram, me iterum accinxi, ut quorum notitiam historicam et criticam in priori Dissertatione dederam, nunc etiam theologicam atque polemicam duabus sectionibus pertexendam curarem; quarum prima de *dogmatibus* a Macario Magnete propositis vel defensis, altera de *erroribus* ac *nævis* ejusdem vel vere vel falso imputatis distincta opera aget. Cum vero expediundis singulis argumentis dogmaticis haud suffecerint circumscripti disputationis limites, et quædam adhuc supersint Macarii Magnetis doctrinæ de *fide et justificatione*, de *Eucharistia*, ad examen revocandæ, de *resurrectione et vita æterna* primus his dabitur locus in subsecutura Dissertatione III, quæ Macarium de erroribus ac nævis Manichæismi, Arianismi, Origenianismi et Nestorianismi, quorum insimulatus fuit, absolvet (88).

§ I. *Non systema aliquod, sed* Θεολογούμενα *saltem ex fragmentis Macarii Magnetis proponuntur.* — § II. *Theologi titulus Magneti vindicatus a Nicephoro CP. patriarcha.* — § III. *Doctrina de auctoritate divina Scripturæ sacræ contra Porphyrium vindicata.*

Initium merito facimus ab auctoritate et divinitate Scripturæ sacræ, quam scriptor noster in quamplurimis Scripturæ divinioris locis citatis agnoscit (89), eamdemque diserte τὴν θείαν Γραφήν (90) et λόγον Θεοῦ (91) appellat, atque divina ipsius oracula adversus gentilium philosophorum calumnias egregie vindicat. Quapropter et jure meritoque a Nicephoro patriarcha CP. reliquisque antistitibus orthodoxis laudatur tanquam scriptor, qui doctrinam evangelicam veneretur atque impensius foveat; imo qui magistri munere fungens fastum ac stuporem eorum, qui contra divinum Evangelium pronuntiare audent, mascule proscripsit, atque infamiæ exposuit : Πολλῷ δὲ πλέον, inquit, ὁ συγγραφεὺς οὗτος, εἴπερ ἐν διδασκάλου τάξει προκαθεζόμενος, τῶν τολμώντων κατὰ τοῦ θείου Εὐαγγελίου ποιεῖσθαι τὴν κατάρρησιν, στηλιτεύσειε τὸ σοβαρόν τε καὶ ἔμπληκτον (92). Quandoquidem etiam gentiles philosophi istius ætatis, et ex eorum numero speciatim Porphyrius, ad evertendam Scripturæ sacræ auctoritatem sæpissime sacram Evangeliorum historiam falsitatis et contradictionis arguere solebant : Macarium Magnetem apologiam Evangelii adversus gentilium calumnias conscripsisse testatur ipsa inscriptio Ἀποκριτικῶν, siquidem Franc. Turrianus Græcum titulum hujus operis ita exprimit (93) : Ὡς φησὶ Μάγνης ὁ παλαιότατος συγγραφεὺς ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν περὶ Εὐαγγελίου ἀπολογιῶν πρὸς Θεοσθένη. Ac eumdem quidem inter alia etiam istiusmodi discrepantias evangelistarum ab hostibus Evangelii objectas subinde in isto opere conciliasse, nodosque maxime impeditos, qui hodienum adhuc eruditorum ingenia torquent, haud infeliciter solvisse deprehendimus. Cujus rei exemplum præbent ea, quæ Franc. Turrianus in *Defensione pro canonibus apostolorum et epistolis pontificum*, lib. II, c. 3, p. m. 120 (94),

(87) Conferatur etiam Andr. Schotti *Bibliotheca Hispaniæ*, p. m. 545 seq.

(88) Promissis non stetit auctor; sed qua de causa, an morte præventus, nobis incompertum. EDIT. PATR.

(89) Ex. causa : I Cor. VIII, 5; Marc. V, 30; Matth. XXII, 29, 30; Exod. XXXI, 18; Gen. XVIII, 16 seq.; Exod. XXII, 28; Job X, 11; Gen. I, II et III.

(90) In comm. ad Gen. I.

(91) In fragmento IX.

(92) Vid. cap. 6 fragment. V.

(93) In scholiis apologeticis ad *Constitutiones apostolorum* Græce editas Venetiis 1563, 4, p. m. 182.

(94) Edit. Lutet. apud Seb. Nivellium 1573, 8.

Digitized by Google

et ex eo B. J. Alb. Fabricius in *Delectu argumentorum et syllabo scriptorum de veritate religionis Christianæ*, p. 65, ex Macario Magnete nostro pro conciliandis evangelistarum sermonibus protulerunt : *Imo accedit etiam huc exemplum evangelistarum* (sunt verba Turriani), *quos aliquando non ex ipsa veritate rei, sed ex vulgi consuetudine et opinione nomen sumpsisse, auctor est Magnetes vetustissimus scriptor ecclesiasticus, lib.* II *et* V *quos contra Theosthenem gentilem* (95) *discrepantiam evangelistarum et alia nobis falso in Evangelio objicientem scripsit. Ait enim, pro eo, quod unus evangelista dixit* (96), *«calamo spongiam circumponentes» dixisse alium* (97), *propter similitudinem arbusti, « hyssopo circumponentes, » cum dicendum, inquit, esset «calamo.» Item quod unus evangelista* (98) *dixit, « vinum, » rursus dictum esse « acetum* (99), *» in cruce (ex eodem enim vase posito hauserunt, cum perventum est ad Calvariam et in cruce) præsertim, inquit, cum legem historiæ evangelistæ servarent, nihilque ultra scriberent, quam quod tunc dicebatur in illo tumultu ac furore. Sic enim existimarunt fore, ut historia omni suspicione careret,* εἰ μὴ περιεργότερον ἀλλ' ἁπλαστον εὑρεθείη τῆς ἱστορίας τὸ γράμμα, *id est, si littera historiæ non curiosa, sed simplex reperiretur.*

Quamvis ergo evangelistæ ex sententia Macarii Magnetis legem historiæ servaverint, simplicitati factorum, non curiositati indulgentes, nihilque ultra scripserint, quam quod ista ætate communiter dicebatur in illo tumultu ac furore populi; nimis audacter tamen exinde colligit Turrianus, sacros scriptores aliquando non ex ipsa veritate rei, sed ex vulgi consuetudine et opinione nomen sumpsisse. Quam accommodationem Scripturæ ad erroneas opiniones et consuetudines vulgi, cum veritate rei pugnantes, neutiquam cum superius allata Magnetis nostri interpretatione atque conciliatione convenire, cuivis hæc penitius consideranti perspicuum est : siquidem alia omnino censenda est accommodatio ad popularem usuque receptam loquendi formam, alia vero ad indocti vulgi præjudicia atque errores, sive in rebus naturalibus, sive historicis, sive moralibus, sive theologicis versentur. Absit hic igitur injuria Macario Magneti a Turriano illata (1)

§ IV. *De modo interpretandi Scripturam sacram, adversus eumdem Porphyrium.*

Proposito nunc specimine aliquo exegetico Macarii Magnetis, in quo dissensum evangelistarum a Porphyrio objectum haud infelici opera a divino sacræ Scripturæ libro amoliri tentavit; paucis adhuc observamus, Porphyrium infensissimum disciplinæ Christianæ hostem, cum ipsas sacras litteras convellere non posset, subinde etiam damnasse modum interpretandi Christianis scriptoribus usitatum, quo varia Scripturæ oracula, arcanis plena mysteriis, sensu quandoque mystico et allegorico explicare solebant. Istud commentandi genus per expositiones typicas et allegoricas Porphyrium graviter in Christianis culpasse, testis est Eusebius in luculentissimo illo loco, quem ex Porphyrii libro III contra Christianos adduxit in *Historia ecclesiastica*, lib. VI, cap. 19. Nullum plane est dubium, quin Macarius noster in integro opere Ἀποκριτικῶν etiam hanc ignorantiam rerum sacrarum callidissimo adversario retexerit, quem alioquin non latere poterat, ipsa gentilium sacra abstrusis plerumque sensibus repleta esse (2); licet in fragmentis ejus superstitibus nihil quidquam obvium sit, quod ad hujus argumenti pertractationem referri queat : nisi quod auctor noster in oratione XVII in Genesin, cum de tunicis pelliceis primorum parentum agit, haud obscure asserat, reperiri quædam in Scriptura sacra, *quæ non admittant historicam interpretationem, sed allegoricam rationem exigant :* Ἐπειδή, inquit, τὸ περὶ τῶν χιτώνων τὴν ἱστορικὴν ἐκφεύγει διάνοιαν, καὶ ἀναγωγῆς λόγον ἀπαιτεῖ, etc.

§ V. *Doctrina de Deo, et vera monarchiæ divinæ indole, adversus polytheismum gentilium.*

In fragmento II operis Ἀποκριτικῶν Deum rectissime ita describit, quod solus sit ἀγένητος καὶ δεσπόζων τῶν γενητῶν, *non genitus et in eos, qui geniti sunt, imperium habens;* mentemque suam paulo post disertius explicans addit : Θεὸς δὲ μόνος ἄρχων καὶ μοναρχίαν ἔχων κατὰ ἀλήθειαν κυριεύει τῶν γενητῶν, ὑπάρχων ἀγένητος· κρατεῖ τῶν κτισμάτων,

(95) Lege potius, *ad Theosthenem contra gentilem.* Vid. Diss. nostra I, § 16. Sub nomine *gentilis* vero Porphyrium intelligi tum ex ratione ætatis, qua scripsit, tum ex aliis locis fragmentorum ipsius verisimile redditur.

(96) Matth. XXVII, 48; Marc, XV, 36.

(97) Luc. XXIII, 36; Joan. XIX, 29.

(98) Matth. XXVII, 34, 48; Marc. XV, 23.

(99) Joan. XIX, 29.

(1) Contrarium potius asserit Macarius Magnes in fragmento II ex libris Ἀποκριτικῶν, dum ait : Οὐ μὴν λέξις ὀνόματος βεβαιοῖ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἡ φύσις τοῦ πράγματος κυροῖ τὴν ἀλήθειαν. *Non vero nominis appellatio verum efficit id, quod dicitur, sed ipsa rei natura dictionis veritatem confirmat.*

(2) Qua de re legendus in primis est Arnobius lib. V *Adversus gentes*, p. m. 179 seqq. *Erras*, inquit, *et laberis, satisque te esse imperitum, indoctum ac rusticum ipsa rerum insectatione demonstras. Neque enim quod scriptum est, atque in prima est positum verborum fronte, id significatur et dicitur, sed allegoricis sensibus et subditivis intelliguntur omnia illa secretis. Itaque qui dicit, «Cum sua concubuit Jupiter matre,» non incestas significat aut propudiosas Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat*, etc. Conf. Theodoretus *contra Græcos* serm. III, p. 44 seq.; Jul. Firmicus *De errore profan. religionum*, aliique. Quin et ipsum Porphyrium non uno libro Homeri fabulas integumenta præstantiorum esse rerum, in quibus dogmata de Deo rebusque cœlestibus lateant, docuisse, ostendunt *Quæstiones* ejus *Homericæ*, libellus *De antro nympharum* et *Moralis interpretatio errorum Ulyssis*, imo peculiare ejus volumen Περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας, *De allegorica Græcorum et Ægyptiorum theologia*, si fides Eusebio habenda est. Conf. Cudworthius in *Systemate intellectuali*, p. m. 371.

Digitized by Google

ἄκτιστος ὢν καὶ ἄναρχος, οὐ τῶν ὁμοίων, ἀλλὰ τῶν ἀνομοίων ἡγεμονεύει κηδόμενος. Hoc est : *Deus autem solus imperium ac monarchiam habens, iis, qui geniti sunt, non genitus præest, creaturas increatus et principio carens in potestate habet, ac non similes, sed dissimiles providus regit.* Quapropter et eumdem, respectu habito ad polytheismum gentilium, μόνον ἀληθινὸν ἄρχοντα Θεόν, *solum verum dominatorem Deum nuncupat :* quam phrasin atque ideam supremi Numinis ex ipso D. Paulo repetiit I Tim. VI, 15, 16, ubi Deus dicitur ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, quibus verbis S. Apostolus argumentum veræ deitatis, omnipotentiæ atque monarchiæ divinæ suppeditat. Atque id ipsum est, quod Macarius noster juxta cum aliis Patribus primitivæ Ecclesiæ *monarchiam Dei* vocat, nimirum unitatem atque principatum veri et essentialis Dei, in oppositione ad πολυθεΐαν seu multitudinem deorum falsorum apud gentiles.

A

B

§ VI. *Continuatio ejusdem argumenti, ex verbis D. Pauli I Cor.* VIII, 5, 6.

Quandoquidem igitur Græcus iste philosophus cum Macario nostro disputans ex comparatione Adriani monarchæ cum Deo monarcha affirmabat, *Deum non proprie monarcham vocatum iri, nisi diis imperaret, qui ejusdem cum ipso essent naturæ ;* eos vero, quos Christiani angelos vocant, a gentilibus deos dici, ac naturæ divinæ consortes esse (3) : veram monarchiæ divinæ indolem contra philosophi hujus sophismata vindicat Macarius Magnes, nec rei ex nomine, sed nominis ex re veritatem pendere demonstrat. Ita enim in fragmento II operis Ἀποκριτικῶν respondet : Καὶ οὐ πάντως ἐκ τῆς ὁμωνυμίας μίαν ἡμῖν τὴν φύσιν ὁ λόγος ἐδήλωσεν... Οὐ μὲν λέξις ὀνόματος βεβαιοῖ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἡ φύσις τοῦ πράγματος κυροῖ τὴν ἀλήθειαν. Ἄρχει γοῦν δὴ τῶν θεῶν, καὶ δεσπόζει, καὶ κρατεῖ, οὐχ ὡς εἷς αὐτῶν ὑπάρχων ἐκ τῆς ὁμωνυμίας, ἀλλὰ μόνος ἀγένητος ὤν, καὶ δεσπόζων τῶν γενητῶν, κ. τ. λ. *Neque prorsus ob nominis communionem eamdem esse rerum cognominum naturam ratio nobis demonstrat... Neque vero nominis appellatio verum efficit id, quod dicitur, sed ipsa rei natura nominis veritatem confirmat. Imperat itaque diis et dominatur, et eos sibi mancipatos habet, non tanquam eorum unus sit ob communionem nominis, sed quia solus is est non genitus, et in eos, qui geniti sunt, imperium habet,* etc. Atque ut essentiam veri Dei, proprioque nomine *solius* monarchæ, tanto luculentius a falsis fictisque gentilium diis distingueret, ipsamque substantiam ab homonymia secerneret, Christianorum causa subjungit testimonium S. Pauli ex I Cor. VIII, 5, 6, petitum : Οὕτως ὁ Ἀπόστολος ἵνα τὴν ὄντως διδάξῃ Θεότητα, καὶ τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας διακρίνας ἐλέγξῃ, καὶ τὸν μὲν κατ' οὐσίαν Θεὸν, καὶ κυρίως Κύριον, τοὺς δὲ τῇ θέσει θεοὺς καὶ οὐ κυρίως τῇ κλήσει μηνύσῃ τοῖς μαθηταῖς, φησί· *Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, ὥσπερ οὖν εἰσὶ καὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα.* Ὁρᾷς ὅπως λέγει, *καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ θεοὶ* (ἀντὶ τοῦ, τῇ κλήσει μόνον θεοὶ, οὐ μὴν κυρίως θεοὶ), *ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς*, τουτέστιν ὁ ὄντως Θεὸς, οὗ τῆς οὐσίας ὁ λόγος μαρτυρεῖ τῇ Θεότητι. Hoc est : *Sic Apostolus, ut verum Divinitatem ostenderet, substantiamque ab homonymia secernens declararet, ac Deum quidem ipsum essentia Deum esse et proprie Dominum ; alios autem adoptione deos, nec proprio nomine appellatos innueret, discipulis suis ait : « Etenim si dii sunt ac domini multi, ut re ipsa sunt, at nobis unus Deus est, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus, per quem omnia. » Vides, ut dicat, « etenim si dii sunt* (*pro, nomine tantum dii, nec proprie dii*), *at nobis unus Deus, » id est, vere Deus, cujus divinitati ipsa substantiæ ratio suffragatur*

C

D

§ VII. *Applicatio præcedentium ad placita Porphyrii.*

Nec commemorare vacat Porphyrii distributionem deorum in cœlestes, terrestres, aerios, aquaticos, et subterraneos (4) ; quibus diversi generis mactanda erant sacrificia. *Alia enim,* inquit Macarius Magnes libro III Ἀποκριτικῶν (5), *mactabantur spiritibus aeriis, alia terrenis, alia subterraneis. Spiritibus aeris immolabantur volucres :* ἐπιχθονίοις, id est *terrenis, quadrupedes nigri, quia sit terra natura nigra :* ὑποχθονίοις, id est *subterraneis, item quadrupedes nigri in scrobibus, sive foveis.* Quibus verbis procul omni dubio respicit ad locum illum Porphyrii *De antro nympharum,* fol. 1 : Ὡς τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα. Id est : *Quemadmodum cœlestibus diis templa et ædiculas et altaria collocarunt, terrestribus vero et heroibus focos, inferis autem scrobes et cryptas.*

(3) Porphyrius in *Epistola ad Anebonem* hanc dubiam quæstionem sacerdoti Ægyptio proponit, quæ ab ista notione monarchiæ divinæ Græci philosophi nostri haud multum abludit. Quærit enim : Τί τὸ πρῶτον αἴτιον ἡγοῦνται εἶναι Αἰγύπτιοι ; Πότερον νοῦν, ἢ ὑπὲρ νοῦν ; Καὶ μόνον, ἢ μετ' ἄλλου, ἢ ἄλλων ; ... Καὶ εἰ ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα, ἢ ἐκ πολλῶν ; Hoc est : *Quidnam Ægyptii primam causam esse censeant ? Utrum mentem, an aliquid supra mentem ? Deinde, an solitarium quid sit, an simul cum alio, aut pluribus ? Et num ab uno omnia, an e pluribus producant ?* Ad quas dubitationes respondit Jamblichus sub persona Abammonis Ægyptii in libro *De mysteriis Ægyptiorum,* sect. VIII, cap. 1 et seqq., p. 157 seqq. edit. Oxon. Thomæ Gale. Enumeratis denique Ægyptiorum deorum ordinibus hunc in modum concludit Jamblichus loc. cit. p. 159 : *Atque ita Ægyptiorum doctrina de principiis desuper ad inferiora progrediens, ab uno incipit, et desinit in multitudinem unius imperio gubernatam,* etc.

(4) Conf. Jamblichus *De mysteriis,* sect. I, cap. 9, p. 16 seqq.

(5) Quod fragmentum Magnetis nostri ab interitu vindicavit Franc. Turrianus in *Defensione pro canonibus apostolorum adversus Centuriatores Magdeburgenses,* lib. I, cap. 5, p. m. 15.

Digitized by Google

§ VIII. *De falsa divinitate solis, lunæ, stellarum et elementorum mundi, Macarii Magnetis judicium.*

Falso jactatam porro solis, lunæ, stellarum, imo elementorum mundi divinitatem graviter ita retundit Macarius noster in fragmento IX Ἀποκριτικῶν· Μηδὲ θεοὺς καλέσωμεν τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, κἂν θέωσιν ἀστέρες καὶ τρέχωσιν ἄπειρα, τούτους μὴ θειάζωμεν. Ὡς γὰρ τρέχοντας ἵππους οὐδεὶς ἐστεφάνωσεν, ἀλλὰ τὸν ἐλατῆρα τούτων καὶ ἡνίοχον, οὕτως οὐκ ἄστροις, ἀλλὰ Θεῷ, τὸ σέβας γνησίως τηρήσωμεν τῷ τούτους ἐξάψαντι. Id est : *Nec mundi elementa, terram, aquam, aerem, deos vocemus; sed nec stellas ipsas, etsi illæ currunt, et æternum volvuntur, tanquam deos veneremur. Nam quemadmodum equos currentes nemo unquam coronavit, sed eorum agitatorem et aurigam : ita nos non astris, sed Deo, qui illa e cœlo suspendit, suum cultum integrum servemus.*

§ IX. *Magnetis sententia de imaginibus et simulacris deorum.*

Progreditur Macarius noster ad idololatriam gentilium de imaginibus atque simulacris deorum, de quibus ita sermonem instituit in fragmento IX Ἀποκριτικῶν, ut omnem illis divinitatis speciem detrahat, stolidumque eorum cultum explodat : Κἂν ἀγάλματα, inquit, φωνῇ καὶ δοχῇ διαλέγεσθαι, μηδὲ τούτοις τιμὴν ἀξίαν προπίωμεν... Ἄνθρωποι δὲ κενοφρονοῦντες χρυσὸν χωνεύσαντες, καὶ χαλκὸν διαπλάσαντες χρησμοὺς ἐξ αὐτῶν τὸ Θεῖον ἀπῄτησαν, πηροὶ τὸ φρόνημα, καὶ τυφλοὶ τὴν ἔννοιαν. Μηδὲ ἐκ τῆς ἀναισθησίας τῶν λιθίνων ξοάνων τὴν ψυχὴν δυσωπούμενοι, καὶ κρίνοντες ἐκεῖνο καὶ καλῶς δοκιμάζοντες, ὡς οὐδὲ τιμῆς αἴσθησιν, οὐδ' αὖ πάλιν ὕβρεως λαμβάνει τὸ ἄψυχον· οὐ τὸν εὐλογοῦντα τιμᾷ, οὐδὲ τὸν κακολογοῦντα τιμωρίαις ἀμύνεται. *Simulacris autem ne quidem, si vocalia sint, ac ratiocinari videantur, honorem ullum verum deferamus... At homines vana cogitantes, fuso auro fabricatoque ære, oracula inde a Numine poposcerunt, sensu orbati, et mentem occæcati. Nec ipse quidem lapidearum statuarum stupor eorum animis pudorem attulit; nec illud judicarunt recteve observarunt, quæ res inanimata est, eam nec honoris, nec contumeliæ sensum ullum accipere : benedicentem non honorat, maledicentem non ulciscitur.* Quinimo istiusmodi idololatram, qui simulacris deorum cultum præstat, graphice admodum depingit sequentibus verbis fragmenti V : Τῇ σκιᾷ φθέγγεται, καὶ τῷ φάσματι τέρπεται, ἀψύχοις ὕλαις ὡς ἐμψύχοις ἐνομιλῶν, νεκρῶν χαρακτήρων ὄψεσιν εὐωχούμενος, ἀφώνῳ πλάσματι προσάγων τὴν ἔντευξιν· λίθῳ καὶ ξύλῳ φωλεύειν τὸ Θεῖον νομοθετῶν, χαλκῷ καὶ σιδήρῳ κρατεῖσθαι τὴν ἀκράτητον ὕλην φανταζόμενος· θηρᾶν τὸ ἀθέατον ἐν θεωρίᾳ νεκρᾷ ἀλόγως ὑποτοπῶν. *Umbram alloquens, ac simulacro gaudens, cum inanimatis corporibus veluti cum animatis conversans; mortuorum lineamentorum aspectu oculos pascens; muto figmento preces admovens; saxo et ligno Numen incubare statuens; ære et ferro constringi substantiam incomprehensibilem somnians; deprehensurum denique se rei mortuæ contemplatione sperans, id quod cerni minime potest.*

Nonnulli ex Platonicæ philosophiæ principiis veram istius cultus simulacrorum originem atque propriam indolem derivant, qui ex mente Platonis hunc mundum simulacrum esse deorum arbitrati sunt : id quod in primis ex Platonis *Timæo* colligunt, ubi mundum illud divinitatis simulacrum esse narrat Plato, cujus motu Deus delectatus sit : Ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας Πατὴρ, ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθείς. *Cum hoc a se factum sempiternorum deorum pulchrum simulacrum moveri et vivere Pater ille, qui genuit, animadverteret, delectatus est opere.* Huic autem mundo visibili et visibilia comprehendenti, alius ex sententia Platonis ab æterno respondet νοητός, seu mundus soli animo conspicuus, cujus ad exemplum spectabilis hæc rerum universitas a Deo comparata est (6). Quo spectant hæc verba *Timæi*, quibus mundum ita describit philosophus : Ὁ κόσμος ζῶν ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ Θεοῦ, αἰσθητὸς, μέγιστος καὶ ἄριστος. *Mundus animal visibile, visibilia comprehendens, intelligibilis Dei imago, sensibilis, maximus, interminatus* (7). Ex isto igitur principio de mundo, tanquam invisibilis Dei imagine, cultum simulacrorum relativum in ipsos deos redundantem stabilire, atque hunc in modum pro idololatria gentilium argumentari nitebatur Græcus ille philosophus, sive Porphyrius, cum quo Macarius noster disputabat : Ὁμολογουμένου τοίνυν θείας φύσεως τοὺς ἀγγέλους μετέχειν, οἱ τὸ πρέπον σέβας τοῖς θεοῖς ποιοῦντες οὐκ ἐν ξύλῳ, ἢ λίθῳ, ἢ χαλκῷ, ἐξ οὗ τὸ βρέτας κατασκευάζεται, τὸν Θεὸν εἶναι νομίζουσιν, οὐδ' εἴ τε μέρος ἀγάλματος ἀκρωτηριασθείη, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἀφαιρεῖσθαι κρίνουσιν· ὁμοιότητος γὰρ ἕνεκεν τὰ ξόανα καὶ οἱ ναοὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἱδρύνθησαν ὑπὲρ τοῦ φοιτῶντας ἐκεῖσε τοὺς προσιόντας εἰς ἔννοιαν γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, ἢ σχολὴν ἄγοντας καὶ τῶν λοιπῶν καθαρεύοντας εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις χρῆσθαι, αἰτοῦντας παρ' αὐτῶν, ὧν ἕκαστος χρῄζει. Καὶ γὰρ εἴ τις εἰκόνα κατασκευάσειε φίλου, οὐκ ἐν ἐκείνῃ δήπουθεν αὐτῷ νομίζει τὸν φίλον εἶναι, οὐδὲ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐκείνου τοῖς τῆς γραφῆς ἐγκεκλεῖσθαι μέρεσιν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸν φίλον τιμὴν δι' εἰκόνος δείκνυσθαι· τὰς δὲ προσαγομένας τοῖς θεοῖς θυσίας, οὐ τοσοῦτον τιμῆς εἰς αὐτοὺς φέρειν, ὅσον δεῖγμα εἶναι τῆς τῶν θρησκευόντων προαιρέσεως, καὶ τοῦ μὴ πρὸς αὐτοὺς ἀχαρίστως διακεῖσθαι· ἀνθρωποειδῆ δὲ τῶν ἀγαλμάτων εἰκότως εἶναι τὰ σχήματα, ἐπεὶ τὸ κάλλιστον τῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος εἶναι νομίζεται καὶ εἰκὼν Θεοῦ.

(6) J. Stobæus lib. I *Eclogarum physicarum*, pag. 51 edit. Canteri : Πλάτων τὸν ὁρατὸν κόσμον γεγονέναι παράδειγμα τοῦ νοητοῦ κόσμου ἐξ ὁρατοῦ. *Plato mundum aspectabilem ad similitudinem sub intelligentiam cadentis fabricatum voluit*, etc.

(7) Verum Platonis sensum accuratissime, ut solet, hic pariter explanavit sæpius laudatus D. Moshemius in notis ad Cudworthum, p. 671 seqq.

Digitized by Google

Cum in confesso sit, naturæ divinæ participes esse angelos (quibus natura sua similes esse deos suos Græcus interlocutor antea jactitaverat), *il, qui deos cultu convenienti colunt, non in ligno, aut saxo, aut ære, ex quo simulacrum fabricatum est, Deum inesse statuunt : neque iidem, si qua sui parte idolum mutilatum sit, Dei ipsius virtuti detractum aliquid putant. Nam commonendi causa statuas et templa antiqui posuerunt, ut qui frequenter eo accessuri essent, de Deo cogitarent, aut otium agentes et a cæteris negotiis feriati precibus ac supplicationibus uterentur, ea, quibus indigerent, quisque poscentes. Etenim si quis amici imaginem sibi paravit, non utique in illa amicum inesse, neque corporis ipsius partes imaginis partibus includi putat, sed per imaginem declarari suam erga amicum observantiam. Oblata autem diis sacrificia non tam honori iis esse, quam indicare affectum eorum, qui sacrificant, et animum erga deos non ingratum. Hominibus vero simulacra illa habitu similia esse probabili ratione, quia homo animalium pulcherrimus, et imago Dei esse censetur.*

§ X. *Porphyrii loca de simulacris examinantur.*

Quod si hæc ipsa nunc conferamus cum iis quæ Eusebius (8) ex deperdito Porphyrii libello *Περὶ ἀγαλμάτων*, de statuis sive imaginibus deorum commemoravit, quæque J. Stobæus (9) itidem ex eodem scripto servavit; exactam utique sententiæ convenientiam atque interpretationem Macariani philosophi verbis haud multum absimilem animadvertere in proclivi erit. Ibi enim totius instituti rationem ita exponit, se divinæ sapientiæ sensus et consilia expositurum, quibus Deum et multiplicem Dei vim atque potestatem imaginibus sensui congruentibus indicarunt ii, qui res invisibiles visibilibus simulacris in eorum gratiam expresserunt qui prima de diis elementa eorumque doctrinam ex statuis tanquam ex libellis recitare didicerant. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, pergit, ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ ξόανα τοὺς ἀμαθεστάτους, καθὰ δὴ καὶ τῶν γραμμάτων οἱ ἀνόητοι, λίθους μὲν ὁρῶσι τὰς στήλας, ξύλα δὲ τὰς δέλτους, ἐξυφασμένην δὲ πάπυρον τὰς βίβλους. *Mirum videri non debet, si ligna, si lapides simulacra deorum esse homines imperitissimi arbitrentur, perinde sane ut ii, qui rudes ignarique litterarum, cippos quidem non aliter ac lapides, tabulas vero non secus atque ligna, libros denique quasi contextam papyrum intuentur.*

§ XI. *Magnetis responsio ad objectionem ex Exod.* XXII, 28, *petitam.*

Novum ergo præsidium insulsæ opinionis de cultu simulacrorum cum in sacris litteris quæreret gentilis philosophus; Macarius noster, rejectis dæmonum simulacris, damnatoque gentilium cultu communiter iisdem præstito, verba Mosis, *Diis non maledices*, Exodi XXII, 28, a detorta interpretatione adversarii vindicat, nec de simulacris deorum ullo modo ea intelligenda esse demonstrat : siquidem diis sensu carentibus maledici non possit, nec res inanimata benedicentem honoret, nec maledicentem ulciscatur. Spectant huc sequentia Magnetis nostri verba : Κἂν ἀγάλματα φωνῇ καὶ δοκῇ διαλέγεσθαι, μηδὲ τούτοις τιμὴν ἀξίαν προπίωμεν· μηδ' ἂν λέγῃ Μωϋσῆς· *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις*, μὴ περὶ τούτων ἢ τούτους εἰρῆσθαι νομίσωμεν. Ἐκεῖνοι γὰρ θεοὶ, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, ὥσπερ ἐκεῖνοι θερμοὶ, οὓς τὸ πῦρ ἐθέρμανε. Θεοῦ δὲ λόγος οὔτε λίθοις ποτὲ οὔτε ξύλοις ἐνήχησεν, οὐδὲ τοῖς ἀναισθήτοις αἴσθησιν ἐχορήγησεν. *Simulacris autem, ne quidem si vocalia sint, ac ratiocinari videantur, honorem ullum verum deferamus : nec si Moses dicat : « Diis non maledices, » illud de his, vel hos ipsos dici existimemus. Nam ii dii sunt, ad quos verbum Dei delatum est, ut ii calidi sunt, quos ignis calefecit. Verbum autem Dei neque in saxis unquam, neque in lignis insonuit, neque insensilibus sensum tribuit.* Et paucis interjectis addit : Μωϋσῆς οὖν οὐκ ἀναισθήτους λέγει κακολογεῖσθαι θεούς. Τί γὰρ τὸ ἀναίσθητον κακολογούμενον παρά τινός ποτε λυπηθήσεται; Τίς δ' οὕτως ἐνεὸς καὶ φληναφος καὶ μωρὸς κακολογεῖν ἐκεῖνο τὸ μὴ δυνάμενον δι' ὕλης νεκρότητα τῆς κακολογίας διακρῖναι τὴν ὕβριν; Ὅθεν οὐδὲ θεοὶ οὐδὲ αἴσθησιν ἔχοντες προπηλακισθήσονται, οὐδ' ἀμύνονταί τινα νεκροὶ τὴν φύσιν ὄντες καὶ τὸν λόγον ἀκίνητοι. *Moses itaque diis sensu carentibus maledici posse non censet. Nam quod sensu caret, quomodo id, si quis ei maledicat, unquam doliturum est? Quis vero adeo stupidus, fatuus ac stultus, ut maledicat illi rei quæ, quia materia constat mortua, contumeliam maledicti intelligere non potest? Quamobrem nec dii sensu carentes contumelias patientur, nec quemquam ulciscentur, natura sua mortui cum sint et immobiles.* Julianus Apostata, quem Porphyrii vestigia frequenter legisse ejusque placitis firmiter inhæsisse constat, verbis Mosaicis, *Diis non maledices*, eumdem plane absonum sensum affinxisse videtur, cum Christianos mentem legislatoris pervertisse, et detestando scelere atque audacia omnem religionem multitudini adimere voluisse criminatur, dum ex eo, quod non sit diis serviendum, consequens esse statuerint, quod diis sit maledicendum (10). Verum præterquam quod divino legislatori apertissime sermo sit de magistratibus

(8) *Præpar. evang.* lib. III, cap. 7 seqq., p. III. 97 seqq.

(9) In *Eclogis physicis* a Gulielmo Cantero editis, lib. I, c. 1, Περὶ θεῶν καὶ θείων, ubi primus statim locus, qui in Canteriana editione ἀδέσποτος habetur, ex Porphyrii libro *Περὶ ἀγαλμάτων* desumptus est, uti ex msto Stobæi Vaticano notat Holstenius in *Vita Porphyrii*, cap. 10. Ita vero sese habet iste locus : Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων, καὶ θεὸς ἐκ θεῶν· Ζεὺς δὲ καὶ καθὸ νοῦς, ἀφ' οὗ προφέρει πάντα, ὅτι δημιουργεῖ τοῖς νοήμασιν, κ. τ. λ. *Jupiter quidem totus mundus dicitur, animal ex animalibus, et numen ex numinibus compositum; Jupiter etiam suprema mens, omnia producens, quandoquidem omnia sunt mentis opera*, etc. Quas quidem verba ipsemet Eusebius *Præpar. evang.* lib. III, c. 9, p. III. 101, Porphyrio auctori attribuit.

(10) Videantur verba Juliani apud Cyrillum

Digitized by Google

et principibus populi, quibus tanquam diis in terra maledicendum esse vetat, conf. Act. XXIII, 5; aptissime omnino ex mente gentilium, qui hæc ad simulacra deorum trahebant, Juliano respondet Cyrillus Alexandrinus (11): « Cæterum sciat legem, imo vero legis Dominum, Israelitis jubere ut aras evertant, et una cum templis simulacra comburant, sicuti scriptum in Deuteronomio » cap. XII, 1, 2, 3. Hinc pergit : Ὁ βωμοῖς καὶ τεμένεσιν ἐπιθήγων τὸν Ἰσραὴλ χρῆναί τε λέγων τοὺς ἐν αὐτοῖς καταπιμπρᾶσθαι θεούς, ἔφη ἄν, εἰπέ μοι, περὶ αὐτῶν, *Θεοὺς οὐ κακολογήσεις*, κ. τ. λ. *Qui in aras et delubra Israelitas acuit, deosque, qui coluntur in ipsis, concremandos ait, dixitne etiam, obsecro, de illis : « Diis non maledices? »*

§ XII. *De variis nominibus et generibus deorum gentilium.*

Haudquaquam rei ex nomine, sed nominis ex re veritatem pendere, in superioribus demonstratum dedit Macarius Magnes. Ex isto autem principio nunc etiam varia deorum gentilium nomina, quæ cum ipsa divinitatis substantia non conveniunt, dijudicanda proponit. Etenim quod ejusmodi rebus inanimatis, quæ nec honoris nec contumeliæ sensum ullum accipere possunt, nihilo tamen minus deorum nomina imposuerint gentiles, hoc ipso summo Numini nihil quidquam suo vitio decedere, sed summam tamen mortalium insipientiam eosdem hac ratione prodere ita autumat Macarius noster : Εἰ δὲ ὀνόματα θεῶν ἔχουσι καὶ ἐπίκλησιν, οὐ λυμαίνονται τὸ Θεῖον, ὡς οὐδὲ κύνες ἀνθρώπων ὀνόμασι τιμώμενοι. Πολλοὶ γοῦν ἐξ εὐχερείας τὰ θεῖα τοῖς βεβήλοις ἐπέθηκαν ὀνόματα, οὐδὲν ἐν τούτῳ τὰ θεῖα λυπήσαντες, τὴν δὲ σφῶν ἀφροσύνην μόνον ἐφανέρωσαν. Εἰ γάρ τις θεὸς μὲν λέγεται, καὶ θεῖον οὐδὲν ἔχει, ὑβρίζει τὴν κλῆσιν καὶ διαβάλλει τοὔνομα, ἀπαραίτητον ἔγκλημα φέρων καὶ ἀδιόρθωτον. Μὴ οὖν νομίσῃς ἐν τούτῳ τὸν παντοκράτορα Θεὸν ἀνιᾶσθαι καὶ δυσφορεῖν, κἂν μέχρις ἑρπετῶν τινὲς τῶν ἀφρόνων τὸ θεῖον κατέσυραν ὄνομα· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἱκανῶς ἐζημίωσαν, οἱ τὴν πρώτην καὶ ἀνώλεθρον οὐσίαν καὶ ἀκήρατον ὕλαις ἀτίμοις ἐπάραντες ὄνομα. *Quod si deorum nomina habent et cognomentum, non idcirco injuriam Numini faciunt, quemadmodum nec canes hominum nominibus ornati. Itaque multi licentius divina nomina profanis rebus imposuerunt, neque in eo Numen contristarunt, sed suam duntaxat insipientiam prodiderunt. Nam si quis Deus dicitur, ac divinum nihil habet, appellationem quidem injuria afficit, ac nomen calumniatur, inexcusabilem et irreparabilem culpam sustinens; at ipsum omnipotentem Deum ea re contristari, ac moleste id ferre cave existimes; etsi ad ipsa reptilia depressum divinum nomen vecordes quidam traxerint. Ipsi quippe se ipsos satis læserunt, cum primam immortalemque et incorruptam substantiam vilibus materiis nomen imposuerunt.* Cum ergo dæmones modo bonorum geniorum personam vultusque simularent, modo cœlestium etiam deorum, aut heroum speciem ac formam sumerent (12); ecquid mirum, si eorum quoque nomina sumpserint, fictamque illam numinum molitionem in plures classes diviserint? Quæ tamen omnes, cum nihil quidquam proprietatum divinarum complecterentur, augustissimam Dei appellationem injuriis calumniisque mortalium subjecerunt. Qui solis, lunæ, ignis, terræ, marisque figuras humana specie exhibitas colebant, quique elementorum simulacris imposito Vestæ, Cereris, Neptuni, aut alio nomine, illa tanquam viventium deorum effigies honorabant; nonne a vera religione abhorrere censendi sunt, quæ tota rebus veris, seriis et cœlestibus constat, divinisque perfectionibus summi Numinis respondet? Bene jam tum Macarius in fragmento II Ἀποκριτικῶν dixerat : Καλεῖσθαι δὲ πολλοὺς θεοὺς καὶ κυρίους, οὐ φθονεῖ Θεὸς, μόνον εἰ πλησιάζοντες αὐτῷ καὶ γειτνιάζοντες τῷ τῆς θεότητος λόγῳ συγχρωτίζωνται. *Multos autem vocari et deos et dominos, non moleste fert Deus, si modo ii appropinquantes accedentesque ad eum cum natura divinitatis coalescant.* Et paulo post : Θεὸς μονάρχης ὢν καὶ τὴν φύσιν ἀΐδιος, οὐ κωλύει θεοὺς καλεῖσθαι τοὺς ἀγγέλους, θεοποιῶν αὐτοὺς τῇ θέσει τοῦ πράγματος, οὐ τὴν οἰκείαν εἰς αὐτοὺς ἀποτέμνων οὐσίαν, οὐδὲ μέρος αὐτοῖς τῆς ἰδίας δωρούμενος φύσεως. *Deus, cum sit monarcha et natura sua æternus, non impedit quin angeli dii nominentur, deificans scilicet eos, divinitate iis addita* (non innata); *non autem divisa cum iis sua substantia, nec naturæ suæ portione iisdem concessa.*

Hinc simul concidit impia Porphyrii sententia, qui summi Numinis substantiam et infinitas operationes sub variis nominibus deorum gentilium exprimi, sed nonnisi eamdem divinitatem intelligi audacter asserere haud est veritus : siquidem cum Platone suo omnes deos primi secundique principii emanationes quasdam ac proseminationes esse vindicat (13). Eamdem pariter mentem fuisse Græci philosophi cum Magnete nostro disputantis, exinde colligitur, quod diis suis non nominis tantum, verum ipsius etiam divinitatis cum vero Deo communionem tribuit, eosdemque augustorum illorum nominum, incorruptibilitatis, immortalitatis et impassibilitatis honorem participare, atque ejusdem cum Deo naturæ consortes esse opinatur (14).

§ XIII. *Magnetis doctrina de Christo Filio Dei unigenito, ejusque incarnatione et miraculis.*

Infinitis divinæ essentiæ perfectionibus supremo omnium rerum Creatori solique monarchæ ἀγενήτῳ

Alexandrinum lib. VII *contra Julianum*, p. m. 238.

(11) Loc. cit., p. m. 240 edit. Spanhemii.

(12) Conf. Eusebius. *Præpar. evang.* lib. V, c. 3, p. 182.

(13) Conf. Eusebius, *Præpar. evang.* lib. XIII, c. 15, p. m. 694.

(14) Vide fragmentum I ex *Apocriticis* Magnetis, p. 15 et 22, et fragmentum III, p. 40.

Digitized by Google

καὶ δεσπόζοντι τῶν γενητῶν (conf. I Tim. VI, 15, 16) vindicatis, cultuque ipsius a polytheiæ superstitione et creaturarum consortio purgato (conf. Isa. XLII, 8); Macarius Magnes in fragmentis superstitibus nullam quidem Trinitatis Personarum divinarum disertam injicit mentionem, cum de hoc mysterio nullus ipsi disputandi locus esset (15). Plures tamen in hac una essentia divina esse Personas, ejusdem naturæ, qualitatis atque potentiæ, primum ipsa monarchiæ divinæ notio ab auctore nostro stabilita, et supra § 5 explicata indigitat, qua in unitate simul Trinitatem Personarum complectebantur antiqui Ecclesiæ doctores. Deinde vero non minus pluralitas Personarum ex argumentatione Magnetis nostri superius jam tum § 6 adducta colligitur, in qua unitatem essentiæ divinæ diis quidem gentilium falsis fictitiisque penitus abjudicat, Christo autem Domino nostro vere ac proprie sic dicto propriam atque peculiarem tuetur, firmissimum utique præsidium advocans ex luculentissimo S. apostoli Pauli testimonio I Cor. VIII, 5, 6. Tum denique divina hæcce veritas a Macario nostro astructa omnium maxime ex perspicua ejus confessione de Christo Filio Dei unigenito dilucide apparet, in qua eumdem vocat Υἱὸν μονογενῆ τοῦ Πατρὸς, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, item τὸν ζῶντα καὶ ὑποστατικὸν Λόγον, ἀπαράλλακτον καὶ ἰσοδύναμον· quibus titulis, duce Scriptura sacra, passim antiqui Ecclesiæ doctores Filium nuncupare solent. Ipsa testimonii hujus verba ex fragmentis ἀνεκδότοις *Commentarii* Magnetis *in Genesin* primum producamus, quæ ita habent: Τὸ γὰρ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, οὐδὲν ἕτερον δείκνυσιν, ἢ ὅτι συμβούλῳ ἐχρήσατο ὁ Πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ τῷ Υἱῷ ἐπὶ τῇ τούτου κατασκευῇ, ὃς ἐστι τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ἐνῆν ἄλλῳ τινὶ συμβούλῳ κεχρῆσθαι, ἢ τῷ ζῶντι καὶ ὑποστατικῷ αὐτοῦ Λόγῳ, τῷ ἀπαραλλάκτῳ αὐτοῦ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, καὶ ἰσοδυνάμῳ. *Quippe illud: « Faciamus hominem secundum imaginem nostram et secundum similitudinem, » nihil aliud indicat, nisi quod Pater in hujus formatione consiliario usus est Filio suo unigenito, qui splendor est gloriæ, juxta Apostolum* (Hebr. I, 3), *et figura substantiæ ejus. Nec enim licebat ullo alio consiliario uti, quam vivo et per se subsistente ejus Verbo, quod secundum imaginem ab eo nihil differt, et æqualem habet potentiam.* Antiquitatem hujus argumenti, quo ad astruendam Christi divinitatem Macarius hoc loco usus est, exinde primum cognoscere licet, quod S. Barnabas, vel alius saltem ævi apostolici scriptor, jam tum sæculo apostolico eadem ratione præexsistentiam Filii Dei ante conditum mundum probasse legitur. Is enim in epistola catholica ab antiquis olim Ecclesiæ Patribus sub nomine Barnabæ apostoli laudata, juxta antiquam versionem Latinam cap. 4 (16) (ubi Græcus textus desideratur), de Servatore nostro sic loquitur: *Et ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus, cui dixit* (scil. *Deus Pater* (17), quippe cui Moses in primæva creatione hæc verba prolata tribuit) *die ante constitutionem sæculi: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. »* Quem deinceps secuti sunt antiquissimi Patres (18) in probanda Filii Dei προϋπάρξει, præstantia atque divinitate, speciatimque Theophilus Antiochenus *ad Autolycum* lib. II, cap. 28, p. m. 158: Οὐκ ἄλλῳ δέ τινι, inquit, εἴρηκε, *Ποιήσωμεν*, ἀλλ' ἢ τῷ ἑαυτοῦ Λόγῳ καὶ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ. Id est: *Nulli alii dixit, « Faciamus, » quam suo Verbo et suæ sapientiæ.* Quibus verbis Patrem et Filium et Spiritum sanctum designari plerique Patrum existimarunt, quos excitavit Dion. Petavius in *Dogmatibus theol.*, lib. II, *De Trinitate*, cap. 7, § 4 seqq. (19). Cum igitur Macarius Magnes Deum Patrem in formatione hominis Filio suo unigenito consiliario usum esse asserit, tanquam Verbo vivo et per se subsistente, æqualemque cum ipso habente potentiam: nullum plane est dubium, hac descriptione apertissimam divinitatis notam contineri; inprimis cum in Scriptura sacra Deus nonnisi cum reliquis Personis divinis consultasse legatur, nec cum creaturis, quæ nondum in rerum natura exstiterant, in primæva rerum omnium creatione consilium ullum inire potuerit. Spectat huc etiam illustris ille locus Hermæ *Pastoris* lib. III, similitudine 9, cap. 12, ubi antiquissimus scriptor præexsistentiam Filii Dei his verbis declarat: *Filius quidem Dei omni creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam* (20).

Divinum porro opus creationis omnium rerum, imo et ipsius hominis, Filio Dei attribuit Magnes in

(15) Eusebius, lib. II *De ecclesiastica theologia contra Marcellum*, p. m. 140 scribit: *Nos in congressu quocunque cum paganis solemus doctrinam de Christo in tempus opportunum reponere, et in præsenti erroris idololatrici redargutionem proponere, et Dei unitatem demonstrativis rationibus stabilire.*

(16) P. m. 14 edit. Hugonis Menardi Paris. 1645.

(17) Non vero Scriptura, quam hic ad Filium loquentem absurde fingit Lucas Mellierus in *Fide primorum Christianorum*, refutatus propterea a J. Ern. Grabio in adnotat. ad Georg. Bulli *Defensionem fidei Nicænæ*, p. m. 21 seqq. In *Constitutionibus apostolicis*, lib. V, cap. 7, hæc verba Scripturæ expresse itidem tanquam a Deo Patre ad Filium unigenitum dicta allegantur hunc in modum: Καθὼς καὶ ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ λέγοντα τὸν Θεὸν τῷ μονογενεῖ Χριστῷ· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, etc.

(18) Quorum testimonia ὁμόψηφα adduxit Hugo Menardus in notis ad Epistolam Barnabæ, p. m. 103 seqq.

(19) Gentilium nugas, qui Deum hæc verba forte ad falsos et adulterinos deos dixisse contendunt, eleganter prosternit Cyrillus Alexandrinus lib. I *contra Julianum*, p. m. 24.

(20) De quo loco videatur Georg. Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, sect. I, cap. 2, § 5, p. m. 18 seqq., et Thom. Ittigius in *Selectis capitibus hist. eccl.*, sect. I, p. 159 seqq.

Digitized by Google

fragmento quodam ex libro III Ἀποκριτικῶν desumpto, quod præter Turrianum citavit Thomas Bozius Eugubinus, congregationis Oratorii presbyter, libro XIV *De signis Ecclesiæ Dei*, pag. 71 : *Audi nunc attente*, inquit : *Principio creavit Filius Dei terram ; ex terra hominem formavit, ex homine carnem sumpsit ipse* (21). Quemadmodum vero incarnationem Christi ex humana natura factam, atque a divina Filii Dei natura assumptam, simul commemorat his ultimis verbis ; ita et Divinitatem carni unitam adeoque unionem personalem divinæ et humanæ naturæ in Christo dilucide satis conspicuam declarat, cum in subsequentibus ejusdem fragmenti verbis Filium Dei ita loquentem introducit : *Ex unione igitur, qua unitus sum sanctus cum terreno, do panem et vinum, jubens esse corpus meum et sanguinem ..... Siquidem quod non habet Verbum vivens unitum cum corpore, quod fuit terrenum, ad æternam vitam edentes non adduceret.* Et iterum : *Panis vero in beata Christi terra virtute Divinitatis unitæ confectus, solo gustu immortalitatem homini affert.*

Ex miraculis denique, quæ a Christo Servatore facta sunt, divinitatem Filii Dei subinde confirmat, cum exempli causa occasione istius miraculi in sanatione mulieris, quæ diutina fluxione sanguinis laboraverat, præstiti Marc. v, 30, divinæ ipsius virtutis characterem in fragmento II Ἀποκριτικῶν his verbis agnoscit : Οὕτω παρὰ τοῦ Χριστοῦ δύναμις ἐξήρχετο, καὶ τῶν καμνόντων ἤλαυνε τὰ νοσήματα, καὶ τῷ Χριστῷ μένουσα ὅλως οὐκ ἐχωρίζετο. Id est : *Sic etiam a Christo virtus exibat, quæ et ægrotantium morbos pellebat, et penes Christum manens prorsus ab eo non recedebat.* Nulla hic nos urget ratio, cur per δύναμιν ἐξελθοῦσαν intelligere debeamus virtutem quamdam corporalem, seu pharmacum aliquod salutare ex corpore Christi profectum (22), cum inter omnes constet, δύναμιν in Scriptura Novi Testamenti sæpissime miraculum denotare, Marc. VI, 5 (23) : adeoque opus divinum vel miraculum a Christo patratum hic potius indigitatur, ex cujus stupendis effectibus et virtute incredibili in Servatore nostro haudquaquam imminuta divinitatem ejus merito agnoscere atque venerari tenebantur omnes. Quo sensu et Macarius noster hanc ipsam historiam sanctæ mulieris hæmorrhousæ ad miracula Christi divina retulit in fragmento X, quod ex primo libro *Apocriticorum* conservatum est (in cujus capite sexto eum speciatim de miraculis, quæ a Christo facta sunt, disseruisse refert Nicephorus CP. in examine verborum Macarii Magnetis) ; factique istius memorabilis imaginem ære expressam in Mesopotamia adhuc sua ætate conservatam fuisse tradidit : qua de re jam tum in superiori Dissertatione, § 10, actum fuisse memini.

§ XIV. *Magnetis doctrina de creatione, et frustra conficta æternitate mundi.*

In articulo de creatione ex superius adductis jam tum constat egregia Macarii Magnetis confessio, quod Deus solus imperium ac monarchiam habens iis, qui geniti sunt, ingenitus præsit, creaturas increatus et principio carens in potestate habeat, ac non similes, sed dissimiles providus regat (24). Luculentius tamen et scopo suo convenientius hoc argumentum pertractat in commentario περὶ τῆς τοῦ Ἀδὰμ δημιουργίας, ad cap. I Geneseos, ubi creaturas omnes solo verbo Dei productas esse contendit : Καὶ τὰ μὲν ἄλλα κτίσματα ῥήματι μόνῳ παρῆκται. Id est : *Ac cæteræ quidem creaturæ solo verbo productæ sunt.* Quinetiam in sequentibus tum materiæ principium constituit, tum formam creationis actionemque Dei creantis in eo ponit, quod Deus omnia ex liberrima voluntate, et quidem ex nihilo, per solum imperium produxerit, quo id, quod non erat, vocavit ut esset Apoc. IV, 11 ; Rom. IV, 17. Huc redeunt illa verba Magnetis nostri loc. cit. : Ὁ γὰρ τοσοῦτον μέγεθος οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης λόγῳ ὑποστησάμενος, πολλῷ μᾶλλον παράδεισον ἱκανὸς καταφυτεῦσαι ῥήματι, καὶ λόγῳ ῥιζῶσαι πανόλβιον χωρίον· ἀλλ', ὡς εἴρηται, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τιμὴν καὶ φυτουργὸς γίνεται μυστικῷ τινι λόγῳ, ἀκαμάντως τόνδε κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγων θελήσει. *Nam qui tantam cœli, terræ ac maris molem verbo fundasset, multo magis hortum poterat dicto plantare, et beatissimum fundum verbo conserere. Sed quemadmodum dictum est, ut hominem honore afficeret, etiam arborum arcana quadam ratione factus est cultor, qui sine ullo labore mundum hunc ex non esse ad esse sola voluntate perduxerat.*

§ XV. *Doctrina Magnetis de angelis et de cultu imaginum.*

Speciatim de creatione angelorum, quos inter

(21) Quæ verba itidem e Græco textu Magnetis se convertisse confirmat Franc. Turrianus in tractatu *de sanctissima Eucharistia* contra Andream Volanum, p. m. 75 seqq.

(22) Absit hæc profana sententia, quasi Christus effluxu quodam corporis sui, vel per magicas artes, ægrorum morbos curaverit, cum de sensu corporeo suspicandi aliquid nulla hic sit causa, nullum fundamentum. Gentilium hæc erat calumnia, qui, teste Arnobio lib. I *Adversus gentes*, p. m. 25, calumniosis illis et puerilibus vocibus objicere solebant Christianis, quod Christus magus fuerit, clandestinis artibus omnia miracula effecerit, Ægyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina, et remotas furatus sit disciplinas. Quam impudentissimam criminationem Arnobius speciali enumeratione miraculorum Christi sola nominis sui potestate et invocatione sine ulla vi carminum, aut herbarum et graminum succis, sine ullis plane artibus humanis peractorum egregie diluit, veramque divinitatem Servatoris nostri exinde comprobat : *Desistite*, inquit, *o nescii, in maledicta convertere res tantas..... Nihil, ut reminiscimini, magicum, nihil humanum, præstigiosum, aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo..... Deus ille sublimis fuit, Deus radice ab intima, Deus ab incognitis regnis, et ab omnium principe Deus sospitator est missus*, etc.

(23) Conf. Gottfr. Olearii *Observationes sacræ in Matthæum*, p. m. 275 seqq.

(24) Vide fragm. II supra allatum (c. 1580, § V, *init.*)

Digitized by Google

præstantissimas creaturas primo loco ponit, ita disserit Macarius Magnes, ut naturam ipsorum spiritualem, incorruptam et immortalem extollat his verbis, quæ in fragmento IV Ἀποκριτικῶν leguntur : Λοιπὸν, τὴν περὶ τῶν ἀγγέλων καὶ τῆς ἀφθαρσίας αὐτῶν λέξομεν τὴν ὑπόθεσιν..... ἵνα τις τῶν εὐφρονούντων ἀκούσας ἐν οὐρανῷ λογικὴν οὐσίαν τῷ τῆς ἀθανασίας λόγῳ πανηγυρίζουσαν, τουτέστι τῶν μακαρίων καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων, ὡς δυνατὸν τὸν βίον πρὸς αὐτοὺς ῥυθμίσειε, καὶ τὴν ἐκείνων ἀξίαν τοῖς ἔργοις ζηλώσειεν, κ. τ. λ. *Deinceps quæstionem de angelis et eorum incorrupta natura tractaturi sumus..... At sapiens quisque cum audierit, substantiam rationalem in cœlo esse, quæ immortalitatis munere gaudeat (beatas nempe et incorporeas virtutes), vitam, quantum fieri potest, ad eorum imitationem componat, eorumque gloriam operibus affectet*, etc. Patet exinde, angelos hic describi 1°) ut substantias *spirituales et incorporeas*, ἀσωμάτους δυνάμεις, quæ in antecedenti sermone hominibus opponuntur, qui originem suam a carnali corporeaque generatione habent, qui ab immunda corporum germinatione substantiam ceperunt, et geniti gignentesque instar foliorum cito defluunt; cum econtrario angeli sint σωματικῶν παθῶν καὶ δεσμῶν ἀπαλλαγέντες, corporeis affectibus et vinculis liberi : quemadmodum in fragmento II, *angelum* per ἀσώματόν τινα τάγματος ἀνωφεροῦς, θεὸν τὴν θέσιν οὐ τὴν φύσιν ὑπάρχοντα, id est *incorporeum quemdam superioris ordinis, qui adoptione, non natura, sit deus*, explicat. Unde et postmodum in fragmento VI invisibilem naturam, adeoque et immaterialem, angelis tribuit Macarius, dicens : Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀνδρείῳ σχήματι ἄγγελοί ποτε ἐφάνησαν, ἀλλ' οὐ τὸ φανὲν ἦσαν, ἀλλ' ὅπερ ἦσαν, ἀόρατόν ἐστι. Id est : *Etsi enim humana ut plurimum specie olim angeli apparuerunt, at non id ipsum erant, quod apparebat; sed quod erant, id visibile non est.*

2°) Describuntur angeli ut substantiæ intelligentes, dum Macarius angelum vocat λογικὴν οὐσίαν ἐν οὐρανῷ, *substantiam rationalem in cœlo;* ut eam distingueret tum a substantiis rationalibus in terra, hominibus anima et corpore præditis ; tum a substantiis pure materialibus sive corporeis, quibus vis cogitandi, intelligendi atque ratiocinandi attribui nequit.

Denique 3°) describuntur angeli ut substantiæ beatæ atque in spirituali sua natura et perfectione cœlesti liberæ ab omni mutatione, corruptione et mortalitate. Hic enim erat scopus expositionis Macarianæ, quod ex exemplo angelorum, τῶν μακαρίων δυνάμεων, indicare voluerit beatitudinem eorum hominum, quibus cœlestis regio habitanda obtigit, quique in angelicæ vitæ communionem asciti sunt, ubi faciem Dei Patris cœlestis in perfecto beatitudinis statu vident, Matth. XVIII, 10. Ex ista autem simplicitate essentiæ atque immaterialitate, qua gaudent angeli, sponte sua consequitur ipsorum ἀφθαρσία atque immortalitas, quam Macarius ipsis vindicat his verbis : Ἵνα τις τῶν εὐφρονούντων ἀκούσας ἐν οὐρανῷ λογικὴν οὐσίαν τῷ τῆς ἀθανασίας λόγῳ πανηγυρίζουσαν.

Cum vero veteris Ecclesiæ doctores principii loco ponerent, *ea quæ initium habuerunt, necessario finem habitura* (quemadmodum et Macarius noster in comparatione beatorum hominum resurgentium cum angelorum statu beato illud pariter de iisdem prædicat, καὶ τελευτὴν μηκέτι μηδὲ γένεσιν ἔχοντες, *jam nec ortum habentes nec interitum*), atque exinde colligerent, angelos non natura, sed gratia immortales esse : id saltem indicare voluerunt, solum Deum independenter, absolute, et ea ratione immortalem esse, ut nullo modo finem habere queat, I Tim. VI, 16 ; angelos autem ceu spiritus creatos dependenter et ex voluntate Dei immortales esse, ita quidem, ut licet natura illorum in se spectata corruptioni obnoxia non sit, finem tamen, si Deus velit, habere possint. Atque in eo χάρις illa, qua immortales dicuntur esse angeli, consistit, quod a Deo conservantur ; cum alioqui in nihilum, unde orti sunt, essent redituri. Hinc Æneas Gazæus (25), veritus ne hac doctrina immortalitati animorum nonnihil detraheretur, principium illud, *omne quod esse incepit, obnoxium interitui esse*, ad planiorem sensum revocat, ostenditque animam rationalem, pariter atque angelos, suapte natura morituram non esse : *Ille enim*, inquit, *qui ut essent largitus est, animis nostris concessit quoque, ut semper essent, illudque donum ipsa jam natura est.* Habent igitur angeli in se ipsis, ut et anima rationalis, quo immortales sint, quippe cum ejusmodi naturam a rerum auctore sortiti sint (26).

Addit Macarius in eodem fragmento : Οὐ μὴν εἰκόνας ἐκείνων τυπώσας τῷ σχήματι, *non autem illorum imagines effingens* (27). Quæ verba philosopho Græco, cum quo sibi res erat, haud frustra opposuit Macarius, dum angelis natura similes esse deos suos jactitaverat, ut exinde cultum eorumdem divinum veluti justo quodam titulo definire posse videretur. Quam idololatricam opinionem merito damnat Macarius, addens, ὡς φῂς αὐτός, *ut tu* (philosophus) *ipse ais*, qui scilicet simulacra et statuas et imagines deorum ad abominandum cultum exponis. Quam in rem de apparitionibus angelorum statim sequentia subjungit : Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀνδρείῳ σχήματι ἄγγελοί ποτε ἐφάνησαν, ἀλλ' οὐ τὸ φανὲν ἦσαν, ἀλλ' ὅπερ ἦσαν, ἀόρατόν ἐστι. Id est : *Etsi enim humana ut plurimum specie olim angeli*

(25) In dialogo erudito *De animorum immortalitate et resurrectione corporis.*

(26) Conf. Mich. Lequienii notæ ad Damascenum *De fide orthodoxa*, lib. II, cap. 3, p. 156, itemque Petavius, loc. cit., p. 18, ubi nomina *mortalis* et *immortalis* triplici sensu a Patribus accipi ostendit.

(27) Quod Nicephorus patriarcha CP. ad vetitum idolorum gentilium cultum restringit.

Digitized by Google

apparuerunt, at non id ipsum erant, quod apparebat; sed quod erant, id visibile non erat.

Quin et paucis interjectis sententiam suam, quod angeli sanctis hominibus neutiquam ad adorationem propositi sint, ulterius confirmat exemplo Abrahami, qui angelos ipsi visos nullo idololatrico cultu excepit. Postquam enim quæstionem de Abrahamo et angelis ab eo visis agitaverat, hunc in modum orationem concludit Macarius in fragmento VII: Καὶ τούτων γενομένων σαφῶς κατὰ ἀλήθειαν, τῶν ὀφθέντων ὁ Ἀβραὰμ οὐ τυποῖ τὴν ἐμφάνειαν, οὐδὲ ἐμφερὲς ἄγαλμα ξέει, ἢ γράφει τῷ πίνακι ἐν αὐτοῖς βλέπειν τοὺς ξενισθέντας νομίζων· οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς, φίλον ὄντα τοῦ Θεοῦ τὸν πατριάρχην τῇ τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δεισιδαιμονούντων ἀνθρώπων ὑπάγεσθαι πλάνῃ, ἄρτι σχεδὸν ἀνακυπτούσης τῆς τῶν ἀγαλμάτων ἰδρύσεως. Id est: *His evidenter et revera perfectis, Abrahamus eorum, qui visi erant, nec speciem exprimit, nec simulacrum sculpit, nec imaginem in tabella pingit, putans se in his eos, quos hospitio excepit, intueri præsentes; quippe nec decebat patriarcham Deo amicum hominum illo tempore idololatrarum errori addictum esse, ineunte fere idololatria sive simulacrorum erigendorum fundatione.* Hujus quidem historiæ Eusebii Cæsariensis ætate publica quædam extitit imago, sed non ad cultum ac venerationem exposita, quam ita commemorat ipse Eusebius *Demonstrationis evang.* lib. v, cap. 9, ut exinde probet, Dominum ac Salvatorem nostrum medium inter istos tres hospites Abrahami fuisse, qui eo tempore pietatis semina ad homines jaciens, humanam speciem ac figuram indutus, Dei amico atque antiquo patri Abrahæ se ipsum, quisnam esset, ostenderit, Patrisque sui tradiderit sententiam. Eo igitur consilio imagines angelorum haudquaquam ulla specie effingendas voluit Macarius noster, ne errori idololatrico ansa daretur per cultum imaginum.

Idem tamen Macarius Magnes in fragmento X libri Ἀποκριτικῶν imaginem quamdam in memoriam illius miraculi effictam celebravit, quod Servator noster in muliere hæmorrhousa divina virtute patraverat; quam statuam, Christi imaginem exhibentem, adhuc sua ætate in Mesopotamia salvam incolumemque exstitisse testatur his verbis: Αὐτοῦ γὰρ τοῦ πραχθέντος ἡ γυνὴ τὴν ἱστορίαν σεμνῶς ἀποχαλκεύσασα τῷ βίῳ παρέδωκεν, ὡς ἄρτι τοῦργον γενόμενον, οὐ πάλαι. Id est: *Ipsius quippe facti imaginem mulier memoriæ tradidit ære expressam, ut res non olim facta, sed hodie fieri videatur.* Ex omnibus antiquitatis exemplis expressissimum illud est et maxime illustre sacrarum imaginum monumentum, quod Eusebius Cæsariensis pariter pluribus circumstantiis ornatum retulit, et ad sua etiam tempora permansisse, atque oculis suis conspectum fuisse tradit libro VII *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 18.

Ultimum denique, quod circa doctrinam Magnetis nostri de angelis adhuc observandum venit, cultumque ipsorum divinum .... improbat, in eo versatur, quod ab angelo auxilium exspectandum, veræque virtutis beatitudinem petendam esse neget: quod ex eo demonstrat Macarius, quod non sit natura Deus, sed tantum ex gratia et adoptione quamdam habeat divinitatis similitudinem, quam eleganti aliqua comparatione ita illustrat (28): Ὅθεν ὁ μὲν τὸν φύσει Θεὸν προσκυνῶν, μακαρίζεται· ὁ δὲ τὸν θέσει, πολλὰ διασφάλλεται, ἐν τῷ σέβειν ἀβέβαιον καρπούμενος ὄφελος. Ὡς γὰρ ὁ θέρμης ἕνεκεν τὸ πῦρ ἀσπαζόμενος καὶ θερμαίνεται παρ' αὐτοῦ, καὶ τῷ φέγγει λαμπρύνεται· ὁ δὲ ὕλην ἐκ πυρὸς, ἢ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, ζητῶν εἰς θερμότητα, διαμαρτάνει τοῦ σκοποῦ· πρὸς ὀλίγον γὰρ ἡ ὕλη ψευσαμένη τὴν φύσιν εἰς τὴν οἰκείαν τῆς οὐσίας λῆξιν ὑποχωρεῖ, μηδὲν τὸν ἔχοντα ταύτην ἐν θερμοῖς ὠφελήσασα, μηδὲ σέλας αὐτῷ λαμπρὸν ἐπαρκέσασα. Οὕτως ὁ βουλόμενος ἀκράτου ἀρετῆς λαβεῖν μακαριότητα, παρὰ Θεοῦ ταύτην τοῦ κατὰ φύσιν αἰτῶν, οὐ σφάλλεται· παρὰ δὲ ἀγγέλου, ἢ τινὸς ἀσωμάτου τάγματος ἀνωφεροῦς, θεοῦ τὴν θέσιν οὐ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ζημιοῦται μεγάλως, λαβεῖν θέλων, ὅπερ δοὺς ὁ κτησάμενος γυμνητεύει τῆς χάριτος. Id est: *Itaque beatus habetur is, qui adorat illum, qui natura Deus est; is autem, qui adoptivum colit, multum fallitur, et fructum ex eo cultu non diuturnum percipit. Quemadmodum enim is, qui caloris causa ignem ipsum amplectitur, calescit ab eo simul, et ejus fulgore illuminatur; qui vero materiam ab igne calefactam, sive æs, sive ferrum, ad calescendum quærit, is a scopo aberrat; siquidem ea materia ad breve tempus naturam ignis mentita ad propriam substantiæ naturam redit, eum autem, qui ipsam habet, calore suo nihil juvat, nec fulgorem ei clarum suppeditat. Ita qui veræ virtutis beatitudinem accipere vult, eam ab eo, qui natura Deus est, si petat, non lædit se ipsum; ab angelo autem petens, vel ab aliquo incorporeo superioris ordinis, qui adoptione, non natura, sit deus, damnum grave accipit, accipere id volens, quod si dederit is qui possidet, se ipsum virtute spoliet necesse est.*

§ XVI. *Doctrina Magnetis de creatione et conservatione corporum cœlestium.*

Corpora cœlestia a Deo creata exinde demonstrat Macarius, quod Deus eadem e cœlo suspenderit, cursumque ipsorum et mutationes ex propria voluntate inflectat. Quo spectant hæc verba *fragmenti IX*: Κἂν θέωσιν ἀστέρες καὶ τρέχωσιν ἄπειρα, τούτους μὴ θειάζωμεν. Ὡς γὰρ τρέχοντας ἵππους οὐδεὶς ἐστεφάνωσεν, ἀλλὰ τὸν ἐλατῆρα τούτων καὶ ἡνίοχον, οὕτως οὐκ ἄστροις, ἀλλὰ Θεῷ, τὸ σέβας γνησίως τηρήσωμεν τῷ τούτους ἐξάψαντι. Id est: *Nec stellas ipsas, etsi illæ currunt et æternum volvuntur, tanquam deos veneremur. Nam quemadmodum equos currentes nemo unquam coronavit, sed eorum agitatorem et aurigam: ita nos non astris, sed Deo, qui illa e cœlo suspendit, suum cultum integrum servemus.*

(28) In fragmento II operis Macariani.

Digitized by Google

Generatim de conservatione rerum creatarum ita sentit Macarius noster, ut Deum, qui creaturas omnes in potestate habet, easque providus regit (29), ea omnia, quorum creavit substantiam, pariter et conservare affirmet. Ita enim in fragmento II mentem suam explicat his verbis: Καὶ τῶν μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὸς (Θεὸς) ἐδημιούργησεν, οἱ δὲ ὑποστάσεως ἀρχὴν οὐ κατέλαβον ἐν αὐτῷ· καὶ ὁ μὲν ἐκείνους, ὧν ἄρχει, σώζειν οἶδεν· οἱ δὲ οὐδὲν ἀρχόμενοι ἐκείνῳ χαρίζονται. Id est: *Ac illorum* (deorum scilicet improprie ita dictorum) *quidem ipse Deus creavit substantiam; illi autem initium exsistendi nullum in eo deprehenderunt: item ille eos, quos subditos habet, scit conservare; ii vero dum subditi sunt, nihil ei gratificantur.*

§ XVII. *Doctrina de creatione hominis, ejusque imagine divina, immortalitate animæ, atque libertate.*

De creatione hominis tam magnifice sentit Macarius, ut totam ejus formationem præ cæteris creaturis speciali consilio et deliberatione SS. Trinitatis perfectam esse contendat. Ita enim in fragmentis *Commentarii in Genesin* eamdem deprædicat: Καὶ τὰ μὲν ἄλλα κτίσματα ῥήματι μόνῳ παρῆκται· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἔσχεν ἐξαίρετόν τι κατὰ τὴν ποίησιν παρὰ ταῦτα. Βουλῆς γὰρ προηγουμένης ἐκτίσθη, ἵνα ἐκ τούτου δειχθῇ ὅτιπερ κτίσμα τίμιον ὑπάρχει. Τὸ γὰρ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, οὐδὲν ἕτερον δείκνυσιν, ἢ ὅτι συμβούλῳ ἐχρήσατο ὁ Πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ τῷ Υἱῷ ἐπὶ τῇ τούτου κατασκευῇ, τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ χαρακτῆρι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ . . . . . Ἐπειδὴ τοίνυν, ὡς εἴρηται, ὥσπερ βασιλεὺς εἰσήχθη ἐν κόσμῳ ὁ ἄνθρωπος, εἰκότως καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγένηται. Ἔδει γὰρ τὸν μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὥσπερ τινὰ εἰκόνα ἔμψυχον τῆς τοῦ βασιλέως ὁμοιότητος ἀπολαύειν, οὐκ ἐν πορφυρίδι μαὶ σκήπτρῳ καὶ διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐμφαίνοντι, ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἦν, ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμεῖσθαι τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν καὶ ἀρετήν. Τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἄνθρωπος τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον εἰκόνα ὁμοιότητι διασώζει. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτεξουσιότητος τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα ἐμφερὲς προσφανέστατον δείκνυσι, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν Θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος, διὰ τὸ τίμιον τῆς κατασκευῆς. Βουλῆς γὰρ ἐνέργεια τὸ πᾶν. Id est: *Ac cæteræ quidem creaturæ solo verbo productæ sunt; homo autem præcipuum quiddam præterea habuit in creatione. Nam habita ante deliberatione creatus est, ut ex eo ostenderetur, excellentem esse eam creaturam. Quippe illud: « Faciamus hominem secundum imaginem nostram et secundum similitudinem, » nihil aliud indicat, nisi quod Pater in hujus formatione consiliario usus est Filio suo unigenito, qui splendor est gloriæ, juxta Apostolum, et figura substantiæ ejus . . . . Quoniam itaque, ut dictum est, homo in mundum tanquam rex est introductus, probabiliter etiam secundum imaginem Dei factus est. Oportebat enim aliis imperaturum veluti imaginem quamdam spirantem regis similitudine gaudere, non in purpura et sceptro et diademate dignitatem ostentante (quippe nec ipsum archetypum in his erat), sed eo quod ornaretur incorruptibilitate, immortalitate, ac virtute. Nam his homo ornatus formam prototypi similitudine expressam servat. Quoniam vero ipsa quoque libertas regiam et eminentem naturæ humanæ dignitatem et similitudinem ejus cum divina imagine evidentissimam ostendit, etiam hac ratione homo manuum Dei opus est, propter formationis suæ excellentiam: nam totum illud opus consilii est.* Eadem argumentatione utitur Theophilus Antiochenus libro II *contra Autolycum*, cap. 28, p. m. 158 seq., cum excellentiam hominis in eo ponit, quod, cum cætera omnia verbo constitueret Deus et quasi πάρεργα conderet, solius hominis creationem existimaverit esse opus manibus suis dignum, μόνον ἰδίων ἔργον χειρῶν ἄξιον ἡγεῖται τὴν ποίησιν τοῦ ἀνθρώπου. Naturam hominis inprimis ob concreatam imaginem divinam extollit Macarius Magnes, eamque non in corpore (30), sed in mente hominis quærit, quod cognitionem boni et mali naturam insitam habuerit. Argumento ipsi sunt verba Geneseos, cap. III, 22: *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, ad sciendum bonum et malum.* Ad quem locum hunc in modum commentatur: Οὐχ ὡς προσκόψαντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας γνῶσιν. ἀλλ' ὡς τοιούτου ἐξ ἀρχῆς πλασθέντος. Φθάσας γὰρ εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι *ἔτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ*. Δῆλον ὡς προκαταβεβλημένην εἶχεν ἐν τῇ φύσει τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ καὶ πονηροῦ. Id est: *Non quasi profecisset is in cognitione virtutis ac vitii, sed quia talis ab initio formatus esset. Nam ante dixerat Scriptura: « Adhuc fecit Deus hominem secundum imaginem Dei. » Hinc patet, habuisse eum insitam jam ante a natura cognitionem boni et mali.* Hominem igitur ab initio integrum et rectum in omni cognitione virtutis ac vitii creatum fuisse plane ad sensum Scripturæ sacræ Eccle. VII, 30, contendit: quinimo in antecedentibus eumdem per transgressionem pristinam innocentiam morum, τὸ ἀπειρόκακον, amisisse statuit, quæ fecerat, ut primi parentes nuditatis suæ rationem nullam haberent: Ἀλλὰ ὡς τὸ ἀπειρόκακον ἀποθεμένων διὰ παραβάσεως, ὃ καὶ τὴν γύμνωσιν ἀδιάφορον

(29) Κρατεῖ τῶν κτισμάτων, καὶ ἡγεμονεύει κηδόμενος, sunt verba Magnetis in fragmento II. Vide supra.

(30) Uti Melitoniani, Anthropomorphitæ et Audiani quondam statuerunt, de quibus confer Epiphanium, hær. 90, et Theodoretum, quæst. 20 in Genesin, et alibi. Quamvis Macarius noster haud neget, etiam in ipsum Adami corpus divinæ imagi-

nis dignitatem aliquo modo redundasse, dum totum hominem secundum imaginem Dei factum esse fatetur, atque inprimis in oratione 17 in Genesin corpus protoplastarum ante transgressionem præcepti subtilius ac splendidius, et ad speciem divinarum perceptionem magis promptum et expeditum fuisse contendit.

Digitized by Google

παρέσχε. Ex quo apparet, Macarium nostrum imaginem divinam præcipue in internis animi dotibus, iisque concreatis, quæsivisse, non in forma hominis externa ; uti quidem philosophus ille, cum quo disputabat, eo sensu hominem τὸ κάλλιστον τῶν ζώων καὶ εἰκόνα Θεοῦ esse venditabat (31).

§ XVIII. *Doctrina de immortalitate animæ.* — § XIX. *Doctrina de lapsu Adami ejusque effectu, mortalitate scilicet per peccatum introducta.*

Lapsum Adami ita describit Macarius Magnes in fragmentis *Commentarii in Genesin*, quod libertate sua abusus conditionem obedientiæ Creatori debitæ neglexerit atque per transgressionem præcepti divini τὸ ἀπειρόκακον sive innocentiam morum amiserit, mortalitatemque peccati invexerit. Hanc sententiam sequentia ipsius declarant verba : Ὄντων οὖν αὐτῶν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, νόμον δίδωσιν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπὶ εὐεργεσίᾳ, τοῦ δεῖξαι μὲν ἐλευθέραν τὴν φύσιν ἐν τῇ αὐτεξουσιότητι, ἀποδεῖξαι δὲ ὡς ὑπὸ Δεσπότην καὶ κηδεμόνα εἰσὶ, λέγων οὕτως· Ἀπὸ *παντὸς ξύλου . . . . . τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δὲ ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*, τοῦτ' ἔστιν, θνητοὶ ἔσεσθε. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, θνητὸς ἔσῃ.* Ἀλλὰ μή τις ὑπολάβοι, ὅτι τὸ ξύλον τοιαύτης ἦν φύσεως, ὡς γνῶσιν παρέχειν καλοῦ καὶ πονηροῦ (32). Οὐ γὰρ δὴ βλαβερὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τι ἦν. Ὅρος δὲ ἐτέθη ἐν τῷ φυτῷ πρὸς γυμνασίαν τῆς ἐλευθερότητος. Καὶ ὅτι οὐ τὸ ξύλον αἴτιον γνώσεως τῷ Ἀδὰμ γέγονε, δῆλον. Ἡ γὰρ ἐντολὴ ὡς πρὸς εἰδότα ἄμφω ἐδόθη, τό τε καλὸν καὶ [τὸ] πονηρὸν, τήν τε ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοήν· ὥστε ἠγνῶσις προὔλαβε τὴν ἐντολήν. Δέδοται δὲ αὐτὴ διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, αὐτεξουσίῳ βουλήματι κινούμενον τὸν ἄνθρωπον, ἐπ' ἀδείας τε ἔχοντα ἀπὸ πάντων μεταλαμβάνειν τῶν ἄλλων δένδρων, ἑνὸς δὲ μόνου νόμῳ προστατττόμενον ἀπέχεσθαι, τοῦτο γινώσκειν, ὡς ὑπὸ Δεσπότην ἐστὶ τὸν καὶ τὴν ἐντολὴν δεδωκότα. Id est: *Cum itaque essent in paradiso voluptatis, Deus benefaciendi causa dat iis legem, ut ostendat, liberam quidem esse hominum naturam, eo quod sui juris sit ; attamen demonstret, eos sub Domino et curatore esse. Sic autem ait : « Ex omni ligno, quod est in horto, comestione comedes : ex ligno autem cognoscendi bonum et malum non comedetis ex eo. Qua autem die comederitis ex eo, morte moriemini, » hoc est, mortales eritis. Nam Symmachus ita interpretatus est : « Qua autem die comederis ex ligno, mortalis futurus es. » Sed nemo existimet, eam fuisse ligni naturam, ut cognitionem afferret boni et mali. Nec enim quidquam in paradiso noxium erat. Sed in planta hæc conditio posita est, ad exercitium libertatis. Ac lignum quidem non fuisse Adamo causam cognitionis liquet. Lex enim ei data est, tanquam utrumque scienti, et bonum et malum, et obedientiam et inobedientiam. Itaque cognitio legem antecessit. Lex vero data est, ut homo, qui, ut diximus, libera voluntate movebatur, licentiamque habebat ex cæteris arboribus fructum percipiendi, et ab una duntaxat abstinere per legem jubebatur, hoc sciret, subditum se esse Domino, ei nempe qui et legem dedisset.* Interjecta deinceps historia de seductione serpentis, quomodo hostis naturæ nostræ tanto hominis honori invidens bellum adversus eum susceperit, mendacioque suo effecerit, ut ambo contemptores Dei fierent, tristissimum lapsus effectum exponit ex cognitione nuditatis ipsorum et terrore justitiæ divinæ, quam ad pœnam promeritam concitaverant, adeo ut amœna paradisi sedes statim mutaretur iis in acerbum tribunal tremendumque prætorium. Μετὰ τὸ τόλμημα εἰς σύνεσιν ἐλθόντες τοῦ πταίσματος, τῷ διακριτικῷ κρατοῦνται φόβῳ, καὶ κρύπτεσθαι πειρῶνται τὸν ἀλάθητον ὀφθαλμὸν, καὶ παραιτοῦνται τὴν πρόοδον, καὶ ἀναδύονται τὴν παράστασιν. Id est: *Post audax illud facinus, intellecto lapsu suo, providenti meti percelluntur, et eum, quem latere nil potest, oculum latere conantur, et prodire detrectant, et coram sisti refugiunt.*

Illud denique silentio haudquaquam prætermittendum est, quod Macarius Magnes simul divinum quoddam beneficium in ipsa pœna mortis corporalis agnoscat, quod hac sententia exprimit: Διὰ ἵνα μὴ κακὸς ἀθάνατος ᾖ ἄνθρωπος, θνητὸν αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ Θεὸς, νεκρότητι περιβαλών. Τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σημαίνουσι ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς τῶν ζώων νεκρώσεως· ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς δέσεως ἡ ἁμαρτία πᾶσα αὐτόπρεμνος διαφθαρῇ. Id est : *Itaque ne homo malus immortalis esset, eum Deus mortalitate indutum mortalem reddidit. Nam id ipsum tunicæ pelliceæ significant, habita ratione mortis animalibus illatæ : ut per corporis dissolutionem ipsum quoque vinculi corporei peccatum penitus aboleretur.*

§ XX. *Sententia Magnetis de tunicis pelliceis.*

Quamvis cæterum historiam lapsus a Moyse descriptam proprio et litterali sensu intelligat Macarius Magnes, tunicas tamen pelliceas, quibus post noxam induti fuere protoplastæ ad nuditatem corporis tegendam, non tam historice quam allegorice exponit in symbolum mortalitatis per peccatum subintroductæ; ceu ex verbis in fine superioris § citatis intelligitur. Quæ interpretatio haud parum lucis accipit ex illis, quæ Photius in *Bibliotheca*, cod. CCXXXIV, p. m. 909, ex S. Methodii oratione *De resurrectione* excerpsit : Ὅτι δερματίνους χιτῶνας τὸν θάνατόν φησι. Λέγει γὰρ περὶ τοῦ Ἀδάμ· Ὃν ὁ

(31) Quæ verba philosophi Macariani in fragmento III obvia jam superius adducta atque exposita sunt ad § 9 (*col.* 1384).

(32) Sic et Procopius in comm. ms. in Genesin stultum putat, talem arbori vim natura ingenitam fuisse, credere. Verba ejus ad ipsum Macarii textum citabimus. Quos perstringit Magnes sunt quidam apud Theophilum Antiochenum l. II *Ad Autolycum*, n. 25.

Digitized by Google

Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἀθάνατον κακὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἰδὼν γεγενημένον, καθάπερ καὶ ὁ πλανήσας αὐτὸν διάβολος ἦν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας διὰ τοῦτο κατεσκεύατεν, οἱονεὶ νεκρότητι περιβαλὼν αὐτὸν, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ. Id est : *Per pelliceas tunicas mortem intelligit. Narrat enim de Adamo : Quem Deus omnipotens cum immortalem fecisset, sciens eum ex insidiis (diaboli) malum factum, uti et ille erat, qui eum deceperat, diabolus, propterea illi pelliceas vestes concinnavit, quasi illum induens mortalitate, ut per corporis solutionem omne, quod in eo malum erat, moreretur.* An Methodius hæc a Macario Magnete, an vero Magnes a Methodio habuerit, disputari quidem posset; nisi jam ante utrumque Origenes atque Hippolytus in eamdem concessissent sententiam. Ille enim homilia VI in Leviticum (33), cum de indumentis Leviticis pontificis et sacerdotum agit, hanc comparationem instituit : *Velim conferre illa infelicia indumenta, quibus primus homo cum peccasset, indutus est, cum his sanctis et fidelibus indumentis. Et quidem illa dicitur Deus fecisse: « Fecit enim, inquit, Deus tunicas pelliceas, et induit Adam et mulierem ejus. » Illæ ergo tunicæ de pellibus erant ex animalibus sumptæ. Talibus enim oportebat indui peccatorem, pelliceis, inquam, tunicis, quæ essent mortalitatis, quam pro peccato acceperat, et fragilitatis ejus quæ ex carnis corruptione veniebat. indicium* (34). Quinimo Hippolytus, Portus Romani episcopus, in fragmento hactenus inedito, quod ex duobus mss. codicibus Regiis Parisiensibus 1825 et 1888 excerpsimus, hanc interpretationis rationem eleganter subjicit : Νεκρὰν γὰρ σκέπην ἐποίει τῷ νεκρωθέντι διὰ τὴν ἁμαρτίαν· τῷ γὰρ νεκρὰ ἁμαρτήματα ἔχοντι περὶ τὸ σῶμα φθορὰν ἐσήμαινε τὸ δέρμα. Id est : *Mortuum enim tegumentum fecit homini per peccatum mortuo, cum pellis significaverit corruptionem quoad corpus in homine peccatis mortuis circumdato.* Ex adductis hisce testimoniis jam tum liquet, Magnetem nostrum non fuisse primum hujus interpretationis allegoricæ sive mysticæ auctorem (35) ; quæ quoad ipsam rei indolem suo sane non destituitur fundamento, ut scilicet vestitus ex mortuorum animantium pellibus confectus primos homines de reatu mortis commonefaceret, et ut admonerentur, loco amissæ vestis concreatæ innocentiæ, vestem justitiæ a manu Dei parandam esse, quæ in typo per pellem agni ab ipsa origine mundi mactati ad designandam oblationem sacrificii expiatoriam adumbrata erat. Conf. Apoc. XIII, 8; Zach. III, 4; Isa. LXI, 3, 10. Quam significationem etiam in animo habuisse videtur Irenæus lib. III *Adversus hæreses*, cap. 37 : *Quoniam*, inquit, *quam habuit a Spiritu, sanctitatis stolam amisit per inobedientiam .... Dominus, qui est misericors, tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induit.*

Ne quid tamen dissimulemus, similem fere fluctuationem, quam in hac quæstione Origeni exprobrat Huetius loc. cit. p. 168, Macario nostro eodem jure tribuere possumus : siquidem in peculiari, quem de hoc argumento instituit, sermone XVII in Genesin litteralem explicationem, quasi brutarum animantium tergoribus induti fuerint protoplastæ, tanto conatu ridet, ut istam socordium hominum commentationem et chori indocti fabulam appellet. Hinc in aliam prolabitur sententiam, scilicet ante transgressionem subtilius fuisse ac splendidius hominis corpus, nulla crassiori mole tardatum, sed speculi instar speciosissimum lucidumque, nulla videlicet aut labe extrinsecus aspersum, aut materia hebetatum (36) ; post lapsum vero crassiori corpore carneo eum fuisse circumdatum, quod per tunicam illam pelliceam intelligi existimat, atque argumentum opinionis suæ potissimum ex verbis Jobi cap. X, 11, desumit, ubi is creationis argumentum enarrans Creatorem ita alloquitur : *Pellem et carnem induisti me*, nempe illud, quo circumdamur, carneum corpus indigitans. Inoleverat quidem jam inter antiquissimos hæreticos ista expositio, quam in Valentinianorum erroribus reprehendit Irenæus (37), Tertullianus (38), Clemens Alexandrinus (39), aliique ab Huetio in *Origenianis*, loc. cit. et J. Rod. Wetstenio in notis ad Origenis *Dialogum contra Marcionitas*, p. 88 seqq., excitati. Quibus nunc saltem addimus, Procopium Gazæum in comm. ad cap. III Geneseos, etiam Justini martyris orationem *De resurrectione* inter ista SS. Patrum monumenta referre, quibus inventa ab hæreticis expositio pellicearum Adami tunicarum *de carne humani corporis* rejicitur (40). Quandoquidem vero hæretici in eo errore versabantur, Deum faciendo hominibus tunicas pelliceas vestivisse eos primum corporibus, quasi ante lapsum Adamus et Eva fuissent incorporei ; non desunt tamen Patres rectius

(33) P. 216, tom. II editionis novissimæ D. de la Rue.

(34) Cum quibus etiam conferri possunt ea, quæ Origenes lib. IV *Contra Celsum* scripsit, num. 40, p. 535, tom. I edit. cit.

(35) Diversas antiquiorum Patrum sententias circa hunc locum, quorum alii per χιτῶνας δερματίνους intelligunt carnem mortalem, alii arborum cortices, alii mortalitatem ipsam, alii vero tunicas pelliceas juxta litteram interpretantur, congessit Suicerus in *Thesauro eccles.* sub voce *χιτών*, p. 1518 seqq. Conf. etiam Huetii *Origeniana*, lib. II, quæst. 12, § 8, p. m. 168.

(36) Quam sententiam inter recentiores iterum incrustavit anonymus quidam in *Observationum Hallensium* tomo VIII, obs. VI, p. 137 seqq.; cui J. Fechtius peculiarem dissertationem de gloriosissime lucente Adami corpore opposuit Rostochii 1706.

(37) Lib. I *Adversus hæreses*, cap. 1, num. 10, p. 28 edit. Grabii.

(38) *Adversus Valentinianos*, cap. 24, et lib. V *De resurrectione carnis*, cap. 7.

(39) *Strom.* lib. III, p. 340 editionis Sylburgii, ubi eumdem errorem in Cassiano quodam damnat; nec minus in *Excerptis* Clementis *ex Theodoto*, pag. 571 (vel p. 797, col. 2 editionis Potteri).

(40) Vid. J. E. Grabii *Spicilegium Patrum et hæreticorum sæculi* II, p. 194.

Digitized by Google

sentientes, qui mysticam illam pellicearum tunicarum expositionem, sensu licet ab hæreticis maxime diverso, quodammodo approbarunt : scilicet sub historica narratione litteræ etiam illud significari, primos homines post peccatum corpore mortali ac fragili fuisse indutos, voluptatibus carnis deditos, et innumeris malis atque miseriis obnoxios redditos. Quorsum spectant verba Gregorii Nazianzeni oratione XXXVIII in Nativitatem Christi : Καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον, καὶ τοῦτο πρῶτον γινώσκει τὴν ἰδίαν αἰσχύνην, καὶ ἀπὸ Θεοῦ κρύπτεται. Κερδαίνει μέν τι κάνταῦθα τὸν θάνατον, καὶ τὸ διακοπῆναι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. Καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία. Id est : *Et pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse crassiorem carnem, et mortalem ac refractariam : primoque probrum suum et dedecus cognoscit, Deoque se abscondit. Atque hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit.* Quæ eadem adhuc repetuntur in oratione ipsius secunda in Pascha, p. m. 257. Sententiam Gregorii ita interpretatur Nicetas Serronius (41): *Atque etiam pelliceæ vestes, quas Dominus Adamo ipsiusque uxori fecit, mortalitatem carnisque crassitiem significant. Corpus enim Adami a principio tenuius erat et mollius, nec omnino mortale, sed mediæ cujusdam conditionis inter mortale et immortale. At post transgressionem, quemadmodum pellis crassa est, et mortua, ac dura, ita caro etiam crassa, et gratis, et mortalis, ac dura et refractaria* (42). Præter Origenem, qui in comment. ad Gen. III, 21, hanc opinionem quidem admodum probabilem, non tamen evidenter veram esse judicavit (43), Methodius etiam loco supra excitato vestes illas non quidem mortale corpus esse dixit, sed corporis antea immortalis, deinde vero mortalis effecti dissolutionem significare. Pertinent huc pariter ea quæ in bibliothecæ Regiæ Parisiensis codice ms. 1998 me legisse memini de hoc argumento, *Qualem habuerit carnem homo, antequam peccaret.* Εἶχε μὲν γὰρ καὶ πρὶν ἁμάρτῃ σάρκα, ἀλλ' οὐ παχεῖαν, οὐδὲ θνητὴν, ἀλλὰ οἵαν ἔξουσι ἐν τῇ ἀνα-

A στάσει τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων. Id est : *Habuit quidem, etiam antequam peccaret, carnem, sed non adeo crassam, neque mortalem, verum qualem in resurrectione corpora hominum habitura sint.* Est tamen, quod huic etiam sententiæ merito opponi poterit, cum non eædem sint qualitates corporum glorificatorum, et corporis Adami adhuc in statu tentationis constituti. Nam primus homo pulvereus e terra factus est ad naturalem vitam; at corporibus in resurrectione glorificatis major quædam subtilitas ac spiritualitas tribuitur ab apostolo Paulo I Cor. XV, 44 seqq., quæ de corpore Adami non glorificato affirmari nequit : alias nulla esset differentia inter statum integritatis et æternæ gloriæ.

B Macarianæ demum interpretationi saniori sensu acceptæ succurret ipsa Scripturæ sacræ notio, si conferamus verba B. Judæ in Epist. v. 23, ubi apostolus fideles graviter cohortatur ad mentes in fide, precatione, amore et spe conservandas, atque a vitæ terrestris sordibus præcavendas : μισοῦντες, inquit, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, *odio habentes eam tunicam, quæ a carne maculata est.* Quamvis Apostoli scopo conveniens utique sit ea explicatio interpretum nostrorum, qui hic ad externas vivendi agendique consuetudines respiciunt, quibus pravi se homines ex sæculi more quasi amiciant; altius tamen repetenda videtur hujus phraseos origo, scilicet a tunicis illis

C pelliceis, quibus corrupta primorum parentum caro fuit circumdata. Hæc erat tunica illa carnalis, qua peccatores carni suæ ejusque vitiosis cupiditatibus obsequentes post lapsum induebantur, quæque a fidelibus in statu regenerationis omni odio est prosequenda, et virtute Spiritus gratiæ exuenda, Eph. IV, 22.

§ XXI. *Doctrina Magnetis de peccato originis per generationem naturalem propagato.*

Ex superiori igitur tractatione per se jam sponte colligitur, quid de peccato originis senserit Macarius : hominem scilicet ad imaginem Dei conditum per libertatis abusum pristinam cognitionem virtutis atque vitii, in qua ab initio formatus fuerat (§ 17), una cum sanctitate primæva, amisisse, et

D *Genesin* retulit D. Carolus de la Rue tomo II Operum Origenis, p. m. 29, ex quo hæc pauca saltem, quæ ad institutum nostrum spectant, apponere juvat : Πάλιν λέγειν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας οὐκ ἄλλους εἶναι, ἢ τὰ σώματα, πιθανὸν μὲν, καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπάσασθαι δυνάμενον, οὐ μὴν σαφῆς ὡς ἀληθές· εἰ γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σάρκες καὶ ὀστέα εἰσὶ, πῶς πρὸ τούτων φησὶν ὁ Ἀδάμ· *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου*; κ. τ. λ. *Rursum dicere, vestes illas pelliceas nihil aliud esse, quam corpora, probabile quidem est et ejusmodi, ut ad assentiendum facile inducat; sed non evidens, quale esse debet, quod verum est. Si enim pelliceæ vestes sunt carnes et ossa, quomodo antea dixit Adam : « Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea? »* etc. Conf. Hieronymus epist. 61 ad Pammachium, ubi hanc fluctuantem sententiam Origenis crimini ipsi vertit.

(41) In commentariis ad Gregorii Nazianzeni orationes citatas, p. m. 479 et p. 547.

(42) Gregorius Nyssenus in *Disputatione de anima et resurrectione*, p. m. 278, tunicam illam pelliceam, quam Deus homini lapso propter propensionem ad deterius circumdedit, appellat mortuam ac turpem illam tunicam ex ratione carentibus nobis injectam, *per quam naturæ brutæ et irrationalis proprietates homini admistæ sunt.* Unde Moses Bar-Cepha, lib. I *De paradiso*, cap. 28, scribit, ex sententia Gregorii Nysseni tunicas pelliceas fuisse libidinem, coitum, conceptum, partum, educationem, qua minutatim augescimus, alimentum, morbum, iracundiam, mortem denique : his enim omnibus malis illos indutos esse, simul atque donis Spiritus sancti sunt exspoliati.

(43) Locum Origenis, quem Theodoretus quæst. 39 in Genesin et omnes Catenæ uno consensu eidem tribuunt, inter selecta ex *Commentariis* Origenis *in*

Digitized by Google

econtrario propensionem ad mala veluti tunicam carnalem assumpsisse : adeo ut nunc deploranda sit hominum conditio, qui ex immunda carnis propagatione existentiam suam ceperint, docente Jobo cap. XIV, 4, et Davide psalm. LI, 7. Elucet hæc sententia auctoris nostri ex comparatione angelorum atque hominum mortalium, quam sequentibus instituit verbis : Τὴν μακαριότητα δεῖξαι βουλόμενος ὁ Χριστὸς τῶν οἰκεῖν λαχόντων τὴν οὐράνιον χώραν, καὶ ταλανίσαι τοὺς ἐν φθορᾷ τῆς γῆς βιοτεύοντας, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐκ ῥυπαρᾶς τῶν σαρκῶν βλάστης ἀνειλιγμένους, γεννωμένους καὶ γεννῶντας, καὶ δίκην φύλλων θᾶττον ἀπορρέοντας, φησίν, κ. τ. λ. *Christus indicaturus beatitudinem eorum, quibus cœlestis regio habitanda obtigit, deploraturus autem sortem illorum qui in hac terrena mortalitate vivunt, et ab immunda corporum germinatione substantiam ceperunt, geniti gignentesque, et instar foliorum cito defluentes, hæc dixit* (quæ scilicet in antecedentibus ex Luc. XX, 35, 36, adducta erant), etc.

CIRCA ANNUM DOMINI CCLXXVIII.

S. ARCHELAUS

MESOPOTAMIÆ EPISCOPUS

—

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Bibliotheca*, III, Proleg., p. XL.)

—

I. *Dissensus veterum de scriptore Actorum disputationis cum Manete, facile conciliandus. Hæc Acta primum Syriace ab Archelao scripta : deinde forte ab Hegemonio Chalcedonensi episcopo Græce reddita. Quid censendum de Latina versione?*

II. *Latinus interpres Græca versione Actorum fuisse usus comprobatur.*

III. *Num Archelaus præter Acta disputationis, alios libros contra Manetem perscripserit, inquiritur. Lapsus Epiphanii.*

IV. *Archelaus non Cascharorum aut Carcharorum, sed Charrarum in Mesopotamia episcopus.*

V. *Quo tempore habita disputatio Archelai cum Manete.*

VI. *Secundo anno Probi imp. juxta Eusebium.*

VII. *Verum id accidisse currente anno* 277 *statuitur.*

VIII. *Actorum disputationis antiquitas atque integritas demonstratur.*

IX. *Idque rursum astruitur.*

X. *Eorumdem Actorum veritas magis adhuc confirmata.*

XI. *An ad nos integra pervenerint ejusmodi Acta.*

XII. *Quibus ex codicibus descripta.*

XIII. *Magnum ex hisce Actis accedit catholicæ fidei præsidium atque ornamentum. Hinc item rerum antiquarum studiosis aliquid emolumenti accersitum.*

XIV. *Hactenus observatis additæ nonnullæ animadversiones de sede Archelai episcopali, deque Actorum disputationis ab eo habitæ cum Manete integritate.*

XV. *An fragmentum illud Actorum, quod ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi* VI *descriptum, iisdem Actis subjicitur, integrum Archelao sit attribuendum. Pauca insuper de nostra horum Actorum editione.*

Ex V. C. Laurentii Zacagnii præfatione ad Collectanea monumentorum Ecclesiæ Græcæ, p. III *seqq.*

I. Editio Actorum binæ disputationis ab Archelao Mesopotamiæ episcopo cum Manete nefariæ hæreseos auctore, apud Carras primum, deinde in Diodoridis vico habitæ, tum ob materiæ præstantiam, tum ob rei gestæ antiquitatem, acceptissima, ut arbitror, illis erit, qui sacrarum litterarum studio tenentur. Quinam Acta ista scriptis consignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum et Heraclianum Chalcedonensem episcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius (*a*) et sanctus Hieronymus (*b*) Archelaum ipsum, quæ coram delectis judicibus adversus Manetem disseruit, scripto tradidisse putant. Heraclianus vero Chalcedonensis episcopus, in libris quos contra Manichæos conscripsit, Hegemonium quemdam illorum auctorem fuisse censuit. Siquidem Photius (*c*) horum Heracliani librorum excerpta referens, eumdem Heraclianum ait in confutandis Manichæorum erroribus, usum fuisse Actis disputationis Archelai episcopi cum Manete, ab Hegemonio conscriptis. Et Heracliani quidem sententiam confirmare videntur Acta ipsa disputationis, ubi hæc legimus (*d*) : *Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt si quid imperitum aut rusticum sonabit oratio; hoc enim*

(*a*) *Hær.* LXVI, capp. 21, 25 et 32.
(*b*) *De vir. ill.*, c. 72.
(*c*) *Bibl.*, *cod.* LXXXV.
(*d*) Act. disp., c. 39.

Digitized by Google

tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat. Et clarius alibi (*a*) : *Quibus postea agnitis Archelaus, adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi, in prioribus exposui.* Verisimile enim non est Archelaum ita locutum fuisse, si ipsemet, quæ nunc habemus, disputationis hujus Acta scriptis mandasset; eo præsertim, quod pro *inscripsi*, legendum potius esse videatur *exscripsi*. Sed nihilo secius cum in postremo eorumdem Actorum loco modo memorato diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla priori disputationi suæ postmodum addidisse, in eam sententiam lubens venio, ut Epiphanium atque Hieronymum cum Heracliano conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis judicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta, celeberrimæ illius disputationis Acta ad posteros transmitterentur. Porro Syriaca primum lingua scripta fuisse Acta ista, præter Hieronymum id ipsum loco mox laudato clare testantem, illud etiam argumento est, quod Archelaus de solaris cursus spatio agens, sphæram illud a Græcis vocari ait (*b*). Quinam ea in Græcum sermonem transtulerit, certo affirmari non potest, quamvis magna apud me suspicio sit, Hegemonium qui alteram Archelai disputationis editionem concinnavit, ipsum quoque eorumdem versionem e Syriaco in Græcum eloquium elucubrasse, ut in notiorem linguam transfusa, cuncti per orbem fideles plenissimam eorumdem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorumdem excerpta Græce refert in Manichæorum hæresi : nec dici potest, ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia quæ ab eodem ex Actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in Latina quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de Latina versione mentionem fecisse par erat, si suis temporibus exstitisset : vixisse tamen ante septimum Christianæ æræ sæculum vel inde colligitur, quod in laudandis sacræ Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo sæculo per Occidentem passim recepta fuit, non sequatur.

II. Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus Latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ, non vero Syriacæ linguæ indolem geniumque redolet, satis superque demonstratur; verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. 8 ita loquitur : *Cum igitur luna onus quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur vir perfectus. Hic autem vir est columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione : Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτός. Ex quibus patet, Latinum interpretem Græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀνὴρ legisse; et cum vertere debuisset : *Permanent illæ in columna gloriæ quæ vocatur aer perfectus; aer autem iste est columna lucis;* ipsum male interpretatum fuisse : *Quod vocatur vir perfectus : hic autem vir est columna lucis;* in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt et aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem capite 7 de vivente spiritu a Manete conficto loquens, ait : *Rursus ipse vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ, et fecit ea firmamentum circumire; et iterum creavit terram, et sunt octo.* Hinc autem patet ipsum Græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτώ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτώ, cum tamen apud Epiphanium legatur εἰς εἶδη ὀκτώ, *octuplici specie;* quæ sane æquivocatio non ex Syriaca, sed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. 8 vertit, *effundet famem*, cum vertere debuisset, *pestem*, a Græcarum vocum λιμός, *fames*, et λοιμός, *pestis*, similitudine deceptus, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic capite 9 pro πήσσει, *congelat, frigore astringit*, ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήσσει, *percutit*, ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in versione sua; et interdum quidem absolute, interdum vero addita earumdem explicatione; quod utique non fecisset, qui Syriace scriptum opus Latinitati donasset. Hinc cap. 53 talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox τάλαντον interdum accipitur. Sic paulo ante, *cybi*, vocabulo utitur, et statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali;* vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen est aleæ;* a κύβος scilicet, quæ vox æque talum atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic denique cap. 8 *lunam apocrusin, detrimentum pati*, quod postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

III. Refert Epiphanius cap. 11 Archelaum, post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem castrum, a Diodoro loci illius presbytero certiorem factum, duos ad eumdem Diodorum λόγους, hoc est libros misisse, ut eorum lectione instructus impii hæretici conatus et ipse infringere valeret. Sed ea in re lapsum fuisse Epiphanium scite advertit Gulielmus Cave in *Scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria*, et ex Actis ipsis dis-

(*a*) Act. disp., cap. ult.

(*b*) Ibid., cap. 32.

Digitized by Google

putationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur : in iis enim cap. 41 integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem, ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis judicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis supersedisse, quod deinceps per otium de tota disputatione eumdem certiorem reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ post breviter perstrictos Manetis errores, se multa silentio præteriisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eumdem missorum mentione facta. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum presbyterum litteras dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrasse : sed nec secutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eumdem scripti fuisse videntur; nisi quis contendat ipsummet Acta disputationis suæ scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis a nobis editæ Actis non reperiatur. Eadem quoque sola Acta, non vero alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est, hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, et duorum Archelai librorum loco habuisse Acta ipsa disputationis a nobis editæ : quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim partes divisa fuisse, in quarum priore disputatio Archelai cum Manete apud Carras; in secunda vero, cuncta quæ tam Diodorus presbyter, quam idem Archelaus a Diodoro monitus, contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

IV. Jam vero Archelaum Κασχάρων, *Caschararum* episcopum fuisse tradit Socrates (*a*), Epiphanium secutus (*b*). At auctor iste sibi non constat, utpote qui urbem, cujus episcopus erat Archelaus, Καρχόρην alibi nominat (*c*) in Petaviana editione, licet in alia Basileensi editione Καλχάρων corrupte habeatur. Postremam hanc lectionem expressisse videtur Epiphanius ex Actis ipsis disputationis Archelai episcopi cum Manete, in quorum initio dicitur : *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ;* eamque lectionem sequuntur Petrus Siculus (*d*) et Photius P. CP. in opere adhuc inedito adversus Manichæos suo ævo repullulantes, lib. I, qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum non Κασχάρων, vel Καλχάρων, sed Καρχάρων episcopum vocant : unde etiam patet, emendanda esse alia Epiphanii et Socratis loca, in quibus Κασχάρα, vel Κασχάρων perperam legitur. Porro urbem quamdam Carcham nomine in Arabia Felice sitam fuisse, anonymus Ravennas *Geographiæ* scriptor tradit (*e*). Meminit et alterius Carchæ Ammianus Marcellinus (*f*). Verum neutræ harum urbium Archelaus episcopus extitit; nam ejus cum Manete disputatio habita est in Mesopotamiæ urbe sub Romanorum ditione posita, cujus episcopatum obtinebat Archelaus, ut diserte dicitur apud Epiphanium, et in Actis ipsius disputationis : Carcha vero a Marcellino memorata, extra Mesopotamiam, trans Tigrim, in Persarum ditione sita erat, eodem Ammiano teste locis laudatis. Carchæ quoque Arabiæ urbis, cujus apud anonymum Ravennatem mentio est, Archelaus nullo pacto episcopus esse potuit; cum antiqui omnes scriptores eum non Arabiæ, sed Mesopotamiæ episcopum fuisse tradant. Posteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum atque Photium, probare insuper videntur Acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ.* Verum cum inferius (*g*) Charram habeant, eamque Mesopotamiæ urbem esse dicant; hinc lucide constat, tam eadem Acta, quam Epiphanium et alios, intelligendos esse de Charris celeberrima Mesopotamiæ urbe; unde vias duas regias in Persidem ducentes distingui tradit Marcellinus (*h*) : quæ urbs Charra etiam scribitur apud Paulum Diaconum (*i*). Carchar autem, vel Carchara in eisdem Actis, et apud Epiphanium scriptum fuisse videtur, librariorum forsitan errore, vel quod vulgari indigenarum lingua ita nuncuparetur.

V. De tempore etiam habitæ ab Archelao disputationis consentanea sibi nequaquam tradit Epiphanius; nam in libro *De mensuris et ponderibus*, num. 20, Manetem ob perpetratam regis Persarum filii necem ex Perside profugum, in Mesopotamiam nono Valeriani et Gallieni impp. anno venisse, qui est Christianæ æræ annus 262, eodemque tempore cum Archelao ejusdem regionis episcopo disputasse refert. At in hæresi Manichæorum sub ipsum operis initium, et num. 20, primum quidem ortos fuisse Manichæos, seu potius antiquam de bono ac malo Deo hæresim a Manete per varias orbis terrarum partes circa annum IV Aureliani imp. rursus divulgatam fuisse scribit; deinde vero sub Aureliano et Probo id a Manete factum fuisse innuit, ut videre est num. 19, 20, 59 et 77 ejusdem hæreseos. Non potuit autem Archelaus Valeriani et Gallieni anno IX Manetem viva voce confutare, ut in libro *De mensuris et ponderibus* ait Epiphanius, si post non paucos annos, vel anno IV Aureliani, vel circa finem

(*a*) *Hist. eccl.* lib. I, cap. 22.
(*b*) Hær. LXVI, capp. 5 et 7, et *De mens. et pond.*, cap. 20.
(*c*) Id., hær. LXVI, cap. 11.
(*d*) *Hist. Manich.*, pag. 37.
(*e*) *Geogr.* lib. II, cap. 7.
(*f*) Lib. XVIII, cap. 23, et lib. XXV, cap. 20, 21.
(*g*) Acta disput., cap. 3.
(*h*) Lib. XXIII, cap. 4.
(*i*) *Hist. misc.*, lib. XXII, cap. 20.

Digitized by Google

ejusdem imperii, et initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro *De mensuris et ponderibus* sequitur Petrus Siculus l. c. et Photius in laudato lib. I adversus Manichæos repullulantes, licet Valerianus Aug. jam ab anno VII ejus imperii a Sapore rege Persarum captus fuerit. Posteriorem vero probant Acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. 37 lucide apparet, Archelaum sub imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui septuaginta tantum annis post detectam Manetis hæresim se scribere testatur (*a*), Manetem Probo imperante hæresim divulgare cœpisse, diserte scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro *De mensuris et ponderibus* errasse, et multo certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris *Adversus hæreses* nobis tradidisse, licet in eisdem quoque libris iterum sibi non constare deprehendatur: nam cum dixisset anno IV Aureliani, qui partem anni 273 et 274 complectitur, emersisse Manetem, ac præterea affirmasset, id accidisse Aureliani et Probi temporibus, hoc est anno Christi 276 secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare sueverant, licet eos a Christi in cœlos assumptione annos supputare Epiphanius asserat; vel anno 246 secundum alios, qui a Christi morte annos supputabant; postea subdit, a Manetis temporibus usque ad annum XIII imp. Valentis, et IX Gratiani ac primum Valentiniani Junioris quo ipse scribebat, hoc est usque ad æræ vulgaris annum 376, intercessisse annos 107, quod sane verum esse non potest; nam ab anno 276 vel 273 aut 274 ad annum 376, non centum et septem anni, sed centum tantummodo, vel 103 aut 104 anni, secundum varias supputationes modo memoratas, numerantur.

VI. Porro quonam Probi anno id acciderit, ex Eusebio colligi potest, qui in *Chronico* sic de Manichæorum initiis scribit (*b*): *Secundo anno Probi, juxta Antiochenos* CCCXXV *annus fuit, juxta Tyrios* CDII *vel* CDIII *secundum quosdam; juxta Laodicenos* CCCXXIV, *juxta Edessenos* (*c*) CCCLXXXVIII (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX); *juxta Ascalonitas* CCCLXXX, *insana Manichæorum hæresis in communem humani generis malum exorta.* Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non tunc primum Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab apostolorum ferme temporibus quorumdam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex Archelao nostro et Epiphanio liquet; sed quod tunc primum Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, et in Archelaum forte incidente, qui omnes ejus artes ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incepisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram judicibus Manetem, rem totam cunctis per orbem episcopis notam fecisse, ut labanti catholicæ fidei, quanta possent sedulitate succurrerent: eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai litteris habuerunt.

VII. Sed et habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in sermone II de Pentecoste, Manichæum innotuisse, ait, Probo imp. et Paulino coss., anno post Christi resurrectionem 250, ut accommodatius ad chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi et Paulini consulatus partem anni primi et secundi imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die 13 Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum imperium obtinuisse constat. Quare si juxta Eusebium anno Probi II et juxta Leonem Magnum sub consulatu Probi et Paulini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem, per quam universæ Ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium atque Decembrem anni 277. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. 27 disputationis suæ post trecentos fere annos a Christi morte, imo post trecentos, et eo amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui Paracletum Spiritum a Christo promissum, temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longe adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paracletum esse non posse, quem Jesus post suum in cœlos ascensum, illico se apostolis missurum affirmaverat; et revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, apostolorum Acta diserte testantur.

VIII. His de Archelai cum Manete disputationis tempore ac versionibus, deque ejusdem Archelai episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de sinceritate atque præstantia ejusdem operis; ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam Actorum quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, et ex cujus bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de Actorum istorum sinceritate suspicio nulla oriri potest: nam Epiphanius anno Christi 376 adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum, cap. 25, quod ejusdem Actis ex Latina versione a nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai

(*a*) Catech. VI, pag. 140.
(*b*) *Chron.* lib. post., pag. 177.
(*c*) Edit. 2 Scaligeri habet: *juxta Edessenos* DLXXXVIII.

Digitized by Google

rationes atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVI Theodosii Junioris, hoc est anno æræ Christianæ 439, *Ecclesiasticam historiam* absolvit; et ea omnia quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem Actis hausisse ingenue fatetur (*a*). Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catena Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ bibliothecæ codice, testis est Lambecius (*b*): quod utique ex hujus disputationis Actis desumptum fuisse non dubito.

IX. Præterea ex eorumdem Actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas atque sinceritas demonstratur. Archelaus enim cap. 27 et 38 varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II temporibus, qui anno Christi 257 et 258 Romanam Ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio (*c*). Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. 24, quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa quæ sub Valeriano Augusto contigit, cum scilicet a Persis expugnata fuit; vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis rege Persis erepta in Romani imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in *Gallieno*, cap. 10 et 12. Eorum insuper mentionem facit cap. 52, qui per parentum traditionem Scythiani hæretici apostolorum temporibus viventis notitiam habuerant, sibique nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin et varii antiqui mores in hisce Actis memorati, de eorumdem sinceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse: quod antiquissimis Ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne paganorum commercio et superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus (*d*) aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant: quod itidem ab antiquis Christianis qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I in Julianum Apostatam; ubi imperatorem hunc diversoria et hospitia per orbem Romanum, Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut paganorum superstitionibus majorem laudem venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. 34 Manetem in carcere positum, discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque Christianorum se nuntios esse simulantibus sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub ethnicis tantum imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Christi fideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad ethnicorum manus pervenirent; ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi, cap. 5, ait Manetem discipulos suos ad inquirendos sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in modo laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

X. Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex profanis quibusdam rebus quarum in hisce Actis mentio fit, eorumdem fides astruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum a Marcello litteris accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus gestasse; quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur J. Malalas (*e*). Callisthenes quoque spurius scriptor a doctissimo Ducangio in *Glossario mediæ et infimæ Græcitatis* laudatus, verbo Ἑλλῖνος, de Psammeticho ita scribit: Καὶ ἐστολέε: ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἑλλίνην, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio, Constantini Magni filio, dicavit, male *tamarisci virgam* vertit; unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Incessum quoque imperatorum, dum publice cum protectoribus, signis, draconibus, labaris, ducibus, principibus et præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. 37. Denique de multiplici sigillorum et clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. 14 et 26 quibus similia prorsus in ethnicorum scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis superque demonstratur, Acta ista genuina et antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

XI. Illud tamen dissimulare non possum, Acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a vetere librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus (*f*) quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo nostræ editionis loco legatur; ac præterea verba illa quæ Cyrillus refert, ita concepta

(*a*) *Hist. eccl.* lib. I, cap. 40.
(*b*) *Comment. bibl. Vind.* lib. III, cod. 40.
(*c*) *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 6.
(*d*) *De cor. mil.*, cap. 11.
(*e*) *Chron.*, pag. 367.
(*f*) Catech. VI, p. m. 147.

Digitized by Google

sint, ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed et conjecturæ nonnullæ ex nostra eorumdem Actorum editione peti possunt, quibus id ipsum ulterius confirmatur. Nam in eorumdem cap. 12 hæc habentur : *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis implevit, et in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes*, et quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea qua Manes advenit die factum fuerit. Præterea in cap. 25 hujus disputationis Archelaus ait : *Nonne David ex ore leonis vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter* ore leonis, *quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit.* At vero in antecedentibus non legimus hæc unquam a Manete dicta fuisse. Quin et in cap. 38 verba illa : *Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo*, et quæ sequuntur usque ad finem capitis, nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Denique in horum Actorum capite ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus : *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi, in prioribus exposui.* Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui, ut superius diximus, eadem Acta compilavit, et in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio; quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat : nisi quis verba illa : *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum qui Casinensem codicem ante quingentos et amplius annos exaravit, magnæ Actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum, multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis Actis suam Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

XII. Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum bibliothecarum perscrutator, eamque clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem et Sozomenum fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem omissa, quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, apposito Græco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ Latinæ versiones, et quantum utilitatis ex illis redundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii dialogum *de vita S. Joannis Chrysostomi* prope finem : sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis *Historiæ* cum notis doctissimi Valesii rursus edendæ operam susciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem sacri loci reverentia ductus, Casinum venissem, et ab antiquissimis temporibus conditam ibi a doctissimis æque ac sanctissimis cœnobiarchis bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum et amplius annorum codice reperi, quam bona reverendissimi quondam abbatis, nunc vero archiepiscopi Rossanensis Andreæ Deodati viri humanissimi atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ bibliothecæ ornamentum transcribi curavi, operam favoremque suum humanissime præstante domno Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis bibliothecæ illius præfecto. Non possum tamen hic silentio præterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattolæ a Cajeta humanitati debeam, qui nunquam meis votis defuit, plurimosque in meorum studiorum profectum labores ultro subivit, præsertim in emaculanda hac disputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos opere, ad nefariæ eorumdem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed et Photii patriarchæ CP. libros IV adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita magnique facienda veterum auctorum scripta appendicis loco subjungere decreveram : sed doctissimorum virorum consilio factum est, ut in antecessum Acta ista in primo collectionis nostræ tomo ederentur. Habes itaque, erudite lector, integram Archelai cum Manete disputationem bona fide ex apographo Casinensis codicis quod in Vaticana bibliotheca servatur, editam, brevibusque notis criticis illustratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; sunt enim in eo codice librarii sphalmata plurima, quæ sine alterius codicis ope emendare periculosum conatum esse, probe sciunt qui in vetustis scriptis edendis occupantur. Sed fortasse hoc opus, Deo dante, correctius reducere fas erit cum aliis veterum scriptorum adversus Manichæos lucubrationibus ad *calcem* nostræ *Manichæorum historiæ*, si aliquod aliud exemplar inter lustrandum bibliothecarum nostrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ bibliothecis repertum mihi communicare, eruditos viros non pigeat.

XIII. Cæterum magnum ex Archelai nostri ver-

Digitized by Google

bis catholicæ fidei præsidium atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæresim validissimis argumentis oppugnat, ejusque originem atque incrementa consectatur, non modo eam funditus subvertit, et quam impios habuerit auctores, ostendit; sed et pleraque Catholicorum dogmata illustrat atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab apostolis, quam usque nunc servamus, Ecclesiæ hierarchia, hisce verbis in cap. 51 conceptus: *Sed et optimus architectus ejus fundamentum nostrum, id est, Ecclesiæ, Paulus posuit et legem tradidit, ordinatis ministris, et presbyteris, et episcopis in ea; describens per loca singula, quomodo et qualiter oporteat ministros Dei, quales, et qualiter fieri presbyteros, qualesque esse debeant qui episcopatum desiderant: quæ omnia bene nobis et recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina.* Palmaria quoque sunt in hisce Actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adversus recentiores hæreticos astruitur, ut videre est cap. 15 et 19. Pulcherrima sunt maximeque notanda verba illa cap. 32, ubi sic ait: *Deus enim omnia quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est: ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare;* etc. *Et certe qui voluerint, observant mandata; qui vero contempserint et in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum studiosi plura in hoc opere invenient scitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus ubi, de ejusdem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quousque Romani imperii limites Parthorum seu Persarum ditionem versus tunc temporis protenderentur; aliaque nonnulla de locis in eorumdem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero qui apud Carras castra servabant: de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejusdem capp. 52, 54 et 55. Plura eruditi inter legendum observabunt. Hactenus Zacagnius v. cl.

XIV. Ne autem muneri nostro deesse omnino videamur, iis quæ Zacagnius huc usque satis diligenter edisseruit, addere nonnulla opportunum existimamus. Et primum quidem ad sedem Archelai episcopalem quod attinet, in aliam a Zacagnii sententia cum Lequienio v. cl. abire libet (*a*). Caschararum enim, non Charrarum, Ecclesiæ præfuisse Archelaum, non solum docent Acta disputationis quam sanctus ille præsul habuit cum Manete (*b*); sed testantur etiam Epiphanius (*c*), Socrates (*d*) et Photius (*e*): ut propterea jure arguat doctissimus Assemanus (*f*) statuendum, in unico Actorum loco (*g*) librariorum potius errore *Charram* scriptum fuisse, quam existimandum mendosam esse lectionem *Caschar* initio eorumdem Actorum, et apud modo laudatos præstantes auctores, Epiphanium, Socratem et Photium. Atque hæc plane diversa est a Charris sive Haran, provinciæ Osrhoenes civitate altera haud procul ab Euphrate posita: nec longe abest Babylone et Seleucia, non Amidensi metropolitæ subjecta, sed proxime Seleuciensi catholico, ut constat ex Pontificali Chaldæorum apud Morinum (*h*) et Assemanum (*i*); ubi jubetur, *ut statim ab obitu catholici, mittatur ad episcopum Caschar, si in vivis est, utpote principem primariumve præsulem patriarchalis provinciæ, qui dexteram patriarchæ tenet, custosque illius sedis est post ejus obitum.* Quod nimirum accipiendum, ex quo Carchar sub Sapore rege in Persarum potestatem venit. Probo enim imperante Romanæ ditionis erat, quo tempore Manes e Persidis finibus fugiens, in Caschararum pago quem Diodoridem appellabant (*j*), congressum illum de religione habuit cum Archelao. Hæc ferme Lequienius.

Porro eamdem sententiam de Cascharensi Archelai sede pluribus nuper comprobavit v. cl. Augustinus Antonius Georgius eremita Augustinianus in præstanti opere quod *Alphabetum Tibetanum* inscripsit; ubi etiam, quod rei caput est, Actorum ejusdem Archelai sinceritatem adversus Beausobrium luculenter evicit, suam his verbis disputationem concludens (*k*): *Teneamus* Caschar *in Mesopotamia Kathajæ: et ecce vinculum, dum datæ fidei memor esse velit Beausobrius, quo arcte constringitur ad Acta sancti episcopi Archelai tanquam pretiosa Christianæ antiquitatis monumenta amplectenda; quæ tamen paulo ante lacerabat.* Nimirum ad ea respicit auctor, quæ habet Beausobrius in hæc verba (*l*): *J'ai bien prouvé que la dispute n'a point été en Mésopotamie. Mais si nous la plaçons dans le Turquestan, elle pourra se soutenir. C'est là que l'hérésiarque se retire, selon les Orientaux; qu'il y a une Cascar qui n'est point soumise aux Perses, et où il pourra plaider sa cause en toute sûreté. C'est là qu'il y a des Chrétiens, des évêques, qui ne peuvent manquer de s'élever contre un hérétique, qui détruit les principaux articles de la foi chrétienne..... Je n'y avais pas pensé. Il faut rétablir cette dispute que j'ai tant attaquée. Il n'y a qu'à la bien placer..... Donnons au lecteur l'édification de voir qu'une histoire si ancienne est véritable dans le fond.* Cæterum eo ipso anno

(*a*) *Or. Chr.*, tom. II, pagg. 1002 et 1163.
(*b*) Act., cap. 1.
(*c*) Hær. LXVI, num. 5 et 7.
(*d*) *Hist. eccl.* lib. I, cap. 22.
(*e*) Lib. I adv. Manich.
(*f*) *Bibl. orient.* tom. I, p. 555.
(*g*) Act., cap. 3.
(*h*) *De sacr. ordin.*
(*i*) Loc. cit.
(*j*) Act., cap. 39.
(*k*) *Alphab. Tibet.*, pag. 363 edit. Rom. 1762, 4.
(*l*) *Hist. de Manès et du Manich.*, tom I, pagg. 191, 192.

Digitized by Google

quo prodit *Alphabetum Tibetanum*, vir alter erudi- A
tissimus eorumdem Actorum integritatem contra
præfatum Beausobrium strenue propugnasse com-
peritur (*a*).

XV. Illud præterea cum viro docto animadver-
tere interest, § 3 illius fragmenti Actorum dispu-
tationis Archelai, quod ex Cyrilli Hierosolymitani
catechesi VI desumptum iisdem Actis subjicitur,
Hierosolymitano potius episcopo quam Cascharensi
esse fortasse tribuendum. Sic enim ille (*b*) : « Tam-
etsi hæc, inquit, ab initio paragraphi 3 usque ad
finem, Archelai verbis Cyrillus dicere videatur; cum
ibi subjiciat : *Hujusmodi aliisque pluribus dictis
evertebatur draco : talibus Archelaus Manem confli-
ctationibus prosternebat;* unde Zacagnius hæc om-
nia ad calcem disputationis Archelai tanquam par- B
tem ejus veram appinxit : nihilominus in hoc loco
Archelai verba desinere, et cætera, ab his verbis :
Si autem, etc., usque ad finem, a Cyrillo parenthe-
sis vice, Archelai rationibus adjecta censemus.
Saltem dubitari non potest quin verba ταῦτα τὰ
μυστήρια inferius posita, Cyrilli sint, non Archelai,
duabus rationibus quæ omne punctum afferunt.
1° enim ait, mysteria quæ nunc audienti a catechu-
menorum sorte egresso exponit, licitum non esse
gentilibus aperire; atque in his mysteriis nominat
sanctissimæ Trinitatis doctrinam. Atqui ut hæc ap-
prime conveniunt Cyrilli auditoribus, e catechume-
norum statu in fidelium nomen ac gradum transla-
tis, catech. V, § 1, quibus mysterium Trinitatis C
catech. IV planissime aperuerat; ita non conve-
niunt Maneti, qui, Cyrillo teste catech. VI, § 21, ne-
que Christianus unquam, neque ab Ecclesia rejectus
fuerat, nedum catechumenus aut catechumenorum
gradum supergressus, atque ita Ecclesiæ filius fa-
ctus esset, Procatech., § 13. Nam catechumenos re
vera ab Ecclesia rejici probat Lucifer, qui in libro
De non conveniendo, etc., Constantium imperatorem
vocat *hominem excisum e corpore sanctæ Ecclesiæ*.

« Ait 2°, quæ nunc mysteria sine involucris expo-
nit, nefas esse coram gentilibus proloqui. Atqui in
gentilium auditorio loquebatur Archelaus, ut ex
§ 1 fragmenti Cyrilliani colligitur. Illi igitur affin-
getur contradicens oratio, qua neget se coram ethni-
cis loqui, quos tamen disceptationis judices habeat; D
affirmetque se ea mysteria explicare, de quibus
quæstio nulla erat. Cum itaque verba, ταῦτα τὰ
μυστήρια, certissime sint Cyrilli, eaque cum super-
ioribus necessaria connexione devinciantur; ne-
cessario parenthesis initium in hoc loco collocavi-
mus. Nec morari nos debet parenthesis longitudo :
nam digressiones et parentheses longiores Cyrillo
non inusitatæ. Vid. catech. XVI, § 14, hom. in Para-
ral., § 8 usque ad 11. Præterea hæ unius Scripturæ
loci secundum diversas sententias explicationes,
ejus sunt ingenii, ut videre est catech. XVII, §§ 9 et
10, catech. XIII, § 21, etc. Demum quam postremo
loco tradit hujus loci interpretationem, nempe in-
firmos oculos veritatum quas capere non possunt,
fulgore obtundi, continetur in ea ratione quam red-
didit Procatech. § 12, cur catechumenis mysteria
celentur; quia videlicet noceret ipsis rerum quas
nondum capere possunt, cognitio. » Hactenus vir
ille doctus.

Nostram porro ejusmodi Actorum editionem ad
illam exegimus, quam Romæ vulgavit anno 1698
v. cl. Laurentius Alexander Zacagnius in *Collecta-
neis monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ ac La-
tinæ*. Suis locis restituimus cum addenda prolego-
menis, tum varias in primis lectiones, quas ad ca-
pita 51-55 Disputationis Archelai cum Manete, ex
Regio-Alexandrino codice descriptas ad suæ editio-
nis calcem rejecit idem vir eruditus, hac præfatiun-
cula usus (*c*) : *Cum post editam*, inquit, *Archelai
disputationem inter Regio-Alexandrinos Vaticanæ
bibliothecæ codices reperissem apographum cujusdam
vetusti codicis, qui olim ad monasterium sancti Sal-
vii, Ambianensis fortasse episcopi et martyris, perti-
nuit; et in eo codice una cum sancti Augustini Com-
monitorio adversus Manichæos, inter ejusdem epistolas
edito, haberentur exerpta quædam ex Actis disputa-
tionis Archelai a cap.* 51 *usque ad cap.* 55, *opera
pretium censui varias ex eodem apographo lectiones
edere, cum ipsorum ope quædam Archelai loca resti-
tuantur.* Hæc ille. Ejusmodi autem varias lectiones,
haud sane contemnendas, aliud agens præteriit Fa-
bricius, vir cætera diligens, in suo *Spicilegio san-
ctorum Patrum sæculi* III, Operum Hippolyteorum
adnexo : at illas scite intexuit reliquis editoris notis
doctissimus auctor *Supplementi ad concilia Veneto-
Labbeana* (*d*). Præterea fragmentum Disputationis
Archelai ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi VI de-
sumptum atque iisdem Actis sub finem adjectum,
contulimus cum novissima editione Parisiensi BB.
Cyrilliana, versionemque recensuimus, et cl. edito-
ris notas subjecimus. Nonnullas denique observa-
tiones, ad Actorum textum potissimum pertinentes,
prout se tulit occasio, addidimus; ea quidem ra-
tione quam in aliis veterum Patrum monumentis
hactenus evulgatis passim adhibere consuevimus.

(*a*) Travasa, *Stor. crit. delle vite degli eres.*, t. V, pag. 215 et seqq.

(*b*) Touttée, Opp. S. Cyrilli Hieros., pag. 105, not. (*c*).

(*c*) Zacagn., *Collect. monum. vet.*, tom. I, p. 709.

(*d*) Mansi, *Supplem. ad concil.*, tom. I, pagg. 115 seqq.

Digitized by Google

VETERUM TESTIMONIA

DE S. ARCHELAI EPISCOPI DISPUTATIONE CUM MANETE HÆRESIARCHA.

—

I.

Cyrillus Hierosolymitanus, Catecheses. VI, § 27, *pag.* 104, *edit. BB. Paris.* 1720.

Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς A τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης (1) Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν Ἀρχέλαος, κ. τ. λ.

Fugit e carcere (Manes) et in Mesopotamiam venit : verum obstitit ei scutum justitiæ, Archelaus episcopus, eumque coram philosophis judicibus reprehendens, collecto gentilium auditorio, ne si Christiani judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus, etc.,

ut infra ad calcem disputationis ; quibus absolutis, statim subdit § 30 :

Τοιούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων· τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαισε (2) τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. Φεύγει πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν, τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα. Ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως B δρομαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ, ἰδὼν ἐξαίφνης τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε, καὶ ἔφυγεν.

His aliisque pluribus sermonibus evertebatur draco, talibus Archelaus conflictationibus Manem prostravit. Iterum et inde fugit, qui de carcere aufugerat ; et elapsus adversario, venit ad vilissimum quemdam pagum, ad instar serpentis, qui, relicto Adam in paradiso, ad Evam accessit. Sed bonus pastor Archelaus, ovium saluti providens, audita fuga, cursu citato, ad lupum requirendum festinat. Manes autem statim atque adversarium conspexit, exsiliit inde, atque aufugit.

II.

S. Epiphanius, Hær. LXVI, § 7.

Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον οἰκαδε ἅμα αὐτῷ συνεῖναι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίου μετὰ χεῖρας εἴληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος. Ὁ δὲ Ἀρχέλαος, γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνούς, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας, ὥσπερ λέων ὠρυόμενος, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν ἐπειρᾶτο ὁρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρώσασθαι τὸν τοιοῦτον ὡς ἐπίλυτον ἐκ βαρβάρων, ὅθεν καὶ ὡρμᾶτο, πρὸς ἀφανισμὸν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα.

Ac tum forte contigit, ut eodem die quo illam a Manichæo epistolam Dei servus accepit, Archelaus urbis episcopus una cum illo domi esset. Qui re omni perspecta dentibus fremens, rugientis leonis instar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potius proficisci cupiebat, hominemque e barbaris, unde is ortus erat, advenientem, et ad humani generis perniciem insurgentem capere.

Idem, ibid., § 8.

Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ C τὸν λόγον καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὥσπερ πάρδαλιν, ἢ λύκον, ἤ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας, θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα, τοιούτου θηρὸς ἐφ' ὁδοῦ τὴν εἴσοδον κατανοῶν.

At Archelaus episcopus, præter doctrinam, fidei insuper ardore præditus, auctor erat ut, si fieri posset, homo ille pardi instar ac lupi vel cujusvis alterius bestiæ interceptus, morti traderetur, ne ejusmodi feræ incursione pecora læderentur, cum illius ingressum cognosceret.

Idem, ibid., § 10.

Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, καὶ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου εἰς τὴν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος, ἑτοιμότατος ὑπάρχων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν προεντεθείκειτο παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τῆς

Hæc igitur cum ita se haberent, et Archelaus penitus omnia cognosset, ut de quæstione illa disputare posset ; cumque ad id esset instructissimus, partim quod a multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim quod a Tyrbone perdoctus

(1) *Ὅπλον δικ.* In editis ὅπλῳ δικ. « armis justitiæ. » Legimus ὅπλον in mss. Coisl. Roe, Casaub. Petro Sic. Grod. qui vertit « scutum justitiæ. » Omnino ex stylo Cyrilli. Vide Catech. II, n. 15. Toutt.

(2) *Κατεπάλαισε* ex Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Grod. Editi et cæteri κατεπάλαιε. Id.

Digitized by Google

ante fuerat, et omnes nefarii hominis prestigias accurate didicerat; ecce cum suorum comitatu Manes accessit. Quare subinde, nulla interjecta mora, publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marsipum quemdam, et Claudium, et Ægialeum, et Cleobulum, quorum primus ethnicæ sapientiæ, secundus medicinæ professor, tertius grammaticus, postremus erat sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque jactata sunt; cum hinc Manes fabulas suas proponeret, inde Archelaus, velut egregius miles, adversarii tela vi sua ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de judicum sententia veritati cessit.

Περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδοὺ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ' ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἀνδρῶν. Ἐξ αὐτῆς οὖν καὶ εὐθὺς παρέρχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ ἐν αὐτῇ τῇ Κασχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτάς, Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν. Καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ.

Idem, ibid., § 11.

Inde igitur discedens Manes Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit: ubi Tryphon (5) quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter. Ad hunc Manes divertens, rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, et excellenti pietate præditum, sed orationis præsidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit.

Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας, etc. Ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τῆς Καρχάρων Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ.

Paulo post:

Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per litteras Archelao significat.

Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ, etc.

Et post pauca:

Archelaus, his acceptis litteris, duos ad eum libros mittit, quos in promptu facileque comprehenderet, contra Manem conscriptos. Cæterum ut adventum suum præstolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens, Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum se stitisset, et ad omnia quæ quæsierat, singillatim pro ea quam a Deo acceperat sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitaret, apud se nonnihil hæsitans; repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias, suorumque studiosissimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia, Sine me, inquit, cum Tryphone contendere; tu enim me, cum sis episcopus, dignitate superas. Archelaus vero, ex eo quod jam illius dogma confutatum erat, multo quam verbis exprimi posset, simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quæ ab illo proposita fuerant dissolvens, novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub hæc populus, ardentibus rursum animis, scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.

Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν. Ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος ἐχ τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν. Καὶ τοῦ Τρύφωνος ἐνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἕπος ὧν ἤτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἠρέμα πῶς, ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν· ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. Εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, ὑποχοριστικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη· Ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ, καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν· τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. Οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι. Ὁ δὲ, ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν ἀφίκται.

(5) Hic notandum, Epiphanium perperam « Tryphonem » vocare presbyterum illum, qui cum Manete disputavit; nam in Actis disputationis Archelai « Diodorus » diserte appellatur. Eumdem errorem erravit Photius infra num. 7. ZACAGN.

Digitized by Google

Idem, ibid., § 21.

Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιῤῥήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται· Ἀρχελάῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται. A

Jam a magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editæ, velut ab Archelao episcopo, ut antea dictum est.

Et § 25.

Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἁρμοττόντως τὸ αὐτοῦ φρόνημα ἀπὸ Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίᾳ, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβων, εἷς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, περὶ οὗ ἄνω ἐπεμνήσθην. Ἐπερωτησάντων τοίνυν τῶν περὶ Ἀρχέλαον τὸν ἐπίσκοπον καὶ Μάρκελλον Τύρβωνα περὶ τῆς τοῦ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο λέγων, ἅτινα ἐκ τοῦ βιβλίου παρεθέμην, καὶ ἔστι τάδε.

Sed nunc illius dogma ad verbum, uti consentaneum est, ascribam, ex Archelai opere, quod adversus eumdem illum edidit, ex iis quæ a Tyrbone discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum Archelaus episcopus, et Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogassent, hæc ille ipsa respondit, quæ nos ex eo libro descripsimus, suntque ejusmodi.

Sequuntur excerpta ex Actis disputationis Archelai cum Manete, quæ G. L. habentur in editione nostra cap. VII. — Idem Epiphanius in libro *De mensuris et ponderibus*, § 20, iterum meminit Archelai ejusque disputationis cum Manete.

III.

S. Hieronymus, lib. de Vir. illustr., cap. 72.

Archelaus episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ quam habuit adversus Manichæum exeuntem de Perside, Syro sermone composuit; qui B translatus in Græcum habetur a multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano et Tacito successerat.

IV.

Heraclianus Chalcedonensis episcopus, in libris adversus Manichæos. Apud Photium Biblioth. cod. XCV.

Ἀνατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν Γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς Θησαυρούς. Καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιόν τε τὸν τὰς Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα.

Evertit vero id, quod Manichæi appellant Evangelium, et Giganteum librum, atque Thesauros. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirum, qui disputationem Archelai adversus ipsum Manetem perscripsit, etc.

V.

Socrates, Hist. eccles. lib I, *cap.* 22.

Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διὰ C λόγου Ἀρχελάου τοῦ ἐπισκόπου Κασχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν· αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησι καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον ἐκτίθεται.

Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus; sed ex disputatione quadam Archelai Cascharorum urbis in Mesopotamia episcopi, a nobis lecta, excerpsimus. Hic enim Archelaus ait, se cum Manichæo ipso disputasse, et ea quæ superius a nobis relata sunt, de illius vita commemorat.

VI.

Petrus Siculus in *Historia Manichæorum*, pag. 25, 35 et 37, ea cuncta ad verbum refert, quæ supra ex Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio *De mensuris et ponderibus*, et ex Socratis *Historia ecclesiastica*, de Archelao ejusque cum Manete disputatione modo retulimus.

VII.

Photius, lib. I, *adversus Manichæos. Exstat editus in Biblioth. Coislin. v. cl. Montfauc. p.* 356.

Φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. Ὁ δὲ τῶν Καρχάρων ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, Ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ, Χριστιανῶν κρινόντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατῄσχυνε καὶ διέλεγξε τὸν τρισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα τε φυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα. Ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλ- D

E carcere fugiens (Manes) in Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ zizania iterum spargere cœpit. At Carcharorum episcopus cui nomen Archelaus, vir sacer, et multa in sermonibus de divinis humanisque rebus dexteritate præditus, coacto ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoriam judicum favore cessisse videretur, usque adeo impiissimum illum redarguit tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, et ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens Manes, ad vilissimum quoddam oppidum pervenit, ibique rursus fovere atque evulgare suam impietatem machina-

Digitized by Google

batur; sed acerrimus pietatis propugnator et re vera pastor Archelaus qui sedulam ovium curam gerebat, eumdem lupo sæviorem in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit.

πειν ἐμηχανᾶτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα· ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνερράθυμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιστάμενον.

Et infra, pag. 358 :

Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor nono anno Valeriani et Gallieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Persarum carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus ea persequamur, quæ supra historiæ decursus prætermisit) cum in Mesopotamiam venisset, a divino Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Atque inde, insperato suffusus pudore, fugiens, ad Dioridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem quemdam sacrum probatumque virum et in presbyterii gradu positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin et ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens (erat enim vir acer et pietatis zelo succensus), ad idem oppidum accessit; et deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, et confusione quam maxime vitabat, perfusum, iterum iis rationibus quibus exosa ejus dogmata subvertit, et cunctis deridenda atque detestanda proposuit, fugam arripere coegit.

Ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἔξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγών (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν), καὶ μετὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου (Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν), πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται. Ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχών, τὰ ἴσα ὑπέστη. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός τε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν (ὀξὺς γὰρ ἦν καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον), καταλαμβάνει τὸ χωρίον· καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὐτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι.

VIII.

Auctor anonymus Libelli Synodici, cap. 27.

Synodus divina et sacra particularis collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo et Diodoro sacerdote, contra Manem infernalem et Diodoriadem presbyterum, quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων καὶ Διοδώρου ἱερέως κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου, ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε.

IX.

Auctor anonymus Historiæ hæreseos Manichæorum, e ms. codice regio Taurinensi.

Scythianus (4) quidam fuit ex genere Saracenorum, a quo hæresis Manichæorum orta est; qui adversus veram rectamque fidem quatuor libros conscripsit, quorum unum vocavit *Mysterium*, secundum *Capitulorum*, tertium *Evangelium*, quartum vero *Thesaurum* appellavit: et habuit discipulum nomine *Terebintum*, qui discipulus, mortuo *Scythiano*, sumens (5) memoratos quatuor libros, nec non et pecuniam non parvam, quoniam fuit (6) *Scythianus* valde ditissimus erat; ergo, ut memorabimus, *Terebintus* devenit in Persida, et a quadam vidua solitaria susceptus est, quæ sola secreta ejus scire potuit. Hic elatione tumidus dicebat se de virgine natum, et ab angelo in montibus enutritum; qui etiam, mutato sibi nomine, *Buddam* se pro *Terebinto* appellavit. Sed cum quadam die in solario ascenderet, ab immundo spiritu exinde dejectus, repente spiritum reddidit. Tum vidua, quæ eum susceperat, pro morte ejus pecuniæ cupiditate gavisa puerum sibi pro senectutis solatio comparavit (7), nomine *Curbicium*, quem et litteris non mediocribus erudivit: post cujus mortem non solum libros quos *Terebintus* reliquerat, sed et pecuniam *Curbicii* sumens, Trembi (8) discipulos acquisivit, quorum unus *Thomas*, alius *Abda*, tertius est *Hermas*. Hos ad prædicandum libros quos *Scythianus* conscripserat, mittebat, quibus (9) plurimæ provinciæ in memorata secta irretitæ sunt. Tamen et ipse *Curbicius* post mortem viduæ, immutato sibi nomine *Manen* se pro *Curbicio* (10) nuncupavit, qui aliquando a rege Persarum comprehensus, tali sententia damnatus est, ut hircorum more discoriatus, uter ejus ad portam penderet, carnes vero ejus volucribus cœli ad escam proficerent. Hæc ita esse melius nosse cupientes Archelaum legant.

(4) Ms. « Scitianus. »
(5) « Sumebat. »
(6) Hoc « fuit » delendum esse arbitror.
(7) Ms. « comparabit. »
(8) Videtur legendum « tres. »
(9) Ms. « per quibus. »
(10) Ms. « Curbicium. »

Digitized by Google

ACTA DISPUTATIONIS
S. ARCHELAI
CASCHARORUM IN MESOPOTAMIA EPISCOPI
CUM MANETE HÆRESIARCHA.

I. Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar (11) civitate Mesopotamiæ, judicantibus Manippo (12), et Ægialeo, et Claudio, et Cleobolo. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita et studiis et genere, prudentia quoque et honestate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copiosus, et quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, et his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans; nec quidquam omnino boni erat, quod illi viro deesset: unde et honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat: ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus qui ibi castra servabant, septem millia numero et septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur; qui cum dissimulare non posset, pro religione et timore Dei vehementer æstuabat, et tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque poposcissent qui deduxerant vinctos; et continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo nec discretione ulla distinguit (13), ut magis dona quam pretia viderentur. At illi admirati et amplexi tam immensam viri pietatem munificentiamque, et facti stupore permoti, exemplo misericordiæ commonentur (14), ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi, derelicto militiæ cingulo (15); alii vero, vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra discederent; cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, et accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores exstiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi fratrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem: per annos singulos extra urbem egressi una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli et invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, et gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, et vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis et importunus somnus obrepsit, et cervicibus degravatis ac laxis, demerso (16) capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus

(11) Hæc eadem urbs infra cap. 3 « Charra » vocatur, non « Carchar, » aut « Caschar, » ut Epiphanius habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao.

(12) Μάρσιπος vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum LXVI, num. 10.

(13) Forte, « distribuit. »

(14) Forte, « commoventur. »

(15) Abhorruisse a militia Christianos primitivæ Ecclesiæ, ne paganorum commercio atque superstitionibus macularentur, notius est ex Tertulliano, *De corona militis*, c. 11, quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus: « Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, et quem Petrus catechizat; dum tamen suscepta fide atque signata, aut deserendum statim sit ut a multis actum; aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit. » Concilium Nicænum, can. 12: « Quicunque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi; ita ut quidam et pecunias tribuerent, et beneficiis militiam repeterent: hi decem annos post triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. » Vide Lupum et Beveregium in eumdem canonem.

(16) Forte, « dimisso. »

Digitized by Google

aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis pendere- A mus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro insidiis consedisse, aut omnino usum vel studium habere prœliorum; et nulla conventus nostri causa penitus explorata, bellum nobis denuntiant, non sermone, sed gladio; et homines qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia missibilibus (17) vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes : agebant enim nos ante B equos, hastilium verberibus stimulatos, et equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi; plurimi vero ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatæ insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboribus ac resoluta per inediam, corruebat in terram. Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tanquam voluptate aliqua fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent; in aliis sitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis C post terga oculis, exspirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis; cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, illæ vero prædonum acerbitatibus agitatæ, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent; quarum si quæ tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis præsumpserunt; si quæ vero habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc usque perductæ sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post hæc jam quid gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos et tam varios casus; sed nihil moratus, cibos præparat, D fatigatis per semetipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum Abraham patriarcham [1] qui quondam angelis a se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet præparatos cibos propriis manibus angelis apposuit. Simili et Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus exstructis mensis, cum ingenti lætitia reficiebat universos; ita ut qui superesse potuerant, oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transigeretur dies, Marcello cuncta affatim ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela, ad sua cæteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia : cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremptorum, et omnia quæcunque invenire potuit, ut dignum erat, tradidit sepulturæ : quo munere impleto, ad Charram (18) rediit, atque exinde recuperata sanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit; per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi atque cognoscendi viri cupiditate flagrarent, et maxime hi quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed et viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, nec non et orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum et pauperum hospitium dicebatur; super omnia vero hæc, fidei curam egregie ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. (19) Igitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam; qui ad se hujuscemodi viri opinione perlata, plurima secum ipse volvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an litteris eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne forte improviso et subito ingressu malum sibi aliquod nasceretur; ad ultimum versutioribus consiliis parens, scribere decrevit : accitumque unum ex discipulis, Turbonem (20) nomine, qui per Addam fuerat instructus, tra-

[1] Gen. xviii.

(17) Barbara vox pro « missilibus. »

(18) Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

(19) Hinc incipit pars hujus operis edita a Valesio ex codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur.

(20) Codex Bobiensis legit, « Adda Turbonem. » Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi inficiendum Manes demandavit, ut infra cap. 11 dicitur.

Digitized by Google

dita Epistola, abire jubet, ac perferre Marcello; quique (21) acceptam eam huic, cui a Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris et molestiæ pertulit; si quando enim veluti peregrinans (22) ad hospitium pervenisset, quæ quidem diversoria (23) hospitalissimus Marcellus instruxerat, cum a servatoribus hospitiorum interrogaretur, unde, et quis, vel a quo missus esset, aiebat: Sum quidem (24) Mesopotamensis, de Persida autem venio, a Manichæo magistro Christianorum missus. At illi ignotum (25) sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsis hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus atque hospitiis præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare litteras indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus litteras resolvit, ac legit, præsente Archelao civitatis episcopo, quarum exemplum hoc est.

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ

Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθηθείς, λίαν ἐχάρην· τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἠχθέσθην· ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλείς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς οἱ τῶν ἁπλουστέρων καθηγεμόνες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι. καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν· ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνύντες θάτερον θατέρῳ οὐ παύονται. Σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἐνώ-

(26) MANICHÆUS

Apostolus Jesu Christi, et qui mecum sunt omnes sancti et virgines, Marcello filio charissimo gratia, misericordia, pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, et dextera lucis conservet te a præsenti sæculo malo, et a ruina ejus, et a laqueis (27) *maligni.*

Dilectionem quidem tuam immensam sentiens, vehementer gavisus sum: fides vero, quia non sit juxta te recta ratione (28), moleste tuli: propter quod ad emendationem generis humani missus sum, et subveniens (29) his qui se seductionibus atque erroribus tradiderunt, hæc scripta ad te necessarium duxi (30) transmittere; primo quidem ad salutem animæ tuæ, deinde et eorum qui tecum sunt; uti ne indiscretos animos geras (31), sicut simpliciorum magistri docent dicentes (32), malum et bonum ab eodem subsistere, et unum initium introducentes, neque quidquam perscrutantes vel discernentes a luce tenebras (33), et bonum a malo, et exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o fili, ne similiter ut multi hominum, irrationabiliter et simpliciter utraque indiscreta permisceas (34), neque bonitatis Deo inferas

(21) Codex Bobiensis, « Quippe, » mala lectio.

(22) Idem codex « ad vesperam veluti peregrinus. »

(23) Idem codex, « quæ quidem ipsa diversoria. » Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ Ecclesiæ fideles, Pauli præcepto in Epistola ad Hebræos cap. XIII, vers. 1 obsecuti. Tertullianus, *De præscriptionibus* adversus Hæreses, cap. 20: « Sic omnes (Ecclesiæ videlicet) primæ et apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio. » Nota sunt, quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed et quod de diversoriis atque hospitiis, per regias vias in Persidem ducentes, a Marcello constructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme a Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I, in Julianum Apostatam, ubi imperatorem hunc ad Christianorum imitationem diversoria et hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut gentilium superstitionibus majorem laudem venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium *De litteris canonicis*, cap. 5, et seqq. et Thomasinum *De Tesseris hospitalitatis*, cap. 26.

(24) Codex Bob. « Mesopotamenus. »

(25) Codex Bobiensis, « ignoratum. »

(26) Hanc epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum hæresi (LXVI), n. 6, ex quo Græca desumpsimus.

(27) Codex Bobiensis, « a ruinis ejus, et de laqueis. » Sic et Epiphanius.

(28) Idem codex, « juxta rectam rationem. » Sic et Epiphanius.

(29) Idem codex, « missus sum subveniens. » Epiphanius, « missus et subveniens. »

(30) Idem codex, « hæc scripta necessarium duxi. »

(31) Hinc patet recte in Græco Epiphanii textu emendasse Petavium, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον, nam prius μὴ deerat.

(32) Codex Casinensis, « magistri dicentes. » Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.

(33) Male idem codex, « a luce, a tenebris. »

(34) Codex Casinensis, « permiscens; » at Bobiensis, « permisceas neque bonitatis Dei inferas. » Epiphanius, « permisceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim, etc. » Præterea Casinensis legit paulo post, « Initium et finem. » Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.

Digitized by Google

contumeliam. Initium enim et finem, et horum patrem malorum ad Deum (35) referunt, *quorum finis est maledicto proximus* [1]. Non enim his (36) quæ dicta sunt in Evangeliis Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi credunt, quia *non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere* [2]. Quomodo Dominum, Satanæ et malorum ejus actuum factorem dicere audeant et conditorem, plurimum miror. Atque utinam eo usque eorum vanitas pervenisset, et non Unigenitum, *qui de Patris sinibus descendit* (37), Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium [3], ex sanguine et carne ac reliquis mulierum spurcitiis generatum! Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham patientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognosces, cum præsens fuero apud te; si tamen saluti tuæ parcere (38), ac providere festinas: non enim *laqueum alicui injicio* [4], sicuti plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili honorabilis (39).

VI. Hac epistola lecta, bajulum litterarum Marcellus obsequentissime (40) fovebat hospitio; Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus infrendebat (41), auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet pollicens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

MARCELLUS

Vir notus (42), *Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.*

Scriptam quidem a te epistolam sumpsi, et Turbonem solita mihi humanitate suscepi, sensum vero litterarum nequaquam adverti; nisi forte tu præsens exponas nobis per verba, singula, sicut promisisti. Vale (43).

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat; ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, et rogabat alium pro se dirigi, abnegans ultra sibi ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum (44); Marcellus vero accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci; qui nihil moratus, illico proficiscitur: et post triduum pervenit ad Manem, quem in castello quodam Arabionis (45) reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit; Turbonis tamen remorationem non prosperam præsagitus (46), et quasi consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucide enarravit, repetens et exponens de fide ejus hoc modo:

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ

Ἀπὸ ἐπίσκοπος Μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ χαίρειν.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην· τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμήν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων· εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος φράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Ἔρρωσθε.

[1] Hebr. VI, 8. [2] Matth. VII, 18. [3] Joan. I, 18. [4] 1 Cor. VII, 35.

(35) Bobiensis codex, « Dominum. »

(36) Casinensis habebat, « In his. » Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, Οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν Εὐαγγελίοις.

(37) Codex Bobiensis, « Qui patris finibus discessit. » Casinensis, « quidem patris finibus descendit. » Nos ex Epiphanio hunc locum restituimus.

(38) Casinensis, « parere. » Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.

(39) Codex Bobiensis, « Honorabilis. Vale: » quod verbum non habet Epiphanius.

(40) Codex Bobiensis, « obsequentissimo. »

(41) Codex Bobiensis, « Infringebat.

(42) Melior Petavii versio, « vir illustris. »

(43) Codex Bobiensis, « Sicut per epistolam promisisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam » Epiphanius pariter legit, « sicut per epistolam promisisti. Vale. »

(44) Codex Bobiensis, « ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore. »

(45) Castellum hoc trans fluvium Sirangam situm fuisse in medio Persarum et Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.

(46) Codex Bobiensis, « præsagus. »

Digitized by Google

Εἰ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν παρ' ἐμοῦ, ἀκούσατε συντόμως. Οὗτος δύο σέβει θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φως τῷ ἑνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ *σκότος*· καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα. Μίξιν δὲ, ἤτοι σύγχρασιν τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι· Καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος· κατὰ δὲ σύστασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτοῦ προσεμαχήσατο τῷ φωτί. Γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. Εἶσι δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ καὶ ὕλη. Καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. Οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες, ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. Τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος ἐκινδύνευσεν Ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν· καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι, ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες· ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. Τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὸν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἃ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλῆσαι· καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. Ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. Τούτου ἕνεκα τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης

A

B

C

VII. (47) Si fidem Manichæi discere a me vultis, breviter audite. Hic duos colit deos innatos, ex semetipsis exstantes, æternos, unum uni adversantem; et alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. *Lux* uni nomen imponit, et alteri *tenebræ*. Et lucis quidem esse partem animam quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, et quæ ex materia est conditio. Permistionem autem, vel conjunctionem hoc modo dicit (48) effectam, conferens ambos deos in hujuscemodi exemplum : Quemadmodum si duo reges sint adversum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem ut tenebræ progredientes fines suos, bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus Pater, tenebras ad terram suam supervenisse, produxit ex se virtutem (49), quæ dicitur Mater vitæ; qua virtute circumdedit (50) primum hominem, quæ sunt quinque elementa, id est, ventus, lux, aqua, ignis et materia (51); quibus indutus, tanquam ad paratum belli (52), descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero tenebrarum principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum primus parens homo (53) a tenebris; et nisi orantem eum exaudisset Pater, et misisset alteram virtutem quæ processerat ex se, quæ dicitur Spiritus vivens, et descendens porrexisset ei dexteram et eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum reliquit (54) : et propterea Manichæi cum sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteras hujus signi gratia, tanquam ex tenebris liberati, in tenebris enim omnes hæreses esse dicunt (55). Tunc vivens Spiritus creavit mundum, et indutus alias tres virtutes, descendens eduxit principes, et crucifixit eos in firmamento, quod est (56) ejus corpus sphæra. Et rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ (57), et fecit ea firmamentum circumire (58); et iterum creavit terram, et sunt octo. Est autem Omophorus deorsum (59), id est, qui eam portat in humeris; et cum laboraverit portans, intremiscit : et hæc est causa terræ motus præter constitutum tempus. Hac

(47) Sequentia usque ad cap. 12, ad verbum Græce retulit Epiphanius num. 25.

(48) Hinc patet apud Epiphanium legi debere, τοῦτον λέγει, cum prius esset, τούτων.

(49) Codex Bobiensis, « produxit ex virtute. » Casinensis, « produxerit et esse virtutem. » Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum est.

(50) Codex Bobiensis, « qua circumdedit. » Casinensis, « quæ virtute. » Sed ex Bobiensi, et Epiphanio emendavi, « qua virtute. »

(51) Codex Bobiensis, « id est, lux, aqua, ignis et materia. » Sed Epiphanius legit « ventus, lux, aqua, ignis et materia, » ut in codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.

(52) Epiphanius legit, « ad apparatum belli. »

(53) Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *primus homo*.

(54) Codex Bobiensis, « relinquit; » mala lectio, ut patet ex Epiphanio.

D

(55) Codex Bobiensis, « omnis hæresis esse dicitur. » Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.

(56) Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, « Descendens eduxit principes Jeru, exiens in firmamentum, quod est, etc. » In Græco Epiphanii est, « Et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphæra. » Sed vide eumdem Epiphanium, cap. 48.

(57) Ita et Epiphanius. Male apud Valesium, « Reliquæ animæ. » Vide eumdem Epiphanium, *ibid.*, cap. 49.

(58) Et hic male codex Bobiensis, « in firmamento circuire, » ut patet ex Epiphanio.

(59) Epiphanius habet εἰς εἴδη ὀκτώ. « Creavit terram octuplici specie. Omophorus autem, » hoc est bajulus, « infra sustinet. » Sed Latinus noster interpres legit, εἶσι δέ, vel, εἶσι δή.

Digitized by Google

de causa Filium suum misit benignus Pater de sinibus suis in cor terræ (60) et in interiores ejus partes, quo illum, ut par erat, coerceret (61) : quoties enim efficitur terræ motus, tremente eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus, efficitur. Tunc ergo et ipsa materia creavit ex se plantas vel germina ; quæ cum furatæ essent a quibusdam principibus, convocavit (62) omnes principes primarios, et sumpsit ab eis singulas virtutes, et fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, et junxit animam in eo (63).

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, quia est (64) miserator et misericors, misit Filium suum dilectum (65) ad salutem animæ ; hac enim causa, et propter Omophorum misit eum. Et veniens Filius, transformavit se in speciem hominis ; et apparebat (66) quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, et homines putaverunt eum natum esse (67). Cum ergo venisset, machinam quamdam concinnavit (68) ad salutem animarum, id est rotam statuit, habentem duodecim urceos : quæ rota per hanc sphæram vertitur, hauriens animas morientium (69), quasque luminare majus, id est sol radiis suis adimens (70) purgat, et lunæ tradit, et ita adimpletur lunæ discus (71), qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria ; et cum repleta fuerit luna, transfretare animas, ad subsolanam partem, et ita apocrusin (72), detrimentum patitur, cum onere fuerit relevata : et iterum repleri (73) cymbam, et rursus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, usquequo partem suam propriam liberet animarum (74). De substantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus quod gerit, animarum, sæculis tradiderit Patris, permanent illæ (75) in columna gloriæ, quod vocatur Vir perfectus (76).

A κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν ἐπιτιμίαν δῷ· καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. Τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτὰ, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό τινων ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν ἀρχόντων πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. Αὕτη ἐστὶ τῆς συγκράσεως ἡ ὑπόθεσις.

Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς· διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν καὶ τὴν B τοῦ Ὠμοφόρου ἀπέστειλεν αὐτόν. Καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. Ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη, ἀνιμᾶται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. Καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορευόμενος. Πλοῖα γὰρ, ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. Εἶτα, ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ οὕτως ἀπόκρουσιν ποιεῖται, τοῦ γόμου ἐλαφρυνομένη· καὶ οὕτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὗ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει τῆς ψυχῆς. Τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς αἰῶσι τοῦ Πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος. Ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στῦλός ἐστι φωτός· ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαριζομένων. Αὕτη

(60) Codex Bobiensis, « de finibus in cor terræ. » Sic legit et Epiphanius.

(61) Idem codex, « quod illum, ut pareret, coerceret. » Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἐπιθυμίαν, recte emendasse ἐπιτιμίαν.

(62) Codex Casinensis, « furatæ essent, convocavit. » Nos Bobiensem codicem et Epiphanium secuti sumus.

(63) Male codex Bobiensis, « et vexit animam in eo ; » quam lectionem non sequitur Epiphanius : subditurque apud eumdem, « Et hæc est commistionis ratio ; » quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.

(64) Codex Bobiensis, « qui est. ».

(65) Ita cod. Bobiensis, et Epiphanius. Casinensis non habet « dilectum. »

(66) Uterque codex, « et parebat. » Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

(67) Codex Bobiensis, probante Epiphanio, « putabant eum natum esse. » Casinensis male, « naturam esse. »

(68) Codex Bobiensis, « concinnatum. » Epiphanius habet : « Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem molitus est, et machinam construxit, cados duodecim habentem, quæ a sphæra conversa mortuorum animas sursum evehit. »

(69) Codex Bobiensis, « quæ per hanc sphæram hauriens animas viventium. » Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

(70) Epiphanius, λαβών, « assumens. »

(71) Codex Bobiensis, « discursus, » pessima lectio.

D (72) In codice Casinensi, « Apocrisin, » scribitur ; sed nos locum restituimus ex codice Bobiensi, in quo « Apocrusin » recte legitur, licet in aliis hic depravatissimus exsistat. Ἀπόκρουσιν autem Alexandro Aphrodisiensi, et Tralliano dicitur facere luna, cum decrescit seu senescit, ut notum est.

(73) Epiphanius οὕτω, « et ita repleri. »

(74) Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, « animæ ; » sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.

(75) Legendum « illæ, » hoc est, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat « illa. »

(76) Epiphanius habet, « aer perfectus, » unde colligitur Latinum hujus operis exemplar e Græco expressum esse, et male interpretem legisse, ἀνὴρ pro ἀήρ ; vertendum autem, « aer perfectus. Aer autem hic, etc., » ut Græca cum Latinis conveniant, et aliquis inde sensus eruatur.

Digitized by Google

ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχαὶ σώζονται. Ἡ δὲ τοῦ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη· Παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ, συλᾷν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας· φαινομένη δὲ τοῖς ἄρρεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας εὐειδὴς καὶ ἐπιθυμητός. Καὶ οἱ μὲν ἄρχοντες, ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστροῦνται τῷ φίλτρῳ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπασθέντες. Ὅταν οὖν, τρεχόντων αὐτῶν, ἡ Παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον· καὶ οὕτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἰδρῶν ἀποκοποῦται· ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστιν ἡ βροχή. Ὁμοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καταχέει λοιμὸν ἐφ' ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσῃ τοὺς ἀνθρώπους· τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον· καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. Ὁπόταν οὖν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, τότε ἄρχεται κόπτειν τὰς ῥίζας τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅταν κοπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχεται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ οὕτως ἀποθνήσκουσιν. Ἐὰν δὲ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεταί τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μὲν τοῦ Ὠμοφόρου· αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανάτου.

A Hic autem vir est columna lucis, repleta est enim mundarum animarum, et hæc est causa salutis animarum; mortis vero causa hominibus est ista. Virgo quædam decora et exornata, elegans valde, furto appetit principes, qui sunt in firmamento a vivente Spiritu educti et crucifixi; quæ cum apparuerit, maribus femina decora apparet; feminis vero adolescentem speciosum et concupiscibilem demonstrat. Sed principes quidem, cum eam viderint exornatam(77), amore ejus in libidinem moventur; et quia eam apprehendere non possunt, vehementer instigantur amoris incendiis excitati; rapti sunt enim libidinis calore: cum enim currentibus post eam anxii effecti fuissent, Virgo (78) subito nusquam comparuit. Tunc princeps ille magnus producit nebulas ex semetipso, uti obscuret in ira sua omnem mundum; qui cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita et hic princeps sudat ex tribulatione (79) sua, cujus sudor pluviæ sunt (80). Sed et messis princeps, si deceptus fuerit a Virgine, effundit pestem (81) super terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem magni hujus mundi, et omnes homines qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas (82). Cum ergo deceptus fuerit a Virgine, tunc incipit (83) excidere radices hominum; et cum excisæ fuerint radices eorum, efficitur pestilentia, et ita moriuntur. Quodsi superiores partes radicum validius concusserit, fit terræ motus, et insequitur Omophori concussio (84): et hæc est mortis occasio.

B

Ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σώματα. Πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ' αὐτῆς· εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἑτέρου ζώου σῶμα. Ἐὰν δὲ ᾖ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν [ἴσ. ἐλεφαντιῶν] σῶμα μεταφέρεται· ἐὰν δὲ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. Τῆς δὲ ψυχῆς ἐστι τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. Οἱ δὲ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, ἐοίκασι τοῖς ἔρχουσι τοῖς ἀπαρχῆς οὖσιν εἰς σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. Διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κρι-

C IX. Dicam autem vobis, quomodo et animæ in alia quoque corpora transfunduntur (85). In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si homicidium commisit anima, in elephantiacorum corpora (86) transfunditur; quod si messem secuit, in mutos. Nomina autem animæ sunt ista, mens, sensus, prudentia, intellectus, cogitatio (87). Messores autem qui messem metunt, conferuntur principibus, qui ex materia orti (88-89), in tenebris sunt, ex quo manducave-

(77) Melior in seqq. Epiphanii lectio, quæ sic Latine sonat: « Amoris œstro aguntur, cumque eam assequi nequeant, extra mentem acti, præ amore et cupiditate mirum in modum exardescunt, Cum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum aspectu subduxerit, tunc, etc. »

(78) Male codex Bobiensis, « libidinis amoris calorem; cum ergo currentibus eis post eam, virgo, etc. »

(79) Idem codex, « sudat ei ex tribulatione; » prava lectio.

(80) Epiphanius habet ex versione Petavii: « Sic et princeps alter, messor appellatus, si Virginis illecebra capiatur, pestem in universam terram perdendis hominibus immittit. » In textu tamen Græco, « messis » est, non messor; sed fortasse legendum θερισμοῦ.

(81) Codex Casinensis, « effundit famem. » Bobiensis, « effundet famem. » Sed nos ex seqq. et ex Epiphanio, « pestem, » substituimus. Facile autem fuit veteri Latino interpreti ob similitudinem vocum, λιμός, « fames, » et λοιμός, « pestis, » in hunc errorem incidere.

(82) Epiphanius habet: « Et omnes homines radices habent infra cum superioribus connexas. »

(83) Codex Bobiensis, « tunc cum incipiet. »

(84) Apud Epiphanium legitur: « Quod si superiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque consequitur, Omophoro quidem insimul concusso. »

(85) Codex Bobiensis, « transferuntur; » mala lectio. Epiphanius habet, « quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primum, etc. »

(86) Codex Bobiensis, « homicidium admisit, anima in elephantorum corpora. « In Casinensi scribitur, « in elefantia eorum corpora, » quod procul dubio, « elephantiacorum, » legi debet. Epiphanius tamen habet, κελεφῶν, « celephorum » ignotum mihi animal.

(87) Petavius melius vertit apud Epiphanium, « mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio. »

(88-89) Codex Bobiensis, « qui ex materia horti, » typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, « qui ab initio in tenebris sunt. »

Digitized by Google

cesse est eos transfundi in fœnum aut in faseolum, aut in hordeum, aut in olera, ut et ipsi desecentur et demetantur : et qui manducant panem, necesse est ut et ipsi manducentur, panis effecti. Qui occiderit pullum, et ipse pullus erit, qui murem, mus etiam ipse erit. Si quis vero est dives (90) in hoc mundo, cum exierit de corpore suo, necesse est eum in corpus pauperis injici, ita ut ambulet, et mendicet (91), et post hæc eat in pœnas æternas. Cum ergo corpus hoc principum sit, et materiæ, necesse est eum, qui plantaverit perseam, transire per multa corpora, usquequo persea illa (92) quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit sibi domum, dispergetur (93) per omnia corpora. Si quis laverit se in aqua, animam suam vulnerat (94) ; et qui non præstiterit electis ejus alimenta (95), pœnis subdetur gehennæ (96), et transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas ; et propterea si quid optimum est in escis, offerunt illud electis (97) : et cum voluerint manducare panem, orant primo, ista dicentes ad panem : Neque ego te messui, neque molui, neque tribulavi (98), nec in clibanum te misi ; alius te fecit, et detulit te mihi ; ego innocenter te manduco (99). Et cum intra semetipsum hæc dixerit, respondet ad eum qui ei detulit : Oravi pro te (1) ; et ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis paulo ante, si quis messuerit, demetetur ; ita et si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis consperserit, conspergetur, aut si panem (2) coxerit, excoquetur ; et propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse alios quosdam, præter hunc quem videmus, mundos (3), quibus hujus mundi luminaria, cum hic occiderint, oboriuntur. Et illi dicunt (4), si quis ambulat in terra, lædit terram, et qui movet manum (5), lædit aerem, quia aer anima est hominum, et animalium, et volatilium, et piscium, et repentium, et si quid (6) est in hoc mundo : dixi enim vobis, quia corpus hoc non est Dei, sed materiæ est et tenebrarum, et ideo necesse est illud obscurari (7).

κοπῶσι. Καὶ εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γενόμενον. Εἴ τις φονεύσει ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. Εἴ τις φονεύσει μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. Εἴ τις πάλιν ἐστὶ πλούσιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχοῦ σῶμα μεταγγισθῆναι, ὥστε περιπατοῦντα αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. Τοῦ δὲ σώματος τούτου ὄντος τῶν ἀρχόντων καὶ τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντα περσέαν διελθεῖν πολλὰ σώματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. Εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. Εἴ τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν πήσσει· καὶ εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γενεάς, καὶ μετενσωματοῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῷ εὐσεβείας πολλάς· καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. Καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, οὕτω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον· Οὔτε σε ἐγὼ ἐθέρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά σε, οὔτε εἰς κλίβανον ἔβαλον· ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. Καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ· Ηὐξάμην ὑπὲρ σοῦ· καὶ οὕτως ἀφίσταται ἐκεῖνος. Ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θερισθῆναι· οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτός, ἢ φοράσας φοραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται· καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. Καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς, τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. Καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαί, βλάπτει τὸν ἀέρα· ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχή ἐστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. Καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

(90) Codex Bobiensis, « necesse est, et ipsum manducari panem effectum. Quod si occiderit pullum, et ipse pullus erit. Quis vero est dives. » Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valesius, « Quisquis vero est dives. »

(91) Codex Bobiensis, « ut ambulet, mendicet. »

(92) Male in Casinensi codice legebatur, « per se ad illam. » Porro περσέα Petavius vertit, « Persica arbor. » Vide Epiphanium num. 9.

(93) Codex Bobiensis, « dispergitur. » Epiphanius habet ut codex Casinensis.

(94) In Græco Epiphanii est πήσσει, « frigore astringit, congelat. » Latinus tamen interpres legisse videtur πλήσσει.

(95) Apud Epiphanium scribit, εὐσέβειαν, « pietatem. »

(96) Epiphanius, « per multas generationes, pœnas expendet. »

(97) Codex Bobiensis, « offerunt illud illis electis. » Casinensis, « offerre illud electis ; » sed ex Epiphanio legendum ut edidimus.

(98) In Græco Epiphanii ἔθλιψα, « subegi, » eo sensu quo farinam subigere dicimus.

(99) Casinensis, « manduco et solvo. » Sed nos Bobiensis codicis, et Epiphanii lectionem expressimus.

(1) Codex Bobiensis, « respondet ad illum, qui detulit : Oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur, etc. » Epiphanius habet : « Dicit catechumeno, Oravi pro te, et ita ille discedit. Nam, sicut ego paulo ante dixi, si quis messuerit, demetetur. » Sed melior Latini interpretis lectio.

(2) Codex Bobiensis, « ita et si quis panem. »

(3) Idem codex, « alios præter hunc quem videmus, mundum. »

(4) Codex Bobiensis, « et ibi dicunt. »

(5) Idem codex, « qui levat manum. »

(6) Idem codex, « reptantium. Et si quod. »

(7) Codex Bobiensis, « corpus hoc non illud necesse est obscurari. » Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quod habet Epiphanius, « sed materiæ est, ipsumque corpus obscuritas est. »

Digitized by Google

Περὶ δὲ τοῦ παραδείσου, οὐ καλεῖται κόσμος· ἔστι δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ ἐπιθυμία καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων. Τὸ δὲ ἐν παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστιν ὁ Ἰησοῦς· ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ· ὁ δὲ λαμβάνων διακρίνει τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρόν. Ὁ μέν τοι κόσμος, οὐδ' αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἦ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη. καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται· ὃ δὲ ἐσύλησαν οἱ ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου· καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεέννας τοῦ πυρός· καὶ μετὰ τὴν παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν παρ' ὑμῖν προφητῶν οὕτως λέγει· Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. Καὶ διὰ τοῦτο πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν· ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ ἄρχων τὴν διάνοιαν· καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τοῦ Παρακλήτου. Ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, οὐ πλέον ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμόν· Ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως τσύτης· τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη· μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τούτοις χρῶνται. Καὶ πάλιν τὸ παρ' ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τῆς ἐπιθυμίας· καὶ διὰ τοῦτο ἁπλάριοι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, θεὸν αὐτὴν ἡγούμενοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως, ὅτι, ὁ εἰπὼν, *Δεῦτε, καὶ*

X. Paradisus autem qui vocatur mundus (8), et arbores quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, et cæteræ seductiones corrumpentes cogitationes (9) hominum. Illa autem arbor quæ est in paradiso, et qua agnoscitur bonum, ipse est Jesus, et scientia illius (10) quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum a malo. Mundus autem nec ipse est Dei, sed ex parte materiæ (11) plasmatus, et ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt principes a primo homine, ipsum est quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur a mundo: et si exierit anima quæ non cognoverit veritatem, traditur (12) dæmonibus, ut eam dooment in gehenna ignis: et posteaquam correcta fuerit, transfunditur (13) in alia corpora, ut dometur, et ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De prophetis autem qui apud vos sunt (14), hæc dicit: Spiritus esse impietatis sive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio ascenderunt (15), a quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excæcavit enim princeps ille mentes ipsorum (16); et si quis sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula, devinctus (17) intra massam, quoniam non didicit scientiam Paracleti. Præcepit autem electis suis solis, qui non sunt (18) amplius quam septem numero, ut cum desinerent (19) manducantes, orarent, et mitterent oleum super caput, exorcidiatum (20), invocatis nominibus plurimis, ad confirmationem fidei hujus: nomina (21) tamen mihi non manifestavit; soli enim (22) illi septem utuntur his nominibus. Et iterum ho (23), quod apud vos (24) magnum et honorabile est (25), nomen Sabaoth, ille dicit naturam esse hominis, et patrem concupiscentiæ; et propterea, inquit, simpliciores (26)

(8) Hinc patet apud Epiphanium legi debere ὃς καλεῖται κόσμος· non autem, οὐ καλεῖται κόσμος.

(9) Codex Bobiensis, « cogitationem. » Epiphanius habet, « cogitationes hominum illorum. Arbor autem. » Sed melior videtur Latini interpretis lectio.

(10) Codex Bobiensis, « et scientia ejus. » Epiphanius, γνῶσις, « cognitio, » vel etiam « scientia. » Hinc autem patet legendum esse apud eumdem, καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ, « ejusque cognitio. »

(11) Ita apud Epiphanium, et in codice Bobiensi. At Casinensis, « ex materia. »

(12) Codex Bobiensis, « et si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur. » Sed codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.

(13) Codex Bobiensis, « correpta fuerit, transfundetur. » Casinensis, « correpta fuerit, transfunditur. » Nos tamen, « correcta fuerit, » edidimus ex Epiphanio.

(14) Hinc patet apud Epiphanium pro ὑμῖν non esse legendum ἡμῖν, ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide infra not. 24.

(15) Codex Bobiensis, « ascenderunt, quibus deceptis. » Epiphanius, « et ob id aberrantes. » Male autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus Latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in Græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.

(16) Codex Bobiensis, « mentem illorum. » Ita et Epiphanius.

(17) Codex Bobiensis, « devictus, » quod est contra Græci textus sensum.

(18) Idem codex, « qui sunt, » mala lectio.

(19) Codex Bobiensis, « desinerint. »

(20) Oleum « exorcidiatum » ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant: hic enim syllaba *za* in *dia* convertitur; illi autem præpositionem Græcam διά, et *j* consonans vocalibus adjunctum in *z* mutabant; sic « Zabulus, » pro « Diabolus, » et similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium, cap. 1. — Quod attinet ad ea quæ hic observat cl. Zacagnius, videsis adnotata inferius ad Commodianum *Instr.* xxxv, v. 543.

(21) Codex Bobiensis, « ad confirmationem fidei. Hujus nomina. » Casinensis, « ad confirmationem fidei. Horum nomina. » Nos juxta fidem Græci apud Epiphanium textus emendavimus, « ad confirmationem fidei hujus. Nomina tamen, etc. »

(22) Codex Casinensis, « soli autem. »

(23) Bobiensis codex, « iterum quod. »

(24) Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse ἡμῖν, ut paulo ante monuimus.

(25) Codex Bobiensis, « esset. »

(26) Quid Manichæis ἁπλαρίων vox significaret, eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine Catholicos, quasi « simpliciores, » ut antiquus Latinus interpres transtulit, ab eisdem designatos fuisse ex anathematismis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis asseclæ, ad catholicam fidem venientes, probat Ducangius in *Glossario mediæ et infimæ Græcitatis*. Male autem in Cæsareæ bibliothecæ scripto codice, ex quo eosdem anathematismos a clarissimo viro Jacobo Tollio humanissime descriptos habeo, pro ἁπλαρίους, scri-

Digitized by Google

adorant concupiscentiam, deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus sit, ita dicit, quia qui dicit : *Venite* (27), *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [a], secundum (28) eam quam videmus formam, princeps est qui hæc dicit ad collegas suos principes : id est : Venite, date mihi de lumine quod accepimus, et faciamus secundum nostram, qui (29) principes sumus, formam, et secundum eam quam videmus, quod est primus homo ; et ita hominem creaverunt. Evam (30) quoque similiter fecerunt, dantes ei de concupiscentia sua ad decipiendum Adam ; et per hæc factum est figmentum mundi (31) per conditionem principis.

A ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἢ καθ' ἣν εἴδομεν μορφήν, ἄρχων ἐστὶν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἑτέροις ἄρχουσιν, ὅτι, Δεῦτε, δότε μοι ἐκ τοῦ φωτὸς οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν ἀρχόντων μορφὴν, καθ' ἣν εἴδομεν, ὃ ἐστι πρῶτος ἄνθρωπος· καὶ οὕτως ἔκτισε[*Isc.* ἔκτισαν] τὸν ἄνθρωπον. Τὴν δὲ Εὔαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Ἀδάμ· καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου ἐκ τῆς τοῦ ἄρχοντος δημιουργίας.

XI. Deum vero non habere partem cum mundo (32), nec gaudere super eo, quod (33) ab initio furtum (34) passus sit a principibus, et oborta fuerit ei tribulatio : hac de causa mittit, et furatur ab eis animam suam quotidie per luminaria hæc, id est per solem et lunam, per quos universus mundus et omnis creatura raptatur (35). Illum vero qui locutus est cum Moyse et Judæis et sacerdotibus, principem dicit esse tenebrarum : et ideo unum atque idem sunt Christiani, et Judæi, et gentes, eumdem Deum (36) colentes ; in concupiscentiis enim suis seducit eos, quia non est Deus veritatis. Propter hoc ergo quicunque in illum Deum sperant (37), qui cum Moyse locutus est et prophetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non speraverunt in Deum veritatis ; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, sicut ipse scripsit : Senior cum manifestam (38) fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, et ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consumat universum. Deinde iterum dimittunt animam, quæ objicitur inter medium novi sæculi (39), ut omnes animæ peccatorum vinciantur (40) in æternum. Tunc autem hæc fient, cum statuta venerit dies (41). Prolationes (42) autem omnes Jesus

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλῖψιν· τούτου χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν B τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. Τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους· ὥστε ἓν εἰσι καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες· ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας Θεός. Διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα καὶ τῶν προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας· ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. Μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν· Ὁ C πρεσβύτης, ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. Εἶτα πάλιν ἀφίησι τὸν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. Τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. Αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερ-

[a] Gen. i, 26.

bitur ἁπλαναρίους. Meliore tamen vocabulo eos ἁπλουστέρους vocat Manes in epistola ad Marcellum, superius relata.

(27) Idem codex, « ita dicit. Venite. » Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Cæterum dolose corruptum fuisse a Manete hunc Geneseos locum additione vocis « venite, » testis est Epiphanius num. 56.

(28) Idem codex, « et secundum. »

(29) Codex Bobiensis, « nostra, qua ; » lectio improbanda.

(30) Codex Bobiensis, « qui Evam. »

(31) Male Casinensis codex, « mundum. »

(32) Codex Bobiensis, « Dominum vero non habere patrem cum mundo. » Typographi forsitan error.

(33) Codex Bobiensis, « propter quod. »

(34) Male codex Casinensis, « furcam. »

(35) Codex Bobiensis, « rapatur. » Valesius autem recte correxit, « raptatur. »

(36) Codex Casinensis, « gentes unum Deum. » Codex autem Bobiensis, « gentiles eumdem Deum, » quam lectionem, consona cum esset Græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.

(37) Male codex Bobiensis, « superant. »

(38) Casinensis et Bobiensis codices habent, « Sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam. » At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum D restituimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra seniorem tertium vocat. Præterea codex Bobiensis, pro « fecerit, » habet « feceris. »

(39) Codex Bobiensis, « dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi sæculi. » Græca sonant : « Deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ teneantur. » Unde autem tanta inter textum Græcum et Latinam versionem diversitas oriatur, ignoro.

(40) Codex Bobiensis, « vincantur, » quam lectionem mendosam esse Græcus apud Epiphanium textus evincit.

(41) Codex Bobiensis, « cum ista tota venerit, probationes, » etc. Sed apud Epiphanium est, « cum statua venerit. »

(42) Hic locus mire in Bobiensi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur : « Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, et mater vitæ,

Digitized by Google

νῆται, καὶ ἡ παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσωθεν πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτε ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων· καὶ οἱ ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. Ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς κλίματα ὁδεύειν. Καὶ ὁ μὲν Ἄδδας τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν· ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται· Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο· καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες.

A est in modica navi, et mater vitæ, et duodecim gubernatores, et virgo lucis, et senior tertius. Unde et majori in navi (43) vivens spiritus adhibetur, et murus illius ignis magni, et murus venti, et aeris, et aquæ, et interioris ignis vivi (44), quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat : in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit duorum luminarium (45), et principes habitabunt in inferioribus partibus suis (46); Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina quam tradidit tribus discipulis suis, et jussit eos in tres mundi plagas (47) proficisci. Adda (48) partes sortitus est Orientis ; Thomas vero Syrorum terras B suscepit ; Hermas vero ad Ægyptum profectus est : et usque in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratia prædicandi.

XII. (49) Hæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus vero non movebatur, Deum exspectans, auxilium (50) veritati suæ futurum : Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit (51), et in Archelai episcopi (52) domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes, et virgines electos ad viginti duo (53) simul : et primo omnium Turbonem requirebat (54) pro foribus Marcelli ; quem cum non invenisset, ad Mar-

cellum ingreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est primo habitus indumenta ; habebat enim calceamenti genus, quod quadrisole (55) vulgo appellari solet ; pallium autem varium, tanquam acerina specie ; in manu vero (56) validissimum baculum tenebat ex ligno ebelino (57) ; Babylonium vero librum portabat sub sinistra ala ; crura (58) etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut prasini coloris erat : vultus vero (59) ut senis Persæ artificis et bellorum ducis (60) videbatur. Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius adfuisset, in-

et duodecim gubernatores, et virgo lucis, et senior tertius. Unde et major in navi vivens Spiritus adhibetur, et murus ignis illius magni, et murus venti et aeris, et aqua interioris ignis vivensque. Omnia in luna habitabunt usquequo totum mundum ignis absumat ; in quem autem annorum numerum non didici. » Videtur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in locis vim Græci textus, cujus verba apud Epiphanium ita Latine sonant ex versione nostra : « Cunctæ vero propagationes, seu prolationes potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, et vitæ mater, et gubernatores duodecim, et virgo lucis, et senior tertius, qui in majore navigio residet, et vivens Spiritus et ingentis ignis murus, et murus venti, et aeris, et aquæ, et interioris ignis viventis; hæ, inquam, omnes propagationes, seu prolationes, apud minus luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat; id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio. » Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum historia.

(43) Codex Casinensis, « majore navi. » Legendum autem « majori in navi. » Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.

(44) Codex Bobiensis, « et aquæ interioris ignis vivensque. » Casinensis, « eaque interioris vivi. » Nos ex Græco textu Latinum correximus.

(45) Codex Casinensis, « luminariorum. » Græca sonant, « duarum naturarum. »

(46) Hic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam « recipies, » perperam legitur.

(47) Hinc patet recte Petavium in Græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii Operum editione, substituisse κλίματα.

(48) Codex Bobiensis, « ex quibus Adda. » Cæterum ex codice Bobiensi et Epiphanio Casinensem sup-

C plevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

(49) Huc usque Epiphanius.

(50) Codex Bobiensis, « auxilio. »

(51) Codex Bobiensis, « donavit. »

(52) Vox, « episcopi, » deest in Bobiensi.

(53) Codex Bobiensis, « ad duodecim. »

(54) Codex Bobiensis, « requirit. »

(55) Codex Bobiensis, « trisolium. » Persas altis calceis usos fuisse ait Strabo lib. xv.

(56) Mire corruptus est hic Bob. cod. ; legit enim, « aer inaspici enim. Manus vero. »

(57) Codex Bobiensis, « ebilino. » Baculum ex ebeno gestasse prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Callisthene probat Ducangius in *Glossario*, verbo Ἐβέλινος.

(58) Hic lacuna est in codice Bobiensi.

(59) Casinensis, « vultus erat. »

D (60) *Artificis et bellorum ducis.* Ad hæc verba præstat in medium proferre quæ animadvertit Philippus Buonarruotius v. cl. in opere Italice inscripto : *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro*, edito Florentiæ 1716, pag. 69. Cum, inquit, hujus disputationis Acta e Græco sint translata, hæc verba « artificis et bellorum ducis » quæ cum præcedentibus minus recte cohærent, versa videntur ab interprete qui exemplari mendoso usus fuerit, quique sic legerit ὡς δημιουργοῦ καὶ στρατηγοῦ, cum fuisset legendum ὡς δημάρχου καὶ στρατηγοῦ : quæ proinde verba hoc pacto vertenda essent, ut pro « artificis » legatur « principis populi » sive « tribuni, » et pro « bellorum ducis » legatur « magistratum gerentis, » juxta vim vocis στρατηγός, quæ quidem non tantum militare munus, sed etiam civile innuit. Idque confirmari potest auctoritate Plauti in *Curculione*, act. II, scen. III, v. 6, 7, ubi utraque hæc vox cum aliis muniis civilibus jungitur : *Nec strategus.... nec demarchus*, etc.

Digitized by Google

specie ejus, et maxime quidem (61), quod et quæ Turbone referente cognoverat; secretius factum apud semetipsum retractaverat, et diligenter præparatus advenerat. At vero prudentissimus Marcellus omni contentionum studio sublato, utrumque audire decernit (62), invitatis viris primariis civitatis; ex quibus judices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc sunt nomina : Manippus grammaticæ artis et disciplinæ rhetoricæ peritissimus, Ægialeus (63) archiater nobilissimus et litteris apprime eruditus, Claudius et Cleobolus duo fratres egregii rhetores (64). Fit ergo magnificus conventus; ita ut domus Marcelli, quæ erat immensa, repleretur ex his qui ad audiendum fuerant vocati (65) : et cum in conspectu omnium constitissent ii qui adversum se dicere proponebant, tunc illi electi judices excelsiores omnibus consederunt, atque Manæ dicendi initium datum est. Silentio igitur facto, primum (66) aggressus est hoc modo:

XIII. (67) Ego, viri fratres, Christi quidem sum discipulus, apostolus vero Jesu; pro nimia autem humanitate Marcelli adesse festinavi, ut qualiter oporteat observare modum divinæ religionis, eum edoceam : ne sicut muta animalia, quæ intellectu carent nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc se velut deditilium doctrinæ Archelai subjugavit, ad ultimum damno animæ feriatur, cum præparandæ divini cultus observantiæ ultra non habuerit facultatem. Scio autem et certus sum, quod emendato (68) Marcello, etiam vos omnes salvi esse poteritis; ipsius enim judicio suspensa pendet urbs vestra : quod si ab unoquoque vestrum abjiciatur vana præsumptio, et ea quæ dicentur a me, veri amore audiantur, futuri sæculi hæreditatem, cœlorum regna capietis. Sum quidem ego Paracletus, qui ab Jesu mitti prædictus sum, « ad arguendum mundum de peccato et de injustitia [7] (69). » Sicut et qui ante me missus est Paulus, « ex parte scire, et ex parte prophetare [8] » se dixit, mihi reservans quod perfectum est, ut hoc quod ex parte est destruam. Tertium ergo testimonium accipite, apostolum me esse Christi electum : et si vultis mea verba suscipere, invenietis salutem; nolentes autem, vos æternus ignis absumere habet. Sicut enim Hymenæus et Alexander « traditi sunt Satanæ, ut pœnarum principi trademini, pro eo quod manus injecistis in Patrem Christi, cum eum dicitis causam esse omnium malorum, et conditorem injustitiæ, et totius iniquitatis createrem, ex eodem fonte dulcem et amaram producentes aquam : quod fieri aut intelligi nulla ratione possibile est. Cui enim oportet credi? magistris vestris istis, qui carnibus vescuntur et affluentissimis deliciis perfruuntur : aut Salvatori Christo Jesu dicenti, sicut scriptum est in Evangeliorum libro : « Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere [10]; » et alio in loco, patrem diaboli [11], mendacem et homicidam ab initio esse confirmat; rursum desiderium fuisse tenebris (70), ut insequerentur illud, quod de luce initio fuerat prolatum Verbum, et inimicum hominem zizaniorum seminatorem [12], et principem sæculi mundi hujus Deum [13], qui hominum mentes excæcat, ut in Evangelio Christi deserviant? Bonus est iste Deus, qui suos homines salvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam et spatium temporis obteram, veræ doctrinæ differens (71) tempus, hæc dixisse sufficiat, et ad propositum redeam, ut competenter ostendam istorum absurdam esse doctrinam, nec quidquam Deo et Patri Domini nostri Salvatoris ascribendum, sed malorum nostrorum causam accipere Satanam : in ipsum etenim rejiciendum, quod omnia hujuscemodi mala ab ipso generentur. Sed et ea quæ in prophetis et lege scripta sunt, ipsi nihilominus ascribenda sunt; ipse est enim, qui in prophetis tunc locutus est, plurimas eis de Deo ignorantias suggerens, et tentationes, et concupiscentias. Sed et devoratorem eum sanguinis et carnis ostendunt; quæ omnia ad eum pertinent Satanam et ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in Patrem Christi, et scribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cætera quæ sunt falsa, crederentur. Unde bonum nobis est ex omnibus quæ usque ad Joannem scripta sunt, nihil omnino suscipere, a diebus vero ejus evangelizatum regnum cœlorum solum amplecti : semetipsos enim irriserunt, ridicula et ludicra introducentes, exiguis quibusdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis si admiscerentur bona, malorum corruptione etiam quæ bona sunt, exterminantur. Et si quidem est quisquam, qui possit

[7] Joan. xvi, 8. [8] I Cor. xiii, 9. [9] I Tim. vii, 30. [10] Matth. vii, 18. [11] Joan. viii, 44. [12] Matth. xiii, 25. [13] Ephes. vi, 12.

(61) Codex Bobiensis non habet, « quidem. »
(62) Codex Casinensis male, « cernit. »
(63) Codex Bobiensis, « grammaticus et disciplinæ rhetoricæ artis peritissimus, et Ægidius. » Horum autem judicum primum, gentilium philosophiæ professorem, secundum medicum, tertium grammaticum, quartum rhetorem facit Epiphanius num. 10.
(64) Codex Casinensis, « rectores. »
(65) Codex Bobiensis, « convocati. »
(66) Codex Casinensis, « plurima. »
(67) Huc usque Valesius edidit ex codice Bobiensi.
(68) In codice Casinensi, « enim dato. »
(69) Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in sacro textu, « justitia, » scribitur contrario sensu. Varia autem sacræ Scripturæ loca dolose interpolasse, atque corrupisse Manetem diserte Archelaus asserit infra cap. 53, et ex Epiphanio colligitur in ejusdem hæresi num. 56.
(70) Videtur respicere Manes ad illa Joan. i, 5 : « Et tenebræ eum non comprehenderunt. »
(71) In codice Casinensi, « disserens » legitur.

Digitized by Google

ostendere, legem recti tenentem esse, debet custodiri; sin autem malam ostendere, interimenda est et abjicienda, quippe quæ mortis (72) ministerium continet informatum [16], quæ vultus Moysi gloriam, contegens, destruxit. Non est igitur sine periculo cuiquam vestrum pariter cum lege et prophetis novum Testamentum, tanquam (73) unius sint utraque, docere, quippe cum renovet de die in diem Salvatoris nostri eruditio; illa vero veterascens et senescens prope exterminium fiat. Quod manifestum est his, qui discretionem habere possunt; quia sicut arboris cum senuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, sed abscinduntur, et membra corporum cum corrupta fuerint, amputantur : corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, et nisi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo et recipientes legem, nisi cognoveritis cujus sit, animas cum salute perdetis. « Lex enim et prophetæ usque ad Joannem Baptistam [17], » a Joanne vero lex veritatis, lex promissionum, lex cœlorum, lex annuntiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui verissimam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis : nunc autem et videtis, et auditis, et in inscitias (74) ire vultis, ut legem quæ destructa est et relicta, (75) sicut Paulus qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam Epistola sua hoc modo : « Si enim quæ destruxi hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constitŭo [18]. » Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod sub elementis mundi essent [19], priusquam venerit plenitudo fidei, credentes in lege et prophetis.

XIV. *Judices dixerunt :* Si quid adhuc manifestius habes, dic de doctrinæ tuæ modo, et fidei titulo. *Manes dixit :* Ego duas naturas esse dico, unam bonam, et alteram malam; et eam quidem quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam vero esse tam mundum hunc, quam omnia quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt, sicut ait Joannes : « Totus mundus in maligno est positus [20], » et non in Deo. Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, et alium qui extra eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, et omnia Deum replere, et nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam ipse in his pariter cruciabitur. Non ista sentiatis quicunque salutis vestræ curam geritis; exemplum enim vobis dicam, ut plenius intelligatis. Unum vas est mundus; quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? Aut quo proficiet quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? ubi cœlum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi sedes? ubi potestates? ubi principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, et ubi? Non potest aliquis dicere, nisi forte blasphemet. Quomodo autem et condere potuit creaturas non subsistente materia? Si enim de non exstantibus, consequetur (76) has visibiles creaturas meliores esse, et omnibus virtutibus plenas. Quod si malitia est, et mors in eis, et corruptio, et si quid bono contrarium est; quomodo ex alia natura factas esse eas dicimus? Si vero consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui et ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commistio cum uxoribus vestris, de hujuscemodi occasione descendens. Cum quis vestrum carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, et ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliqua, nec ex philosophia, nec ex alio ullo intellectu; sed ex sola ciborum satietate, et libidine, et fornicatione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imaginem Dei factus est pater noster Adam, et ad similitudinem, et similis est ei qui fecit eum? Quomodo omnes qui ex eo generati sumus, similes ei sumus? imo vero econtrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultus ferentes effigiem? Quod quam verum sit, demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem thesaurum aut aliquid aliud signare (77), et accepta cera, vel luto velle vultus sui signaculum quod

[16] II Cor. vi, 7. [17] Luc. xvi, 16. [18] Gal. ii, 18. [19] Gal. iv, 3. [20] I Joan. v, 19.

(72) Hic unus ex illis sacræ Scripturæ locis esse videtur, quos Manes, Archelao teste in cap. 53 hujus disputationis, ad suam fulciendam hæresim corrupit : nam diversum sensum præ se ferunt Pauli verba ad quæ respicit, tam in vulgata editione, quam apud Archelaum nostrum infra cap. 43.

(73) Ita codicis Casinensis lectionem correximus, in quo scriptum est, « novum testimonium, tum tanquam. »

(74) Locus corruptus : forte, « et inficias. »

(75) Deest fortasse, « observetis, » vel quid simile.

(76) In codice Casinensi est, « consequentem. »

(77) Antiquos annulis omnia signasse, quæ a domesticorum et servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ et Græcæ studiosis, deque ea post alios late agit Kirchmannus *De annulis*, c. 10. Annuli ad hoc facti, *signatorii*, et *sigillatorii*, et a Vopisco in Aureliano *sigillatitii* nuncupantur; quin et *signacula*, ut *Archelai disputationis* interpres vertit, dici posse scite tradit Salmasius *De subsignandis testamentis*, cap. 19. Cera autem in hanc rem usos fuisse veteres late probat Vossius *De idololatria*, lib. iv, cap. 91. De creta, quam *lutum* idem Archelai interpres vocat, testis est Servius in lib. iv *Æneidos*, ad illa verba : *Longæva sacerdos*, ubi Sibyllæ apud Cumas agenti ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, « antiquo more signatam. »

Digitized by Google

gerit, exprimere; quod si alius quoque vultus sui figuram similiter expresserit, nunquid simile signaculum apparebit? Nequaquam, etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia, quomodo non probatur principum nos, et materiæ esse facturam: secundum enim (78) ipsorum formam, et similitudinem, et imaginem etiam nos existimus formæ diversæ. Quod si eam quæ ex initio facta commistio est, et qualiter facta sit, vultis ediscere, edicam.

XV. *Judices dixerunt:* Non prius quæritur quomodo facta sit prima commistio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam si pars aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissa dicemus, quod nostræ opinioni claruerit. Demus tamen et Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. *Archelaus dixit:* Tametsi ingentis audaciæ, et blasphemiæ plena est intentio adversarii. *Manes dixit:* Audite, judices, quid dixerit (79), adversarii? Ergo duæ res sunt. *Archelaus dixit:* Insaniæ magis quam prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero adversarii, sed ablata tibi est in modico sermone objectio: tametsi quidem ex hoc arbitratus es me affirmaturum (80) duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum quæ asseris, stat. Potest enim is qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, et ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum atque idem uterque apparebit; quæ causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde et conversiones recipiunt, et ideo ingenitæ naturæ esse non possunt (81). Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est, non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur, retractans: Quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in Evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permistionis statum et causam necessario expetet (82). Interea aliquando respondit Manes: inconvertibiles quidem sunt utræque, quantum spectat (83) ad contraria: convertibiles vero, quod spectat ad propria. *Archelaus dixit:* Videris mihi delirus esse, et obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem quæ didicisti (84), verborum virtutes vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his quæ a te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria spectat (85); convertibilem vero, quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit a se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis; qui vero recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. *Judices dixerunt:* Convertibilitas illum cui accidit, transfert in alium; ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse gentilis, hæc species est convertibilitatis, et causa. Neque vero si gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, nunquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? *Et immorante Mane, Archelaus ait:* Si quidem convertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est quod impediat, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis quæ similiter inconvertibiles sunt et similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest, et bonum effici malum, et malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cœlum nondum exstitisset, et nondum terra subsisteret, non homo, non animal; in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? Quod si suis eum dicas exstitisse malum,

Meminit Herodotus in *Euterpe*, γῆς σημαντρίδος, « terræ signatricis; » et Cicero, orat. IV *in Verrem*, epistolæ *cretulæ* signatæ. Cujus autem generis esset hæc terra, ex eodem Cicerone liquet in or. *pro Flacco*, ubi sic ait: « Hæc quæ a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed et in privatis litteris. » Pinguis enim, lenta et glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in annulis interdum repræsentata, locus est Plauti in *Pseudolo*, scen. I:

Eu causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex anulo suam imaginem.

Cæterum thesauri sigillo obsignati mentio est apud Theodoretum in orat. 5 *De providentia*, haud procul ab initio, ubi de apibus.

(78) In codice Casinensi erat, « sed Deum enim, » nullo sensu: nos ex ingenio, ut editum est, correximus.

(79) Forte, « quod dixerit, » vel « quia dixerit. »

(80) Ita hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, « tam si quidem ex hoc arbitratus est se affirmaturum; » sed supra vocem *tam*, quædam lineola litteræ *c* similis apparebat, quam particulæ et compendium esse putavimus.

(81) Forte, « et ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt. »

(82) In codice Casinensi erat, « expetit. »

(83) In eodem codice tam in hoc commate, quam in sequenti, perperam legitur, « exspectat. »

(84) Forte, « dixisti. »

(85) Et hic male legitur in codice Casinensi, « exspeciat. »

Digitized by Google

sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si vero et illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam et Satanas ejicere? Sed conclusus sermone convertis (86), ut dicas, Bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? « Quis enim potest introire in domum fortis, et deripere vasa ejus, nisi illo sit fortior [19]? » Quod si hominibus cum malum exstitisse dixeris, et ex eo malitiæ suæ indicia demonstrasse : ergo ante hoc bonus fuit, et convertibilitatem recipit ex eo, quod creati hominis (87) causa invenitur exstitisse malitiæ. Sed postremo dicatquod est malum, ne forte nomen solum defendat aut astruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ et nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu [20].

XVII. *Manes dixit :* Constet apud te prius, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, et tunc tibi dicam fructus ejus. *Archelaus dixit :* Non hoc veri expetit ratio; neque enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si velit aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam et pessimam, nisi prius qualitas fructuum ejus fuerit manifestata : scriptum est enim, quia de fructibus arbor cognoscitur [21]. Dic ergo nobis, o Manes, arbor quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? *Manes dixit :* Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo; fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia et omnes mali actus malæ illius radicis. *Archelaus dixit :* Ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radicis, gustum nobis eorum profer; substantiam enim ingenitam esse pronuntiasti hujus arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. *Manes dixit :* Hæc ipsa injustitia quæ in hominibus est, testimonium reddit, et avaritia de gustu illius malæ radicis. *Archelaus dixit :* Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris hujus iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. *Manes dixit :* Ita plane. *Archelaus dixit :* Si fructus isti sunt, id est, actus hominum mali, ipsi ergo homines radicis locum atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronuntiasti fructus ferre hujuscemodi. *Manes dixit :* Ita dico. *Archelaus dixit :* Male dicis, Ita dico; non enim ita dicis, alioquin cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. *Manes dixit :* Impossibile est quod dicis; si enim unus cessaverit, aut alius, aut plures; alii autem hoc agerent. *Archelaus dixit :* Si omnino possibile est unum, et alium, et plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, et unius massæ homines omnes; et ne otiose per ineptias sequar, ea quæ incondite protulisti, certis præscriptionibus excludam. Ais fructus malæ radicis atque malæ arboris esse actus hominum, id est, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia et reliqua his similia ? *Manes dixit :* Ita. *Archelaus dixit :* Ergo si humanum genus interire pervenerit a facie terræ, ita ut ultra jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia, fructum ultra non afferens. *Manes dixit :* Et quando, quod dicis, fiet? *Archelaus dixit :* Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum est, aut factura? *Manes dixit :* Factura est. *Archelaus dixit :* Si factura est homo, quis est adulterii, et fornicationis, et reliquorum talium pater? cujus hic est fructus? Priusquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? *Manes dixit :* Sed homo a mala natura plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiam si peccet, etiam si non peccet : unde semel absolute nomen hominum et genus tale est, etiamsi justa gesserit aut injusta. *Archelaus dixit :* Sed et illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. *Judices dixerunt :* Hoc volumus scire a te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore ex quo malum eum fuisse asseris; certus esto, quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi prius gustaverit quis, sicut et ex fructu omnis arbor dignoscitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. *Manes dixit :* Semper. *Archelaus dixit :* Ostendam etiam hoc, optimi viri et prudentissimi auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam et ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, et artificium ejus in malo conversum, utendo ex eo perverse; omne peccatum exstitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum Scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis tempore a se creati (88), cur malus ostendatur? Quid in

[19] Marc. III, 27. [20] Matth. VII, 18. [21] Ibid. 16.

(86) Forte, « sermonem convertis. »
(87) Forte, « creatio hominis. »
(88) Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modica vocum transpositione clare sensus ejus constabit, ut sit : sed ex tempore ominis a se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur?

Digitized by Google

eo concupivit? si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur aut concupiscit, meliora et aliena concupiscit. Si ergo ex eo homo est, mala natura, demonstratur quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo. Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus ; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo causa est? Lege autem ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti et his quæ ab eo dicebantur, cui si non obtemperasset homo, qua ex causa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum, et quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem ; et ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex et mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno, aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille qui accipit præceptum, quomodo potest adversus diabolum, id est, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte inutilitatem hominis designas, si per legem et mandatum adversus eum qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum diabolum putabimus, quod adversum se hominem fecisse non senserit, nec animadverterit quid futurum esset, nec providerit quid sequebatur; cum etiam in nobis qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest et aliquid prudentiæ, et existimationis nonnunquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credimus, neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, et obtusissimi cordis, et naturæ pecoris invenitur, secundum assertionem videlicet tuam? Quod si ita est, quomodo homo qui ingenio atque scientia non parum pollet, ab eo qui ignarus omnium atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quod si homo anima est et corpus, et non solum corpus sine anima, quæ sine se subsistere non possunt ; quare ea inimica sibimet dices et contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas: « Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, et vinum effundetur [22]. » Sed vinum novum in utres novos mittendum est, quoniam quidem idem Dominus est utris et vini, nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione et observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore, sed habere unumquodque qualitatem suam; et tanquam ad unum genus atque unam speciem hominum, uter ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis : gaudet enim anima corpore, et diligit et colit illud ; nihilominus etiam corpus gaudet ab anima se vivificatum. Quod si maligni opus dicat esse quis corpus, cum sit et corruptibile ac vetustum atque deterrimum, non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ commotionem et ejus splendidissimam creaturam. Sicut enim si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri [23], major scissura fit; ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ associatum fuerit, interiret. Similiter et si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosum, fugantur continuo tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, anima corpori inserta, continuo tenebras effugatas, et unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum : et ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, et assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utraque, id est, corporis atque animæ substantia, in qua ait Scripturarum doctor maximus Paulus, Deum in corpore [24], sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est [25]; spiritus autem qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum ; neque ergo templum constitui potest, non agnito prius habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit exstructum. Cum ergo utrumque una ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri potest, et non potius ab amicis atque idem volentibus utrumque videtur effectum? Et ut scias, quoniam et amicitia et genere conjuncti sunt, qui scit et audit : « Faciamus hominem, » et reliqua, respondit. Hic enim qui templum exstruit (89), interrogat illum qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis ac latitudinis vastitatisque perquirit, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum exstruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis atque mensura, ut possit apte in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus; Deus (90) qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam, ut aut ille qui templum exstruit, angustum faciat, ita ut capere non possit quod eol

[22] Matth. IX, 17. [23] Ibid. 16. [24] I Cor. XII, 18. [25] I Cor. III, 17; II Cor. VI, 16.

(89) Forte, « sic enim qui templum exstruit. » In codice enim erat, « exstruis. »
(90) In codice Casinensi, « Deum. »

Digitized by Google

locatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit et ponderosum, quo intromisso, templum continuo concideret? Secundum hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemplemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eadem æquitate disponi, similique gloria efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantum, si placet, etiam illud exemplum : similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi et flecti possit in quæcunque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo et totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus; reguntur autem utraque arbitrii atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; quæ cum per conjunctionem (91) unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcunque ex semetipsis efficiunt, uni auctori et conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, ita ut pene manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens et reprimens, conquiescere fecit. *Judices dixerunt :* Sufficienter ostendit Archelaus hominis et corpus et animam unius esse factoris, eo quod consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis a se dissentiret alterius. Quod si dicatur unum explicare utrumque minime valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia et si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis nisi etiam corpus acceperit. Quod si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum, otiosum nihilominus erit, si animam non acceperit : quæ utique nisi commistione atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eumdem esse factorem. *Archelaus dixit :* Scire te non dubito, Manes, hoc, quod generantis aut creantis filius dicitur ille, qui natus est et creatus (92). Quod si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundum naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines : « Sic dicite cum oratis : Pater noster, qui es in cœlis [26]. » Et iterum : « Orate Patrem vestrum (93), qui est in occulto [27]. » De Satana autem dixit vidisse se eum : « Sicut fulgur cadentem de cœlo [28], » uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare, neque enim descenderat Jesus, ut homines conjungeret, et reconciliaret Satanæ, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse gentiles, qui multos quidem introducunt deos, unanimes tamen atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos discordemque sententiam non erubescit astruere. Quod si simulatos (94) sub hujuscemodi conditione introduceret (95) deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas diversasque sententias.

XXI. Jam vero de interiore atque exteriore homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos qui camelum glutiunt et deforis hypocritæ sunt, blandimentis atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait : « Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ; quare, quod deforis est catini, et calicis lavatis; quod autem intus est, immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, et quod de intus est, fecit [29]? » Nunquid de catino, et de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem Pharisæi aneti et cimini decimas exspectantes [30], quæ erant graviora legis relinquebant, et his (96) quæ extrinsecus erant adhibentes diligentiam, contemnebant ea quæ ad salutem animæ pertinebant; exspectabant etiam salutationes in foro [31], et primos discubitus in cœnis, quos sciens Dominus (97) Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus quæ deforis erant, adhiberent diligentiam, et ea quæ intrinsecus erant contemnerent velut aliena, ignorantes quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit et animam. Et quis ita lapideus est et stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paulus ait, interpretans ea quæ in lege scripta sunt, hoc modo : « Non infrenabis os bovi triturant. Nunquid de bobus cura est Deo? Aut propter nos (98) utique dicit [32]? » Sed quid immoramur ulterius? adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita et his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est et non ubique diffunditur, et erit multo inferior loco in quo est (majus (99) enim quod continet semper eo quem continet), et efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est, qui inter eos diviserit, aut quis eis certos terminos statuerit; et inve-

[26] Matth. vi, 9; Luc. xi, 2. [27] Matth. vi, 6. [28] Luc. x, 18. [29] Matth. xxiii, 26; Luc. xi, 39. [30] Luc. xi, 48. [31] Luc. xx, 46; Matth. xxiii, 6; Marc. xii, 38. [32] I Cor. ix, 9.

(91) In codice Casinensi est, « quæ cum conjunctionem. »

(92) In eodem codice legitur, « natus est creatus. »

(93) Melius in Vulgata, « ora Patrem tuum in abscondito. »

(94) In codice Casinensi, « quod simulatos. »

(95) In Casinensi codice est, « introduceret. » Sed hic de gentilibus loqui palam est : quare legendum, « introducerent. »

(96) In eodem codice, « ex his. »

(97) Hic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim, « primos discipulos subitos in cœnis, quod scientes Dominus. » Nos cum ex sacro textu restituimus.

(98) Melius Vulgata, « an propter nos. »

(99) In Casinensi, « malus, » nullo sensu.

Digitized by Google

nitur jam uterque multo inferior virtutis humanæ. Lysimachus enim et Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras atque omne genus hominum subjicere potuerunt, ita ut non esset alius imperator per illud tempus præter ipsos sub cœlo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum et sempiternum, ceu (1) nequissimi istius impietas, qui nec æqualem quidem (2) cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit?

XXII. *Judices dixerunt :* Lumen in tota domo lucere scimus, et non in una aliqua parte, sicut et Jesus dicit, quia « nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt [33]. » Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, et non per partes ; a quo (3) si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi forte accidentes, intelligantur? *Archelaus dixit :* Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo evangelicus, quam ab isto qui se paracletum esse profitetur, quem ego magis parasitum quam paracletum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium a cœlo et terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas quæ est terræ locus umbra obtectus, objectu (4) videlicet earum quæ factæ sunt creaturarum, inveniretur obscurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde et in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ ; sed ipse tacuit, his qui possint advertere, derelinquens rationem hujus intellectus ; quæ quidem nec satis est ardua atque difficilis : cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab oriente fuerit exortus, et tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit, et interior effectus fuerit ea quæ apud Græcos sphæra vocatur, quod tunc objectu (5) corporum obumbratus non appareat? Sed obtecto eo, obstante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras ; usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ atque noctis causa, corporis terræ soliditas ; quod etiam ex suimet ipsius umbra (6) homo intelligere potest. Ante cœlum enim et terram atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret ; et ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei cui potestas est omnium, plagam quæ ad occasum est, auferre de medio ; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera aut tenebræ ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, et medium cœli [a]xem pene semper tenebit, nec aliquando desinet apparere : et per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, et sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante ; hi quidem qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pene dixerim, dormientibus adhuc iis qui e diversa plaga consistunt, isti priores dici exordium sumant. Sicut autem ante eos qui in parte occidua jacent, illis lumen exoritur, ita velocius obscuratur, et soli omnium qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cœlum, nullus est locus qui aut lucidior aut obscurior esse videatur ; sed omnes mundi partes ex æquo et justo (7), solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduæ plagæ pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sint, cum possim et zodiacum circulum describere : sed non intui nunc fieri ratus sum (8), propter quod de his silebo, et ad illud caput recurram quod objecit adversarius, affirmans omni nisu (9), tenebras esse ingenitas ; quod et ipsum, quantum valuimus, jam confutatum est.

XXIII. *Judices dixerunt :* Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, et nihil fuisse objectum quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, et omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his quæ a te nuper dicta sunt ; in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, et ex una parte habitent tenebræ, ex alia vero lux ; intelligitur nihilominus, quia ex eo quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ : et rursum nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus ; rur-

[33] Matth. v, 16.

(1) In codice Casinensi est, « eu, » quod legendum putavimus, « ceu. »

(2) Ita depravatum locum ex ingenio restituimus ; nam in codice Casinensi scribitur : « Nec quæ vellem quidem. »

(3) Forte, « atqui. »

(4) In Casinensi codice, « obtectu. »

(5) In Casinensi est, « quod nunc oblectu. »

(6) Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, « exuet ipsius umbra. »

(7) In codice Casinensi legitur, « ex ea quo, » et mox, « fulgure. »

(8) Locus manifeste corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit.

(9) In Casinensi erat, « omni nisi ; » sed legendum, « omni nisu, » hoc est, omni conatu ; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40, et præsertim cap. 47.

Digitized by Google

sus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. *Archelaus dixit :* Dicat mihi etiam hoc ad ea quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, et maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit utriusque majus (10), sicut dicit in Genesis libro, quia « divisit Deus inter lucem et tenebras [34]. » Talem esse aliquem necesse est et muri istius instructorem : murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potius hæreditatis sit ratio. Verum nunc non est mihi de his dicendum, quanquam necessarium videatur; nam illud est quod petimus, quis est qui exstruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. Dicat quemquam, qui medium exstruxerit murum. Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui exstruxit? Vos deprecor, judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, judicate, quis ex duobus exstruxerit, et quid agebat unus, cum alter exstruxerat.

XXIV. *Judices dixerunt :* Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. *Manes dixit :* Bonus Deus, et nihil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse patefaceret (11) malignum. *Archelaus dixit :* Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, et deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non exstantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, asseris exstruxisse, ut homines solent exstructores. Interdum etiam eum timidum, interdum et convertibilem dicis; Dei est enim agere, quæ Dei sunt; hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, et nihil fortitudinis habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circumdare; in quo et ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut et multa assertionum copia, machinationum adversarii diversitas destruatur, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni : impossibile enim est sine hoc uno habere unumquemque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, et malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi forte prius dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri, atque etiam oculis nostris nuper conspeximus (12). Cum rex aliquis oppugnat turrim valido muro circumdatam, adhibet primo ballistas et jacula, securibus deinde portas excidere atque arietibus muros conatur evertere; et cum obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives abducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iste? Non substantia, id est proposito adversarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum : in præcedentibus enim professus est quia supervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis prius dejecit munitionem? Impossibile enim erat ingredi malum, munitione constante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiamsi tu differas, aggrediar mea sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum moverit ad destruendum hoc, quod prius propter importunitatem maligni, et separationem ipse exstruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpessus, adversum se ipse pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quod si horum nihil in causa est Deo destruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum a se et separandum malum ipse construxerat; illud nec mirum putandum est, quod ejus consortio (13) fuerit delectatus; munitio enim quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, ideirco destructa videbitur, quoniam non jam molestus, sed amicus fore putabitur. Quod si a maligno murum dicas esse destructum, quomodo possunt boni Dei opera a maligno superari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo et ipse, cum sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, et comprehendit, evangelista testimonium ferente : « Lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehenderunt [35]? » Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc illæsis oculis (14) solis radios in se recipere non pos-

[34] Genes. I, 4. [35] Joan. I, 5.

(10) In codice Casinensi, « utrumque majus. »
(11) In codice Casinensi, « partum faceret. »
(12) Nota Archelai ætatem, et habitæ disputationis tempus; loqui autem hic videtur Archelaus de Carrhis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho Orientis rege Gallieni imperatoris temporibus in Romani imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in *Gallieno*, cap. 10 et 12.
(13) In codice Casinensi, « putandum est consortio. » Sed, « si ejus consortio, » vel, « quod ejus consortio, » videtur legendum.
(14) In eodem codice, « illius oculis, » nullo sensu.

Digitized by Google

sunt, ita et hic ferre non valet regni lucis intuitum, sed manet semper extraneus et alienus.

XXV. *Manes dixit :* Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datum est scire mysteria regni cœlorum [36]. Et jam quidem (15) scio qui sint nostri : « Meæ enim, inquit, oves vocem meam audiunt [37]. » Propter nostros ergo quibus datus est veritatis intellectus, per similitudines dicam. Similis est malignus leoni, qui irrepere vult gregi boni pastoris; quod cum pastor viderit, fodit foveam ingentem, et de grege tulit unum hœdum, et jactavit in foveam; quem leo invadere desiderans, cum ingenti indignatione voluit eum absorbere, et accurrens ad foveam, decidit in eam, ascendendi inde sursum non habens vires; quem pastor apprehensum pro prudentia sua in cavea concludit, atque hœdum qui cum ipso fuerit in fovea, incolumem conservavit. Ex hoc ergo infirmatus est malignus, ultra jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, et salvabitur omne animarum genus, ac restituetur quod perierat, proprio suo gregi. *Archelaus dixit:* Si leonem maligno comparas, Deum vero pastori, oves atque hœdum, dic, cuinam comparabimus? *Manes dixit :* Oves et hœdus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. *Archelaus dixit* : Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in fovea. *Manes dixit :* Nequaquam, absit hoc; sed apprehensus est hoc ingenio, in futurum vero salvabit eam. *Archelaus dixit :* Ridiculum jam istud est, viri auditores, si agnum quem retinebat in sinibus, pastor extimescens leonis ingressum, projecit eum devorandum, et dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non totum hoc ridiculo plenum est? Nam et in hoc etiam judicium adimitur. Deus enim (16) Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo assumendam. Quando enim pastor, nonne David (17) de ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter *ore leonis ;* quod ait, de ore leonis aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi : Deus est, et omnia potest. Audi ergo ad hæc : cur igitur quod possit, non illud potius asseris, quod poterit propria virtute vincere leonem, sive pura (18) Dei potentia, et nunquam machinis quibusdam, et foveæ hœdo sive agno tradito? Dic mihi etiam illud, si pastori superveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hœdus esset? *Manes dixit :* Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quæcunque poterat invenire, discurrens per vertices montium ; quod si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestiis quæ erant sub regno suo. *Archelaus dixit* : Ergo unius sunt substantiæ, bestiæ quæ sunt in regno maligni, et hœdi qui sunt in regno boni Dei? *Manes dixit :* Absit; nequaquam : nihil commune est, neque ipsis ad invicem, neque his quæ sua sunt. *Archelaus dixit :* Unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat cibum, aliquando et de his boni Dei; nulla est in his differentia, quantum ad escas pertinet, et ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. Sed aliud (19) alio longe differre ignorantiam pastori ascribimus, quia non aptam escam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rursus dissimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illumne igitur qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum animam provocavit, nec sola fovea ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, et dolos exquirere? Et sicut rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circumdat ac præparat, manui ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, et agit omnia, usquequo vincat et obtineat adversarium.

XXVI. *Judices dixerunt :* Si ais pastorem hœdum sive agnum leoni projecisse, cum ille irrueret adversum ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hœdorum atque agnorum, cum ipse inveniatur eis in delicto, si causa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, et consequens est, ut quodcunque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si dominus unum e servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum eum ipsum (20) tradiderit inimico, sicut leoni hœdum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, et interroganti se pastori, cur in his

[36] Matth. xix, 11. [37] Joan. x, 27.

(15) In Casinensi codice scribitur, « etiam quidem. » Sed legendum videtur, « et jam quidem ; » sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

(16) Loquitur hic Archelaus ex Manetis sententia, qui cum pastorem prævidentem ac prænoscentem inevitabili leonis devorationi exposuisse hœdum diceret, necessario consequebatur pastorem ipsum causam esse perditionis hœdi, eique illius necem jure ascribi.

(17) Hic aliquid deesse videtur. Forte : « quando enim pastor hoc fecit? Nonne David, » etc.

(18) Ita corrigi debere videtur lectio codicis Casinensis, qui habet, « si et pura; nisi malueris, « si est pura. »

(19) Locus iste videtur mendosus, nec quid sibi velit Archelaus clare intelligitur, nisi legamus, « Sed alium ab alio longe differre si dicamus, ignorantiam pastori ascribimus. »

(20) Forte legendum, « cum ipse. »

Digitized by Google

leoni paruerit, respondet : Tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversus eum, sciens et prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur : et ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. *Archelaus dixit :* Quoniam quidem de omnibus de quibus disceptavimus, prudentia judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, et in tempus aliud reservandum. Sicut enim si (21) quis serpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt; ita dualitatis quæstione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua quæ per hanc asserebantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, et unde, et qualis est; dixerat enim se esse Paracletum illum, quem Jesus proficiscens humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, et non longe possit ei Paulus (22) vas electionis, et vocatus apostolus, unde et prædicans veram doctrinam aiebat (23) : « Aut documentum (24) quæritis ejus, qui in me loquitur Christus [36]? » Et quidem quod dico tali exemplo, sed (25) clarius. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimum, ita ut refertus esset locus; quem locum clausum atque signatum sufficientibus signaculis (26), custodiri præcepit : ipse dominus vero cessit (27); alius autem quidam post multum temporis advenit ad thesaurum, dicens se ab eo qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eumdem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, poscebant ab eo signaculi fidem (28), quo possint ei videlicet aperire thesaurum, et parere ei, tanquam ab illo, qui signaverat, misso; qui cum (29) nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret (neque enim habebat jus), a custodibus ejectus est, et fugatus; fur enim potius et latro ab eis esse deprehenditur, convictus et confugatus (30) etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves neque signacula neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens; quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, et ideo, ut consequenter (31) erat, a custodibus reservatus est.

XXVII. Aliud etiam, si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimum, ad tempus peregre abfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quemdam, justum et verum; qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam ac regere studuit, laborans plurimum in itineribus, sedens ipse per se (32) suis manibus opus faciens, et ministrans; deinde moriturus (33) testamentum scribit, propinquis suis et proximis omnibus hæreditatem derelinquens, et signacula dedit eis, et nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hæreditatem et custodire ac regere substantiam, sicut susceperant, et perfrui bonis et fructibus, ipsi domini hæredesque derelicti. Si qui vero ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent: sin autem cohæredem se dicens, ex-

[36] II Cor. XIII, 3.

(21) In codice Casinensi deficit « si, » et paulo post, « quæstione relecta, » habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

(22) Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum, « ut non longe post sit ei Paulus; » nempe, ut ipso parum inferior sit Paulus apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra cap. 13.

(23) In codice Casinensi est « agebat, » librarii, ut arbitror, errore; sic infra cap. 29 : « Jesus ad discipulos agebat. »

(24) Vulgata legit, « an experimentum; » in Græco tamen textu est, ἐπεί.

(25) Forte « fit, » vel « sit, » aut etiam, « est. »

(26) Supra thesauri solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus : at hic sigillo claves adjungit, quo pacto chariora quæque ab antiquis custodiri consuevisse, testis est Aristophanes in comœdia, cui titulus, *Θεσμοφοριάζουσαι*, pag. 787, apud quem mulier quædam conqueritur gynæceorum fores sigillis et pessulis a maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

(27) Forte « recessit, » vel « discessit. »

(28) Annulis pro tessera, seu signo in repetendo deposito, et majore nuntiis fide conciliandæ veteres usos fuisse, ex Plauto et Apuleio discimus; quorum primus in *Bacchide*, act. II, scena III, vers. 93, ita scribit :

Chrys. *Anulum gnati tui*
Facito, ut memineris ferre. Nic. *Quid opus est* [*anulo?*
Chrys. *Quia id signum est Theotimo, qui cum* [*illi afferet,*
Ei aurum ut reddatur.....

Alter vero in lib. x *De asino aureo* hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. « Annulo mariti surrepto, rus profecta, mittit quemdam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa fide pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad se; addito, ut sola, et sine ullo comite quam maturissime perveniret. Et ne qua forte nasceretur veniendi cunctatio, tradit annulum marito subtractum, qui monstratus, fidem verbis astipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hoc enim nomen sola sciebat) respecto etiam signo ejus quod offerebatur, gnaviter, ut præceptum fuerat, incomitata festinat, » etc.

(29) In Casinensi, « quicunque. » Sed sensus postulare videtur, ut « qui cum nec » legatur.

(30) Forte, « confutatus. »

(31) In codice Casinensi legitur, « et ideo consequenter. »

(32) Forte « sed et ipse per se. »

(33) In codice Casinensi, « deinde die moriturus, » nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, « deinde die, qua moriturus erat testamentum. »

Digitized by Google

posceret, devitarent, atque alienum esse pronuntiarent (34); opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene recteque dispositis et statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum qui post trecentos fere annos venerit, et hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non juste alienum pronuntiamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exsequias non ierit Crucifixo, qui sepulcro non astiterit, qui omnino nesciat, quomodo aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo qui obsignaverit? Nonne eum, tanquam latronem et furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paracletum qui ab Jesu præsignatus est mitti; in quo mendacem (35), ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paracletum, invenitur (36) post trecentos et eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die judicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt : Noli nos cruciare, si opera tua non fecimus; cur enim cum promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paracletum, qui argueret nos de peccato et de justitia [39], sub Probo demum Romano imperatore misisti, orphanos dereliquisti, dum ipse dixeris : « Non derelinquam vos orphanos [40], » cum ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paracletum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem? nihil nos deliquinus, tu nos fefellisti. Sed absit (37) hoc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnis animæ. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset : « Vado ad Patrem meum, et mitto vobis Paracletum [41], » statim misit, dividens, donans discipulis suis; abundantius vero conferens Paulo (38).

XXVIII. *Manes dixit :* Tuimet ipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum : Noli nos judicare, quia opera tua non fecimus; non enim misisti nobis Paracletum, cum dixeris te missurum (39) : non multo magis illi hæc dicent, qui a Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, et eo rectius dicent : Noli nos tradere tormentis (40), quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur; verum etiam illi, qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Paracleti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur (41); ipse enim « eos Christus de maledicto legis redemit [42], » sicut Paulus testimonium dedit : « Quia littera occidit, nec quemquam vivificat [43], » et « Quod lex ministerium mortis est [44], virtusque peccati [45]. » *Archelaus dixit :* Erras nesciens Scripturas [46], neque virtutem Dei; multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt et pereunt; hi scilicet, qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum et suscipiunt, « potestatem acceperunt filii Dei fieri [47]. » Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit : « Quicunque enim, inquit, acceperunt eum, » Adest autem semper justis viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ex sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ [48]. Unde ergo Abel justus, et illi omnes reliqui per or-

[39] Joan. xvi, 8. [40] Job xiv, 18. [41] Ibid. 16, 28. [42] Galat. iii, 13. [43] II Cor. iii, 6. [44] II Cor. iii, 7. [45] I Cor. xv, 56. [46] Matth. xxii, 29. [47] Joan. i, 12. [48] Matth. xxiii, 35.

(34) Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur : « Sin autem conderem se dicens, exposceret, devitarent persequi, alienum esse pronuntiaret. »

(35) Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. xiv Evang. Joan., vers. 17, cum inquit : « Nam si illis non diligentibus solum, sed et pro Deo mortem oppetentibus, non misisset, quem promiserat Paracletum, secundum Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quod si vero, cum sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum et Priscillam missum esse Paracletum post ducentos et triginta annos ab apostolica gratia transactos. »

(36) Contentionis æstu actus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos et amplius annos a Christi morte Manetem emersisse : nam a Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter CCXLIX intercedunt. Vide præfationem nostram in *Archelao*.

(37) Parva mutatione hunc locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in codice Casinensi ita se habet : « Sed absit hanc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne animæ. »

(38) Mire hic et in seqq. depravatus est codex Casinensis, in quo legitur. « Abundantibus vero confitens Paulo. *Manes dixit :* Tuum et ipsius indicio comprehensus es; hæc enim versum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conjicere, majori culpæ se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, nolite nos judicare. » Nos tot menda, quantum per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.

(39) Verbum « missurum, » nostra est additio, cum in Casinensi desit; et sane vocem illam, vel quid simile ibi deficere ipsa orationis series ostendit.

(40) In Casinensi est, « noli nostra de tormentis, » nullo sensu, nisi ut editum est, corrigatur.

(41) In codice Casinensi sic legitur : « Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut eas, quod a Tiberio est, salventur. » Nos autem verba illa, « ut eas, » interpretati sumus, « ut ais, » exemplo alterius loci infra cap. 30, ubi « ut as, » pro, « ut ais, » vel, « ut asseris, » a librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.

Digitized by Google

dinem, qui inter justos enumerantur (42), cum lex non esset Moysi, cum prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus implessent? Nonne justi effecti sunt ex eo quod legem implebant : « Ostendens unusquisque eorum opus legis scriptum (43) in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua [49]? » Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit; hic legem non habens, ipse sibi est lex. Et intuere multitudinem legum per singulos justos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semetipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem, nunc a propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus et senioribus addiscentes. Verum quia pauci per hunc modum (44) poterant ad justitiæ culmen ascendere, id est, per parentum traditiones, nulla in litteris lege conscripta; miseratus est Deus humanum genus, et scriptam legem per Moysen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in litteris legislatio, quæ per Moysen datur salutis causa plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari, et Abraham reputatus est justus; quanto magis ii qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur? Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit : « Ministerium mortis esse legem [50], » et « Christum redemisse nos de maledicto legis [51], et quoniam « Virtus peccati est lex [52]; » adde adhuc, et dic quantacunque tibi videntur adversus legem esse conscripta.

XXIX. *Manes dixit :* Annon idem est, quod Jesus ad discipulos aiebat, incredulos eos esse demonstrans : « Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis [53]? » Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus princeps hujus mundi, et quanta desideraverit, per Moysen scripserit, et dederit hominibus facienda. « Ille enim homicida est ab initio, et in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur quoniam mendax est, sicut et pater ejus [54]. » *Archelaus dixit :* Sufficit tibi hæc, sunt*, an habes et alia, quæ dicas? *Manes dixit:* Habeo quidem multa, et horum majora; sed his contentus ero. *Archelaus dixit :* Exemplum scilicet accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis; ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his annumerentur : sin minus, ero ego obnoxius sententiæ judicum, id est, victi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, et principem hujus mundi mortem, regnare ab Adam usque ad Moysen; scriptum est enim : « In eos qui non (45) peccaverunt [55]. » *Manes dixit :* Ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi essent ingenita. *Archelaus dixit :* Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, et non dixit ante Adam. *Manes dixit :* Quomodo vero, et justorum, et peccatorum obtinuerit regnum dicito. *Archelaus dixit :* Cum prius confessus fueris, quia a tempore, et non æternitate regnavit, tum dicam. *Manes dixit :* Scriptum est hoc, quia « ab Adam usque ad Mosen regnavit [56]. » *Archelaus dixit :* Ergo et finem habet, quod cœpit ex tempore (46); et verum est illud quod dictum est, quia « absorpta est mors in victoria [57]. » Etiam ingenita non erit, quæ et initium habere monstratur, et finem. *Manes dixit :* Deus ergo eam fecit. *Archelaus dixit :* Nequaquam, absit : « Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum [58]. » *Manes dixit :* Deus eam non fecit; facta tamen est, ut ais : a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicito. *Archelaus dixit :* Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, et hunc ingenitum? *Manes dixit :* Loquere, subtiliter enim vis discere (47). *Archelaus dixit :* Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi proficerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis et ea quæ supra tractata sunt, in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum exsistere posse substantias.

XXX. *Judices dixerunt :* Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae. *Archelaus dixit :* Principem mundi, et malignum, et tenebras, et mortem unum eumdemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc quod scriptum est : « Ministerium mortis [59], » et reliqua quæ objecit. Quoniam, inquam, (48), sicut superius diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, scripta naturaliter in cordibus eorum [60]; neque apud seniores erat satis firma traditio, cum eis inimica semper memo-

[49] Rom. II, 15. [50] II Cor. III, 7. [51] Gal. III, 13. [52] I Cor. XV, 56. [53] Joan. VIII, 44. [54] Ibid. [55] Rom. V, 14. [56] Ibid. [57] I Cor. XV, 54. [58] Sap. I, 13. [59] II Cor. III, 7. [60] Rom. II, 15.

(42) In codice Casinensi, « qui per ordinem, qui inter justos. »

(43) In eodem codice scribitur, « opus legis scriptura. »

(44) Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, « per hunc mundum. »

(45) Irenæus quoque lib. III *Adv. hæreses*, cap. 20, cum particula negativa laudat hunc D. Pauli locum : unde patet D. Augustinum in libro *De peccat. meritis et remiss.*, lib. I, cap. 11, recte censuisse, ita ad Græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori Latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii Opera : sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in Latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.

(46) In codice Casinensi manifesto errore scribitur, « exemplo re. »

(47) Fortasse, « dicere. »

(48) In codice Casinensi male, « iniquam. »

Digitized by Google

a magistro, aliter a semetipso : perveniebat facile legis naturaliter scriptæ transgressio, et ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim genus hominum, quod virga ferrea regi indigeat a Deo. Exsultabat ergo mors, et cum omni potestate regnabat usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverant, hoc modo quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios sibique subjectos, sicut fuit Cain et Juda; super justos vero propter hoc, quod non consentirent ei, quin potius resisterent, abscindentes a se libidinum vitia et concupiscentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel, et usque ad Zachariam [61], transferens semper usque ad tempus in similes illius. Cum vero adfuisset Moyses, et legem dedisset filiis B Israel, et revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcunque observare oportebat et facere, eos vero solos qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercisa est mors, ne super omnes regnaret : regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege: Ne contigeris hos qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis interitui tradens (50) : non enim pro eo, ut omnino mors nulla ex parte regnaret, Moyses advenit, cum utique plurimi etiam post Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *ministerium mortis* appellatum est, quoniam soli transgressores legis puniebantur (51), non etiam conservatores, sicut Abel faciens ea quæ legis sunt et custodiens, quem Cain, vas maligni C effectus, interemit. Verum etiam post hæc voluit mors pactum quod fuerat per Moysen positum, rescindere, et regnare denuo super justos : et irruit quidem in prophetas, interficiens et lapidans eos nos autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversus mortem pro prævaricatione pacti (52), et totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semetipsum, sed Moysen, et eos qui ex ordine post ipsum fuerant violentia mortis oppressi. Malignus vero ignorans hujuscemodi dispensationem, ingressus est Judam ut per ipsum interficeret eum, sicut antea Abel interfecerat justum. Sed cum intrasset in Judam, pœnitentia ductus, se ipse suspendit : propter quod ait sermo divinus : « Ubi est, mors, victoria tua ? ubi est, mors, aculeus tuus? » Et : « Absorpta est mors in victoria [62]. » Hac ergo ex causa *ministerium mortis* appellata est lex, quia B peccantes prævaricantes morti tradebat; servantes autem se, defendebat a morte, et constituebat in gloria, ope atque auxilio Domini nostri Jesu Christi.

XXXI. Audi etiam, et de eo, quod dictum est : « Qui redemit nos de maledicto legis Christus [63]. » Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moysen imaginariam (53) legem his, qui recte velint videre (54) tradidisse, et legem veram. Sicut enim Deus cum fecisset mundum, et omnia quæ in eo sunt, in sex diebus, requievit in die septima ab omnibus operibus suis; non dico, quia requieverit (55) fatigatus, sed quoniam ad perfectum adduxerat omnem quam facere disposuerat, creaturam : denique ait : « Pater meus usque modo operatur, et ego C operor [64]. » Nunquidnam cœlum facit, aut solem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid ? Sed his quidem visibilibus perfectis, a tali opere conquievit; invisibilia autem, et intrinsecus (56) usque modo operans, salvat. Ita ergo etiam

[61] Matth. xxiii, 35. [62] I Cor. xv, 54. [63] Galat. iii, 13. [64] Joan. v, 17.

(49) Ita necessario emendanda visa est ejusdem codicis lectio, in quo scribitur, « cum eas inimica semper memoriæ ineresis sed oblivio. »

(50) In Casinensi codice, « interit ut tradens, » manifestus librarii error.

(51) Scite adversus Manichæos, ut videtur, Joan. Chrysostomus in hunc D. Pauli locum, homilia 7 : « Per mortis autem ministerium legem intelligit. Atque interim vide, quam sedulo in ista comparatione caveat, ne ullam hæreticis ansam præbeat. Non enim dixit, Lex mortem efficit, sed, Mortis ministratio est. Mortem enim ministrabat, non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertius detegebat ac plectebat, non autem ad malum impellebat. Neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors exsisteret; sed ut pœnas daret is, qui peccasset; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipsa peccatum adeo formidandum esse ostenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Quemadmodum igitur is qui ensem in manus sumit, ac sonti caput amputat, judici pronuntianti ministrum se præbet, neque ipse est qui interimit, etiam si alioqui ipse sit qui caput abscindit : nec rursus is qui sententiam profert, ac sontem condemnat; sed ejus de quo supplicium sumitur, improbitas : eodem modo hic quoque non lex erat, quæ necem afferebat; sed peccatum ipsum erat, quod et interimebat et condemnabat. »

(52) In codice Casinensi est, « acti, » quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

(53) *Imaginariam.* Archelaus vocat legem, Vetus Testamentum, quod typus esset et imago futuræ novæ legis. Sic et Petrum de Vineis in epistolis suis non semel, « imaginarium » hominem vocasse nuntium seu legatum observat Cangius in *Glossario*, quod illum a quo missus fuerat, repræsentet, et ejus velut imaginem referat. Utitur et hac voce Evagrii monachi vetus interpres in Disputatione Theophili episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13, ubi Sabbata « imaginariam requiem » vocat septimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione absoluta, requievisse pagina sacra testatur. Quare Archelaus in responsione ad Diodorum presbyterum, infra cap. 41, totus est in demonstrando, non esse rejiciendum Vetus Testamentum, quia tanquam speculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

(54) Forte, « velint vivere. »

(55) In Casinensi est, « requie requieverit; » sed ea lectio nobis visa est unius ejusdemque vocis repetitio, nisi potius Græcismus sit.

(56) Casinensis habet, « invisibili autem et trinsecus. » Sed legendum videtur, ut editum est, vel « invisibilia autem intrinsecus. » Deus enim, ut in-

Digitized by Google

unumquemque nostrum, sicut ipse Deus est, indesinenter huic operi legislator vult esse devinctum; a sæcularibus jubet protinus conquiescere, et omnino nullum opus gerere mundanum; et hoc appellatur Sabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil absurdum fieri debere; sed observare nos, et dirigere vitam nostram ex æquo et justo. Et imminebat hæc lex, acerrime maledictum inferens his qui eam fuissent transgressi; sed quoniam homines erant et illi, et sicut etiam nobis frequenter accidit, controversiæ oriebantur, et irrogabantur injuriæ; et lex statim districtissimam ultionem quam fecerat, retorquebat (57); ita ut si quis pauperum voluisset in Sabbato fascem ligni colligere, sub maledicto legis effectus, morti continuo subjiceretur. Arctabantur ergo coercitione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati [65], nec poterant pœnas legis et maledicta tolerare. Rursum autem ille qui semper Salvator est, Jesus Dominus noster adveniens, liberavit eos ex hujuscemodi cruciatibus legis atque maledictis, donans eis injurias. Nec, sicut Moyses, severitate usus est legis, nulli indulgendo injuriam; sed hic dixit, si quis passus fuerit a proximo suo injuriam, indulgeat non semel tantum, sed et nec secundo, nec tertio, nec solum septies, sed septuagesies septies [66]: quod si post hæc injuriam permanserit irrogando, tunc demum legi eum debere succumbere Moysi, nec ultra veniam dari ei qui in injuriis perseverat, cum sibi septuagesies septies fuerit indultum. Non solum autem huic, sed etiam si quis Filio hominis intulisset injuriam, veniam dedit. Si vero Spiritui sancto, duobus eum subdidit maledictis, id est Moysi legis, et suæ; Moysi quidem in præsenti, suæ vero in judicii tempore; ait enim ita: « Neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur ei [67]. » Moysi ergo lex est, quæ in præsenti sæculo nulli veniam tribuit; Christi vero est, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non solum non solvens eam, sed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præsenti positum erat, maledicto legis, ex quo « maledictum legis » appellatum est [68]. Hæc omnis hujus sermonis est ratio. Cur autem

A « virtus peccati dicta sit lex [69], » pro viribus nostris breviter exponemus. Scriptum est enim: « Quia justo lex non est posita, sed injustis, et non subditis, impiis et scelestis [70]. » Non ergo erat tunc lex litteræ posita delinquentibus ante Moysen, unde et Pharao ignoraus virtutem peccati, delinquebat affligens injustis oneribus filios Israel, Divinitate neglecta, non solum ipse, sed et omnes qui cum eo erant. Verum, ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Ægyptiorum admisti cum populo Moysi, cum ab eo regeretur populus in deserto; et cum Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem, impatiens populus, non ille qui vere erat Israelita (58), sed qui ex Ægyptiis fuerat admistus, vitulum sibi constituit Deum, secundum pristinum morem quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum pœnas aliquando rependeret; et ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant: quæ cum regressus agnovisset Moyses, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, et propterea « virtus peccati » appellata est lex.

XXXII. De eo vero, quod in Evangelio scriptum est: « Vos de patre diabolo estis [71], » et reliqua, breviter dicimus, quia est diabolus inoperans in nobis, qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est; ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, o Manes, si tamen congregans in unum discipulos tuos, et eos commonens (59) ne delinquant, neve aliquid injuste gerant, judicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certe qui voluerint, observant mandata [72]; qui vero contempserint et in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati ejus restiterunt: et aliquis quidem de cœlo, tanquam fulgur ignis [73], cecidit super terram; alii vero in felicitate hominum filiabus admisti (60), a

[68] Num. xv, 32. [66] Matth. xviii, 21. [67] Matth. xii, 32. [68] Galat. iii, 13. [69] I Cor. xv, 56. [70] I Tim. i, 9. [71] Joan. viii, 44. [72] Matth. xix, 17. [73] Luc. x, 18.

quit D. Augustinus in libro *De Gratia Christi*, cap. 24, non lege atque doctrina insonante forinsecus; sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operatur in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in capite decimo tertio ejusdem operis, tum alibi passim.

(57) In Casinensi codice, « ultionem fecerat retorquebat. » Sed necessaria visa est relativi articuli additio, ne sensus ulla ex parte nutaret.

(58) Non pauca primitivæ Ecclesiæ Patres ex Judæorum sententia loquebantur, ut ex his qui in capite sequenti et ad Theophili Alexandrini disputationem cum Simone Judæo cap. 13 annotavimus, lucide apparet. Hujus generis etiam est quod hic de Ægyptiis vituli aurei constructoribus et adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157, col. 1: « Et isti (nempe Ægyptii proselyti) fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, et isti fecerunt, et in causa fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid scriptum sit Exodi xxxii, vers. 4. Non est scriptum hic: Isti sunt dii nostri, sed *isti sunt dii tui:* quod proselyti, qui cum Moyse ascenderant, ipsi fecerunt illum, et dixerunt Israeli: *Isti sunt dii tui.* Idcirco Deus sanctus benedictus dixit Moysi: Vade, descende, quia corrupit populus tuus. » Vide Salomonem Jarchi in eumdem Exodi locum vers. 8; Aben Ezra ibid. vers. 22, et Abarbanellum ibid. vers. 11. At vel ex nuda sacri textus lectione, et ex LXX interpretum versione hanc rabinorum conjecturam valde incertam futilemque esse clare colligitur.

(59) Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, « et communis ne, » etc., nisi quis maluerit, « communiens. »

(60) En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus a pri-

Digitized by Google

draconi allecti, ignis æterni pœnam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultra cœli regionibus admissus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, et usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinæ ejus sequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii est : ex hoc enim et appellatus est diabolus, eo quod transitum fecerit de cœlestibus, et quod in terris mandato Dei obtrectator exsisteret. Quia autem Deus sit qui prius mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad diabolum : « Vade post me, Satana [74] ; » et sine dubio ire post Deum, servi est; et iterum quod ait ad eum : « Dominum Deum tuum adorabis et ipsi soli servies [75]. » Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt a Salvatore : « Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis [76]. » Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt : « Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ [77]. » Ex hoc ergo pervide quanta vis sit hominem liberi esse arbitrii : dicat tamen etiam ipse, si est judicium piorum et impiorum. *Manes dixit :* Est judicium. *Archelaus dixit :* Puto quæ a nobis (61) de diabolo dicta sunt, non parum rationis et pietatis obtinent. Habet enim et unaquæque creatura ordinem suum : et alius quidem ordo est humani generis, et alius animalium est, atque alius angelorum : una vero et sola inconvertibilis est divina substantia, æterna et invisibilis, sicut et omnibus notum est, secundum illud quod scriptum est : « Dominum (62) nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris [78]. » Reliquæ ergo (63) omnes creaturæ visibiles sint necesse est, cœlum, terra, mare, homines, angeli, archangeli : Deus vero, cum a nullo unquam visus sit, quid ei potest ex istis creaturis esse homousion? Unde et singula quæque secundum ordinem suum propriam dicimus habere substantiam. Tu vero ex uno omne animal quod movetur, factum dicis, et substantiam a Deo accepisse dicis similem, et posse eam peccare, atque ad judicium venire; et eum non vis recipe e sermonem dicentem, diabolum angelum fuisse, et in prævaricatione decidisse, et non esse ejusdem cum Deo substantiæ. Interimere debes judicii ratione (64), ut quis nostrum fallat appareat. Si enim non potest qui a Deo creatus est angelus, in transgressione decidere, quomodo potest pars Dei anima peccare? Si vero judicium esse dicis peccantium animarum, et unius eas cum Deo dicis esse substantiæ, et tamen cum de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus Dei non servare mandata (65) ; etiam sic plurimum meus sermo procedit (66), dicens primo diabolum, eo quod mandatum non servaverit, decidisse ; non enim erat ex Dei substantia : deciuit non tam ut læderet humanum genus, sed ut ab eo potius illuderetur : dedit enim nobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et omnem virtutem inimici [79].

XXXIII. *Judices dixerunt :* Sufficienter ostendit de origine diaboli. Cum enim utraque pars confitetur futurum esse judicium, necessario liberi arbitrii unusquisque monstratur; quo evidenter ostenso, nulli dubium est, quod unusquisque in quamcunque elegerit partem, propria usus fuerit arbitrii potestate (67). *Manes dixit :* Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum (68). *Archelaus dixit :*

[74] Matth. IV, 10. [75] Ibid. [76] Joan. VIII, 44. [77] Matth. III, 7. [78] Joan. I, 18. [79] Luc. X, 19.

mitivæ Ecclesiæ Patribus interdum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim de angelis cum feminis concumbentibus tradit Archelaus, jam usque a Philonis Hebræi et Josephi temporibus Judæorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani paradoxo I et Feuardentius in notis ad Irenæum ejusdem opinionis assecla lib. IV, cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis angelis deceptos, nonnulli malos angelos cum hominum filiabus commistos fuisse crediderc ; sed utramque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, et recentiores omnes sacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgatissima sit, prætermittimus.

(61) In Casinensi legitur contrario sensu, « a vobis, » quod tamen in hunc locum non quadrat.

(62) Hunc locum iisdem verbis laudat Irenæus *Adv. hæres.*, lib. III, c. 11, licet alibi Vulgatæ versionem sequatur.

(63) Archelaus hic veterum quorumdam Patrum sententiam amplectitur, qui solum Deum incorporeum, reliqua vero creata omnia corporea esse putarunt, quod nempe loco circumscripta, in seipsis subsisterent; licet nostri respectu, qui crassa et densa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionysium Petavium tomo tertio *theologicorum dogmatum*, lib. I, cap. 2, et sequentibus, ubi latissime omnium Patrum ea de re sententias expendit.

(64) Forte « rationem, » ut sensus sit non debere Manetem judicium admittere, cum ejus dogmata de homine et angelis judicio adversentur. In Græco enim textu hujus disputationis, ἀναιρεῖν, fortasse scriptum erat; quod cum occidere pariter ac auferre et de medio tollere significet, priorem sensum secutus est non satis accuratus, nec satis elegans antiquus interpres.

(65) Series et consequentia sermonis omnino videtur postulare ut legatur, « Dei non servare mandata, » licet in Casinensi codice desit negativa particula; nisi quis potius legendum putet, « Dei servare, vel non servare mandata, » pro arbitrii scilicet libertate.

(66) In Casinensi, « præcedit. »

(67) In eodem codice legitur : « Quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quamcunque elegerit partem propria usus arbitrii potestate. » Nos an recte locum hunc emendaverimus, videant eruditi.

(68) Codex Casinensis hic ita se habet : « Sic a Deo bonus ut as mendacem esse dixisti Jesus. » Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis Evangelii loco in cap. VIII, 5 et 44, in quo sic Pharisæos redargunt Jesus : « Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere ; ille homicida erat ab initio, et in veritate

Digitized by Google

Confitere primo, quia vera sit ratio eorum quæ nunc adduximus, et tunc ostendam tibi patrem ejus. *Manes dixit:* Si mihi ostenderis patrem ejus mendacem, et Deo horum nihil ascripseris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. *Archelaus dixit:* Omni ratione de diabolo diligenter exposita, et dispensatione prolata, sicut hominum viget sensus, etiam apud seipsum potest diligenter advertere, quis iste sit, qui diaboli appellatus est pater. Sed cum te tu Paracletum esse dicas, plurimum tibi etiam ab humana deest prudentia. Quoniam ergo prodidisti ignorantiam tuam, dicam ego quid ille sit (69) pater diaboli. *Manes dixit:* .... dico; et adjecit: Omnis qui conditor est, vel creator aliquorum, pater eorum ..... condiderit appellatur (70). *Archelaus dixit:* Miror quomodo saltem hoc recta ratione responderis, nec celaveris sermonis hujus intelligentiam vel naturam. Audi jam ex hoc quis sit pater ejus. Cum ex cœlorum regno cecidisset, erat super terras, intendens et inquirens cui se posset adjungere, quem ex consortio sui participem quoque nequitiæ suæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; post hæc vero, cum factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset et circumventione deceptus, cum sese inseruisset corpori serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, una cum patre suo, et (71) effectum est non solum super ipsum mendacii maledictum, sed et super patrem ejus. Cum ergo serpens recepisset eum in sese, et recepisset universum, tanquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans; et erat sicut puerpera quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis ejus agitata (72). Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus paradisum, et conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, et mortem parere hominibus, qui a Deo fuerint figurati, et acceperant vitam. Verum non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, a quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises et fallacias ad Evam demonstravit; per Cain vero homicidii exordium dedit, inserens se in primitias frugum, quas ille male distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax vero quoniam fefellit, dicens: « Eritis tanquam dii [80]; » ejecti sunt enim postea de paradiso illi quos deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit et genuit atque in lucem edidit serpens; secundus vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores et parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam atque impietatem pariter perpetravit. Sed et quicunque eum suscipiunt, et faciunt ejus desideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao; pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum; pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est per Judam, et ideo abortum factum esse dico; quia tanquam si mulier semen viri concipiat, atque in sese quotidianos accipiat profectus, ita et Judas quotidie proficiebat in pejus (73), occasionibus sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero furtum, furabatur enim ea quæ mittebantur in loculum; dolores vero partus fuerunt, et collocutio cum Pharisæis, et pretii scelerata conventio; abortus est vero, non partus, laqueus mortis informis. Sed et tu, si malignum ex te protuleris, et facias ejus concupiscentias, genuisti eum, et pater ejus esse diceris; si vero pœnitentiam gesseris et abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis a magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semetipso generet ac procreet, eorum quæ genuerit conditor ipse dicitur; ita qui ex summa malitia parum quid fermenti acceperit, pater et genitor dicatur necesse est illius, qui ab initio restitit veritati. Quod simili modo provenire potest etiam his qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum: Propter timorem tuum Dominum (74) in utero concepimus: et doluimus, et peperimus spiritum salutis; ita et quicunque de timore maligni concipiunt, et pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent; patres vero, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita namque et Dominus noster ait ad Pharisæos: « Vos de patre diabolo estis [81], » filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, et cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversum justos. Ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, et ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim « in eum post buccellam panis ingressus

[80] Gen. III, 5. [81] Joan. VIII, 44.

non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus. » Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes: — Si a Deo sola promanant bona, ipseque summe bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, diaboli patrem non modo mendacem esse, sed et mendacis diaboli creatorem exstitisse dicit. — Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram qua legimus: « Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum. »

(69) Forte, « quis ille sit. »

(70) Lacunæ istæ facile impleri posse videntur, si ita legamus: « *Manes dixit:* Jam dico; et adjecit: Omnis, etc., pater eorum quæ condiderit, appellatur. »

(71) In codice Casinensi, « ut. »

(72) Forte, « cogitata. »

(73) In codice Casinensi est, « proficiebat impetus. »

(74) Forte, « Domine. »

Digitized by Google

est diabolus [82]. » Sed, ut diximus, postquam uterus intumuit, et dolorum tempus advenit, abortum facem iniquæ conceptionis effudit, et ideo nec perfecte pater appellabatur, nisi eo tantum tempore quo conceptus gerebatur in utero; postea vero quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsecuta est.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam *pater* unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus : alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit filiorum; alius vero eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli vero temporis atque ætatis privilegio : unde et Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur; nam et David pater ejus appellatus est, et Joseph pater ejus putatus est, cum nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis ac temporis privilegio, Joseph vero lege nutriendi; solus autem Deus Pater ejus natura est, qui omnia per Verbum suum velociter nobis manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, intra (75) unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci; qui verbi sui potestate universa amplexus est, in quo tandem remoratus est, ut in Paracleto mittendo tandiu eum remoratum credamus. Quin potius, ut superius dictum est, adfuit statim plurimum diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti : « Mihi autem soli data est gratia hæc [83]. » Qui prius quidem fuit persecutor Ecclesiæ Dei, sed rursum manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paracleti minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quod et usque ad nos qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrum sperare poterat persecutorem Paulum et inimicum Ecclesiæ, defensorem ejus ac tutorem futurum? Et non solum hoc, verum etiam et magistrum, Ecclesiarum conditorem et architectonem. Post hunc ergo, et post eos qui cum ipso fuerant, id est post discipulos, nullum alium venire secundum Scripturas sperandum est; ait enim Dominus noster Jesus de Paracleto : « Quia et de meo accipiet [84]. » Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paulum in Spiritus influxit Spiritus (76), et sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat, nisi super eum qui de Maria Dei genitrice natus est, ita et in nullum alium Spiritus Paracletus venire poterat, nisi super apostolos, et super beatum Paulum. « Vas enim electionis, inquit, mihi est, ut portet nomen meum in conspectu regum et gentium [85]. » Ipse quoque in prima Epistola sua posuit, dicens : « Secundum gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei [86]. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto [87]. » Et rursum ait : « Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo et factis [88]. Ego enim sum novissimus (77) omnium apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus. Gratia autem Dei sum id quod sum [89]. » Et eos qui experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus, vult propterea habere, quia esset in ipso Paracletus, cujus muneris gratiam consecutus, et magnifico honore (78) ditatus ait : « Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet a me; et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur [90]. » Rursum, quia vere ipse sit Paracletus qui erat in Paulo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio : « Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, et alium Paracletum dabit vobis [91]. » In quo ostendit etiam seipsum Paracletum, cum dicit *alium*. Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem : « Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus [92]; » et horum similia, de quibus superius diximus; unde et tanquam fidelibus nobis hæredibus suis consignat testamentum, sua ad Corinthios Epistola, velut pater dicens : « Tradidi enim vobis in primis, quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas; et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas; et quia apparuit Cephæ, deinde undecim apostolis, postea amplius quam quingentis fratribus de semel (79), ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem et dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus apostolis; novissime autem omnium, tanquam abortivo, visus est et mihi : ego enim sum novissimus omnium apostolorum [93]. Sive ergo ego, sive illi, ita annuntiavimus [94]. » Et rursum tradens hæredibus eam quam ipse hæreditatem promeruit, dicit : « Timeo autem ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate (80) et castitate, quæ in Christo est. Si enim is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicavimus; aut Spiritum alium acceperitis quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; bene

[82] Joan. XIII, 27. [83] Ephes. III, 8. [84] Joan. XVI, 14. [85] Act. IX, 15. [86] Rom. XV, 15, 16. [87] Ibid. IX, 1. [88] Ibid. XV, 18. [89] I Cor. XV, 9. [90] II Cor. XII, 9. [91] Joan. XIV, 16. [92] II Cor. XIII, 3. [93] I Cor. XV, 3-9. [94] Ibid. 11.

(75) In codice est, « inter. » Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur ascribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus : quare legendum, « intra. » Vide infra cap. 49.

(76) Locus corruptus. Forte, « in Spiritu. Influxit Spiritus, » etc.

(77) Melius Vulgata, « minimus, » Græce enim, ἐλάχιστος.

(78) In codice Casinensi est, « magnifico hoc ore; » sed legendum censui « honore. »

(79) Forte, « insimul. » Vulgata, « simul. »

(80) In Casinensi, « corrumpantur sensus vestri a simplicitate. » Sed nos ex Vulgata supplevimus.

Digitized by Google

pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis a cæteris apostolis [95]. »

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos qui venerint, falsos apostolos, dolosos operarios, transfigurantes se in apostolos Christi : « Et non mirum ; ipse enim Satanas transfigurat se, velut angelum lucis (81). Quid ergo magnum, si et ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ : quorum finis erit secundum opera eorum [96] ? » Indicat autem quales essent, et a quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri, ait : « Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vocavit vos, in aliud Evangelium : quod non est aliud ; nisi sunt qui vos conturbant, et volunt avertere vos ab Evangelio Christi (82). Sed etiam si nos ipsi, aut angelus de cœlo vobis annuntiaverit, præterquam quod traditum est vobis, anathema sit [97]. » Et rursum ait : « Mihi infimo omnium apostolorum (83) data est gratia hæc [98]. Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne mea adimpleo [99]. » Et in alio rursum loco profitetur, quia « super cæteros Christi minister [1], » tanquam si postea omnino non sit alius exspectandus ; jubet enim neque angelum de cœlo suscipi. Et quomodo de Perside venientem Manem (84), et dicentem se esse Paracletum, nos esse credimus ? Ita enim agnosco ex hoc, quod unus iste sit ex illis qui transformantur, de quibus manifeste vobis indicavit vas electionis apostolus Paulus dicens : « Quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia loquentes, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentium (85) nubere, abstinere se a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum (86) cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognoverunt veritatem ; quoniam omnis creatura Dei bona est, et nihil abjiciendum quod cum gratiarum actione percipitur [2]. » Sed et Spiritus evangelista Matthæus diligenter significat Domini nostri Jesu Christi sermonem : « Videte ne quis vos seducat ; multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus ; et multos seducent. Quod si etiam aliquis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut ecce ibi, nolite credere. Exsurgent enim falsi christi, et falsi apostoli (87), et falsi prophetæ, et dabunt signa magna, et prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis : Ecce in deserto est, nolite exire. Si dixerint vobis : Ecce in penetralibus, nolite credere [3]. » Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens ; sed ne in numero quidem discipulorum positus, neque defuncto nostro obsecutus, cujus hæreditate gaudemus ; cum neque ei languenti astiterit, non testis exstiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti : postremo cum nullius prorsus accipiat testimonium, Paracletum se esse vult credi ; cum etiam si signa et prodigia faceres, falsum Christum et falsum prophetam te reputari oporteret secundum Scripturas. Et ideo convenit nos cautius agere, secundum quod beatus Apostolus monet, dicens in Epistola quam (88) Colossensibus scripsit : « Permanete in fide fundati et radicati, et immobiles ab spe Evangelii quod audivimus (89), quod prædicatum est in omni creatura quæ sub cœlo est [4]. » Et rursum : « Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum, in ipso (90) ambulate, radicati et fundati super ipsum, confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos exspoliet per (91) philosophiam et inanem seductionem, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis [5]. » Quibus omnibus ita diligenter expositis, beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens : « Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cætero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex ; non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt adventum ejus [6]. »

XXXVI. Nullum ex vobis, o Manes, Galatam fa-

[95] II Cor. xi, 5-5. [96] II Cor. xi, 14, 15. [97] Gal. i, 6-8. [98] Ephes. iii, 8. [99] Coloss. i, 24. [1] II Cor. xi, 23. [2] I Tim. iv, 1-4. [3] Matth. xxiv, 4, 5, 23-26. [4] Coloss. i, 23. [5] Coloss. ii, 6-9. [6] II Tim. iv, 7, 8.

(81) Ita et Cyprianus haud procul ab initio libri *De unitate Ecclesiæ*, ac si Græco textu esset ὡς. Sed Vulgata et Tertullianus pluribus in locis legunt, « in angelum lucis. »

(82) Melius Vulgata, astipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo et Augustino, « convertere Evangelium Christi ; » licet Tertullianus *adv. Marcion em* lib. iv, cap. 5, « pervertere, » legisse videatur.

(83) Græce est, ἁγίων, « sanctorum, » ut habet Vulgata.

(84) In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim « de Persida venientem monet ; » sed legendum, « Manem, vel modo, etc. »

(85) In Vulgata juxta Græcum textum est, « loquentium, habentium, prohibentium. » Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, « prohibentes. » Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis est.

(86) In Casinensi est, « ad perficiendum. » Sed Vulgatæ lectionem substituere satius visum est.

(87) Verba illa, « et falsi apostoli, » ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causa ; nam nec in Græco, nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

(88) Vocem, « quam, » nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, « scripta, » legendum.

(89) In Vulgata, « audistis. »

(90) Ita Vulgata ; in codice autem Casinensi legitur, « in ipsum. »

(91) Casinensis codex, « exspoliet, et per. » Cypr. initio libri *De bono patientiæ*, habet, « deprædetur per philosophiam. » Græce est συλαγωγῶν, quod verbum Vulgata, « decipiat, » et Tertull., *De præscript.*, c. 7, « circumveniet, » interpretantur.

Digitized by Google

cies, nec ita nos transferes (92) a fide Christi; etiamsi signa et prodigia facias, etiamsi mortuos suscites, etiamsi imaginem nobis Pauli ipsius afferas, anathema es, Satana (93); præscriptum est enim de te; præmoniti et præstructi sumus a sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, et neque bonum vas, sed sordidum et indignum, quod ille sicut aliquis barbarus vel tyrannus, cum in eos qui sub legum (94) justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tanquam morti destinatum, ad explorandum quanta et qualis sit legitimi regis virtus ac populi : ipse enim inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono et sancto rege positis, velut morti destinatum, rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim et in angelum lucis transformandum, et ministros ejus tales adventuros prænoscimus, et signa et prodigia facturos, ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur [7]. Quis ergo es tu, qui neque necessarium aliquem locum sortitus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitas? quod profluvium sanguinis sistis? Quos luto (95) cæci oculos illinitos videre facis? Quando esurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his qui in Jerusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; sed Chaldæorum (96) solum, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus sanctus, absit hoc malum! sed omnibus dividit, et omnia linguarum genera novit, et agnoscit universa, et omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unusquisque propria sua lingua audiebat per Paracletum Spiritum loquentes apostolos [8]. Sed quid amplius dicabo? Barba (97) sacerdos Mithræ, et collusor, solem tantum coles Mithram locorum mysticorum illuminatorem (98), ut opinaris, et conscium, hoc est quod apud eos ludes, et tanquam elegans minus perages mysteria. Verum quid ego hæc indignanter accipio?

A Nonne oportet te multiplicari tanquam zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, pene usque ad gehennam omnes persequens qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu quo est ipse circumdatus, aliis adhibens minas, vultus sui conversione et circumductione ludificans : sed ultra non proficiet [9]; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, sicut Jamnes et Mambres. *Judices dixerunt :* Sicut ex te comperimus, tanquam apostolo Paulo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente nulli alii æque in posterum (99) præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita duntaxat, nisi forte falsus propheta habeatur, aut falB sus Christus. Unde cum dixeris in Paulo fuisse Paracletum, et ipsum omnia consignasse, quare dixit : « Ex parte scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur [10] : » quem alium exspectans, hoc dixit? Quod si ipse confitetur exspectare se aliquem perfectum; et si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse quod perfectum est, non potest esse Satanas; si autem Satanam exspectas, non potest esse perfectum.

XXXVII. *Archelaus dixit :* Quoniam non sine Deo C dicta sunt quæ a beato Paulo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit exspectandum esse perfectum, qui solus Patrem novit, et cui voluerit revelare [11], sicut possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia, cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseverat esse perfectum; quid destruxit ostendat : quod enim destruetur, ignorantia est quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste, quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his quæ a me fuerint asserta. Igitur in prima ad Corinthios Epistola hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est : D « Sive prophetiæ destruentur, sive linguæ cessa-

[7] Matth. xxiv, 24. [8] Act. ii, 6. [9] II Tim. iii, 8, 9. [10] I Cor. xiii, 9, 10, [11] Matth. xi, 27.

(92) In eodem codice corruptissime legitur, « Galatam facies vicit, o nostras feras. » Nos modica mutatione locum hunc restituere conati sumus.

(93) Et hic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, « anathema esse ana. » An recte nos emendaverimus doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, « anathema es et maranatha. »

(94) Vide an, « regum. »

(95) In Casinensi, « quod luto. »

(96) Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in *Historia dynastiarum*, pag. 11.

(97) Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, « quid amplius dicam? Barbare. » Sed fieri potest, ut verbo « dicare » usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem esse.

(98) Quæ sequuntur, nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice hic mire corrupto scribitur, « locorum mysteriorum illuminatorem. » Mox, « apud eos ludis. » Et infra, « adveniat? suscitans mortuos? pene usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantiæ metu. Quod est ipse circumdatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circumdatio ludificat. Sed, » etc. Manes autem tanquam Mithræ sacerdos traducitur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo.

(99) In Casinensi est, « nulli alio atque posterum; » quem locum, uti editum est legendum censui.

Digitized by Google

bunt, sive scientia destruetur; ex parte enim scimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur [12]. » Vide ergo quantam in sese habeat virtutem quod perfectum est, et cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum ac Hebræorum, seu (1) linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii cæterorumque qui propriam sibimetipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit, dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit? Non plane, non tam (2) obscure et ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, id est Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut rex adveniens ad urbem suam, præmittit primo protectores suos (3), signa, dracones, labaros, duces, principes, præfectos, et universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro exspectatione regis : ita et Dominus meus Jesus qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores sacratos; et tunc universa creatura commovebitur, et conturbabitur, supplicans atque obsecrans, usquequo eam servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, et quamplurimum conturbetur (4), pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero justi lætabuntur, exspectantes quæ sibi promissa sunt; nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt, eo quod ultra non egeant solliciti esse homines, et cogitare de his quæ ad vitam necessaria sunt, sive scientia quorumcunque doctorum etiam ipsa destruetur : nihil enim horum sufferre poterit magni illius regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cœlestis regis præsentiam paucis verbis, et fragilibus et valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse sanctorum debeat esse et valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsum, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, et Valentinianum (5), ac Basilidem aliosque hæreticos, sic ut istius comparatione (6), qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, et ita se ductores statuerunt iis qui (7) se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paracletum, sicut iste, qui aliquando quidem de sæculis disputat, aliquando de sole, quomodo facta sint, tanquam major ipse sit eorum; omnis enim qui de aliquo exponit quomodo factus sit, majorem se et antiquiorem ostendit esse, quam est ille de quo dicit. Quis autem et de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo, sed Scripturæ quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem et Apostolus dicit ad nos : « Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi [13]. » Intelligere debemus quæ sit vis et ratio sermonis hujus; verbum enim ducis obtinet locum, opera vero regis (8). Sicut ergo aliquis regi suo adventanti, omnes qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos et charos hilaresque ostendere ac devotos, sed etiam innocentes ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a rege, et majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernata quæ sibi est commissa provincia : ita et beatus Paulus dicit ad nos : « Ut sitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi [14]. » Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis; et quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem epistola commonet nos, ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cœlis [15]; unde et Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in Epistola quam scribit ad Thessalonicenses. « De temporibus autem et momentis, fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet [15*]. » Et quomodo nunc astat isto persuadens, et rogans unumquemque manichæum

[12] I Cor. XIII, 8-10. [13] Philipp. II, 15. [14] Ibid. [15] Philipp. III, 19. [15*] I Thessal. V, 1, 2.

(1) In Casinensi est, « sed, » prava lectio.

(2) Codex Casinensis, « non plane nota. » Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositæ consonantes designarent.

(3) De his late post Gothofredum Ducangius in *Glossario*.

(4) In codice Casinensi, « et cum plurimum conturbetur. »

(5) Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem apostolicorum temporum hæresiarcham.

(6) In codice Casinensi est, « sicut istius paratione. » Sed legendum, « sic ut istius comparatione. » Archelaus enim beatos facit Marcionem aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentiendum sit; sed quod Maneti insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.

(7) Casinensi, « ita seductores statuerunt, qui. »

(8) Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, vide præfationem nostram in *Archelao*. Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti videlicet illius qui exspectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus destruere, quod non præstiterat Manes.

Digitized by Google

effici, et circumvenit, et ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis [16] ? Sed nos non ita sentimus ; quin potius res ipsas proferamus in medium, et conferamus, si placet, ad perfectum Paracletum. Videtis enim quia interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia et illi qui a sinistris regis assistunt, dicent : « Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut in carcere (9), et non ministravimus tibi [17] ? » rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? « Discedite a me in ignem æternum, operarii iniquitatis [18]. » Abjecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Videsne, quid sit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu asseris perfectionem. Quod si post ipsum exspectandus est magnus judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quod si non de ipso dicit Apostolus, iste autem de se dictum esse mentitur, pseudo-propheta utique judicandus est. Sed et multa alia horum similia dici possunt; quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatus hujus exsequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, et ipso dignam; Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, et stolas (10) exuens, circumdat Archelaum, atque osculis eum defixus amplectitur, et inhæret. Tunc vero infantes, qui forte convenerant, primi in Manem pellere ac fugere (11) cœperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cum pervidisset Archelaus, elevata in modum tubæ voce sua, multitudinem cupiens cohibere, ait : Cessate, fratres dilecti, ne forte rei sanguinis inveniamur in die judicii; scriptum est enim de talibus, quia « oportet et hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos [19]. » Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat. Tunc ergo, cum effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo vero minister Archelao traditur a Marcello, quem cum diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quemdam vicum longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem presbyter loci illius nomine et ipse Diodorus (12), quietus et mitis, fidei ac famæ bonæ valde : et cum quadam die Manes, congregata turba, concionaretur (13), ac peregrina quædam et aliena a paterna traditione populo qui astabat assereret, nullum omnino ex his formidans quod sibi posset obsistere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc.

ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS S. D. (14).

XL. Scire te volo, religiosissime Pater, quoniam advenit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui Novi Testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam vero asserebat longe diversa ab iis quæ a nostra paterna traditione descendunt (15). Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina visa sunt et infida. Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum et plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; et ideo confisus sum ad explananda nobis hæc invidia te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque, tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Revera enim vir valde vehemens tam sermone quam opere, sed et aspectu ipso atque habitu apparet. Sed et pauca quædam, quæ retinere possum ex iis quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcunque voluerint de Scripturis assumere, hæc propensius sui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens apostolicus denotat sermo, dicens : « Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit [20]. » Itaque post hæc quæ semel ab apostolis tradita sunt, ultra non oportet quidquam aliud suscipere discipulum Christi. Verum ne sermonem longius protraham, ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni sed maligni principis, nec habere eam quidquam cognationis ad novam legem Christi, sed esse contrariam et inimicam, alteram alteri obsistentem. Ego audiens,

[16] II Tim. III, 6. [17] Matth. XXV, 44. [18] Luc. XIII, 27. [19] I Cor. XI, 19. [20] Galat. I, 8.

(9) Ita Vulgata juxta Græcum textum, Cyprianus lib. *De opere et eleemosynis*, aliique. Casinensis tamen habet, « in carcerem. »

(10) Forte, « stolam. »

(11) « Fugere, » et « effugere, » pro fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres.

(12) Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hær. n. 11.

(13) In Casinensi codice, « continuaretur. »

(14) Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num. 11, ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, « salutem, » deest in codice Casinensi, sed litteram *s*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis exsistat.

(15) Videant hæretici quam clare tam hic, quam infra Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas amplectendasque esse declaret.

Digitized by Google

dicebam eis sermonem evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus : « Non veni solvere legem, sed adimplere [21]. » Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixisse sermonem ; cum enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potius intelligere quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima ex lege, multa etiam de Evangelio et apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimescit ; credo quod habeat adjutorem draconem illum qui nobis semper inimicus est. Dicebat ergo quod ibi dixerit Deus : Ego divitem et pauperem facio [22] ; hic vero Jesus beatos diceret pauperes [23] ; addebat etiam, quod nemo possit ejus esse discipulus, nisi renuntiaret omnibus quæ haberet [24] : ibi vero Moyses, argentum et aurum ab Ægyptiis sumens, cum populo fugisset ex Ægypto [25] ; Jesus autem nihil proximi desiderandum esse præcepit. Deinde quod ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege cavisset expendi [26] ; noster vero Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari [27]. Quod ibi Moyses cum qui Sabbato opus fecisset, et non permansisset in omnibus quæ scripta sunt in lege, puniri lapidarique præcepit [28], sicut factum est ei qui adhuc ignorans in Sabbato fascem ligni collegerat ; Jesus vero in Sabbato etiam lectum portare præcepit a se curato [29] ; sed et discipulos in die Sabbati vellere spicas [30] ac manibus confricare non prohibet, quod Sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam ? multis et variis assertionibus hujuscemodi dogmata ab eo summo nisu atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apostoli, Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere ; Jesu vero legem, legem esse vitæ, per id quod ait : « In quo et idoneos nos faciat Deus (16) ministros novi Testamenti non littera, sed Spiritu. Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si ministerium mortis, in litteris formatum in lapidibus (17), factum est in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ destruetur (18) ; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria ? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod gloriosum factum est in hac parte, propter eam quæ supereminet gloriam : si enim quod destruetur per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est [31]. » Sed hoc quidem sicut ipse nosti, in secunda ad Corinthios Epistola. Addit autem ex prima Epistola, terrenos esse dicens discipulos veteris Testamenti et animales, et ideo carnem et sanguinem regnum Dei possidere non posse [32]. Ipsum quoque Paulum ex propria sua persona dicebat asserere id quod ait : « Si ea quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo [33]. » Sed et illud eumdem ipsum evidentissime de carnis resurrectione dixisse, non esse Judæum qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne est circumcisio, neque secundum litteram, legem quidquam utilitatis retinere [34]. Et rursum quod Abraham habet gloriam, sed non apud Deum [35]. Tantummodo agnitionem peccati per legem fieri [36]. Sed et alia multa, legi obtrectans, inserebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, dicente eo, movebantur, et usque ad Joannem igitur, aiebat, lex et prophetæ [37]. Aiebat autem Joannem regnum cœlorum prædicare ; nam et per abscissionem (19) capitis ejus hoc esse indicatum, quod omnibus prioribus et superioribus ejus abscissis, posteriora sola servanda sint. Ad hæc igitur nobis, o religiosissime Archelae, paucis rescribe ; audivi enim non mediocriter tibi esse in talibus studium : Dei enim donum est, idcirco quod dignis et amicis suis, sibique propositi societate conjunctis, Deus donat hæc munera. Nostrum enim est propositum præparare et proximos fieri benignæ ac diviti menti (20), et continuo ab ea largissima munera consequimur. Quoniam ergo in iis voto et proposito meo sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim me esse confiteor), ad te misi, sicut sæpius dixi, quæstionis hujus solutionem plenissimam recepturus. Incolumis mihi esto, Pater incomparabilis et honorabilis.

XLI. Accepta hac epistola, Archelaus admiratus est hominis audaciam ; sed interim Diodori allegationibus, ut res suadebat celere dare responsum, continuo scripsit hoc modo.

ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI SALUTEM (21).

Acceptis litteris tuis, valde gavisus sum, dilectissime. Cognovi autem quod vir iste qui ante hos dies ad me venerat, et scientiam aliam præter eam quæ apostolica est et ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit ; quem quidem ego non admisi, in præsenti enim nobis disputantibus confutatus est. Et velim quidem omnia quæ a me dicta sunt, scribere tibi, ut ex his agnosceres fidem

[21] Matth. v, 17. [22] Prov. xxii, 2. [23] Matth. v, 3. [24] Luc. xiv, 33. [25] Exod. xii, 35. [26] Exod. xxi, 24. [27] Luc. vi, 29. [28] Num. xv, 32. [29] Marc. ii, 11. [30] Luc. vi, 1. [31] II Cor. iii, 6-11. [32] I Cor. xv, 50. [33] Gal. ii, 18. [34] Rom. ii, 28. [35] Rom. iv, 2. [36] Rom. iii, 20. [37] Joan. i, 29.

(16) Vulgata, « fecit Deus, » quod magis Græco textui consonum est.

(17) Vulgata ; « Ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus ; » sed nostri interpretis lectio magis ad sensum Græci quo nunc utimur, textus accedit.

(18) Infra cap. 42 habet, « aboletur. »

(19) In Casinensi, « nam et abscissionem, » omissa, ut patet, præpositione « per. » Sed et legi potest, « abscissione. »

(20) In Casinensi codice legitur, « præpararet proximus fieri benignæ hac diviti menti. » Et infra, « idiotam me esse confiteor. » Sed ita emendandum esse, uti editum est, nemo, ut arbitror, inficias iverit.

(21) Hanc Archelai epistolam, cum subsequentibus nonnullis usque ad caput 46 hujus operis edidit pariter ex codice Bobiensi Valesius, cujus varias lectiones adnotamus.

Digitized by Google

ejus; sed quia de vacanti fieri poterit (22) hoc, nunc quod instat, paucis respondere tibi necessarium duxi, ad ea quæ mihi scripsisti quod ab illo dicerentur. Erat ergo ei summum studium (23), legem Moysi ostendere non esse consonantem legi Christi; et hæc ex nostris Scripturis asseverare tentabat. Nos vero ex eadem ipsa Scriptura non solum confirmavimus legem Moysi, et omnia quæ in ea scripta sunt; verum etiam omne vetus Testamentum convenire novo Testamento et consonare probavimus, unumque esse textum, tanquam si una vestis videatur ex subtegmine (24) atque stamine esse contexta. Hoc solum, quod veluti purpuram videmus in veste, novum Testamentum in textura (25) veteris Testamenti; gloriam enim Domini in eodem speculamur (26). Non ergo abjiciendum est speculum (27), cum nobis ipsam imaginem rerum similem veramque demonstret (28); quin potius et eo amplius honorandum est. Sed et puerum qui ad doctores a pædagogo (29) perducitur, cum adhuc parvulus est, nunquid cum ad ætatem pervenerit, dehonorare (30) oportet pædagogum, propterea quod jam opera ejus non indiget (31), et potest solus jam sine ejus adminiculo ad scholas pergere atque ad auditoria properare? Aut rursum (32) parvulus qui lacte nutritus est, cum profecerit ad validiores cibos, cum injuria debet abjicere atque exhorrescere nutricis mamillas? quin potius veneratur et colit, et beneficii sui debitor (33) fatetur. Aliud etiam, si videtur, adhibemus (34) exemplum. Homo quidam projectum in terram cum vidisset infantem, et jam vehementer afflictum, collegit eum et nutrire apud se cœpit (35), usquequo ad ætatem adolescentiæ perveniret, toleravitque omnes qui evenire solent nutritoribus labores (36). Accedit vero post tempus is qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, et invenit eum apud illum qui nutrierat (37). Quid faciat hic puer, patre cognito? de justo enim puero mihi sermo est. Nonne multis donis munerato eo qui se educaverat, sequitur naturalem patrem pro respectu (38) hæreditatis?

Ita mihi intelligendum est magnificum Dei famulum Moysen invenisse (39) populum afflictum ab Ægyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto tanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo veniret cujus est; et post aliquantum tempus adveniens pater oves recepit (40). Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo qui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis qui ab eo conservati sunt? Quis igitur ita mentis insanæ est, o dilectissime Diodore, ut alienos a se dicat eos qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, qui æqualia et sibi similia atque cognita (41), imo potius germana signa ac prodigia demonstrarunt? et primo quidem Moyses ad populum dixit: « Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me[38]. Jesus deinde ait: « De me enim Moyses locutus est[39]. » Vides (42) quomodo dexteras sibi invicem tradunt, quamvis (43) alter propheta, alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed et quondam volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente: Non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem de quo dicitur, breviter exponam. Homo quidam erat dives[40], gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum poterat (44) invenire. Accidit utrumque vita discedere et in infernum descendere, et pauperem mitti in locum requiei, et reliqua quæ nosti. Verumtamen erant divitis fratres quinque, ea quæ et ipse egerat, agentes (45), sine dubio, quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore ut edisceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei: « Habent Moysen et prophetas. » Si enim illos non susceperint, ut ab eo velut pædagogo gubernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed et de aliis sermonibus, ut potero, exponam, id est, quod non contraria Moysi locutus

[38] Deut. xviii, 18. [39] Joan. v, 46. [40] Luc. xvi, 19.

(22) Cod. Bobiensis, « fieri potest.
(23) Cod. Bobiensis, « suum studium. »
(24) In Casinensi est, « ex subtemine, et quæ stamine. » Sed nos Bobiensis cod. lectionem meliorem esse censuimus.
(25) Codd. Casin. et Bob., « in texturam. »
(26) Corruptus est hoc in loco Bobiensis codex, quem non recte Valesius correxit.
(27) Casinensis non recte, « speculum nobis per ipsam imaginem. » Sed melior alia Bobiensis codicis lectio, quam secuti sumus.
(28) Bobiensis, « demonstrarit. »
(29) Et hic melior Bobiensis codicis lectio; nam Casinensis habet, « qui a doctore iis a pædagogo. »
(30) Codex Bobiensis, « dehonestare. »
(31) Codex Casinensis, « oportet, et pædagogum, propter quod ore ejus non indiget. » Et paulo post, « atque plauditoria properare. » Sed nos Bobiensis codicis lectionem expressimus.
(32) Bobiensis. « ut rursum. »
(33) Casinensis « debitorem. » Forte, « et beneficii se debitorem fatetur. »
(34) Bobiensis, « adhibeamus. »
(35) Idem codex, « colligit et nutrire apud se quærit. »
(36) Idem codex, « qui venire solent nutricibus labores. »
(37) Idem codex, « accidit vero post tempus, ut is qui, etc., requireret puerum, et inveniret eum. »
(38) Codex Bobiensis, « patrem prospectu. » Et mox, « mihi intellige magnificum. »
(39) Male Casinensis, « venisse. »
(40) Bobiensis habet, « tanquam pater educabat. Ut magister regebat et conservabat populum, etc. Et cum post aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit. »
(41) Codex Bobiensis, « qui æqualia atque cognata. » Mox, « ad populum; prophetam. »
(42) Male Casinensis codex, « unde. »
(43) Male Casinensis, « quam. »
(44) Codex Bobiensis, « potest, » mala lectio.
(45) Codex Bobiensis, « et ea quæ ipse gesserat agentes. » Et infra, « uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham vero. »

Digitized by Google

est Jesus aut fecit (46). Primum quod ait, « Oculum pro oculo, dentem pro dente [41], » hoc (47) justum est; quod autem cæsum præstare jubet et alteram maxillam, hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est? Absit (48)! profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus : « Dignus est operarius mercede sua [42]. » Quod si voluerit quis fraudem facere, exigi ab eo illa quæ per fraudem interceperat (49), justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Israel per operum compulsores in fingendis lateribus, quod cum suppliciis Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit. Nunquid hoc iniquitas (50) appellanda est? Absit! Illa sane bonitatis est abstinentia (51), cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus quæ superflua sunt. Quod vero (52) in Veteri Testamento dictum est : « Ego divitem facio et pauperem [43]; » Jesus vero beatificat pauperes [44], non dixit sæcularis substantiæ (53) pauperes, sed pauperes spiritu, id est, qui non superbia inflammantur (54), sed humilitate se mitigant (55) et inclinant, non plus sapientes quam oportet sapere [45]. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Hic enim video et Jesum libenter intuentem divitum munera [46]; cum in gazophylacio offeruntur; et parum hoc est (56), si a solis divitibus in gazophylacio munera offeruntur (57); imo vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat de suscipienda pecunia demonstratur. Ille enim ab his qui habebant accipiebat (58); hic autem accipit etiam ab his qui non habent. Sed, ait, scriptum est : « Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus [47]. » Rursum video centurionem, valde divitem et sæculari præditum potestate, fidem habere plusquam omnem Israelitam [48]; ut si quis fuit (59), etiam qui renuntiaverat a centurione superatur in fide. Sed dicet (60) nobis quis : Non est ergo bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam, his qui possunt; sed abuti (61) divitiis ad opus justitiæ atque misericordiæ parem gratiam tribuit ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse Sabbatum, non plane destruxit; ipse enim Dominus (62) erat Sabbati [49]; tanquam si sponsi quis custodiens torum diligenter exstructum (63), a nullo alio extraneo vexari vel contingi patiatur (64), usquequo ipse sponsus adveniat; et cum advenerit, strato suo sicut libuerit utatur, vel hi quos ipse secum jusserit introire. Testimonium etiam dedit his quæ dicimus, cœlesti voce ipse Dominus Jesus Christus dicens : « Nunquid potestis filios sponsi (65) facere jejunare, donec cum ipsis est sponsus [50]? » Sed circumcisionem non abjecit, quin potius ipse pro nobis in semetipsum causam circumcisionis excepit (66), labore nos relevans, et pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest, circumcidenti se quidem et adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissimæ viæ spatia compendioso nobis tramite demonstrare (67), ne forte cum longa spatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; et dum de foris quidem splendidi hominibus apparemus, intrinsecus lupis rapacibus comparemur [51], aut sepulcris conferamur dealbatis [52]. Multo enim (68) ille huic præferendus est qui veste squalida ac detrita circumdatus, nihil mali in corde suo concusum retinet adversus proximum. Cordis enim (69) circumcisio sola salutem confert : nihil præstat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcisione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura : « Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt [53]. » Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim compendia viæ (70), si possum mundus esse corde, sicut et si quis prævaleat in duobus mandatis omnem legem implere et prophetas [54]? Post hæc vero omnia edocet apostolorum maximus Paulus, dicens :

[41] Matth. v, 32. [42] Matth. x, 10. [43] Prov. xxii, 2. [44] Matth. vi, 3. [45] Rom. xii, 3. [46] Marc. xii, 41. [47] Luc. xiv, 33. [48] Matth. viii, 10. [49] Matth. xii, 8. [50] Marc. ii, 19. [51] Matth. vii, 15. [52] Matth. xxiii, 7. [53] Matth. v, 8. [54] Matth. vii, 12.

(46) Male Casinensis, « autem fecit. » At in Bobiensi codice sequitur, « Primum quidem, quod ait. »

(47) Codex Bobiensis, « in hoc. »

(48) In Bobiensi codice hic plura verba desunt; habet enim, « hoc bonitas est. Absit. »

(49) Codex Bobiensis, « et exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat. » Casinensis vero, « exige ab eo illa quæ fraudem interceperat. » Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.

(50) Bobiensis, « exigit. Nunquid iniquitas. »

(51) Hinc patet Valesium recte ad marginem emendasse Bobiensis codicis lectionem, quæ habet, « absentia. »

(52) Codex Bobiensis : « Quod ergo, » et mox, « Jesus beatificat. »

(53) Codex Bobiensis, « sæculari substantia. »

(54) Forte, « inflantur. »

(55) Codex Bobiensis, « humilitate mitigant. »

(56) Codex Casinensis, « offerentur, et pauperum hoc est. » Bobiensis autem, « offeruntur; et parum hoc est, » quæ vera est hujus loci lectio.

(57) Codex Bobiensis, « inferuntur. »

(58) Idem codex, « ab his tantummodo, qui habebant suscipiebant. »

(59) Idem codex, « omnem Israel, ut si quis fuerit. »

(60) Codex Bobiensis, « dicit. »

(61) Bobiensis codex, « sed et abuti. » Forte, « sed et uti, » vel, « sed etiam uti. »

(62) Codex Casinensis, « Deus. »

(63) Ita cod. Bobiensis; nam Casinensis male, « exstruxit. »

(64) Idem codex, « patitur. » Et mox, « quos secum. »

(65) In Græco est υἱοὶ νυμφῶνος, « filii thalami sponsalis, » seu, ut vertit Vulgata, « filii nuptiarum; » quæ meliores sunt hujus loci versiones.

(66) Codex Bobiensis, « suscepit. »

(67) Codex Bobiensis, « viæ compendiosum nobis tramitem demonstrare. »

(68) Idem codex, « multum enim. »

(69) Idem codex, « cordis ergo. » Et mox, « nihil præstante carnali. » Et infra, « muniatur. »

(70) Idem codex, « compendium viæ. »

Digitized by Google

« Aut experimentum (71) quæritis ejus qui in me loquitur Christus [54]? » Quid ergo mihi opus est circumcisione (72), cum possim et in præputio justificari? Et scriptum est : « Si quis circumcisus est, non adducat præputium ; aut si quis in præputio est, non circumcidatur : utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei [55] (73). » Cum ergo nullum possit salvare circumcisio, non magnopere requirenda est ; maxime cum si quis in præputio vocatus fuerit et circumcidi voluerit, continuo prævaricator legis (74) efficiatur. Si enim circumcidor, et mandata legis adimpleo ut salvari possim ; incircumcisus et in præputio positus, multo magis mandata custodiens habebo vitam. In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam litteræ (75) per atramentum, in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est [56]. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim aliquis (76) dives multis auri atque argenti talentis, ita ut omne (77) domestici usus ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum, in nullo vasis fictilis speciem requirit ; sed non propterea figuli opus aut ars fictilium (78) vasorum ab eo detestanda est : ita etiam ego gratia Dei dives factus et cordis circumcisionem consecutus (79), nequaquam vilissimæ illius circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Absit. Quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in (80) Epistola prima Apostoli plenissime tractata (81).

XLIII. De velamento vero Moysi, et de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo propositus (82) : « Quod si ministerium mortis, in litteris formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus quæ aboletur [57] ; » et reliqua : tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi, quod est amicum nobis. Quod si destruitur, et velamen habet (83) lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, si tantum in eo gloria sit. Neque vero omnigene in ignobilitatem (84) redigitur, quod destruetur (85). Cum enim de gloria disputat Scriptura, scisse se differentias gloriæ (86) testatur : « Alia enim, inquit, gloria (87) solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum ; stella enim a stella differt in gloria [58]. » Si enim sol majorem habet gloriam quam luna, non continuo in ignobilitatem luna redigitur. Ita et si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, tanquam Dominus famulum, non continuo respuenda est gloria Moysi : ita enim possumus satisfacere auditoribus, sicut et verbi ipsius natura persuadet (88), ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis ; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam soli ; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius servavit (89). Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster oriretur, sicut et ait : « Et illuminabit Christus [59]. » Sed quod dicit : « Obscurati sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim ipsum velamen manet in lectione (90) veteris Testamenti. Non revelatur, quia in Christo destruitur (91).

[54] II Cor. XIII, 3. [55] I Cor. VII, 18. [56] Rom. II, 29. [57] II Cor. III, 7. [58] I Cor. XV, 41. [59] Ephes. V, 14.

(71) Idem codex, « dicens, experimentum. »

(72) Idem codex, « circumcisio. »

(73) Melius Vulgata juxta fidem Græci textus : « Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est : sed observatio mandatorum Dei. »

(74) Codex Bobiensis, « prædicator legis, » mala lectio.

(75) Legendum forsitan, « littera, » ut cum D. Pauli loco in Epistola ad Romanos ad quem Archelaus respicit, concordet.

(76) Male Casinensis codex, « alius. »

(77) Bobiensis, « talentis repletus, ita omne. »

(78) Codex Bobiensis, « figuli opus aufers, aut fictilium. » Casinensis vero, « figuli opus et ars aut fictilium ; » sed videtur legendum, « figuli opus, aut ars fictilium, » uti editum est.

(79) Codex Bobiensis, « dives factus sum, et cordis circumcisionem consecutus, nequaquam. » At Casinensis, « dives factus et circumcisionem consecutus, nec quemquam. » Nos Casinensem ex Bobiensi partim supplevimus, partim emendavimus.

(80) *Epistolam primam* intelligit Epistolam ad Romanos quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in hæresi 42, ubi crimini vertit Marcioni, quod Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli Epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.

(81) Male codicis Bobiensis, « plenissime pertractans. »

(82) Male codicis Bobiensis, « propheticus. » Et mox, « litteris firmatum. »

(83) Bobiensis codex, « si habet. »

(84) Codex Bobiensis et hic corruptam lectionem exhibet, nempe, « gloria ; neque vero, omni genere in nobilitate. » Valesius recte emendat, « in ignobilitatem. »

(85) Codex Bobiensis, « destruitur. »

(86) Idem codex, « scis esse differentias gloriæ ; alia enim gloria. » Mala lectio.

(87) Vulgata, Irenæus lib. II, cap. 24, et Cyprianus lib. III, *Testim. ad Quirinum*, cap. 58, habent, « claritas, » pro « gloria. » Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano *De resurr. carnis*, cap. 52.

(88) Bobiensis, « natura demonstrat. » Mox, « exemplis manifestius. » Et infra, « sol exortus. »

(89) In codice Bobiensi, « servabit. » Male Casinensis codex, « observavit. » Et infra, « antequam lucerna. » Econtra pejor in sequentibus Bobiensis codicis lectio, ubi sic se habet, « sol nobis verus Salvator orietur, sicut ait, et illuminat tibi Christus. Sed qui dicit. »

(90) Codex Bobiensis, et Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, « tenet et in lectione. »

(91) Codex Casinensis, « destructur ; » lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, « non revelatum, » utrobique juxta fidem Græci textus.

Digitized by Google

Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen (92). Dominus autem Spiritus est [60]. » Quid (93) inquit? Usque in hodiernumne præsens est Moyses? non dormivit, non requievit, non abscessit e vita? Quomodo in hodiernum (94) dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, positum supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est (95) vox quæ arguit filios Israel, legentes Moysen et non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum; quoniam ipse est, qui a Moyse prophetatus est venire. Hoc est velamen, quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus [61]; ait enim in lege (96): « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, usquequo veniat (97) cujus est (98), et ipse erit exspectatio gentium [62]. Qui alligabit (99) ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ indumentum suum. Suffusi oculi (1) ejus a vino, et candidi dentes ejus a lacte, » et reliqua. Qui etiam et unde venturus esset designavit, dicens: « Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me; ipsum audite [63]. » Et quidem quia non possit intelligi hoc de Jesu Nave (2) dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Juda reges fuerunt post ipsum, et ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. Et hoc est velamen (3), quod est in Moysen; neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione Veteris Testamenti, propter quod is qui appellatur antiquitus Israel, exspectat adventare Christum, non intelligentes (4) quia defecerunt ex Juda principes, et ex femoribus ejus duces; sicut nunc videmus regibus eos principibusque subjectos (5) tributa pendere, nulla sibi potestate vel judicandi vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, quia Thamar [64], posteaquam condemnaverat, potuit justificare. Sed et videbitis (6) vitam vestram pendentem ante oculos vestros [65].

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima ascriptio (7) in eis facta est, et cœperunt tributa pendere, et censum dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari atque exspectari, ex eo principes ex Juda esse cœperunt et duces populi, qui rursum defecerunt in adventu (8) præsentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen quod in illa lectione positum est, intelligent (9) virtutem circumcisionis, invenient et generationem ejus quem prædicamus, et crucem, et quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis discutere unumquemque sermonem (10), et ostendere ut intelligi dignum est. Sed quoniam nunc aliud est quod urget, de vacanti (11) nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causa velamen positum super cor quorumdam in lectione Veteris Testamenti. Quicunque vero ad Dominum convertuntur, ab iis velamen (12) aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in sese, his qui sensu

[60] II Cor. III, 14. [61] Exod. XXXIV, 33; II Cor. III, 13. [62] Gen. XLIX, 10. [63] Deut. XVIII, 18. [64] Gen. XXXVIII. [65] Deut. XXVIII, 9.

(92) Codex Bobiensis, « fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen. » Vulgata enim habet, « auferetur. » At in Casinensi codice est « aufertur. »

(93) Casinensis, « quod, » mala lectio.

(94) Codex Bobiensis, « abscessit vita? Quamobrem ergo in hodiernum. »

(95) Idem codex, « supra cor eorum. Hæc est. »

(96) Idem codex, « ait enim, intellige, » et mox, « de Juda. »

(97) Codex Bobiensis, « de femore ejus usquequo veniat, qui est. » Cæterum ista hujus loci interpretatio longe diversa est a Vulgata, et ab antiquioribus versionibus, quas exhibent Tertullianus, *De Trinit.*, cap. 9, et Cyprianus *adv. Judæos* lib. I, cap. 21. Sed nec Græco LXX Interpr. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. mss. et apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

(98) *Cujus est.* Prudentio Marano viro doctissimo ad Justini *Apol.* I, § 32, videtur hoc esse librariorum erratum, pro « cui jus est. » Quæ quidem lectio restituta propius illi accedit quam novimus fuisse veteribus usurpatam, ᾧ ἀπόκειται, « cui repositum est. » Videsis hac de re cl. Cotelerium ad *Constit. apost.* lib. VI, cap. 11 sub finem: qui præterea ad earumdem *Const.* lib. I, cap. 1, præclare versum censet hic ejusmodi Geneseos locum: « Qui alligavit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ.

(99) Codex Casinensis, « quia alligabit; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobiensis « alligavit. »

(1) Codex Bobiensis, « effusi oculi. » Mox, « qui enim. » Mox, « designavit, prophetam. » — De hac lectione fuse disputat Grabius in dissert. *De variis vitiis LXX Interpp.*, § 19, pag. 36. Quo ex loco nonnulla excerpta dedimus ad Justini *Dial. cum Tryph.*, § 52, tom. I hujus *Biblioth.*, pag. 507.

(2) In Bobiensi inepta lectio, « Mane. » — Corruptam lectionem « de Jesu Mane » viderat jampridem in Valesiana editione hujus Disputationis Cotelerius ad Barnabæ Epist. cap. 12, ubi de hoc nomine pro more suo disserit erudite.

(3) Codex Casinensis: « Et hæc est velamen. » Et infra, « vel pellis. »

(4) Codex Bobiensis, « intelligens. »

(5) Male Bobiensis codex, « regibus eos, regibusque subjectos. »

(6) Codex Bobiensis « justificare. Sed videbitis. » Casinensis « justificari. Sed et videbitis. »

(7) Bobiensis codex, « abscriptio. » Mox, « cœperuntque. » Et infra, « Dominus meus. »

(8) Idem codex, « in adventum. »

(9) Idem codex, « intelligens. » Et infra, « ipsa quæ de eo. »

(10) In codice Bobiensi mutilus est hic locus; habet enim, « sermonem, ut intelligi, dignum est. Dixisse nunc sufficit. »

(11) In Casinensi est, « de vacantibus; » sed legendum, « de vacanti. » Sic supra cap. 41.

(12) Codex Bobiensis, « velamentum. »

Digitized by Google

vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, quo ait (13) : « Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me[66] ; » in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, scientis (14) eum qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, et similia signa ac prodigia ostensurum. Ibi enim Moyses natus [67], a matre sua in thibin (15) positus, exponitur ad ripas fluminis : hic Dominus noster Jesus Christus natus ex matre sua Maria (16), per angelum fugatur in Ægyptum [68]. Ibi Moyses educens populum de medio Ægyptiorum [69], salvavit; et hic Jesus populum de medio Pharisæorum educens [70], æternæ tradidit saluti. Ibi Moyses per orationem petens, e cœlo accepit panem quo pasceret populum in deserto [71]; hic Dominus meus (17) Jesus virtute propria ex quinque panibus viros quinque millia satiavit in deserto [72]. Ibi Moyses cum probaretur, positus in monte, jejunavit quadraginta dies [73], et hic Dominus meus Jesus a spiritu actus in desertum [74], cum tentaretur a diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. Ibi in conspectu Moysi, propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt [75] ; et hic Jesu nascente [76], propter infidelitatem Herodis omne masculinum (18) Judæorum subito perit. Ibi Moyses orat [77], ut parcatur a plagis Pharaoni ac populo ejus ; et hic Dominus « noster Jesus orat indulgeri Pharisæis, dicens : Pater, ignosce eis, quoniam nesciunt quid faciant [78]. » Ibi Moysi vultus resplenduit in gloria (19) Domini [79], ita ut non possent filii Israel intendere in faciem ejus propter gloriam vultus ejus; et hic Jesus Christus Dominus resplenduit sicut sol [80], et discipuli ejus non poterant aspicere (20) in faciem ejus propter gloriam vultus ipsius et immensum luminis splendorem. Ibi Moyses eos qui vitulum statuerant (21), gladio dejecit [81] ; et hic Dominus Jesus ait : « Veni gladium mittere super terram, et dividere hominem a proximo suo [82] (22), » et reliqua, Ibi Moyses in caliginem (23) nubium aquas ferentium sine metu incessit [83] ; et hic Dominus Jesus cum omni potestate super aquas ambulavit [84]. Ibi Moyses imperavit mari [85] ; et hic Dominus Jesus cum esset in mari [86] (24), surgens imperavit ventis et mari. Ibi Moyses cum impugnaretur [87], extensis manibus certavit adversus Amalec ; et hic Dominus Jesus impugnatis nobis et pereuntibus violentia erratici spiritus qui nunc in justis (25) operatur, extensis in cruce manibus, salutem dedit. Sed et alia multa prætereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te libellum (26) hunc velociter mittere, quæ tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem mihi omne quod postea (27) egerit adversariæ partis minister. Incolumem te anima et spiritu custodiat Deus omnipotens (28).

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, et collecto ex ea sensu, conflixit adversus Manem ; ita ut ab omnibus collaudaretur, quod diligenter et competenter ostenderit, duorum Testamentorum atque utriusque legis inter sese cognationem (29) : plura etiam ex semetipso inveniens, objecit ei valida valde et fortia pro veritate. Conclusit etiam adversarium Diodorus ex nominibus (30), dicens ita : Dixisti duo esse Testamenta, dic ergo duo esse vetera aut duo nova? Ejusdem enim temporis, vel potius æternitatis, duo asseris esse ingenita ; et si duo sunt, duo oportet vetera (31) testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non dicis, sed unum esse vetus, et aliud novum ; rursum unus utriusque (32) auctor ostenditur, et ejus esse vetus, cujus et novum, consequentia ipsa edocet (33) : veluti si quis dicat homini, Loca mihi (34) veterem domum tuam ; nonne per hoc (35) etiam novæ domus dominum eum esse pronuntiat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam præsta mihi ; nonne eodem verbo etiam veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquemque ipsorum vetus Testamentum, et

[66] Deut. XVIII, 18. [67] Exod. II. [68] Matth. II, 13. [69] Exod. XIV. [70] Marc. VIII, 15. [71] Exod. XVI. [72] Matth. XIV. [73] Exod. XXXIV. [74] Matth. IV, 2. [75] Exod. XII. [76] Matth. II, 16. [77] Exod. VIII. [78] Luc. XXIII, 34. [79] Exod. XXXIV, 35. [80] Matth. XVII, 2. [81] Exod. XXXII. [82] Matth. X, 34. [83] Exod. XXIV, in fine. [84] Matth. XIV, 25. [85] Exod. XIV. [86] Matth. VIII, 26. [87] Exod. XVII.

(13) Codex Bobiensis, « quod ait. »

(14) In Casinensi codice scribitur, « scientibus, » in Bobiensi, « scientes : » sed Valesius, « scientis, » emendandum censuit, cujus sententiæ astipulati sumus. Infra Bobiensis, « et amplius. »

(15) Thibis, θίβις, apud LXX, est fiscella scirpea in Vulgata. Mox Bobiensis, « ripam. »

(16) Codex Bobiensis, « matre Maria. »

(17) Codex Bobiensis, tam hic quam infra, « Dominus noster. » Mox, « saturavit.

(18) Idem, « masculum. » Mox, « pro populo. » Infra, « Pharisæus, Pater. » Mox, « quid faciunt. »

(19) Codex Bobiensis, « in gloriam. »

(20) Idem, « respicere. » Mox, « vultus ejus. »

(21) Codex Bobiensis, « vitulum fecerant. »

(22) Melius Vulgata, « separari hominem adversus patrem suum ; » et Tertull. *Adversus Gnosticos*, cap. 10, « dividere hominem, » etc.

(23) Bobiensis codex, « in caligine. »

(24) Idem codex, « in navi. »

(25) Codex Bobiensis, « in istis. »

(26) Codex Bobiensis, « velociter libellum. »

(27) Idem, « mihi, charissime, quid postea. »

(28) Codex Casinensis, « Deus omnium. »

(29) Male Casinensis codex, « legis inesse cognitionem. » Male et infra Bobiensis, « veniens, objecit. » Sed et Casinensis pro « objecit, » male habet « objecta. »

(30) Ridicula est hic Bobiensis codicis lectio, in quo scribitur, « ex navibus ; » econtra Casinensis mox habet, « dicens ita dixit, » mala itidem lectio.

(31) Codex Bobiensis, « oportet et vetera. »

(32) Male Casinensis, « rursus omnis utriusque. »

(33) Codex Casinensis, « docent. »

(34) Hæc est Bobiensis codicis lectio ; nam in Casinensi est, « homini diviti mihi, » nullo sensu. Forte, « dimitte mihi. »

(35) Codex Bobiensis, « non per ; » sed in seq. habet « nonne. »

Digitized by Google

fient (36) duo vetera Testamenta; si tamen ambos antiquos, et sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu vero qui dicis legem Moysi esse maligni principis, et non boni Dei, dic mihi, qui erant illi qui resistebant in faciem Moysi, Jamnem dico et Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimetipsi resistit, sed alii, aut meliori aut deteriori, sicut Paulus indicat ad Timotheum in secunda Epistola sua scribens (37): « Quemadmodum Jamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti restiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum omnibus (38) nota est, sicut et illorum fuit [87a]. » Vides quomodo Jamnem et Mambrem hominibus comparat corruptis mente et reprobis circa fidem; Moysen vero veritati? Sed et sanctus Joannes maximus evangelistarum ait, gratiam gratia præstare, et differre [88]; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. Quod ostendens etiam ipse Dominus noster Jesus aiebat: « Non putetis (39), quia ego vos accusabo apud Patrem. Est qui vos accuset Moyses, in quem (40) vos speratis; si enim crederetis Moysi, crederetis utique et mihi (41); de me enim ille scripsit. Quod si litteris illius non creditis, quomodo verbis meis credetis [89]? » Sunt etiam alia multa quæ dici possent (42) et de apostolo Paulo, et de Evangeliis; ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius quam Domini, cujus est Novum Testamentum, quæ nos competenter exponere et aptare convenit (43). Jam vesper impedit, dies enim clauditur, et finem nos disputandi facere par est; crastino autem nobis (44), de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt (45),

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hoc in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans præsentem esse Archelaum, rursum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertebat eum hominem esse simplicem, et non satis Scripturarum quæstionibus eruditum: Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo et turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, et Manes jam verba facere cœpisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, et omnes qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ Providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus quo quæstio movebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliqua religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, et supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum Archelai, velut apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus et tam promptus exsisteret. Et cum dextera silentium poposcisset a populo (tumultus enim non mediocris exstiterat), hoc modo cœpit Archelaus: Tametsi prudentiam, gloriam etiam nostrorum nonnulli assecuti sunt: tamen hoc vos deprecor, ut eorum quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim et certus sum, fratres, quoniam Diodoro (46) non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli viri illustris gratia (47), volens eum divertere a nostra doctrina et a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; et tamen omnibus suis verbis in nulio eum divertere et movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus petræ [90], in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis; et cum descendisset pluvia, et irruissent flumina ac venti, et illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis et immobilibus fundamentis: huic autem qui præsens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum est; oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; siquidem Spiritus Paracleti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum, et similis facere (48) astrologo, describenti quidem cœlestia, ignoranti vero quæ

[87a] II Tim. III, 8, 9. [88] Joan. I, 16. [89] Joan. V, 45-47. [90] Matth. VII, 24.

(36) Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, « ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, et fient, » etc. Valesius ex ingenio ita emendavit, « ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum. » Sed ipsum male conjecisse Casinensis codex ostendit.

(37) Codex Bobiensis, « ita scribens. »

(38) Codex Bobiensis: « Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus, sicut, » etc., quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.

(39) Codex Bobiensis: « Non potestis; » pessima lectio.

(40) Casinensis codex: « Moyses, quem; » lectio rejicienda.

(41) Codex Bobiensis, « creditis Moysi, crederitis utique forsan et mihi. »

(42) Codex Casinensis, « alia plura jam, quæ dici possint. »

(43) Codex Bobiensis, « exponere et a Patre ut convenit; » quæ verba cum nullum habere sensum vidisset Valesius, « exponere et aperire ut convenit, » emendandum esse putavit; et quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.

(44) Codex Bobiensis non recte, « vobis. »

(45) Huc usque edidit Valesius.

(46) In codice Casinensi erat, « Diodorus, » nullo sensu.

(47) Male Casinensis, « viri in legis gratia. »

(48) Forte, « factus est. »

Digitized by Google

suæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre quæstionem, jam sileam; de iis vero dabo ipsi potestatem, sumat quodcunque vult propositionis et quæstionis initium. Vos tantummodo, sicut superius dixi, indeclinabiles judices esse quæso, ut vera dicenti honorem verum palmamque tradatis.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibus facto, ita exorsus est : Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obtundis, licet tale sit apostolorum genus, patiens et ferens omnia, etiamsi eos conviciis quis aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum; et si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim solum oportet timere, qui potest animam et corpus perdere in gehennam [91]. *Archelaus dixit :* Absit a me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpessus es a me, vel a nostris, et quidem cum obtrectares atque injuriam irrogares, et cum detraheres de paternis nostris traditionibus, et cum velles animas hominum bene institutas ac diligenti cautela servatas interficere, quibus utique repensari non possunt universæ mundi divitiæ? Veruntamen propter quod assumis, o Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas dicito. Verborum enim nuda jactatio non poterit præsenti multitudini satisfacere, ut agnoscant qui nostrum rectius obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc prius dicito, cum prius dicendi acceperis facultatem. *Manes dixit :* Si non iterum his quæ a nobis recte dicuntur, infideliter resistis, dicam; si autem talis exsistis, qualem te prius sensi, dicam adversus Diodorum, declinans inquietudinem tuam. *Archelaus dixit :* Prædixi jam, quod abutimur inanitate verborum. Si quis nostrum (49) resistere infideliter invenitur, judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid asseras, dicito. *Manes dixit :* Si non iterum resistis his quæ a me iterum recte dicuntur, incipiam. *Archelaus dixit :* Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim quia malum semper permanet malum, et bonum semper permanet bonum, vim verbi istius penitus ignorans (50). *Manes dixit :* Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum, ut etiam (51) meæ scientiæ intelligentiam disponas; quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, et est idoneus ad dicendum, desine tu, et noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen postea in numero ejusdem gregis, sicut vox Jesu (52) ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. *Archelaus dixit :* Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? *Manes dixit :* Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse confitear (53)! ipse enim testimonium dat, quia de sinibus Patris descendit [92]; et : « Qui me recipit, recipit eum qui me misit [93]; » et : « Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me [94]; » et : « Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel [95]. » Sunt et alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, et non natum esse. Quod si potentior illo es, et magis scire potes quod verum est, quomodo jam illi credimus? *Archelaus dixit :* Neque illo potentior sum, servus enim sum, et neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his quæ ab ipso dicta sunt, et hæc indeclinabilia esse confirmo. *Manes dixit :* Similis tui quidam, cum ei aliquando dixisset : « Maria mater tua, et fratres tui foris stant [96], » non libenter accipiens, eum qui dixerat increpavit, dicens : « Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? » Et ostendit eos qui facerent voluntatem suam, et matres sibi esse et fratres : sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex ea habuisse monstratur. Et dic utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu sancto? Ergo et multos Christos, si ex eodem Spiritu sancto generatos dixeris, habuimus. Quod (54) si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, et immaculata Ecclesia (55). Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph, dic an fratres habuerit. Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis, o prudentissime Marcelle (56)? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini, unde ei fuisse fratres astrues? Quod si fratres ei fuisse non potes edocere, quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille qui scribere ausus est : « Ecce

[91] Matth. x, 28. [92] Joan. i, 18 III, 13. [93] Matth. x, 40. [94] Joan. VI, 38. [95] Matth. XV, 24. [96] Matth. XII, 47.

(49) Casinensis codex, « nostrorum. »

(50) In Casinensi, « ignorat. »

(51) In codice Casinensi est, « aut etiam, » lectio improbanda.

(52) Casinensis, « sicut vos Jesus. »

(53) In codice Casinensi est, « confitetur, » librarii errore, ut palam est.

(54) In Casinensi, « dixerint habuimus. Quid. » Sed obvia est hujus loci emendatio.

(55) Vox « Ecclesia, » videtur supervacanea, et per librarii errorem adjecta. Certe sine ipsa integer est hujus loci sensus.

(56) Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.

Digitized by Google

mater tua, et fratres tui foris stant? » Quod etiamsi ille ausus est dicere, illo ipso potentior aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem aut fratres suos; sed et Davidis esse (57) non dignatur audire [97]. Apostolus Petrus discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit, cum singuli opiniones suas quas de ipso habebant, promerent, ait : « Tu es Christus Filius Dei vivi [98]; et statim beatificat eum, dicens : « Quoniam revelavit tibi Pater meus cœlestis. » Vide quanta sit differentia eorum quæ ab Jesu dicta sunt. Illi enim qui dixerat : « Ecce mater tua foris stat, » respondit : « Quæ mihi est mater, aut fratres? » Ei autem qui dixit : « Tu es Christus Filius Dei vivi, » beatitudinem benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro : si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quod si prior fefellit, causam ad scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, et Archelao nil habente quod his posset opponere; hoc enim indicavit tumultus qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit : Voce quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur : « Propter quod Deus eum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen [99]; » neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit : et ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim quia eum qui nuntiaverat ei de matre aut de fratribus, increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod scriptorem fefellit. Neque is qui annuntiavit ei de matre et fratribus increpatus est, neque Petrus supra illum solus beatificatus est; sed uterque ab eo dignam responsionem propria interrogatione percepit, sicut in consequentibus sermo monstrabit. Cum quis parvulus est, cogitat sicut parvulus, sapit ut parvulus [1]; cum autem perfectus fuerit vir, destruentur ea quæ sunt parvuli, id est, dum ad priora se quis extendit, obliviscetur quæ post se sunt. Unde Domino nostro Jesu Christo docente, et curante humanum genus, uti ne simul omnia deperirent, cumque in talibus studiis mens omnium auditorum esset intenta, non opportune ingressus hic nuntius de matre ejus suggessit, ac fratribus. Quid enim? Debuitne etiam (58), teipso judicante, derelinquere eos quos curabat et quos erudiebat, et cum matre ac fratribus colloqui? Nonne continuo de hoc ipso detraheres? Cum enim peccatis onustos et gravatos ad discipulatum delegit duodecim numero (59) quos et apostolos nominavit, dicens eis : Relinquite matrem et patrem [2], ut me digni efficiamini, ut ultra non possit eis memoria patris aut matris robustum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei : Ibo, et sepeliam patrem meum, ait : « Dimitte mortuos sepelire mortuos suos [3]. » Intuere ergo quomodo Dominus meus Jesus ad necessaria (60) discipulos ædificat, et pro meritis unicuique sancta verba committit. Ita et in eo tempore quo importune annuntiaverat quidam ei de matre, non complectitur pro matris præsentia Paternum præterire præceptum. Ut autem tibi ostendam hæc ita esse, Petrus aliquando, cum jam beatificationem fuisset ab eo consecutus, ait ad Jesum : « Propitius esto, Domine, non erit tibi istud [4], » cum dixisset ei Jesus, quia oporteret (61) Filium hominis ascendere Jerosolymam, et occidi, et tertia die resurgere; respondens ait Petro : « Vade retro, Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt. » Quoniam ergo existimas illum qui ei de matre renuntiaverat et fratribus, increpatum esse ab Jesu; istum vero qui paulo ante dixerat : « Tu es Filius Dei vivi, » beatitudinem consecutum; vide quia magis hunc (62) prætulit Jesus, cui et clementius et cum venia responsum dare dignatus est; Petro vero post illam benedictionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quod naturam rei sibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error responsi ratione corrigitur; hujus vero tarditas intellectus acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quod Dominus Jesus interrogationum sibi opportunitate servata, dignum promat singulis opportunumque responsum. Quod si, ut ais, ex eo quod verum dixerat, Petrus beatificatur, et pro eo quod fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cum dæmones eum confiterentur, dicentes : « Scimus te, qui sis (63) sanctus Deus [5], » increpavit eos, et silere (64) præcepit? Cur non (siquidem confitentium se testimoniis delectatur) etiam istos, sicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus est? Quod si hoc absurdum est, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro personis, pro rebus, pro accidentium salu-

[97] Matth. xxiii, 42. [98] Matth. xvi, 16. [99] Philip. ii, 9. [1] I Cor. xiii, 11. [2] Matth. x, 37. [3] Luc. ix, 59. [4] Matth. xvi, 22. [5] Luc. iv, 34.

(57) Casinensis codex, « David Jesse. »

(58) In codice Casinensi, « Debuit et etiam. » Mala lectio.

(59) In codice Casinensi corruptissime legitur : « Cum enim peccatis bonus et gravatus ad discipulatum diligit duodecim numero. » Nos quantum per conjecturas licuit, hujus loci menda sustulimus, et fortasse paulo post pro, « dicens eis, » legendum est, « dixit eis. »

(60) In eodem codice, « ad necessariam. »

(61) In eodem codice, « oportet, » secus atque habet Vulgata editio.

(62) In codice Casinensi est, « huic. »

(63) In codice Casinensi. « quis es. » Sed librarii error nobis visa est illa lectio.

(64) In eodem codice est « sinire. » Sed « silere, » legi debere nos sacer textus edocet. Vide tamen an, « sinere, » legendum sit.

Digitized by Google

te, ea quæ dicta sunt intelligamus, uti ne temere pronuntiantes, digna coercitione feriamur, et ut te magis ac magis edoceam, multo amplius illum qui de matre nuntiaverat, honoratum : tu autem oblitus rei quæ nobis proposita est, in aliud conversus es. Audi ergo breviter; si enim volueris diligentius intueri quæ dicta sunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cum adversus hostem processisset armatus, et cogitaret atque disponeret quemadmodum posset manum sibi hostilem atque barbaram subjugare; cumque in multa esset cura et sollicitudine constitutus, in medio adversariorum positus, ac postea jam captivos eos tenere incipiens, jamjam illa sollicitudo immineret, quemadmodum eos qui secum laboraverant, ac pondus belli toleraverant (65), procuraret, quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domesticis suggerere aliqua cœpit. At ille admiratus est audaciam atque importunam suggestionem, et morti tradere hujuscemodi hominem cogitabat; quod nisi de charissimis affectibus talis nuntius exstitisset, eo quod incolumes esse hos, et recte ac prospere agentes omnia nuntiasset, dignum protinus potuit excepisse supplicium. Quæ enim erat cura alia regis, belli duntaxat tempore, nisi provincialium salus, nisi dispositio rei militaris? Ita et Domino meo Jesu Christo pugnanti adversum passiones quæ profunda viscerum obsederant, et curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devincti, et inclinato omni nisu pro salute universitatis; ille nuntius importune adveniens de matre et fratribus nuntiavit. Et potuit quidem similem Petro, aut etiam graviorem accepisse sententiam; sed matris et fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed et amplius adhuc omnibus ostendere cupio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundum quod tu dicis, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quod si non est passus, crucis nomen aufertur. Cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mortuis resurrexit. Quod si Jesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quod si nullus resurget, nec judicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec judicer. Quod si non judicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiæ locus est : « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur[6]. » Hæc autem omnia connectis, negans quod (66) de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, et passio subsequatur necesse est, et passionem resurrectio, et resurrectionem judicium, et salva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex et prophetiæ in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra omnis spes in beatæ Mariæ partu suspensa est; et ideo responde mihi ad singula quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas et tales Apostoli voces, quæ dicunt : « Cum autem fuit Dei voluntas in nobis (67), misit Filium suum factum ex muliere[7]. » Et iterum : « Pascha nostrum immolatus est Christus[8]. » Et quia « Deus et Dominum suscitavit, et nos cum illo (68) suscitabit per virtutem suam[9]. » Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud : « Quomodo dicunt quidam in vobis (69), quia resurrectio mortuorum non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Inveniemur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Siquidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra; adhuc estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantummodo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, initium dormientium[10]; » et reliqua. Quis, rogo, tam temerarius et impudens invenitur, qui istis sacrosanctis vocibus (70) non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam, quæso, etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut et illos, « quorum ante oculos Jesus Christus rescriptus est (71) crucifixus[11] ? » Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii et resurrectionis et passionis, quibus consequenter et pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim, si tu nolis asquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamet? Verumtamen interrogabo te : tu autem mihi responde. Quando Je-

[6] I Cor. xv, 32. [7] Galat. iv, 4. [8] I Cor. v, 7. [9] I Cor. vi, 14. [10] I Cor. xv, 12-20. [11] Galat. iii, 1.

(65) In codice Casinensi, « ac pondus bellico tolerarant. » Nos emendavimus, ac pondus belli toleraverant. » Fortasse tamen rudis interpres scripserat, « ac pondus belli contoleraverant. »

(66) Ita legendum censui, licet in codice Casinensi scribatur, « negatis id quod. »

(67) Vulgata editio Græco textui consona legit : « At ubi venit plenitudo temporis; » eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus et alii.

(68) Verba, « cum illo, » non habent Græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. v *Adversus hær.*, cap. 6 et 7, neque Tertulliauus lib. v *adversus Marcionem*, cap. 7, neque in libro *De pudicitia*, cap. 16.

(69) In codice Casinensi est, « in nobis, » et infra, « vana est fides nostra. » Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii oscitantia videatur exorta. Irenæus quoque, Tertullianus, Cyprianus aliique Vulgatæ lectionem sequuntur.

(70) In eodem codice legitur, « qui istam sacrosanctam vocibus, » etc., librarii, ut arbitror, errore.

(71) Vulgatæ editionis melior lectio, « præscriptus est. »

Digitized by Google

« major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo [12]; » dic mihi qua ratione major illo est in regno cœlorum? Nunquid Jesus minor erat Joanne in regno cœlorum? Dico, absit (72). Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cœlorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichæe; si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, præstante hoc et agente virtute quæ in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur a Joanne? Si perfectus erat, si Filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cœlitus emissa vox testimonium detulit dicens: « Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui [13]? » Dic age, nihil remoreris; quis ille est, qui parat hæc omnia; qui agit universa? Responde: itane blasphemiam pro ratione impudenter allegas, et inferre conaris (73)?

L. *Manes dixit:* Nemo quidem qui adversum hæc quæ a te dicta sunt, respondere potuerit, blasphemiæ crimen incurrit, quin potius est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptata, manifesta omnibus ea de quibus quæritur vel dubitatur, ostendere, et maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ nostræ non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæstionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil egerit Filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras; neque opus habuerit columba, neque baptismate, neque matre, neque fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundum te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocunque voluit transformavit in hominem, eo pacto quo Paulus dicit, quia « habitu repertus est ut homo [14]. » Cujus igitur rei indiguerit is qui semetipsum in omnia transformarit, ostende. Quando enim voluit, hunc hominem rursum transformavit in speciem solis ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi [autem] recte dicenti fidem nolis accommodare, audi definitionem tuam in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria esse dicis, et in baptismate Spiritum percepisse: ergo per profectum Filius videbitur, et non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundum profectum esse Filium, quasi hominem factum; hominem vere Necesse est ergo, et Spiritum, qui sicut columba apparuit [15], non aliud esse quam naturalem columbam; *sicut homo* enim dictum est, et *sicut columba*, et quodcunque opinari potest de eo sermone quod dictum est, *sicut homo*, hac opinione (74) concipe etiam de eo, quod dictum est, *sicut columba;* necesse est et hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis quæ de eo scripta sunt, inveniuntur. *Archelaus dixit:* Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæstionem diligenter aptatam manifestarem atque manifeste dissolverem (75), nisi propter hos qui assistunt et qui nos audiunt: et ideo, sicut convenit, quæstionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, matrem habuisse Jesum Mariam, et reliqua quæ nunc prosecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorresco. Interdum quidam cogi solet artifex propter imperitiam resistentis dicere et facere ea quæ tempus recusat; et ideo quia mihi est illata necessitas propter præsentem turbam, ad ea quæ a te non recte dicta sunt, paucis respondeam (76). Dic ergo mihi si Jesum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Maria, habentem carnem et sanguinem intellexerimus; necesse est etiam Spiritum sanctum veram columbam fuisse, et non spiritum. Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere? caro enim carnem ingredi non potest: sed magis si Jesum hominem verum confiteamur, eum vero qui dicitur, sicut columba, Spiritum sanctum, salva est nobis ratio in utraque. Spiritus enim secundum rectam rationem habitat in homine, et descendit, et permanet; et competenter hoc et factum est, et fit semper, sicut tu te ipsum ante hoc tempus profitebaris esse Paracletum Dei, ut dicam silex, non homo (77), qui frequenter oblivisceris ea quæ dicis. Spiritum enim venisse super te dixisti, quem promiserat Jesus [se] esse missurum: et unde nisi de cœlo descendat? Et si descendit Spiritus super hominem dignum se, super te autem veras columbas descendisse sentiendum est, ut te columbarium potius furem accipiamus, insidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, et maxime quia præter propositum meum, in te ingerere quæ mereris audire. Sed redeam ad rem. Memor sum enim *transformationis* tuæ, qua dicis, quia Deus transformaverit se in hominem, vel in solem, ex hoc volens ostendere Jesum nostrum habitu solo et visu factum esse ho-

[12] Matth. xi, 11. [13] Matth. iii, 17. [14] Philip. ii, 7. [15] Matth. iii, 16.

(72) Hæc verba, « dico absit, » nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis persona ab Archelao prolata.

(73) Male in codice Casinensi, « coneris. »

(74) In codice Casinensi scribitur, « sicut homo ac opinione. »

(75) Codex Casinensis ita legit, « hanc quæstionem diligenter aptare tam manifestarem, atque manifeste dissolverem. » Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restituimus.

(76) « Respondeam, » pro, « respondebo: » sic in cap. 48, « edoceam, » pro, « edocebo. »

(77) Casinensis, « ut dicam dilere non homo. » Videant eruditi, an recte emendatum sit.

Digitized by Google

minem : quod absit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin secundum te ad somnium nobis redeant universa, et figuras; non solum autem, sed adventus nomen delebitur; poterat enim in cœlo positus facere quæ voluerat, si Spiritum eum esse, et non hominem, dices. Sed non ita est, quoniam « exinanivit semetipsum, formam servi accipiens [16]; » dico autem de eo, qui ex Maria factus est homo. Quid enim? non poteramus et nos multo facilius et latius ista narrare? Sed absit ut a veritate declinemus iota unum, aut unum apicem. Est enim qui de Maria natus est Filius, qui totum hoc quo (78) magnum est voluit perferre certamen, Jesus. Hic est Christus Dei, qui descendit super eum qui de Maria est. Quod si non credis neque voci quæ cœlitus facta est, temerarium aliquod ipse producis; et, si dixeris, nemo credet. Statim enim in desertum a spiritu ductus est Jesus, ut tentaretur a diabolo, quem cum diabolus ignoraret, dicebat ei : « Si Filius es Dei [17]. » Ignorabat autem propter quid genuisset Filium Dei, qui prædicabat regnum cœlorum, quod erat (79) habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari potuisset : unde affixus cruci, cum resurrexisset ab inferis, assumptus est illuc, ubi Christus Filius Dei regnabat; ut cum judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, videant quem compunxerunt [18]. Ut autem credas, cum discipuli ejus per annum integrum manserunt cum eo, quare nullus ipsorum procidit super faciem suam, sicut paulo ante dicebas, sed in una hora illa, quando sicut sol resplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Maria fuerat effectum? Sicut enim Paracleti pondus nullus alius valuit sustinere, nisi soli discipuli, et Paulus beatus; ita etiam Spiritum qui de cœlis descenderat, per quem vox Paterna testatur dicens : « Hic est Filius meus dilectus [19], » nullus alius portare prævaluit, nisi qui ex Maria natus est, super omnes sanctos Jesus. Sed et ad hæc quæ objicio, responde. Si habitu eum et specie dicis esse hominem, quomodo ab his qui ex viro et muliere nati sunt, Pharisæis, teneri potuit, et ad judicium protrahi; cum spirituale corpus a crassioribus corporibus non valeat comprehendi? Quod si habes aliquid quod ad verbum atque ad propositum respondeas, qui nunquam ad proposita respondisti, perge, quæso, et pugillum plenum solis mihi affer, aut modium plenum? Ipse vero sol pro eo quod subtilioris est corporis, cooperire te et circumdare potest; tu vero eum, etsi conculcaveris, nihil lædis. Dominus vero meus Jesus, si tentus est, ut homo ab hominibus tentus est. Si non est homo, nec tentus est. Si non est tentus, nec passus est, nec baptizatus est. Si ille non est baptizatus, neque quisquam nostrum baptizatus est. Baptisma autem si non est, nec erit remissio peccatorum; sed in suis peccatis unusquisque moritur. *Manes dixit :* Ergo baptisma propter remissionem peccatorum datur? *Archelaus dixit :* Etiam. *Manes dixit :* Ergo peccavit Christus, quia baptizatus est? *Archelaus dixit :* Absit; quin potius pro nobis peccatum factus est, nostra peccata suscipiens [20]; propter (80) quod ex muliere natus est, et propter quod ad baptisma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum qui descenderat in specie columbæ, corpus quod susceperat, portare possit.

LI. Hæc cum dixisset Archelaus, admiratæ sunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, et laudes ei immensas cum clamoribus reddiderunt; ita ut omni studio conarentur, et (81) ultra ei non sinerent ad propria remeare : et tunc quidem discesserunt. Postea vero, congregatis eis, Archelaus acquiescere sibi, atque audire verbum suadebat : non enim soli qui cum Diodoro erant, audiebant eum, sed omnes quicunque ex provincia ejus aderant atque ex vicinis locis; factoque silentio, hoc modo de Mane dicere aggressus est : Qualiter se quidem habeat nostra doctrina audistis, et fidei nostræ experimenta cœpistis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis exposui. Sed nunc paucissime (82) dicere volentem deprecor, ut cum silentio audiatis; ut agnoscatis, qui sit et unde et qualis sit iste, qui advenit, sicut Sisinius quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam (83) ad testimonium eorum quæ a me dicentur, si placet, vocare paratus sum. Sed ne ipse quidem dicere recusavit (84) eadem quæ nos dicimus, præsente Mane; credidit enim doctrinæ nostræ supradictus, sicut et apud me alius Turbo nomine. Quæcunque ergo contestati sunt mihi, sed et ea quæ nos ipsi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere conscientiam vestram. Tunc vero turbæ eo amplius incitatæ, congregatæ sunt ad audiendum Archelaum; etenim ea quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant; propter quod et certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcun-

[16] Philip. II, 7. [17] Matth. IV, 1. [18] Joann. XIX, 37. [19] Matth. III, 17. [20] II Cor. V, 21.

(78) Forte, « quod. »

(79) Locum hunc nostra conjectura ita correximus, ut aliquis inde sensus eliceretur; nam in Casinensis codicis lectione magna obscuritas ex librarii erroribus exorta; sic enim se habet : « Ignorabat autem propter qui genuisset Filium Dei prædicabat regnum cœlorum, qui erat, » etc.

(80) In codice Casinensi, quo usi sumus, adverbium « propter » desideratur, sed illud librarii oscitantia omissum fuisse sequentia clare demonstrant.

(81) Et hic particula, « et, » deest in codice Casinensi, quam tamen orationis series evidenter exposcit.

(82) Forte, « paucissima. »

(83) Codex Casinensis nullo sensu habet : « Sisinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam » etc.

(84) Et hic emendavimus codicis Casinensis lectionem, ita se habentem : « ipse quidem me dicere recusavit, » etc.

Digitized by Google

que sentiret; paratos se esse ad audiendum, et usque ad vesperum permanere, etiam accensis luminibus, pollicebantur : quorum animositate incitatus Archelaus cum omni fiducia dicere exorsus est : Viri fratres, superiores quidem causas Domini mei Jesu audistis; dico autem eas, quæ ex lege et prophetis judicantur; inferiores vero Domini mei Jesu Christi Salvatoris nostri non ignoratis. Sed quid plura? Appellati sumus ex Salvatoris desiderio Christiani, sicut universus orbis terrarum testimonium perhibet, atque apostoli edocent; sed et optimus architectus ejus, fundamentum (85) nostrum, id est Ecclesiæ, Paulus posuit [21], et legem tradidit, ordinatis (86) ministris, et presbyteris, et episcopis in ea, describens per loca singula, quomodo et qualiter oporteat ministros Dei, quales et qualiter fieri presbyteros, qualesque esse debeant qui episcopatum desiderant; quæ omnia bene nobis et recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina. Istius vero qui nunc nobis ex Persarum provincia ebullivit, Manes nomine, adversum quem mihi disputatio jam secundo commota est, genus vobis dicam, et totum; sed et doctrina ejus unde descendat, lucidissime demonstrabo. Iste non est primus auctor hujuscemodi doctrinæ, nec solus; sed quidam ex Scythia, Scythianus (87) nomine, apostolorum tempore fuit sectæ hujus auctor et princeps, sicut et fuerunt et multi alii apostatæ, qui primatus sibi vindicare cupientes, falsa pro veris conscripserunt (88), simpliciores quosque ad suam libidinem pervertentes; quorum nomina et perfidias dicere nunc tempus non sinit. Hic ergo Scythianus dualitatem istam introducit (89) contrariam sibi; quod ipse a Pythagora suscepit, sicut et alii omnes hujus dogmatis sectatores : qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; sed non in amplius proficient.

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit sicut iste Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, et omnia hæc quæ consequuntur (90) hujuscemodi assertionem. Quique Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit, et captivam quamdam accepit uxorem de superiore Thebaide, quæ eum suasit habitare in Ægypto magis quam in desertis. Atque utinam nunquam cum illa provincia suscepisset, in qua cum eum habitaret, cum Ægyptiorum sapientiam didicisset (91); erat enim, ut quod verum est dicamus, valde dives ingenio et opibus, sicut hi qui sciebant eum, per traditionem nobis quoque testificati sunt. Discipulum autem habuit quemdam, nomine Terebinthum (92), qui scripsit ei quatuor libros; ex quibus unum quidem appellavit *Mysteriorum*, alium vero *Capitulorum*, tertium autem *Evangelium*; et novissimum omnium, *Thesaurum* appellavit : et erant ei isti quatuor libri, et unus discipulus nomine Terebinthus (93). Quia ergo aliquantum temporis secum isti ambo decreverant soli habitare; placuit Scythiano discurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus quicunque ibi videbantur esse doctores : et pervenit eum continuo vita defungi, nec potuisse aliquid promovere. Ille vero discipulus qui cum eo fuerat conversatus, in fugam versus est (94), et Babyloniam petiit, quæ nunc provincia habetur a Persis (95), quæque abest nunc a locis nostris itinere dierum et noctium ferme sex : quo cum venisset, talem de se famam pervulgavit ipse Terebinthus, dicens omni se sapientia Ægyptiorum repletum, et vocari non jam Terebinthum, sed alium (96) Buddam

[21] I Cor. III, 10.

(85) Codex Casinensis : « Sed et optimos architectos ei fundamentum, » cujus manifestam corruptionem modica mutatione sustulimus.

(86) Locus notandus de hierarchiæ ecclesiasticæ ordine ab apostolis instituto. Episcopos autem, presbyteros et ministros tantum nominat Archelaus; quod ministrorum, hoc est diaconorum nomine omnes infra presbyteratum ordines antiquissimi Patres comprehendere consueverint : ita Clemens Alexandrinus lib. VI *Stromatum*, pag. 667; Tertullianus, *De baptismo*, cap. 17; Origenes, homil. 2 in Jerem. et in Matthæi cap. 19, pag. 363, et alibi passim.

(87) Qui « Scythianus » apud omnes alios veteres qui de Manichæorum hæresi tractarunt, appellatur, tam hic, quam in sequentibus a veteri interprete, « Scutianus » et « Excutianus » vocatur, nisi ubique imperiti librarii sit error. In codice autem ms. Regio Alexandrino Vat. legitur : « Quidam, Stutianus nomine, qui apostolorum, » etc. Sic infra semper « Stutianum » vocat.

(88) Cod. Regius-Alex. Vat., « falsa pro veris confixerunt. »

(89) Codex Casinensis, « introduxit. »

(90) In eodem codice, « quæ eum sequuntur. » Mala lectio.

(91) Hic nonnulla deesse palam est. Forte, « in qua cum diu habitaret, depravatus est, cum Ægyptiorum sapientiam didicisset. » — Cod. Reg., Alex., Vat., « in qua cum habitaret, et Ægyptiorum. » Mox ibid., « testati sunt, » pro « testificati sunt. »

(92) Et hic manifestus est librarii error in codice Casinensi, in quo scribitur « Terbonem; » nam Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 6, et alii omnes Τέρβινθον « Terbinthum, » seu « Terebinthum, » Scythiani discipulum faciunt. Quin et in seqq. ubique « Tereventus » scribitur. Quod vero ait Archelaus, hunc Scythiano scripsisse quatuor libros quos recenset, contrarium est Cyrilli mox laudati narrationi, aliisque, qui Scythianum solum eorum auctorem agnoscunt. — Cod. Reg., Alex., Vat., « quemdam, qui scripsit. » Paulo post, « tertium vero Evangelium. »

(93) Codex Reg. Alex. Vat., « nomine Terybeneus. Cum ergo aliquantum temporis secum isti ambo decrevissent, soli placuit Stutiano excurrere in Judæam. » Sic infra ubique vocat « Terybeneum. »

(94) Idem codex, « ille vero discipulus omnibus quæcunque ejus fuerant, congregatis, in fugam versus est. » Mox, « provincia habitatur a Persis, » pro « habetur. » Et paulo post, « vocari » jam non Terybeneum, sed Buddam. »

(95) Nota quousque extenderentur imperii Romani limites eo tempore, quo Archelaus cum Manete disputavit.

(96) Mire hic sese exserit librarii qui Casinensem codicem exaravit, oscitantia; scripsit enim, « sed

Digitized by Google

nomine, sibique hoc nomen impositum; ex quadam autem virgine natum esse, simul et ab angelo (97) in montibus enutritum. Parcus vero quidam propheta (98), et Labdacus Mithræ filius, arguebat eum mendacii, et erat eis quotidie animosa exaggeratio de hujusmodi negotio. Sed quid plura? Licet frequentius objurgaretur, tamen nuntiabat eis quæ ante sæculum essent, et de sphæra, et duobus luminaribus; sed et quo, et quomodo animæ discedant (99), et qualiter iterum revertantur in corpora, et alia multa hujuscemodi, et horum nequiora, id est bellum Deo commotum esse in principiis, ut ipse propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quamdam secessit cum suis quatuor libris, nullo ibidem discipulo acquisito, præter anum solam quæ ejus particeps facta est. Tunc (1) deinde mane primo ascendit solarium quoddam excelsum, ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbo dixit, solos septem electos didicisse. Cum ergo ascendisset ritus nescio cujus, vel artificii gratia; solus autem ascendit, ne inde ab aliquo convinci posset (2), quod si dissimulasset vel pro nihilo duxisset, cogitabat se a veris principibus pœnis esse subditum. Hæc eo cogitante (3), justissimus Deus sub terras eum detrudi per spiritum jubet: et continuo de summo dejectus, exanime corpus deorsum præcipitatum est, quod anus illa miserta, collectum locis solitis sepeliit.

LIII. Tunc omnia illa quæ secum de Ægypto pertulerat, manserunt apud eam; et gavisa est valde de morte ejus, duplici causa: primo, quod non libenter aspiceret artes illius; secundo, pro his quæ de hæreditate fuerat consecuta; erat enim multum pretii. Quæ cum sola esset, habere aliquem ad ministerium voluit, et comparavit sibi puerum (4) annorum ferme septem, Corbicium (5) nomine, quem statim manumisit ac litteris erudivit. Quique cum duodecim annorum esset effectus, anus illa diem obiit, ipsique (6) universa bona sua tradidit, et cum cæteris reliquis (7), etiam quatuor illos libellos quos Scythianus scripserat, non multorum versuum singulos. Tunc ergo Corbicius, sepulta domina, bonis sibi derelictis omnibus uti cœpit, et migravit ad medium civitatis locum in quo manebat rex Persarum; et commutato sibi nomine, Manem semetipsum pro Corbicio appellavit; nec Manem, sed Manes; Persarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum prope sexaginta (8), eruditus secundum doctrinam quæ in locis illis est, et pæne dixerim super omnem hominem; diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur: acquisivit etiam discipulos tres (9), quorum nomina sunt hæc: Thomas, Addas et Hermas. Tunc assumit illos libellos, et transfert eos, ita ut multa (10) alia a semetipso insereret eis, quæ anilibus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos discipulos conscios malorum suorum; nomen vero libellis proprium ascribit, prioris nomine deleto, tanquam si eos solus ex semetipso conscripserit. Tunc visum est ei mittere discipulos suos cum his quæ conscripserat in libellis, ad superiora illius provinciæ loca, et per diversas civitates et vicos, ut haberet aliquos se sequentes; et Thomas quidem partes *Ægypti voluit* occupare, Addas vero Scythiæ (11), solus autem Hermas residere cum eo elegit. Cum ergo illi essent profecti, regis filius ægritudine quadam arreptus est; quem rex curari desiderans, edictum proposuit in vita (12), si quis eum curare possit, accipere

aliud cujusdam nomine; » legendum autem esse, « sed alium Buddam nomine, » Cyrilli Hierosolymitani, Epiphanii et aliorum narrationes palam evincunt.

(97) Cod. Reg., Alex., Vat., « se esse simulabat, et ab angelo. » Mox vero, « Labdacus Metri filius (*pro* Mithræ).... quotidie satis animosa certatio de hujusmodi negotio. »

(98) De his Persarum sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæresi num. 3, et nos in *Manichæorum Historia*.

(99) Cod. Reg. Alex. Vat., « et de duobus luminariis mysteria. Sed et quomodo animæ discedebant. » Et mox, « revertebantur. »

(1) In codice Casinensi scribitur, « Nunc; » sed « tunc » legendum esse non ambigo.

(2) Codex Casinensis habet, « ut inde ab aliquo convinci possit. » Contrarius tamen sensus quem expressimus, verior est; nam id sibi vult Archelaus, Manetem solum, cujusdam præstigii causa, solarium ascendisse, ne a Parco et Labdaco Mithræ sacerdotibus id egisse deprehensus, debitas pœnas Persarum regi persolveret. — Cod. Reg., Alex., Vat., « ascendit, ut ne ab aliquo. »

(3) Cod. Reg. Alex. Vat., « pœnis esse subdendum. Hæc illo cogitante. » Paulo post, « de Ægypto protulerant. » Et mox, « duplici ex causa... quæ hæreditate fuerat consecuta: erat enim multum pecuniæ avida. Quæ cum, » etc.

(4) Idem codex, « puerulum. » Mox, « quemque statim. » Et paulo post, « Qui cum. »

(5) « Cubricum, » Κούβρικον, hunc, non « Corbicium, » vocant Cyrillus, Epiphanius et alii.

(6) Codex Reg. Alex. Vat., « anus die illa qua obiit, ipsique, » etc. Mox, « cæteris reliquiis. » Paucisque interjectis, « in qua manebat rex Persarum. »

(7) Forte « reliquiis. »

(8) Ita constanter in Casinensi codice scribitur; vereor tamen ne in hoc annorum numero mendum sit. — Codex Reg. Alex. Vat., « Effectus est igitur puer ille annorum prope septuaginta. »

(9) Idem codex Reg. Alex., « in locis illis est, pene dixerim super omnem hominem diligentius: tamen didicit ea quæ in quatuor illis libellis continebantur. Acquisivit etiam ipse discipulos. »

(10) In eodem cod. Vat., « ut transferret eos, ita ut alia multa. » Paulo post, « ex semetipso scripserit, » pro « conscripserit. »

(11) Idem codex, « partes Ægyptiorum voluit occupare. Abdas vero Syriæ. »

(12) Legendum fortasse, « invitans. » — Atque hanc lectionem confirmat codex Reg. Alex. Vat. Mox in eodem cod., « curare posset, accederet, præmio multo proposito. Tunc iste, sicut illi qui cubum, quod nomen est aleæ, ludere solent, præsentiam sui exhibet Manes. » Ista vera est hujus loci lectio, quam nos subodoravimus, ut in nostris ad hunc locum notis videri potest.

Digitized by Google

præmium, multo proposito. Tum iste, sicut illi qui cibum, quod nomen est tale eludere (13) solent, præsentiam suam Manes exhibet apud regem, dicens se esse puerum curaturum : quæ cum audisset (14) rex, suscepit eum cum obsequio, ac libenter habuit. Verum ne multa narrando quæ gessit tædium auditoribus inferam, mortuus est puer in manibus ejus, vel potius exstinctus. Tunc rex in carcerem detrudi jubet Manem, et ferri talento (15) onerari. Illi vero duo discipuli ejus qui missi fuerant ad docendum per singulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique fugientes licet nunquam cessarunt alienam (16) hanc et ab Antichristo inspiratam, per loca singula inserere doctrinam.

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt, referentes quæ eis acciderant; audiunt etiam ea quæ in ipso collata sunt mala. Accedentes ergo, ut dicebam (17), ad eum sui, et suggerentes ei de his malis quæ per loca singula patiebantur, de reliquo converti (18) se debere ad salutem suadebant : pertimuerant enim, verentes ne quid sibi ex his malis quæ illi inferebantur, accederet (19). At ille suadens eos nihil vereri, ad orationem consurgit. Tunc deinde jubet, in carcere positus, legis Christianorum libros comparari; valde enim hi qui missi fuerant ab eo per singulas civitates, ab omnibus hominibus exsecrationi habebantur, maxime apud quos Christianorum nomen veneratione erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, abierunt ad loca (20) in quibus Christianorum libri conscribebantur (21); et simulantes se nuntios esse Christianos, rogabant præstari sibi libros ad comparandum : et, ut ne multa dicam, comparant universos libros Scripturarum nostrarum, et deferunt ad eum in carcere constitutum. Quibus ille acceptis, homo astutus cœpit in nostris libris occasiones inquirere dualitatis suæ, nec suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; et in nostris libris (22), sicut etiam adversus me disputans fecit, assertionem suam proferre, quædam in his accusans, quædam permutans, solo Christi nomine adjecto; quem se idcirco suscipere simulavit, ut per civitates singulas sanctum et divinum nomen audientes Christi, minime exsecrantes eos, discipulos istius non fatigarent. Invenientes autem vocem etiam de Paracleto positam in Scripturis (23), semetipsum esse subjecit; qui non legerat diligenter, quia Paracletus jam tunc venisset, cum apostoli adhuc essent super terram. His ergo tam scelerate compositis, mittit et discipulos suos prædicaturos intrepide fictos simulatosque errores, et novas falsasque voces annuntiaturos per loca singula. Quod cum rex Persarum cognovisset, dignis eum suppliciis subdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in somnis, elapsus de carcere, in fugam versus est, auro plurimo custodibus corruptis; et mansit in castello Arabionis. Unde scriptam epistolam per Turbonem ad Marcellum nostrum misit, in qua significavit se esse venturum. Quo cum venisset (24), fuit nobis certamen tale, quale et hic vidistis et audistis, in quo, prout potuimus, ostendimus eum pseudoprophetam. Sed custos quidem carceris, qui eum dimiserat, punitus est; rex vero eum requiri jussit, et in quibuscunque locis repertum comprehendi (25). Hæc cum ego cognovissem, necessarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iste a rege Persarum usque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehensum tradere potestati barbarorum qui erant vicini ultra Strangam (26) fluvium (27), quoniam et ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nusquam reperto, discesserant; erat enim tunc fuga constitutus. Cum ergo hæc ita Archelaus prodidisset, continuo se in fugam dedit Manes, et evadere potuit, dum nemo eum insequeretur. Sed populus, cum Archelai quem libenter audiebant, rela-

(13) Locus valde corruptus. Forte legendum, « qui cybum, quod nomen est tali, ludere. »

(14) Cod. Reg. Alex. Vat. « Quod cum audisset, » pro « quæ. » Mox, « narrando quæ gesta sunt. »

(15) Hoc est, vinculis ferreis, ab eorum pondere : nam τάλαντον interdum est pondus.

(16) Cod. Reg. Alex. Vat., « licet nunquam cessarent alienam. » Paulo post, « quid eis acciderint, » lege « acciderit. » Mox vero, « Accedentes ergo, ut decebat, ad eum sui, et suggerentes sui ei de his. »

(17) In codice Casinensi, « ut dicebant; » nos levi mutatione, « dicebam, » emendandum censuimus. Sed et fortasse, « ut decebat, » legendum; melior tamen visa est prior lectio.

(18) In eodem codice, « conventi, » scribitur; sed « converti, » legendum esse, quæ sequuntur clare, ut arbitror, innuunt.

(19) Forte, « accideret. » — Atque ita quidem ms. Reg. Alex. Vat.

(20) Cod. ms. Reg. Alex. Vat. « ad illa loca. » Mox, « se novitios esse Christianos, » pro « nuntios. » Paulo post, « et ne multa dicam.... et referunt ad eum. »

(21) Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, et quanto curaverint studio, ne sacrosanctæ legis libri ad gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio exorta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique sed certis quibusdam in locis Christianorum libros vendi consuevisse.

(22) Idem cod. Vat., « et ex nostris libris. »

(23) In eodem cod. Vat., « discipulos istius non fugarent. Inveniens autem etiam de Paracleto positum in Scripturis. » Mox, « mittit discipulos suos, » sine particula « et. »

(24) Cod. Reg. Alex. Vat. « Quo cum advenisset. » Paulo post, « pseudo-prophetam esse manifeste. Sed. »

(25) Idem cod. « in quibuscunque locis repertum ostendimus comprehendi. » Fortasse, « offenderetur, comprehendi. »

(26) In eodem cod. Vat., « potestati barbarorum, qui erant vicini ultra Stracum fluvium. » Mox, « venerant quidam hominum ad requirendum eum; quo nusquam reperto discesserunt. »

(27) Et hic præcisius imperii Romani limes, quinam Archelai ætate et Probo imperante esset, designatur.

Digitized by Google

tione teneretur (28), quidam tamen crebre insecuti sunt post eum. Sed ille vias quibus venerat, repetens, transito fluvio ad Arabionis castellum rediit, ubi postea comprehensus, oblatus est regi; quique plurima adversus eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, jussit eum ante portam civitatis excoriatum suspendi; et pellem ejus, medicamentis infectam, inflari; carnes vero volucribus dari jussit (29). Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disceptationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi in prioribus exposui. Congregatis igitur omnibus Christianis, ferri adversus eum sententiam placuit, veluti epilogum quemdam morti ejus (30) transmittentes, consonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens : Viri fratres, ne quis vestrum incredulus sit his quæ a me dicta sunt : id est quod non ipse primus auctor scelerati hujus dogmatis exstiterit Manes; sed tantum, quod per ipsum aliquibus terræ partibus manifestatum sit. Sed non statim is qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus est, sed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem quam alius fecit, ad quæcunque loca voluerit perducere, alienus est tamen omni genere a constructione ejus; ita intelligendus est et iste : non enim ex initio huic rei ipse originem dedit; sed ea tantum (31) quæ ab illo fuerant inventa, per se detulit hominibus', sicut certis testimoniis notum est : quibus propositum est vobis ostendere, non ex Mane originem mali hujus manasse (32); sed ab alio, et ante multum temporis a barbaro quodam exorta, in silentio habita; ab isto vero ignote latentia, veluti propria ejus esse prolata, deleto conscriptoris titulo, sicut superius exposui. Fuit prædicator apud Persas etiam Basilides quidam antiquior (33), non longe post nostrorum apostolorum tempora; qui et ipse cum esset versutus, et vidisset quod eo tempore jam essent omnia præoccupata, dualitatem istam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nihil haberet, quod assereret proprium, aliis dictis (34) proposuit adversariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam et asperrima continent. Exstat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale est : « Tertium decimum nobis tractatuum scribentibus librum, necessarium sermonem uberemque salutaris sermo præstavit. » Per parvulam divitis, et pauperis naturam sine radice, et sine loco rebus supervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem solum caput liber continet. Nonne continet et alium sermonem, et sicut opinati sunt quidam, nonne omnes offendemini ipso libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens Basilides, interjectis plus minus vel quingentis versibus ait : « Desine ab inani et curiosa varietate : requiramus autem magis, quæ de bonis et malis etiam barbari inquisierunt, et in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo esse, quibus bona et mala associaverunt, ipsa dicentes initia esse et ingenita, id est in principiis lucem fuisse, ac tenebras, quæ ex semetipsis erant, non quæ esse dicebantur. Hæc cum apud semetipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet, et qualis sibi competeret (35); omnibus enim amicum est, quod est proprium, et nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervenit, et tenebræ contemplatæ sunt lucem (36), tanquam melioris rei sumpta concupiscentia, insectabantur ea commisceri. »

Nonnulla fortasse desunt.

(28) Cod. Reg. Alex. Vat., « dum ne eum insequeretur is populus, et Archelai quem libenter audiebant, relatione tenerentur. » Mox « crebro, » pro « crebre. » Paulo post, « venerat, repetans, transito fluvio Adrabionis rediit. » Vide an legendum sit « repedans. »

(29) In his verbis, « volucribus dari jussit, » desinit apographum Regio-Alexandrinum Vaticanum, excerpta quædam ex *Actis disputationis Archelai* a cap. 51 ad 55 continens; unde varias lectiones descripsimus, quarum ope quædam Archelai loca restituuntur.

(30) Forte, « mortis ejus. »

(31) Male codex Casinensis, « sed etiam. »

(32) Aut nihil video, aut ita corrigenda est codicis Casinensis lectio, quæ sic se habet, « non ex Manen originem mali hujus Manes esse. »

(33) Etsi Basilidem qui paulo post apostolorum tempora hæresim docuit, Alexandrinum fuisse, et in Ægypto scholas erroris aperuisse, testetur Eusebius lib. IV *Histor. ecclesiast.*, cap. 7; nihilominus qui ab Archelao memoratur, idem ac Basilides Alexandrinus esse videtur, licet apud Persas hæresim prædicasse dicat. Fieri enim potest ut Basilides Alexandria digressus, Persas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentasset. Sane Basilidis Persæ nulla, quod sciam, apud veteres mentio. Scripsit autem Basilides Alexandrinus libros 24 in Evangelium, eodem Eusebio teste, qui non alii esse videntur a tractatuum libris, quos laudat Archelaus, et ab exegeticis illis, ex quorum libro 23 quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud in quod Basilides scripsit, apostolorum esset, an aliud quod suo marte confinxit, cujus meminit Origenes hom. 1 in Lucam, Hieronymus in prologo suorum *Comment. in Matthæum*, et Ambrosius in prologo in Evangelium Lucæ, non satis liquido constat.

(34) Forte, « aliorum dicta. »

(35) In codice Casinensi, « et quales ibi competerent. »

(36) Tenebras desiderio lucis adipiscendæ aetas fuisse Manes quoque asserit in cap. 13 hujus operis, et apud Titum Bostrensem *adversus Manichæos* lib. I, pag. 47 editionis Casinianæ.

Digitized by Google

FRAGMENTUM ACTORUM

EJUSDEM DISPUTATIONIS

Ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi VI, §§ 27-29 (37).

Φευγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης), καὶ ἔρχεται εἰς A τὴν Μεσοποταμίαν, ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης (38), Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ, Χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. Ὁ δὲ, ὡς τάφον (39) ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ Ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἦρξατο, φάσκων· Ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστιν εὑρετὴς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐγὼ πῦρ (40) καταναλίσκον. » Ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· Εἰ ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων· « Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; » Εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα· « Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ· » διὰ τί τιμᾷς Πέτρον, τὴν Θαβιθὰν B μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σαπφείραν θανατώσαντα; Εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ (41) εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; » Εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα· « Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· » ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς· « Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. » Ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγοντα;

I. Fugit e carcere (Manes), et in Mesopotamiam venit: verum occurrit ei scutum justitiæ, Archelaus episcopus: eumque coram philosophis judicibus reprehendens, collecto gentilium auditorio, ne, si Christiani judices essent, viderentur favisse: Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui os quasi sepulcrum patens erat [22], primum a blasphemia in Creatorem omnium initium sumpsit, inquiens: Veteris Testamenti Deus, malorum inventor est, de se ipse dicens: « Ego ignis consumens [23]. » Tum sapiens Archelaus hanc solvit refutavitque blasphemiam his verbis: Si veteris Deus Testamenti, ut ais, ignem se dicit, cujus est ille Filius, qui ait: « Ignem veni mittere in terram [24]? » Si culpas eum qui dicit: « Dominus mortificat et vivificat [25]; » quamobrem Petrum colis, qui Tabitham a mortuis excitavit [26], et Sapphiram morti tradidit [27]? Si vitio vertis, quod ignem præparavit [28]; quare hunc non carpis qui dicit: « Discedite a me in ignem æternum [29]? » Si reprehendis eum qui dicit: « Ego Deus faciens pacem, et creans mala [30]; » expone quomodo Jesus dicat: « Non veni pacem mittere, sed gladium [31]. » Cum ambo paria dicant, e duobus alterum: aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant; aut si Jesus hæc dicens, abest a reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in Veteri Testamento similia profert?

Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει· Καὶ ποῖος Θεὸς C τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· « Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι (42) τὸν φωτισμὸν τοῦ

II. Tum Manes hæc contra: Et qualisnam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt: « In quibus Deus sæculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio Evangelii [32]. » Arche-

[22] Psal. v, 11. [23] Deut. IV, 24. [24] Luc. XII, 49. [25] I Reg. II, 6. [26] Act. IX, 40. [27] Act. V, 10. [28] Deut. XXXII, 22. [29] Matth. XXV, 41. [30] Isa. XLV, 7. [31] Matth. X, 34. [32] II Cor. IV, 4.

(37) Ne quidpiam *Actorum disputationis Archelai episcopi cum Manete* omitteremus, opportunum censuimus hic eorumdem fragmentum ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi sexta, pag. 147 primæ editionis desumptum, corollarii loco subjungere, eo præsertim quod in præcedentibus *Actis*, ab Hegemonio, ut videtur, in epitomen redactis, non reperiatur. Fragmentum istud contulimus cum noviss. edit. Paris. BB. ann. 1720; versionem recensuimus, et cl. editoris notas subjecimus.

(38) *Ὅπλον δικαιοσύνης.* In editis ὅπλῳ δι- D καιοσ., « armis justitiæ. » Leginus ὅπλον in mss. Coisl., Roe, Casaub., Petro Sicul., Grod., qui vertit « scutum justitiæ. » Edit.

(39) *Ὡς τάφον.* Particulam ὡς adjecimus ex Grod. et Petro Siculo. Ib.

(40) *Ἐγὼ πῦρ.* Codd. Coisl., Ottob., Roe, Casaub., Ἐγὼ ὁ Θεὸς πῦρ κατ. Sed in ms. Ottob. deest articulus ὁ. In loco autem Scripturæ citato, non Deus, sed Moyses de Deo in tertia persona loquitur ita: Κύριος ὁ Θεός σου, πῦρ καταναλίσκον ἐστί. Ib.

(41) *Ἀπ' ἐμοῦ.* Verba hæc desiderantur in codd. Ottob., Coisl., Roe, Casaub., Grod., Petro Sic. Paulo post, in Roe et Casaub. scribitur, Ἐγὼ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν, proxime ad sacrum textum. Cyrillus ipse catech. IX, n. 7, citans sequentia hujus prophetici testimonii verba, legit, Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς. Loco ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς, Siculus scribit: Διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα· « Cur non reprehendis Jesum aientem, » etc. Post εἰρήνην in codd. Roe, Casaub. et Ottob., in Coisl. autem cod. post βαλεῖν, additur ἐπὶ τὴν γῆν. Petrus Sic. legit ἐπὶ τῆς γῆς, « super terram. » Habentur ea verba in citato Matthæi textu; verum non in hoc versiculi membro quod hic refertur, sed in superiore: Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν. Ib.

(42) *Εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι.* In Ottob. habetur αὐγάσαι. Petrus Sic. legit; εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ

Digitized by Google

laus autem hoc præclare reflectens : Quæ paululum A antecedunt, inquit, lege : « Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum [35]. » Videsne pereuntibus obtectum dici Evangelium? Non enim danda sunt sancta canibus [34]. Præterea, solusne veteris Testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit : « Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant [36]? » Odione eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic et gratiæ donum abest. « Habenti enim dabitur : ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere, auferetur [37]. »

III. Si autem, ut interpretantur nonnulli, dicendum est illud (horum enim non est illaudabilis B oratio), etiamsi excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit : Excæcavit eorum animam, sed « cogitationes infidelium. » Cujus dicti sensus, ejusmodi est : Excæca scortatoris scortandi cogitationes, et servatus est homo; excæca latronis rapiendi et latrocinandi studium, et salvus est homo. Verum hoc modo non vis intelligere? Est et alia interpretatio. Excæcat et sol obtusam oculorum aciem, et oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculsi : non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status a videndo impediatur; sic et quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios contueri non possunt. Nec dixit : Excæcavit cogi- C tationes ne audiant Evangelium; sed « ne fulgeat in illis illuminatio gloriæ Evangelii Domini nostri Jesu Christi [37]. » Nam Evangelium audire ab omnibus expetitur : at Evangelii gloria solis Christi germanis sincerisque (discipulis) tribuitur. Dominus itaque loquebatur in parabolis iis quidem qui non poterant audire; discipulis vero privatim parabolas et similitudines explicabat. Gloriæ enim fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt; excæcatio infidelium. Hæc mysteria nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso : gentilibus exponere mos non est. Non enim gentili cuiquam de Patre et Filio et Spiritu sancto arcana mysteria declaramus : neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe D loquimur occulte : ut fideles qui rem tenent, intelligant; et qui non tenent, ne lædantur.

Εὐαγγελίου. » Ὁ δὲ Ἀργελάος, καλῶς ὑποκρουσάμενος· Προανάγνωθι, φησίν, ὀλίγον· « Εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. » Ὁρᾷς, ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται. Οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. Εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; Ἰησοῦς δὲ (43) αὐτὸς οὐκ εἴρηκε· « Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι; » Μὴ μισῶν αὐτούς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν; Ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; Ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς χάριτος (44). « Τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται. »

Εἰ δὲ δεῖ καὶ ὡς (45) τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰ- B πεῖν (οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα)· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ « τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. » Τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι· Τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ ληστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἀπιστίᾳ νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς C τῆς θεότητος ἀκτῖσι. Καὶ οὐκ εἶπεν· Ἐτύφλωσε τὰ νοήματα εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' « εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· » τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Εὐαγγελίου πᾶσιν ἐφίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς Χριστοῦ μόνοις γνησίοις ἀφώρισται. Ἔλεγεν οὖν ὁ Κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι μὴ δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς. Ὁ αὐγασμὸς γὰρ τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τοῖς ἀπίστοις. Ταῦτα τὰ μυστήρια ἃ νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖταί σοι τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ, οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια· οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λα- D λοῦμεν, ἀλλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως. Ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσι.

[35] II Cor. IV, 3. [34] Matth. VII, 6. [36] Matth. XIII, 13. [37] Matth. XXV, 29. [37] II Cor. IV, 4.

Χριστοῦ· « Ut non fulgeat illis illuminatio scientiæ gloriæ Evangelii Christi. » Sed ex iis quæ habentur num. seq. patet Manem non ita citavisse. Toutt.

(43) *Ἰησοῦς δὲ*, κ. τ. λ. Hæc paulo aliter Petrus Siculus : Ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτός.... οὐκ εἴρηκε· Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι; « Annon et Jesus ipse.... ita locutus est : Propterea in parabolis ipsis loquor, quia videntes non vident? » At Raderus, Siculi interpres, quomodo in Cyrilli textu, « ut videntes non videant. » Siculi allegatio evangelici dicti fidelior est, et textum Matthæi ad amussim repræsentat : contra, ea quæ in textu est, partim ex Matthæi, partim ex Lucæ verbis cap. VIII, 10, consarcinata est : atque idcirco, me judice, minus mutationis aut emendationis suspicione laborat. Ib.

(44) *Τῆς χάριτος*. Siculus, τῆς φωτιζούσης χάριτος, « illuminantis gratiæ. » Ib.

(45) *Εἰ δὲ δεῖ καὶ ὡς*. In codd. Roe et Casaub. ex δεῖ καὶ ὡς unum verbum δικαίως confectum est : at ita manet manca constructio. Petrus Siculus legit quidem δικαίως, sed phrasim paulo commutat : Εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἐσ- καὶ οὕτως εἰπεῖν (οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα), κ. τ. λ. « Quod si etiam recte interpretantur nonnulli, licet quoque sic dicere (non enim absurda est oratio), etc. » Ib.

Digitized by Google

CIRCA ANNUM DOMINI CCXC.

S. PAMPHILUS

ECCLESIÆ CÆSARIENSIS PRESBYTER ET MARTYR

NOTITIA

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. IV, Proleg., p. III.)

I. *Quis et quantus vir* Pamphilus, *Pierii Alexandrini discipulus. Ecclesiæ Cæsariensis presbyter et ornamentum. Beatissimus martyr.*
II. *Sacrarum litterarum studiosissimus. Bibliothecæ Cæsariensis conditor. An aliquid proprii operis scripserit. Eusebii locus expensus.*
III. Expositio capitum Actuum apostolorum, *num Euthalio ascribenda. Pamphilo asseritur.*
IV. *Auctor quoque* Origenis Apologetici *ex veterum testimoniis fuisse perhibetur.*
V. *Eo in opere potissimum præclarus divinitatis Christi assertor beatus martyr comprobatur. Interpretis Rufini fides astruitur. Novissima ejusdem* Apologetici *luculenta editio Parisiensis exhibetur. Acta passionis S. Pamphili ex ms. Mediceo adjiciuntur.*

I. Pamphilus gente Phœnicius ex Berytensium orbe, nobili genere ortus, illustris quoque fuit muneribus in patria publice gestis (1). Verum relictis sæcularibus curis, Alexandriam se contulit; ubi Pierium illius Ecclesiæ presbyterum, virum eximium, in sacrarum litterarum studio doctorem habuit, ut scribit Photius (2). Deinceps vero Cæsaream Palæstinæ contendens, atque ad presbyterii gradum evectus, Cæsariensis Ecclesiæ ornamentum exstitit; ibique maxime inclaruit, quo tempore cathedram illam episcopalem post Theotecnum tenebat Agapius. Virum disertissimum moribusque ac gestis vere philosophum, ἐλλογιμώτατον αὐτῷ τε βίῳ φιλόσοφον ἀληθῆ, Pamphilum nostrum vocat Eusebius (3): qui etiam singula quæ ad illius vitam et ad scholam ab eodem institutam pertinent; varia quoque confessionum certamina persecutionis tempore ab eo tolerata; ac postremo martyrium quo coronatus est, peculiari opere complexus fuisse perhibetur: quod tamen intercidisse, jure dolendum. *Passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini*, teste Hieronymo (4), anno 309 ineunte.

A ut eam medias inter Ægyptum et Antiochiam Ecclesias in communem usum recepisse testetur sanctus Hieronymus (5). Mittimus etiam quæ de ipso Pamphilo idem doctor maximus post Eusebium (6) alibi enarrat (7): illum videlicet, *cum Demetrium Phalereum et Pisistratum in sacræ bibliothecæ studio vellet æquare, imaginesque ingeniorum quæ vera sunt et æterna monumenta, toto orbe perquireret, tunc vel maxime Origenis libros impensius prosecutum, Cæsariensi Ecclesiæ dedicasse*; prætereaque (8) *Cæsariensem bibliothecam studiosissime confecisse.*

II. Ad monumenta vero litterarum Pamphili quod attinet, nulla hic mentio de LXXvirali editione, quam sanctus martyr una cum Eusebio descripsit, prout ab Origene asteriscis suppleta obelisque confixa fuerunt: quæ quidem editio, vulgo *Palæstina* nuncupata, usque adeo comprobata fuisse comperitur,

Et hæc quidem beati martyris studium in sacris præsertim litteris excolendis satis produnt. *Ipse* vero, inquit Eusebius apud Hieronymum (9), *proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis Epistolis quas ad amicos forte mittebat: in tantum se humilitate dejecerat.* B Interim tamen hujusmodi episcopi Cæsariensis testimonium nihil impedit, quominus Pamphilus opuscula duo quæ adhuc superant scripsisse, *Expositionem* nimirum *capitum Actuum apostolorum et Origenis Apologeticum*, merito existimetur. Siquidem, ut probe perspexit eruditissimus Fontanius (10), Eusebius certe non dixit, Pamphilum *nihil operis*, sed *nihil* PROPRII *operis omnino scripsisse*: vel, si mavis, ipso Hieronymo interprete, *nihil* PROPRII *quidquam condidisse* SERMONIS. Atqui prius opusculum conscribens Pamphilus, nihil *proprii operis*

(1) Vid. infr. *Act. pars. S. Pamph.*, §§ 3 et 7.
(2) *Bibl.* cod. CIX, pag. 299.
(3) *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 32.
(4) *De vir. illustr.*, cap. 75.
(5) Præf. in lib. Paralip.
(6) *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 32.
(7) *Hieron.*, epist. 34, al. 141, ad Marcell., num. 1.
(8) Id. *De vir. illustr.*, cap. 3.
(9) Id., lib. I *Apolog. contr. Rufin.*, num. 9, Opp. tom. II, pag. 465.
(10) *Hist. litter. Aquil.* lib. V, cap. 5, § 5, p. 250.

Digitized by Google

protulit, nec quidquam condidit *proprii sermonis* : illud enim duntaxat ex summis rerum capitibus quas in apostolica historia tradit sanctus Lucas, patet ab eo contextum. Neque porro posterius quidquam *proprii operis* sive *sermonis* habere comperitur : quandoquidem, ut ait vir cl., beatus martyr contra malam doctrinam Origeni objectam, veram ejus doctrinam ipsis Origenianis verbis expressam opponit; ut ex utriusque mutuo collatæ discrimine clare evincatur, Origenis scripta ab hæreticis fuisse corrupta ; cum hanc unam quæstionem pertractet, fuerintne Origenis libri corrupti, necne : quod sane non est *proprii operis* aliquid condere.

III. His autem positis ad utrumque opusculum Pamphilo astruendum, de priore quidem sic proloquitur doctissimus Montfauconius, qui ex codice Coisliniano illud primus in vulgus emisit (11) : « *Expositionem capitum Actuum apostolorum* esse vere Pamphili martyris, non est quod dubitemus. Nam in eo fere totam ætatem contrivit sanctus martyr, ut Scripturæ sacræ libros manu sua describeret, ornaret titulis atque scholiis, ut docet Hieronymus, *De scriptoribus ecclesiasticis*. Indicat item nota codicis RR. PP. Jesuitarum, qui prophetas omnes continet. Asserit demum calligraphus codicis vetustissimi hujus bibliothecæ (Coislinianæ) num. 202, qui ad calcem Epistolarum S. Pauli ait se illum ipsum codicem contulisse in bibliotheca Cæsariensi cum alio codice qui ipsius Pamphili manu exaratus fuerat. Ad hæc vero calligraphus ille in nota sua, eadem loquendi formula eaque non vulgari utitur, qui initio opusculi Pamphiliani usurpatur ; nimirum, παρ' ὧν ἁπάντων τόλμης συγγνώμην αἰτῶ, εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενος · quæ verba ipse ex Pamphilo haud dubie mutuatus est. Hanc autem *Expositionem*, tum ob auctoris sanctissimi celeberrimique nomen, tum quia non fructu vacare putatur, hic edere visum est. »

Hanc vero ἔκθεσιν sæculo superiore desinente sub *Euthalii* Sulcensis episcopi nomine ediderat cl. Zacagnius in collectione *Monumentorum veterum*, pag. 428. Ipse tamen Euthalius, pag. 513, diserte testatur, ut observat Fabricius (12), se usum codicibus e Cæsariensi bibliotheca, quam S. Pamphilus primum magno studio instruxit ; Eusebius deinde ejusque successores episcopi Cæsarienses servarunt auxeruntque. Hinc itaque divisionem capitum qualem S. Pamphilus digesserat, etiam ex illis mutuatus esse, versiculorum vero ipsemet Euthalius utique addidisse videtur. Exstat porro eadem ἔκθεσις absque nomine auctoris ante commentarios Œcumenii in Acta, atque in melioribus Novi Testamenti editionibus Roberti Stephani, Joannis Henrici Boecleri et Joannis Millii ; necnon in Danielis Heinsii *ad Novum Testamentum exercitationibus*. Hæc Fabricius, qui et ipse l. c. hanc Pamphili *Expositionem* cum Euthaliana collatam typis excudendam denuo curavit. Quæ cum ita se habeant, existimaverim equidem Wetsthenium minus consulte unum ejusmodi opellæ auctorem Euthalium agnoscere (13) ; nullo sane argumento satis firmo, quo in suam sententiam nos pertrahat, in medium adducto.

IV. De altero autem Pamphili opusculo, scilicet *Origenis Apologetico*, non est eninvero cur verba faciamus : hanc enim provinciam cepere jamdudum inter recentiores viri doctissimi, Huetius in primis (14), Tillemontius (15) et Fontaninius (16) ; nuper vero satis operose postremus Origenianorum editor Parisiensis (17). Verum ne officio nostro penitus deesse videamur, hic veteres tantum et quidem præcipuos commemorare operæ pretium ducimus, qui *Origenianum Apologeticum* beato martyri asseruisse noscuntur. Inter eos vero primus occurrit Eusebius (18) ; quem sequitur sanctus Hieronymus, sic inquiens (19) : *Scripsit* (Pamphilus) *antequam Eusebius Cæsariensis*, *Apologeticum pro Origene*. Verum Doctor maximus, mutata deinceps sententia, in assignando scriptionis auctore varia disseruit. Socratem (20) præterimus et Nicephorum (21) aliosque sequioris ævi scriptores, qui Eusebium plerumque assectati fuisse videntur. At non est omittendus Photius, qui sibi lectos esse *testatur* (22) Pamphili martyris et Eusebii pro Origene libros sex ; simulque docet Pamphilum, cum detineretur in carcere, quinque priores *Apologetici* illius libros, præsente etiam Eusebio, elaborasse ; sextum vero, post Pamphili martyrium, fuisse ab Eusebio absolutum. Ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ τὸ δεσμοτήριον οἰκοῦντι, συμπαρόντος καὶ Εὐσεβίου, ἐξεπονήθησαν · ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ξίφει τοῦ ζῆν ἀποχθεὶς, ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεὸν, Εὐσεβίῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεται. Hæc satis sunto. Qui vero plura hoc de opere scire studet, scriptores ex recentioribus modo laudatos adeat.

V. Sed unum adhuc hactenus dictis addidisse juverit ; quo nimirum constet, ut viri doctissimi verbis utar (23), sanctum martyrem in *Origenis Apologetico* adornando præclarum suæ in Christum pietatis monumentum reliquisse. Dum enim ille in id potissimum incumbit, ut ab hæresi Ariana immunem demonstret Origenem, atque animo ita comparatus, quidquid uspiam de Filio Dei Adamantius lu-

(11) *Bibl. Coisl.*, pag. 78.
(12) Ad Opp. Hippol. tom. II, pag. 209.
(13) Prolegom. ad N. Test. Gr., pagg. 45 et 76, edit. in-4.
(14) *Origenian.* lib. II, cap. 3, § 16, pag. 190.
(15) *Mémoir.*, tom. V, p. 750, not. 11 sur S. Pamph.
(16) *Hist. litter. Aquil.*, lib. V, cap. 1, §§ 5 et 6, et cap. 8, § 3, pagg. 208, 254, seqq.
(17) *Origen.* Opp. tom. IV, in admon. ad *Apolog.*, pagg. 1-16.
(18) *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 33.
(19) *De vir. illustr.*, cap. 75.
(20) *Hist. eccl.* lib. III, cap. 7.
(21) *Hist. eccl.* lib. X, cap. 14.
(22) *Bibl.* cod. CXVIII, pag. 295.
(23) *Maran.*, *De divin. J. C.* lib. IV, cap. 24, § 5, pag. 554.

Digitized by Google

culentissime docuit, sedulus colligit, illudque ejus obtrectatoribus objicit ; quid ipse quoque de hoc præcipuo catholicæ veritatis capite sentiret, plane compertum fecit.

Neque ulla demum, pergit vir cl., legitima suspicio est de fide Rufini, qui hunc *Apologeticum* in Latinum transtulit. Siquidem quominus in eo opere Latinis litteris reddendo id interpres committeret quod in aliis ejusmodi lucubrationibus sibi licuisse existimavit, deterrere certe ipsum debuit metus ab Origenis adversariis injectus, quibus stomachum se facturum videbat, quamvis non suum, sed sancti Pamphili de Origene judicium proferret : quanto magis si quid ipse inseruisset, quod neque ab Origene scriptum, neque a sancto Pamphilo relatum, evinci aliquando potuisset ?

Quod quidem ex initio præfationis Rufinianæ liquido constat. Sic enim interpres Macarium allocutus : « Injungis mihi rem, inquit, quæ tibi agnitæ veritatis gratiam conferat : mihi tamen non dubito quin offensam maximam comparet eorum qui se læsos putant ab eo qui de Origene non aliquid male senserit. Et quamvis non meam de eo sententiam, sed sancti martyris Pamphili sciscitatus sis, et librum ejus, quem pro Origene in Græco scripsisse traditur, transferri tibi poposceris in Latinum ; tamen non dubito futuros, qui et in eo læsos se putent, si nos aliquid pro eo vel alieno sermone dicamus. » Tanta porro cautio, ut cum viro docto concludamus, nimiæ licentiæ suspicionem non patitur, nec Rufini nomen de testimoniorum pondere aliquid detrahere jure debet. Illud quoque accedit, quod ex laciniis Græcis Origenianis, suis quibusque locis intextis, de reliquis etiam ubi esse desunt, interpretis fides fulcitur. Cæterum nuperam hujus *Apologetici* satis luculentam editionem Parisiensem typis exprimendam curavimus.

His porro B. Pamphili operibus, *Acta passionis* ejusdem adjecimus, ex libris Eusebii Cæsariensis desumpta, quæ doctissimus Papebrochius juxta ms. Mediceum regis Christianissimi evulgavit (24).

ACTA PASSIONIS S. PAMPHILI

MARTYRIS

Ex libris Eusebii Cæsariensis de illius Vita, juxta ms. Mediceum regis Christianissimi.

PARS PRIOR

Omnium duodecim qui cum ipso passi sunt, atque in primis Pamphili laudes complectens.

Α'. Καιρὸς δὴ καλεῖ πρὸς πᾶσι τὸ μέγα καὶ περιδόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον Παμφίλου τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων θαυμασίων ἀνδρῶν, καὶ πολυτρόπους εὐσεβείας ἆθλους ἐπιδεδεγμένων. Πλείστων γοῦν ὅσων κατὰ τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν διωγμὸν, ἀνδρισαμένων, τὸν περὶ ὧν ὁ λόγος ἀγῶνα σπανιώτατον, ὃν ἡμεῖς ἔγνωμεν, ἱστορήσαμεν, ἀθρόως ἐν αὐτῷ πᾶν εἶδος ἡλικιῶν τε σώματος, καὶ ψυχῶν ἀγωγῆς, βίου τε καὶ ἀναστροφῆς διαφόρου περιειληφότα, βασάνων τε ποικίλοις εἴδεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὸ τέλειον μαρτύριον ἐνηλλαγμένοις στεφάνοις κεκοσμένον. Νέους τε γὰρ ἦν ἰδεῖν, καὶ κομιδῇ παῖδας τῶν σὺν αὐτοῖς Αἰγυπτίων τινὰς, ἡμῶν τοὺς δὲ ἄλλους (μεθ' ὧν καὶ ὁ Πορφύριος ἦν) ἀκμαίους τε αὖ σώματί τε ὁμοῦ καὶ φρονήσει, τοὺς ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, καὶ τὸν Ἰαμνήτην Παῦλον, Σέλευκόν τε καὶ Ἰουλιανὸν, ἄμφω τῆς Καππαδοκῶν γῆς ὡρμημένους· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἱερᾷ πολιᾷ, βαθυτάτῳ γε γήρᾳ πεπυκασμένοι, Οὐάλης διάκονος τῆς Ἱερο-

I. Tempus nunc monet coram omnibus aperire theatrum magnum istud ac celeberrimum sancti martyris Pamphili, et eorum qui cum ipso vitam finiverunt admirabilium virorum, et per varia pro pietate certamina circumductorum. Etenim licet plurimi ex nobis, tempore persecutionis contra nos publicatæ, strenue sese gesserint ; horum tamen de quibus nunc sermo est, rarissimum agonem nobisque cognitum, ideo potius scripsimus ; quia in eo statim apparebit, velut sub uno aspectu, omne genus tum ætatis corporeæ, tum spiritualis conditionis, vitæque et studiorum diversitas magna, sed imprimis varietas tormentorum atque exinde secundum martyrii cujusque consummationem paratarum cuique coronarum. Nam videre erat quosdam eorum qui inter ipsos erant Ægyptiorum (25) juniores atque omnino pueros ; alios autem nostrorum (in quibus etiam Porphyrius erat) viribus simul corporis simul et animi prudentia robustos ; eos

(24) *Acta SS.*, Jun. t. I, p. 64, seqq.

(25) Procul ab auctoris mente aberravit interpres, apud Lipomanum et Surium, cum vertit : *Adolescentes et pueros, atque adeo plane infantes, ex iis qui erant cum ipsis* (fortassis *Ægyptiis* interpres scripserat, uti debebat) *alios autem pubescentes... nempe mihi charissimum Jamnitem Paulum.*

Digitized by Google

scilicet qui cum dilectissimo meo censebantur, Jamnitem (26) Paulum, Seleucumque et Julianum, ambos ex Cappadocum regione huc advectos. Erant etiam inter illos quidam sacra canitie et profunda ornati senectute; Valens nempe, Ecclesiæ Hierosolymorum

A σολυμιτῶν Ἐκκλησίας, καὶ ὁ τοὔνομα ἐπαληθεύσας Θεόδουλος.

diaconus, et nomen suum verificans Theodulus (27).

II. Hæc ergo inter eos erat ætatum varietas : sed et mentis exercitatione distinguebantur, cum alii rudiores essent, utpote pueri, simpliciori adhuc intellectu utentes, alii jam formatam ac solidam haberent vivendi consuetudinem. Quin etiam inveniebantur inter illos haud inexperti divinarum disciplinarum. Omnibus tamen æque congenita erat excellens quædam atque virtute fulta animi fortitudo. Præ omnibus autem, tanquam præ scintillantibus astris luminare majus, emicabat eorum medius dominus meus; nec enim amplius fas mihi est sodalem appellare (28) venerandum ac vere beatissimum Pamphilum. Etenim disciplinarum gentilibus æstimatarum, peritiam haud mediocrem consecutus, in divinis dogmatibus ac cœlitus inspiratis Scripturis, omnium qui secum versabantur (audacter, sed tamen vere dico,) apparebat versatior; insuper autem pollebat prærogativa propriæ scilicet, aut potius a Deo donatæ, intelligentiæ ac sapientiæ.

Β'. Τοιαύτη μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν ἡλικιῶν ἐτύγχανε ποικιλία· ψυχῶν δὲ ἀγωγαῖς διηλλάττοντο, οἱ μὲν ἰδιωτικώτερον, οἷα παῖδες, καὶ ἁπλούστερον ἔτι τὸν νοῦν φοροῦντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ στιβαρὸν καὶ ἐμβριθὲς κεκτημένοι τὸ ἦθος· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τοῖς τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἀνεπιστήμονες, συγγενῶς δὲ ἅπασιν ὑπερφυὴς καὶ ἐνάρετος ἡ ἀνδρία προσῆν. Οἷα δέ τις ἐν ἀποστίλβουσιν ἄστροις ἡμεροφανὴς φωστὴρ, ἐν μέσοις διέπρεπεν ἐξαστράπτων ὁ ἐμὸς δεσπότης (οὐ γὰρ ἑταῖρον προσειπεῖν ἔτι μοι θέμις τὸν θεσπέσιον καὶ μακάριον ὡς ἀληθῶς Πάμφιλον)· παιδείας

B γὰρ οὗτος τῆς παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένης οὐ μετρίως ἥπτο, τῆς τε κατὰ τὰ θεῖα δόγματα καὶ τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς (εἰ χρή τι θρασύτερον, πλὴν ἀληθὲς, εἰπεῖν), ὡς οὐδέτερον ἔχοι τις φάναι τῶν κατ' αὐτὸν, ἦχετο· μεῖζον δὲ τούτων ἐκέκτητο τὸ πλεονέκτημα, τὴν οἰκοθεν, μᾶλλον δὲ θεόθεν αὐτῷ δεδωρημένην σύνεσίν τε καὶ σοφίαν.

III. Sic quoad animam constitutis singulis, major adhuc differentia erat conditionum. Nam Pamphilus quidem, nobili secundum carnem genere prognatus, etiam præsignis erat muneribus in patria publice gestis; Seleucus vero, præcipuis in militia honoribus fuerat decoratus, cum alii mediæ ferme C conditionis essent. Sed neque in choro isto servile genus deerat, cum ex proconsulari familia adjunctus eis fuerit servus Porphyrius, specie quidem tenus Pamphili mancipium, reipsa autem nihil a fratre, aut potius filio genuino discrepans, et nusquam a domini sui imitatione deficiens. Ecquid porro? Si quis dixerit, ipsos omnem ecclesiasticæ ordinationis formam numero suo complexos esse, nihil extra veritatem dixerit; cum presbyterii dignitate ornatus fuerit Pamphilus, ad gradum diaconatus evectus Valens, alii lectorum munere fungi coram plebe consuessent; Seleucus vero, etiam ante martyricum finem decoratus esset nobili confessione per generosam verberum tolerantiam fortiter etiam dignitatis militaris jacturam perpessus; D cæteri vero, tanquam catechumeni aut fideles, veluti in imagine parva repræsentarent similitudinem numerosæ Ecclesiæ.

Γ'. Καὶ τὰ μὲν περὶ ψυχὴν οὕτως εἶχον οἱ πάντες· βίου δὲ αὖθις καὶ ἀναστροφῆς πλείστη τις ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχε διαλλαγή· τοῦ μὲν Παμφίλου ἐξ εὐπατριδῶν κατάγοντος κατὰ σάρκα γένος, ἐπισήμως τε ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις διαπρέψαντος, τοῦ δὲ Σελεύκου ταῖς κατὰ τὴν στρατείαν ἀξίαις περιφανέσταται τετιμημένου, τῶν δὲ τῆς μέσης καὶ κοινῆς γεγονότων ἀγωγῆς. Οὐκ ἦν δὲ αὐτῶν ὁ χορὸς οὐδὲ τοῦ οἰκετικοῦ γένους ἐκτὸς, ὅ τε γὰρ ἡγεμονικῆς οἰκετίας θεράπων αὐτοῖς συγκατείλεκτο καὶ ὁ Πορφύριος, τὸ μὲν δοκεῖν, τοῦ Παμφίλου γεγονὼς οἰκέτης, διαθέσει γε μὴν ἀδελφοῦ καὶ μᾶλλον γνησίου παιδὸς διενηνοχὼς οὐδὲν ἢ ἐλλείπων τῆς πρὸς τὸν δεσπότην κατὰ πάντα μιμήσεως. Καὶ τί γάρ; Ἀλλ' εἰ φωνῇ τις, αὐτοὺς ὁλόκληρον ἐν βραχεῖ τόπον ἐκκλησιαστικοῦ συστήματος περιειληφέναι, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας, πρεσβυτερίου μὲν ἐν αὐτοῖς ἠξιωμένου τοῦ Παμφίλου, διακονίας τε τοῦ Οὐάλεντος, τήν τε τῶν ἐπὶ τοῦ πλήθους ἀναγινώσκειν εἰθισμένων τάξιν εἰληχότων ἑτέρων· ὁμολογίαις διὰ κρατερωτάτης μαστίγων ὑπομονῆς, ἔτι πάλαι πρὸ τοῦ κατὰ τὸ μαρτύριον τέλους τοῦ Σελεύκου διαπρέψαντος, καὶ τὴν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποβολὴν ἐῤῥωμένως καταδεξαμένου· τῶν τε λοιπῶν ἐπὶ τούτοις, διὰ κατηχουμένων καὶ πιστῶν τουτὶ λοιπὸν τῆς ὡς ἐν εἰκόνι σμικρᾷ μυριάνδρου Ἐκκλησίας ἀφομοίωμα φερούσης ἀναπληρούντων.

IV. In hunc ergo modum contemplari nobis licet admirabilem talium atque tantorum martyrum delectum; quatenus illis, quamvis numero paucis, nullus tamen eorum ordinum deerat, qui solent inter homines reperiri. Nempe, quemadmodum in

Δ'. Οὕτω παράδοξον τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων μαρτύρων ἐκλογὴν ἐθεωρήσαμεν, καθ' ἣν καίτοιγε οὐ πολλοῖς τὸν ἀριθμὸν οὖσιν, ὅμως οὐδὲν ἀπέδει ταγμάτων ἐν ἀνθρώποις εὑρισκομένων. Οἷα οὖν ἐν πολυχόρδῳ λύρᾳ ἐξ ἀνομοίων συνεστώσῃ χορδῶν,

(26) *Jamnia* sive *Jamna* urbs maritima Palæstinæ, haud procul Joppe, sed totis XX horariis leucis dissita a Cæsarea, cujus archiepiscopo subest, etiam urbe maritima in confiniis Phœniciæ.

(27) Θεόδουλος enim, *Dei servus* interpretatur.

(28) Prædictus interpres pro ἑταῖρον, ἕτερον, *alium*; et vertit, *non est mihi fas aliter appellare.*

Digitized by Google

ὀξειῶν καὶ βαρειῶν· τῶν τε ἀνειμένων καὶ ἐπιτεταμένων καὶ μέσων, εὐδιηρμοσμένων ἁπασῶν τέχνῃ τῇ μουσικῇ· κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἐπὶ τούτων νέοι κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρεσβύται, δοῦλοί τε ὁμοῦ καὶ ἐλεύθεροι, λόγιοι καὶ ἰδιῶται, ἄδοξοί τε κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν καὶ ἐπίδοξοι, πιστοί τε καὶ κατηχούμενοι, ἅμα καὶ διάκονοι σὺν πρεσβυτέροις, οἱ πάντες, ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πανσόφου μουσουργοῦ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ Λόγου ποικίλως ἀνακρουσθέντες, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἕκαστοι δυνάμεως διὰ τῆς τῶν βασάνων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι τὴν ἀρετὴν, τούς τε τῆς ὁμολογίας λαμπροτάτους καὶ ἐμμελεῖς, ἁρμονίους τε καὶ συμφώνους ἐπὶ τῶν δικαστηρίων φθόγγους ἀποδεδωκότες, ὑφ' ἓν καὶ ταὐτὸ τέλος τὴν εὐσεβεστάτην καὶ πάνσοφον διὰ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελειώσεως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀπεπλήρωσαν τὴν μελῳδίαν.

A lyra chordarum plurium earumque inter se dissimilium, acutæ et graves, intensæ ac remissæ, mediæque, per musicam artem belle concordantur: sic et in istis, juvenes cum senibus, servi cum liberis, docti et indocti, nobiles et secundum vulgi æstimationem ignobiles, fideles et catechumeni, diaconi atque presbyteri; tanquam pulsante eos diversimode sapientissimo musices magistro Dei Verbo, suam singuli per tormentorum tolerantiam ostendentes virtutem, pulcherrimos beneque concordes confessionis modulos coram tribunalibus personabant; communi denique fine per consummationem martyrii, pientissimam simul doctissimamque concludentes melodiam Deo omnium conditori.

B

Ε'. Ὑπερθαυμάζειν ἄξιον καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν προφητικὸν δηλοῦντα χορόν· δώδεκα γὰρ εἶναι συνέβη τοὺς πάντας, ὁπόσους πατριάρχας καὶ προφήτας καὶ ἀποστόλους γενέσθαι παρειλήφαμεν. Οὔ περ ἑτέρων, οὐδὲ τὰς κατὰ μέρος ἑκάστου πολυτλήτους ἀνδρείας, κατὰ τῶν πλευρῶν ξέσεις, καὶ τὰς διὰ τριχῶν αἰγίων ὑφῆς κατὰ τῶν ξεσθέντων τοῦ σώματος μερῶν ἐκτρίψεις, τάς τε ἀνηκέστους μάστιγας, καὶ τὰς πολυτρόπους καὶ ἐνηλλαγμένας βασάνους, δεινάς τε καὶ δυσκαρτερήτους στρεβλώσεις, ἃς ἐπικελευομένου τοῦ δικαστοῦ καὶ χερσὶ καὶ ποσὶν ἐπιτείνοντες οἱ δορυφόροι, τῇ βίᾳ κατηνάγκαζον πρᾶξαί τι τῶν ἀπειρημένων τοὺς μάρτυρας.

V. Sed et consideratione singulari dignus est illorum numerus, propheticum repræsentans chorum: erant enim universim duodecim, quot etiam patriarchas, prophetas atque apostolos fuisse accepimus. Neque aliorum quam talium esse dixerim (29), vel uniuscujusque eorum multiplicem fortitudinem, inter sectiones laterum, et laniatorum deinde corporis totius membrorum attritiones per cilicinos ex lanis caprinis pannos, et intolerabilia verba variaque, et commutata identidem tormenta, ac graves immanissimosque cruciatus; quos cum ad imperium judicis lictores intenderent manibus pedibusque, omni violentia nitebantur cogere martyres ad aliquid illicitum faciendum.

C

Ϛ'. Τί χρὴ λέγειν τὰς ἀειμνήστους τῶν θεσπεσίων φωνὰς, ἐν αἷς ἦττον πεφροντικότες τῶν πόνων, λαμπρῷ καὶ φαιδρῷ προσώπῳ, τὰς τοῦ δικαστοῦ πεύσεις ἀμείβοντες, πρὸς αὐταῖς βασάνοις γελῶντες ἀνδρικῶς, ἤθει τε σπουδαίῳ κατειρωνευόμενοι αὐτοῦ τὰς ἐρωτήσεις; Ἐρωμένου γὰρ ὁπόθεν εἶεν, τὴν ἐπὶ γῆς πόλιν φράζειν παρέντες, τὴν ὄντως ἑαυτῶν ἀνεδήλουν πατρίδα, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ἐνέφαινον δὲ ἄρα κατὰ τὸν αὐτῶν νοῦν τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἣν καὶ ἔσπευδον πόλιν, καὶ ἄλλα δὲ τοιουτότροπα, ἄγνωστα μὲν καὶ ἀσύνοπτα τοῖς τῶν ἱερῶν ἀγεύστοις, μόνοις δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς θείας πίστεως ὡρμημένοις ἀριδηλότατα προσέφερον· ἐφ' οἷς δὲ μάλιστα ὁ δικαστὴς ἀγανακτικῶς, καὶ μάλα ὀργίλως σφαδάζων, καὶ τὸν λογισμὸν ἀπορούμενος ποικίλως, ὡς ἂν μὴ ἥττηθείη, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπενόει μηχανάς· κἄπειτα πεσὼν τῆς ἐλπίδος, τέλος ἑκάστῳ τὰ τῆς νίκης ἀποφέρεσθαι παρεχώρει βραβεῖα. Ποικίλος δ' ἦν αὐτῶν καὶ ὁ τῆς τελευτῆς τρόπος· δυεῖν μὲν τῶν ἐν αὐτοῖς κατηχουμένων τῷ διὰ πυρὸς βαπτίσματι τελειωθέντων· ἑτέρου δὲ τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους σχήματι παραδοθέντος· τῶν δὲ ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, διαλλάττουσι βραβείοις ἀναδησαμένων.

VI. Quid porro necesse est referre illas semper memorabiles eorum voces, quas medios inter dolores sereno ac læto vultu sapienter reponebant interrogationibus judicis, generose ridendo ad ejus tormenta, aut gratioso quodam modo eludendo propositas ab eo quæstiones? Interrogante enim illo, undenam essent; pro eo quod de terrena civitate responderent, veram ei suam indicabant patriam, ab Hierusalem se esse prædicantes; intelligebant autem cœlestem illam Dei, quo festinabant, civitatem; et alia ejusmodi varia dicebant, inexpertis sacrarum rerum non intelligibilia, et solis divinæ fidei consortibus manifesta: quibus judex magis exacerbatus, animoque æstuans, neque quid ageret comperiens, ne illis cederet, quascunque excogitabat machinas; ac denique, dejectus spe omni, unicuique eorum victoriæ assignavit bravium. Sed in hoc quasi varius erat modus: nam duobus quidem eorum adhuc catechumenis, suus per ignem baptismus obtigit: alteri salvificæ passionis imagini assimilati; cæteri vero qui cum dilecto meo erant, diversa inter se præmia partiti sunt.

D

Ζ'. Τάδε μὲν οὖν φαίη ἄν τις καθολικώτερον τούτων μεμνημένος, κατὰ μέρος δὲ ἕκαστον ἐπεξιὼν, εἰκότως ἂν τοῦ χοροῦ τὸν πρωτοστάτην μακαρίσειε.

VII. Atque hæc dixerit aliquis, ipsorum volens in genere meminisse; singillatim vero eos prædicaturus, jure merito totius chori ducem in primis lau-

(29) Videtur hic aliquid deesse Græco textui ad sensum complendum.

Digitized by Google

daverit. Pamphilus hic fuit, vir Dei amantissimus, et vere amicus omnium (30), secundum significationem nominis sui, Cæsariensis Ecclesiæ ornamentum : nam et presbyteralem cathedram presbyter exsistens glorificavit, ornans simul et ornatus eo quod ibi offertur sacrificio. Sed et aliis quoque in rebus vere divinus erat, divinæque inspirationis particeps : cum per omnem vitam cunctis fuerit virtutibus cumulatus, longe quidem valere jubens delicias atque divitias, totum vero sese tradens verbo Dei. Renuntians enim universæ quæ sibi a parentibus obvenerat substantiæ, eamque nudis, imbecillis, egenisque distribuens, ipse vitam ducebat proprio carentem, exercitationeque indefessa divinam sibi comparabat philosophiam. (31) Erat autem ex Berytensium civitate, ubi primum ætatem egit in iis quæ ibi erant puerorum gymnasiis : postquam vero ingenium ejus ad virilem ætatem maturuit, transivit ad sacrarum litterarum studium; vitæque formam omnino divinam et propheticam suscepit; seque Dei verum martyrem, etiam ante vitæ finem, probavit.

VIII. Et talis quidem erat Pamphilus : secundus vero cum illo ad agonem processit Valens, grandæva ac reverenda canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex : insuper vero divinarum Scripturarum intelligens, si quis alius, earumque memoriam complexus tam firmam, ut ad earum quas in ea repositas servabat, sacrarum promissionum usum, non egeret præsidio litteralis subsidii. Quamvis autem talis esset, diaconatus tamen gradu in Æliensi (32) Ecclesia erat contentus. Tertius denique numeratus Paulus, actione simul et spiritu ferventissimus, ex Jamnia civitate oriundus; qui etiam ante martyrium, ferri candentis tolerantia, confessionis certamen exantlaverat.

A Πάμφιλος οὗτος ἦν, ὁ θεοφιλὴς ὄντως ἀνὴρ καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς φίλος τε καὶ προσήγορος, ἐπαληθεύων τὴν ἐπωνυμίαν, τῆς Καισαρέων Ἐκκλησίας ὁ κόσμος. Ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν πρεσβύτερος ὢν ἐδόξαζε, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ κοσμούμενος τῇ ἐνταῦθα λειτουργίᾳ· κἂν τοῖς ἄλλοις δὲ θεῖος ἦν ὄντως καὶ θείας μετέχων ἐμπνεύσεως· ἐπεὶ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἀρετῇ πάσῃ διαπρέψας ἔτυχε, μακρὰ μὲν χαίρειν εἰπὼν τρυφῇ καὶ πλούτου περιουσίᾳ, ὅλον δὲ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ· ἀποδόμενός γέ τοι τὰ εἰς αὐτὸν προγόνων ἥκοντα γυμνοῖς, πηροῖς καὶ πένησιν ἅπαντα, αὐτὸς ἐν ἀκτήμονι διῆγε βίῳ δι' ἀσκήσεως καρτερικωτάτης τὴν ἔνθεον μετιὼν φιλοσοφίαν. [Ὡρμᾶτο μὲν οὖν ἐκ τῆς Βηρυτίων πόλεως, ἔνθα τὴν πρώτην ἡλικίαν τοῖς αὐτόθι B ἐτέθραπτο παιδευτηρίοις· ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς φρονήσεως εἰς τελείους ἄνδρας αὐτῷ προσῆει, μετέβαινεν ἀπὸ τῶνδε ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμην· ἀνελάμβανε δὲ ἐνθέου καὶ προφητικοῦ βίου τρόπον, καὶ Θεοῦ μάρτυρα αὐτὸς ἀληθῆ ἑαυτὸν καὶ πρὸ τελευτῆς τοῦ βίου παρίστη.]

Η'. Ἀλλ' ὁ μὲν Πάμφιλος τοιοῦτος ἦν· δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει Οὐάλης, γηραιᾷ καὶ ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, αὐτῇ τε προσόψει σεμνὸς καὶ ἱερὸς πρεσβύτης· οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν θείων Γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος εἰδήμων· τοσαύτης γέ τοι μνήμης αὐτῶν ἐνεστερνίσατο, ὡς μηδὲ ἀποδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων τεύξεως τὰς διὰ μνήμης αὐτῷ σωζομένας τῶν ἱερῶν μαθημάτων ἀπαγγελίας. Διάκονος ἦν, καίπερ ὢν τοιοῦτος, τῆς Αἰλιέων Ἐκκλησίας. Τρίτος ἐν τοῖςδε κατηριθμεῖτο Παῦλος, θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων ἀνήρ, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως ἐγνωρίζετο· ὃς δὴ καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς τὸν τῆς ὁμολογίας ἀγῶνα διεθλήκει.

—

Idem ex Eusebii Historia martyrum, *cap.* 11.

Ut appareat, quam non verisimile sit, hanc Passionem ex alio paulum prolixiori Historiæ Eusebianæ textu, quam vulgo habeatur, acceptum, sed alterius anteriorisque operis partem esse, quam deinde in aliud opus auctor transtulerit; placet hic alterum contextum subjicere.

Tempus nunc est, ut magnum illud ac celebre spectaculum, eorum qui cum Pamphilo (cujus nomen mihi quidem desideratissimum est) martyrium consummarunt, posterorum memoriæ tradam. Erant omnes numero duodecim, prophetica quadam seu potius apostolica gratia, et numeri æqualitate donati : quorum princeps eminebat Pamphilus, solus ex eorum numero presbyterii apud Cæsaream dignitate decoratus; vir toto vitæ suæ tempore in omni virtutis genere spectatissimus, seu fugam et

Καιρὸς δῆτα καλεῖ, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον, τῶν ἀμφὶ τὸ τριπόθητον ἕμοιγε ὄνομα Παμφίλου τελειωθέντων. Δώδεκα δ' ἦσαν οἱ D πάντες, προφητικοῦ τινος ἢ ἀποστολικοῦ χαρίσματος καὶ ἀριθμοῦ κατηξιωμένοι· ὧν ὁ κορυφαῖος καὶ τοῦ κατὰ Καισάρειαν πρεσβείου τιμῇ κεκοσμημένος μόνος ἐτύγχανεν ὁ Πάμφιλος· ἀνὴρ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον πάσῃ διαπρέψας ἀρετῇ, ἀποτάξει καὶ καταφρονήσει βίου, τῇ τῆς οὐσίας εἰς ἐνδεεῖς κοινωνίᾳ, κοσμικῶν ἐλπίδων ὀλιγωρίᾳ, φιλοσόφῳ

(30) Πάμφιλος, quasi πάντων φίλος, *omnium amicus*.

(31) Quæ sequuntur non videntur hoc loco scripta ab Eusebio; sed ab eo, qui ex tertio ejus libro *De vita Pamphili* hujus ac sociorum martyrum excerpsit, suæ collectioni inserendum, huc collata ex libro ejusdem Eusebii primo, ne prorsus acephala esset narratio, quæ de priori vita nihil haberet : itaque judicavi ea his signis [] a reliquo contextu abjungenda : quod si fecisset Valesius, non dubitasset, credo, eorum causa hanc compositionem diversam ab historia Eusebiana censere.

(32) *Ælia*, id est, Hierusalem, ab *Ælio Adriano* sic dicta, postquam illa ab eo in monte Calvariæ restaurata, situm mutavit, Judæis novam urbem ingredi prohibitis.

Digitized by Google

πολιτεία καὶ ἀσκήσει. Μάλιστα παρὰ τοὺς καθ' ἡμᾶς διέπρεπε τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια γνησιωτάτῃ σπουδῇ, ἀτρύτῳ τε ἃ προῦθετο φιλοπονίᾳ, καὶ τῇ περὶ τοὺς προσήκοντας καὶ πάντας τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας ὠφελείᾳ· οὗ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς κατορθώματα, μακροτέρας ὄντα διηγήσεως, ἐπ' ἰδίας τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν ὑποθέσεως βίου γραφῆς ἐν τρισὶν ἤδη πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλοτίμως καὶ ταῦτα εἰδέναι ἔχοντας, ἀναπέμψαντες, τὰ νῦν ἐχώμεθα τῆς κατὰ τοὺς μάρτυρας ἀκολουθίας. Δεύτερος μετὰ Πάμφιλον ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῆει, ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, Οὐάλης, τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονος, αὐτῇ προσόψει σεμνότατος πρεσβύτης, τῶν θείων Γραφῶν εἴ καί τις ἄλλος ἐπιστήμων· τοσαύτας γέ τοι μνήμας αὐτῶν ἐνεστέρνισατο, ὡς μὴ ἐνδεῖν τῆς ἀπὸ γραμμάτων ἐντεύξεως, τῆς εἴ ποτε λάβοι Γραφῆς οὓς δ' οὖν ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους. Τρίτος ὁ θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων, ἀπὸ τῆς Ἰαμνιτῶν πόλεως, ὃν αὐτοῖς ἐγνωρίζετο Παῦλος, πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ὑπομονῆς τὸν τῆς ὁμολογίας διαθλήσας ἀγῶνα.

A contemptum sæculi consideres, seu bonorum largam in pauperes erogationem, seu sæcularium honorum ad quos aspirare poterat despicientiam, seu denique arctioris et philosophicæ cujusdam vitæ exercitationem. Sed præ cunctis nostræ ætatis hominibus eminuit in eo viro ardentissimum studium sacrarum litterarum, et in iis rebus quas sibi perficiendas proposuerat, indefessa laboris assiduitas ac diligentia; ad hæc singularis in proximos cunctosque qui ad ipsum accesserant beneficentia. Hujus viri reliquas virtutes resque præclare gestas, quæ prolixiorem orationem desiderant, jampridem nos in peculiari opere quod de ejus vita conscripsimus, tribus libris complexi sumus : si qui igitur harum rerum cognoscendarum cupidine tenentur, B eos illuc amandasse contenti, in præsentiarum coeptam de martyribus nostris narrationem prosequemur. Secundus post Pamphilum in certamen descendit Æliæ urbis diaconus, Valens, augusta canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex, qui divinas Scripturas præ cæteris egregie callebat; eas enim usque adeo fideli memoria complectebatur, ut nihil omnino interesset, an ex codice ipso legeret, an cujuslibet Scripturæ integras paginas recitaret. Tertius inter eos claruit Paulus, Jamnitarum oppido oriundus, vir in agendo fervidus et ardore spiritus plenus, qui ante martyrium candentis ferri ustiones perpessus, confessionis coronam retulerat.

—

PARS ALTERA.

Sanctorum singulorum certamina, et martyrii exitus.

Θ'. Τούτοις ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς δυεῖν ἐτοῖν χρόνων κατατριβομένοις, ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο Αἰγυπτίων ἄφιξις, τῶν σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων, οὓς κατὰ τὴν Κιλικίαν οὗτοι καταπονουμένους ἐν τοῖς μετάλλοις, μέχρι τῶν τόπων καταστήσαντες ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπαλινόστουν· καὶ δὴ πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν κατὰ Καισάρειαν πυλῶν, τίνες εἶεν καὶ πόθεν ἀφικόμενοι, πρὸς τῶν φυλάκων ἐρωτηθέντες, καὶ μηδὲν τ' ἀληθοῦς ἀποκρύψαντες, Χριστιανοὶ δὲ φάντες ἑαυτοὺς, κακούργων τρόπῳ ἐπ' αὐτῷ φώρῳ ληφθέντων καταλαμβάνοντο· πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν. Οἱ δὲ προσαχθέντες τῷ ἄρχοντι, κἀπὶ τούτου παῤῥησιασάμενοι, δεσμοῖς μὲν αὐτίκα παραδίδονται. Τῇ ὑστεραίᾳ, Περιττίου μηνὸς ἐκκαιδεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ πρὸ δεκατεσσάρων Καλάνδων Μαρτίων, αὐτοὺς δὴ τούτους, σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον, τῷ Φιρμιλιανῷ προσάγουσιν. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἀπεπειρᾶτο μόνων, πρὸ τῶν βασάνων εἴδεσιν παντοίοις διαγυμνάζων τοὺς ἄνδρας· τὸν μὲν οὖν προήγορον αὐτῶν ἐν μέσῳ ἀγαγὼν, τί εἴη καὶ πόθεν ἠρώτα.

IX. Cum prælaudati tres sancti biennium egissent in carcere (33), occasio martyrii oblata ipsis est per eos, qui etiam cum illis extremo affecti supplicio fuerunt, Ægyptios. Hi a Cilicia revertebantur domum, postquam illuc usque deduxerunt ad metalla damnatos (34); atque ad ingressum portarum Cæsareæ interrogati (35) qui essent et unde venirent, cum neque ejus quod erat quidquam dissimularent, seque Christianos esse profiterentur; instar maleficorum ipso in facinore deprehensorum, fuerant comprehensi, numero quinque : ad præsidem autem adducti, eademque fiducia usi, continuo in vincula dati erant. Postridie vero, qui 16 dies erat mensis Perittii, hoc est juxta Romanos dies XIV ante Kalendas Martias, iidem simul cum illis qui D Pamphilo aderant, Firmiliano exhibentur. Qui solos Ægyptios tentandos sibi sumens omni genere tormentorum, nudari viros jussit; deinde, eum qui præcipuus inter omnes videbatur in medium adducens, quis esset et unde, interrogabat. Ilic

(33) Ecgrapha nostra Medicei ms., ἐπὶ τῆς Κρήτης, *in Creta*, quasi isti ibi exsulassent : sed corriguntur ex ms. Lipomani, atque ipsomet Eusebio, hæc in compendium contrahente, et τῆς εἱρκτῆς scribente.

(34) Additur in *Hist.*, ὁμολογητάς, *confessores*.

(35) Additur ibidem, *perinde ac priores illi quos supra commemoravi* (scilicet Ægyptii alii, qui cap. 10 narrabantur, XIX *Kal. Januarias comprehensi*) professos, *se ad ministeria confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda* proficisci : quorum alii quidem, *eadem qua illi quibus ministraturi venerant, pœna damnati sunt, oculis ac pedibus inutiles redditi* (uno scilicet oculo eruto, et cruris unius succisis nervis); *tres vero ex ipsis, in urbe Ascalone, in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, diverso martyrii exitu occubuere. Quippe unus illorum, Ares nomine, flammis consumptus est; reliquis duobus, quorum unus Probus, alter Elias vocabatur, caput gladio præcisum.* Coluntur autem hi a Græcis 19 Decembris, quasi quinto die post comprehensionem supplicio affecti.

Digitized by Google

cum loco proprii nominis propheticum aliquid ipsi indicasset, idem et alii fecerunt pro nominibus sibi in patria inditis.

X. Eliam ergo et Jeremiam, Isaiam et Samuelem atque Danielem sese ipsos appellare audiens præses (sic enim placuerat illis ostentare quem intus abditum gerebant animum veri Judæi ac Israelitæ, non solum operibus, sed etiam vocabulis (36) clare prolatis), ipse quidem virtutem nominis sibi a martyre indicati non intellexit; sed porro perrexit interrogare, quæ ipsi esset patria : martyr vero, eodem compendio usus, alteram emisit vocem, dicens Jerusalem sibi patriam esse, eam scilicet intelligens de qua Paulus ait[1] : *Quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra;* et alibi[2] : *Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem.* Talia igitur cogitabat martyr : sed præses mentem terræ affixam habens, quæ illa esset Jerusalem, et ubi terrarum sita (37) studiosius requirebat; quin et tormenta admovebat, ut quod verum esset fateretur. Sed enim martyr manus post tergum retortas, pedesque quibusdam machinis luxatos habens, verum se dixisse affirmavit. Cumque nihilominus iterum atque iterum interrogaretur, quæ et ubi sita esset ea quam dicebat civitas Jerusalem; solam hanc Christianorum patriam esse respondit, atque illos solos nec alios ullos in ea versari; consistere vero ad orientem, juxta lucem atque solem. Et hic quidem rursus juxta proprium suum sensum philosophabatur, nihil commutatus iis quæ circumstabant tormentis, sed velut incorporeus ne sentire quidem videbatur dolores. Judex vero angustiabatur, ratus Christianos urbem aliquam, Romanæ æmulam et inimicam, sibi condere; multusque in eo erat ut percunctando disceret, et ipsam et regionem orientalem quæ sibi indicabantur ubi essent. Videns tamen ad verba magis etiam immutabilem manere juvenem, et in prioribus responsis perseverare, capitalem tandem contra eum mortis sententiam pronuntiavit.

XI. Et res quidem hujusce martyris talem, veluti cujusdam dramatis, exitum habuerunt; cæteros deinde Ægyptios, cum ad diversimoda quoque experimenta nudasset, eumdem in modum agitavit. Tum ad Pamphili sodales transgressus, didicit quod jam pridem variis essent cruciatibus tentati. Quare supervacaneum ratus iisdem quæstionibus homines subjicere, seque frustra in iis laboraturum; solum interrogavit, an vel nunc persuaderi sibi sinerent. Audiens vero ex singulis extremam confessionis

[1] Galat. IV, 26. [2] Heb. XII, 22.

A Ὅστις, ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, προφητικόν τι ἑαυτῷ προσῆπτε· τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τῶν λοιπῶν ἐγίγνετο ἀντὶ τῆς πατρόθεν αὐτοῖς ἐπιτεθείσης ἐπωνυμίας.

Ι'. Ἠλίαν γ' οὖν καὶ Ἱερεμίαν, Ἡσαΐαν τε καὶ Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ ἀκούσας ἂν αὐτῶν ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ γνήσιον Ἰσραηλίτην αὐτοῖς ἔργοις οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ φωναῖς κυρίως ἐκφερομέναις ἐνδεικνυμένων· τοιοῦτον ὢν τι πρὸς τοῦ μάρτυρος ἐπακούσας ὁ δικαστὴς ὄνομα, οὐ μὴν τῇ τοῦ ῥήματος ἐπιστήσας δυνάμει, δεύτερον, ἥτις αὐτοῦ πατρὶς εἴη ἠρώτα. Ὁ δὲ συνοδῷ τῇ πρώτῃ δευτέραν ἀφίησι φωνὴν, Ἱερουσαλὴμ εἶναι λέγων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ἐκείνην δῆτα νοῶν, περὶ ἧς εἴρηται Παύλῳ· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα* B *ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· καὶ· Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Καὶ ὁ μὲν ταύτην ἐνόει· ὁ δὲ ἐπὶ χθόνα καὶ χαμαὶ ῥίψας τὴν διάνοιαν, τίς εἴη αὐτὴ καὶ ὑπὸ γῆς ποίας κειμένη, ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, καὶ δῆτα καὶ βασάνους ἐπῆγεν ὡς ἂν τἀληθὲς ὁμολογοίη. Ὁ δὲ στρεβλούμενος κατόπιν τὰ χεῖρε καὶ τοῖν ποδοῖν μαγγάνοις τισὶ διακλώμενος, εἰρηκέναι τ' ἀληθὲς διϊσχυρίζετο. Εἶτα αὖ πάλιν καὶ πολλάκις πυνθανομένου, τίς εἴη καὶ ποῖ κειμένη ἡ λεχθεῖσα πόλις Ἱερουσαλὴμ, μόνην αὐτὴν εἶναι τῶν Χριστιανῶν πατρίδα ἔλεγε, μὴ γὰρ καὶ ἑτέρας ἢ τούτοις μόνοις αὐτῆς μετεῖναι, κεῖσθαι δὲ πρὸς ἀνατολαῖς, καὶ πρὸς αὐτῷ φωτὶ καὶ ἡλίῳ. Ὁ μὲν καὶ πάλιν διὰ τούτων κατὰ τὸν οἰκεῖον νοῦν ἐφιλοσόφει· τῶν C ἐν κύκλῳ βασάνοις αὐτὸν αἰκιζομένων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενος· ὥσπερ δέ τις ἄσαρκος καὶ ἀσώματος, οὐδὲ ἐπαισθάνεσθαι ἐδόκει τῶν ἀλγηδόνων. Ὁ δὲ δικαστὴς ἀπορούμενος ἐσφάδαζεν, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν τάχα που συστήσασθαι ἑαυτοῖς πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος· πυλύς τε ἦν ἐπικείμενος ταῖς βασάνοις, καὶ ἀνερευνῶν τὴν δηλωθεῖσαν πόλιν, τήν τε κατὰ ἀνατολὰς ἐξετάζων χώραν· ὡς δὲ ἐπὶ πλεῖον μάστιξι τὸν νεανίαν καταξήνας, ἀπαράλλακτον τῶν προτέρων αὐτῷ ῥηθέντων ἐώρα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ κεφαλικὴν ἐκφέρει ψῆφον.

ΙΑ'. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, τοιαύτην εἴληφε δραματουργίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τοῖς παραπλησίοις διαγυμνάσας παλαίσμασι, τὸν ὅμοιον ἐπάγει τρόπον. Εἶτα ἐκ τούτων ἐπὶ τοὺς ἁμῦλ τὸν D Πάμφιλον μεταβὰς ἀνεδιδάσκετο, ὡς ἄρα πρότερον ἤδη πλείστων εἶεν βασάνων πεπειρασμένοι· ἄτοπον δὲ εἶναι λογισάμενος ταῖς αὐταῖς αἰκίαις περιβάλλειν τοὺς ἄνδρας, καὶ μάταια μοχθεῖν, τοσοῦτον μόνον, εἰ κἂν νῦν πειθαρχοῖεν, ἀνεπυνθάνετο· ἀκούσας δὲ παρ' ἑκάστου τὴν ὑστάτην τῆς μαρτυρίας φωνὴν,

(36) Ibidem alia datur ratio mutatorum nominum, *quod* scilicet *propria forsan idololatrica essent*, a falsorum deorum nominibus sumpta, ut sunt *Dionysius*, *Bacchides*, *Athenæus*, aliaque similia. Non tamen ex hac Eusebii conjectura, multo minus ex isto horum martyrum facto, recte quisquam intulerit, in frequenti Christianorum primorum usu fuisse, gentilia nomina baptizandis commutare in nomina patriarcharum, prophetarum vel apostolorum, aliaque e sacris Scripturis petita

(37) Nempe jam inde a tempore Ælii Adriani, et anno Christi 179, restaurata urbs *Jerusalem*, mutato nomine, erat, et dicebatur Ælia, ut antiquatum pridem nomen potuerit Romano præsidi peregrinum prorsus accidere, maxime si noverat Ægyptios esse quos interrogabat.

Digitized by Google

παραπλησίως κεφαλικὴν τιμωρίαν κατ' αὐτῶν ἐξενεγκάμενος, ὑπάγει.

ΙΒ'. Οὕπω δὲ αὐτῷ πᾶν εἴρητο ἔπος· καὶ πόθεν; Ἀναβοᾷ μειράκιόν τι, τῆς οἰκετικῆς τοῦ Παμφίλου θεραπείας, ἐκ μέσου τοῦ πλήθους τῶν ἀμφὶ τὸ δικαστήριον κυκλούντων παρελθὼν εἰς μέσον· ἐβόα δὲ μεγάλῃ φωνῇ, ταφῇ τὰ σώματα ἐξαιτούμενος. Πορφύριος ἦν ὁ μακάριος· θρέμμα γνήσιον Παμφίλου, οὐδ' ὅλων ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν, καλλιγραφικῆς ἔμπειρος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα καὶ τρόπων πάντα καλύπτων ἐγκώμια, ὡς οἷα ὑπὸ τηλικῷδε ἀνδρὶ συνησκημένος· ὡς δ' ἔγνω τὴν κατὰ τοῦ δεσπότου ψῆφον, ἀπὸ μέσης τῆς πληθύος ἀνέκραγε, γῇ τὰ σώματα παραδοθῆναι ἀξιῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ θὴρ, καὶ θηρίου παντὸς ἀγριώτερος, μήτε τῆς αἰτήσεως εὔλογον ἀποδεξάμενος, μήτε τῷ τῆς ἡλικίας ἀπονείμας νέῳ συγγνώμην, αὐτὸ μόνον ὡς ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἔμαθε, παντὶ σθένει τοῖς βασανισταῖς κατ' αὐτοῦ χρῆσθαι προστάττει. Ὡς δὲ ἐπικελευομένου θύειν ἀνένευεν ὁ θαυμάσιος, οὐκ ἔθ' οἷα σάρκας ἀνθρώπου, ἀλλ' οἷα λίθους ἢ ξύλα, ἤ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον ἄχρις ὀστέων αὐτῶν καὶ κατὰ βάθους σπλάγχνων αἰκίζειν αὐτὸν, καὶ πᾶν τὸ σῶμα καταξαίνειν ἐπικελεύεται· εἰς μακρὸν δὲ τούτου γινομένου, μάτην ἐγχειρεῖν διέγνω. Ἀφώνου, μικροῦ δεῖν καὶ ἀψύχου τοῦ σώματος τῷ γενναίῳ μάρτυρι καταστάντος, παραμένον τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀπάνθρωπον κεκτημένος ὁ δικαστὴς, τριχῶν πεπλεγμένοις ὑφάσμασι τὰς ἐκδαρείσας ταῖς βασάνοις πλευρὰς ψήχειν καὶ τρίβειν ἐπὶ πλέον προστάττει· εἶθ' ὥσπερ κόρον λαβὼν καὶ τῆς μανίας ἐμφορηθεὶς, μακρῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραβληθῆναι αὐτὸν ἀποφαίνεται. Οὗτος μὲν οὖν πρὸ τῆς τοῦ Παμφίλου τελειώσεως ὕστατος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρελθὼν, τῇ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῇ τὸν δεσπότην προέλαβεν.

ΙΓ'. Ἦν δὲ ἄρα τὸν Πορφύριον θεωρεῖν ἱερονίκου διαθέσει πάμμαχον νενικηκότος, κεκονισμένον τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὴν ὄψιν, θαρσαλέῳ τε φρονήματι καὶ γαύρῳ, τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον βαδίζοντα· θείου Πνεύματος ὡς ἀληθῶς ἔμπλεων· καὶ δὴ φιλοσόφῳ σχήματι τῷ περὶ αὐτὸν ἀναβολαίῳ τρόπον ἐξωμίδος ἠμφιεσμένος, ἄνω βλέπων καὶ πάντα τὸν θνητὸν καὶ ἀνθρώπινον ὑπερφρονῶν βίον, ἀτρεμεῖ τῇ ψυχῇ πρόσεισι τῇ πυρᾷ. Ἤδη ἑαυτῷ τῆς φλογὸς πελαζούσης, ὡς ἂν δὲ μηδενὸς αὐτῷ παρόντος λυπηροῦ, ἀταράχῳ καὶ νήφοντι λογισμῷ περὶ τῶν οἰκείων τοῖς γνωρίμοις ὁ ἥρως διετάττετο, εἰς ἔτι τότε τὸ πρόσωπον φαιδρὸν καὶ ἀπαράλλακτον διαφυλάττων. Ὡς δὲ τοῖς γνωρίμοις αὐτάρκως συνετάξατο, πρὸς τὸν Θεὸν ἤδη λοιπὸν ἠπείγετο· τῆς γέ τοι πυρᾶς ἐξ ἀποστήματος κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἀφθείσης, ἐνθένδε κἀκεῖθεν ὑφῆρπαζε τῷ στόματι τὴν φλόγα, ἐπισπέρχων αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην πορείαν· καὶ τοῦτο ἔπραττεν, οὐδὲν ἕτερον ἢ Ἰησοῦν ἀνακαλούμενος.

ΙΔ'. Τοιοῦτος καὶ Πορφυρίου ἆθλος· τῆς δὲ κατ' αὐτὸν τελειώσεως ἄγγελος τῷ Παμφίλῳ γενόμενος Σέλευκος, τοῦ σὺν αὐτοῖς καταξιοῦται παραυτίκα

A vocem, consimilem in eos tulit sententiam capitis, atque recessit.

XII. Sed nondum tota tragœdia peracta erat. Quomodo autem peracta est? Revocavit eum juvenis quidam de medio turbæ tribunal circumstantis prosiliens, ex famulitio Pamphili; revocavit autem voce magna, deposcens corpora ad sepulturam. Beatus hic Porphyrius erat, genuinus Pamphili vernula, necdum octodecim annos natus, (38) scribendi peritissimus, morum ac sapientiæ titulo omnibus encomiis major, ut qui cum tali viro sese exercuerat: qui, ut cognovit latam in dominum suum sententiam, ex media turba vociferans, oravit ut corpora sibi sepelire liceret. Præses vero, non tanquam homo, sed ut fera, vel si quid fera immanius est, neB que postulationis æquitatem suscipiens, neque juventutis rationem ullam habens, solum quia didicit adolescentem se Christianum fateri, carnificibus præcepit omnes in eo torquendo vires contendere. Cum ergo jubenti sacrificare abnuisset admirabilis ille, non jam ut carnem humanam, sed ut lapidem aut lignum aut aliud quodcunque inanimatum, usque ad ipsa ossa et interiora viscera, præcepit tyrannus excarnificari corpus ejus: quo diutius facto, agnovit tandem in vanum id agi. Licet autem absque voce et pæne absque anima generosi martyris corpus jaceret, immitis tamen atque efferus judex jussit laceratas ejus carnes ac latera setaceis pannis confricari atque deteri (39); tandemque velut exsaturaturus furorem, lento ac longius posito igne C martyrem consumi præcepit. Ita ille, ante consummationem Pamphili, ultimus progressus ad agonem, dominum suum prævertit abdicatione corporea.

XIII. Erat autem videre Porphyrium instar sacri athletæ universi certaminis victorem gloriosum, dissectum corpore, sed facie splendidum, lætaque et intrepida mente ad mortem procedere; utique divino plenum Spiritu; et quidem tanquam in habitu philosophico, solum injectum sibi instrumentum, quasi pallium gestans, despiciensque omnia, et mortalem atque humanam hanc vitam contemnens, absque ulla mentis formidine ad rogum procedebat D Cum vero ad ipsum jam propinquaret flamma, tanquam si nihil molestiæ pateretur vir ille strenuus, inconcusso atque constanti sensu, quæ sua erant legabat familiaribus, usque in illud tempus servans oris serenitatem immutatam. Ut vero notis suis pro libitu valefecit, totus ad Deum conversus est; et quia rogus ad intervallum circumpositus erat, hinc inde captabat ore flammas, quasi se ipsum incitans ad propositam sibi viam; hoc autem faciebat, aliud nihil quam Jesum inclamans.

XIV. Tale fuit certamen Porphyrii: qui vero ipsius mortem Pamphilo nuntiavit Seleucus, ejusdem cum ipso factus illico est sortis particeps.

(38) Utraque hæc commendatio deest in *Historia*.
(39) Hoc quoque tormentum eadem *Historia* prætermittit.

Digitized by Google

Etenim ipsum Porphyrii finem Pamphilo nuntiantem simul et martyrum catervam osculantem, comprehenderunt milites, atque ad proconsulem adduxerunt: qui, quasi moræ impatiens donec ille simul cum præcedente Porphyrio hinc migraret, jussit ipsum capitali sententia plecti. Venerat hic ex Cappadocia, vehementerque inclaruerat militaribus exercitiis(40), et non mediocriter apud Romanos promotus fuerat; quinetiam ætate et corporis robore viriumque magnitudine et virtute plerosque hominum antecedebat; nam vultu ipso admodum spectabilis præ cunctis, speciem præferebat undequaque dignissimam, formæ eximiæ gratia. Fuerat autem initio persecutionis propter fidei confessionem certantibus annumeratus per tolerantiam verberum; sed abdicata militia æmulator factus eorum qui ad pietatem exercentur, Christi germanum militem sese probavit; orphanis desolatis ac viduis protectore carentibus, omnibusque cum penuria et imbecillitate conflictantibus, provisor factus, patris aut curatoris ad instar, cunctorumque desperatorum laboribus atque ærumnis medelam ferens: quapropter a Deo, qui talibus magis quam victimarum nidore ac sanguine delectatur, martyriali exitu dignus est habitus. Porro decimus hic athleta, una eademque consummavit agonem suum die; atque, ut par est credere, martyrio suo amplissimam cœli portam cum reserasset, simul et Pamphilo ipsi spatiosus ad Dei regnum patefactus est ingressus.

XV. Seleuci vero vestigia secutus est Theodulus, pius ac venerabilis senex, in proconsulari familia primo honore dignatus, tum morum ætatisque prærogativa, tum filiorum trium (41) generatione, maxime vero pio affectu erga principes, inclytus: qui eadem ac Seleucus factitans, et martyrum aliquos osculo devenerans, domino suo adductus fuit, eumque ad majorem quam alii iracundiam concitans, ipsam salutaris confessionis passionem excepit cruci traditus.

XVI. Sub hæc, cum etiamnum deficeret unus, adfuit qui duodenarium numerum impleret Julianus: qui ea ipsa hora peregre adveniens, et vixdum ingressus civitatem, cum intellexisset quæ erant acta, et ad martyrum conspectum festinasset accedere; ubi eorum corpora humi jacentia vidit, circumfusus singulis, omnes est osculatus. Hoc agentem comprehenderunt ministri cædium, atque adduxerunt præsidi: qui congrua proposito suo faciens, etiam hunc lento igni tradidit. Ita etiam Julianus, gestiens atque lætitia exsultans, et Deo tantis se bonis dignato magna voce gratias agens, susceptus est inter choros martyrum. Erat autem huic quoque

A κλήρου. Αὐτίκα γ' οὖν διαγγείλαντα αὐτὸν τῷ Παμφίλῳ τὸ τοῦ Πορφυρίου τέλος, καὶ τῶν μαρτύρων τὸν δῆμον ἐν φιλήματι ἀσπασάμενον, συλλαβόντες οἱ στρατιῶται ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. Ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπισπεύδων τῷ προτέρῳ αὐτὸν συναπόδημον γενέσθαι, κεφαλῇ κολασθῆναι προστάττει. Τῆς Καππαδοκῶν οὗτος ὡρμᾶτο γῆς· λαμπρότατα δὲ τῶν ἐν στρατείαις εὐδοκιμήσας, τῶν ἐν Ῥωμαίοις προκοπαῖς οὐ μικρᾶς ἐπείληπται ἀξίας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἡλικίᾳ καὶ ῥώμῃ σώματος, μεγέθει τε καὶ ἰσχύος, ἀρετῇ πλεῖστον ὅσον τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐπλεονέκτει, καὶ τὴν πρόσοψιν δὲ αὐτὴν περίβλεπτος ἦν τοῖς πᾶσι, τό τε πᾶν εἶδος ἀξιάγαστος, μεγέθους ἕνεκα καὶ εὐμορφίας· καταρχὰς μὲν οὖν διωγμοῦ διὰ μαστίγων ὑπομονῆς, τοῖς κατὰ τὴν ὁμολογίαν διέπρε-
B ψεν ἀγῶσι· μετὰ δὲ τὴν τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν, ζηλωτὴν αὐτὸς ἑαυτὸν καταστήσας τῶν τῆς εὐσεβείας ἀσκητῶν, Χριστοῦ γνήσιος στρατιώτης ἀποδέδεικται· ὀρφανῶν, ἐρήμων καὶ χηρῶν ἀποριστάτων, τῶν τε ἐν πενίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ καταπονουμένων, ἐπίσκοπός τις οἷα καὶ φροντιστὴς ἐπιμελούμενος· πατρός τε καὶ κηδεμόνος δίκην τῶν ἀπερριμμένων ἁπάντων τοὺς πόνους, καὶ τὰς κακοπαθείας ἀνακτώμενος· ὅθεν εἰκότως, πρὸς τοῖς τοιούτοις δὴ χαίρει Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς διὰ καπνοῦ καὶ αἵματος θυσίαις, τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον ἠξιώθη τελειώσεως. Δέκατος οὗτος ἀθλητὴς σὺν τοῖς εἰρημένοις, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τετελείωτο ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὡς ἔοικε μεγίστης τῷ Παμφίλου μαρτυρίῳ πύλης οὐρανῶν διανοιχθείσης, εὐμαρὲς ἄμ' αὐτῷ καὶ ἄφθονος ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας
C εἰγίγνετο πάροδος.

ΙΕ'. Κατ' ἴχνος δῆτα τῷ Σελεύκῳ Θεόδουλος, σεμνός τις καὶ θεοσεβὴς παρῆει πρεσβύτης, τῆς ἡγεμονικῆς οἰκετείας πρώτης τιμῆς ἠξιωμένος τρόπων καὶ ἡλικίας ἕνεκα· καὶ διὰ τὸ τριγονείας αὐτὸν πατέρα καθεστάναι, καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ἣν ἔσωσε περὶ τοὺς κηδεμόνας εὔνοιαν· τὸ παραπλήσιον δὴ τῷ Σελεύκῳ καὶ οὗτος διαπραξάμενος, καί τινας τῶν μαρτύρων ἀσπασάμενος φιλήματι, προσάγεται τῷ δεσπότῃ, μᾶλλον ἑαυτὸν (*Ισ.* δὲ αὐτόν) τῶν ἄλλων ἐπ' ὀργὴν ὀξύνας, ταυτὸν τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου πάθος σταυρῷ παραδοθεὶς ἀνεδέξατο.

IϚ'. Ἐπὶ τούτοις ἑνὸς ἔτι λείποντος· ὃς τὸν δωδέκατον ἀποπληρώσειε τοῖς εἰρημένοις ἀριθμὸν Ἰουλιανὸς παρῆν τοῦτον ἀποπληρώσων. Ἐξ ἀριδημίας
D οὗτος αὐτῆς ὥρας ἀφικόμενος, μηδὲ εἰσβαλών πως τῇ πόλει, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, μαθὼν παρὰ τοῦ [γενομένου] καὶ ὁρμήσας ἐπὶ τὴν τῶν μαρτύρων θέαν, ὡς ἐπὶ τῆς γῆς χαμαὶ κείμενα τὰ τῶν μαρτύρων ἐθεάσατο σώματα, χαρᾶς ἔμπλεως γεγονὼς, ἑκάστῳ περιπλέκεται, φιλήματι τοὺς πάντας ἀσπαζόμενος. Ἔτι δὲ τοῦτο πράττοντα συλλαβόντες οἱ τῶν φόνων διάκονοι προσάγουσι τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀκόλουθα τῇ προαιρέσει τελῶν, μακρῷ καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω δῆτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρ-

(40) Ibidem legitur: Τῆς ἐκ στρατείας ἐπιλέκτου νεαλείας, *in delecta ad militiam juventute.*

(41) Trium filiorum patribus præmia apud Romanos fuisse proposita, notius est quam ut hic moneri debeat: atque id hic dici credo τριγονείας πατέρα: Valesius tamen aliter vertit, *quod tertiæ jam stirpis nepotes haberet:* sed hoc Straboni scribitur τριγένεια.

Digitized by Google

τῶν καὶ ὑπεραλλόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀγαθῶν ἀξιώσαντι Θεῷ χάριτας ὁμολογῶν, μαρτύρων ἐν χοροῖς ἀνελαμβάνετο. Ἦν δὲ καὶ οὗτος, τὸ μὲν γένος τῆς Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον, πλήρης μὲν εὐλαβείας, πλήρης δὲ πίστεως, πρᾷος ἀνὴρ καὶ ἐπιεικής· τά τε ἄλλα σπουδαῖος, καὶ πνέων εὐωδίας ἁγίου Πνεύματος, τοσοῦτον συνοδίας στέφος σὺν τῷ μακαρίῳ Παμφίλῳ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελεώσεως ἠξιώθη.

A genus ex Cappadocia; quoad mores vero plenus pietate ac plenus fide, vir mansuetus atque discretus, studiosus in omnibus, et Spiritus sancti suavitate redolens, eoque dignus factus tali cum beato Pamphilo exitus martyrialis corona.

ΙΖ'. Ἐπὶ τέτταρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα τῶν τοῦ Θεοῦ μαρτύρων βορὰ τοῖς σαρκοβόροις θηρίοις ἐξέκειτο. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς προσῆει, οὐ θὴρ, οὐκ ὄρνεον, οὐ κύων, ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, λειφθέντα σῶα καὶ ἀβλαβῆ, τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ, ναῶν οἴκοις περικαλλέσι ἀποτεθέντα, ἐν ἱεροῖς τε προσευκτηρίοις, εἰς ἄλληκτον μνήμην τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ τιμᾶσθαι παραδεδομένα.

XVII. Sanctissima eorum corpora, de mandato Firmiliani, per dies quatuor totidemque noctes jacuerunt, ferarum carnivorarum dentibus exposita. Cum vero nulla neque fera neque volucris aut canis quisquam, per Dei dispositionem, ea contingeret; integra illa atque intacta relicta, congruo cum honore et cura, consuetæ sepulturæ sunt tradita, repositaque (42) in ædium sacrarum pulcherrimis et B oratoriis sanctis, in perpetuam memoriam Dei populo ad honorem data.

(42) Deest hæc clausula in *Historia*: quam tamen Eusebio abjudicare nihil nos cogit, qui *Vitam Pamphili* æque ac *Historiam ecclesiasticam* scripsit, cum jam Constantinus lege lata permisisset Christianis sacras ædes condere, et martyrum corpora eis inferre. Si quis tamen malit hæc ab alio addita credere, nolim ei operosius contradicere.

ΕΚΘΕΣΙΣ (43)

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

—

SANCTI PAMPHILI

MARTYRIS

EXPOSITIO CAPITUM ACTUUM APOSTOLORUM.

Interprete V. C. Bernardo de Montfaucon.

—

Ἐκ Πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τύπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τῇδε τῶν κεφαλαίων ἐκθέσει, αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμεῖς οἱ νέοι χρόνῳ τε (44) καὶ μαθημάτων, ἑκάστου τῶν ἀναγινωσκόντων εὐχῇ τῇ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν συμπεριφορὰν κομιζόμενοι. Ἐκτιθέμεθα οὖν αὐτὴν καθ' ἱστορίαν Λουκᾶ εὐαγγελιστοῦ καὶ συγγραφέως. Τοιγαροῦν διὰ μὲν τοῦ ἄλφα καὶ βῆτα (45) αὐτοτελῆ τὰ κεφάλαια, διὰ δὲ τοῦ ἀστερίσκου (46) τὰς ἐν μέρει τούτων ἐχομένας ὑποδιαιρέσεις ἐσημειωσάμεθα.

C Quam a Patribus et doctoribus utilem formam et modum accepimus, in hac capitum expositione pro modulo nostro tradimus, temeritatis nostræ veniam rogantes nos, qui et quoad ætatem et quoad doctrinam juvenes sumus, quique ex singulorum qui hæc legent precibus, utilitatem undique colligemus. Hanc igitur expositionem facimus secundum historiam Lucæ evangelistæ et scriptoris. Per *alpha* itaque et *beta* integra capita; per asteriscum vero eorum in partes subdivisiones adnotavimus.

(45) Hanc ἔκθεσιν sub *Euthalii* Sulcensis episcopi nomine desinente sæculo præcedente ediderat Laurentius Zacagnius in collectione *Monumentorum veterum*, pag. 428, Romæ vulgata. Porro Montfaucon ii editionem contulit cum Romana Fabricius; cujus proinde collationem hic subjicimus.

(44) Euthal., χρόνων τε καὶ μαθημάτων παρ' ὑμῶν ἑκάστου.

(45) Id., διὰ μὲν τοῦ μέλανος... διὰ δὲ τοῦ κινναβάρεως.

(46) Asteriscorum hujusmodi notæ penitus absunt a Coisliniano codice, unde opusculum describimus: quia asterisci quos Pamphilus initio ascripserat, librariorum oscitantia postea exciderant. Sed commode contigit, ut suppleri illi potuerint e codice Vaticano. MONTFAUCON.

Digitized by Google

I. De doctrina Christi ex resurrectione (id est post resurrectionem) et de apparitione ad apostolos, deque promissione doni Spiritus sancti; de specie et modo assumptionis Christi.

II. Petri dialogus ad discipulos de morte et reprobatione Judæ; ubi et de cooptatione Matthiæ in ejus locum, qui sorte electus est gratia Dei per orationem.

III. De divino sancti Spiritus adventu ad eos qui crediderant, in die Pentecostes; ubi et Petri catechesis, et loca ex prophetis de passione, resurrectione et assumptione Christi; de dono item Spiritus sancti. De fide præsentium et de salute ipsorum per baptismum. De concordia utili et de incremento fidelium.

IV. De curatione in Christo ejus qui ab ortu claudus erat. De Petri catechesi, ubi redarguit, compatitur et ad salutem dat consilia. Hinc adventus sacerdotum ex rei gestæ livore, et judicium de miraculo, Petrique confessio circa Christi virtutem et gratiam. De incredulis sacerdotum principibus, præcipientibus non oportere in nomine Christi confidenter agere, et de renovatione apostolorum. Gratiarum actio Ecclesiæ pro fideli apostolorum perseverantia.

V. De unanimi et communi consensu fidelium; ubi de Anania et Sapphira, ac de acerba eorum morte.

VI. Quod apostolos in carcerem conjectos angelus Domini noctu eduxerit, præcipiens ut sine impedimento Jesum prædicarent. Hinc quod insequenti die sacerdotum principes ipsos rursum comprehensos, ut non ultra docerent, flagellis cæsos dimiserint. Gamalielis sagax sententia circa apostolos cum exemplis quibusdam et demonstrationibus.

VII. De ordinatione septem diaconorum.

VIII. Judæorum commotio et sycophantia contra Stephanum. Concio ejusdem de testamento Dei cum Abrahamo et duodecim patriarchis; ubi de fame, frumenti emptione, et de filiis Jacob se mutuo agnoscentibus; de ortu Moysis, et de apparitione Dei ad Moysem facta in monte Sina; de exitu et vituli fabrica a filiis Israel usque ad tempora Salomonis et templi constructionem; de confessione cœlestis gloriæ Jesu Christi, quæ revelata est ipsi Stephano, super qua lapidatus ipse Stephanus pie obdormivit.

IX. De persecutione Ecclesiæ, et sepultura Stephani; ubi de Philippo apostolo, qui multos a morbis curavit in Samaria.

X. De Simone Mago, qui credidit et baptizatus fuit cum aliis multis; ubi de missione Petri et

Α'. Περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας Χριστοῦ καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς· θέας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ (47).

Β'. Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας περὶ θανάτου καὶ ἀποβολῆς (48) Ἰούδα· * ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου κληρωθέντος χάριτι Θεοῦ διὰ προσευχῆς.

Γ'. Περὶ θείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς, γενομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας, * ἐν ᾧ Πέτρου κατήχησις, * καὶ περὶ τούτου ἐκ τῶν προφητῶν, * περὶ πάθους καὶ ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως Χριστοῦ, δωρεᾶς τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος. * Περὶ πίστεως τῶν παρόντων καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν σωτηρίας. * Περὶ ὁμονοίας κοινωφελοῦς καὶ προσθήκης τῶν πιστευόντων.

Δ'. Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ· Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεγκτικῆς, συμπαθητικῆς, συμβουλευτικῆς πρὸς σωτηρίας αὐτοῦ (49)· * ἐν ᾧ ἐπιστασία ἀρχιερέων ζήλῳ τοῦ γεγονότος, καὶ κρίσις τοῦ θαύματος, Πέτρου τε ὁμολογία τῆς Χριστοῦ δυνάμεώς τε καὶ χάριτος. * Περὶ ἀπίστων (50) ἀρχιερέων προσταττόντων, ὡς οὐ δεῖ παῤῥησιάζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι Χριστοῦ (51), καὶ ἀνανεώσεως (52) τῶν ἀποστόλων. * Εὐχαριστία ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀποστόλων πιστῆς καρτερίας.

Ε'. Περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων· * ἐν ᾧ περὶ Ἀνανίου καὶ Σαπφείρας καὶ τῆς πικρᾶς αὐτῶν τελευτῆς.

Ϛ'. Ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ ἄγγελος Κυρίου νύκτωρ ἐξέωσεν ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ἰησοῦν· * ἐν ᾧ ὅτι τῇ ἑξῆς οἱ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς πάλιν συλλαβόμενοι, ἐφ' ᾧ μηκέτι διδάσκειν, μαστίξαντες ἀπέλυσαν. * Γαμαλιήλου γνώμη πιστὴ περὶ ἀποστόλων, μετὰ παραδειγμάτων τινῶν καὶ ἀποδείξεων.

Ζ'. Περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων.

Η'. Ἰουδαίων ἐπανάστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, αὐτοῦ τε δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῆς τῶν ιβ' πατριαρχῶν· * ἐν ᾧ τὰ περὶ τοῦ λιμοῦ καὶ πυρωνίας, καὶ ἀναγνωρισμοῦ τῶν υἱῶν Ἰακὼβ, καὶ περὶ γενέσεως Μωϋσέως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν Μωϋσέα θεοφανείας ἐν ὄρει Σινᾶ γενομένης· * περὶ τῆς ἐξόδου καὶ μοσχοποιΐας τοῦ Ἰσραὴλ ἄχρι τῶν χρόνων τοῦ Σολομῶνος καὶ τῆς τοῦ ναοῦ κατασκευῆς· * ὁμολογία τῆς ὑπερουρανίου δόξης Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποκαλυφθείσης αὐτῷ Στεφάνῳ, ἐφ' ᾗ λιθόλευστος γενόμενος αὐτὸς Στέφανος, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη.

Θ'. Περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου· * ἐν ᾧ περὶ Φιλίππου ἀποστόλου πολλοὺς ἰασαμένου ἐπὶ τῆς Σαμαρείας.

Ι'. Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν· * ἐν ᾧ περὶ τῆς

(47) Euthal. addit, καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας.
(48) Id., ἀποστολῆς.
(49) Id., αὐτῶν.
(50) Id., περὶ ἀπειλῆς τῶν ἀρχ.
(51) Id., ἐπὶ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ.
(52) Id. rectius, ἀνέσεως, *dimissione*.

Digitized by Google

τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀποστολῆς, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.

ΙΑ'. Ὅτι οὐκ ἀργυρίου (53), οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλ' ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐδίδοτο (54)· * ἐν ᾧ τὰ περὶ ὑποκρίσεως καὶ ἐπιπλήξεως Σίμωνος.

ΙΒ'. Ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐοδοῖ ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, δήλην (*ἴσ.* δῆλον) ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.

ΙΓ'. Περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως τοῦ Παύλου εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ· * ἐν ᾧ περὶ ἰάσεως καὶ βαπτίσματος Παύλου διὰ Ἀνανίου κατ' ἀποκάλυψιν Θεοῦ, παῤῥησίας τε αὐτοῦ καὶ συντυχίας τῆς διὰ Βαρνάβα (55) πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

Δ'. Περὶ Αἰνέου παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λύδδῃ διὰ Πέτρου· * ἐν ᾧ τὰ περὶ Ταβιθὰ τῆς φιλοχήρου, ἣν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Πέτρος διὰ προσευχῆς ἐν Ἰόππῃ.

ΙΕ'. Περὶ Κορνηλίου ὅσα τε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος εἶπεν· ἐν ᾧ καὶ ὅσα Πέτρῳ (56) οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐῤῥήθη. * Ὅτι μετασταλεὶς ὁ Πέτρος ἦλθεν πρὸς Κορνήλιον. * Ἐπανάληψις παρὰ Κορνηλίου, ὧν εἶπεν ὁ ἄγγελος (57) αὐτῷ τῷ Κορνηλίῳ. * Πέτρου κατήχησις εἰς Χριστὸν, τοῦ τε ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἀκούοντας δωρεὰ, καὶ ὅπως ἐβαπτίσθησαν τότε οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες.

ΙϚ'. Ὡς Πέτρος τὰ καθ' ἑξῆς καὶ τὰ ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι πρὸς αὐτόν· * τῷ τηνικάδε τὸν Βαρνάβαν ἐκπέμψας (58) πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχίᾳ ἀδελφούς.

ΙΖ'. Προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμενικῆς (59) καὶ καρποφορίας πρὸς τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀδελφούς.

ΙΗ'. Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου κατασφαγή· * ἐν ᾧ καὶ Πέτρου σύλληψις πρὸς Ἡρῴδου, ὅπως τε αὐτὸν ἄγγελος θείῳ κελεύσματι ἐξείλατο τῶν δεσμῶν, καὶ ὁ Πέτρος ἐμφανὴς γενόμενος νύκτωρ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπανεχώρησεν· * ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν φυλάκων κολάσεως, καὶ μετέπειτα περὶ τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρῴδου πικρᾶς τε καὶ ὀλεθρίου κατασφαγῆς (60).

ΙΘ'. Ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Παύλου πρὸς τοῦ θείου Πνεύματος εἰς Κύπρον, ὅσα τε εἰργάσατο (61) ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς Ἐλύμαν τὸν μάγον.

Κ'. Παύλου εὐθαλὴς διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθ' ἑξῆς τῶν προφητῶν, ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελικὴ· * ἐν ᾧ ἐλεγκτικῇ καὶ συλλογιστικῇ διδασκαλίᾳ χρῆται * περὶ μεταθέσεως τοῦ κηρύγματος εἰς τὰ ἔθνη, διωγμοῦ τε αὐτῶν καὶ ἀφίξεως εἰς Ἰκόνιον.

ΚΑ'. Ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν, πολλῶν πιστευσάντων, ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.

A Joannis ad illos, et invocatio sancti Spiritus in baptizatos.

XI. Quod non argenti pretio, neque hypocritis, sed sanctis per fidem participatio sancti Spiritus detur; ubi de hypocrisi, et de increpatione Simonis.

XII. Quod probos et fideles Deus ad salutem deducat, ut exemplo eunuchi palam est.

XIII. De divina ex cœlo facta vocatione Pauli ad apostolatum Christi; ubi de curatione et baptismate Pauli per Ananiam secundum revelationem Dei; de ejus item fiducia in loquendo, de consortio ejus cum apostolis per Barnabam.

B XIV. De Ænea paralytico, qui Lyddæ per Petrum sanatus est; ubi et de Tabitha viduarum amante, quam Petrus Joppe per orationem a mortuis suscitavit.

XV. De Cornelio, et quæ ipsi angelus dixerit; ubi etiam ea quæ Petro de cœlo circa vocationem gentium dicta sunt. Quod evocatus Petrus venerit ad Cornelium. Repetit Cornelius ea quæ sibi angelus dixerat. Petri catechesis in Christum, et sancti Spiritus donum audientibus collatum; et quomodo tunc baptizati sint ii ex gentibus qui crediderant.

XVI. Quomodo Petrus ordine singula quæ facta fuerant apostolis secum disceptantibus enarrat. Tunc Barnabam miserunt ad fratres qui Antiochiæ C erant.

XVII. Prophetia Agabi de fame in orbe futura; et de largitione facta fratribus qui erant in Jerusalem.

XVIII. Jacobi apostoli cædes, et Petri ab Herode apprehensi historia; et quomodo ipsum angelus divino jussu eruerit ex vinculis; ac Petrus, cum in conspectum fratrum noctu venisset, recesserit; ubi etiam de pœna custodum, deinde de impii Herodis acerba et miserabili cæde (per angelum).

XIX. Missio Barnabæ et Pauli per divinum Spiritum in Cyprum, et quæ fecerit (Paulus) in nomine Christi erga Elymam magum.

D XX. Pauli excellens doctrina circa Christum ex lege ac deinde ex prophetis, illaque historica et evangelica; ubi confutatoria et syllogistica doctrina utitur circa translationem prædicationis ad gentes. De persecutione adversus illos excitata, et de fuga Iconium.

XXI. Quomodo apostoli Christum Iconii prædicantes, multis credentibus, persecutionem passi sint.

(53) Οὐ δι' ἀργυρίου, Euthal.
(54) Δίδοται, id.
(55) Διὰ Βαρνάβαν, id. minus bene.
(56) Καὶ ὅσα πάλιν Πέτρῳ, id.
(57) Ὧν ὁ ἄγγελος ἐπεμαρτύρησε καὶ ὑφηγήσατο, id.

(58) Id., τὸ τηνικάδε τὸν Βαρνάβαν ἐκπέμψασι.— Forte ἔπεμψαν. Montf.
(59) Id., οἰκουμένης, quomodo etiam legendum Montfauconus conjecerat.
(60) Id., καταστροφῆς.
(61) Id. εἰργάσαντο.

Digitized by Google

XXII. De claudo ab ortu qui Lystris erat, quique ab apostolis sanatus est : quapropter ab incolis deos esse et advenisse putatum est. Ubi etiam postea Paulus lapidatur a popularibus.

XXIII. Quod ex dogmate et judicio apostolorum non oporteat fideles ex gentibus circumcidi; ubi epistola apostolorum ad fideles ex gentibus circa ea a quibus sese custodire debebant. Dissidium Pauli cum Barnaba propter Marcum.

XXIV. De catechesi Timothei, et de profectu Pauli in Macedoniam per revelationem; ubi de fide et salute mulieris cujusdam Lydiæ, et de curatione puellæ quæ spiritum Pythonis habebat, propter quam domini puellæ Paulum in carcerem conjecerunt; ac de terræ motu qui ibidem contigit, nec non de miraculo : et quomodo carceris custos cum credidisset, ea ipsa nocte statim baptizatus est cum tota domo sua. Quod rogati apostoli tunc egressi sint ex carcere.

XXV. De seditione Thessalonicæ facta propter prædicationem, et de fuga Pauli Beræam et inde Athenas.

XXVI. De inscriptione Athenis super altari; de philosophica prædicatione et pietate Pauli.

XXVII. De Aquila et Priscilla, et de incredulitate Corinthiorum, etiamsi Paulo secundum præscientiam beneplacitum Dei erga illos revelatum esset; ubi de Prisco (Crispo) archisynagogo, qui cum aliis quibusdam credidit et baptizatus est. Quod seditione Corinthi mota, Paulus recesserit; et quod, cum Ephesum venisset, exierit. De Apollo viro eloquente ac fideli.

XXVIII. De baptismate et de Spiritus sancti dono concesso credentibus Ephesi per orationem Pauli, et curatione populi. De filiis Scevæ, et quod non oporteat accedere ad infideles et fide indignos, ac de confessione credentium. De seditione Ephesi mota per Demetrium argentarium contra apostolos.

XXIX. Periodus Pauli, ubi de morte et resurrectione Eutychi in Troade per orationem Pauli : adhortationes pastorales ejusdem Pauli ad presbyteros Ephesi. Navigatio Pauli Ephesu Cæsaream Palæstinæ.

XXX. Agabi prophetia de iis quæ Paulo contingere futurum erat in Jerusalem.

XXXI. Adhortatio Jacobi ad Paulum, ne Hebræos cohiberet a circumcisione.

XXXII. De tumultu orto in Jerusalem contra Paulum, et quomodo eum centurio a multitudine eripuerit; ubi Pauli concio de se ipso, et de voca-

ΚΒ'. Περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γεννητῆς (62) χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων· διόπερ εἶναί τε θεοὺς καὶ παρεῖναι ἔδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις. Ἔνθα δὴ καὶ μετέπειτα λιθάζεται ὁ Παῦλος παρὰ τῶν ἀστυγειτόνων.

ΚΓ'. Ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας, δόγματι καὶ κρίσει τῶν ἀποστόλων· * ἐν ᾧ ἐπιστολὴ αὐτῶν ἀποστόλων πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν περὶ τῶν φυλακτέων (63) * Ἀντίῤῥησις Παύλου πρὸς Βαρνάβαν διὰ Μάρκον.

ΚΔ'. Περὶ κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατ' ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν· * ἐν ᾧ περὶ πίστεως καὶ σωτηρίας γυναικός τινος Λυδίας, * καὶ περὶ ἴασεως τῆς πνεῦμα Πύθωνος ἐχούσης παιδίσκης, δι' ἣν τὸν Παῦλον καθεῖρξαν οἱ δεσπόται αὐτῆς τῆς παιδίσκης· * καὶ περὶ τοῦ συμβάντος ἐκεῖσε σεισμοῦ καὶ θαύματος· καὶ ὅπως πιστεύσας ὁ εἱρκτοφύλαξ, ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐβαπτίσθη παραχρῆμα, πανεύτιος (64). * Ὅτι παρακληθέντες ἐξῆλθον τότε ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου οἱ ἀπόστολοι.

ΚΕ'. Περὶ στάσεως γενομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν, φυγῆς τε Παύλου εἰς Βέροιαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.

ΚΖ'. Περὶ τῆς ἐν Ἀθήναις ἐπιδωμίου γραφῆς, φιλοσόφου τε κηρύγματος καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου.

ΚΖ'. Περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης καὶ τῆς Κορινθίων ἀπειθείας, καὶ τῆς κατὰ πρόγνωσιν αὐτοῖς (65) εὐδοκίας τοῦ Θεοῦ ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ· * ἐν ᾧ περὶ Πρίσκου (66) ἀρχισυναγώγου πιστεύσαντος σὺν ἑτέροις τισὶν καὶ βαπτισθέντος. * Ὅτι στάσεως κινηθείσης ἐν Κορίνθῳ, ὁ Παῦλος ὑπανεχώρησεν· ἐλθών τε εἰς Ἔφεσον καὶ διαλεχθείς, ἐξῆλθεν. * Καὶ περὶ Ἀπολλὼ ἀνδρὸς λογίου καὶ πιστοῦ.

ΚΗ'. Περὶ βαπτίσματος καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύουσι (67), καὶ περὶ ἰάσεως τοῦ λαοῦ. * Περὶ τῶν υἱῶν Σκευᾶ, καὶ ὅτι οὐ δεῖ προσχωρεῖν (68) ἀπίστοις καὶ ἀναξίοις τῆς πίστεως γινομένοις, καὶ περὶ ἐξομολογήσεως τῶν πιστευόντων· * περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κινηθείσης στάσεως ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ἀργυροκόπου κατὰ τῶν ἀποστόλων.

ΚΘ'. Περίοδος Παύλου, ἐν ᾗ τὰ περὶ τοῦ θανάτου καὶ ἀνακλήσεως Εὐτύχου διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι· παραινέσεις τε αὐτοῦ Παύλου ποιμαντικαὶ (69) πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους· * ἐν ᾧ παράπλους Παύλου ἀπὸ Ἐφέσου ἄχρι Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης.

Λ'. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

ΛΑ'. Παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον περὶ τοῦ, μὴ δοκεῖν κωλύειν Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

ΛΒ'. Περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοῦ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται· * ἐν ᾧ Παύλου κατάστασις περὶ

(62) Euthal. ἐκ γενετῆς.
(63) Sic recte Euthal. pro φυλαχέων cod. ms. Coisl.
(64) Rectius iterum Euthalii codices πανέστιος. — Montf. legebat παυοικί.
(65) Euthal., ἐπ' αὐτοῖς. Al., ἐπ' αὐτούς.
(66) Κρίσπου, Euthal.
(67) Πιστεύσασιν, id.
(68) Al., ἐγχειρεῖν.
(69) Euthal., παραίνεσις ποιμαντική.

Digitized by Google

ἑαυτοῦ καὶ τῆς εἰς ἀπόστολον ἑαυτοῦ κλήσεως· * περὶ ὧν ὁ Ἀνανίας (70) πρὸς τὸν Παῦλον ἐν Δαμασκῷ, ὁπτασίας τε καὶ φωνῆς Θεοῦ γενομένης ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ. * Ὅτι μέλλων ἐπὶ τούτοις ὁ Παῦλος τύπτεσθαι, εἰπὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἀνείθη (71).

ΛΓ'. Ὅσα Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον ἔπαθέν τε καὶ εἶπεν, καὶ εὐθυβόλως ἔπραξεν.

ΛΔ'. Περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης Ἰουδαίοις (72) κατὰ Παύλου, καὶ μηνύσεως αὐτῆς πρὸς Λυσίαν· * ἐν ᾧ ὅτι παρεπέμφθη ὁ Παῦλος τῷ ἡγεμόνι εἰς Καισάρειαν μετὰ στρατιωτῶν καὶ γραμμάτων.

ΛΕ'. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορίας (73) καὶ αὐτοῦ ἀπολογίας ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος.

ΛϚ'. Περὶ τῆς Φήλικος διαδοχῆς καὶ τῆς Φήστου προσαγωγῆς, τῆς τε ἐπ' αὐτῶν (74) ἀνακρίσεως Παύλου καὶ ἀφέσεως.

ΛΖ'. Ἀγρίππου καὶ Βερνίκης παρουσία, καὶ πεῦσις τῶν κατὰ Παύλου (75). * Ἐν ᾧ ἀπολογία Παύλου ἐπὶ Ἀγρίππου καὶ Βερνίκης, περὶ τῆς ἐν νόμῳ (76) θρησκείας αὐτοῦ καὶ κλήσεως εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. Ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ Ἰουδαίους ὁ Παῦλος, Ἀγρίππας ἔφη τῷ Φήστῳ.

ΛΗ'. Πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμην, κινδύνων πλείστων τε καὶ μεγίστων πάμπλεως (77)· * ἐν ᾧ παραίνεσις Παύλου πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ περὶ ἐλπίδος σωτηρίας. * Ναυάγιον Παύλου, ὅπως τε διεσώθησαν εἰς Μελίτην τὴν νῆσον, καὶ ὅσα τε ἐν αὐτῇ ἐθαυματούργει.

ΛΘ'. Ὅπως ἀπὸ Μελίτης εἰς Ῥώμην κατήντησεν ὁ Παῦλος.

Μ'. Περὶ διαλέξεως Παύλου πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίους.

Κεφάλαια μὲν τὰ ὅλα μ'· τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα, ἅτινα τὰς σημειώσεις ἔχουσι (78) διὰ τοῦ *, μη'.

(70) Εἶπεν adde ex Euthal.
(71) Frustra conjicit Montf. legendum ἀνέθη, utramque enim formam tradunt grammatici. Edit. Patrol.
(72) Ὑπὸ Ἰουδαίων, Euthal.
(73) Id., κατηγορία et ἀπολογία.
(74) Id., ἐπ' αὐτοῦ.

A tione sua in apostolum; de adventu Ananiæ ad Paulum Damasci, de visione et voce Dei ad eum aliquando emissa in templo. Quod cum his de causis Paulus mox verberandus esset, cum dixisset: *Romanus sum*, dimissus est.

XXXIII. Quænam Paulus, cum venisset in concilium, passus sit, quæ dixerit, et quæ sagaciter fecerit.

XXXIV. De insidiis per Judæos contra Paulum structis, et de significatione ejus ad Lysiam facta. Quod Paulus missus sit Cæsaream ad præsidem cum militibus et litteris.

XXXV. De Tertulli contra Paulum accusatione, et de apologia ejus coram præside.

B XXXVI. Felici succedit Festus. Paulus causam suam agit apud ambos, et dimittitur.

XXXVII. Agrippæ et Bernices adventus, et interrogatio circa Pauli causam. Apologia Pauli coram Agrippa et Bernice, de suo secundum legem cultu, deque vocatione sua ad Evangelium. Agrippa ait Festo, Paulum Judæos nihil lædere.

XXXVIII. Navigatio Pauli Romam cum periculis multis maximisque; ubi adhortatio Pauli ad socios de spe salutis. Naufragium Pauli. Quomodo vectores in Melitam insulam evaserint, et quæ ibi mirabilia patraverit.

C

XXXIX. Quomodo ex Melita Romam Paulus advenerit.

XL. De colloquio Pauli cum Judæis qui Romæ erant.

Capita quidem quadraginta sunt: quæ vero post capita asterisco notantur, quadraginta et octo.

(75) Κατὰ Παῦλον, id.
(76) Ἐννόμου, id.
(77) Id., ἔμπλεως.
(78) Id., διὰ κινναβάρεως. Apud eumdem ibidem notatur numerus στίχων seu *versuum* ροβ', 172. Sed ille longe minor est pro toto libro Actorum, quem p. 411 reperio 2556.

S. PAMPHILI

APOLOGIA PRO ORIGENE.

Apologeticum S. Pamphili pro Origene retinuimus inter scripta ad Origenem spectantia quæ ipsius operibus in editione Ruæana subjunguntur. Adi Collectionis nostræ tomum quintum decimum. Edit. Patrol.

Digitized by Google

CIRCA ANNUM DOMINI CCXCVI.

S. PHILEAS

THMUEOS EPISCOPUS ET MARTYR.

NOTITIA.

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, tom. IV, Proleg., p. VII.)

I. *Phileas tum rebus præclare gestis, tum doctrina et pietate maxime præstans. Thmuitanæ Ecclesiæ episcopus*, de martyrum laude *scripsit, postmodum et ipse martyr.*

II. *Epistolam quoque dudum editam, quatuor episcoporum nomine Meletio Lycopolitano inscripsisse Phileas existimatur.*

III. *Quo tempore scripta fuerit ejusmodi epistola, expenditur.*

I. Phileas patria Thmuitanus in Ægypto, teste Hieronymo (1), vir fuit cunctis in urbe honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus, et in philosophicis disciplinis excolendis admodum clarus, ut scribit Eusebius (2); quodque rei caput est, pietate in Deum ac fortitudine maxime illustris (3) : ἀληθῶς φιλόσοφός τε ὁμοῦ καὶ φιλόθεος μάρτυς, *vere philosophus simulque divinus martyr.* Ecclesiæ patriæ *suscepto episcopatu, elegantissimum librum de martyrum laude composuit* (4), qui Alexandriæ præsertim mortem pro Christi fide obierant; ipsumque Thmuitis inscripsit, epistolari stylo contextum. Hujus insigne fragmentum nobis servavit Eusebius (5), unde illud exscripsimus. *Pro Christo* demum *capite truncatus est* beatus antistes, *eodem in Ægypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ*, ut ait Hieronymus (6) : Alexandriæ nimirum sub Maximino, circa Christi annum 307 (7). Ejus martyrii Acta post Bollandianos edidit Theodoricus Ruinartius (8) : quæ enim Græce simul et Latine in *Triumphis lectis martyrum* evulgavit Combefisius, minus sincera eruditis existimantur.

II. Huic autem sancti Phileæ fragmento, ex ejus libro *De martyribus Alexandrinis* excerpto, integram adjecimus epistolam, quam Meletio Lycopolitano episcopo, tum suo tum etiam trium aliorum episcoporum nomine idem Phileas inscripsisse videtur. Eam vero cum aliis ecclesiasticæ antiquitatis monumentis, ad schisma Meletianum præcipue pertinentibus, primus haud ita pridem in lucem eruit ex vetusto ms. codice capituli Veronensis vir cl. Scipio Maffeius (9). Quæ quidem cum reliquis eidem adjectis ex Græco esse translata comperitur; vetustissimamque præterea esse versionem, ac fortasse Hilariani ævi, ex abrupto loquendi genere rite arguit eruditissimus editor. Quatuor porro episcopi qui eam epistolam exarasse perhibentur, hoc ordine distributi comparent : *Hesychius, Pachomius, Theodorus* et *Phileas :* iidem nimirum quorum meminit Eusebius his verbis (10) : « Ex his vero qui Alexandriæ et per totam Ægyptum ac Thebaidem nobili martyrio perfuncti sunt, recensentur Phileas et Hesychius, Pachomius et Theodorus, diversarum in Ægypto Ecclesiarum episcopi. » Atque hac ipsa Eusebiana serie illos item enumeratos exhibent Acta passionis sancti Petri Alexandrini a Combefisio evulgata. Qui tamen primus utrobique nominatur Phileas, contra hic postremus inscribitur. Eccur demum? inquies. Nimirum epistolam Phileas ipsemet perscribens, quippe qui cæteris eloquentiæ et doctrinæ laude præstaret, ut modo ex Eusebio atque Hieronymo accepimus, ultimo propterea loco modestiæ causa se ipsum nominavit : quæ est laudatissimi viri conjectura.

III. Cæterum si tempus requiras quo scripta fuerit epistola, plane constat fuisse illam exaratam, dum adhuc in vivis ageret sanctus Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ antistes. Sic enim ibi Meletium alloquuntur illustres Christi confessores : « Tu autem non considerans magni episcopi ac patris nostri *Petri* honorem, ex quo cuncti per spem quam habemus in Domino nostro Jesu Christo, *pendemus* » etc. Neque ullus dubitandi locus relinquitur, quin ii eamdem epistolam scripserint, dum in carcere detinerentur : ut proinde hinc fortasse Meletius perniciosissimi in Ægypto schismatis conflandi ansam arripuerit. Quod quidem cum nostro Baronio aliisque viris doctis circa annum 306 contigisse existimamus.

(1) *De vir. illustr.*, cap. 78.
(2) *Hist. eccl.*, lib. VIII, cap. 9.
(3) Id., *ibid.*, cap. 10.
(4) Hieron., loc. cit.
(5) Loc. cit., cap. 10.
(6) Loc. cit.
(7) Tillem., *Mém.*, tom. V, pag. 780, not. 5, sur S. Philéas.
(8) *Act. mart. sinc.*, pag. 434.
(9) *Osserv. letter.*, tom. III, pag. 11-17. — *Opusc. eccles.*, pag. 254 seqq.
(10) *Hist. eccl.* lib. VIII, cap. 13.

Digitized by Google

S. PHILEÆ

ECCLESIÆ THMUITARUM EPISCOPI ET MARTYRIS

EXCERPTUM

EX EPISTOLA AD THMUITAS.

Apud Euseb. Hist. eccl. *lib.* VIII, *cap.* 10.

Τούτων ἁπάντων ὑποδειγμάτων ἡμῖν καὶ ὑπογραμμῶν καὶ καλῶν γνωρισμάτων ἐν ταῖς θείαις καὶ ἱεραῖς Γραφαῖς κειμένων, οὐδὲν μελήσαντες (11) οἱ μακάριοι οἱ σὺν ἡμῖν μάρτυρες, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καθαρῶς τείναντες, καὶ τὸν ἐπ' εὐσεβείᾳ θάνατον ἐν νῷ λαβόντες, ἀπρὶξ τῆς κλήσεως εἴχοντο· τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὑρόντες ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν κατάθηται· *Οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν ἕως θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.* Διὸ καὶ ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες (12), πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δεύτερον, τινὲς ὑπέμειναν· πάσας δὲ ἀπειλὰς οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις τῶν δορυφόρων κατ' αὐτῶν φιλοτιμουμένων, οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, διὰ τὸ *τὴν τελείαν ἀγάπην ἔξω βάλλειν τὸν φόβον.*

I. Hæc omnia exempla ac signa et pulcherrima documenta in sacris litteris exstare cum scirent beatissimi qui nobiscum versati sunt martyres, absque ulla cunctatione, oculum mentis in supremum omnium Deum sincere defigentes, et mortem pro pietate libenti animo amplectentes, vocationi suæ pertinaciter inhæserunt. Quippe qui probe nossent, Dominum nostrum Jesum Christum nostra causa hominem idcirco factum fuisse, ut et peccatum omnino exscinderet, et ad vitam æternam contendentibus nobis subsidia itineris compararet. *Non* enim *rapinam arbitratus est* Christus, *esse se æqualem Deo; sed exinanivit se ipsum, servi formam induens; et specie ipsa inventus quasi homo, humiliavit se ipsum usque ad mortem*; *et quidem mortem crucis*[1]. Proinde meliora charismata consectantes martyres qui Christum gestabant, omnes ærumnas, omnia tormentorum genera quæ excogitari potuerant, non semel, sed iterum ac sæpius nonnulli sustinuerunt. Et cum satellites non solum verbis minantes, sed etiam factis terrorem ipsis incutere certatim niterentur, non tamen fracti sunt animo, eo quod *perfecta charitas foras ejiciebat timorem*[2].

Ὧν καταλέγειν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ βασάνῳ ἀνδρείαν, τίς ἂν ἀρκέσειε λόγος; Ἀνέσεως γὰρ οὔσης ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν, οἱ μὲν ξύλοις ἐπαίοντο· ἕτεροι δὲ ῥάβδοις· ἄλλοι δὲ μάστιξιν· ἕτεροι δὲ πάλιν ἱμάσιν· ἄλλοι δὲ σχοινίοις. Καὶ ἦν ἡ θέα τῶν αἰκισμῶν ἐνηλλαγμένη καὶ πολλὴν τὴν ἐν αὐτῇ κακίαν ἔχουσα. Οἱ μὲν γὰρ ὀπίσω τῷ χεῖρε δεθέντες, περὶ τὸ ξύλον (13) ἐξηρτῶντο, καὶ μαγγάνοις τισὶ διετείνοντο πᾶν μέλος. Εἶθ' οὕτως διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐπῆγον ἐκ κελεύσεως οἱ βασανισταί, οὐ καθάπερ τοῖς φονεῦσιν ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς καὶ κνημῶν καὶ παρειῶν τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον (14)· ἕτεροι δὲ

II. Quorum virtutem et in singulis tormentis fortitudinem, quæ tandem oratio possit percensere? Nam cum eos injuria afficere cuivis liceret, alii fustibus, alii virgis, alii flagris eos verberabant: quidam loris; nonnulli etiam funibus cædebant. Eratque hujusmodi cruciatuum spectaculum varium et multiplex plenumque malitiæ. Quidam enim illorum manibus post tergum revinctis ad stipitem suspendebantur: ac deinde universa corporis membra machinis quibusdam distendebantur. Post hæc tortores jussu judicis universo corpori, neque ut homicidis solet, lateribus duntaxat, sed etiam ventri, cruribus ac genis cruciatus ferreis

[1] Philipp. II, 6-8. [2] 1 Joan. IV, 18.

(11) *Οὐδὲν μελήσαντες.* Scribe μελλήσαντες, ut legitur in codice Med., Maz., Fuk. et Savil. Idem error ex eorumdem codicum auctoritate a nobis emendatus est rursus infra in hac Phileæ epistola.

(12) *Οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες.* Id est *Christo pleni.* Sic Ignatius Antiochenus episcopus dictus est Θεοφόρος, id est *Deo plenus.*

(13) *Περὶ τὸ ξύλον.* Equuleum intelligo. Reis enim in equuleo suspensis, latera ferreis ungulis exarabantur

(14) *Ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον.* Eadem verba habet Metaphrastes in *Actis passionis Phileæ.* Nicephorus emendat ἀμυντηρίοις τὰς κολάσεις. Recte, ut apparet: ἀμυντήρια autem sunt ungulæ, ut recte Rufinus vertit. Videntur tamen ἀμυντήρια aliquid plus esse, quam ungulæ. Nam Hesychius ἀμυντήριον ξίφος δίστομον interpretatur, id est gladium utrinque acutum: et in hoc crudelitas judicum notatur, qui non contenti simplicibus ungulis, novaculis ad exarandā martyrum latera utebantur.

Digitized by Google

ungulis adhibebant. Quidam vero altera manu ad porticum suspensi pendebant; quibus articulorum membrorumque omnium distensio quovis cruciatu erat acerbior. Alii vultibus in se mutuo conversis ad columnas alligabantur, pedibus solum non contingentibus; adeo ut vincula gravitate corporum adacta, acrius intenderentur. Atque id tolerabant non solum quandiu præses eos alloquebatur, aut audiendis ipsis vacabat, sed toto propemodum die. Nam ubi ad alios audiendos transierat, ministros officii sui relinquebat, qui prioribus imminerent; si forte quis tormentorum acerbitate victus a proposito desciscere videretur. Jubebatque eos absque ulla miseratione vinculis stringi, et postea cum jam animam exhalarent, humi abjectos trahi. Neque enim aiebat vel minimam nostri curam habendam esse : sed cunctos sic de nobis sentire, sic erga nos agere debere, quasi non amplius homines essemus. Hunc scilicet secundum cruciatum post verbera inimici nostri excogitaverant.

III. Quidam etiam post tormenta in nervo jacuerunt, pedibus ad quatuor usque foramina divaricatis; ita ut supini esse cogerentur, cum ob recentes plagarum cicatrices quas toto corpore gerebant, stare omnino non possent. Alii humi projecti jacebant præ nimia tormentorum acerbitate; et multo gravius quam dum cruciarentur spectaculum intuentibus præbebant, varia ac multiplicia tormentorum excogitata genera corporibus suis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii in ipsis tormentis exspirabant, constantia sua pudorem incutientes adversario. Alii semineces in carcerem trusi, paucis post diebus doloribus oppressi vitam finierunt. Reliqui curantium remediis refocillati, tempore ipso ac diuturna carceris mora fidentiores evasere. Itaque cum postea juberentur eligere, utrum mallent, an contactis nefariis sacrificiis omni molestia liberari, et abominandæ absolutionis sententiam ab ipsis consequi; an vero sacrificare abnuentes capite damnari : omnes nihil cun-

A ἀπὸ τῆς στοᾶς μιᾶς χειρὸς ἐξηρτημένοι αἰωροῦντο, πάσης ἀλγηδόνος δεινοτέραν τὴν ἀπὸ τῶν ἄρθρων καὶ μελῶν τάσιν ἔχοντες· ἄλλοι δὲ πρὸς τοῖς κίοσιν ἀντιπρόσωποι ἐδοῦντο οὐ βεβηκόσι τοῖς ποσὶ, τῷ δὲ βάρει τοῦ σώματος βιαζομένων μετὰ τάσεως ἀνελκομένων τῶν δεσμῶν· καὶ τοῦθ' ὑπέμενον, οὐκ ἐφ' ὅσον προσδιελέγετο, οὐδ' αὐτοῖς ἐσχόλαζεν ὁ ἡγεμών, ἀλλὰ μονονουχὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. Ὅτε γὰρ καὶ ἐφ' ἑτέρους μετέβαινε, τοῖς προτέροις κατελίμπανεν ἐφεδρεύειν τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ὑπηρετουμένους (15)· εἴ πού τις ἠττηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει· ἀφειδῶς δὲ κελεύων καὶ τοῖς δεσμοῖς προσιέναι (16), καὶ μεταταῦτα ψυχορραγοῦντας αὐτοὺς κατατιθεμένους εἰς τὴν γῆν ἔλκεσθαι· οὐ γὰρ εἶναι κἂν μέρος αὐτοῖς φροντίδος περὶ ἡμῶν· ἀλλ' οὕτω καὶ διανοεῖσθαι (17) καὶ πράττειν, ὡς μηκέτ' ὄντων· ταύτην δευτέραν βάσανον (18) ἐπὶ ταῖς πληγαῖς τῶν ὑπεναντίων ἐφευρόντων.

B

Ἦσαν δὲ οἱ καὶ μετὰ τοὺς αἰκισμοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι (19) διὰ τῶν τεσσάρων ὀπῶν διατεταμένοι ἄμφω τὼ πόδε, ὡς καὶ κατ' ἀνάγκην αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου ὑπτίους εἶναι, μὴ δυναμένους (19') διὰ τὸ ἕναυλα τὰ τραύματα ἀπὸ τῶν πληγῶν καθ' ὅλου τοῦ σώματος ἔχειν· ἕτεροι δὲ εἰς τοῦδαφος ῥιφέντες, ἔκειντο ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων ἀθρόας προσβολῆς· δεινοτέραν τὴν ὄψιν τῆς ἐνεργείας τοῖς ὁρῶσι παρέχοντες, ποικίλας καὶ διαφόρους ἐν τοῖς σώμασι φέροντες τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας. Τούτων οὕτως ἐχόντων, οἱ μὲν ἐναπέθνησκον ταῖς βασάνοις, τῇ καρτερίᾳ καταισχύνοντες τὸν ἀντίπαλον· οἱ δὲ ἡμιθνῆτες ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συγκλειόμενοι, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ταῖς ἀλγηδόσι συνεχόμενοι ἐτελειοῦντο· οἱ δὲ λοιποὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ἀνακτήσεως τυχόντες, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς φυλακῆς διατριβῇ, θαρσαλεώτεροι ἐγίγνοντο. Οὕτω γοῦν ἠνίκα προσετέτακτο, αἱρέσεως κειμένης ἢ ἐφαψάμενον τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἀνενόχλητον εἶναι, τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας (20) παρ' αὐτῶν τυχόντα· ἢ μὴ θύοντα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίκην ἐκδέχε-

C

D

(15) *Τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ ὑπηρετουμένους.* Apparitores, seu officiales intelligit, qui præfecto Augustali obsequebantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et ἡγεμόνα eum vocat. Porro ἐξουσία fere de majoribus judicibus dicitur, qui habebant jus gladii; quæ Latine *potestas* appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro præfectus Augustalis eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Meletianorum.

(16) *Τοῖς δεσμοῖς προσιέναι.* Nova et insolens mihi videtur hæc locutio.

(17) *Οὕτω καὶ διανοεῖσθαι.* Nostri codices Maz., Med. et Fuk. vocem addunt hoc modo, οὕτω ἐδόκουν διαν.....

(18) *Ταύτην δευτέραν βάσανον.* Raptationem intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et ungularum. Secundus, ut humi depositi traherentur et raptarentur in carcerem.

(19) *Ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι.* Pessime Langus catastam vertit. Hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro equuleo, ut ex Rufino monuimus. Hic vero pro nervo ponitur, id est compedibus ligneis. Latini etiam lignum eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in *Actis martyrum Tarachi, Probi et Andronici : Cum verberatus esset, præses dixit : Mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere.* Et in *Actis Luciani martyris.* Synesius in oratione *de regno* : Ἀλλ' οὔγε μᾶλλον κινήσεται τῶν ἐν τῇ ποδοκάκῃ, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro equuleo sumitur, modo pro nervo : ita in *Actis Theodori martyris* quæ habentur apud Surium die 9 Novembris, lignum duplici modo accipitur.

(19') Deest ἐστηκέναι, quod legit interpres. EDIT. PATROL.

(20) *Τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας.* Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in lib. I *Apostolicæ historiæ:*

..... *Damnatio justi*
Libertas est facta reis.

Id est absolutio et relaxatio.

Digitized by Google

σθαι· οὐδὲν μελλήσαντες, ἀσμένως ἐπὶ τὸν θάνατον ἐχώρουν. Ἤδεσαν γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἡμῖν προορισθέντα. Ὁ γὰρ θυσιάζων, φησὶ, θεοῖς ἑτέροις, ἐξολοθρευθήσεται· καὶ ὅτι, Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ (21).

ctati, libenti animo ad mortem perrexerunt. Quippe probe norant, quæ in sacris litteris nobis præscripta sunt. *Qui* enim *sacrificat diis alienis*, ait Scriptura [a], *exterminabitur*. Et iterum [b]: *Non habebis deos alienos præter me.*

EJUSDEM SANCTI PHILEÆ THMUITANI

EPISTOLA AD MELETIUM LYCOPOLITANUM EPISCOPUM (22).

INITIUM EPISTULÆ EPISCOPORUM.

HESICHIUS, PACHOMIUS, THEODORUS, PHILEAS, MELETIO dilecto et comministro in Domino salutem.

Simplici ratione incerta verba æstimantes quæ de te audiebantur, quibusdam ad nos pervenientibus nuntiatur aliena a more divino et regula ecclesiastica, quæ a te conantur, imo magis fiunt, quæ nec auribus suscipere vellemus, considerantes in magnitudine audaciam et conatus incertos. Sed quoniam in præsentia advenientes multi his fidem imposuerunt, et contestari facta non dubitabant, nimis admirantes compulsi sumus has litteras conficere ad te : qualem etiam commotionem (23) et tristitiam communiter omnibus, et singillatim unicuique, præbuit a te facta ordinatio in parœciis ad te minime pertinentibus, nec dicere etiam prævalemus. Pauca tamen te arguentes non cessavimus. Lex est patrum et propatrum, quam nec ipse ignoras, constituta secundum divinum et ecclesiasticum ordinem : nam cuncta pro Dei placito et zelo meliorum. Ab ipsis est constitutum et fixum, in alienis parœciis non licere alicui episcoporum ordinationes celebrare; quæ lex bene nimis magna est, et cum sapientia adinventa. Quoniam primum oportet conversationem et vitam eorum qui ordinantur, cum magna scrupulositate scrutari : deinde, ut omnis confusio et turbolentia auferatur; vix enim unusquisque parœciam regere poterit suam, et magna solicitudine multisque cogitationibus ministros reperire, cum quibus omne tempus vitæ transegit, et in manibus ejus sunt educati. Tu autem nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum et Christo susceptorum per successiones legem, neque magni episcopi ac patris nostri Petri honorem, ex quo cuncti per spem quam habemus in Domino Jesu Christo, pendemus; nec nostris incarcerationibus, et tentationibus, et cotidianis ac multiplicatis opprobriis, nec oppressionibus et angustiis apud omnes placatus, omnia pariter evertere ausus es. Pro quibus quæ tibi excusationis occasio relinquetur? Sed forsitan dices : Egentibus gregibus ac desolatis, pastore non subsistente, ne multorum incredulitate multi subtrahantur, ad hoc perveni. Sed certissimum est, illos non egere : primum quia multi sunt circumeuntes, et potentes visitare; deinde etsi quid ab ipsis negligentius agebatur, oportuerat ex populo properare ac nos exigere pro merito. Sed sciebant se ministrorum non esse egenos, et ideo ad hos petendos non pervenerunt. Sciebant, quod monentes eos ab hac inquisitione aut dimittebamus, aut cum omni scrupulositate fiebat quod utile videbatur; fiebat enim sub arguente, et in manibus probitate constituta cogitabatur. Tu autem tam viriliter quorumdam considerans deceptiones, et inania verba, subreptus ad ordinationes prosiluisti. Si enim adstringebant circumstantes te, et compellebant ignorantes ordinem ecclesiasticum, oportuerat te sequentem regulam litteris nos edocere; et ita quod expedire videbatur, fiebat. Si forte persuadebant tibi quidam dicentes, de nobis finem esse factum (quod nec tibi ipsi erat ignotum, quod essent multi euntes et redeuntes ad nos, qui poterant visitare), etsi hoc fuisset, oportebat te majoris patris exspectare judicium, et hujus rei permissionem. Sed horum nihil cogitans, et aliud sperans, immo magis nostri curam non gerens, præpositos quosdam populo providisti : nam jam cognovimus, et schismata (24) fuisse, quod multis tua displicuit irrationabilis ordi-

[a] Exod. xxii, 20. [b] Exod. xx, 3.

(21) *Πλὴν ἐμοῦ*. His ex Phileæ epistola recitatis Eusebius statim subdit: « Hæc sunt vere philosophi, nec minus Dei quam sapientiæ amatoris verba, quæ ante extremam judicis sententiam, adhuc in custodia constitutus, ad fratres Ecclesiæ suæ scripsit; partim quo in statu versaretur exponens; partim eos adhortans, ut pietatem in Christum etiam post obitum suum jamjam imminentem, mordicus retinerent. »

(22) Hanc epistolam cum aliis ecclesiasticæ antiquitatis monumentis primus edidit v. cl. Scipio Maffeius ex vetusto ms. codice capituli Veronensis in *Osserv. letter.*, tom. III, pag. 11-17, quo exhibetur *Historiæ fragmentum de schismate Meletiano.*

(23) *Commotionem*, Ms., *communionem.*

(24) *Schismata.* Ms., *chrismata.*

Digitized by Google

Christum omnium nostrum apostoli Pauli verbum suasit morari, et propositum facile continere; qui scribens acceptissimo filio Timotheo dicit [a] : *Manus nemini cito imposueris, nec communicaveris pec-*

Finis epistulæ episcoporum.

Hanc epistolam postquam suscepit et legit, nec rescripsit, nec ad eos perrexit ad carcerem, nec ad beatum Petrum iit : omnibus autem his episcopis, presbyteris ac diaconibus Alexandriæ apud carcerem martyrium passis, ingressus est statim Alexandriam. Erat autem in civitate quidam Isidorus nomine, moribus turbulentus, doctoris habens desiderium ; et Arius quidam habitum portans pietatis, et ipse doctoris desiderium habens. Hi postquam cognoverunt cupiditatem Meletii, et quid esset quod requireret, succurrentes ei, invidentes scilicet pontificatum B. Petri, ut cognoscatur concupiscentia Meletii, presbyteros quibus dederat potestatem B. Petrus de parœcia visitare Alexandriam, latentes Meletio demonstraverunt. Commendans eis occasionem Meletius, separavit eos, et ordinavit ipse duos, unum in carcere, et alium in metallo.

His agnitis, B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino epistolam hoc modo (27).

(25) *Ordinandi. Adnuntiamus.* Ms., *ordinando adnuntias.*

(26) *Studeas*, Ms. *studetur.* In laudato codice, collectionis historiæ auctor relatæ quatuor episcoporum epistolæ a Philea ut videtur conscriptæ, subdit statim quæ sequuntur.

(27) *Hoc modo.* Hanc autem epistolam S. Petri Alexandrini habes infra ad ann. 302 t. XVI.

providentiam et exemplum, ac legem qua cum omni scrupulositate et cautela eligantur ordinandi. Adnuntiamus (25) in posterum tibi, ut regulæ tutum et salubrem terminum confirmare studeas (26).

CIRCA ANNUM DOMINI CCXCVIII.

S. THEONAS
EPISCOPUS ALEXANDRINUS.

NOTITIA.

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. IV, Proleg., p. VIII.)

I. *Theonas quo tempore sedem Alexandrinam obtinuerit. Ejus præsulatus anni definiuntur. Sub eo floruit Pierius illius Ecclesiæ presbyter, vir summus. Theonæ memoria in fastis ecclesiasticis consignata.*
II. *Exstat ex antiqua versione ejus* epistola ad Lucianum cubiculariorum præfectum *digna plane quæ magni ducatur. Quandonam conscripta.*
III. *Ex Eusebio et Lactantio ejus integritas comprobatur.*

I. Maximo Ecclesiæ Alexandrinæ antistiti, qui C anno Probi imperatoris ultimo, Christi 282 decessit, ut auctor est Eusebius (1), suffectus est Theonas, qui annos novemdecim ministerio fuisse perfunctus traditur ab eodem Eusebio tam in *Chronico* quam in *Historia* (2), ut proinde supremum diem obierit anno 300 currente : siquidem anni 19, menses aliquos duntaxat attigisse Theonam, ex initio episcopatus Petri ejus successoris Dodwellus aperte demonstrat (3) ; ejusque sententiæ Tillemontium quoque adhærere comperimus (4).

Pauca sunt admodum a veteribus de Theona memoriæ prodita. Illud unum discimus ex Eusebio (5) : sub ejus nimirum regimine floruisse Pierium ad presbyterii honorem evectum, eique Christianæ fidei institutionem in schola Alexandrina fuisse commissam ; quippe qui sublimioris philosophiæ atque evangelicæ conversationis sincerum specimen, operibus ipsis præ cæteris omnibus exhiberet. Cæterum Theonæ memoriam, ut a viris doctis Renaudotio (6) et Lequienio (7) erudimur, celebrant Coptitæ die 11 mensis Tybi, sive 28 Decembris : ejus tamen dies festus in tabulis ecclesiasticis apud Latinos agitur die 23 Augusti.

II. Superiore sæculo edita est a Dacherio (8) epistola *Theonæ episcopi Luciano cubiculariorum*

[a] 1 Tim. v, 22.

(1) In *Chron.* ad ann. MMCCXCVII.
(2) Id., *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. ult. D
(3) Dissert. sing. ad Pears. cap. 6, § 20, pag. 73.
(4) *Mém. ecclés.*, tom. IV, not. 2, sur S. Théon., p. 771.
(5) *Hist. eccl.*, l. c.
(6) *Hist. patriarch. Alex.*, pag. 53.
(7) *Or. Christ.*, tom. II, pag. 396.
(8) *Spicil.*, tom. III, pag. 297 nov. edit.

Digitized by Google

præfecto inscripta, præclaris Christianæ pietatis et prudentiæ institutis referta, primævamque plane simplicitatem redolens. Et primum quidem, ab homine Græco fuisse illam perscriptam, ex eo constat quod auctor divinas Scripturas commemorans (9) : *Eas*, inquit, *mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in* LINGUAM NOSTRAM *traduci curavit.* Neque sane dubitare nos sinit epistolæ dictio, quin eam e Græco Latine redditam existimemus. Præterea scripta fuisse perhibetur epistola hujusmodi (10) *pace per bonum principem Ecclesiis concessa.* Denique testatur auctor (11), *principem ipsum nondum Christianæ religioni ascriptum*, in cujus palatio cubiculariorum præfecti munere fungebatur Lucianus, *ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum servandum credidisse.* Ex quibus ergo characteribus recte arguisse nobis videntur doctissimus Tillemontius (12) et Dacheriani *Spicilegii* nuperus editor (13), hanc epistolam haud aliter esse accipiendam quam de Diocletiani imperio, antequam ille anno 303 adversus Ecclesiam fureret; quam propterea Theonas episcopus Alexandrinus sæculo III desinente perscripserit.

III. Porro ad hanc sententiam astruendam locupletissimus testis accedit Eusebius (14) : « Qualem, inquit, quantamque gloriam simul ac libertatem doctrina veræ erga supremum Deum pietatis — apud omnes Græcos pariter ac barbaros ante persecutionem nostra memoria excitatam consecuta sit, nos certe pro merito explicare non possumus. Argumento esse possit *imperatorum* (Diocletiani et Herculii M.) *benignitas erga nostros :* quibus regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem, qua in religionem nostram affecti erant, benevolentiam. Quid opus est dicere de iis qui in *imperatorum palatiis versabantur?* Quid de imperatoribus ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quam factis libere exsequendi coram semetipsis, potestatem dederunt, ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes : eosque præ cæteris omnibus ministris quodam amore prosequebantur. » Hæc episcopus Cæsariensis; qui paulo post in eamdem sententiam scribit (15) « Dorotheum et reliquos *cubicularios pueros* summi honoris prærogativa ab imperatoribus ornatos fuisse, qui non minus ab iisdem diligebantur quam filii. » His consona refert Lactantius, qui ea tempestate testis ferme oculatus florebat. Sic enim ille (16) : *Furebat ergo imperator* (Diocletianus) *jam non in domesticos tantum, sed in omnes. — Potentissimi quondam eunuchi necati*, per quos *palatium et ipse constabat.* Quæ quidem omnia si cum iis conferantur quæ ab initio ad finem usque in sua epistola tradit auctor; nemo enimvero fuerit, qui libens volensque sententiam modo propositam non amplectatur, quique detrectet Theonam episcopum Alexandrinum ejus auctorem agnoscere, ut proinde haud necesse sit alium a Diocletiano imperatorem quærere cum Caveo (17) Constantium Chlorum, aut alium cum Dacherio (18) Theonam episcopum Cyzicenum : quo verus epistolæ auctor statuatur, simulque ipsius epistolæ integritas confirmetur.

SANCTI THEONÆ

EPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA AD LUCIANUM CUBICULARIORUM PRÆPOSITUM,

In qua monita Christiana et politica eidem suggerit S. Pater.

(*Ex Acherii* Spicilegio, *tom.* III, *pag.* 297-299.)

Theonas episcopus Luciano præposito cubiculariorum invictissimi principis nostri.

I. Gratias ago omnipotenti Deo et Domino nostro Jesu Christo, qui fidem suam per universum orbem in salutis nostræ unicum remedium manifestare, ac etiam in tyrannorum persecutionibus ampliare non destitit : imo persecutionum procellis velut aurum in fornace expugnatum enituit, et ejus veritas ac celsitudo magis semper ac magis splenduit, ut jam pace per bonum principem Ecclesiis concessa, Christianorum *opera* etiam coram infidelibus *luceant*, *et glorificetur inde Pater*

(9) *Theon.*, epist. § 7.
(10) Id., *ibid.*, § 1.
(11) *Ibid.*
(12) *Mém. eccl.*, tom. IV, pag. 771, not. 1, sur S. Théon., et tom. V, art. 3, pag. 7.
(13) *Spicil.* l. c.
(14) *Hist. eccl.* lib. VIII, cap. 1.
(15) *Ibid.*, cap. 6.
(16) *De mortib. persecut.*, cap. 15.
(17) *Hist. litter.*, tom. I, pag. 172.
(18) *Spicil.*, l. c.

Digitized by Google

vester qui in cœlis est Deus [1]; quod velut præcipuum a nobis pro salute nostra, si Christiani re potius quam verbis esse cupimus, quærendum atque exoptandum est. Nam si gloriam nostram quærimus, rem vanam caducamque appetimus, et quæ nos ipsos ad mortem perducit : at gloria Patris et Filii qui pro salute nostra cruci affixus fuit, nos salvos facit in redemptionem sempiternam ; quæ maxima Christianorum est exspectatio.

Non ergo, mi Luciane, te jactari aut puto aut volo quod multi ex palatio principis per te ad agnitionem veritatis pervenerunt, sed magis gratias Deo nostro referre decet, qui te bonum instrumentum in rem bonam confecit, teque apud principem sublimavit, ut Christiani nominis odorem in suam gloriam et multorum salutem diffunderes. Nam quanto magis princeps ipse nondum Christianæ religioni ascriptus, ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum curandum credidit; tanto decet vos sollicitiores, ac in illius salutem et curam diligentiores esse et prospectiores, ut per id plurimum Christi nomen glorificetur, et illius fides per vos qui principem fovetis, quotidie augeatur : nam quia nos maleficos olim et omnibus flagitiis refertos nonnulli priores principes putaverunt; sed jam videntes vestra bona opera, non possint nisi ipsum Christum glorificare.

II. Itaque summa ope vobis annitendum est, ne vos aliquid turpe aut inhonestum, ne flagitiosum nominem, sentiatis; ne Christi nomen per vos ipsos blasphemetur.

Absit a vobis ut aditum alicui ad principem pretio vendatis; ut inhonesta aut precibus, aut pretio victi aliquo pacto principi suggeratis. Omnis avaritiæ ardor a vobis abscedat [2], quæ idololatriam potius quam Christi religionem operatur. Nullum turpe lucrum Christiano, nulla duplicitas convenire potest, qui Christum simplicem et nudum amplectitur. Nulla scurrilitas aut turpiloquium inter vos habeatur [3]. Omnia cum modestia, comitate, affabilitate et justitia exigantur, ut in omnibus nomen Dei et Domini nostri Jesu Christi glorificetur.

Officia vestra ad quæ singuli constituti estis, omni cum timore Dei et amore principis atque exacta diligentia exsequamini. Mandatum principis quod Deum non offendit, ab ipso Deo processisse putetis; amore pariter et timore, atque omni cum jucunditate perficite. Nihil est enim quod hominem magnis agitationibus fatigatum ita recreet, sicut intimi servitoris conveniens jucunditas, et benigna patientia; nec ulla iterum res econtrario illum perturbatione ita afficit et contristat, sicut tristitia impatientiaque, et ipsius servitoris submurmuratio. Absint hæc a vobis Christianis, qui zelo fidei inceditis; sed ut in vobis ipsis honorificetur Deus [4], omnia vitia mentis et corporis supprimite et calcate. Induimini patientia et affabilitate; virtutibus et spe Christi repleamini. Omnia propter ipsum Creatorem vestrum sufferte, omnia patimini, omnia vincite et supplantate, ut Christum Dominum acquiratis. Magna sunt hæc et laboribus plena : sed *qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet; et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam* [5].

III. Sed quia, ut sentio, diversis officiis estis ascripti, et omnium tu, Luciane, præpositus diceris, quos omnes gratia Christi tibi concessa potens es et regulare et instruere; certus sum, non tibi displicebit me etiam de officiis illis aliqua particulatim et summarie tibi referre quæ sensero. Nam aliquem ex vobis servare privatas principis pecunias audio; alium vestes et ornamenta imperialia; alium vasa pretiosa; alium libros, quem non hunc adhuc ex credentibus intelligo, alium aliam supellectilem. Quæ sane quemadmodum tractanda mihi videantur, paucis indicabo.

IV. Qui privatas principis pecunias detinet, omnia sub certo calculo conservet; paratus sit semper omnium certam reddere rationem : omnia scribat, etiam si possibile est, antequam alteri pecunias porrigat; nunquam memoriæ confidat, quæ ad diversa quotidie distracta facile labitur, ita ut sine scriptura, etiam quæ nullo pacto fuerunt ex corde nonnunquam affirmemus; nec vulgaris sit hujusce modi scriptura, sed quæ facile et clare omnia pandat, et mentem requirentis sine scrupulo aut dubitatione relinquat : quod facile fiet, si *distincte* quæ recipiuntur et per se scribantur, et quo tempore, et per quem recepta fuerint, et quo in loco : similiter et quod aliis erogatur, vel principis mandato impenditur per se suo ordine digeratur : fidelis sit ille servus et prudens, ut gaudeat Dominus eum super bona sua constituisse [6], et Christum in illo glorificet.

V. Nec minor erit illi diligentia et cura qui vestes et imperialia detinet ornamenta, quæ omnia sub certissimo indice habeat et adnotet quæ illa sint, qualia, quibus in locis recondita, quando ea acceperit et a quibus, an maculata sint vel sine macula : illa omnia sua diligentia conservet; sæpe revideat, sæpe pertractet ut facilius recognoscantur : omnia illi sint in promptu, omnia parata : petentis semper principis aut præpositi sui mentem in omni re petita clarissimam reddat; ita tamen ut omnia cum humilitate et jucunda patientia fiant, et Christi nomen etiam in re parva laudetur.

VI. Simili modo ille agat, cujus fidei credita sunt vasa argentea, aurea, crystallina, vel murrhina, escaria, vel potoria; omnia disponat, omnia notet, et quot qualesve sint in illis lapides pretiosi sua diligentia connumeret; omnia magna cum prudentia consideret, omnia suis locis et temporibus prodat; cui dat et quando, a quibus ea recipit diligentissime

[1] Matth. v, 16. [2] Coloss. III, 5. [3] Ephes. v, 4. [4] I Pet. IV, 11. [5] I Cor. IX, 25. [6] Matth. XXIV, 45, 47.

Digitized by Google

inspiciat, ne error et suspicio mala etiam cum majori damno in rebus pretiosis occurrat.

VII. Ille tamen præcipuus inter vos erit et diligentissimus, cui libros servandos princeps mandaverit : hunc ipse ex probata scientia sibi eliget virum gravem et magnis rebus aptum, ac omnibus quæsitis respondere paratum, qualem Philadelphus Aristeum intimum cubicularium in re hac delegit, ac nobilissimæ bibliothecæ præposuit, quem ad Eleazarum maximis cum muneribus pro traducenda Scriptura sacra legatum misit : hic idem historiam Septuaginta Interpretum plene scripsit. Si igitur ex credentibus in Christum ad hoc ipsum officium advocari contingat, non spernat et ipse litteras sæculares et gentilium ingenia, quæ principem oblectant. Laudandi sunt poetæ in magnitudine ingenii, in inventorum acumine, in expressionis proprietate et eloquentia summa; laudandi oratores, laudandi philosophi in genere suo; laudandi historici qui gestarum rerum seriem, majorum mores et instituta nobis explicant, qui vivendi normam ex antiquorum gestis ostendunt. Interdum et divinas Scripturas laudari conabitur, quas mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in linguam nostram traduci curavit (19); laudabitur et interim Evangelium, Apostolusque pro divinis oraculis; insurgere poterit Christi mentio; explicabitur paulatim ejus sola divinitas; omnia hæc cum Christi adjutorio provenire possent.

Sciat ergo ille libros omnes quos princeps habuerit; sæpe illos revolvat et suo ordine per indicem pulchre disponat : si vero novos vel veteres transcribi curabit, studeat emendatissimos habere librarios : quod si fieri non potest, viros doctos ad emendandum disponat, illisque pro laboribus juste satisfaciat; veteres item codices pro indigentia resarciri procuret, ornetque non tantum ad superstitiosos sumptus, quantum ad utile ornamentum; itaque scribi in purpureis membranis et litteris aureis totos codices, nisi specialiter princeps demandaverit, non affectet; omnia tamen Cæsari grata, maxima cum obedientia prosequetur. Suggeret pro posse et omni cum modestia principi, ut eos legat, vel legi audiat libros, qui et statui et honori illius, ac utilitati magis quam tantummodo voluptati conveniant : noscat ipse prius optime illos; sæpius deinde coram principe laudet, ac eorum qui approbant testimonium et auctoritates commode explicet, ne suo sensui tantum videatur inniti.

VIII. Qui vero corpus principis curare habent, sint in omnibus quam promptissimi, hilari semper, ut diximus, vultu, faceti nonnunquam, sed summa semper cum modestia, quam in vobis omnibus præ cæteris rebus laudet, illamque ex ipsa religione Christi provenire cognoscat. Sitis et vos omnes etiam corpore et indumentis mundi et nitidi, nulla tamen superfluitate aut affectatione notandi, ne Christiana modestia deturpetur. Omnia suis temporibus sint parata, et suo ordine quam optime digesta. Sit ordo inter vos et diligentia, ne confusio in opere, aut rerum amissio aliquo pacto proveniat : disponantur ornenturque opportuna loca pro captu et dignitate locorum.

Sint insuper et servi vestri honestissimi, sint compositi et modesti, et vobis quam convenientissimi; quos in vera doctrina omni cum patientia et charitate Christi instruite et docete; quod si instructiones vestras negligant et parvipendant, a vobis abjicite, ne illorum nequitia aliquo pacto in vos redundet. Nam diffamatos dominos ex servorum malignitate quandoque vidimus, et sæpe audivimus.

Si ad Augustam accesserit princeps, vel ipsa ad illum, sitis tunc vos quoque et oculis et gestu et verbis omnibus quam compositissimi; videat illa vestram continentiam et modestiam; videant illius comites et pedissequæ, videant et admirentur, atque inde Jesum Christum Dominum nostrum in vobis ipsis collaudent. *Loquela vestra* semper sit parca et modesta, atque religione velut *sale condita* [7]. Nulla prorsus inter vos sit invidia, aut contentio, quæ in omnem confusionem et divisionem vos deduceret, et sic quoque in odium Christi et principis atque summam abominationem perduceret, nec lapis structuræ vestræ supra lapidem stare posset.

IX. Et tu, Luciane charissime, cum sis sapiens [8], libenter supporta insipientes; et ipsi sapientes fiant.

Nulli unquam molestiam inferte, nullum ad iram concitate. Si vobis injuria irrogatur, in Jesum Christum respicite; et quemadmodum optatis ut vobis ipse remittat, sic et vos illis dimittite [9] : et tunc quoque, omnem invidiam supplantabitis; et caput antiqui serpentis conteretis [10], qui vestris bonis operibus et successibus omni cum astutia insidiatur. Non prætereat dies quin opportuno tempore dato aliquid sacrarum lectionum legatis, aliquid contemplemini, nec sacræ Scripturæ litteraturam prorsus abjiciatis; nihil adeo animam pascit et mentem impinguat, sicut sacræ faciunt lectiones : sed ex illis hunc maxime capite fructum, ut patientia vestra juste et pie, hoc est in charitate Christi, vestra officia exsequamini, et transitoria omnia ob ejus promissiones æternas contemnatis, quæ sane sensum omnem et intellectum humanum exsuperant [11], et vos ipsos in felicitatem perpetuam conducent. Vale feliciter in Christo, mi domine Luciane.

[7] Coloss. IV, 6. [8] II Cor. XI, 19. [9] Marc. XI, 25. [10] Rom. XVI, 20. [11] Philipp. IV, 7.

(19) Notandus hic locus, ubi auctor laudat *divinas Scripturas*... quas... *Ptolemæus Philadelphus* IN LINGUAM NOSTRAM *traduci curavit*. Hinc jure arguit Acherius, hanc epistolam ab homine Græco fuisse perscriptam.

Digitized by Google

ADDENDA

MONITUM

Ad sequentia Dionysii Alexandrini in sacram Scripturam Commentariorum fragmenta.

(*Gallandii Biblioth. vet. Patr.*, Append. ad tom. XIV, quæ, eo jam demortuo, complementi causa ab erudito Anonymo ex mss. addita est.)

Quidquid passim ab aliis editum fuerat de Operibus Dionysii Alexandrini, collegit jam Gallandius in sua Bibliotheca (*supra col.* 1233), *cujus etiam erudita prolegomena consuli poterunt. Reperi præterea tria illius fragmenta a Bonjoannio descripta. Primum complectitur scholia Commentariorum ejus ad initium Ecclesiastæ, videlicet a capite* I, *vers.* 1, *ad caput* III, *vers.* 11. *Revera Dionysium nostrum in principium Ecclesiastæ fuisse commentatum, liquet ex Eusebio* (1), *ubi ait de Dionysii epistolis loquens : Βασιλείδῃ τῶν κατὰ Πεντάπολιν παροικιῶν ἐπισκόπῳ γραφων, φησὶν ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν διήγησιν πεποιῆσθαι τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ. « Ad Basilidem Pentapolitanarum Ecclesiarum episcopum scribens, ait se elucubrasse enarrationem in principium Ecclesiastæ. » Quo quidem in loco nonnulli legunt Ἐκκλησιαστικοῦ : sed Ἐκκλησιαστοῦ legendum esse præter fidem scholiorum nostrorum, et veterem Christophorsoni interpretationem testimonio est etiam Procopius Gazæus, qui ad Genes. cap.* III, *pag.* 76, *allegat hujusmodi scholia Dionysii nostri in Ecclesiasten.*

Alterum Dionysii fragmentum, est illius expositio in caput Lucæ XXII, *vers.* 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48. *Equidem non aliunde, quod sciam, constat, Dionysium nostrum in Lucam scholia scripsisse. Fieri tamen vel istud potuit, cum jam aliquammulta scriptorum ejus intercidisse constet : vel etiam ex aliis ejus operibus auctor Catenæ codicis nostri potuit lacinias illas decerpsisse, et illis versiculis subjunxisse. Certe in Catena a D. Thoma collecta Dionysius locum suum passim obtinet. Quamobrem nihil est cur fragmentum illud nostro scriptori abjudicemus.*

Equidem in eis Christum nequaquam sanguine sudasse sibi velle videtur, sensumque evangelistæ fuisse proverbiali locutione innuere, « Quod non tenuibus quibusdam guttulis, quasique ad indicium modo apparentibus, Dominicum corpus perstillaverit; sed quod vere uberiorum guttarum instar totum sudoribus perfunderetur. » Proinde ab eo dictum fuisse ὡς οἱ θρόμβοι, « ut grummi sanguinis. » Alioquin non fuisse dicturum ad instar horum fuisse sudores Christi. Quidquid porro sit de hujus interpretationis veritate, quæ fundamento innititur satis infirmo; inde tamen loci ipsius γνησιότης liquido confirmatur, nec adversum veras Christi passiones quidquam Marcio, Valentinus aliique veterum hæreticorum filii extundere possunt, cum præsertim statim subjiciat Dionysius : « Ostendebatur etiam per sudorum crassitiem, quia naturaliter, et reipsa, non vero specie tenus et phantastice homo erat Salvator, et naturalibus hominum, inculpatis tamen, serviebat passionibus. » Sunt et alia quædam in his fragmentis ad confirmanda dogmata Christiana opportunissima, cujusmodi est illud quod in tertio fragmento occurrit de Filii ὁμοουσιότητι. Quod quidem etiam Gallandius edendum curavit (2) : *sed nos propter nonnullas discrepantes lectiones, et novi Codicis novam auctoritatem subjungendum antecedentibus censuimus.*

(1) *H. E.* lib. VII, cap. 26.

(2) Tom. III, p. 497.

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ

ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΟΥ

—

DIONYSII ALEXANDRINI

COMMENTARIUM

IN PRINCIPIUM ECCLESIASTÆ

—

(3) ΚΕΦ. Α'.

Στιχ. α'. *Υἱοῦ Δαβὶδ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐν Ἰερουσαλήμ.*

Οὕτω καὶ Ματθαῖος *υἱὸν Δαβὶδ* ὀνομάζει τὸν Κύριον.

Στιχ. γ'. *Τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ, ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον;*

Τίς γὰρ ἐκ τῆς τῶν γηΐνων ἐργασίας πλουτήσας, δίπηχυς ὑπάρχων, τρίπηχυς ἐγένετο; ἢ τυφλὸς ὢν, ἀνέβλεψεν; Οὐκοῦν ὑπὲρ τὸν ἥλιον τοὺς πόνους πεμπτέον. Ἐκεῖ γὰρ οἱ μόχθοι τῶν ἀρετῶν διαβαίνουσι.

Στιχ. δ'. *Γενεὰ πορεύεται, καὶ γενεὰ ἔρχεται. Ἡ δὲ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκε.*

Ἀλλ' οὐκ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Στιχ. ις'. *Ἐλάλησα ἐγὼ ἐν καρδίᾳ μου τοῦ* B *λέγειν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμεγαλύνθην, καὶ προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν οἱ ἐγένοντο ἔμπροσθέν μου ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ἡ καρδία μου εἶδε πολλὴν σοφίαν καὶ γνῶσιν.*

Στιχ. ιζ'. *Παραβολὰς καὶ ἐπιστήμην ἔγνων· ὅτι καί γε τοῦτο προαίρεσις πνεύματος.*

Στιχ. ιη'. *Ὅτι ἐν πλήθει σοφίας πλῆθος γνώσεως, καὶ ὁ προστιθεὶς γνῶσιν προστίθησιν ἄλγημα.*

Ἐφυσιώθην μάτην καὶ προσέθηκα σοφίαν, οὐχ ἣν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ περὶ ἧς φησιν ὁ Παῦλος· *Ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι.* Σολομὼν γὰρ καὶ ταύτην ἐπεπαιδεύετο (3') ὑπὲρ τὴν φρόνησιν ὑπὲρ πάντων τῶν ἀρχαίων· δείκνυσιν οὖν ταύτης τὸ μάταιον, ὡς δηλοῖ καὶ τὰ ἑξῆς. *Καὶ ἡ* C *καρδία μου εἶπε* (4) *τὰ πολλά· σοφίαν καὶ γνῶσιν, παραβολὰς καὶ ἐπιστήμας ἔγνων.* Σοφίαν δὲ καὶ γνῶσιν, οὐ τὴν ἀληθῆ, ἀλλ' ἣ τις κατὰ Παῦλον

CAP. I.

A

Vers. 1. *Filii David regis Israel in Jerusalem.*

Sic et Matthæus *filium David* [1] nominat Dominum.

V. 3. *Quæ exuberantia homini in omni afflictione sua, qua affligitur sub sole?*

Quis enim ex rerum terrenarum labore ditescens, si bicubitali statura erat, tricubitalis evasit? Vel si cæcus, lumina recuperavit? Itaque ultra solem labores dirigendi sunt. Eo enim molestiæ virtutum pertranseunt.

V. 4. *Generatio vadit, et generatio venit. Terra autem in sæculum stetit.*

Sed non in sæcula.

V. 16. *Locutus sum ego in corde meo ut dicerem : Ecce ego magnificatus sum, et adjeci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem ; et cor meum vidit multam sapientiam et notitiam.*

V. 17. *Parabolas et scientiam novi : quia atqui* (5) *hoc voluntas spiritus.*

V. 18. *Quia in multitudine sapientiæ, multitudo cognitionis ; et qui adjicit cognitionem, adjicit dolorem.*

Inflatus sum frustra et adjeci sapientiam ; non quam dedit Deus, at de qua dicit Paulus : *Sapientia mundi hujus stultitia apud Deum est* [2]. Salomon namque et hanc callebat plus quam prudentiam præ omnibus antiquis. Ostendit igitur quam sit frustranea, ut et quæ sequuntur manifestum faciunt. *Et cor meum,* inquit, *vidit multa. Sapientiam et cognitionem, parabolas et scientias novi.* Sapientiam videlicet et cognitionem, non veram, sed quæ, secun-

[1] Matth. I, 1. [2] I Cor. III, 19.

(3) Ex Cod. Venet. XXII.
(3') Lege ἐπεπαίδευτο. EDIT. PATROL.
(4) Vel legendum εἶδε, vel εἶπεν, εἶδε.
(5) *Etiam, atque.*

Digitized by Google

dum Paulum, inflat. *Dixit* porro, sicut scriptum est, *etiam tria millia parabolas* [3], sed non spirituales, verum quales communi politiæ hominum congruunt : puta de animalibus vel medicamentis. Quare etiam urbane subjunxit : *Novi, quia atqui hoc est voluntas spiritus.* Multitudo autem cognitionis, non quæ sit sancti Spiritus, sed quod princeps operatur hujus mundi, mittitque supplantare animas, sollicitus valde de dimensionibus cœli, situ terræ, finibus maris. At *qui* harum rerum *adjicit cognitionem, adjicit dolorem.* Scrutantur enim et quæ sunt his altiora : quæ nempe necessitas sit ut ignis sursum feratur, aqua deorsum. Ac ubi didicerint, id contingere quia ille quidem levis est, hæc gravis; adjiciunt dolorem, quærentes cur non potius contra factum sit.

A φυσιοῖ. Εἶπε δὲ, καθὰ γέγραπται, *καὶ τρισχιλίας παραβολὰς*, ἀλλ' οὐ τὰς ἐν πνεύματι· ἀλλ' οἵαι τῇ κοινῇ πολιτείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττουσιν· οἷον περὶ ζώων ἢ φαρμάκων. Διὸ καὶ ἀποσκώπτων ἐπήγαγεν. *Ἔγνων, ὅτι καὶ γε τοῦτό ἐστι προαίρεσις πνεύματος.* Πλῆθος δὲ γνώσεως, οὐ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' ὅπερ ὁ ἄρχων ἐνεργεῖ τούτου τοῦ κόσμου, καὶ ἐπιπέμπει σκελίζεσθαι τὰς ψυχὰς, πολυπραγμονῶν οὐρανοῦ μέτρα, γῆς θέσιν, θαλάσσης πέρατα. Ἀλλ' *ὁ προστιθεὶς τούτων γνῶσιν, προστίθησιν ἄλγημα.* Ἐρευνῶσι γὰρ τὰ τούτων βαθύτερα, τίς ἡ χρεία τοῦ τὸ πῦρ ἄνω χωρεῖν, τὸ δὲ ὕδωρ κάτω; καὶ μαθόντες, ὅτι τὸ μὲν ὡς κοῦφον, τὸ δὲ ὡς βαρὺ, προστιθέασιν ἄλγημα, καὶ διατί μὴ ἀνάπαλιν;

B

CAP. II.

ΚΕΦ. Β'.

V. 1. *Dixi ego in corde meo : Adesdum, tenta ceu in oblectatione, et vide in bono. Atqui hoc vanitas.*

Στιχ. α'. *Εἶπον ἐγὼ ἐν καρδίᾳ μου· Δεῦρο, πείρασαί ὡς ἐν εὐφροσύνῃ, καὶ ἴδε ἐν ἀγαθῷ. Καὶ γε τοῦτο ματαιότης.*

Tentaminis quippe gratia, et per accidens a venerabiliori et duriori vita venit in voluptatem. *Oblectationem* vocat, quam sic appellant homines. *In bono*, quæ item bona nominant : quæ haud quantum satis vivificant possessorem, quæ stultum efficiunt agentem.

Πείρας γὰρ ἕνεκα, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἀπὸ τοῦ σεμνοτέρου καὶ κατεσκληκότος βίου ἦλθεν εἰς τὴν ἡδονήν. *Εὐφροσύνην* δέ φησιν, ἣν ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι. *Ἐν ἀγαθῷ* δὲ, ἃ καλοῦσιν ἀγαθὰ, ἅπερ οὐχ ἱκανὰ ζωοποιεῖν τὸν κτησάμενον (6), ἃ ματαιοῖ τὸν πράττοντα.

V. 2. *Risui dixi hallucinationem : et lætitiæ, Quid istud facis?*

Στιχ. β' *Τῷ γέλωτι εἶπον περιφορὰν, καὶ τῇ εὐφροσύνῃ, Τί τοῦτο ποιεῖς;*

Duplicem risus habet hallucinationem : tum quia hallucinatio generat risus, et defleri non sinit peccata; tum quia vir hujusmodi hallucinatur, tempora et loca et personas mutans. Evitat enim lugentes. *Et lætitiæ, Quid istud facis?* Quid pergis ad eos quibus fas non est lætari? ad temulentos, et avaros, et rapaces? Ut quid autem *tanquam vinum* [4]? Quia vinum cor exhilarat : mites enim efficit homines. Exhilarat illud etiam caro, quæ concinne et apte movetur.

Διπλῆν ὁ γέλως ἔχει περιφορὰν· ὅτι τε περιφορὰ γεννᾷ γέλωτας, καὶ πενθεῖν οὐ συγχωρεῖ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ὅτι οὗτος περιφέρεται, καιροὺς καὶ τόπους ἐναλλάττων καὶ πρόσωπα. Φεύγει γὰρ τοὺς πενθοῦντας. *Καὶ τῇ εὐφροσύνῃ, Τί τοῦτο ποιεῖς;* Τί πορεύῃ πρὸς οὓς οὐ θέμις εὐφραίνεσθαι; πρὸς τοὺς μεθύσους καὶ πλεονέκτας καὶ ἅρπαγας; Διὰ τί δὲ ὡς *οἶνον;* Ἐπειδὴ τὴν καρδίαν οἶνος εὐφραίνει. πραῢθύμους γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐργάζεται· εὐφραίνει δὲ αὐτὴν καὶ ἡ σὰρξ, εὔτακτα κινουμένη καὶ μέτρια.

V. 3. *Et cor meum dux viæ fuit in sapientia, et vincendi in lætitia : donec videam quale bonum filiis hominum, quod facient sub sole, numerum dierum vitæ eorum.*

Στιχ. γ'. *Καὶ ἡ καρδία μου ὡδήγησεν ἐν σοφίᾳ, καὶ τοῦ κρατῆσαι ἐπὶ εὐφροσύνῃ, ἕως οὗ εἰδῶ ποῖον τὸ ἀγαθὸν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὃ ποιήσουσιν ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἀριθμὸν ἡμερῶν ζωῆς αὐτῶν.*

Deductus, inquit, per sapientiam superavi voluptates in lætitia. Scopus vero mihi cognitionis fuit, ut nulli rei vanæ vita vacaret; sed bonum invenirem, quo quis compos effectus, non aberrat ab utilis judicio. Quod sufficiens est temporarium, coextenditur autem toti vitæ.

Ὑδηγηθεὶς, φησὶν, διὰ σοφίας κατεκράτησα τῶν ἡδονῶν ἐπὶ εὐφροσύνῃ· σκοπὸς δέ μοι τῆς γνώσεως τὸ ἐπὶ μηδενὶ ματαίῳ τὴν ζωὴν ἀσχολῆσαι, εὑρεῖν δὲ τὸ ἀγαθόν· οὗ τις τυχὼν, οὐχ ἁμαρτάνει τῆς τοῦ συμφέροντος κρίσεως. Ὃ διαρκές ἐστι καὶ πρόσκαιρον, τῇ δὲ ἁπάσῃ ζωῇ παρατείνεται.

V. 4. *Ampliavi opus meum, ædificavi mihi domos, plantavi mihi vineas.*

Στιχ. δ'. *Ἐμεγάλυνα ποίημά μου· ᾠκοδόμησά μοι οἴκους· ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνας.*

V. 5. *Feci mihi hortos et viridaria.*

Στιχ. ε'. *Ἐποίησά μοι κήπους καὶ παραδείσους.*

V. 6. *Feci mihi natatoria aquarum, ut efficerem ex illis saltum germinantem ligna.*

Στιχ. ς'. *Ἐποίησά μοι κολυμβήθρας ὑδάτων, τοῦ ποιῆσαι ἀπ' αὐτῶν δρυμὸν βλαστῶντα ξύλα.*

V. 7. *Possedi servos et ancillas, et vernæ fuerunt*

Στιχ. ζ'. *Ἐκτησάμην δούλους καὶ παιδίσκας,*

[3] III Reg. iv, 32. [4] Eccle. II, 2, in O'.

(6) Ms. κτισάμενον.

Digitized by Google

καὶ οἰκογενεῖς ἐγένοντό μοι. Καίγε κτῆσις βουκολίου καὶ ποιμνίου ἐγένετό μοι πολλὴ, ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθέν μου ἐν Ἰερουσαλήμ.

A *mihi. Atqui possessio armenti et gregis fuit mihi multa, præ omnibus qui fuerunt ante me in Jerusalem.*

Στιχ. η'. Συνήγαγόν μοι καὶ γε ἀργύριον, καὶ γε χρυσίον, καὶ περιουσιασμοὺς τῶν βασιλέων καὶ τῶν χωρῶν. Ἐποίησά μοι ᾄδοντας καὶ ᾀδούσας, καὶ τρυφήματα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, οἰνοχόας καὶ οἰνοχόον.

V. 8. *Collegi mihi atque argentum, atque aurum, et substantias regum et regionum. Feci mihi cantores et cantatrices, et oblectamenta filii hominis, pocula et pocillatorem*

Στιχ. θ'. Καὶ ἐμεγαλύνθην, καὶ προσέθηκα παρὰ πάντας οἱ ἐγένοντο ἔμπροσθέν μου ἐν Ἰερουσαλήμ. Καί γε σοφία ἐστάθη μοι.

V. 9. *Et magnificatus sum, et adjeci præ omnibus qui fuerunt ante me in Jerusalem. Atqui sapientia stetit mihi.*

Στιχ. ι'. Καὶ πᾶν ὃ ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐκ ἀφεῖλον ἀπ' αὐτῶν. Οὐκ ἀπεκώλυσα τὴν καρδίαν μου ἀπὸ πάσης εὐφροσύνης.

V. 10. *Et omne quod postulaverunt oculi mei, non abstuli ab eis. Non prohibui cor meum ab omni lætitia.*

Θεωρεῖς, ὅπως πλῆθος οἴκων καὶ ἀγρῶν, καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν φησιν, ἀριθμήσας, εἶτα μηδὲν ἐν τούτοις ἐπικερδὲς εὑρών· οὐδὲ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐξ αὐτῶν βελτίων ἐγένετο, οὐδὲ διὰ τοῦτο τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν ἐκτήσατο· ἀναγκαίως ἐπὶ τὸν ἀληθῆ πλοῦτον, καὶ τὴν βεβαίαν ὕπαρξιν τὸν λόγον μετατίθησιν. Δεῖξαι τοίνυν βουληθεὶς ποῖα τῶν κτημάτων ἵσταται τῷ κτησαμένῳ, μένει τε αὐτῷ διηνεκῶς καὶ σώζεται, ἐπήγαγε· *Καί γε σοφία ἐστάθη μοι.* Μόνη γὰρ αὕτη μένει, τὰ δ' ἄλλα φεύγει καὶ ἀφίσταται, ὅσα φθάσας ἠρίθμησε. *Σοφία* τοίνυν *ἐστάθη μοι*, κἀγὼ δι' αὐτὴν ἐστάθην. Ἐκεῖνά τε γὰρ πίπτει, καὶ πεσεῖν ποιεῖ τοὺς αὐτοῖς ἐπιτρέχοντας. Ἀλλὰ γὰρ σύγκρισιν θεῖναι τῆς σοφίας, καὶ τὴν (7) ἀνθρώπων ἀγαθῶν νομιζομένων βουλόμενος, ταῦτα ἐπήγαγε· *Καὶ πᾶν ὃ ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐκ ἀφεῖλον ἀπ' αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ μόνον τούτους κακίζων τοὺς μόχθους, οὓς οἱ ἐν εὐφροσύνῃ τρυφῶντες πάσχουσι μοχθοῦντες, ἀλλὰ καὶ οὓς πρὸς ἀνάγκην καὶ βίαν οἱ ἄνθρωποι μοχθοῦντες ὑπομένουσι, τροφῆς ἕνεκεν τῆς ἐφημέρου, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου τὰς τέχνας ἐργαζόμενοι. Ὁ μὲν γὰρ μόχθος πολὺς, φησὶν, ἡ δὲ τέχνη ἡ ἐκ τοῦ μόχθου πρόσκαιρος, οὐδὲν προτιθεῖσα (8) τῶν τερπομένων χρήσιμον. Διόπερ τὸ κέρδος οὐδέν. Ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστι περισσεία, οὐδὲ κέρδος. Εἰκότως τοίνυν ματαιότης τὰ σπουδασθέντα, καὶ *προαίρεσις πνεύματος*. Πνεῦμα δὲ, τὴν ψυχὴν ὀνομάζει. Ἡ γὰρ προαίρεσις, ἔστι ποιὸν, οὐ κίνησις. Καὶ ὁ Δαβίδ· *Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καί γε* ἀληθῶς *σοφία ἐστάθη μοι*, ὅτι με γνῶναι καὶ συνιέναι πεποίηκε τοῦ λέγειν πᾶν ὅ τι οὐκ ἔστι περισσεία ὑπὸ τὸν ἥλιον. Εἰ τοίνυν ἀγαθοῦ κέρδους ἐπιθυμοῦμεν, εἰ περισσείαν θέλομεν, εἰ ἄφθαρτοι ζητοῦμεν εἶναι, μοχθήσωμεν μόχθους τοὺς ὑπὲρ τὸν ἥλιον τρέχοντας. Ἐν τούτοις γὰρ οὐκ ἔστι ματαιότης, οὐδὲ προαίρεσις τοῦ εἰκαίου. καὶ μάτην ὧδε κἀκεῖ περισπωμένου πνεύματος.

B Vides quomodo multitudinem domorum et agrorum, ac reliquorum quæ commemorat, enumeret. Deinde nihil in his utile reperiens; nec enim quoad animam ex his melior evaserat, neque per hoc familiaritatem cum Deo acquisierat; necessario ad veras divitias, et stabilem essentiam sermonem transfert. Cum igitur vellet ostendere quænam possessiones possessori permaneant, perseverent apud eum jugiter, ac serventur, subjunxit: *Atqui sapientia stetit mihi.* Sola enim hæc manet: cætera diffugiunt et abscedunt, quæcunque antea enumeravit. *Sapientia* itaque *stetit mihi*, et ego per illam steti. Illa namque excidunt, et præcipitant quotquot ad illa recurrunt. At enim volens comparationem instituere sapientiæ, et bonorum humanorum quæ C talia reputantur, hæc subtexuit: *Et omne quod postulaverunt oculi mei, non abstuli ab eis*, et cætera, non modo malos ostendens hujusmodi labores, quos qui in lætitia laborant, sustinent; verum etiam quoscunque vi ac necessitate laborantes homines tolerant, quotidiani victus causa, in sudore vultus artes exercendo. Labor enim multus est, inquit, ars autem quæ ex labore est, temporaria, nihil afferens utile eorum quæ delectant. Quamobrem etiam emolumentum nullum est. Ubi enim non est exuberantia, neque emolumentum. Merito igitur vanitas sunt res circa quas tanta est sollicitudo, *et voluntas spiritus*. Spiritum hic animam nominat. Voluntas enim, est qualitas, non motus. Et David D ait: *In manus tuas commendo spiritum meum*[a]. *Atqui* vere *sapientia stetit mihi*, quia effecit ut ego cognoscerem ac intelligerem, quo dicerem omne quod non est exuberantia sub sole. Si ergo bonum emolumentum desideramus, si exuberantiam volumus, si incorruptibiles quærimus esse; laboremus labores qui ultra solem currunt. In his enim non est vanitas, neque voluntas rei supervacuæ, et spiritus frustra ultro citroque abrepti.

Στιχ. ιβ'. Καὶ ἔβλεψα ἐγὼ τοῦ ἰδεῖν σοφίαν καὶ περιφορὰν καὶ ἀφροσύνην· ὅτι τίς ἄνθρωπος, ὃς ἐλεύσεται ὀπίσω τῆς βουλῆς σύμπαντα ὅσα ἐποίησεν αὐτή;

V. 12. *Et aspexi ego ut viderem sapientiam, et hallucinationem, et imprudentiam. Nam quis homo, qui ibit pone consilium omnia quæcunque fecit hæc?*

[a] Psal. xxxix, 6.

(7) Τῶν.

(8) Forte προστιθεῖσα.

Digitized by Google

Sapientiam dicit, quæ est ex Deo, quæ et illi stetit. Hallucinationem et imprudentiam, humanos labores, et frustraneam stultamque in illis oblectationem. Hæc cognoscens, et quod sit medium eorum, veramque sapientiam beatam deprædicans, subjunxit : *Nam quis homo qui ibit pone consilium?* Hoc enim consilium nos veram sapientiam docet, hallucinationisque et imprudentiæ liberationem largitur.

V. 13. *Et vidi ego, quod exuberantia est sapientiæ super insipientiam, ut exuberantia lucis super tenebras.*

Non juxta comparationem hæc dicit. Quæ enim contraria sunt, seseque invicem conficiunt, comparari nequeunt : sed statuit, alterum eligendum esse, fugiendum alterum. Tale est et illud : *Dilexerunt homines tenebras magis quam lucem* [6]. Nam *magis* hoc loco electionem notat diligentis, non rerum comparationem.

I. Imperatore Claudio cum esset vicarius Ulpius Romulus, vehemens exarsit in Christianos persecutio. Nam Censorinus magister officiorum, occulte Christianus ac timens Deum, a præsentia quidem conspectuque imperatoris Claudii non recedebat; si quos tamen vidisset e Christianis ad mortem vel carcerem duci, clam eos confirmabat, et quoad poterat alimenta his qui in custodia et vinculis erant suppeditabat : quin etiam catechumenis præsto erat ministerio verbi. Quo agnito Claudius Cæsar iratus ipsum apprehendi, et sibi coram sisti jubet : præsentem vero his prope verbis allocutus est : Tu es vir ille deorum cultor, nostræque majestatis præco perpetuus? Equidem nostra clementia neminem unquam administrum rejecit : imo vero ad eorum famulatum nos omnino rempublicam dirigentes, feliciter gubernamus. Tum Censorinus respondit : Ego testimonium dicam de Domino meo Jesu Christo; quoniam ipse est verus Deus, qui crucifixus, et sepultus fuit, et resurrexit tertia die, advigilantibus qui eum cruci suffixerant. Is posteaquam resurrexit, suis apparuit sanctis discipulis, iisque videntibus ascendit ad cœlos. Hic nostris temporibus dignatus est advenire a Patre suo, et nasci e ventre Virginis : ac ipse quidem descendit in terram hominum amore, cœlos non derelinquens. Ad hæc iratus Claudius dixit : Insanis, Censorine : et confestim abduci jussit per milites ad Ostiensem civitatem, ibique in custodia detineri. Eo cum esset abductus, haud procul ab urbe Roma, sed passibus ferme XV millibus, carcere et vinculis constrictus laudes Deo submittebat die noctuque.

II. In eodem loco prope ipsam Ostiensem civitatem, princeps quædam hera diversabatur, imperatorio genere, nomine Chryse, quæ plures perpessa persecutiones, et condemnata, cum piis viris et virginibus in suo prædio sibi ipsi vacabat. Hæc S. Censorino e domo sua quotidie victum largiebatur : ipsiusque vincula propriis manibus abluens, oculos et faciem tergebat. Erant in eodem loco Maximus presbyter sanctissimus, et Archelaus diaconus, qui singulis diebus Deo sacrificia offerebant cum hymnis et laudibus. Ac beatissimus quidem presbyter Maximus in Domini nostri Jesu Christi nomine admiranda eousque operabatur, ut aliquando conveniens Censorinum, subito illius vincula e manibus pedibusque dissolverentur. Tunc aperiens os suum beatissimus presbyter, conversus ad ipsum et custodes, ait : Fratres, relinquite dæmones et voluptates temporaneas, atque agnoscite Dominum nostrum Jesum Christum, perpetuum regem, qui erat ante sæcula, qui etiam veniet judicaturus vivos et mortuos, et sæculum istud per ignem. Quoniam pertransit nostrum ævum, et cœlum ac terra transibunt : Dominus autem noster Jesus Christus est semper, atque idem erit. Custodes vero dixerunt beato Maximo presbytero : Et quid faciemus pro isto, quem tu deprædicas, quem novimus per ea quæ a te dicta sunt, ac per signa ipsa in ejus nomine patrata, quando ipsius potentia, tuisque precibus vincula disrumpuntur? Beatus presbyter Maximus respondit : Baptizetur unusquisque vestrum, et credat in Christum Filium Dei : sed et vana idola derelinquat et pœniteat; eo quod ignorantes blasphemastis nomen ipsius, prætereaque sanctos afflixistis. Tunc una mente omnes, nempe Felix, Maximus, Faustinus, Herculianus, Numerius, Storacinus, Menas, Commodius, Hermes, Maurus, Eusebius, Rusticius, Monacrius, Amandinus, Olympius, Cyprius, cum Theodoro tribuno, ad pedes beatissimi presbyteri Maximi simul se abjecerunt, postulantes, uti sancto baptismate dignos censeret. Ille ad hæc, pro consueto ritu cum universos perfocisset, vestibus a beata Chryse adornatis, eademque cibaria ad victum subministrante; baptizavit omnes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : illuminati denique secum retulerunt gratiam omnipotentis Dei. Adveniens autem noctu beatissimus Cyriacus episcopus, ipsos perungens Christi chrismate signavit, erudiensque in doctrina fidei, postquam abluit, consignavit signo crucis.

III. Interea sutoris cujusdam, qui eodem in loco morabatur, filius defunctus est, ac transeuntibus beatis Cyriaco et Maximo cum beata Chryse, ipsisque etiam sanctis Christi militibus, lamentabatur sutor mortem filii sui. Tunc beatissimus Maximus presbyter sutori dixit : Crede in Dominum nostrum Jesum Christum in conspectu omnium nostrum, ac tu vives, et filium tuum recipies. Ille vero cum lacrymis : In quem credam? ait : in eum scilicet, cui ab adolescentia mea nunc usque maledixi? Maximus presbyter dixit : Pœnitendum tibi est eorum quæ fecisti, quandoquidem pœnitentium est Deus noster, non reddens secundum peccata nostra, sed faciens secundum magnam misericordiam suam. At sutor dixit : Ergo baptizate me in nomine ipsius, ut credam. Tunc baptizatus est in nomine sanctæ Trinitatis, factusque Christianus, posteaquam suscepit signum Christi, gaudens et

Digitized by Google

conspexit Maximus presbyter, non sine lacrymis dixit : Domine Jesu Christe, qui dignatus es formam servi accipere, ut a servitute diaboli nos liberares, respice in opus manuum tuarum, ut cognoscat te effectorem et procreatorem suum. Tunc beatissimus Cyriacus episcopus dixit : Domine, in tuo nomine genua nostra figimus : cumque diu orassent, ait iterum B. Cyriacus : Domine Jesu Christe, qui propter miserationem immensam atque hominum salutem sub Pontio Pilato crucifixus es, qui Lazarum suscitasti, et unicum viduæ filium ad vitam revocasti, ostende etiam nunc mirabilia tua in isto famulo tuo, ut cognoscat te Deum vivum et verum in renovatione sua, quia procreator es omnium, et regnas in sæcula sæculorum. Cumque universi respondissent, *Amen*, revixit mortuus, atque hæc loqui cœpit : Ego vidi Dominum Jesum Christum reducentem me a tenebris ad lucem. Tum vero per catechesim edoctus, baptizatus est in nomine Patris, et Filii, et sancti Spiritus, signaculum Spiritus consecutus : quem etiam suscepit beata Chryse, nomen ipsi imponens, vocansque Faustinum, cum esset annorum prope duodecim. Haud multo post autem renuntiatum est imperatori Claudio, puerum exstinctum revixisse a mortuis, per orationem beatorum hominum. At Claudius : Hoc, inquit, nihil est aliud nisi ars magica ; jussoque accersiri vicario urbis Romæ, nomine Ulpio Romulo, huic præcepit : Sacrilegam Chrysem, dicens, quæ obscuravit genus imperatoriæ suæ nobilitatis, cumque magis artificibus continuo cupit esse ac diversari, variis tu pœnis adige, quousque obtemperans veneretur deos deasque. Ac si quidem paruerit, vivet : quin etiam inscriptio qua damnata est, rescindatur. Si qui vero fuerint cum ipsa deprehensi, variis plectentur cruciatibus.

INCIPIUNT ACTA.

I. Cum venisset Ulpius Romulus vicarius in civitatem Ostiensem, sanctos ad unum abduci in carcerem jussit. Mane autem surgens præcepit, ut sisteretur beata Chryse, quam his prope verbis excepit : O insania magicæ artis, quæ in te viget, ut perdas imperatorium decus, natalitiaque tua splendida obscures. Tum beata Chryse respondens : Ego potius, inquit, obscuravi dæmones, qui vobis illudunt, ac desertis inanibus idolis manufactis, cognovi unum Deum vivum, et verum, et unigenitum Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, qui veniet, ut judicet vivos et mortuos, ac patrem tuum diabolum una cum Claudio imperatore in tenebras amandabit. Ulpius Romulus vicarius dixit : Decepta est ista per magicam artem, ipsique ait : Derelinque tandem hujusmodi nugas, et consule generi tuo. At beata Chryse insufflavit in faciem illius, dicens : Miser, si nosses Deum effectorem cœli et terræ, non utique ore tuo blasphemiam protulisses. Tunc vero iratus vicarius, nervi distraherentur, alacriter illa et speciosissimo vultu loqui cœpit : Gratias tibi refero, Domine Jesu Christe, qui me ex inferis ad cœlestia sublimia dignatus es elevare. Ad quam vicarius dixit : Videamus an veniens Christus tuus te liberet. Respondit beata Chryse : Non ego quidem sum digna, sed ille qui ex caligine mundi hujus me liberare dignatus est, potest etiam te ac tuum Claudium perdere. Dum hæc loqueretur, subito rota confracta est, indeque illa asportata, constitit sana. Mandavit ergo Romulus ipsam fustibus cædi, sub voce præconis inclamantis : Sacrilega Chryse, quæ deos blasphemavit, et imperium rectoris nostræ libertatis Claudii contempsit, vapulet. Sancta autem virgo clamabat, dicens : Benedictus es, Domine Jesu Christe, quem ego propemodum intueor. Romulus vicarius dixit : Admovete lampades ardentes ad latera ejus. Ut autem admoverunt, hilaris clara voce atque ore pulcherrimo illa : Non te pudet, inquit, o infelix, in membra corporis intendere illius quæ te genuit, quam tibi coram statuisti? Ulpius Romulus, adversa tua fortuna, dixit, hujusmodi consequetur : quæ immortales deos nostros, quæ imperatoriam dignitatem deseruisti, quæ abuti magorum artibus exoptasti. At illa humi cum appareret semiassa, in carcerem retrudi jubetur.

II. Tum beatos viros produci mandavit, Maximum presbyterum, et Archelaum diaconum : quos ita est allocutus : Ecquid nomina majorum deorum per vos blasphemantur, et pervertitis homines ne ipsis credant? B. presbyter Maximus respondit : Nos quidem neminem pervertimus, at potius per gratiam Domini nostri Jesu Christi omnes liberamus ab errore idolorum. Iratus Romulus dixit : Isti certe digni sunt morte : præcepitque beatum diaconum Archelaum duci ad arcum ante theatrum, ibique capitis pœnam sustinere; cui cervix eodem in loco abscissa est. Beatum vero Maximum ad carcerem rejecit. Noctu autem B. presbyter Eusebius collegit corpus beati Archelai, et in agro sepelivit. Ad hæc, milites etiam qui opera B. Maximi in Christum crediderant, pari mortis genere consumpti sunt. Quod cum factum accepisset Romulus, præcepit statim ut sancti martyres Maximus presbyter et Cyriacus episcopus in carcere capite plexi, eorum corpora in mare projicerentur. Quæ cum invenisset beatus Eusebius presbyter, sedulo collegit, atque ad maris littus prope Ostiensem urbem in agro sepelivit, ipsaque in eadem vicinia in crypta deposuit a. d. VI Id. Augusti via Ostiensi. Taurinum vero et Herculianum in Portu Romano recondidit. Quarto postmodum die invenit corpora cæterorum sanctorum ad maris littus ejecta, et beatum Theodorum tribunum deposuit in testudine : simul autem reliquos omnes collegit, eosque juxta sancta corpora martyrum sociorum, Cyriaci et Maximi, deposuit.

III. Quinto autem die præcepit Romulus ut exhiberetur beata Chryse, quæ ut in conspectum præ-

Digitized by Google

sidis venit, alacris dixit : Miser, quare perdis dies tuos ? Agnosce tandem procreatorem tuum Christum, definitum Deum esse, nec adores lapides vel simulacra ex ære, auro, argentove conflata ; sed adora Dominum meum Jesum Christum crucifixum sub Pontio Pilato, qui resurrexit a mortuis triduo postquam fuerat sepultus, ascendit ad cœlos, unde iterum veniet ad judicandum vivos et mortuos, et sæculum istud per ignem. Cui Romulus respondit : Modo videbis Christum tuum, nisi sacrificaveris immortalibus diis. Sancta Chryse dixit : Bene tu, miserande, locutus es, ac vel sero veritatem aliquando ex ore tuo protulisti, dicens, me, nisi dæmoniis sacrificavero, visuram Christum meum. Tunc ira succensus Romulus eo quod illius verbis victus fuerat, lapidibus malas ejus contundi jussit. Sancta autem Chryse magna voce clamabat : Gloria tibi, Domine mi Jesu Christe, quia me dignam fecisti, ut servis et ancillis tuis annumerer. At Romulus ad ipsam : Agedum, consule prosapiæ tuæ, ac venerata deos nostros, ipsis sacrifica, tibique sume virum pro conditione tua. Quem libere alloquens, clamavit sancta virgo, dixitque contenta voce : Ego jam virum habeo procreatorem cœli ac terræ Jesum Christum Filium Dei vivi, quem tu nosse renuis ; at potius dæmones nosti, qui cor tuum ferina rabie repleverunt. Subito autem incensus Romulus præcepit apparitoribus ut plumbatis eam cæderent : quæ multum verberata, magis confirmabatur. Iterum vero jussit ingentem lapidem ejus collo suspendi, atque ita in mare præcipitari. Cujus quidem sacrum corpus ad littus devenit, ipsumque beatissimus Nonus, qui et Hippolytus cognominatus est, avexit, ac in proprio illius fundo, ubi et morabatur, sepelivit, extra muros Ostiensis urbis a. d. XIX Kal. Septembris.

IV. Tunc vicarius comprehendit Sabinianum quemdam, curatorem fundi illius, et exquirere ab eo cœpit rem familiarem beatæ Chryses, dicens : Sacrilega Chryse, quæ propter magicam suam artem elegit potius mortem quam vitam, divitias multas possidebat. Ipsius ergo thesauros et mundum muliebrem ad nos affer ; sacrifica etiam diis, et vive, obtemperans edictis imperatorum. Sabinianus dixit : Ego in omnibus animi demissionem didici a sancta virgine Chryse, quæ et me docuit confiteri unum Deum Dominum nostrum Jesum Christum, natum de Spiritu sancto, ex Maria Virgine : ideoque non aurum nobis, non argentum, neque margaritæ sunt. Romulus vero ad ipsum : Festina, inquit, et absconditos thesauros redde imperatoribus, diisque sacrifica. Sabinianus dixit : Non equidem sum dignus, ut pro meis peccatis aliquid perferam, nisi quantum Dominus ac Deus meus annuens largiri mihi dignatus fuerit ; quemadmodum confido : hinc nosce, me aurum cadu-

A

B

C

D

cum non habere, sed neque voluntatem habendi genu coram idolis. Hæc hisque similia cum dixisset B. Sabinianus, efferatus Romulus præcepit apparitoribus, ut ipsius cervicem plumbatis contunderent.

V. Id cum cognovisset beatissimus senex Hippolytus, adveniens coram Romulo stetit atque elata voce dixit : O miser, si nosses Christum Dei Filium, haud plane sanctorum ejus cervices hoc modo torqueres, ut subdantur inanibus vestris idolis ; at potius te ipsum subderes conditori ac effectori universorum, et servis ejus ; neque vanos lapides, mutos et inanimes coleres. His auditis, Romulus ira vehementer excanduit, jussitque pedibus manibusque ligatis præcipitem in altam foveam demergi. Beato autem Hippolyto dejecto, ut fors tulit, in lacunam portus, qui proprio vocabulo Portus dicitur, confestim vox audita est, unius ferme horæ spatio, veluti puerulorum gratias Deo referentium : dumque hæc dicerentur, ille spiritum Domino reddidit a. d. XI Kal. Septembris.

VI. Romulus vero dixit : Hæc insania esse dignoscitur magicæ artis. Cœpitque iracunde clamare ac dicere : Sabinianus iste per magicam illius artem captus est, argenti cupiditate, et pecuniarum illecebris ; hunc e vestigio divellam ab insano ejusmodi studio, nisi adoret ac sacrificet maximis nostris diis. Quæ aliaque ad hunc modum cum dixisset, ipsum fustibus cædi jussit, sub voce præconis inclamantis : Redde thesauros imperatoribus nostris, atque adora omnipotentes deos, per quos regitur universæ reipublicæ nostræ administratio. Beatus vero Sabinianus aperto ore aiebat : Gratias tibi ago, Domine mi Jesu Christe, qui dignatus es me inter servos tuos numerare. Ut autem diu vapulavit, firmo erat atque alacri vultu ; adeo quidem ut ardens iracundia Romulus præceperit, ipsum in equuleo suspendi. Interea dum corporis nervi distrahuntur, præconis voce adhuc personante, ipse nihil aliud efferebat, nisi : Gratias ago Domino meo Jesu Christo. Vicarius autem astantibus dixit : Hic insanit atque securus est magicarum consultationum ; jussitque facibus ipsum aduri. Dum vero faces beati Sabiniani lateribus admoverentur, Romulus exclamare cœpit ac dicere : Infelix, consule tibi, et redde thesauros, quos novimus esse apud te absconditos. At beatus Sabinianus, martyr Christi, gratias Domino agebat, dicens : Domine Deus mi, suscipe a me spiritum meum : hisque dictis, emisit in pace spiritum : corpus vero ille præcepit in puteum ut projiceretur. Per idem tempus veniens quidam presbyter, Cordius nomine, corpus noctu extraxit e puteo, illudque composuit juxta beatam Chrysem a. d. V Kal. Septembris, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. ZEPHIRINUS PONTIFEX ROMANUS.

Notitia ex Libro Pontificali Damasi papæ. 9

Notitia altera. 11

EPISTOLÆ.

Epistola prima. — Ad episcopos omnes Sicilienses. — De judiciis episcoporum et majoribus Ecclesiæ causis in sede apostolica terminandis. 11

Epist. II. — Ad Ægypti provinciæ episcopos. — De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis, et de ordinatione presbyterorum atque diaconorum. 14

CAIUS PRESBYTER ROMANUS.

Notitia. 17

FRAGMENTA ex Dialogo sive Disputatione adversus Proclum, sectæ Cataphrygarum patronum. 25

FRAGMENTA ex Parvo labyrintho sive ex libro adversus Artemonis hæresim. 25

Fragmentum acephalum de Canone sacrarum Scripturarum. 35

ULIUS AFRICANUS.

Notitia. 35

Notitia altera. 45

EPISTOLA AD ORIGENEM de historia Susannæ et Origenis responsum (*memorantur tantum*). 51

EPISTOLA AD ARISTIDEM. — Super genealogia quæ in sacris Evangeliis est. 51

FRAGMENTA ex quinque libris Chronographiæ. 63

PASSIO S. SYMPHOROSÆ ET SEPTEM FILIORUM EJUS. 93

NARRATIO de iis quæ Christo nato in Persia acciderunt. 97

S. CALLISTUS I, PONTIFEX ROMANUS ET MARTYR.

Notitia. 109

Notitia altera. 111

Acta S. Callisti papæ martyris Romæ.

Monitum. 111

Acta martyrii. 115

EPISTOLÆ S. CALLISTI.

Epistola prima. — Ad Benedictum episcopum. — De jejuniis quatuor temporum, et ut criminationem adversus doctorem nemo suscipiat. 121

Epist. II.—Ad omnes Galliarum episcopos.—De conspirationibus et reliquis illicitis causis, ne fiant, et de reparatione lapsi post pœnitentiam. 125

S. URBANUS I, PONTIFEX ROMANUS.

Notitia ex libro pontificali Damasi papæ. 131

Notitia altera. 133

EPISTOLA AD OMNES CHRISTIANOS. — De eo quod Ecclesia modo possessiones fidelium recipit, et non pretium earumdem rerum sicut temporibus apostolorum; et cur sedes excelsæ in ecclesiis episcoporum præparentur; et ut eis, quos episcopi excommunicant, nullus communicet; et quos ipsi quoquo modo ejecerint, nullus recipiat. 135

ASTERIUS URBANUS.

Notitia. 141

FRAGMENTA ex libris III contra Montanistas ad Abercium Marcellum. 145

PONTIANUS PAPA.

Notitia. 155

Notitia altera. 157

EPISTOLÆ.

Epistola prima. — Ad Felicem subscribonium. — De honore quo sacerdotes prosequendi sunt. 159

Epist. II. — Ad omnes episcopos. — De fraterna dilectione et vitandis malis. 163

ANTERUS PAPA.

Notitia. 165

Notitia altera. 167

EPISTOLA DE MUTATIONE EPISCOPORUM. 167

S. FABIANUS PAPA

Notitia. 175

Notitia altera. 177

EPISTOLÆ.

Epistola prima. — Ad universos Ecclesiæ catholicæ ministros. — Qui non debeant admitti ad excusationem, et non esse communicandum excommunicatis. 183

Epist. II. — Ad omnes Orientales episcopos. — Ut chrisma omni anno renovetur consecrando et vetus in ecclesiis ponatur cremando; de accusatione sacerdotum, et ut oves pastorem suum, nisi in fide erraverit, reprehendere non audeant. 189

Epist. III. — Ad Hilarium episcopum. — Ut peregrina judicia respuantur atque accusatus in suo loco causam suam peragat, et ut omnis qui crimen objicit, scribat se probaturum, et si non probaverit quod objicit, pœnam quam intulerit, patiatur. 195

DECRETA S. FABIANI. 199

S. ALEXANDER HIEROSOLYMITANUS EPISCOPUS ET MARTYR.

Notitia. 201

FRAGMENTA EPISTOLARUM. 203

S. ANATOLIUS ALEX. LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPUS.

Notitia. 207

CANON PASCHALIS.

Caput primum. — Diversi diversorum circuli. Hippolyti cyclus. Periodus LXXXIV annorum. Locus Origenis de Paschate. 209

Cap. II. — De novilunio primi mensis. 211

Cap III. — Antiquorum Judæorum opinio. 211

Cap. IV. — Quid præterea Aristobulus. 213

Cap. V. — Certior Christianorum sententia. 213

Cap. VI. — Pascha non nisi post transactum æquinoctium celebrandum. 215

Cap. VII. — Pascha immolari luna XXII non vult Anatolius. 215

Digitized by Google

luna XXI et XXII Pascha legitimum sanciebant. 216

CAP. IX. — Contra eos qui tres ante Cæsaris æquinoctium dant Paschati dies. 217

CAP. X. — Asiaticorum mos Pascha XIV luna celebrandi quavis feria, contra Petri et Pauli auctoritatem. Victor et Irenæus. 217

CAP. XI. — Gemina luna XVI et XVII in Christi resurrectione. 218

CAP. XII. — Quorumdam objectio, non posse Pascha spatio XIX annorum semper in Dominica inveniri. Anatolii responsio. 218

CAP. XIII. — Lunæ ætas in Kalendario Juliano expansa. 218

CAP. XIV. — Tabula paschalis Anatolii. 219

CAP. XV. — Cæsariensis synodi limes ab Anatolio rejectus. 219

CAP. XVI — De solis ascensu et descensu. Quatuor anni cardines ex Anatolii sententia Cæsarianis respondent. 220

CAP. XVII. — Operis conclusio. 221

COMMENTARIUS Ægidii Bucherii in S. Anatolii Canonem Paschalem. 221

CAPUT PRIMUM. — Sitne genuinus Anatolii *Canon Paschalis*, Græce scriptus, a Rufino Latine redditus. Rationes cur ejusmodi *Canon* Anatolii non videatur. Ipsum Anatolio tribuunt Eusebius, Beda, Colmannus, Wilfridus. Beda ex hoc Canone complura ad verbum citat. 221

CAP. II. — Quod Martii Juliani die æquinoctium figat Anatolius. Putant plerique fixisse XI Kal. Aprilis. Verius tamen fixisse demonstratur cum Cæsare VIII Kal. Aprilis. Refellitur ratio contraria. An Anatolius ex Ptolemæi opinione loquatur. Videntur Alexandrini æquinoctium civile VIII Kal. Aprilis cum Cæsare retinuisse, usque ad Nicænam synodum circiter. 223

CAP. III. — Termini paschales et aliquot paradoxa Anatolii. Paradoxa in sole; in litteris Dominicalibus; in luna. Principium cycli illius diversum; item saltus lunæ. Diversus aureorum numerorum situs; diversa lunæ ætas. Quid hic Beda opinari videatur. Diversum caput et finis mensis primi seu paschalis. Anatolii Dominica paschalis a XVI luna ad XX. Putavit Anatolius annis XIX ut lunam, ita et Dominicam paschalem in se revolvi. Cyclus Anatolii cum Alexandrinorum Latinorumque cyclis aureisve numeris compositus. Cycli Anatoliani in Kalendario dispositio. 225

CAP. IV. — A quo hodiernæ Christi epochæ anno Canonis sui ducat initium Anatolius. Hervartius cyclum Anatolii ab anno Christi vulgari 277 inchoat. Potius ab anno 276. Argumentis Hervartii respondetur. 251

FRAGMENTA ex libris *Arithmeticorum*. 251

THEOGNOSTUS ALEXANDRINUS.

Notitia. 255

FRAGMENTA. 259

PIERIUS CATECHISTA ALEXANDRINUS.

Notitia. 241

FRAGMENTA. 243

MALCHIO ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTER.

Notitia. 247

EPISTOLA ex persona Antiochenæ synodi præscripta, dversus Paulum Samosatenum. 249

S. HIPPOLYTUS PORTUENSIS EPISCOPUS MARTYR ET ECCLESIÆ DOCTOR.

Prolegomena.

Præfationes editionis Fabricianæ. 261

Ad lectorem monitum. 261

Monitum ad lectorem aliud. 267

DISSERTATIO P. Gottfridi Lumper de vita et scriptis S. Hippolyti.

CAPUT PRIMUM. — *Historia vitæ sancti Hippolyti.* 271

Articulus I. — De S. Hippolyti patria, præceptoribus, litterarum studiis, et tempore quo floruit. 271

Articulus III. — De martyrio S. Hippolyti. 282

CAP. II. — *De scriptis genuinis S. Hippolyti.* 285

Articulus I. — De catalogo librorum in Hippolyti statua sculpto. 285

Articulus II. — S. Hippolyti liber cui titulus : *Demonstratio de Christo et Antichristo.* 287

Articulus III. — S. Hippolyti opusculum *De Historia Susannæ.* 292

Articulus IV. — De tractatu qui inscribitur *Demonstratio adversus Judæos.* 294

Articulus V. — De libro *Adversus Græcos, seu contra Platonem de causa universi.* 295

Articulus VI. — Tractatus S. Hippolyti *Contra Noetum*, 297. — § I. — Tractatus contra Noetum est genuinus S. Hippolyti fetus, 297. — § II. — Analysis hujus tractatus. 298

Articulus VII. — De tractatu S. Hippolyti de *Theologia* et *Incarnatione* adversus Beronem et Helicem, 299. — § I. — Excerpta VIII ex sermone de theologia et incarnatione quis nobi servarit, 299. — § II. — Respondetur argumentis Natalis Alexandri, et vindicatur Hippolyto hoc opusculum, 302 — § III. — Analysis horum excerptorum. 305

Articulus VIII. — S. Hippolyti tractatus *De charismatibus* et *Homilia in Theophaniam*, 306. — § I. — S. Hippolyti tractatus *De charismatibus*, 306. — § II. — De sermone S. Hippolyti *in sanctam Theophaniam.* 308

Articulus IX. — *De canone paschali* S. Hippolyti, 309. — § I. — S. Hippolyti *Canon* seu *Cyclus paschalis* integre inventus an 1551, 309. — § II. — Analysis *Cycli* Hippolytei, 311. — § III. — Nota ad *Canonem paschalem* S. Hippolyti facilius intelligendum. 315

CAP. III. — *De fragmentis operum S. Hippolyti, et de deperditis.* 315

Articulus I. — De commentariis S. Hippolyti in libros Veteris et Novi Testamenti, 315. — § I. — Commentarius S. Hippolyti in Genesin et Hexaemeron, 315. — § II. — Commentarius S. Hippolyti in Exodum, 318. — § III. — Commentarius S. Hippolyti in Saulem et Pythonissam, 319. — § IV. — Commentarius in Psalmos, 319. — § V. — Commentarius in VII Psalmos pœnitentiales non est S. Hippolyti, 321. — § VI. — Commentarius S. Hippolyti in Cantica, 321. — § VII. — Commentarii S. Hippolyti in Proverbia, Ecclesiasten, 322. — § VIII. — Commentarii in Isaiam et Ezechielem, 323. — § IX. — Commentarii S. Hippolyti in N. T., scilicet S. Matthæum, Lucam, etc., 327. — § X. — Commentarii S. Hippolyti in Joannis Evangelium et Apocalypsin. 327

Articulus II. — De aliis fragmentis et operibus deperditis S. Hippolyti, 329. — § I. — Alia duo opuscula S. Hippolyti de Pascha, 329. — § II. — De resurrectione, S. Hippolyti tractatus, 330. — § III. — Tractatus contra omnes hæreses, 330. — § IV. — Hippolyti liber contra Marcionem. 332

Articulus III. — De homiliis et epistolis S. Hippolyti, 333. — § I. — Homiliæ, 333. — § II. — Epistolæ S. Hippolyti, 336. — § III. — Tractatus de jejunio Sabbati, de communione Eucharistiæ, de virgine Corinthiaca, etc. 337

CAP. IV. — *De operibus S. Hippolyto suppositis.* 337

Articulus I. — De opere S. Hippolyto falso ascripto *De consummatione mundi, De Antichristo*, ac *De secundo Christi adventu* 337

Articulus II. — De commentario *In Apocalypsin*, tractatus *De duodecim apostolis*, et alio *De* LXX *discipulis* S. Hippolyto falso ascriptis, 340. — § I. — De commentario in Apocalypsin falso S. Hippolyto tributo, 340. — § II. — Tractatus de duodecim apostolis Hippolyto suppositus, 341. — § III. — Tractatus de LXX discipulis S. Hippolyto suppositus. 341

Articulus III. — De aliis operibus S. Hippolyto falso ascriptis, 342. — § I. — Genealogia SS. Mariæ et Josephi opus suppositilium, 342. — § II. — Chronicon S. Hippolyto suppositum, 344. — § III. — Fragmenta ex Catena Arabica non sunt S. Hippolyti, 345. — § IV. — Scripta S. Hippolyto attributa ab Æthiopibus et Chaldæis. 345

DE DOCTRINA S. HIPPOLYTI.

CAPUT PRIMUM. — Observationes dogmaticæ. 345

Digitized by Google

Articulus I. — De S. Scriptura librisque aliquibus Deuterocanonicis. 345

Articulus II. — De traditione. 350

Articulus III. — De mysterio sanctissimæ Trinitatis. 352

Articulus IV. — De divinitate Filii et consubstantialitate Verbi. 354

Articulus V. — De divinitate Spiritus sancti, ejusque proprietatibus personalibus. 362

Articulus VI. — De mysterio incarnationis, et duarum naturarum distinctione in Christo. 363

Articulus VII. — De beatæ Mariæ virginitate et maternitate. 368

Articulus VIII. — De baptismo et eucharistia. 369

Articulus IX. — De natura angelorum et animarum, resurrectione mortuorum, extremo judicio, præmio ac supplicio proborum et improborum, mundique interitu. 371

Articulus X. — De Antichristo. 374

Cap. II. — *Observationes morales et disciplinares.* 377

Articulus I. — Puncta moralia quædam. 377

Articulus II. — Observationes disciplinares. 380

Cap. III. — *Judicium de S. Hippolyti ingenio, eruditione ac stylo ; de ejusdem erroribus, operumque ejusdem editionibus.* 381

Articulus I. — De ingenio, editione ac stylo S. Hippolyti. 381

Articulus II. — Peculiares opiniones ac errores S. Hippolyti. 384

Articulus III. — Editionum S. Hippolyti operum recensio. 386

De anonymo Chronici auctore sub Alexandro Severo conscripti. 391

RUGGERII DISSERTATIO DE PORTUENSI HIPPOLYTI SEDE.

Dedicatio et præfatio ad lectorem. 395

Pars prima. — *Veterum de S. Hippolyto ejusque sede testimonia.* 399

I. — Eusebius et S. Hieronymus Hippolyti sedem ignorarunt. 399

II. — S. Hieronymus S. Hyppolytum et S. Apollonium senatores Romanos appellat. 400

III. — Marianus Victorinus non Hippolytum, sed Apollonium senatorem fuisse contendit. 401

IV. — Scaligeri et Moynii de senatoria Apollinii dignitate sententia rejicitur. 402

V. — S. Apollonius non a Perenni præfecto, sed a senatu capitali sententia damnatus fuit. 403

VI. — Præfectos prætorio ipsosmet senatores quandoque judicasse ostenditur. 404

VII. — Prudentius Hippolytum Portuensem elegantissimo carmine laudavit, de quo tamen varie sentiunt eruditi. 406

VIII. — Baronius tres Hippolytos in unum a Prudentio confusos docet. 407

IX. — Varii Hippolyti ex antiquis Martyrologiis recensentur. 410

X. — Ruinartius unicum a Prudentio Hippolytum laudatum censuit. 413

XI. — Fronto Ducæus, Hippolytum episcopum Portuensem a Prudentio laudatum, eumque ante martyrium Novatianis favisse credidit. 415

XII. — Baronii sententia expenditur. 416

XIII. — Ruinartii conjectura, quibus nitatur fundamentis, ostenditur. 417

XIV. — Ruinartii argumenta diluuntur. 418

XV. — Tillemontii conjectura de Hippolyto Romanæ Ecclesiæ presbytero refellitur. 428

XVI. — Frontonis Ducæi sententia exploditur. 438

XVII. — Prudentium tres in unum Hippolytos conflasse ostenditur. 447

XVIII. — Joannis Pinii de Hippolyti tumulo conjectura refellitur. 463

XIX. — Hippolytus episcopus in agro Verano sepultus. 465

XX. — Auctor libri *De duabus in Christo naturis* Hippolytum Arabiæ metropolitanum appellat. 466

XXI. — Eustratii Constantinopolitani de sancti Hippolyti sede testimonium. 468

XXII. — Germani Constantinopolitani et Georgii Syncelli de Hippolyti sede testimonia. 468

XXIII. — Auctor Chronici paschalis Hippolytum Portus Romani episcopum dicit. 470

XXIV. — S. Joannes Damascenus Hippolytum episcopum Romanum vocat. 470

XXV. — Joannis Zonaræ et Nicephori Callixti de Portuensi Hippolyti sede testimonium. 471

XXVI. — Syri et Arabes S. Hippolytum episcopum Romanum appellant. 471

XXVII. — Testimonia de S. Hippolyti sede ex antiquis Martyrologiis, Catenis, veterum codicum inscriptionibus desumpta. 473

Pars secunda. — *Conjecturæ de orientali S. Hippolyti episcopatu.* 475

I. — Tillemontii et Ceillierii sententia, qua S. Hippolytum Portuensem episcopum fuisse negant, exponitur. 475

II. — Recentiores scriptores multa sciverunt, quæ Eusebio et S. Hieronymo fuerunt incomperta. 477

III. — Variis rerum exemplis hujusmodi sententia roboratur. 479

IV. — Tillemontii argumentum ex Eusebii et S. Hieronymi silentio desumptum contra Portuensem S. Hippolyti sedem nequidquam concludit. 479

V. — Nonnulla S. Hippolyti opera Eusebio et S Hieronymo fuerunt ignota, quæ Leontio et Anastasio patuere. 482

VI. — Antiquissimum de Portuensi S. Hippolyti sede ex ipsius operum titulis notisque deducitur argumentum. 485

VII. — Tales notæ nequaquam a librariis confictæ, sed vel ab ipsis scriptoribus, vel ab eorum amicis, seu discipulis, aut saltem peritis viris fuerunt appositæ. 486

VIII. — Cur S. Hippolytus a Græcis quibusdam scriptoribus episcopi Romani, vel papæ nomine donetur, examinatur. 489

IX. — Stephani Moynii sententia de Romano S. Hippolyti episcopatu expenditur. 495

X. — Tillemontii conjectura, qua sanctum Hippolytum Antiochiæ passum, et in vicina Syria episcopum fuisse, refellitur. 497

XI. — Bignæi sententia de duobus Hippolytis rejicitur. 498

XII. — Stephani Moynii sententia de Arabica S. Hippolyti sede exponitur. 500

XIII. — Fundamenta hujus sententiæ indicantur, et auctor libelli, qui S. Gelasii I papæ nomen præfert, inquiritur. 501

XIV. — Heterodoxi libelli *De duabus naturis* testimonio perperam transsubstantiationis mysterium oppugnare conantur. 506

XV. — Ejusdem libelli incerti auctoris de Arabica S. Hippolyti sede sententia expenditur. 508

XVI. — Bostræ, tempore S. Hippolyti, Arabiæ metropolis, episcopus erat Beryllus. 511

XVII. — Auctor ejusdem libelli *De duabus naturis* ex male intellecta Rufini versione deceptus S. Hippolytum metropolitanum Arabiæ nominavit. 512

XVIII. — Stephani Moynii conjectura de S. Hippolyti sede in Portu Romano Homæritarum ex Philostorgii *Historia* desumpta rejicitur. 513

XIX. — Moynius in Arabiæ Felicis parte S. Hippolyti sedem fuisse credidit. 516

XX. — Quo tempore episcopales sedes apud Homæritas institutæ sint, inquiritur 519

XXI. — Portus Romanus et Emporium Romanum inter se distinguunt, quamvis pro uno eodemque a Moynio accipiantur. 522

XXII. — S. Petrus Damianus S. Hippolytum Portuensem cum Nonno episcopo Edisseno confudit. 528

XXIII. — Origenes S. Hippolytum in Portu Romano alloquentem audire potuit. 532

Digitized by Google

agro Verano prope ejus cœmeterium ab antiquis Christi fidelibus collocatum, antiquam Portuensis Ecclesiæ traditionem mirifice comprobat. 532

XXV. — Moynius Portuensis Ecclesiæ antiquitatem S. Hippolyti ævo æqualem perperam negavit. 534

XXVI. — Moynii divinatio de antiqua Portus Romani aeris insalubritate rejicitur. 536

XXVII. — S. Hippolyti natalis dies quænam apud veteres fuerit, expenditur. 539

XXVIII. — Die 22 Aug. modo ab Ecclesia, et in diœcesi Portuensi S. Hippolyti episcopi dies festus celebratur. 542

Acta Latina S. Hippolyti. 545

Acta Græca ejusdem. 547

Monitum. 547

Acta. 551

Testimonia veterum de S. Hippolyto episcopo et martyre. 569

OPERUM S. HIPPOLYTI QUÆ SUPERSUNT.

PARS I. — *Exegetica.*

Fragmenta in Hexaemeron. 583

Fragmenta in Genesin. 585

In Numeros et Reges. 603

In Psalmos. 607

In Proverbia. 615

In Canticum canticorum. 627

In Isaiam prophetam. 629

In Jeremiam et Ezechielem. 631

In Danielem. 633

Scholia in Danielem. 660

Fragmenta in Susannam. 685

Fragmenta alia. 697

In Matthæum. 699

In Lucam. 699

In Joannis Evangelium et Apocalypsin. 701

Fragmenta dubia in Pentateuchum. 701

In Psalmos. 711

Fragmenta alia in Psalmos. 721

PARS II. — *Dogmatica et historica.*

Demonstratio de Christo et Antichristo. 725

Demonstratio adversus Judæos. 787

Liber adversus Græcos. 795

Contra hæresin Noeti cujusdam. 805

Contra Beronem et Heliconem. 829

Sermo in sancta Theophania. 851

Fragmenta sermonum sive homiliarum. 861

Fragmenta ex aliis scriptis. 867

Apostolica de charismatibus traditio (*memoratur tantum*). 869

Narratio de virgine Corinthiaca et de quodam Magistriano. 871

Canon paschalis et catalogus operum ejusdem S. Patris. 875

Animadversiones Ægidii Bucherii in S. Hippolyti Canonem paschalem. 885

I. — A quo anno Canon Hippolyteus incipiat. 885

II. — Cur Hippolytus octaeteridem geminet. Potuit simplici octaeteride contentus esse. 886

III. — Parergorum primi laterculi explicatio. Cur subinde bini dies quartædecimæ lunæ designentur. 887

IV. — Tertia tabula paschali Victorianæ conformior proponitur. Hippolyti Canon in Victoriani typum redactus. 888

V. — Hippolytus paschales Latinorum primi generis rationes sequitur. Primo enim caput mensis paschalis a 5 Martii orditur. Secundo lunam paschalem a XVI in XXII diffundit. 891

VI. — Et Dominicam paschalem Martii 20 admittit. 893

VII. — Nunquam limitis a synodo Cæsariensi constituti positio. 894

VIII. — Quæstio. An octaeteris paschalis passim usurpata sit a primis Christianis. Octaeteridem Hippolyti Scaliger absurdam putat : quæ tamen Latinorum rationes servat. 897

IX. — Octaeteris Dionysii Alexandrini episcopi. 897

X. — Julii Africani. 898

XI. — Montanistarum. 898

XII. — Audianorum. 899

XIII. — Aliorum apud Bedam. 900

XIV. — Cur Christianorum antiquissimi octaeteridem potius quam enneadecaeteridem suffecerint. 900

XV. — Octaeteridis incommoda. 901

APPENDIX ad partem II Opp. S. Hippolyti, dubia et supposititia complectens. 901

Censuræ virorum doctorum de libello edito sub S. Hippolyti nomine, cui titulus : *De consummatione mundi ac de Antichristo.* 901

Oratio S. Hippolyti de consummatione mundi, ac de Antichristo, et secundo adventu Domini nostri Jesu Christi. 903

De duodecim apostolis. 951

De LXX apostolis. 953

Capita canonum Abulidis sive Hippolyti quibus Æthiopes utuntur. 957

Canones Ecclesiæ Alexandrinæ. 959

Chronicon cujusdam anonymi. 961

S. GREGORIUS NEOCÆSARIENSIS EPISCOPUS COGNOMENTO THAUMATURGUS.

NOTITIA.

I. — Gregorius, antea Theodorus, Græcis Romanisque disciplinis excultus, episcopus Neocæsariensis consecratur. Quo tempore supremum diem obierit. 963

II. — S. Gregorii *Expositio fidei* divinitus dictata. Veterum testimoniis authentica esse perhibetur. 965

III. — *Metaphrasis in Ecclesiasten* S. Gregorio asseritur. De hoc opere quid Billius, quid Bengelius. 966

IV. — S. Gregorii *Epistola canonica* qua ætate exarata. Quid de illa concilium Quinisextum. An undecimus ejus canon sincerus. 967

V. — De S. Gregorii *Oratione in Origenem panegyrica.* Quanto in pretio habita. 968

VI. — Hæc tantum supra memorata Gregorii Neocæsariensis sincera litterarum monumenta. Reliqua vel dubia vel pseudo-epigrapha. — *Expositio fidei prolixior* Apollinarii esse demonstratur. Item sentiendum de *Anathematismis.* 969

VII. — Virorum eruditorum sententia de *Homiliis* IV et de *Animæ disputatione* sancto Patri attributis. 971

VIII. — De Origenis epistola Gregorio nostro inscripta, necnon de illius vita per sanctum Gregorium Nyssenum. Sinistrum Dodwelli judicium refellitur. 971

Testimonia veterum de S. Gregorio. 975

OPERUM PARS I. — GENUINA.

Expositio fidei. 985

Metaphrasis in Ecclesiasten Salomonis. 987

Epistolæ canonicæ. 1019

Oratio prosphonetica ac panegyrica in Origenem. 1019

OPERUM PARS II. — SCRIPTA NONNULLIS DUBIA.

Expositio fidei, quæ *Fides secundum partem* dicta est. 1103

Fragmentum Ejusdem expositionis fidei. 1123

Fragmentum ex sermone de Trinitate. 1123

Capitula duodecim de fide. 1127

Disputatio de anima ad Tatianum. 1137

Homiliæ quatuor.

Homilia I. — In Annuntiatione sanctæ Virginis Mariæ 1145

Homilia II. — In Annuntiatione sanctæ Virginis Mariæ. 1156

Digitized by Google

Homilia III. — In Annuntiatione sanctæ Virginis Mariæ. 1171

Homilia IV. — In sancta Theophania sive de Christi baptismo. 1177

Fragmentum in Evangelii secundum Matthæum cap. VI, vers. 22, 23. 1189

CORONIS OPERUM S. GREGORII.

Sermo in omnes sanctos.

Epistola prævia. 1191

Incipit sermo in omnes sanctos. 1197

Diatriba Leonis Allatii de Theodoris et eorum scriptis. 1205

S. DIONYSIUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Notitia historico-litteraria. 1233

PARS I. — In qua continentur operum sancti Patris fragmenta varia.

FRAGMENTA ex libris II *De Promissionibus*. 1237

FRAGMENTA ex libris *De natura*. 1249

I. — Adversus Epicureos, qui et Providentiam tollebant, et individuis corporibus universa tribuebant. 1249

II. — Rerum inter homines vulgarium exemplis, Epicureorum dogma refellitur. 1251

III. — Idem ex universi molitione conficitur. 1254

IV. — Idem ex hominis natura concluditur. 1259

V. — Operum suorum molitionem Deo laboriosam ac molestam non esse. 1265

— FRAGMENTA ex libris adversus Sabellium. 1269

— FRAGMENTA ex quatuor libris ad Dionysium Romanum pontificem. 1271

EPISTOLÆ.

Epistola canonica ad Basilidem episcopum. 1271

OPERUM PARS II. — In qua continentur epistolæ sive epistolarum fragmenta.

Epistola I. — Ad Domitium et Didymum. 1291

Epist. II. — Ad Novatianum. 1295

Epist. III. — Ad Fabium episcopum Antiochiæ. 1295

Epist. IV. — Ad Cornelium Romanum pontificem. 1311

Epist. V. — Ad Stephanum papam. 1313

Epist. VI. — Ad Xystum papam. 1315

Epist. VII. — Ad Philemonem Xysti presbyterum 1315

Epist. VIII. — Ad Dionysium tum Xysti presbyterum, ac postea ejus successorem. 1315

Epist. IX. — Ad Xystum II papam. 1315

Epist. X. — Adversus Germanum episcopum. 1315

Epist. XI. — Ad Hermammonem. 1325

Epist. XII. — Ad Alexandrinos. 1333

Epist. XIII. — Ad Hieracem episcopum in Ægypto. 1339

Epist. XIV. 1341

EXEGETICA IN SACRAM SCRIPTURAM. 1343

MACARIUS MAGNES.

DISSERTATIO I. — *Exhibens notitiam historico-criticam de vita et scriptis Macarii Magnetis.* 1343

§ I. — Argumenti occasio et instituti ratio. 1343

§ II. — Expenduntur recentiorum iniqua de Macario Magnete judicia. 1345

§ III. — Nomen Macarii an auctori nostro sit proprium, an appellativum. 1347

§ IV. — Nomen Magnetis, proprium gentis. 1348

§ V. — Magnetis nomen proprium viri. 1349

§ VI. — Episcopi Magnesiæ. Ostenditur Macarium Magnetum episcopum, a Photio memoratum, a nostro diversum esse. 1350

§ VII. — Macarium fuisse episcopum 1352

§ VIII. — De ætate Macarii Magnetis. Probatur eum sæculo III vixisse. 1355

§ IX. — Ætas Macarii Magnetis colligitur ex criteriis libri interni. 1357

§ X. — Hæc de ætate Macarii Magnetis conjectura confirmatur ex narratione de statua Paneadensi. 1358

§ XI. — Diluuntur objectiones Tillemontii 1° A mentione templorum Christianorum. 1360

§ XII. — 2° A descriptione regiorum insignium. 1361

§ XIII. — 3° A silentio Eusebii atque Hieronymi. 1364

§ XIV. — Macarii Magnetis scripta. 1365

§ XV. — Notitia codicum mss. operis Macariani. 1366

§ XVI. — Scopus scriptorum Magnetis. 1368

§ XVII. — Analysis fragmentorum ineditorum. 1371

§ XVIII. — Summa fragmentorum ex opere Magnetis editorum. 1373

§ XIX. — Macarii Magnetis sermones in Genesin inediti. 1375

§ XX. — Conclusio dissertationis. 1376

DISSERTATIO II. — *Quæ θεολογούμενα auctoris ex propriis ipsius scriptis exponit.* 1375

Præfatio. 1375

§ I. — Non systema aliquod, sed θεολογούμενα saltem ex fragmentis Macarii Magnetis proponuntur. — § II. Theologi titulus Magneti vindicatus a Nicephoro C.P. patriarcha. — § III. Doctrina de auctoritate divina sacræ Scripturæ contra Porphyrium vindicata. 1378

§ IV. — De modo interpretandi Scripturam adversus eumdem Porphyrium. 1380

§ V. — Doctrina de Deo, et vera monarchiæ divinæ indole, adversus polytheismum gentilium. 1380

§ VI. — Continuatio ejusdem argumenti, ex verbis S. Pauli I Cor. VIII, 5, 6. 1381

§ VII. — Applicatio præcedentium ad placita Porphyrii. 1382

§ VIII. — De falsa divinitate solis, lunæ, stellarum et elementorum mundi, Macarii Magnetis judicium. 1385

§ IX. — Magnetis sententia de imaginibus et simulacris deorum. 1385

§ X. — Porphyrii loca de simulacris examinantur. 1385

§ XI. — Magnetis responsio ad objectionem ex Exod. XXII, 28, petitam. 1385

§ XII. — De variis nominibus et generibus deorum gentilium. 1387

§ XIII. — Magnetis doctrina de Christo Filio Dei unigenito, ejusque incarnatione et miraculis. 1388

§ XIV. — Magnetis doctrina de creatione, et frustra conficta æternitate mundi. 1392

§ XV. — Doctrina Magnetis de angelis et de cultu imaginum. 1392

§ XVI. — Doctrina Magnetis de creatione et conservatione corporum cœlestium. 1396

§ XVII. — Doctrina de creatione hominis ejusque imagine divina, immortalitate animæ, atque libertate. 1397

§ XVIII. — De immortalitate animæ. — § XIX. Doctrina de lapsu Adami ejusque effectu, mortalitate scilicet per peccatum introducta. 1399

§ XX. — Sententia Magnetis de tunicis pelliceis. 1400

§ XXI. — Doctrina de peccato originis per generationem naturalem propagato. 1404

S. ARCHELAUS MESOPOTAMIÆ EPISCOPUS.

Notitia historico-litteraria. 1405

Testimonia veterum de S. Archelai disputatione cum Manete hæresiarcha. 1421

ACTA DISPUTATIONIS S. ARCHELAI CUM MANETE HÆRESIARCHA. 1429

Fragmentum Actorum ejusdem disputationis. 1525

S. PAMPHILUS ECCLESIÆ CÆSARIENSIS PRESBYTER ET MARTYR.

Notitia. 1529

ACTA passionis S. Pamphili martyris.

Digitized by Google

Pars prior. — Omnium [illegible] sunt, atque inprimis Pamphili laudes complectens. 1533
Pars altera. — Sanctorum singulorum certamina, et martyrii exitus. 1541
S. PAMPHILI EXPOSITIO CAPITUM ACTUUM APOSTOLORUM. 1549
APOLOGIA PRO ORIGENE (memoratur tantum). 1557
S. PHILEAS THMUEOS EPISCOPUS ET MARTYR. 1559
Notitia.
EXCERPTUM ex epistola ad Thmuitas. 1561
EPISTOLA ad Meletium episcopum Lycopolitanum. 1565
Notitia. 1567
EPISTOLA ad Lucianum cubicularium. 1569
ADDENDA.
Monitum ad sequentia fragmenta. 1575
COMMENTARIUM Dionysii Alexandrini in principium Ecclesiastæ. 1577
INTERPRETATIO ejusdem in S. Evangelii secundum Lucam cap. XXII, vers. 42-48. 1589
Fragmentum Dionysii Alexandrini. 1603
Fragmentum aliud ejusdem. 1605
VERSIO NOVA Actorum S. Hippolyti. 1605

FINIS TOMI DECIMI.

6574 011

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 073 501 330

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google